libet res sub intentione entis existens, tripliciter potest considerari. Primo inquātum habet esse determinatum in natura sua quo per formam suam est in se indiuisa & a quolibet alio diuisa. & sic conuenit ei intentio vnius. In eo enim q̄libet res est vna, quo in se est indiuisa formaliter & a quolibet alio diuisa. Vnū enim vt dicit Philosophus.iiii.meta. est aliquid per se existēs solitarium. Secūdo inquantum in esse suo habet ꝙ de ea exemplar ad qđ est repręsentat. Sic cōuenit ei intentio veri. Intantum enim vera est quęcūq; res, inquantum in se continet qđ exemplar eius repſentat. Tertio autem inquantum conuenit suo fini ad quem est. Sic conuenit ei intentio boni. Intantum enī quęlibet res est bona inquantum respicit finem qui bonus est. Quia igitur verū dicit intētionem rei in respectu ad suum exemplar, quę non est prima sed secundaria: ens enim dicit intētionem rei primam & absolutam: id qđ est ens & verum in re, bene potest apprehendi ab intellectu absq; hoc ꝙ intentio veritatis eius ab ipso apprehendatur. Intentio enim veritatis in re apprehendi nō potest nisi apprehendendo conformitatem eius ad suum exemplar. Intentio vero entis apprehenditur in re absoluta sine omni reali respectu. In cognitione aūt secunda qua scit siue cognoscit veritas ipsius rei sine qua non est hominis cognitio perfecta de re, cognitio & iudicium intellectus omnino excedunt cognitionem & iudicium sensus: quia vt dictum est intellectus veritatem rei non cognoscit nisi componēdo & diuidēdo: qđ non potest facere sensus. & ideo talis intellectus potest cognoscere de re qđ non potest cognoscere sensus, neq; etiam intellectus qui est simpliciū intelligentia: qđ est certo iudicio apprehendere de re ꝙ in rei veritate sit tale vel tale: vt ver⁹ homo vel verus color & hmōi. De isto igitur modo sciendi & cognoscendi aliquid per intellectum quo scitur veritas rei, qđ est proprie scire: vtrum ex puris naturalib⁹ possit homo scire aliquid sine ul speciali illustratione diuina adhuc restat dubitatio. ¶ Et est dicendū ꝙ cum vt dictum est iam veritas rei non potest cognosci nisi ex cognitione conformitatis rei cognitæ ad suū exemplar: q̄a secundū ꝙ dicit Augustinus de vera reli. vera intantū vera sunt inquantum principalis vnius similia sunt. & Ansel. de veritate: Veritas est rei conformitas ad suum exemplar verissimū. & ibidē Qđ est vere est inquantū est qđ ibi est: Secūdum ꝙ duplex est exemplar rei: dupliciter ad duplex exemplar veritas rei habet ab homine cognosci. Est enim scdm ꝙ vult Plato in primo Timæi, duplex exemplar: quoddam factum atq; elaboratum: quoddā perpetuū atq; immutabile. Primū exēplar rei est species eius vniuersalis apud animam existens: per quā acquirit notitiā omnium suppositorum eius: & est causata a re. Secundum exemplar est ars diuina continēs omnium rerū ideales rationes, ad quod Plato dicit deum mundū instituisse: sicut artifex ad exemplar artis in mente sua facit domum: non autem ad primū. ¶ Aspiciendo igitur ad exemplar primum, Sciendum ꝙ homo potest dupliciter aspicere. vno modo vt ad obiectum cognitum descriptum extra cognoscentem: vt aspiciendo imaginem hominis depictam in pariete ad cognoscendum hominem. Alio modo vt ad rōnē cognoscendi descriptā in cognoscente: secūdū ꝙ species sensibiliū describitur in sensu & species intelligibilium in intellectu. Primo modo impossibile est cognoscere veritatem rei aspiciendo ad suum exemplar: sed solum contingit de ea habere imaginariam apprehensionē: qualem sibi potuit formasse fortuito ipsa imaginatiua virt⁹. vn̄ miraret homo si hō cuius est illa imago quem nunq̄ viderat sibi occurreret, vt dicit Augustinus. viii. de trini. ca. ii. Per illam etiā imaginariam apprehensionem acceptam de imagine depicta, si nominaretur ei ille cuius erat imago, posset deuenire ad iudicandū ęstimatiue de illo cuius esset imago si ei occurreret: & tunc primo ex ipsa re visa in propria forma eius veritatem cognoscere & per ipsam de eius imaginme si esset vera imago ei correspondens iudicare. Per hunc modum legitur regina Candacis habuisse imaginem Alexandri depictam apud se priusq̄ eum vnq̄ viderat, & eum cognouisse statim cum eum videret: licet se alium esse simularet. Secundo igitur modo scilicet aspiciēdo ad exemplar acceptum ab ipsa: vt ad rationem cognoscendi in ipso cognoscente: bene potest aliquo modo veritas ipsius rei cognosci formando conceptum mentis de re conformē illi exemplari. & per hunc modū posuit Aristo. sciētiā rerū & veritatis cognitionē acq̄ri ab hoīe ex puris naturalib⁹, & de reb⁹ naturalib⁹ trāsmutabilib⁹: & tale exēplar acq̄ri ex rebus ꝑ sensum tanq̄ primū principiū artis & sciētiæ: secūdū ꝙ dicit in principio metaphysicæ. Fit autem ars cum ex multis experimento intellectis vna fit vniuersalis de similibus acceptio. & in secundo posteriorum. Ex sensu quidē fit memoria: ex memoria autem multotiens facta experimentum. ex experimento autem vniuersali existente in anima vno pręter multa illud est artis principium & scientię. Cui concordat illud qđ dicit August. xi. de tri. c. iii. Detracta specie corporis quę corpaliter sentit, remanet ī memoria similitudo eius: qua rursus voluntas conuertit aciem mentis vt inde formetur intrinsecus. Sicut ex corpore obiecto sensibili extrinsecus formabatur inde, vt dicit. l. viii. c. v. Secūdum generales aut spe

ciales rerum notitias vel natura ĩsitas vel experientia collectas de eis quæ non vidimus cogitamus. Vñ p vniuersalem notitiam quã in nobis habemus acquisitam de diuersis specieb⁹ animalis,cognoscimus de qualibet re quę nobis occurrit an sit animal an nõ:& per specialem notitiam asini cognoscimus de quolibet qđ nobis occurrit an sit asinus an non. ¶Sed ꝙ p tale exemplar acquisitũ in nobis habeatur certa omnino & infallibilis notitia veritatis,hoc omnino est impossibile triplici rõne quarum prima sumitur ex parte rei de qua exemplar hmõi abstractũ est. Secunda ex parte animæ in qua hmõi exemplar susceptum est. Tertia ex parte ipsi⁹ exemplaris qđ a re in anima susceptum est. Prima ratio est ꝙ exemplar tale eo ꝙ abstractum est a re transmutabili, necesse habet aliquam rationẽ trãsmutabilis. Vñ quia res naturales magis sunt trãsmutabiles q̃ mathematicę:ideo posuit Philosophus maiorem haberi certitudinẽ scientiæ de reb⁹ mathematicis q̃ de naturalib⁹ p species earũ vl'es:& hoc non nisi ppter specierum ipsarũ existẽtiũ apđ aiam transmutabilitatẽ. Vñ hãc causam incertitudinis sciẽtię rerũ naturaliũ ex sensibilibus acceptam August. ptractans.lxxxiii. q.q.ix. dicit ꝙ a sensibus corporis non est expetenda syncera veritas: & ꝙ saluberrime admonemur auerti ab hoc mũdo:& ad deũ.i.veritatẽ quę intelligitur & in interiori mente capitur: quæ semper manet & eiusdem naturę est, tota alacritate cõuerti. Secũda ratio est ꝙ anima humana quia mutabilis est & erroris passiua,p nihil qđ mutabilitatis ęqualis vel maioris ẽ cũ ipsa põt rectificari ne obliquetur p errorẽ & ĩ rectitudine veritatis persistat.igiť oĩe exemplar qđ recipit a reb⁹ naturalibus, cum sit inferioris gradus naturę q̃ ipsa , necessario ęqualis vel maioris mutabilitatis est cum ipsa. Non ergo potest eam rectificare vt persistat in infallibili veritate.& est ratio Aug.de vera re li.probantis per hoc immutabilẽ veritatem per quã anima habet certam sciẽtiam, esse sup aiam.d. Lex omniũ artium cum sit oĩno immutabilis:mens vero humana cui talem legem videre cõcessum est mutabilitatem pati possit erroris:satis apparet super mentem nostram esse legem quę veritas dicitur: quę sola sufficit ad rectificandũ mentem commutabilẽ & obliquabilem in infallibili cognitione de qua non habet mens iudicare:sed per illam de omni alio.de omni eñ eo qđ est inferius mente,habet mẽs potius iudicare q̃ per illud iudicare de alio.secũdũ ꝙ determinat ibidẽ. Tertia rõ est ꝙ hmõi exẽplar cũ sit intentio & species sensibilis rei abstracta a phãtasmate similitudinẽ habet cum falso sicut cum vero.Ita ꝙ quantũ est ex parte sua internosci nõ potest. p easdẽ eñ imagines sensibiliũ in somno & in furore iudicamus imagines esse res ipsas:& in vigilia sani iudicamus de ipsis rebus. Veritas autem syncera nõ percipitur nisi discernendo eam a falso.igitur p tale exemplar impossibile est certam haberi scientiam & certã notitiam veritatis:& ideo si debeat certa sciẽtia haberi veritatis oportet mentẽ auertere a sensibus & sensibilibus & ab omni intentione quãtũcũq; vniuersali & abstracta a sensibilibus ad incõmutabilẽ veritatem supra mentẽ existẽtem.q̃ non habet imaginem falsi a qua discerni non potest,vt dicit August.lxxxiii.q.q.ix.vbi pertractat istã

F rationem. ¶Sic ergo patet ꝙ duplex est veritas & duplex modus sciendi veritatẽ:quos innuit August.retractans illud qđ dixit.i.sol'.Deus qui nisi mũdos verũ scire voluisti.d. Potest respõderi multos etiã immũdos multa scire vera:neq; eñ definitum est hic quid sit verũ qđ nisi mũdi scire possunt & quid sit scire. Patet etiã ꝙ certã sciẽtiã & infallibilem veritatẽ si cõtingat hominẽ cognoscere,hoc nõ cõtingit ei aspiciendo ad exemplar abstractum a re per sensus quantumcũq; sit depuratum & vniuersale factũ. Propter qđ primi Academici sententiã Platonis imitãtes (iidẽ qppe sunt Academici qui Platonici,vt dicit August.in epistola ad Dioscorum)negabant aliquid sciri omnino contra Stoicos:qui solũ ponebãt sensibilia in mũdo:& hoc intelligendo de notitia veritatis syncerę,ponendo oẽm notitiã veritatis syncerę de quacũq; re haberi nõ posse nisi aspiciẽdo ad exẽplar

G secũdũ. Qui tamen bene discernebant ꝙ aliqualis notitia veritatis posset percipi per sensus & mediantibus sensibus p intellectum: quã tñ putabant non mereri scientiam dici . secundum ꝙ dicit August.iii.de Aca. Sunt qui omnia ista quæ corporis sensus attingit opinionem posse gignere confitentur:scientiam vero negant: quã volunt intelligentia contineri remotamq; a sensibus in mente viuere. Cum enim vt dicit in.l.ii.eis nihil turpi⁹ visum ẽ q̃ opinari:& nihil percipi posse concluserunt:vt nihil sapiens vnq̃ approbaret:sed illud qđ probabile & verisimile appareret sequeretur. Vnde nõ distinxerũt de certa notitia qua percipitur id qđ est verum in re siue per sensum siue p intellectum, a notitia qua scitur veritas ipsius rei.neq; etiam de hac distinxerunt ꝙ quædam est veritatis notitia liquida & syncera:alia vero phãtastica p phãtasmata & imagines rerũ obumbrata. Sed vt videbať ex eorũ verbis simpliciter aliquid sciri posse negabãt. Et ideõ posteriores Academici verba põnis illorum tenentes,sed mentem ipsorum ignorantes omnem scientiam & veritatis perceptionem penitus negabant non solum quo ad perceptionem intellectus de notitia quæ pertinet ad sapientiam,& de rebus pertinentibus ad philosophiam:sed etiam quo ad perceptionem

sensus: vt expositum est in quaestione praecedenti.Negabát autem illi primi Academici omnē sciē
tiam & notitiam veritatis simpliciter quantum ad verba sua:vt veram sentētiam Platonis de syn
cerae veritatis notitia ad tempus opportune occultarent:quā deinde tempore cōgruo ad hoc.Ter H
tium genus Academicorū ꝓpalaret.sm ꝙ dicit Augustin⁹.ii.de Aca.Hoc mihi videntur egisse &
ad occultandum tardioribus & ad significandum vigilantioribus sententiam suam.certam enim
habuerūt Academici de veritate sciētiā: & eam temere ignotis vel non purgatis animis prodere
noluerūt.Quid igitur(vt dicit lib.iii.)placuit tātis viris agere ne in quēq̄ cadere veri scientia vi
deretur:audite,inquit,iam paululum attentius:nō quid sciam sed quid ęstimem.Plato vir sapien
tissimus & eruditissimus temporum suorum fuit:quem certum est duos sensisse mūdos esse.Vnū
intelligibilē in quo veritas ipsa habitat.Alterum autem istum mundum sensibilem ad illius ima-
ginem factum:& de illo in eam qua se cognosceret animam velut expoliri & quasi serenari verita-
tem.De isto autem in stultoꝝ animis nō scientiam sed opinionē posse generari. Haec & alia hmōi
videntur inter eius successores quantum potuerunt esse seruata;& pro mysteriis custodita. Non
enim facile ista percipiuntur nisi ab eis qui se ab oibus vitiis mūdantes & in aliam quādam plusq̄
humanam consuetudinem vendicant : grauiterq; peccat quisquis ea sciens quoslibet homines
docere voluerit.Quāobrē cum Zeno princeps stoicorum nec quicq̄ esse praeter hunc sensibilē mū
dum nihilq; in eo agi nisi corpore.Nam deū & ipse ignem putabat; prudentissime atq; vtilissime
mihi videtur Archesilas cum illud late serperet malum,occultasse penit⁹ Academię scientiā & q̄
si aurum inueniēdū posteris obruisse.Quare cū in falsas opiniones ruere sit turba paratior:& con
suetudine corpoꝝ oia esse corporea facillime sed noxie credant: instituit vir acutissim⁹ dedocere
poti⁹ quos patiebat male doctos;q̄ docere quos dociles non arbitrabat.Cū eni(vt dicit in epl'a ad
Dioscoꝝ)Epicurei nūq̄ falli corpis sens⁹dicerēt:stoici aūt falli aliqñ cōcederēt:vtriq; tñ regulā cō
prehendēdae veritatis in sensibus ponerent:quis istis cōtradicētibus audiret Platonicos si ab eis di
ceretur nō solum esse aliquid qđ neq; tactu corporis neq; olfactu neq; gustu vel auribus aut ocu-
lis percipi possit:neq; aliqua imaginatione cogitari:sed id solū vere esse atq; id solum vere percipi
posse qđ icōmutabile.atq; sempiternū est:ꝑcipi aūt sola intelligētia q̄ veritas quō attingi pōt attin
gat.Cū ergo talia sentirent Platonici q̄ neq; docerēt carni deditos hoīes,neq; tāta essent auctorita
te apđ populos vt credenda persuaderēt donec ad eū habitū ꝑduceretur animus quo ista capiun-
tur:elegerunt occultare sententiam suam:& cōtra eos differere qui verum se inuenisse iactarēt:cū
inuentionem ipsam veri in carnis sensibus ponerent.Inde vt ait.iii.de Acade.omnia illa nata sunt
quae nouae Academię attribuūtur.Noui enim Academici illud mysterium non scientes dixerunt
Acad.veteres penitus negasse scientiā:& sic eos crudeliter infamarunt:quibus posteriores fortiter
restiterunt.Nam Carneades primo illam calumniandi impudentiam qua videbat Archesilam nō
mediocriter diffamatum deposuit:& ob hoc dicitur Carneades tertiae Academiae princeps atq;
auctor fuisse.Deinde vltimo Antiochus Philonis auditor iam veluti aperire cedentibus hostibus
portas coeperat:& ad Platonis auctoritatem legesq; Academiam reuocare:q̄q̄ & Metrodorus id
antea facere tentauerat qui prim⁹dicitur esse confessus nō directe placuisse Academicis nihil pos-
se cōphēdi:sed necessario cōtra Stoicos hmōi arma sumpsisse.Post illa aūt tpa oi ꝑuicacia pertina-
ciaq; demortua os illud Platonis qđ in philosophia purgatissimū est & lucidissimum dimotis nu-
bibus erroris emicuit maxie in Plotino: vt in hoc reuixisse putandus sit . Syncera igitur veritas
vt dictum est nō nisi ad exēplar aeternū conspici pōt.Sed est aduertēdū ꝙ syncera veritas sciri po-
test aspiciendo ad hoc exēplar dupliciter.vno modo aspiciēdo ad ipsum tanq̄ obiectum cognitum I
in ipso scilicet videndo exemplatum:quia bene probat imaginem qui intuetur exemplar , vt dicit
Augustinus.iii.de Academicis cap.xxx.Alio modo aspiciēdo ad exemplar illud tanq̄ ad rationem
cognoscēdi tm̄.Primo modo cognoscimus de imagine Herculis ꝙ sit vera imago eius vidēdo Her
culem:& in hoc aduertendo correspondētiā imaginis ad exemplar,scimus ꝙ sit vera imago eius.
hoc modo veritas cuiuslibet rei factę ad exemplar perfectissime cognoscitur viso suo exemplari.&
ideo cum omnis creatura sit imago quaedam diuini exemplaris verissime & perfectissime cogno-
scit veritas cuiuslibet creaturae in eo qđ qđ est videndo nude diuinā essentiam.secundum ꝙ dicit
Augustinus.xi.de ciui.dei.Ipsi sancti angeli per ipsam praesentiam incommutabilis veritatis ipsam
creaturam melius ibi tanq̄ in arte qua facta est q̄ in ea ipsa sciunt.Vnde quia nō solum imago na
ta est cognosci per exemplar a priori:sed etiā ecōuerso exemplar per imaginē a posteriori:Ideo Au
gust.per creaturas docet cognoscere qualis sit ars diuini exemplaris:cum dicit in secundo lib.su
per Iob.Attendunt homines mirabilē fabricam:& mirantur consilium fabricantis.Stupent qđ vi

dent:& amant qđ non vident. Si ergo ex magna aliqua fabrica laudatur hoim consilium, vis videre quale consilium dei est.i.verbum dei! Attēde istam fabricam mundi: vide quæ sunt facta per verbum:& cognosce quale sit. Vñ per hūc mundum ex aggregata notitia omnium creaturarum tanq̄ vita imagine pfecta diuinæ artis: q̄tū pfectior poterit esse in creaturis: posuerūt philosophi pfectam haberi cognitionem dei quantū ex puris naturalibus haberi poterit, vt infra videbitur. Ad talem autem cognitionem diuini exemplaris homo non potest attingere ex puris naturalibus sine speciali illustratione: nec etiam in vita ista lumine communis gratiæ. Secundum q̄ dicit August. in l.de fid.catholica loquens ad deum. Tua, inquit, essentia & species potest dici & forma: & est id qđ est. reliqua aūt nō sunt id qđ sūt. Hęc verissime pōt dicere ego sum q̄ sum. hęc tanta & talis est vt de eius visiōe nihil in hac vita sibi vsurpare mēs hūana audeat: qđ solis electis tuis pmiū in subsequēti remuneratione reseruas. Secundū q̄ dicitur super illud Habitat lucem inaccessibilem quā nullus hominum vidit: sed nec videre potest. scilicet in hac vita: post autem videbitur. Et q̄ in hac vita videri non potest verum est nisi per donum gratię specialis: qua homo per raptum a sensibus abstrahitur: quō Moyses & Paulus deum viderunt in hac vita per essentiam, vt dicit Augustinus de videndo deū ad Paulinā:& quō beatus Bñdict⁹ sub vno radio vidit totū mūdū, vt dicit Gregorius in.iiii.dialo. quia cū ad ipsius diuinæ naturæ exemplar videndū non potest attingere homo ex puris naturalibus sine speciali diuina illustratione, neq̄ ad sciendum aliquā veritatē in creaturis aspiciendo ad ipsam. Si vero sciatur syncera veritas aspiciēdo ad diuinū exemplar vt ad rationem cognoscendi, hoc modo posuit Plato oēm veritatē cognosci aspiciendo ad exemplar ęternum. Secundum q̄ dicit Augustinus inducens ad hoc auctoritatem Tullii, in epistola ad Dioscorum. Illud, inquit, attende qm̄ Plato a Cicerone multis modis apertissime ostenditur in sapientia nō humana, sed plane diuina: vnde humana quodā modo attenditur: in illa vtiq̄ sapientia prorsus immutabili atq̄ eodem modo semper se habente veritatē constituisse & finem boni & causas rerū & ratiocinādi fiduciam: oppugnatos autem eē noie Epicureorum & Stoicorum a Platonicis eos qui in corporis vel in animi natura ponerent & finē boni & causas rerum & ratiocinandi fiduciā. Durasse tñ errores siue de moribus siue de natura rerum siue de ratione inuestigādę veritatis vsq̄ ad tempora christiana: quos iam obmutuisse conspicimus. Ex quo intelligitur ipsos quoq̄ Platonicæ gentis philosophos paucis mutatis quæ christiana improbat disciplina inuictissimo vni regi Christo pias ceruices oportere submittere: qui iussit & creditū est qđ illi vel proferre metuebant. Hanc igitur sententiam Platonis insecutus est Augustinus, secundū q̄ dicit in fine de Aca.

k Nulli dubium est gemino pondere nos impelli ad discendum, auctoritatis atq̄ rationis. Mihi igitur certum est nunq̄ prorsus a Christi auctoritate discedere. Non enī reperio valentiorem. Qđ autem subtilissima ratione persequēdū est (ita enim iam sum affectus, vt qđ sit verum non credendo solum, sed etiam intelligendo apprehendere desiderem) apud Platonem interim qđ sacris nostris non repugnat me reperturū esse confido. Et est sentētia quā in omnibus libris suis tenet: quā & cum ipso teneamus: Dicendo q̄ nulla certa & infallibilis notitia veritatis syncerę a quocunq̄ pōt haberi nisi aspiciendo ad exemplar lucis & veritatis increatę: vnde illi soli certā veritatem valent agnoscere q eā in illo exēplari valēt īspicere, qđ nō oēs valēt, vt dicit de tri.viii.c.viii. sed pauci acie ingenii transmutabilia oīa valentes transcendere:& regulis immutabilibus de mutabilib⁹ iudicare, de quib⁹ nullus iudicat, & sine quibus nullus certe iudicat, vt dicit in.ii.libro de lib.arb. capit.vi. Hinc dicit.viii.de trinita. Formas rerum corporalium per sensus haustas & quodammodo infusas memorię: ex quibus etiam ea quæ nō sunt visa ficto phātasmate cogitātur siue aliter q̄ sunt siue fortuito quomodo sunt, aliis oīno regulis super mētem nostram immutabiliter manentibus vel approbare apud nosmetipsos vel improbare conuincimur cū recte aliquid probam⁹ aut improbamus.& ibidē. Cum arcum pulchrum & æqualiter intortum quem vidi Carthagini animo reuoluo res quędam menti nunciata per oculos memoriæq̄ transfusa imaginum aspectum facit: sed aliud mente conspicio, secundum q̄ mihi opus illud placet. vnde & si displiceret corrigerem. Itaq̄ de istis secundum illud iudicamus & cernimus rationalis intuitu mentis. Ista autem præsentia corporis tangimus: aut imagines absentium fixas in memoria recordamur: aut eorum similium talia fingimus: aliter figurātes animo imagines corporum aut per corpus corporalia videntes: aliter autem rationes artemq̄ ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes. In illa ergo arte in qua temporalia facta sunt omnia, formam secūdū quā sumus, & secundum quā vel in nobis vel in corporibus vera & recta ratione aliqd opa

ratur,visu mentis aspicimus:atq inde conceptā rerum veracem notitiam tanq̄ verbum apud
nos habemus:& dicendo intus gignimus. & hoc non solum de hmōi rebus corporalibꝰ,sed etiā
de incorporalibus.sm q dicit in epistola quadā ad Nebridiū. Veniat in mētē illud qđ intelligere
appellamus duobus modis in nobis fieri:aut ipsa per se mente atq ratione intrīsecus:aut admo-
nitione a sensibus.In quibus duobus illud primum.i.de eo qđ apđ nos est,deum consulendum
hoc autem secundum de eo qđ a corpore sensuq nunciatur, nihilominus deum consulendum
intelligimus:& sic de vniuersis quae intelligmus, intus praesentem ipsi menti consulimus veri-
tatem.vt dicit in l.de magistro. De qua micat omne quod rationali menti lucet, vt dicit Au-
gustinus.iiii. soli.xiiii.cap.Quomodo autē hoc fiat in proxima quęstione sequenti declarabitur.
¶Ratio autem huius ad praesens quae ibi magis declarabitur, est quia ad hoc q aliqua con
ceptio in nobis de veritate rei extra vera sit syncera veritate,oportet q anima inquantum per
eam est informata sit similis veritati rei extra:cum veritas sit quaedam adaequatio rei & intelle-
ctus.Quare cum vt dicit Augustinus secundo de libero arbitrio, anima de se sit mutabilis a ve
ritate in falsitatem:& ita quantum est de se nō sit veritate cuiusq̄ rei informata,sed informabilis
nulla autem res seipsam formare potest:quia nulla res pōt dare qđ non habet:oportet ergo q ali
quo alio syncera veritate de re īformeť.hoc autem non potest fieri per exemplar aliquod acceptū
a re ipsa,vt prius ostensum est.Necesse est ergo q ab exemplari incommutabilis veritatis forme
tur:vt vult August.ibidem.Et ideo dicit lib.de vera reli.Sicut eius veritate vera sunt quaecūq
vera sunt : ita & eius similitudine sifta sunt.Necesse est igitur q illa veritas increata in conce-
ptu nostro se imprimat:& ad characterem suū cōceptum nostrum transformet:& sic mentē no-
stram expressa veritate de re informet similitudine illa quā res ipa habet apud primā veritatem,
secundum q dicit.xi.de trinita.Ea quippe de illa prorsus exprimitur:īter quā & ipsam nulla na
tura interiecta est.Et quomodo fit ista expressio declarat per simile cum dicit.xiiii.de trini.Vbi
sunt illae regulae scriptae quibus quid sit iustū quid iniustū agnoscitur,nisi in libro lucis illiꝰ quę
veritas dicitur:vnde lex omnis iusta describitur:& in cor hominis non migrādo,sed tanq̄ impel
lendo transfertur:Sicut imago ex anulo & in cęram transit:& anulum non relinquit. Et haec est
lucis illiꝰ informatio qua inquantum lucet hō verax fit in intellectu.Inquantū vero tingit iustꝰ
fit in affectu.secundum q de primo dicit Augustinus super Ioannem sermone.xxxix. Factꝰ est
oculus tuus particeps huius lucis : clausus est : hanc lucem non minuisti : apertus est : hanc
lucem non auxisti.sed ē verax anima:est veritas apud deum:cuius est particeps anima:cuius par
ticeps si non fuerit anima omnis homo mendax est.De secundo vero dicit in sermone quodam
de expositione sacrae scripturae.In deo(inquit)omne quod dicitur idipsum est:neq enim in deo
aliud est potestas,aliud prudentia,aliud fortitudo,aliud iustitia,aliud castitas:quia haec anima-
rum sunt quas illa lux perfundit quodammodo,& suis qualitatibus afficit.quomodo cum ori-
tur ista lux visibilis,si auferatur vnus est corporibus omnibus color:qui potius dicēdus est nul-
lus color.cum aūt illata illustrauerit corpora,q̄uis ipsa vniꝰ modi sit pro diuersis tamē corporū
q̄litatibꝰ diuerso ea nitore aspergit.ergo aīarū sunt illae affectiones quae bene sunt affectae ab il-
la luce quae non afficitur:& formatę ab illa quae non formatur.Perfecta igitur vt dictum est in-
formatio veritatis non habetur nisi ex similitudie veritatis mēti impressa de re cognoscibili ab
ipsa prima & exemplari veritate. Omnis enim alia impressa a quocūq exemplari abstracto a re
ipsa,imperfecta obscura & nebulosa est,vt per ipsam certum iudicium de veritate rei haberi
non possit.Propter qđ Augustinꝰ comparat primam & iudicium per eam sereno aeri super nu
bem.secundam vero & iudicium per eam aeri nebuloso vł obscuro sub nube.cū dicit.ix.de trini
ta.c.vi.Claret desuper iudiciū veritatis ac sui iuris īcorruptissimis regulis firmū ē,etsi corporaliū
imaginū q̄si quodam nubilo subtexitur.Sed interest vtrum ego sub illa vel ī illa caligine tanq̄ a
cęlo perspicuo secludar:an sicut in altissimis mōtium accidere solet:& inter vtrunq aere libero
fruens & serenissimam lucē supra & dēsissimas nebulas subtus aspiciam. ¶Et est sciēdum q di
ctus modus cognoscēdi veritatē ē cōmunis & ad notitiā pricipiorū vt supra ī argumēto.iii.hu
ius quęstionis,& ad notitiam conclusionū vt patet in omnibus iam inductis.& ita per hunc mo
dum acquirendi notitiam veritatis verarum artium habitus in nobis generantur:qui in memo
ria reconduntur vt ex eis iterato conceptus similes formemus : & quo ad habitus tam princi-
piorum q̄ conclusionum.vt secundum hoc intelligamus illud Augustini nono de trinita.In il-

In aeterna veritate visa mētis conspicimus: atq; inde conceptam veracem notitiam rerum tanq̄ verbum apud nos habemus: quod in habitu memoriae concipitur: vt ad illam intelligentia reuertēs iterato verbum formet: & hoc per certam scientiam habeat etiam de rebus transmutabilibus, secundum q̄ dicit Augustinus.xii.de trinitate. Non solum rerum sensibilium in locis positarum, & caetera in solutione quarti argumenti, vt supra in quaestione praecedenti, vbi de hoc. Iste ergo est verior modus acquirendi scientiam & notitiam veritatis q̄ ille quem posuit Aristote. ex sola sensuum experientia. si tamen sic intellexit Aristo. & in idem cum Platone non consensit: immo (qđ verius credit) etsi Platoni in modo dicendi obuiauit occultādo diuinā doctrinam magistri sui: sicut & alii priores Academici: eandem tamen cum Platone de notitia veritatis habuit sententiam. secundum q̄ hoc videtur insinuasse cum loquens de veritatis cognitione dicit in secundo metaphysicae, q̄ illud qđ est maxime verum sit causa veritatis eorum q̄ sunt post: & q̄ ideo dispositio cuiuslibet rei in esse sit sua dispositio in veritate. Propter qđ dicit Augustinus in fine de Acad. Qđ autē ad eruditionē doctrinamq; attinet: & mores quibus consulitur animae: non defuerunt acutissimi ac solertissimi viri qui docerent disputationibus suis Aristotelem & Platonem ita sibi concinere vt imperitis minusq; attentis dissentire videantur multis contentionibus. Sed tamen eliquata est vt opinor verissimę philosophię disciplina. non enim est ista huius mundi philosophia quam sacra detestantur: sed alterius intelligibilis: cui animas multiformis erroris tenebris caecatas nunq̄ ista ratio subtilissima reuocaret: nisi summus Deus populari quadam clementia diuini intellectus auctorem vsq; ad ipsum corpus humanum declinaret: cuius non solum praeceptis: sed etiam factis excaecatae animae redire in semetipsas etiam sine dispositionum concertatione potuissent: cum iam (vt dicit in epistola ad Dioscorum) christianae aetatis exordio rerum inuisibilium atq; aeternarum fides per visibilia miracula salubriter praedicaretur hominibus qui nec videre nec cogitare aliquid praeter corpora poterant. Hoc ergo modo qui mente excedente aliquid veritatis syncerae intelligit, in rationibus primę veritatis intelligit. Sed vt dicit Augustinus de videndo deum, forte hoc difficile est. Irruit enim de consuetudine carnalis vitae in interiores oculos nostros turba phantasmatum: quae vt dicit.iii.de Academi. consuetudine rerum corporalium nos etiam cum veritas tenetur & quasi in manibus habetur, decipere atq; illudere molitur. Igit vt dicit de videndo deū: qui hoc non potest oret & agat vt posse mereatur: nec ad hominem disputatorem pulset vt quod non legit legat: sed ad deum Saluatorem, vt quod non valet valeat. Ex puris igitur naturalibus exclusa oi diuina illustratione nullo mō cōtingit hoiem scire liquidam veritatem. Sed tamen adhuc restat quęstio vtrum ex puris naturalib⁹ possit eam scire. Si enim hō ex puris naturalib⁹ potest ad illā attingere: & p illa ad illā lucis diuinae illustrationē: & p illā scire syncerā veritatem: ex puris naturalibus debet dici posse scire synceram veritatem: licet sine illa illustratione eam scire non possit. Sicut si ex puris naturalibus potest attigere ad prima principia disciplinarū, & per illa scire alia, ex puris naturalib⁹ dr scire illa: licet illa nō possit scire sine primis principiis. q̄ si ex puris naturalib⁹ non possit attingere ad illam illustrationem: nec per illam ex puris naturalibus dicendus est scire liquidam veritatem, vt dictum est in principio solutionis huius. Nunc autem ita est q̄ homo ex puris naturalibus attingere non potest ad regulas lucis ęternae, vt in eis videat rerum synceram veritatem. Licet enim pura naturalia attingunt ad ipsas: quod bene verum est (Sic enim anima rationalis creata est, vt immediate a prima veritate informetur, vt iam prius dictum est) non tamen ipsa naturalia ex se agere possunt vt attingant illas: sed illas deus offert quibus vult: & quibus vult subtrahit. Non enim quadam necessitate naturali se offerunt, vt in illis homo veritatem videat: sicut lux corporalis vt in ea videat colores: sicut nec ipsa nuda diuina essentia. Secundum enim q̄ determinat Augustinus de videndo deum, si vult videtur: si non vult non videtur. Vn.de & regulas aeternas deus aliquando offert malis, vt in eis videant multas veritates quas boni videre non possunt: quia praescientia aeternarū regularum non offert eis, secundum q̄ dicit Augustin⁹.iiii.de trini. Sunt nonnulli qui potuerunt aciem mentis vltra omnem creaturam trāsmittere: & lucem incōmutabilis veritatis quātulacunq; parte cōtingere: qđ Christianos ex sola fide viuētes nōdū potuisse derident. Easdem etiam regulas aliquando eis subtrahit: & eos in errorem cadere permittit, secundum q̄ super illud Iob.xxxvii. In manib⁹ abscōdit lucem. dicit Grego.xxvii.mora.

immanes ſunt qui ſe elatis cognitionibus extollũt. Sed his lux abſcõdit, quia nimis in cogitationibus ſuis ſuperbientibus cognitio veritatis denegatur. Aliis autem omnibus pro ſua ſanitate aſpiciendum conceditur. vt dicit Auguſti.i.ſol. Abſolute ergo dicendum ꝙ homo ſyncerã veritatem de nulla re habere poteſt ex puris naturalibus eius notitiam acquirendo: ſed ſolum illuſtratione luminis diuini: ita ꝙ licet in puris naturalibus conſtitutus illud attingat: tñ illud ex puris naturalibus naturaliter attingere non poteſt: ſed libera voluntate quibus vult ſeipſum offert. Ad ſingula argumenta aliquid reſpondendum eſt.

¶ Q2 ergo arguitur ꝙ ſufficientia noſtra in cognoſcendo ex deo eſt: dicendum ꝙ verum eſt tanq̃ ex ſpecialiter illuſtrante in cognitione ſyncerę veritatis. In omni autem cognitione alia cogitationis non niſi ſicut ex vniuerſali mouente, vt dictũ eſt iam. & hoc ſufficit ad intentionem apoſtoli contra illos qui dicebant ꝙ initium fidei eſſet ex nobis. contra quos ibi arguit. Si enim initium cognitionis non eſt ex nobis, ſed ex deo, vt ex primo motore in omni actione & naturali & cognitiua, multo fortius nec initium fidei. Nec tamen eſt intentio apoſtoli contra hoc quin initium cognitionis magis ſit ex nobis q̃ initium fidei: quia fidei initium requirit ſpecialem illuſtrationem. Non ſic autem initium cognitionis niſi ſit de veritate ſyncera, vt dictum eſt. — N / Ad primũ principale.

¶ Ad ſecundum ꝙ nemo poteſt dicere dominus Ieſus &c. Dicendũ ꝙ verum eſt verbo perfecto ad quod requiritur conſenſus voluntatis. Perfectum eñ verbum tunc eſt cum in eo quod mens nouit voluntas delectata conquieſcit. vnde dicit Auguſtinus.ix.de Tri. ꝙ verbum perfectum eſt cum amore notitia. vnde ſicut voluntas ex propria facultate naturali non poteſt aſſurgere in bonum ſine ſpecialis gratiæ adiutorio, ſic nec ad dicere tale verbum. Non tamen ſequitur quin ſimplex verbum veritatis non ſyncerę poterit dicere ſine omni ſpeciali illuſtratione. Spũs ſctĩ. vnde dicit gloſſa ꝙ apoſtolus proprie poſuit ibi hoc verbum dicere, ſignificans voluntatem & intellectũ dicentis, & tale dicere circa ea quæ ſunt fidei puræ non poteſt aliquis dicere niſi ex fide. vnde de alio ſimplici dicere dicitur Mat.vi. Non omnis qui dicit domine dñe &c. — O / Ad ſecũdũ

¶ Ad tertiũ ꝙ ſcientiarũ ſpectamina non poſſunt intelligi niſi alio quodã quaſi ſuo ſole illuſtrentur: dicẽdum ꝙ verum eſt ſyncera veritate & omnino infallibili notitia. Alio tamen modo poſſunt intelligi in lumine lucis naturalis vt dictum eſt ſupra. Propter qđ dicit Aug.xii.de tri. Credendum eſt mentis intelligibilis ita conditam eſſe naturam vt rebus intelligibilibus naturali ordine diſponente conditore ſubiecta: ſic videat iſta in quadam luce ſui generis incorporea queadmodum oculus carnis videt quæ in hac luce corporea circumiacent, cuius lucis capax eiq; congruus eſt creatus. — P / Ad tertiũ

¶ Ad quartum ꝙ quicquid anima cogitat aut ratiocinatur ei luci tribuendum eſt a qua tangitur: Dicendum ꝙ verum eſt de eis quæ cogitat aut ratiocinatur cognoſcendo liquidam veritatẽ, alias autem nõ oportet vt dictum eſt. — Q / Ad quartũ

¶ Eodem modo dicendum eſt ad quintũ & vltimum. Vel dicendũ: ꝙ videmꝰ verũ in prima veritate, põt eſſe: aut ſicut in eo qđ eſt obiectũ primo viſum, aut ſicut in eo qđ eſt ratio videndi tantũ vt in ſequenti quæſtione declarabitur. Primo modo omnis veritas videt in prima veritate, ſicut omne bonum in primo bono, quia quicũq; videt verũ hoc aut verũ illud videt verum ſimpliciter in vniuerſali qđ deus eſt. Sicut qui videt bonũ hoc vel bonum illud in vniuerſali videt bonũ ſimpliciter qđ deus eſt: vt dicit Aug.viii.de tri. & inferius determinabitur. Secundo autẽ modo nõ niſi veritas ſyncere viſa vt dictũ eſt. Et ſunt iſti duo modi cognoſcẽdi verum bonũ pulchrũ &c. quę nobilitatis ſunt in deo, & cõueniũt creaturis, notãdi: quia de eis loquitur Aug. in diuerſis locis, qñq; ſecundũ vnũ modũ, dicẽs nõ cognoſci bonũ pulchrũ verũ & hmõi in creaturis: niſi per verũ pulchrũ & bonum in creatore. Quãdoq; vero loquit ſecundum alium, ſed omnis ſua determinatio circa hanc materiam vergit in vnum illorum modorum. — R / Ad quintũ

¶ Argumenta duo in oppoſitũ bene probant ꝙ veritas aliqua ſine ſpeciali illuſtratione diuina ab hoĩe poſſit ſciri & cognoſci: non tñ probant ꝙ ſyncera. ¶ Vel ſi velimus poſſumꝰ dicere & forte melius ꝙ homo ex puris naturalibus ſuis ſine oĩ illuſtratiõe diuini luminis vel exẽplaris aſſiſtentis poteſt ſolũ cognoſcere per intellectũ id qđ verum eſt de re ſequẽdo ſenſum vt dictum eſt ſupra: clarius tamen cernendo qđ verum eſt q̃ ſenſus cernat: quia intellectus ſubtiliꝰ apprehendit & plus infunditur in ſubſtantiam receptibilis q̃ ſenſus: qui ſolum percipit exteriora ſecundũ ſuperficiem vt dicit Auicẽ.xii. Metaphyſicę ſuę. Q2 ꝙ veritatem ipſam rei nequaq̃ ſiue in modico ſiue in multo ſine illuſtratiõe diuini exemplaris poſſit percipere. & ꝙ exemplar abſtractũ a re: ad hoc non ſufficiat per ſe. Sed oportet conceptũ de re ad exemplar acceptũ a re determinari per diuinũ exemplar: vt ſi in illo conceptu debeat videre veritatem ſynceram & liquidam, clarius illuſtretur intellectus exemplari diuino, & ſi aliquo modo q̃tumcunq; tenui etiam tenuiter — S / Ad arg. in oppoſitũ.

ipso illustretur.& si nullo modo eo illustretur, nullo modo videat ipsam veritatē. Vt dicamus ꝙ huiusmodi exemplaris præsentatio secundū cōmunem cursum vitæ huius ꝗꝗ gratuito conceda tur: nec naturalia animæ sic sunt ordinata, vt sua naturali operatione ad ipsum possint attinge re. Omnibus tamen ꝗtū est ex parte dei hominibus æqualiter præsentatur: vt vnusquisqꝫ secun dum dispositionē & capacitatem suam eo illuminetur: nisi exigente eminente malitia aliquis me reatur: vt ei omnino subtrahatur: ne vllam veritatem animo videat: sed totaliter infatuetur in omni cognoscibili, vt in alio determinato non videat veritatem in eo: sed dilabatur in errorem quem meret. Et sic secundum determinationē Aug. nulla veritas videtur omnino nisi in prima veritate: & ꝙ hoc est naturale creaturæ rationali: ꝙ solū possit ex puris naturalibus in cognitio nem eius: qđ verum est de re: & non vltra in cognitionem ipsius veritatis nisi per illustrationem diuini exemplaris: & hoc propter eminentiam actus intelligēdi ipsam veritatē vt dictū est supra. Et secundum hāc viā ad primum argumentum in oppositum: ꝙ nisi homo ex puris naturalibus posset in cognitionē veritatis, frustra eā inuestigaret: Dicendum ꝙ sine illa illustratione non vale ret homo eam inuestigare intantum vt ad veritatis notitiam ex puris naturalibus inuestigādo peruenire posset. Sed hic solum valet cum adiutorio illius illustrationis, sic existente anima ratio nali in naturalibus creata. ¶Ad secundum: ꝙ homo naturaliter scire desiderat: ergo potest scire ex puris naturalibus: Dicendum ꝙ verum est. Non tamen sic: vt per ipsam veritatē ex puris na turalibus videat, sicut dictum est. Naturali enim appetitu bene desiderat homo scire etiam illa quę sunt supernaturaliter cognoscenda: quæ secundū cōmunem illustrationem a diuino exēplari sine illustratione specialiori non posset attingere: vt infra dicetur.

A. Quæst. iii. Arg. i.

Irca tertiū arguiť ꝙ cognoscendo aliqua speciali illustratione diuina homo co gnoscit illā lucē qua illustrať. Primo sic. Aug. dicit. iiii. de trinit. In illa arte qua tpalia facta sūt oīa: formā secundū quā sumus visu mētis conspicimus. Illa au tē est lux prædicta: quia vt dicit Aug. pri. soli. De⁹ itelligibilis lux est: ī quo & a quo & ꝑ quē lucēt: quæ intelligibiliter lucēt oīa. ergo &c. ¶Secundo sic. Au gust. dicit de vera religio. Lux omnium artium cum sit omnino immutabilis: mens vero humana cui talem artem videre concessum est: mutabilitatem pati: præterea si vide re, ergo cognoscere. ¶Tertio sic. Dicit Aug. sup Ioā. sermo. xxx. Lumē & alia demonstrat & seipm quia sine lumine nō potest videri qđlibet aliud qđ non est lumen. si idoneum est lumen ad demō strandum alia quæ non sunt lumina, nunquid in se deficit? nunquid se non aperit: sine quo aliud patere non potest? q. d. vtiqꝫ. ergo &c. ¶Quarto sic: primo soli. xii. c. dicit Augusti. Lux quædam est intelligibilis & incomprehensibilis mentium: lux ista vulgaris nos doceat ꝗtum potest quomō illa se habet. Sed lux vulgaris non potest esse ratio videndi alia: quin ipsa simul videatur: quia est primum visibile. & vt dicitur primo Perspectiuæ, lux non videtur nisi admixta colori: ergo &c. ¶Quinto sic. ix. de trinit. Aug. dicit. De illis secundū illam iudicamus: & illam cernimus rationa lis mentis intuitu secundū aciem mētis simplici intelligētia capiēdo. ¶Sexto sic. Aug. dicit in epl'a ad Consentiū. In visibili simplici mentis ac rationis intentione cōspicimus ipsum quoqꝫ lumē quo cūcta ista cernimus: qđ tam nobis certū est: ꝗ nobis efficit certa: quæ secūdum ipsum cōspicimus.

In oppositū ¶In contrarium est illud qđ dicit in epistola ad Italicā exponens illud apostoli: Cū venerit domi nus & illuminabit abscondita tenebrarū. Erit tunc mens idonea quę lucem illam videat: quę nūc nondum est.

A. Responsio. ¶Dicendum ad hoc: ꝙ sic est in omni nostra cognitione tam sensitiua ꝗ intelle ctiua: ꝙ nihil cognoscitur a nobis neqꝫ cognitiōe simplicis notitię: neqꝫ cognitiōe discretiua quin se habeat in rōne obiecti respectu virtutis cognoscitiuę. s. ꝑ illud qđ est rō cognoscendi respectu alteri⁹ tm̄. qđ em̄ nō habet rōnē obiecti, nullo mō pōt dici eē ꝑ se, & ī se cognitū a nobis: vtputa spe cies sensibilis in oculo: quia potētia supra sensum: nullū pōt facere sensum: neqꝫ spēs intelligibilis informās intellectū. Lux aūt diuina illustrās mentē in notitiā veritatis simpliciter vel syncere solū se habet vt rō intelligendi: non vt obiectū visui & intellectui. Idcirco absolute dicendum est ꝙ sic alia facit videri vt in se nō videaꝫ: nec simpliciter nec distictiue. Cui⁹ duplex est rō. vna ꝗ sumiť ex natura ipsius lucis. Alia quæ sumiť ex mō illustratiōis eius. Rō ergo ex parte ipsius lucis est: ꝙ ip sa nō est rō cognoscēdi syncream veritatem in aliis sub ratione alicui⁹ generalis attributi dei: qua le a nobis cognoscibile est in hac vita, vt infra videbitur. Sed vt est ipsa diuina substātia & ars icrea ta in suo esse particulari: quæ vt obiectum sine lumine glorię in vita futura vel specialis gratię in ꝑ senti a mente humana videri non potest, vt dictum est supra. Hac aūt luce in hac vita non solum

a bonis: sed etiã a malis multę veritates synceręvidenť.secũdũ φ dicit Aug.ix.de Tri.Impii cogi-
tant aeternitatẽ,& multa recte reprehẽdũt,recteq; laudãt in hoim morib⁹,quibus tandẽ regulis ea
iudicant nisi in qbus vidẽt queadmodũ qsq; viuere debeat,etiã si nõ ipsi eo modo viuãt!vbi scriptę
sunt nisi in libro lucis ęternę &c.Frequẽter etiã veritatẽ vidẽt in ea mali quã nõ possũt videre boni
vt dictũ est supra in qstione pxima.Ipse etiã diabol⁹ si qd veritatis syncerę videt,in ipsa videt.secũ
dum φ dicit Aug.de ser.dñi in monte.Voce dei (inquit) audiuit qd voce veritatis scriptę int⁹ in
mente sua verum aliquid cogitauit. ¶Vt aũt ex modo illustrationis videamus quomodo ars diui B
na quę est ipsa dei essentia in suo esse particulari possit esse ratio cognoscendi & videndi alia:& tñ
ipsa nec cognoscať nec videatur, considerandũ est in simili de visione oculi corporalis. In ipso eñ
ad cõpletionẽ actus videndi quo lux illustrat ad videndũ aliud a se, vt coloratũ,tria requiruntur
ex parte obiecti quod in nobis operať actũ videndi:quibus in actu nostro syncerã veritatem intelli
gendi ex parte dei operantis ipsum in nobis,respõdent alia tria.Similitudinẽ eñ & proportionem
habẽt adinuicẽ hęc tria,videns,visibile,& quo videmus,in sensu & in intellectu, secundũ φ dicit
Aug.primo soli.Disciplinarũ queq; certissima talia sunt qualia illa q̃ sole illustrãtur vt videri pos-
sint: veluti est terra,& terrena oia.Deus autẽ ipse est qui illustrat. Ego aũt ratio sum in mẽtib⁹,vt
in oculis est aspectus.Primũ illorum quę requirũtur in visu corporali est lux illuminans organum
ad acuendũ.Secundũ est species coloris immutans eum ad intuendum.Tertium figuratio deter-
minãs eum ad discernendũ.Primum operať lux:quia in organo tenebroso virtus visiua iacet qua
si obtusa,& nisi iste actus lucis in oculo praecederet nunq̃ color suo actu speciem suam immittẽdo
oculo ipm immutaret:nec vis visiua aliqd cõciperet,etiã si sine luce species coloris ĩ organũ se dif-
funderet.vt secundum hoc intelligam⁹ qđ dicit Philosophus.ii.de aia.Color est motiuum visus se C
cundũ actum lucidi.¶Sed hic est intelligendũ:φ lux potest se diffundere in oculo a corpore lumi
noso dupliciter.Vno modo aspectu directo.sic non solũ illuminat ad videndũ alia a se:sed ad seipm
videndũ & discernendũ etiã immutat.Alio modo se potest diffundere aspectu obliquo,primo dire
cto aspectu super visibilem colorẽ,secundo cũ colore ad visum.sic autẽ solum ad videndũ & mani
festandũ alia a se illuminat.Si ei eẽt mediũ illuminatũ, & nullũ in directo aspectu ad oculum esset
obstaculũ qđ visum in se terminaret, & sua luce aut colore immutaret, vt si mediũ illuminatum
esset infinitũ,visus quasi sese erigẽdo circũquaq; se diuerteret q̃rẽdo circũquaq; si forte occurreret
aliquid qđ itueri posset. Sicut modo species coloris diffusa per totũ medium a corpore colorato a
quolibet puncto medii facit se in visum,& tñ non immutat ad intuendũ se nisi vt pcedit directo
aspectu a superficie corporis colorati,in quo color habet esse terminatũ quo est per se visibile: non
autẽ in aliquo pũcto medii.Hoc ergo est scđm qđ requiritur ad perfectum actum videndi species
secundũ rectũ aspectum diffusa a per se visibili immutans ad intuendũ. Quia tñ primo & per se
visibile sicut lux aut color,ratiõe qua lux aut color est nõ determinat dispositionẽ rei visę, qua di
stiguiť & distĩcte cognosciť vnũ coloratũ esse differẽs & diuersum ab alio:sed hoc facit solũ chara
cter figurę corpis colorati:'quẽ secũ defert color tãq̃ similitudinem & imaginẽ rei visę:similitudi-
nẽ ratione coloris:imaginẽ rõne characteris:& characterizat visum pfecta siĩitudine & imagine rei
visę:Hoc ergo est tertium qđ requiriť ad perfectum actum vidẽdi,transfiguratio determinans ad D
discernendum.¶His tribus respondent tria in visione intellectuali ex parte dei : qui est ratio ope-
rans actum intelligendi.Primo enim est lux spiritualis oculum mentis illuminans ad visum eius
acuendũ.Io.i.Erat lux vera quae illu.o.ho.ve.in h.mundum.Secundo est forma siue species immu
tans eũ ad intuendũ.ppter qđ diciť de spiritu & aia.c.viii.Aia nulla interposita natura ab ipsa veri
tate formať.Tertio est figura siue character cõfigurans eũ ad discernendũ.Est eñ ars quędã omni
potentis dei plena oim rationũ viuentiũ.vt dicit Aug.vi.de Tri.c.vlti. & ideo diciť Io.i.Qđ factũ
est in ipso vita erat.Sũt eñ illę rationes tanq̃ omniũ figurationũ in naturis rerũ characteres & exẽ
plaria pfectissima & cõfiguratiões exp̃ssissimę.& est ipsa diuina essẽtia respectu itelligibilis visionis
in oculo mẽtis:sicut illa tria respectu corpalis visiõis in oculo corpis,p̃ter hoc φ ipa diuia natura q̃
intima est omni rei,haec oia facit nõ menti vt dispositio eius inhęrendo, sicut inhaerent species lu-
cis,species coloris,species figurę oculo corpis:sed ipsi intime illabẽdo.secũdũ φ diciť de Eccl. Dog.
Illabi illi soli possibile est q creauit.Et facit ibi intima eius p̃sentia ad visum intellect⁹ assistẽdo ei q̃
faciũt species visibiliũ in oculo corpis vel species itelligibiles in oculo mẽtis ei inhęrẽdo.vnde diciť
Aug.ii.de li.ar.Trãscẽde aim vt verũ sempiternũ videas:iã tibi de ipsa iteriori sede fulgebit,& de
ipso secretario veritatis.Et ppter ista tria diciť de⁹ a sctis aliqñ ratio itelligẽdi vt lux:aliqñ vt spẽs
siue forma:aliqñ vero vt exẽplar siue idea vel regula.Sed tñ in qualibet intellectuali cognitiõe pfe
cta est ratio itelligẽdi secũdũ hęc tria,& secũdũ illa tria q̃ ponit Aug.i.soli.!cũ dicit.Nõ est habere

oculos sanos qđ aspicere: aut idē hoc est aspicere qđ videre. ergo anima tribus quibusdā reb⁹ opus est vt oculos sanos habeat quibus iam vti possit, vt aspiciat, vt videat. quæ quidē tria ratio videndi q̄ deus est, faciat in oculo mentis diuersimode secūdū illa tria. Est em̄ primo ratio cognitiōis vt lux, mētē solūmodo illustrādo: vt ad ītuēdū syncerā veritatē rei acuat: nō vt eā ītueat & iā videat. De⁹ enim vt lux in mēte non facit nisi illuminādo qđ oculū mētis a nebulis prauarū affectionū & fumo phantasmatum purget: & quasi spiritualem sanitatem ei tribuat contra languorē cęcitatis a dictis affectiōibus & phantasmatibus quæ passus fuerat: & ad modū quo lux materialis tenebras purgat in aere vel oculo corporis: in quibus etiam oculus diu persistens languorem contrahit cuiusdam cęcitatis. Hinc Augustinus dicit. xi. de ciui. dei cap. x. Non incōuenienter dicit sic illuminari anima luce incorporea simplicis sapientiæ dei: sicut illuminat aeris corpus luce corporea: & sicut tenebrescit aer iste desertus luce: ita tenebrescere animam luce sapientiæ priuatā. Vnde super illud Thre. vlt. Conuerte nos & conuertemur. dicit glos. Est quoddam velamē sensib⁹ nostris obiectum qđ nisi illuminatione dei fuerit remotum conuerti non valemus: & eius remotio est cuiusdā
tamen subiectum esset & susceptibile:qd nunc non est ita. & ideo adhuc si hoc modo reciperetur scientia in homine ab angelo: reciperetur tamē secundum modum recipientis. Nunc autem quia angelus non causat in homine scientiam,nisi per phantasmata,per quę discurrendo intelligit:ideo alium modum scientiæ in homine causat : q̄ sit ille quo ipse nouit. ℭ Ad argumenta in opposi- tum:quia nituntur ad inconueniens,similiter respondendum est.Q; ergo arguitur primo in oppositum:ꝙ angelus potest docere lumen infundendo spirituale : quia sol corporaliter facit videre lumen infundendo corporale:Dicendum ꝙ licet ita sit , neuter tamen horum lumen infundit: nisi in dispositum,& luminis susceptiuum.Nunc autem intellectus humanus corpori cōiunctus secundum communem statum viæ, non est dispositus ad recipiendum ab angelo huiusmodi illuminationem quicqd sit de hoc ipso posito in alio statu:siue in corpore,siue extra corpus. ℭAd secundum : ꝙ angeli scientia magis est in actu,q̄ hominis.ergo &c. Dicendum ꝙ ratio procedit ac si scientia esset potentia actiua.& per hanc viam vna scientia ab altera generaretur : secundum ꝙ obiiciebat Cōment.super.iii.de Anima.Nunc autem non est sic:nec per hanc viam generatur scientia,siue ab homine,siue ab angelo:& non est alius modus quo angelus doceat hominem possibilis secundum statum cōmunem vię:nisi mediante hominis phantasmate:vt dictum est.

M Ad primum in oppositū.

N Ad secundū

Circa.ix.arguitur:ꝙ p se acquirēs scientiā,possit dici docere seipsum. Primo sic. Actio qualibet magis debet attribui causę principali,q̄ instrumentali.Sed homo qui docet exterius signa sensibilia proponēdo secūdum modum prędeterminatū:est quasi causa instrumētalis in docēdo respectu intellect⁹ agētis.Signa enī illa sunt q̄si instrumēta intellectus agētis:a qbus species imprimit in intellectu possibili qb⁹ docet & intelligit vt dictū est. Intellectui ergo agēti tanq̄ causę pricipali,magis debet attribui act⁹ docēdi,q̄ hoī exteriori. Si ergo hoī exteriori ꝑpter illa instrumenta signorum q̄ proponit attribuitur actus docendi: vt vere dicatur esse doctor:multo fortius & intellectui agenti debet attribui actus docendi. sed quod attribuitur ipsi intellectui,verius attribuitur ipsi homini cuius est: quia ipse intellectus respectu actus non est nisi hominis instrumētum:ergo ipsi homini qui discit principaliter debet attribui actus docendi.Vere ergo potest dici, ꝙ homo doceat seipsum,acquirendo per se scientiam,multo magis q̄ acquirendo per alium. ℭSecundo sic.ille principaliter docet qui facit discentem esse certum de veritate cognita. hoc autem facit homo ipsemet in se magis q̄ homo exterius per iudicium naturalis rationis suæ: vt dictum est supra.homo ergo acquirendo per se scientiam : verius debet dici docere seipsum,q̄ alius homo exterior. ℭTertio sic.Sicut homo se bene exercendo est sibi causa virtutis:ita bene ac diligenter inquirendo est sibi causa scientiæ.Sed qui est causa scientiæ dicitur docere.ergo &c. ℭIn oppositū est Philosophus:qui dicit.iiii.Phy.ꝙ impossibile est ꝙ docens addiscat.

A Quæst.ix. Argu.i.

2

3

In oppositū.

ℭAd intellectum aūt huius quæstionis:solū oportet scire quid dicitur & intelligitur noīe doctoris. Sciendum igitur ꝙ omne agens inquantum huiusmodi debet esse aliquid existens in actu:secundum esse formę illius qua agit.Qđ patet tā in agente principali,q̄ in instrumētali.Generans enim aial tanq̄ agens principale:debet habere perfecte secundū actum in se formam aialis.Generans vero aial tanq̄ agens instrumētale:vt calor naturalis: debet habere in se secūdum actum virtutē formę aīalis.Qđ ergo importat perfectā rationē principii actiui secundū aliquā formā ad causandum sibi similē in alio debet esse perfecte informatum forma illa secundum actum inquantum hmōi . Nūc doctor nomine suo importat pfectam rationem principii actiui secūdum scientiam:ad causandum scientiā consimilem in alio,mō tn̄ quo determinatum est supra. Doctor ergo ratione nominis sui significat docentem in se habere secūdum actum perfectam informationem scientiæ. quare cū discens inquantum hmōi non est actu habens scientiā:sed in potentia tn̄: actus autē & potentia ad illum cum sint contraria secundum Philosophum.ix. Metaph.non possunt esse simul in eodem:idem ergo non potest esse discēs & docēs seipsum.& hoc est qđ dicit Philosophus.iiii.Phy.Impossibile est ꝙ docens addiscat:qa docentem necesse est habere sciētiam:discētem vero non habere.Cum ergo per se acquirens scientiam proprie est discens , talis in acquirendo scientiam nullo modo potest dici docere seipsum. ℭAd primum in oppositum : ꝙ homo instrumentaliter docens dicitur doctor:multo fortius ergo & homo per suum intellectum: cuius ille est instrumentū:Dicendū ꝙ alia est ratio: q̄ dicit aliquis doctor: & alia qua dicit causadoctrinę. Causa enī doctrinę solūmō dr ex eo ꝙ agit vt in alio doctrina fiat in actu: quocūq; mō etiā instrumētali: & ideo nō oportet ipm inquātū hmōi forma doctrinę īformari.Doctor aūt vt dictū est nō

B Resolutio.

C Ad primū principale.

dicitur nisi qui agit secundum formam doctrinæ qua informatur. Licet ergo intellectus hominis principalius agit vt fiat scientia in seipso q̃ homo exterior: vt probat argumentum: quia tamen homo exterior agit ex forma scientiæ qua informatur, secundum eam disponendo, & proponendo signa, quibus alter docetur: non sic autem agit ipse homo per suum intellectum: cum ex seipso acquirit scientiam: Merito ergo debet dici doctor homo exterior: non autem ipsemet suiipsius. vnde & si agens interior aliquãdo dicat̃ doctor: hoc est improprie sumendo nomẽ doctoris, extendendo ipsum ad principale agens in discẽdo. Discere enim cõmunius est q̃ doceri: quia discere nõ solum dicit relationem ad docentem: sed etiã ad quẽlibet sciẽtiã causantem: vt homo poterit dici discere ex seipso: non aũt doceri: quia doceri solũ dicit relationẽ ad docentem. ¶Per idem patet responsio ad secundũ. ¶Ad tertiũ: dicẽdũ q̃ bene concedendũ est hoĩem esse sibi causam scientiæ, sicut & virtutis: vt tamẽ non dicatur ex hoc doctor suiipsius. non habendo enim virtutem potest homo sibi esse causa moralis virtutis: & similiter non habendo scientiam, potest sibi esse causa scientiæ. Habendo autem scientiam, impossibile est q̃ sibi sit causa scientiæ, ea ratione sciendi qua habet eam: alia autem ratione non est inconueniens: vt q̃ habens scientiã in vniuersali sit sibi causa scientiæ in particulari. Sicut etiam habendo aliquid vno modo potest homo esse causa eiusdem in seipso: non habendo illud idem alio modo: sicut contingit in medico qui sanat seipsum. Ipse enim habens sanitatem in cognitione artis, causat eam in habitu sui corporis. Nũc autem cum ad hoc q̃ aliq̃s dicatur doctor, secundum eandem rationem qua habet scientiam debet eam causare: & impossibile est q̃ idem simul scientiam aliquam habeat & non habeat: vel non eodem modo: non est autem aliquis doctor, nisi habendo scientiam quam debet docere: & secũdum modum quo eam debet docere: neq̃ aliquis docetur nisi non habens scientiam: vel non secundum illum modum quo debet doceri: Impossibile est ergo oĩno q̃ aliquis seipsum doceat: q̃q̃ sit possibile: vt aliquis in seipso scientiam: sicut & sanitatem, aut virtutem causet.

D Ad secundũ & ad tertiũ.

Irca. x. arguitur: q̃ homo non potest acquirere scientiam nihil præsciendo. Primo sic. Qui nihil prẽscit: in nullo nouit qđ quærit: & talis nescit qñ inuenit qđ quærit: sicut dicit Themistius super prin. lib. Posterio. Qui autẽ hoc nescit nihil addiscit: quia non est addiscere nisi sciendo quæsitum per actum addiscendi. ergo &c. ¶Secundo sic. Philosophus dicit nono Metaphysicæ. Nihil mouetur ad aliquid nisi habeat aliquid de eo ad quod mouetur: discens mouetur ad scientiã. ergo habet aliquid scientiæ. qđ expresse dicit ibidem. Necesse est (inq̃t) vt addiscens habeat aliq̃d de cognitione. ¶Tertio sic. Addiscens oĩs desiderat scire, aliter eñ non laboraret ad sciendum. Sed secundum Augus. x. de Trinita. incognita desiderare non possumus. ergo addiscens nouit aliquid. qđ expresse dicit ibidẽ. Nisi (inquit) impressam in animo haberem⁹ tanq̃ disciplinæ notionem, nullo modo ad eam discendam studio flagraremus. quare cum flagramus studio discendi: necesse est q̃ studẽtes scire aliquid habeamus de sciẽtia. ¶Quarto sic: in principio Posterio. dicit Philosophus. Omnis doctrina ex prẽexistenti fit cognitione. discens non acquirit discendo nisi disciplinam. ergo acquirit eam ex prẽexistenti cognitione. ¶Quinto sic. Augu. iii. de Aca. Nemo disciplinam in animo habere poterit qui nihil didicit. & sequitur statim. Nihil autem didicit qui nihil nouit. ergo &c. ¶Oppositum arguitur. Primo sic: secundum Philosophũ. iii. de Anima, intellectus noster ante addiscere est sicut tabula rasa in qua nihil depictum est: sed sine pictura scibiliũ existẽs nullam habet scientiam. ergo ante addiscere nullam omnino habet scientiã addiscens. ergo nihil prẽnoscit. ¶Secundo sic: ibidem, intellectus de se est omnia in potentia: & nihil in actu eorum quẽ intelligit ante intelligere. Addiscit autem anteq̃ intelligit id qđ non intelligit. ergo ante addiscere non est actu aliquid eorum quæ postea intelligit. Sed non est notitia nisi sciat homo actu id qđ nouit. ergo intellectus ante addiscere nihil nouit. ergo &c. ¶Tertio sic: non est intellectus de se magis in actu intelligendi q̃ sensus in actu sentiendi: quia non fit intellectus in actu nisi p̃ sensum: sed sensus fit in actu sentiendi nihil omnino præsentiẽdo. ergo & intellectus fit in actu intelligendi nihil omnino præintelligendo: & sic fit in actu per addiscere. ergo &c.

E Quæst. x. Argu. i. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. In oppo. pri. 2 3

¶Dicendum secundum q̃ distinguit Philosophus in secundo de Anima: q̃ homo dicitur sciens dupliciter. Sciens in actu: & sciens in potentia. Sciens in actu est habens habitum scientiæ: & considerans secundum ipsum. qui dicitur sciens proprie: & in rei veritate. ad istum non p̃tinet addiscere: sed docere: q̃a est p̃fectus in sciẽtia: vt dictum est in p̃cedenti q̃stione. Sciẽs aũt in potẽtia dicitur duobus modis. Vno modo quia est innatus scire. Alio mõ q̃a habet sciẽtiã in habi

F Responsio.

tu: sed non vtitur ea: neque considerat secundum eã. Primo modo homo ignorans dicitur esse sciens in potentia: quia est sicut materia, inquantum est receptibilis scientiæ. Secundo modo dicitur homo in potentia sciens: quia habet potentiam considerandi cum vult. Sciens autem in potẽtia isto secundo modo, qui cũ vult, vadit ad actum considerandi, non dicitur addiscẽs: neque acquirẽs sciẽtiam. Sed est alius modus acquirendi scientiam: vt dicit Philosophus in secũdo de Anima: qui dicitur rememoratio: secundũ quẽ modũ Plato posuit addiscere: & non alio mõ. Sciens aũt in potẽtia primo modo addiscens est: & accipiens scientiam ab alio: vt a Didascalo: & est in potentia sciẽs isto modo ꝓprie sciens in potentia: quia est sciens in potentia, actui. s. contraria: qm̃ vt vult Philosophus, iste quãdo vadit ad scientiam ex potentia alteratur in actum per doctrinam ex contraria dispositione, quę est ignorantia. Sciendũ etiã q potentia hmõi duplex est: quædam pura omnino actu scientiæ impermixta. Quædam aũt permixta scientiæ imperfectę. secundũ q duplex est ignorantia: quæ est cum hac potentia, ex qua transmutatur in actum contrariæ dispositionis. Est eñ vt dicit Philosophus in lib. Posterio. quędam ignorãtia negationis, quæ omnẽ actum scientiæ priuat, & perfectum & imperfectũ. Est & alia ignorantia dispositionis: quę actum scientiæ perfectę priuat: aliquẽ tamẽ actũ sciẽtię imperfectũ ponit: qa post ignorãtiã negatiõis multũ hõ mutatur ex dispositione contraria ad habitum: quousque habitus sit perfectus generatus firmus & fixus: & in tota media transmutatiõe est actus mixtus cum potentia. Habet enim addiscẽs in tota trãsmutatione sua, qua vadit ad scientiam, imperfectam notitiam cum potentia ad notitiam perfectam: vt iam dicetur. ¶ Cum igitur istis duobus modis itur ad scientiam ex contraria dispositione duplici, si appellemus addiscere coĩter oẽm motum ab ignorantia in scientiam: siue sit ab ignorantia negationis, siue ab ignorantia dispositionis: Dicendũ q necesse est ponere hominem addiscẽtem posse acquirere scientiam nihil pręsciendo. Cum enim homo est in pura potentia: & ignorantia negatiõis: omnino nihil nouit. Sicut oculus qui semper fuit in tenebris, nihil vnq̃ vidit. Sed hoc modo non sumitur addiscere proprie. Addiscens enim proprie dicit̃ q p ductũ alicuius exterius ad actum scientiæ vadit via disciplinæ: vel per ductũ naturalis ratiõis interius. Quia igitur q nihil nouit: nihil ab alio percipit: quia signa quæ doctor proponit, omnino ignorat: nec etiam per se ipsum ad aliquid tendit: & non est proprie discens nisi talis: igitur procedens ab ignorantia negationis ad scientiã ille nihil nouit. Sed talis non proprie, immo improprie dicitur addiscens. Discẽs enim proprie necesse est q ipse ea quæ proponit doctor apprehendat: & per intellectum ad aliqd qd prius non nouit, apprehẽdendũ tendat. Dicendum igitur q addiscere proprie sumptum: oportet q sit motus, non ab ignorantia negationis ad scientiam: sed ab ignorãtia dispositionis. Talis autem ignorãtia ponit aliquid sciẽtię: & ideo oportet omnem proprie addiscẽtem scire aliquid. Propter qd Philosophus attendens motum discipuli in scientiam per doctorem, dicit in principio Posterio. Omnis doctrina & omnis disciplina intellectiua fit ex pręexistenti cognitione. & dicitur motus ille, vt est in discipulo disciplina: vt procedit a magistro, dicitur doctrina. Et quia iste mot⁹ ad scientiam est via inuestigationis: & omnis inuestigatio ortum sumit a primis principiis scientiarũ: idcirco oportet discentem pręscire prima scientiarum principia: secundum q dicit Philosoph⁹ in iiii. Metaphy. Oportet addiscẽtem aliquid primũ scire ista, & non q̃rere ea cum quæretur ab eo de eis. Et ideo horum principiorum notitiam comparauit secundo Metaphysicę loco ianuę in domo quem nullus ignorat, qui ad intrandũ domum tendit: quia per illam ingreditur homo ad cognoscendũ secretiora domus quæ ignorat. vbi dicit Cõment. In quolibet genere sunt alia respectu aliorũ: q̃si ianua respectu domus: & hęc nõ latẽt aliquẽ. Et hęc sunt prima cognita habita naturaliter in quolibet genere entium: & quomodo habita naturaliter, patebit in sequẽti quæstione. Quæ aũt discipulus circa principia debeat præcognoscere, nec q̃rere ea cũ addiscit: Philosophus determinat primo Poster. De dignitate enim debet supponere quia est. i. certam inhęrentiam p̃dicati ad subiectum. & sumit ibi dignitatem pro quolibet principio complexo: qd non est conclusio in scientia. De conclusione autem cuius scientiam quærit, debet habere duplicem notitiam. Vnã quo ad partes, quæ sunt incomplexa. s. subiectum & passio. Alteram quo ad inhęrentiã passionis in subiecto. De subiecto autem oportet pręcognoscere quid est: non definitiue: quia hoc bene est quæsitum in scientia: vt patebit in sequenti quæstione: Sed quid est qd dicitur per nomen: & similiter si est, rõ in existentia actuali exterius: sed si sit res & natura aliqua alicuius prædicamenti: vt infra patebit. De passione aũt oportet ꝓcognoscere qd est qd dicit̃ p nomẽ tm̃: non si est: quia hoc est qd quęrit̃ scire de ea. Ei⁹ esse eñ est subiecto inesse: cũ sit accidens: qd verum est cognitione certa & determinata. Si tñ aliquis ex principiis determinate quærit scire aliquã cõclusionẽ: vt vtrũ angulus ad circũferẽtiã triãg:li descripti in semicirculo sit rect⁹: necesse est vt pri⁹ aliquã ei⁹ notitiã habeat: vel G

ex testimonio magistri,vel quocuq; alio modo.Si enim nullo modo ipsam conclusionē pſciret nisi in vniuersali in principiis:cū scire aliquid in vniuersali in principiis est scire in potentia solum : & ita est oīno nescire in actu,nullo modo eā determinate,& in pticulari scire affectaret. Oportet igit ꝙ conclusionē pſciat in sua cōplexione,aliquo modo,licet non eo modo quo ḡrit scire. Si eñ nihil eā pręsciendo omnino,neq; ei⁹ scientiā q̄rendo,& affectando deueniat in eius cognitionē, hoc erit casu:quia pręter eius intentionē.Sed istū modū pręcognoscēdi philosophus non tangit cū aliis: qꝛ non est scientialis,sed dubitationis,vel opinionis . Frequenter eñ cum dubitamus de conclusione vtrum sit vera vel falsa: eo ꝙ habemus in ista dubitatione aliquā notitiā de ipsa , procedimus ad inuestigandū an vera sit,an falsa.Sed bene tangit istum modū pcognoscēdi cū dicit: quia oportet eū credere qui discit.Vnde cū magister Geometra dicit: ꝙ oīs angulus ad circūferentiā triāguli descriptus in semicirculo est rectus, statim discipulus credit:& sic quodāmō nouit conclusionē sed non eo modo quo desiderat scire.s.per demonstrationem.& ille modus praecognoscendi est ille de quo loquitur Augustinus.x.de Trinitate.

H ¶ Per hæc patent omnia inducta ad primam partem: quia ad ostendendū ꝙ addiscens ꝓprie dictus debet habere aliquid de notitia:qđ est verū:quia debet habere notitiā principiorū,& aliā cōclusionis:cuius quærit notitiā,quā perfecte habebit in posterū:quia sine notitia aliqua illius qđ q̄rit scire,nō desideraret addiscere:& ideo nec moueret se ad addiscēdū , sine notitia vero principiorū non posset in addiscendo procedere:quia ex illius rationis industria debet ei⁹ qđ quærit perfectam notitiam elicere.

Ad arg.pri.

I ¶ Argumenta duo prima in oppositū procedunt,non de acquisitione scientiæ proprie dictæ,quæ fit in addiscente via inuestigationis suppositis principiis, & est scientia conclusionis:sed de illa scientię acquisitione qua acquiritur notitia principiorum. De illa enim verum est,ꝙ non habetur ex pręexistenti cognitione notitia:quomodo autem habetur exponit sequens quæstio.

Ad arg.ii.in oppositum.

k ¶ Vltimum argumentum videtur probare ꝙ perfecta notitia intellectus possit haberi addiscendo:& nihil pręsciendo:quia notitia sensus statim habetur nihil pręsciēdo.Dicendum igitur ad illud secundum Philosophum secundo de Anima.ꝙ sensus comparatur ad intellectum qui habet habitum in actu:sed non actu cōsiderat:quia sicut sensus potest exire statim in actum sentiēdi per sensibilia quæ sunt extra: sic intellectus habens habitum sciētiæ:statim potest procedere in actum considerationis per intelligibilia quæ sunt intra:& nō differt nisi ꝙ sensus habet mouētia particularia extra se.Anima aūt habet sua intellecta vniuersalia intra se:ꝓpter qđ vt dicit:intelligimus cum volumus:non autē sentimus.Si autem cōparetur intellectus ante habitū ad sensū non valet cōparatio,nisi quo ad simplicē apprehensionē, & conceptū rei per suā speciem. Hoc eñ intellectui aduenit naturaliter prima cognitio simplicis apprehensionis,sicut & sensui:vt dicetur in proxima quæstione:sed in hoc non est intellectus contentus:sed vlterius vadit ad cognoscendū id qđ latet in apprehenso.s.ad comprehēdēdū veritatē rei apprehensę,& ea quæ in ipsa latent:vt sunt ꝓprietates accidētia cōtingētia, qđ sensus nō habet facere:quia ratiōalis nō est:nec virtus collatiua vnde dicitur intelligere q̄si intus.i.sub ipso qđ primo apprehendit legere ad vlteriora cognoscēda.Scđm ꝙ dicit Auicen.ix.Metaphy.assignās in hoc differentiā intellectus ad sensus.d.Anima rationalis plura cōprehēdit,& plus scrutatur apprehēsum,& plus expoliat illud ab illis q̄ nō sunt intra intentionē rei,nisi accidentaliter:& ipsa penetrat interiora cōphēsi,& exteriora.& hoc est nobilitatis quā habet intellectus supra sensum.& ad hoc eget aliquo principio sciētiæ superposito ad sciendū & intelligendū veritatē in re : quali non indiget sensus ad solūmodo cōprehendum id qđ est superficietenus sensibile in re.

Ad tertium

A

Quęstio.xi.

Arg.i.

irca.xi.arguitur ꝙ notitia præcedens scientiæ inuestigationem non sit innata, sed acquisita.Primo sic.Scire eo quod rei est innatum,nec vnq̄ fuit,nec esse poterit:quia inest ei a natura , & inseparabiliter : sed mens humana ab initio est sine omni notitia : vt probant tria argumenta ad secundam partem quæstionis præcedentis.ergo si aliqua notitia præcedat sciētiam acquisitam per inuestigationem,illa non potest esse innata.

2 ¶ Secundo sic.Principia secundum Philosophū nō cognoscim⁹,nisi inquātū terminos cognoscimus.Cognitio terminorū nō inest nobis a

3 natura:sed per species rerū acceptas a sensu eā acquirim⁹.ergo &c. ¶ Tertio sic.qđ habetur via experiētię nō habetur a natura:sed ab acquisitione:quia experientia opus rationis est:nō naturę.principia prima:q̄ supponit addiscēs,ꝑ hūc modū habēt scđm Philosophū prīo Metaph. &.ii.Poster. ergo &c. ¶ Ad oppositū sic.Oīs homo natura scire desiderat.i.Metaphy.Desideriū aūt non est nisi ex aliqua notitia.scđm Aug.x.de Tri.Nec potest esse desideriū naturale:nisi ex aliqua notitia naturali ante inuestigationem.ergo.&c.

In oppositū.

¶Dicendum ad hec secũdum ꝙ triplex est scire.s.in potẽtia:in habitu:& in actu: B
de quo dictũ est i questiõe pͥma. Triplex inest homini notitia.In potẽtia:in habitu:& in actu. Resolutio. Notitia in potẽtia,est notitia qua homo innatus est scire & nosse: quę est i naturali iudicatorio existẽte in aĩa,quę est in potentia: vt fiat oĩa in cognoscẽdo:sicut sunt in materia potentię quibus est in potentia:vt fiat oĩa in essendo:& precedit omnem habitũ & omnem actum notitię naturaliter in anima preexistẽs:sicut potẽtię in materia precedũt omnem formã:& actum formę naturaliter in materia:& iclinat animã tãq̃ naturalis potẽtia & vis in ipa,vt naturalit̃ tẽdat ad apphẽdẽdũ verũ. Sicut illa inclinãt materiã vt naturaliter se extẽdat ad suscipiendũ in se formas rerũ. Quare cum illud qđ est solũ in potẽtia,simpliciter est nõ ens:vt qđ est in potẽtia homo nõ est homo:ꝓpter illam notitiã quę est in potẽtia pura: nõ debet homo dici habere notitiam aliquã aut scientiam:sed magis:neq̧ scientiã habere:neq̧ notitiam: neq̧ scire aliquid aut nosse. omnino sicut materia propter potentiã quã habet ad formas,nõ dicit̃ habere formã aliquã:neq̧ esse vllo modo formata.Sed quãtũ est in se,oĩno dicit̃ esse informis. Vnde per hoc qđ cõcessum est supra:ꝙ scientia in potentia inata est hommini a natura:similiter & scire,nõ intendimꝰ ponere ꝙ aliquid habitus sciẽtię vel notitię insit a natura in aĩa.sicut nec aliqđ formę vel actꝰ eiꝰ ponimꝰ esse a natura i materia:p hoc ꝙ ponimꝰ ipsã a natura esse i potẽtia ad oẽs formas: & tenet se illa potẽtia i aĩa plꝰ ex pte aĩę q̃ illcuius habitꝰ:sicut & potẽtia materię plus se tenet ex pte materię,& potius est aliquid ipsius materię q̃ ipsius formę.Quomodo autẽ hoc sit intelligendũ alias videbit̃.Hęc igitur notitia in potentia sola nobis innata est.appellando ergo acquisitũ omne supueniens ei qđ innatum est:oĩs notitia in habitu & oĩs notitia in actu acquisita est. ¶Sed aliqđ qđ nõ est innatũ sed superueniẽs & acquisitũ:dupliciter potest acquiri. Vno modo naturaliter.Alio modo rationaliter.Primo modo acquirit homo notitiã primoꝝ principiorũ tã i speculatiuis q̃ in actiuis.Sicut eñ oculus de se nullã habet speciem visibiliũ innatam: quia scđm philosophum receptiuũ colorum est non color:neq̧ aliquẽ actũ vidẽdi anteq̃ species recipiat:quia videre pati quoddã est a visibili.Sed nullo impedimento existẽte,neq̧ ex parte sensus: neq̧ ex pte medii:neq̧ obiecti:statim cũ offert̃ visibile speciem suã naturaliter facit in visum: & facit oculũ actu videre. Ita ꝙ hoc contingente oculus nõ potest non recipere speciẽ:& necessariũ est ipsum videre visibile:& exinde naturaliter defertur species vsq̧ ad imaginatiuã & informat eã.Sic humanus intellectus de se nullã habet speciem intelligibiliũ innatam:neq̧ aliquẽ intelligendi vel sciẽdi habitũ aut actum:sed scđm philosophũ solum est oĩa intelligibilia in potẽtia:& nõ est aliqđ eorum actu anteq̃ intelligit: & non intelligit nisi specie recepta: quia est virtus passiua.sed nullo impedimẽto existente:neq̧ ex parte intellectus:neq̧ ex pte imaginatiuę: statim naturaliter ad imaginatiuam virtute intellectus agentis generatur species intelligibilis in intellectu possibili naturaliter:& maxime in prima receptione quã nulla cognitio precedit & tũc facit statim species recepta intellectũ ĩtelligere:& primos cõceptꝰ formare:q statim naturalit̃ veritate sua mouet potẽtiã cognoscitiuã:& illa statim naturaliter p naturale iudicatoriũ existens in ea:statim in ipsis cõceptibus cognoscit veritatẽ principiorũ:& concipit initiũ habitus principiorũ:quorũ habitu cõcepto quantũcũq̧ imꝑfecto habilis est mens ex illo intelligere primorum principiorũ veritatẽ.Hoc ergo modo habitus principiorũ supueniẽtes sunt dicto iudicatorio principio sciendi innato:& non sunt innati,sed naturaliter acquisiti,per potentias naturales animę rationalis:sicut oculus naturaliter acquirit species colorũ in se:& per illas naturaliter videt. Tali autem notitia principiorũ supposita ex acquisitione tali,homo via inuestigatiõis rationalis: totaliter per potentiã naturalem rationis vt est ratio,discurrẽdo acquirit sibi ex notitia illorum principiorũ notitiã cõclusionũ:& per hoc etiã habitum eorũ: quo de facili potest se homo cũ vult cõuertere sup eas intelligẽdas:qa habitꝰ dicit̃ sciẽtia: & dicitur ꝓprie habitus acq̄situs:quia p rõnis inuestigationem & industriã aduenit.Habitus autẽ principiorum similiter acquisitus est:sed naturaliter vt dictũ est.Et ideo nõ proprie acquisitꝰ dicit̃.Quia ergo addiscens ꝓprie dictus est:qui scientiam rei acquirit per inuestigationẽ:sic autẽ non acquirit nisi scientiã cõclusionis determinatã:& in particulari,presupponẽdo solũ notitiã principioꝝ:& notitiã cõclusionis cõfusam & in generali:

¶Dicendum ad questionem ꝙ notitia precedens scientiam acquisitã per inuestigationem:quantum ad notitiam in potentia principii scientialis:est notitia naturalis innata: nullo modo acquisita: & qualis sit illa dictum est: quia in potentia pura,quia.s.innati sumus scire.vt dicitur in scđo Ethi.Quãtũ vero ad notitiã principiorũ:& similiter cõclusionis modo cõfuso & in generali non est innata vllo modo,sed naturaliter acquisita:& ita nõ ꝓprie acquisita:quia naturaliter adueniens vt dictum est:non quesita nec inuestigata:sicut est quesita & inuestigata a discente D Responsio.

E te scientia conclusionis.

Ad pri.prin. ¶ Per hec patent obiecta. Primũ enim ꝙ mens humana ab initio est sine omni notitia, bene verum est de notitia in habitu, vel in actu, quę proprie notitia dicitur. De notitia autẽ in potentia quę nõ est proprie notitia, nõ est verum. Illa enim vt dictum est, inest animę a natura. Vnde quãtum ad habitus oẽs sciẽtiales: anima est sicut tabula rasa: tamẽ sicut cõplanata & apta nata oĩa hęc recipere quę in ea describi possunt: & etiã apta de eis receptis iudicare. Vnde quantũ ad omnia ista recipienda quae praecedũt notitiã inquisitiuam, simile est de sensu & intellectu: nisi quo ad hoc ꝙ sensus nullam veritatẽ habet comprehẽdere circa sensibilia, qđ facit intellectus circa intelligibilia, vt dictum est supra. Qꝫ nec etiã aliquis habitus in ipso sensu generatur ex sensibilium comprehẽsione: sicut generatur aliquis habitus in intellectu: ex cõprehensione intelligibiliũ.

F ¶ Ad secũdum patet similiter: quoniam nõ est in nobis aliqua notitia pręcedens notitiã principiorum: neqꝫ secũdum actum: neqꝫ secundum habitum. Sed ipsa naturaliter est acquisita: & eam solã

Ad scđm. Ad tertium pręcedit notitia potẽtialis innata, vt dictũ est. ¶ Per idẽ patet tertiũ: quia eodem modo procedit.

G ¶ Qđ arguitur in oppositũ, ꝙ homo naturaliter scire desiderat: ergo naturaliter

Ad argu. in oppositũ. nouit aliquid: Dicẽdum ꝙ verũ est secũdum modũ tamẽ desiderii: quia desideriũ sciendi naturale pure ex notitia potẽtiali ꝑuenit: qua homo in potẽtia natus est scire: & hoc est a natura ante oẽm receptionem notitię. Desiderium autem naturale nõ pure: qđ est quodã modo rationale: & ex aliqua notitia actuali habita impfecte & in generali: qua desideratur partim naturaliter: partim rationaliter sciri in particulari & perfecte: vt patet ex determinatis.

H Quęst.xii. Arg.i. Ad duodecimũ arguitur ꝙ homo ęque primo sine discursu potest sibi notitiam singulorum acquirere. ¶ Primo sic. homo sciẽtiam acquirit per speciem acceptã a sensu. sed cuiuslibet speciem ęque primo natus est per sensum acquirere. ergo

2 & c. ¶ Secũdo sic. Sicut se habet sensibile ad sensum: sic intelligibile ad intellectũ: sed sensus ęque primo nat⁹ est acquirere notitiam cuiuslibet sensibilis: & statim in ipso cognoscere quicqd est ipsi cognoscibile sine discursu. ergo & intellectus aeque primo nat⁹ est acqrere notitiã cuiuslibet itelligibilis: & statim i ipso cogno

3 scere quicquid est ipsi cognoscibile sine omni discursu. ¶ Tertio sic. quorum est eadem ratio agendi: aeque primo nata sunt agere in proprium passibile. vt quilibet ignis ratione qua est calidus calefacere calefactibile. Eadem est ratio cuilibet vero inquãtum est verũ, agendi in intellectum: & mouendi ipsum: quia nõ mouet intellectũ nisi sub ratiõe qua est verum. ergo omne verum sub ratione veri mouet intellectum aeque primo. & ita sine discursu natum est ipsum mouere. Per hoc au

4 tem acquirit scientiam. ergo & c. ¶ Quarto sic. facilius res quaelibet nata est procedere in actum ab habitu incompleto q̃ a priuatione pura: quia plus distat actus a priuatione q̃ a potentia. sed anima in pura carentia & priuatione de se ad habitus principiorum, vt dictum est: est in potentia & habitu incõpleto per principiorũ notitiã ad habitus cõclusionũ. ergo facilius est transire a principiis ad cognitionẽ conclusionum: q̃ per se ad cognitionem principiorũ. sed ad illam vadit statim

In oppositũ. naturaliter sine discursu: vt dictum est supra. ergo & ad istam. ¶ Contra. eorum quorũ vnum natum est sciri & intelligi per alterum & nõ econuerso: non est intellectus aeque primo natus acquirere scientiam: sed vnius primo: & alterius per discursum ab vno in alterum. Sic se habent intellectus principiorum & cõclusionum. ergo non ęque primo: sed per deductionem ab vno in aliud est intellectus natus acquirere eorum scientiam.

I ¶ Ad hoc primo intelligẽdum, ꝙ scientia siue notitia est de vltima hominis perfe

Resolutio. ctione: & etiam cuiuslibet intellectualis naturę: vnde & in ipsa consistit felicitas vitae contemplatiuę hominis. scđm phm. x. Ethi. Nunc autem ita est iuxta determinationem philosophi. ii. cę. & mũ. ꝙ res omnino perfecta perfectionem suam habet a seipsa absqꝫ omni operatione sua: qua acquirat eam. Et ideo deus scientiam & notitiã omnem de se & rebus aliis habet absqꝫ omni acquisitione a rebus scitis: & absqꝫ omni conuersione super eas: & absqꝫ omni discursu ab vno in aliud: sed vno simplici intuitu in seipso aeque primo & simul omnia cognoscit: quia scientia sua nõ est causata a rebus. Res autem quęlibet alia: quia perfectionem suam in scientia nõ habet de se sed ab alio: quia habet eam a rebus: ideo eã non nisi sua operatione acquirit. Sed ea quae primo perfecto propinqua sunt in ordine rerum operatione simpliciore eam acquirunt: quae vero sunt remotiora, operatione possibili. & ideo angeli qui primo sunt propinquiores conuertendo se ad principia scientiarum sibi innata, ex illis sibi statim scientiam acquirunt omnium aliorum: sine discursu causalitatis intelligendi vnum ex altero: vt ex notitia vnius tanq̃ prius noti deueniant in notitiam alte

rius posterius noti: vt sic per vnũ inuestigent notitiã alterius: sed singula aeque primo intelligũt: non tamen vno simul intuitu simplici singula intelligendo, sicut deus facit: sed vnum post alterũ, secũdum q̀ super res se cõuertũt. Homo autẽ cum sit in vltimo ordine intelligẽtiarũ post primũ: qui nõ habet aliquã notitiam sibi innatã nisi in potentia solũ: vt dictum est: primo sibi naturaliter acquirit notitiam principiorũ incomplexorũ sub esse incompletissimo: & confuso magis. secũdum q̀ congruit humanę naturę. Quia innata est nobis via sciendi ex notioribꝰ nobis quae sunt cõfusa magis procedẽdo in notiora naturę quę sunt distincta & determinata magis: & hoc per hunc modum. Homo eñ sibi acquirit notitiã primo de terminis & quidditatibꝰ rerũ in generali, primo cognoscẽdo & cõsiderando quid dicitur per nomẽ. ex quibus terminis componẽdo & diuidẽdo secũdo concipit prima principia complexa sub esse confuso. & secũdum q̀ homo magis est dispositus in lumine naturalis intellectus: & ingenii subtilitate: tanto perfectius prima principia tam cõplexa q̃ incomplexa ab initio concipit. oẽs tamen generaliter ab initio ea sub esse confuso concipiunt: licet vnus magis distincte & minus confuse q̃ alter. Sed postmodum paulatim determinant ea oẽs semp magis: & magis. scḋm enim q̀ dicitur in principio Physi. pueri prima appellant oẽs viros patres & mulieres matres. Posterius autẽ cum vigoratur intellectus eorum determinãt vnũquenq; horum: & cognoscit puer patrem suum inter cęteros viros: & matrem suam inter caeteras mulieres. & haec confusa notitia principiorũ inquãtum huiusmodi habetur primo via sensus memorię & experiẽtię: q̃ cõsistit i singularibꝰ: in quorũ notitia nõ cõsistit ars aut scientia. artifex eñ vniuersale & causam cognoscit: expertus autẽ noscit singulare tm̃: & causam ignorat. vt dicitur in principio Metaphysi. Sed solũ cõsistit in eis principiũ artis & scientię. principiũ dico extra terminos artis consistens: anteq̃ intellectus ex ipsis vniuersale abstrahat: q̇d existẽs in aĩa vnũ pręter multa, est primũ principiũ artis & scientię: intra terminos artis consistẽs. vt dicitur in ṡ. poste. Et tunc maxime quãdo intellectꝰ in illo vniuersali abstracto naturã & causam rei cognoscit: & veritatẽ videt. Tũc eñ prĩo determinatã notitiã prĩcipii habet. sed tñ ante ipsam ab eiꝰ notitia cõfusa tã i cõplexis, q̃ in incõplexis incipit rationis discursus, primo ad cognoscendum veritatem quidditatis terminoꝝ in principiis incõplexis: quorum notitia determinata acquirit̃ inquirendo via definitiua ex confusa cognitione definiti in significato nominis eliciendo cognitionem eius determinatã in definitiua ratione. Indefinitum enim quiddã significat nomen vt circulus. Definitio autẽ ipsius diuiditur in singularia. i. in singulas partes definiti. vt dicitur in principio Physi. Et tunc primo quando termini sic cognoscunt̃ in definitiua ratiõe intelligit̃ veritas & quidditas rerũ: & ex ipsis cõcipit̃ intellectus determinatꝰ primoꝝ principiorũ cõplexorũ: sicut prius eorũ intellectus indeterminatus concipiebatur ex ipsis terminis cognitis in confusa nominis significatione. Et sunt principia ista definite intellecta tam complexa q̃ incõplexa principia artis & scientiae infra terminos intellectualis cognitionis: & de numero talium principiorum illa sunt prima principia simpliciter: quę de primis et vniuersaliori bꝰ magis concipiũtur. vt in incomplexis principiis primum principium & primus conceptus est cõceptus entis inquantũ est ens: sub quo sunt omnes alii conceptus incõplexi: & ex ipso & post ipsum concipiunt̃. Ex conceptu enim entis via deductionis ratione definitiua eliciuntur oẽs alii cõceptꝰ sequẽtes incõplexi. vnde dicit Auicẽ. i. Metaphy. suae. Res & ens talia sunt q̃ statim imprimũtur in anima prima impressione. quę non acquiritur ex aliis notioribꝰ se: & alia acquiruntur ab eis. quae enim prompriora sunt ad imaginandum per seipsa: sunt ea quae cõmunia sunt omnibus rebus: sicut res & ens: & vnum. &c. Et ideo nõ potest manifestari horum aliq̇d probatione: quę non sit circularis, vel per aliquid q̇d non sit notius: seu q̇d est ignotius illis. scḋm quẽ modum a primo pl̃io, cuius subiectum est ens inquãtum ens: omnis alius artifex subiectum suum sumit tanq̃ aliq̇d ens particulare sub ente simpliciter. In cõplexis vero primũ principium: & primus conceptus est: qui primo fundatur super cõceptus entis: inquantum ens est: & est ille: de quolibet affirmatio vel negatio: & non simul de eodem: quia fundatur super entis intentionẽ: in comparatione ad suum cõtrarium: q̇d est non ens: priusq̃ sub ente consideretur descensus ad aliquam partem entis. Sub hoc eñ conceptu cõplexo sunt oẽs alii conceptus cõplexi: & ex ipso: & post ipm̃ concipiũtur. ex cõceptu enim hmõi principii: de quolibet affirmatio vel negatio & non simul de eodẽ via deductionis ratione syllogistica eliciunt̃ omnes alii cõceptus complexi sequentes. Vnde & ipso interempto omnes alii interimũtur. vt vult pħs in. iiii. Metaphy. Et per ipsum omnes alii probantur: & etiam primi cõceptus principiorũ syllogismi. vt patet per totũ ex analeticis pħi. Et ideo quicũq; aliquid intelligit, ens intelligit primo inter incõplexa: nec de hoc aliquis dubitare potest: quia nihil potest intelligi nisi verũ: & non est verũ nisi ens. Et illud principiũ de quolibet affirmatio vel negatio &c. prĩo intelligit̃ it̃er cõplexa. scḋm q̀ de hoc prĩcipio dicit pħs in. iiii. Metaphysi. Necesse

est vt illud principiũ sit valde manifestũ & notum: & de necessitate oportet cõcedere illud q habet cognitionẽ entis. vñ dicit cõmẽ. Quẽadmodũ oportet phm attribuere q̃dlibet gen⁹ entium alicui primo: & scire quid est illud primũ: & hoc quo ad incomplexa: ita oportet ipsum cum considerauit de primis ꝑpositionibus, attribuere omnia alicui primo. Vnde phs contra negantes eã exteri⁹ qđ tamen negari non potest quo ad interius rationẽ, nõ procedit per aliqđ principium cõplexum sed solum ex terminorũ incõplexorũ significatiõe: quę solũ pręcedit hoc principiũ cõplexum. complexum enim primũ nisi per incõplexa cognoscere nõ possumus. Licet enim aliqua propositio sit ꝑ se nota: & primo quãtum est de se: vt est illa cuius pdicatũ includitur in subiecto: ignoranti tamen subiectum quid est: & eius definitionem, talis propositio non est nota. Ignorans enim ꝙ homo est aĩal rationale mortale, potest ignorare an homo sit aĩal: & alius non. vt dicit Alg. in logica sua Secũdum interius rationẽ dico: q͡a qui scit ꝙ homo est aĩal rationale mortale, scit pdicatũ includi in subiecto: cũ dicitur homo est aĩal. Vnde dicit Auicẽ. i. Metaphysicę suę. Non potest cognosci quid sit vere enunciari: nisi de vnoquoq; eorum dicatur q͡a res est, vel aliquid, vel quid. & phs. vi. Metaphysi. Oportet non ignorare illud qđ significat aliqđ quid sit scđm essentiã & definitionẽ. q͡a quęrere absq; hoc est facere nihil. cognitio eñ eius qđ quid est, est principiũ oĩs cognitiõis perfectę habendę de re: & ad eam omnis cognitio tam in complexis, q̃ in incomplexis reducenda est. Vnde illa propositio est omnibus per se nota: cuius omnes terminos cognoscunt: illa vero solum sapientibus: cui⁹ terminos soli sapiẽtes cognoscũt. scđm ꝙ Boethius. li. de Hebdo. distĩguit duplex gen⁹ cõmunium conceptionũ animi. Quarum omniũ prima est illa: de quolibet affirmatio &c. Ex qua via deductionis argumẽtatione demõstratiua eliciuntur omnes alii conceptus complexi siue illorum qui sunt principia in aliquibus scientiis specialibus, siue conclusionũ vltimarũ. Et ex hoc philosophus cuius est considerare quidditates rerũ, habet probare prima principia particulariũ scientiarum. Et per hunc modũ quicquid homo cognoscit post simpliciter prima principia naturaliter cognita: via rationalis deductionis cognoscit: nõ solum intelligendo vnũ post alterũ: qđ facit & angelus: sed etiam intelligendo vnum ex altero, tanq̃ incognitum actu ex actu cognito in quo illud est cognitũ in potentia solum. Qui modus cognoscendi angelo nõ conuenit. Vnde & modus intelligendi angelorum proprie intellectualis dicitur: hominum vero rationalis. secundum ꝙ dicit Damasce. de duabus naturis: & vna ꝑsona Christi. Operatio intellectualis est in angelis & in omnibus incorporeis simplici apphẽsione intelligentib⁹: rationalis vero ĩ hominib⁹: qui ex anima & corpore cõponunẽ: nõ simplici: sed varia & ratiocinatiua apphẽsiõe ĩtelligẽtib⁹. Et nota ꝙ est ordo ĩ illis posterius cognitis ab hoĩe: quia quędã posteriorum sunt in potentia priori in illo primo principio tam incomplexo q̃ complexo prius ex eo nata cognosci: quędam in posteriori nata posterius cognosci ex eodem. & sic per ordinem vsq; ad vltima incõplexa: & vltimas cõclusiões complexas.

M Et secũdum hunc ordinem debet procedere ordinata scientia in cognoscendo: sicut natura procedit ordinate in generãdo: quia nõ sunt omnia æque primo in potẽtia in primis principiis, vt sciantur ex ipsis: sed necesse est quędã sciri mediantib⁹ aliis: sicut nõ sunt omnia ęque primo in potẽtia in materia, vt generẽtur ex ea: sed necesse est quædam generari mediãtibus aliis primo gñatis. Et ideo sicut natura non potest primo & immediate ex pane generare hominem: sed oportet vt primo ex pane generet sanguis: & ex sanguine sperma, & ex spermate hõ: Sic ratio ex primis pricipiis nõ potest scire immediate ea quę mediata sunt, siue complexa, siue incõplexa: sed oportet eam currere per omnia intermedia priusq̃ mediata poterit per prima cognoscere. Et qui hunc ordinem non obseruãt in addiscendo modicũ proficiunt: & sępius errant. Absolute ergo dicendum ꝙ homo non potest æque primo deuenire in notitiam singulorũ: immo in quolibet genere principiorum oportet eum prius scire confusa: q̃ determinata: & deinde ex confusis via discursus rationalis inuestigare determinata, vel definitiue, vel demõstratiue: & hoc per ordinẽ: semp primo cognoscẽdo principia incõplexa: & deinde ex incomplexis complexa: & tam in his q̃ in illis primo confusa & indeterminata: deinde distĩcta & determinata vt dictum est.

N ¶ Ad primũ in oppositum: ꝙ speciem cuiuslibet rei æque primo mens nata est acquirere: Dicendum ꝙ licet ita sit: non tamen nata est per illam intelligere omnia intelligibilia de ipsa re: æque primo & eodem modo: sed primo conceptus confusos primarum intentionum: & deinde ex determinatione definitiua conceptus earum determinatos: & per illos omnes conceptus sequentes tam complexos q̃ incomplexos, secundum ꝙ apparet in pueris, qui primo omnes viros appellant patres. vt dictum est.

Ad pri. pri.

O ¶ Ad secũdum ꝙ sensus ęque primo apprehendit omnia sensibilia: Dicendum secundum dicta superius ꝙ non est simile de sensu & intellectu: quia sensus simpliciter & superficie tenus exterius rem ꝑ suã speciem apprehendit; sed non ipsam rem interius: neq; ipsius rei veritatem in qua plura contingit discer-

Ad scđm.

ni: sicut facit intellectus, vt dictum est secundum Auicē. Propter quod dicit philosophus: Qui vnum dicit quodam modo multa dicit. ad quae multa cognoscenda non potest intellectus humanus eque primo. Sed quędam latent in potētia in quibusdā quae operatiōe rationis oportet in actum deducere, quod et facit non nisi discurrendo: quia propter debilitatem luminis intellectualis in homine non potest oia illa statim pcipere, quod potest angelus ppter luminis actualis fortitudinem in ipso. Sed hoc poterit homo cum euacuatum fuerit in ipso quod ex parte est: & fuerit sicut angelus dei in caelo. ¶Ad tertium quod omnis veritas est per se obiectum intellectus: Dicendum quod verum est: sed veritas primorum est obiectum eius per se & primo: aliorum autem per se sed non primo. & ideo non potest cognosci veritas in illis nisi per discursum ex primis. ¶Ad quartum quod facilius est animam transire ad notitiam conclusionum ex principiis, quam per se ad notitiam principiorum: Dicendum quod verum est quantum est ex parte recipientis: quia anima humana de se nihil habet habitus principiorum: in principiis vero in potentia habet habitus conclusionū. Sed quātum est ex parte luminis intellectus quo fit iudicium veritatis & principiorū & conclusionū: secus est. quia aliquid sufficit ad percipiendum statim veritatem magis perspicuam: quod non sufficit ad percipiendum minus perspicuam. Quia ergo magis perspicua est veritas principiorum quam conclusionum: ideo cum quidditas terminorū offertur intellectui: statim vis cognitiua naturalis percipit veritatem principiorum: licet non conclusionum. quarum etiam veritatem statim perciperet si intantum esset eleuatū lumen cognoscitiuū in hominibus quantū in angelis. Et sicut est de pceptione veritatis principiorum & conclusionum: ita est de generatione habituū: quia ex talibus actibus percipiendi primo habitus cognitiui concipiuntur, & per actum intelligendi veritatem principiorū habitus principiorum tam complexorum quam incomplexorum concipitur in suo initio: & per talem actum frequentatum augmentatur & firmatur: & per actum ratiocinandi concipitur habitus conclusionis: & per ipsum frequentatum habitus conclusionis augetur & firmatur. ¶Est enim intelligendum quod aliud est principium: & aliud est habitus principii: sicut aliud est conclusio: & aliud habitus cōclusionis. Principiū enim est quoddā opus intellectus: velut quędā notitia actu intelligendi lucens in intellectu tanquam verbum & conceptus eius: quo intellectus informatus in actu intelligendi perfectissime est in actu id quod intelligit: & perfectius quam ex ipsa specie quā habet de re. & ideo ex illa notitia est pfecta assimilatio intellectus ad intellectū: vt intellectus cū sit de se quodā modo oia intelligibilia: actu tamē nihil eorum est anteque itelligat. sicut dicit phs tertio de aia. Quod intelligo ipm dicere nō tam propter speciem rei, quam intellectus informatur, vt eliciat actū intelligēdi: sed propter ipsam notitiam quę lucet in intellectu ex actu intelligendi. licet neutro illorum informetur intellectus: nisi cū est in actu intelligēdi. Et est ista notitia cōceptus quidditatis rei i intellectu simplici: propositionis vero in intellectu componēte vel diuidente: per quem habitus complexus vel incomplexus generatur & augmentatur: quo vtitur intellectus ad faciliter concipiendum principium postquam generatus est habitus in eo. Nō est autē idē quod quis agit: & quo agit: sicut habitu grāmatice complexam orationem quis constituit: quę nō est habitus ipse. Et similiter in opatione rationis ex habitu scientiae concipit quis conclusionem quę non est ipse habitus.

P Ad tertium

Q Ad quartū

R

Articulus.II. De modo sciendi. & primū de certitudine sciendi.

Quia non cōtingit scire rem absque eo quod sciatur modus eius: viso de possibilitate sciendi: & scientiam acquirendi: consequenter de modo sciendi videndum est. Vbi de sciendi certitudine. vi. sunt inquirenda. Art.ii.

Primū: vtrum contingit hominem scire aliquid certitudinaliter.

Secundum: vtrum quilibet homo certitudinaliter scit quaecunque ipse scit.

Tertium: vtrum quilibet homo quaecunque scit, scit ea aeque certitudinaliter.

Quartum: vtrum omnes homines quicunque sciunt eadem: sciunt ea aeque certitudinaliter.

Quintū: vtrū omnes homines apti sunt aeque certitudinaliter scire.

Sextum: vtrum omnia scibilia nata sunt aeque certitudinaliter sciri.

A
Quęst.i.
Argu.i.

Irca primũ arguitur ꝙ nõ cõtingit hominẽ aliqd scire certitudinaliter. Primo sic. August. dicit. lxxxiii. q. q. ix. A sensibus corporis nõ est expetenda syncerita veritatis. Sed homo p se nihil scit nisi ex sensibus: qa ab ipis oĩs nr̃a cognitio or tum habet. i. Metaphy. ii. Poster. &. iii. de aĩa. ergo homo nõ potest scire synceri tatẽ veritatis. nihil autẽ scitur certitudinaliter nisi sciendo synceram veritatẽ:
2 quia nõ est sciẽtia nisi ex veritatis cognitione. ergo. &c. ¶ Secũdo sic. Aug. ibid. Nihil est scibile, qd nõ habeat simile falso: ita vt internosci nõ possit. veritas aũt certitudinalit non potest sciri nisi nota dissimilib⁹ falso. vt dicit. ii. de Academicis. ergo p sensibile nulla veritas põt co gnosci certitudinaliter. sed homo nõ cognoscit nisi p sensibilia. ergo. &c. ¶ Cõtra. habẽs regulã cer tam sciendi in qua nõ cõtingit eũ errare: potest certitudinaliter scire: qa põt scire in illa & p illã: & ipsa fallere nõ potest. talis autẽ regula est veritas primorũ pricipiorũ. fm̃. ii. phm̃. 4. Metaphy. princi piũ est valde manifestũ & notũ. Hoies aũt nõ decipiunt nisi i eo qd nesciũt. hoc aũt nõ habet dubi tationẽ. talẽ autẽ regulã habet i se homo naturaliter acqsitã. vt patet ex predeterminatis. ergo &c.

In oppositũ.

B
Responsio.

sentiā talis entis:pter hoc q apphēdat ipam esse i actu extra animā.Talis.n.intellect⁹ quo apprehē
diť res extra esse i effectu:semp cōcomitať itellectū quo apphēdiť res simplr i essentia sua: vt dicit
Auicē.ponēs exēplū tale.verbi gra. Si dixerit aliqs,resurrectio erit:itellexisti resurrectionē q̄ nō est:
& intellexisti erit qđ nō est:& pdicasti erit de resurrectiōe. Sed intelligiť vt in hora futura vera sit
de ea intentio de est:& sic,vt dicit,enūciationes non sunt nisi per id qđ est in anima:& per accidēs
per id qđ est in exteriorib⁹. Et similiter est de intellectibus incomplexorum. scđm q dicit Alga.in
logica sua. Possibile est te intelligere hominem simpliciter,ita q nō intelligas an habeat esse extra,

D an non esse: sicut an habeat esse album, an non. Et si dubitas forte an habeat esse in mūdo, an non: hoc nō impedit tuum intellectum ad intelligendū essentiā hominis. Qd manifeste dicit Phs. scdm anti. trāsl. 2. poste. Apparet (inquit) ꝙ interio definitiōis rei: & ꝗa existat: sunt duę res diuersę: quia qui ostendit quid est res: & eius definitionem: nō apprehendit per hoc ꝙ illa res existat. Nam cum homo ostendit definitionē circuli, ꝙ sit figura plana &c. nō apprehendit per ostensionem illius ꝙ sit esse circulo. Nota p illud qd dicit: Sūt duę res diuersę: ipsum nō intelligere nisi diuersitatē intētionum in intelligēdo. qd patet p hoc qd subdit: Quia ꝗ ostendit &c. De nō ente vero qd opponitur enti scdm figuras prędicamētoꝝ: qd priuat rē cuiuslibet pdicamēti, de illo solo nō ente nō potest esse sciētia: nisi per accidēs: sicut priuatio cognoscit̄ p habitū, scdm ꝙ dicit Auicē. 1. Metaphy. Esse est notius, ꝗ̄ non esse. Esse enim cognoscitur per se: non esse vero cognoscitur per esse aliquo

Ad obiecta. modo. Per hęc patent obiecta vtriusq; partis si quis inspiciat.

E
Quęst. 2.
Arg. 1.

Irca secūdum arguitur, ꝙ contingit hominē scire omnia entia. Primo sic. Phus dicit. 3. de aīa. ꝙ intellectus est quodā modō omnia intelligibilia: sicut sensus est omnia sensibilia. Sensus sic est oīa sensibilia ꝙ potest omnia sentire. ergo intellectus ita est omnia intelligibilia: ꝙ potest omnia intelligere. hęc sunt omnia scibilia & oīa entia. ergo &c. ¶ Secūdo sic. qui potest scire & intelligere magis scibile & intelligibile: & min⁹. scdm Phm. 3. de aīa. homo potest scire & intelligere

2

In oppositū. summe scibile. vt dictū est. Ioā. 14. Hęc est vita ęterna. ergo &c. ¶ Oppositū arguit̄. Primo sic. Ecclesiastici. 13. Plurima sunt sup sensum hominis. sed illa nō potest scire. ergo &c. ¶ Secūdo sic. Ecclesiastici. 7. Dixi sapiens efficiar: & ipsa recessit a me multo plus ꝗ̄ erat. Sed hoc nō cōtingeret, si cōtingeret eum scire omnia entia. ergo &c.

2

F
Responsio. ¶ Dicēdum ad hoc, ꝙ ita est in omnibus quibus cōpetit opatio aliqua exercenda per instrumentū: ꝙ agens de se sufficiens vt agere possit, si habeat copiā instrumenti: dicendus est simpliciter posse in illā opationē: licet ei deficiat instrumentū: & ideo nō possit procedere in actū. sicut oculus dicit̄ posse videre omne visibile: licet nō possit ꝓcedere i actū vidēdi deficiēte luce exteriori. Nunc autē ita est: ꝙ propria operatio hoīs scdm ꝙ homo, est scire & intelligere, ꝗa est eius operatio scdm intellectum: & rationē qua vere homo est. scdm Phm. 8. Ethi. Ad operationē autem huiusmodi: hō quantū est ex natura sui intellect⁹ si sufficienter illustret̄ luce intellectuali ꝓportionali cuilibet scibili secūdum statū & gradū suum, est in potentia vt sciat & intelligat vnūquodq;. Absolute ergo concedendū est ꝙ homo potest scire oīa entia hoc est oīa scibilia. Et ob hoc dicit̄ in

G li. de spū & anima. Aīa ad similitudinē totius sapientię facta oīm in se similitudinē gerit. Dicit etiā Auicē. in. ix. Metaphysicę suę: ꝙ sua pfectio animę rationalis est: vt fiat scdm intelligibile: & describatur in ea forma totius: & ordo intellectus in toto: & bonitas influēs in omne: & vt incipiēs a prīcipio totius ꝓcedat ad substātias intellectuales spūales absolute: & deinde ad spūales pendentes aliquo modo a corporibus: & deinde ad aīas mouētes corpora: & postea ad corpora cęlestia: & vt hęc omnia fiant descripta in aīa secūdū dispositiones & vires eorū: quousq; pficiat̄ in ea dispositio esse vniuersitatis, & sic transeat per intellectū in instar totius mūdi: & cernēs id qd est pulchrum absolute: & bonitas absolute: & decor verus: fiat vnum cum eo: insculpta eius exemplo.

H
Ad primū in oppositū. ¶ Ad primū in oppositū, ꝙ plura sunt supra sensum hominis: Dicēdum ꝙ verum est attingēda lumine naturali. Si tamē sufficiēter illustret̄ lumine supnaturali: nihil est supra sensum hominis quin possit illud intellectu attingere. ¶ Ad scdm ꝙ sapiētia recedit ab inuestigante:

I
Ad secūdū. Dicēdum ꝙ dicit̄ recedere: quia quāto homo plus inuestigat sciētiā lumine naturalis ratiōis: tāto magis patet ei ꝓfunditas. Nihil tamē est scibile in creaturis, si sufficiēti lumine illustretur quin possit illud scire. Maxime cū illustret̄ ad hoc vt possit scire sūmū intelligibile attingēdo licet nō cōprehēdendo. In cuius cōparatiōe cognitiōis potest etiā verificari illud Ecclīastes. 7. Dixi sapiēs efficiar, & ipsa longius recessit a me multo magis ꝗ̄ erat: Et alta profunditas, quis inueniet eā? Quanto enim amplius cognoscitur illud, tanto amplius recedere dicitur cognitio illius ab eo: qm̄ semp de scibili illo claret plus restare cognoscendum ꝗ̄ iam cognitum est.

K
Quęst. iii.
Argu. i.

Irca tertiū arguitur ꝙ contingit hominē scire omnia ex philosophicis sciētiis. Primo sic. quęcūq; sunt in vniuerso: per ordinē & cōnexionem se habent ad inuicē. connexio illa sciri potest ex philosophicis sciētiis: quia fit p naturā influētię inter motorem & motū, causam & causatum: quae sciri possunt ex philosophicis scientiis: cōnexio autē & ordo aliquorū sciri nō possunt nisi simul sciantur connexa & ordinata: quia relatiue se habent ad inuicem. ergo &c. ¶ Secun

2

do sic: ex scientiis philosophicis habet homo scientiã superiorum, & inferiorũ, corporalium, & spiritualiũ sicut patet, & omnia ista sunt scibilia. ergo &c. ¶ Contra est: quã ex scientiis philosophicis nihil scitur nisi scientia quae hauritur ex sensibus & sensibilibus: quia secundũ Philosophũ: omnis nostra cognitio a sensu ortum habet. sed multa sunt scibilia: quorũ sciẽtia ex sensu & sensibilibus hauriri non potest: vt sunt omnia illa quorũ notitiã p fidẽ tenet sacra scriptura. ergo &c. In oppositũ.

¶ Dicendum ad hoc secundum Philosophum .iiii. Metaphy. q scietiarum philosophicarũ omniũ vna est vniuersalis ad omnes, quã appellant philosophi primã philosophiã: aliae vero sunt particulares sub illa. Nunc autẽ vt dicit Philosophus ibidẽ, Sciẽtiarũ particulariũ cuiusq est cõsiderare de accidente: quomõ accidit alicui partiũ entis, diuisę a toto ente, cõtra alias partes quas considerant alię scientię particulares. Sicut Mathematici accipiunt nũeros & magnitudines & considerant de eis, & suis accidentibus, & naturales de ente mobili. Scientia vero vniuersalis de ente simpliciter considerat: & de eis quae sunt entis per se: & ideo cõsiderat etiã de primis causis, & principiis entis simpliciter: de qbus nulla sciẽtia particularis se intromittit. Si ergo aliqua pars philosophię de natura, & quidditate diuinorũ: & de eis quae sunt propinqua deo, & de substantiis spũalibus consideraret: illa est prima philosophia: quia vt dicit in .i. Metaph. Phus primus debet cõsiderare de rebus, quae sunt magis altę omnibus substantiis in veritate. Sed cõstat q de illis Philosophus non determinat nisi in vniuersali inquantum sunt principia, & causae entis simpliciter: secundum q ipse dicit .i. Metaphy. Arbitramur (inquit) scire omnia sapientẽ, sicut contingit: non secundum vnũquodq scientiam habentem ipsorũ. vbi dicit ant. trãsl. Non singularem eorũ scientiam habentem. Cõstat tamen q non minus substantiae spirituales habent in se scibilia specialiter de eis sciẽda, q substãtiae corpales: de quibus scientiae particulares philosophiae, pticularia vt dictũ est cõsiderant. Quare cum illa particularia scienda circa substantias spirituales nulla pars philosophię docet: nec vniuersalis, nec particularis: patet clarissime q non contingit homines scire omnia scibilia sibi ex scientiis philosophicis. vnde & Philosophus qui hoc bene sentiebat, qñ occurrebant ei talia: q scientiã philosophicã excedebant: de hoc se non intromisit: sed considerationi alterius cõmisit. Secũdũ q de hoc habemus vnũ exemplũ clarũ in .i. Ethi. vbi quęrit inter alia de felicitate an sit donum dei. dicit sic. Si quidẽ aliquod aliud deorũ est donũ hominibus, rationale est felicitatẽ dei donum esse maximũ quãto optimum. sed hoc erit alterius perscrutationis magis pprium. L Responsio.

¶ Ad primum in oppositum: q ex philosophia scitur cõnexio omnium: ergo & cõnexa: dicendum q cõnexa cognoscunt ex philosophia: quantũ potest manuducere cõnexio a sensibilibus ad insensibilia pcedendo. & hoc est solum quo ad generalia quae ptinent ad rationem causalitatis superiorum respectu inferiorum: non autem quo ad ppria, in quibus certior consistit eorum scientia. ¶ Ad secundum q ex philosophia habetur scientia omnium: Dicendum q verũ est quo ad gña singulorũ: qa de quolibet gñe entis cõsiderat: sed nõ quo ad singula generũ: neq quo ad singula de singulis consideranda. Sed quo ad singula generum considerat substantias corporeas: non autem incorporeas, quae non minus scibilia sunt quo ad singula specialiter consideranda circa eas q corporalia: vt dictum est. M Ad primum principale. N Ad secundũ

Irca .iiii. arguitur: q contingit hominem scire omnia ex puris naturalibus suis. Primo sic. Homo potest scire ex puris naturalibus suis ea quorũ notitia includitur in potentia, in primis principiis naturaliter cognitis: quia ex illorum notitia per naturalis rationis inuestigationem potest cognitionem aliorum deducere in actum. omnia scibilia sunt hmõi. Omnium enim scibilium notitia in potentia includitur in primis principiis. ergo &c. Probatio assumpti est: quia primũ principiũ incõplexũ est intentio entis inquãtũ ens est: primũ cõplexũ est: de quolibet affirmatio vel negatio: vt dictum est supra. Sub intentione & conceptu entis simpliciter cõtinet ois cõceptus incõplexus: siue sit creati, siue increati: vt vult Auicen. i. Metaph. suę. Sub conceptu illius cõplexi: de quolibet affirmatio vel negatio, continetur quilibet conceptus cõplexus siue sint extrema entis creati siue increati. ¶ Secũdo sic. frustra esset aliquid in potentia ad aliud, nisi actu illud posset attingere. Cum ergo intellectus humanus secũdum Philosophum est in potentia omnia intelligibilia: & hoc in puris naturalibus constitutus: nihil autem est ponere frustra in fundamento naturae, & creaturae. ergo &c. ¶ Oppositum arguitur sic. Scientia hominis ex puris naturalibus non est nisi via sensus secundum Philosophum: Sed plura sunt scibilia, quorũ notitia a sensu non capit ortũ: quia omnino non cadunt sub sensu: nec ea q cognoscũtur ex sensu sufficiũt ad hoc vt faciãt illa sciri: vt sunt quidditates incorporalium. ergo &c. O Quaest. iiii. Argu. i. 2 In oppositũ.

P Responsio. ¶ Ad hoc dicendum: q ab agente per instrumentum non potest procedere actio ad quã instrumentum se extendere non potest: quia instrumento artis fabrilis, opus carpentationis faber efficere non potest. Nunc autem ita est: q ratio naturalis in cognitione quę sibi ex puris naturalibus cõpetit: vtitur vt instrumẽto lumine naturali sibi veritates rerum illustrante, & eas intellectui manifestante: lumen aũt illud qa naturale est, limitatum est ad solũmodo notitiam hominis naturalẽ illustrandam. Cũ ergo illa notitia q̃ est naturalis, fit adminiculo sensuum & sensibiliũ lux homini cõnaturalis solum illustrat ad sciendum notitiã eorum, quę mediante sensu nata sunt cognosci. talia sunt illa quæ sunt scibilia phica solum: pręter quæ sunt plura alia quæ excedunt naturalem intellectum hominis: quia per sensibilia non potest ad eorum quidditates cognoscẽdas attingere. Maxime autem dei: quia omnia sensibilia sunt effectus quidam virtutem illius in nullo adęquantes, & sine cognitione eius qđ quid est, omnino scientia de natura rei haberi non potest: secundum q dicit Philosophus. vi. Metaphysicę. Oportet non ignorare illud quod significat aliquid quid est: quia absq hoc facere nihil est. Vbi dicit Commenta. Quærere enim aliquid scire hoc non determinato est quasi non quęrere. Vnde volentes ex vestigio creaturæ diuinam essentiam perfecte cognoscere, irridet Iob. xi. Forsitan (inquit) vestigia dei comprehendes: & omnipotentem vsq ad perfectum reperies. & xxxvi. Ecce deus magnus: vincens scientiam nostram. & non solum clara illorũ notitia nostri intellect⁹ possibilitatẽ excedit: sed & illa quę nata est haberi de eis per fidem & in ęnigmate: secũdũ q dicetur infra.

Q Ad pri. prin. ¶ Ad primum in oppositum: q omnium notitia in potẽtia includitur in primis principiis: Dicẽdũ primo ex parte primorũ principiorũ: q sicut in naturalibus illud qđ procedit ex radice semper tenet & sapit naturam radicis: nec potest naturam radicis excedere: sic prima principia naturalis cognitionis cum a sensibus & sensibilibus velut a radice trahantur: vt sępius dictum est: vim & naturam sensibilium excedere nõ possunt: vt sicut ipsa in naturali notitia hominis accepta sunt a sensibilibus: vltra notitiam eorum quæ adminiculo sensuum nata sunt cognosci, extẽdi nõ possunt. Licet ergo ratio entis simpliciter & absolute accepta sit sufficiens in potentia ratio cognoscendi quodlibet cognoscibile: qđ sub ratione generali entis continetur: inquantũ tamen est accepta p sensum a sensibilib⁹: limitata est vt sit in potẽtia principium cognoscendi solũ illa ad quæ potest deducere ratio naturalis adminiculo sensuum & sensibiliũ & non alia. Secũdo dicendũ ex parte luminis naturalis intellectus: vt est coniunct⁹: q q̃uis principia prima sint quantũ est de se sufficienter in potentia ad faciendum scire quodlibet cognoscibile: q tamen lumen illud limitatum naturaliter est: vt non sit natum illustrare ad eliciendũ notitiam aliquam, vltra notitiam quæ ex sensibilibus hauritur, vltra quã nõ potest se extendere: nisi ei adiutorium luminis superioris addatur. Sicut lux naturalis in oculo cati, sufficit ad illustrandum medium: vt eo videat aliqua visibilia grossa, & non potest ei ostẽdere minuta: nisi lumine solis vel candelę, vel aliquo exteriori superinfuso.

R Ad secũdũ. ¶ Ad secundum q omnia sunt naturaliter homini cognoscibilia: Dicendum q aliqua sunt homini cognoscibilia naturaliter: qa ex principiis ei naturaliter inditis potest in illorum cognitionem deuenire sine adiutorio exteriori. sic homini in statu huius vitę solũ sunt naturaliter cognoscibilia, ea quę sensuũ adminiculo capere potest. Alio modo sunt aliq̃ ei naturaliter cognoscibilia: qa de natura sua natus est illa intelligere: sed hoc nõ q ex puris naturalibus illa itelligit: sed qa naturaliter ita ordinata sunt: vt nata sint recipere lumẽ, quo adiuta illa intelligat. vnde secũdũ hunc modũ homo ordinatur ad hoc: vt per gratiam eleuetur ad suscipiendum maius bonũ, q̃ sit illud qđ potest attingere per naturam: qđ nõ videbãt Philosophi: & ideo cognitionem hominis, & beatitudinem nõ posuerunt vltra id qđ potest attingere per naturam, & ideo errauerunt.

S Quęsti. v. Arg. i.

Irca. v. arguitur: q non cõtingit hominem scire per gratiam: illa quæ excedũt eius naturam. Primo sic. Inter agens & patiẽs debet esse proportio: non eñi vt dicit Philosoph⁹: quodlibet natum est agere in quodlibet: sed vnũquodq in sibi cõueniens & proportionale. Actus enim actiuorũ sunt in patiẽte bene disposito. Sciẽtiã aũt agit in sciens: & non est proportio intellectus humani in cognoscẽdo, ad id qđ eius naturã excedit: qa si in cognoscendo ipsum, esset eius ad ipsum proportio, non excederet ipsum. ergo quod excedit ipsam naturam eius: non põt homo vllo modo scire.

2 ¶ Secũdo sic: si sciret per gratiam: quod eius naturam excedit: illa gratia necessario eẽt ei supernaturalis: sed qđ est supernaturale non est susceptibile per naturam. ergo solum per gratiã & eadem ratione illa per aliam: & sic in infinitum. hoc autem est impossibile vt sic procedat. ergo & primũ: q homo sciat per gratiam: quod nõ potest scire per naturam.

3 ¶ Tertio sic. sicut se habet oculus corporalis ad videndum: mediante luce corporali sibi naturali: sic intellectus ad vidẽdum

mediante luce spirituali sibi naturali. Sed nullo lumine superiori potest oculus corporalis eleuari
ad videndum quod nõ potest videre lumine sibi naturali. ergo nec oculus spiritualis ad videndũ,
qđ nõ potest videre lumine sibi naturali. ¶ In contrarium est: qm̃ cognitio hominis naturalis non In oppositũ.
excedit adminiculum sensus. si ergo non posset scire per gratiam, q̃ non potest scire per naturam:
nullo modo posset eius notitia excedere visibilia. quare cum in vltima notitia hominis, cõsistit ei⁹
beatitudo, beat⁹ esset ex notitia causatorum sensibiliũ quá potest habere ex ipsis: quare cũ hoc sit
heresis phorum, aliam oportet homini dare scientiá per gratiam quá potest habere per naturam.

¶ Dicendum ad hoc: q secundum August. viii. super Genesim in ipso mundo ge- T
mina opatio diuina: puidentiæ reperitur: partim naturalis, partim voluntaria. Naturalis p occul- Responsio.
tam administrationem: de qua dicit lib. ix. Omnis iste naturę vsitatissimus cursus habet quasdam
leges naturales & determinatam vim quid vnũquodq valeat: vel non valeat. Verbi gratia: vt de
grano tritici non nascatur faba, sed triticum. Super hũc cursum rerũ naturalem: volũtaria admi-
nistratione potestas est creatoris facere de omnibus aliud q̃ eorum seminales rationes habẽt. Ver-
bi gratia: vt lignum aridũ repente floreat: & fructũ gignat: & asina loquat: & hmõi cętera quę de
us naturis dedit: vt hęc ex eis fieri possent actione potentioris. Nõ em̃ ex eis illa faceret nisi fieri
possent: vt ibi dicit Ioan. Damasc. Quæ tamẽ non dedit eis: vt haberent ex motu suo naturali: &
ideo potentia illa appellatur potentia obedientię non naturę. Nunc autem sicut deus agit & mo-
uet sicut prim⁹ motor in mouendo creaturas corporales motu corporali: sic agit & mouet vt pri
mus motor in mouẽdo creaturas spirituales motu spirituali. & ideo sicut dupliciter mouet (vt di
ctum est) creaturas corporales: vna. s. prouidentia naturali & generali: & altera prouidentia specia
li & volũtaria: similiter congruit vt dupliciter moueat creaturá spirituale. Motus autem eius est
in intelligendo & volendo: & hoc. s. puidentia generali mouendo eá lumine naturaliter sibi indito
ad cognoscendum ea quæ subsunt cognitioni naturali: & similiter ad ea agendum: quę sibi ex na-
turalibus agere competit. Prouidentia autem speciali mouendo eam lumine supernaturaliter in-
fuso ad cognoscendum quæ sunt super facultatem rationis naturalis: & silr volũtarie ad agendũ
quæ sibi per gratiam agere competit: vt sic homo ordinetur tam ex parte intellectus, q̃ affectus
ad aliquid superius: q̃ ex puris naturalibus possit attingere: qđ non contingit in aliquibus ratiõe
carentibus: & hoc vt homo qui ferri debet in finem suum ratione & voluntate, qđ non competit
rõne carentibus, auxiliũ semp a deo suo postulet: neq ipsum aliqñ cõtemnat. qđ de facili faceret:
si ex puris naturalibus sibi oĩno sufficeret. Et hoc est qđ dicit Chryso. exponens illud Matth. vii. V
Date & dabitur vobis. Omnem (inquit) creaturá sensibilem deus armatam & munitam creauit.
Alios em̃ muniuit velocitate pedũ: alios vnguib⁹: alios pẽnis: alios dẽtib⁹: alios cornib⁹. hoĩem au
tem solũ sic disposuit: vt virtus illius sit ipse: & in eo q infirmiorẽ eũ fecit oĩbus, eo ipso fortio-
rem voluit eum esse in se. Nam sciens deus q cognoscere & colere deum vita æterna est: ignorare
aũt & contemnere perditio sempiterna: nec ita infirmũ eũ creauit: vt omnino nihil boni facere pos
sit: ne quẽ sup oĩa & pp̃ter quẽ oĩa fecerat: oĩbus inueniret esse deterior: nec ita potẽtẽ eũ creauit:
vt etiá sine dei auxilio ex seipso facere possit qđ vult: vt infirmitatis suæ necessitate coactus: semp
necessariũ habeat dñm suum. Si enim oĩs virtus hominis in deo est: & tamẽ cõtemnit omnium bo
norum auctorem: quáto magis negligeret eum: si potẽtia eius esset in seipso? ¶ Ad primum in op-
positum: q non est proportio intellectus ad sibi supernaturale: Dicendum q verum est de se p lu- X Ad primũ principale.
men naturæ. tamen lumine gratiæ bene fit proportionale: qđ est supernaturale: sicut per lumen
naturale est proportionale ei quod ex puris naturalibus potest cognoscere. ¶ Ad secundum: q il
lius luminis gratiæ non est susceptibilis per naturam: sed p gratiam solũ: Dicendũ q verum est: Y Ad secundũ
ita q ex puris naturalib⁹ illud sibi acquirat: vel q naturaliter lumẽ ipsum sibi inditum habeat. est
tamen ipsius susceptibilis per naturam: quia natura de se ad hoc ordinata est: vt munere creato-
ris hoc recipiat: & per illud illa quæ natura non attingit cognoscat. Vnde licet homo non accepit
a natura quo per se ad illorum notitiá attingat: accepit tamẽ a natura vt alterũ in se recipiat: cu-
ius adiutorio ad illá attingat. Aliter em̃ ad illá oĩno attĩgere nõ posset: secũdũ q dicit Damas. lib.
de duabus na. & vna psona Christi. Impossibile est qualẽcũq naturam vti actione: vel operari ope
rõnem vel passionẽ, quorum potentiá non secũdũ naturá assumpsit: velut non potest germinare
terra non secundum naturam accipiens a conditore germinatiuam potentiam. ¶ Ad tertium q Z
oculus corporalis per nullum supernaturale lumen potest videre qđ non potest videre in lumine Ad tertium
naturali: Dicendum q nõ est simile: quoniá preter sensibilia in lumine materiali sensus non est ali
ud sensibile omnino: sed præter intelligibile lumine naturali intellectus est aliud intelligibile ei
lumine supnaturali, qđ distat a naturalibus intelligibilib⁹ intellectus: & ab ipso intellectu: non si

cut sapor vel odor a visu, & a colore q̄ nullo modo sunt visibilia: sed sicut visibile excellens distat a visibili tẽperato: & a debili visu ad qđ non potest ipse attingere: nisi lumine clariori illustretur, & fortificetur. Vnde dicit Philosophus. ii. Metaph. q intellectus noster se habet ad manifestissima naturae: sicut oculus vespertilionis ad lucem Solis.

Artic. IIII. de appetitu & desiderio sciendi in homine.

Artic. IIII.

Via scibilia nõ sũt facta homini cognoscibilia, nisi vt aliquis ea sciat & cognoscat: ad sciendum autem ea non se extẽderet nisi scire ea appeteret: Idcirco postq̄ visum est de qualitate scibilium ab homine, videndum est de appetitu siue desiderio sciendi in ipso. Et circa hoc quaeruntur nouem.

Primum: vtrum Homo appetat scire.

Secundum: vtrum omnis homo appetat scire.

Tertium: vtrũ homo naturaliter appetat scire.

Quartum: vtrum omnes homines ęqualiter appetant scire.

Quintũ: vtrũ hõ appetat scire ea quę notitiã lũinis naturalis excedũt.

Sextum: vtrum homo appetat scire omnia.

Septimum: vtrum homo ęqualiter appetat scire singula.

Octauum: vtrum sit aliquod vnum qđ homo principaliter appetat scire.

Nonum: vtrum ppter illud qđ homo principaliter appetit scire, appetat omnia alia scire.

A
Quaest. i.
Argu. i.

Irca primũ arguit: q hõ non appetat scire. Primo sic. Si homo appeteret scire: aut qđ nouit: aut qđ nõ nouit: nec est mediũ: qa est diuisio p cõtradictoria, inter quae non cadit medium. secundum Philosophum. x. Metaphy. Non qđ nouit: quia eius qđ nouit, iam habet scientiam. Secundũ enim August. in. li. lxxxiii. q. In sciẽtiis idem est nosse, qđ habere: appetitus autem nõ est respectu habiti: sed respectu non habiti, possibilis tamen haberi. Neq; qđ non nouit: quia secundũ
2 Aug. iiii. de Trini. Appetit⁹ ex notitia pcedit. ergo &c. ¶ Secũdo sic: potẽtia naturalis nõ est nata moueri, nisi ex suo proprio obiecto naturali. obiectum proprium appetitus naturale non est verũ
In oppositũ. qđ mouet ad sciẽdum: sed bonũ. ergo &c. ¶ Contra est, quia homo vt sciat, laborat: qđ non esset nisi scire appeteret. ergo &c.

B
Responsio.

¶ Dicendum ad hoc q ita est in omĩbus potẽtiis actiuis & passiuis ordinatis ad inuicem, q illa potentia quae vniuersalem finem respicit, mouere habet alias ad actus proprios illis & inclinare eos ad fines proprios illarum: quos sub fine vniuersali respiciũt tanq̄ sibi proprios & particulares ordinatos in finem vniuersalem, qui est proprius finis primi mouẽtis: qui oĩa alia ad finem & ad bonũ suũ obtinendũ mouet: veluti caelum qđ intendit vniuersalem conseruationem generabilium & corruptibilium, mouet omnia inferiora, quorum vnũquodq; agit particulariter ad conseruationem suę speciei. Similiter rex qui intendit bonum regni, mouet Barones & Baliuos qui intendunt bonum prouinciarum, aut ciuitatum quarundam: & Architectonica ars mouet alias artes, quae sunt sub ipsa: vt dicit Philosophus in principio Ethico. Nunc autem ita est q appetitus rationalis seu voluntas respicit tanq̄ suũ finem bonum simpliciter vt bonum est: quali bet autem alia potentia animae aliquod particulare bonum: qđ sibi bonum est: Sicut visus perfici intentione coloris: intellectus perfici intentione veri. secundum q dicit Auicen. ix. Metaphysi.
C suę. Dico oportere vt scias q oĩs virtus naturalis habet delectationẽ & bonũ, quae sunt sibi ppria: & habet nocumentum & malum, quae sunt sibi propria. Verbi gratia, Delectatio irę est victoria, & delectatio aestimationis est fiducia, & delectatio cõseruatiuę est recordatio. Appetitus igitur rationalis in homine siue voluntas mouere habet omnes alias potentias animae ad actus suos & in proprios fines. Nihil autem mouet ad actus inclinando in finem nisi appetat finem. appetit ergo volũtas in homine: immo homo per voluntatem fines & perfectiones proprias omnium potentiarum aliarum animae comprehendendo sub actu suo actus omnium illarum: & sub fine suo fines omnium illarum: & est seipsam mouens primo appetens sibi bonum simpliciter: & mouens oĩes alias appetens non sibi: sed eis bona pticularia illis propria. sed hoc intentione ordinandi oĩa illa bona in bonum sibi. Cum ergo de numero illarum potentiarum vna sit intellectus: cuius obiectum & finis est verum & scire: Dicendum q homo per voluntatem appetit scire: sed secundum intellectum:

¶Ad primū in oppositum: q homo non appetit, neq; qđ nouit, neq; qđ non nouit: Dicendum q duplex est appetitus, Naturalis, & rationalis: quia voluntas & est natura & est ratio. Vnde aliquid appetit appetitu naturali: vt est natura: & tali appetit qđ omnino nō nouit: quia appetitus natura lis vt est a natura potentiæ volitiuę, vnde non pcedit ex notitia aliqua in appetēte: sicut est de ap petitu materię: quo appetit formam. secundum Phum primo Phy. vbi distinguit Cōment. duplicē appetitum. Vnum qui est sine cognitione: & alterum qui est per cognitionem. Cum vero volūtas appetit aliquid appetitu rationali: ille est qui procedit ex notitia. & de illo loquitur Augu. De quo sciendum: q cum homo appetit scire appetitu rationali qui fit per cognitionem: scire illud qđ ap petit, & nouit & non nouit: aliter tamē & aliter: qa qđ nouit imperfecte & in potentia & in vniuer sali: non nouit in actu & perfecte & in particulari: & appetit scire inquantum non nouit: & nō ap petit inquantum nouit. sed per illud qđ nouit excitatur ad appetendū qđ nō nouit: secundum q dicit Aug. x. de Trini. ad modū quo dictum est supra de addiscente: qui aliquid nouit: & per illud mouetur ad acquirendum qđ non nouit. ¶Ad secundum: q obiectum appetitus non est verū sed bonum: Dicendū q verum est: qm̄ non nisi bonum est obiectum appetitus: sed hoc vel bonū sim pliciter qđ est bonum sibi immediate: vel bonum huic, qđ est proprium bonum alicuius potentiæ sub ipso. Vnde obiectum appetitus nō est verum: vt verum sub ratione veri: sed sub ratione boni potentiæ inferioris: vt intellectus: & per hoc ipsum appetit vt dictum est. sicut econuerso obiectū intellectus non est bonum voluntatis: vt bonum sub ratione boni: sed sub ratione qua verū est. Et ideo istę duę potentię voluntas, & intellectus, ad inuicē sese mouent: immo (vt magis proprie lo quar) ipsum volentem & intelligentem: quia intellectus concipiendo finem per modum intentiōis sub ratione veri proponit ipsum voluntati: quę ab ipso fine mouetur sub ratione boni. Et sic intel lectus mouet voluntatem metaphorice ad modū quo finis mouet efficientē. Ecōtra voluntas mo uet intellectum proprie & per modum agentis & impellentis in opus: vt dictū est. Et ideo istę duę virtutes reflectuntur super se inuicē: & super actus suos. Intellectus enim intelligit se intelligere & actum, & obiectum suum: similiter volūtatem intelligit velle & actum & obiectum eius. Et ecō trario voluntas vult se & actum & obiectum suum: similiter intellectum vult intelligere & actū & obiectum eius. & sic vtriq; illorum est obiectum quicquid est obiectum alterius. D Ad primum principale. E Ad secundū

Irca secundum arguitur: q non omnes homines appetant scire. Primo sic. vnus quisq; quærit quod appetit: sed non omnes quærunt & laborant scire. ergo &c. ¶Secundo sic: nullus appetit qđ habere renuit: scire multi renuūt: vt illi qui di cunt deo. Iob. xxi. Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. & Osee. iiii. Tu quoq; scientiā repulisti. ergo &c. ¶Tertio sic: nullus appetit qđ odit: sed scire multi odiunt. Prouerb. i. Imprudentes odibūt scientiam. ergo &c. ¶Cōtra est: qa secundū Aug. oēs appetūt esse beati. Beatitudo aūt vel est sciētia & notitia q̄dā secūdū Phi losophū. x. Ethi. vel non est sine scientia. secundū Aug. i. de Acad. ergo &c. F Quæst. ii. Argu. i. 2 3 In oppositū.

¶Dicendū ad hoc: q sicut q̄stio p̄cedens de appetitu hominis vt homo, est simpli citer intelligenda de appetitu hoīs rōne speciei: ita q̄stio ista qa est de oīs hoīs appetitu: intelligēda est principalr̄ de appetitu hoīs ratione indiuidui. Et differt multū de appetitu hoīs vt hō est, qui sequit̄ speciē: & de appetitu hoīs vt iste hō est: qui sequr̄ hypostasim. Et nō solū hoc restat in ap petitu: sed etiā in aliis actionib⁹ & passionib⁹ aīę: secūdū q dicit Damasc. in li. de duab⁹ nat. & vna psona Christi. Naturalis pprietas est q̄ naturā cōstituit: & diuidit speciē a specie: hypostatica aūt pprietas est q̄ diuidit hypostasim ab hypostasi: & simplr̄ dicere q̄cūq; oēs hoīes habēt a conditore data naturales sūt pprietates: differēs aūt vsus hypostatic⁹ est: volūtas & velle naturale ē: differēs aūt volūtas, & differēs velle hypostaticū. Oīs hō habet posse velle: & oīs hō vult: sed nō oīs hō sic vult. q̄re simplr̄ velle ē naturale: hoc aliqđ & taliter velle hypostaticū. Multū ergo distat ista q̄stio a p̄cedēti. Intelligēdū ergo cū appetitus nō sit nisi boni: q sicut spēs est vlē qd, & simplr̄ ens respe ctu indiuidui: qđ est hic & nūc: ita appetit⁹ speciei inquātū hmōi est appetit⁹ boni vt est bonū spe ciei. Appetit⁹ vero indiuidui iquātū hmōi est bonū idiuidui hic & nūc. Bonū aūt speciei est bonū simplr̄: qa est bonū naturę: quā cōtinet spēs: & natura semp appetit qđ bonū est simplr̄. Bonū vero indiuidui est bonū qđ videt̄ huic siue simplr̄, siue delectabile, siue vtile, qđ est hic & nūc: qa nō est bonū naturę nisi vt in hoc: & qđ hoc est appetit qđ sibi bonū est. qa tū rō speciei cōtinet̄ in indiui duo: bonū speciei est bonū simplr̄ indiuidui: licet q̄lq; ratione indiuidui respicit specialē rōnē boni sibi cōuenientē. Cū ergo q̄rit̄ an oīs hō appetat scire: Dicēdū q oīs hō rōne qua hō est, & cōtinet in se naturā speciei, appetit scire. sicut & hō simplr̄ appetit scire: vt dictū est: qa in scire cōsistit pfectio speciei scdm̄ intellectū: & vnusq̄sq; appetitu q cōpetit ei rōne speciei pfectionē speciei in se appetit: sicut & ipsa species sibi suam perfectionem appeteret si esset separata ab indiuiduis. Ratione vero G Responsio. H

indiuidui distinguẽdũ:ꝙ loquẽdo de scire simpliciter:oĩs hõ appetit scire. loquẽdo aũt de scire ali qđ scibile particulare hoc vel illud,non oportet ꝙ oĩs homo appetat scire vel hoc vel illud.Cũ eñ homo ratione indiuidui inquantũ hmõi non appetat aliquid nisi vt sibi conueniens:vel simpliciter:vel vt delectabile,vel vtile:& scire per se ex natura sua sit delectabile: & natũ delectare:qcũqꝫ de quocũqꝫ scibili scit,etsi nõ delectet,hoc est ꝑ accidẽs aliqđ existẽs in indiuiduo:vel cõtingẽs ipsi ex ipso scire:vt iã patebit:sicut & gustũ ꝑ se delectat dulce:& si nõ,hoc est per aliqđ accidens existens in gustu:vel contingens ipsi ex ipso dulci.Hoc igitur particulare vel illud omnis homo per se & naturaliter appetit scire inquantum scibile est:& similiter appetitu rationali: si aliquo modo ipsum cognoscat & aduertat: & si aliquis scire nõ appetit hoc particulare scibile vel illud:hoc est

I Ad pri.prin. per accidens.& sicut est de voluntate & appetitu sciendi:sic & aliorum.¶Ad primũ in oppositũ ꝙ non omnes quęrũt scire:Dicendũ ꝙ non oĩs appetitus mouet ad ꝓsequutionẽ appetiti : sed fortis quẽ non potest retrahere contrarius appetitus . Debilẽ enim sciendi appetitũ habẽtes retrahit fatigatio ex labore ne scire q̃rant . Et ideo cõtrarius appetitus fortior quiescẽdi retrahit appetitũ discendi:ne ad actum moueat:nihilominus tñ appetitus est in eis ad sciẽdũ.vnde & multi nõ volẽtes laborare vt sciãt:bñ vellent scire sine labore.¶Ad scđm ꝙ scire multi renuũt:Dicẽdũ ꝙ hoc

K Ad secũdũ. est ꝑ accidẽs aliqđ quo informaꝛ repugnãs scientię:vt ꝑ habitũ cõtrariũ:sicut infidelis nõ desiderat scire sciẽtiã fidei:qa nec in eadẽ delectaꝛ. Vñ dicit Auicẽ.ix.Metaph.suę.Res cõueniens ꝑparata virtuti appћẽdẽti si fuerit ꝓhibens vel ipediẽs animã,abhorrebit eã,& eliget potius cõtrariũ:sicut infirm⁹ aliquis abominatur sapores dulces,& desiderat sapores malos, & abominabiles ꝑ essentiam.Vnde generalẽ causam quare multi non sentiũt delectationes intellectuales ex scientia:q̃uis comparari nõ debent delectationibus sensus:quia in infinitum excedũt:dicit: qa nos in hoc nostro seculo & nostro corpore demersi sumus in multa turpia.Ideo nõ sentimus illam delectationem cũ apud nos fuerit aliquid de causis eius:nec allicimur ad eã:nisi prius deposuerimus a ceruicib⁹ nostris iugũ voluptatis & irę & sorores earum:& degustemus aliquid illius delectationis:& sic forte imaginabimur de illa parum aliquid.Sed praecipue cum fuerint solutę questiones: & reuelata fuerint inquisita nobilia:tunc comparatio huius nostrę delectationis ad illam nostram delectationem erit sicut comparatio delectationis sensibilis,quae est odorandi odores gustãdorũ delectabilium ad delectationẽ comedẽdi ea.vel est per accidens aliquod contingens ex scire: sicut peccator non vult scire legem:ne concipiat remorsum conscientię ex ipsa:vel dicuntur scientiã renuere interpretatiue:quia vt sciant nolunt laborare.Nihilominus tamen omnes isti q̃tum est ex parte scire simplici

L Ad tertium ter scire vellent.¶Per idem patet ad tertiũ.Scire eñ nullus odit nisi per accidens.vt dictum est.

M Questi.iii. Arg.i. Circa.iii.ꝙ homo nõ appetat scire natura,arguitur primo sic. qđ naturaliter determinatũ est ad vnũ finẽ,nõ naturaliter inclinat ad aliũ: appetit⁹ naturaliter determinatur ad bonũ:quia est propriũ obiectum eius.ergo non inclinatur naturaliter ad verũ.sed appetitus non appetit naturaliter nisi ad qđ naturaliter

2 inclinaꝛ.ergo &c.¶Secundo sic.natura determinata est ad vnũ solũ.Si ergo homo naturaliter appeteret scire:non nisi vnũ aliquid appeteret scire . Cõsequẽs

3 est falsum.ergo &c.¶Tertio sic:vt dictum est per Aug.Appetitus non est nisi ex cognitione.Si ergo hõ natura appeteret scire, hõ a natura aliqđ sciret. Cõsequẽs est falsum secũdũ ꝑdeterminata.

4 ergo &c.¶Quarto sic:voluntas distinguiꝛ cõtra naturã.ii. Ethi.quare cum hõ appetat scire volũ

In oppositũ. tate,nõ ergo natura.¶Cõtra est qđ dicit Phs in prin.Metaphy.Oẽs hoies natura scire desiderant.

N Responsio. ¶Ad hoc dicẽdum secundum Philosophũ.ii.Physi.ꝙ quęcunqꝫ agunt secũdum ꝓpositum & secundum naturam,ambo agunt propter aliquid & propter finem:non secũdum ꝙ q̃dam dixerunt.ꝙ omnia naturalia sunt a casu: & ꝙ solum propter finem agerent, quęcunqꝫ agũt per cognitionem.Nunc autem ita est ꝙ quaecunqꝫ agunt propter finem:necessario agunt mota a fine:& ideo intendẽdo finẽ.secũdũ ꝙ dicit Philosophus.ii.Metaph. Nihil incipit agere aliquã actionem nisi intendendo finẽ.&.iii.eiusdẽ dicit:ꝙ impossibile est vt ista causa sit in rebus q̃ nõ mouent erga ꝑfectionẽ.Intentio aũt & motus erga finẽ: non est nisi propter appetitũ finis.In oĩb⁹ ergo agẽtib⁹ ꝓpter finẽ necesse est ponere appetitũ finis:quare cũ non oĩa agunt propter finem per cognitionem & deliberationẽ:sed q̃dã sine cognitione & deliberatione:vt agentia ꝑ naturã:non solũ necesse habemus ponere appetitũ deliberatiuum per cognitionem:sed etiam appetitum naturalem sine cognitione:secundum ꝙ dicit Comment.in fine primi Phy.Appetitus alius est naturalis sine sensu:vt appetitus plantarũ ad alimentũ:& alius cũ sensu:vt appetitus aĩalium ad alimẽtũ. Quia igitur appetit⁹ iste qui est aĩalis, necessario fit ꝑ cognitionẽ:& nulla cognitio naturalis est in hoie

vt dictum est supra: tali appetitu nō appetit homo scire naturaliter. Appetitus aūt naturalis: qa fit sine notitia, quodā occulto naturę instinctu: per quē fit appetitus qui dicitur aīalis: vadit determinate in finem suum: vt semen tritici ad pullulandū in triticum, & materia mota per agens tendit ad formam. ¶ Cum igitur vt dictum est supra: homo ex natura sui intellectus est in potentia omnia intelligibilia: & nihil eorum in actu anteq̄ intelligat: & ita naturaliter imperfectus est: pfectibilis tm̄ p species intelligibiliū: vt p eas actu intelligat & sciat: & imperfectū naturaliter tēdit in suam perfectionem: absolute ergo dicendum: q̄ homo ante acquisitionem omnis notitiæ appetitu illo qui non est aīalis sed in ipso pure naturalis naturaliter appetit scire simpliciter. Sicut post adeptam aliqualem cognitionem imperfectam appetitu cognitiuo appetit scire hoc vel illud: secundum q̄ imperfectam habet notitiam huius vel illius: vt scientia imperfecta in ipso perficiatur. Et hunc appetitum cognitiuum præcedit ille appetitus naturalis sine omni cognitione. De quo appetitu dicit Tullius in lib. de Acad. Mens ipsa quæ & sensuum fons est: & ipsa sensus est: naturalem vim habet quam intendit ad ea quibus mouetur: cum nihil ei est veritatis luce dulcius. O

¶ Ad primum in oppositum: q̄ appetitus naturaliter determinatus est ad bonum: Dicendum q̄ verum est: qm̄ q̄ appetit verum: hoc est in ratione qua est bonum intellectus: & ita verum apud voluntatem habet rationem boni: sicut econuerso bonum apud intellectum habet rationem veri: per quę voluntas & intellectus apponendo mutuo sua obiecta mutuo se mouent: vt dictum est. P Ad primum principale.

¶ Ad secundum: q̄ natura determinata est ad vnum: Dicendum q̄ verum est ad vnum in genere: quia sub vna generali ratione appetibilis, scilicet boni: appetit quicquid appetit. Sicut enim materia secundum q̄ materia quicquid appetit forma est: nō tamen tm̄ vnam formam: scdm genus vel speciem appetit: sed generaliter omnes: sic & voluntas appetit scire generaliter sub ratione qua est bonum intellectus: & ideo oēm scientiam generaliter: vt infra dicetur: quia intellect⁹ oīni scientia natus est perfici: vt dictum est supra. ¶ Ad tertium patet solutio per dicta: quoniā naturalis appetitus purus non est per cognitionem. ¶ Ad quartum: q̄ voluntas distinguitur cōtra naturam: Dicendum secundum quosdam, q̄ verum est: & q̄ hō appetit scire volūtate & natura, alio & alio appetitu est. Principium enim appetitus naturalis est in ipsa cognitiua potētia p seminariū scientiæ, quo naturaliter ad actum sciendi intellectus inclinatur: de quo dictum est supra. Principium autem appetitus cognitiui, est ipsa voluntas ex notitia aliquali iam habita: vt dictum est. Sed hoc falsum est forte: quia idem actus specie secūdum idem obiectum nō est nisi eiusdem virtutis. Cū igitur actus appetendi quocūq; modo fit: non est nisi boni sub rōne boni, idem specie est. non est igit̄ nisi eiusdem virtutis. Volūtas ergo si appetit ex cognitione deliberatiue, etiā ipsa non alia potentia appetit naturaliter sine cognitione. Et sicut ex cognitione appetit bonum sibi & aliis: vt prædictum est: sic & naturaliter sine cognitione. ¶ Dicēdum est igitur ad obiectum: q̄ volūtas vt est deliberatiua ex cognitione præcedenti distinguitur contra naturam: non autem voluntas simpliciter & in cōmuni accepta. In illa enim bene distinguit̄ qd̄ est natura: & qd̄ ratio deliberatiua: vt dictum est. Q Ad secundū. Ad tertium. R Ad quartū.

S

Irca. iiii. arguitur: q̄ oēs hoies æqualiter appetant scire. Primo sic. illi æqualiter appetunt qbus inest ęq̄liter appetitiuū principiū: qa effect⁹ proportionaliter sequitur suam causam: omnibus hominibus æqualiter inest sciēdi appetitiuum principium: vt ipsa natura animę in appetitu naturali, & notitia primorū principiorum in primo appetitu cognitiuo. ergo &c. ¶ Secundo sic. appetit⁹ scientiæ homini inest propter imperfectionem suam & indigentiā: sed ęqualiter imperfectus est quilibet homo quantum est de se, & indiget scientia. ergo &c. ¶ Contra est: qm̄ tunc omnes æqualiter niterētur ad sciendum: quia vbi est æqualiter motiuū principiū, est & mot⁹ ęqualis. ¶ Ad hoc dicendum: q̄ loquendo de appetitu rationali cognitiuo: non est dubium quin homines inæqualiter appetant scire: vnde non omnes ad acquisitionem perfectę sciētię ęqualiter nitūtur. & illius duplex causa est. Vna essentialis. Alia accidentalis. Essentialis causa est: qm̄ non oēs æqualiter sunt imperfecta notitia informati, qua moueē appetitus ad amplius sciendum. Qui em̄ plus nouit, aliis eisdē ceteris, plus appetit nosse quousq; in ipso notitia cōpleatur: & cessat tunc primo appetitus, & motus in fine p quietē in ipso. quāto em̄ aliquis de aliquo scibili plus nouit citra finē notitię: tāto plus fini assimilatur. Quare cū appetitus sit ratione assimilationis imperfectę ad finē, quanto plus nouit quis & magis p assimilationē fini appropinquat, tāto magis appetitus inflāmatur: & fit fortior eius motus in finem: ad modum motus naturalis qui semp intensior est in fine. Causa vero accidentalis q̄ appetitu rationali cognitiuo non oēs ęqualiter appetunt scire: multiplex est & indeterminata: qa in quibusdā est indigentia necessariorū: q̄ causat in eis desperatio- Quæst. iiii. Argu. i. a In oppositū. T Responsio.

nem deueniendi ad scientiæ perfectionem:p quã retrahitur & refrigeratur appetitus. In quibusdã vero circa temporalia occupatio:& plures alię infinitę. Loquendo vero de appetitu sciendi naturali:Dicendũ secundum prędeterminata:φ aliquid dicitur naturale alicui ratiõe formę & speciei, vel ratione materię & indiuidui.Quantũ est ex pte formę & speciei:cũ ipsa sit vniformiter in omnibus indiuiduis:omnes homines ęqualiter scire desiderant:secundum φ dictum est supra:φ ratione speciei omnes apti sunt ad sciẽdum.Quantũ vero est ex parte indiuidui & materiæ: secũdum φ alii sunt minus apti ad sciẽdũ,alii aptiores:vt dictũ est supra:secũdũ hoc qdã appetunt plus scire,quidam minus:& quidam plus vnam scientiam,quidã plus aliam. ℂAd primũ in oppositũ:φ principium appetendi omnibus æqualiter inest:Dicendum φ non est verum in appetitu rationali:quia non omnes æqualiter notitia mouente appetitũ, sunt informati: neq; etiam in appetitu naturali:quantum est ex parte materiæ & indiuidui:quia quidam sunt minus dispositi ad scientiam q̃ alii.propter qđ in quibusdam appetitus plus appetit q̃ in aliis:inquãtum anima sequitur dispositiones corporis.& scire nõ est nisi coniuncti:vt dictum est supra.Quantũ vero est ex parte aię siue formæ: nisi esset corpore impedita, omnes æqualiter scire appeterent : secundum φ æqualiter apti essent ad sciẽtiam:vt dictum est supra. Nisi velit aliquis dicere φ anima meliorũ naturalium vni corpori infunditur q̃ alteri: de quo ad præsens non debet esse sermo. ℂAd secundum:φ imperfectio est causa appetitus:Dicendum φ imperfectio inquãtum dicit carentiam est causa appetitus per accidens.Sicut priuatio formæ in materia per accidens est causa generationis.Sed in appetitu cognoscitiuo id quod cognitum est incomplete: per se est causa appetitus. Cum igitur illud non sit æqualiter in omnibus:nec appetitus cognitiuus:vt dictum est, æqualiter inest. Sic in appetitu naturali ipsa carentia notitię pura,non est causa appetitus nisi per accidens.Sed inclinatio ad scientiam per principiũ intra,est causa per se appetitus:quæ in omnibus æqualis est ex parte formæ:sed in quibusdam impedita est plus ex parte materiæ:in quibusdam vero minus: vt dictum est:& ideo appetitu naturali,quantũ est ex parte formæ,omnes æqualiter scire appetunt:non autem ex parte materiæ:vt dictum est.

X Ad primũ principale.

y Ad secundũ

Z

A Quæst.v. Argu.i.

Irca.v.arguitur: φ homo non appetat scire ea quæ notitiam naturalis rationis excedunt.Primo sic.appetitus naturalis non excedit potentiam naturæ: quia oritur ex ipsa : & effectus non transcendit causam. quare cũ potentia naturæ non potest attingere illa quæ eam excedunt:neq; eius appetitus vt ea appetat.

2 ℂSecundo sic:frustra res habet desiderium ad qđ nõ potest attingere:sed ratio naturalis non potest attingere vt cognoscat quæ eam excedunt.ergo frustra haberet ad sciendum illa desiderium. sed nullum desiderium naturale est frustra. ergo &c.

3 ℂTertio ex eodẽ medio cõtrario mõ,argumẽto Auer. sup prĩcipiũ.ii.Metaph.sic. Cõpehẽsio veritatis eius nõ est impossibilis: cui⁹ habem⁹ desideriũ naturale sciẽdi:quoniã si esset impossibilis:tũc desiderium esset ociosum:& concessum est,φ nulla res est ociosa in fundamento naturæ,& creaturæ:sed comprehensio veritatis a ratione naturali eorum est impossibilis quæ excedunt eã.ergo ad sciendum illa non est ei desiderium naturale.

4 ℂQuarto sic:si homo ex puris naturalib⁹ appeteret illa scire,cum vanus esset appetitus nisi posset illa scire:nec appeteret illa scire nisi cognosceret se posse illa scire. ergo oporteret ex puris naturalibus se credere φ posset illa scire. sed hoc non est nisi ex fide.ergo ex puris naturalibus posset haberi fides.consequens est falsum.ergo &c.

In oppositũ. ℂAd oppositum arguitur primo sic.quod naturaliter est in potentia ad aliqua,naturaliter desiderat fieri in actu illa:sicut patet de materia ad omnes formas ad quas est in potentia : quia naturaliter illas desiderat : sed homo naturaliter est in potentia vt sciat omnia etiam supernaturalia : vt dictum est supra.ergo &c.

2 ℂSecundo sic.omnes homines secundum Augu.natura desiderãt beatitudinem:non nisi illam quæ vera est:quia natura nõ desiderat nisi qđ melius est & bonum simpliciter. Vnde Boethi⁹.Mẽtibus hominum inserta est summi veri,& boni cupiditas.sed bona beatitudinis sunt supra notitiam naturalis rationis.ergo &c.

B Opi. Auerr. ℂAuer.cõment.Philosophi,qui exponens illud.ii.Metaph.Dispositio intellectus in anima : &c. ponit φ homo ex naturalibus suis possit deuenire vt intelligat primum principium: & principia separata post ipsum:Diceret φ desiderium hominis esset ad sciendum ea : nec sine illorum adeptione cessaret appetitus.Hoc licet verũ sit:tamen error est illud ex quo ponit. Ponit enĩ quoniam ex pura cognitione naturali quę est ex phantasmatibus de rebus sensibilibus possibile sit deuenire in cognitionem quidditatis substantiarum separatarum:quod erroneum est:quia mediũ cognoscẽdi ex phantasmatib⁹ limitatũ est:vt de substantiis separatis ex sensibilibus,sicut ex effecti-

bus earum, amplius non potest homo cognoscere nisi quia sunt: nõ autem qd sunt: nisi in generali & remanet omnino cognoscendum quid in natura & in substantia sunt in speciali. Cum enim effectus exteriores sint effectus artis siue substantiæ separatæ vt ars est: non aũt essentiæ vt essentia est: in notitiam artis ducere possent vt ars est: nõ autem in notitiã essentiæ vt essentia est. Limitata est ergo in hoc notitia naturalis: vt ad illa cognoscenda attingere non possit: nec ad hoc se extendit lumen intellect⁹ agẽtis: vt dictũ est. ¶ Phi ponentes finem humanę cognitionis ex puris naturalibus haberi: & in vita sua ex cognitione scientiarum speculatiuarũ & primorum principiorum quantũ homini possibile est: & ꝙ in modica cognitione diuinorũ consistit eius summa perfectio & delectatio: licet nõ possit attingere ad quiditates substãtiarum separatarum: & eorum quæ apud illas sunt: Dicerent ꝙ hõ nullum appetitum haberet sciendi illa: ex quo ex suis naturalibus ad ea peruenire non posset: ne ille appetitus esset frustra. ¶ Sed ꝙ hoc non potest stare: apparet triplici via. Primo ex parte intellectus humani: qm̃ secundũ philosophũ ipse est in potentia oĩa intelligibilia: sicut sensus sensibilia: & hoc non solum omnia intelligibilia ex sensibus abstracta: sed etiam ex se separata. Cum enim secũdũ Philosophũ illa nobis sunt difficile intelligibilia: non propter se: sed propter nos: non tamen vt ibi dicit Cõmẽt. sunt impossibilia nobis intelligi. Frustra eñ essent facta nobis intelligibilia: si nunq̃ ea intelligere possemus. sicut frustra esset factus sol nobis visibilis: si eum nullo modo videre possemus. ita ꝙ sicut prima materia si esset in potentia ad formas: vt quasdam posset recipere opere naturæ: & alias non posset recipere nisi opere supernaturali: omnes tamen tam has q̃ illas naturaliter appeteret: Sic intellectus humanus cum sit in potentia vt perficiatur notitia rerum naturalium quam potest sua actione attingere naturaliter: & similiter supernaturaliũ quã solum potest supernaturaliter attingere: naturaliter appetat tam istam notitiam q̃ illã: vt nõ solũ hõ ante adeptionẽ scientiæ rerum naturalium appetat illarum notitiã: immo post adeptionem scientię rerum naturalium appetat etiã notitiam rerum supernaturaliũ. ¶ Scd̃a via patet idẽ ex parte scientię incõpletę: quã habet ex rebus naturalib⁹ ad illa superiora cognoscenda: qm̃ omne imperfectum qd̃ se experitur ĩpfectũ in aliquo actu, desiderat consequi perfectionem in illo: qm̃ notitia imperfecta de aliquo necessario excitat intellectum bene dispositum ad desiderandũ eius pfectionem. Nunc autem experimur in nobis notitiam imperfectã separatorũ ex effectibus eorum. s. notitiã quia sunt, & quid sunt in generali: quæ est imperfecta respectu notitiæ eorum quid sunt in speciali. sicut in complexis ĩpfecta est notitia qa est, vt sol ꝙ eclipsatur, nisi sciatur quare eclipsatur. Quare necessarium est ꝙ homo desideret consequi illam notitiam perfectam. Ex hoc ergo ꝙ homo aliqua ex creaturis sensibilibus cognoscat de deo & separatis non quiescit ei⁹ desiderium: sed necessario excitatur magis ad cognoscẽdum ea, ad quę tamen naturaliter attingere non potest. Semper enim effectus cognitus incitat appetitum ad cognoscendum causam ignotam: secundũ ꝙ dicitur. i. Metaph. de primis Philosophis: ꝙ videntes a principio effectus apparentes & deficiẽtes in cognitiõe causarum: vt de lunę passionibus: & iis ęque fiunt circa solẽ, & astra, admirati sunt: & propter id qd̃ est admirari: tunc primũ inceperũt philosophari. & constat ꝙ hoc non erat: nisi quia ex eis quæ nouerũt excitatus est in eis appetitus ad cognoscendum ea quæ latere eis perceperunt. ¶ Et ex hoc perfecte apparet tertia via. Nõ enim solum est in homine desideriũ ad percipiendum ĩpfectam notitiam: quã experitur in se: sed etiam ad expellendum illam quã in se experitur ignorantiam: secundum ꝙ etiam dicitur ibidem. Propter id qd̃ est fugere ignorantiã phari sunt. Quare cũ homo ex effectibus creaturarum experitur esse illa: quæ naturalẽ eius cognitionem excedunt: & scit naturam & quiditatem eorum sibi esse ignotam: impossibile est ꝙ appetitus eius non tendit ad illa cognoscẽda: & tãto magis quãto plura circa illa p creaturas experitur: & cognoscit ex hoc suam incompletam cognitionem & ignorantiam: vt prędictum est. C Contra op. D

¶ Absolute ergo dicendũ, ꝙ homo appetit scire ea quæ rationis naturalis notitiã excedunt: ita ꝙ per naturam quiescere non potest humanus appetitus: quousq; deueniat ad apertam notitiam separatorum, maxime quiditatis & essentiæ eius qui est prima veritas: ita ꝙ nihil citra ipsam sedare posset eius appetitum: etiam si videat clare omnes substantias angelicas: immo tunc amplius ei⁹ desiderium ad nudã diuinã essentiã videndam excitaretur: quanto propinquior esset fini: & ei magis assimularetur: secũdum ꝙ videmus corpora moueri ad loca sibi naturalia, & tanto velocius moueri, quanto magis propinquãt fini. Nullũ ergo firmiter scibile potest quietare appetitũ hominis in sciendo: sed solum illud infinitũ in summo cardine rerum constitutum. Cum enim anima naturaliter capax sit summi boni per affectum: & summi veri per intellectum: minori impleri non potest: quia qd̃ potest capere maius: non potest impleri minori: sed semper remaneret E Responsio.

aliquid de vacuo qđ appeteretur impleri:& ita adhuc etiam non esset quies. Et ideo dicit beatus August.in prin.Confes.Tu excitas vt laudare te delectet:quia fecisti nos ad te: & inquietum est cor nostrum donec quiescat in te.Reuera magna est confusio philosophorum: qui hac omnia videre poterant:immo qa necessario viderunt:& in seipsis experti sunt:& tñ in infimis perfectionem humanæ notitiæ posuerunt.vnde & multi eorum ex desiderio qđ perceperunt hominem habere ad illa cognoscenda,bene perceperunt ꝙ notitia illorum non esset homini impossibilis:qm̃ desiderium naturale non potest esse frustra neq; ociosum:vt manifeste Cōmēt.Auer.concludit super secūdū Metaph.& ideo multis & variis modis,sed erroneis conati sunt ostendere quomodo homo ad perfectam notitiam illorum posset in vita ista peruenire. Viderunt enim bene(vt dicit Augu. super Io.)quo oportebat tēdere:sed viam ignorauerunt,quæ est via fidei:qua oportet prius oculi mentis purgari:vt tandē ad illorum notitiam homo mereatur peruenire:non per naturam, sed ꝑ gratiam,nec in hac vita:nisi forte ex priuilegio speciali:sed in futura.Errabant ergo dicentes separata quo ad essentias & quiditates suas cognosci posse ex puris naturalibus,plus dando naturæ ꝙ̃ habuerit.Errabāt etiā dicentes ꝙ quiditates illę clare ab homine cognosci nō possent:quia ex naturalibus ad illas attingere non possent:denegando naturæ qđ habuit.s.potentiam receptiuā vni⁹ ex dono alterius.Medium est ergo tenendum.s. vt notitiam illorum recipere poterit: sed ꝙ ꝓpria

F actione ad illam attingere non poterit.¶Ad primum in oppositum:ꝙ appetitus non excedit potē

Ad pri.pri. tiam naturæ:Dicendum ꝙ notitia illorum non excedit potentiam naturę:quin naturalis ratio illa cognoscere possit:licet ex puris naturalib⁹ad illorū notitiā non possit attingere:sed solū ꝑ gratiā & adiutorium luminis infusi.Nunc autem appetitu naturali & cognoscitiuo nō solū inclinat̃ res ad illud ad qđ ꝑ se potest attingere:sed etiā ad illud ad qđ naturaliter ordinat̃ vt dono alterius attingat illud.licet enim non nisi dono alterius ad illud attingat,nihilominus tamē oportet ꝙ in se naturalem potentiā habeat:qua attingere possit.secundū ꝙ dicit Ioan.Damasc.in lib.de duab⁹ na. & vna ꝑsona Christi,contra illos qui dicunt ꝙ homo de se nullam habet volitiuam potentiam:sed a deo habet bonam voluntatem:malam autē a diabolo.Dicit eñ ꝙ isti ignorant ꝙ impossibile est

G qualēcūq; naturā vti actione cuius potentiā non secundū naturā accepit.Et per idē patet ad secū

Ad secundū dum. ¶Et dicitur ad tertiū qđ est ex dicto Auer.prin.secun.Metaph. ꝗ ex hoc probauit ꝙ separa

Ad tertium ta possunt ab homine cognosci quid sint:ꝙ verum est:sed non ex puris naturalibus illorū notitiā

H acqrēdo:sicut ipse ęstimauit:sed ex dono gratuito.¶Ad quartū:ꝙ ratio naturalis iudicat impossi

Ad quartū. bile hoiem illa cognoscere:Dicēdū ꝙ falsum est:licet phi illud opinati sunt , ꝗ nō ponebāt hominē

I eleuari vltra illud qđ posset ꝑ naturā.¶Ad quintū : ꝙ cognoscere se posse illa scire non est nisi ex

Ad quintū. fide:Dicēdū ꝙ nō est verū:immo ex puris naturalibus posset illud cognoscere. posset eñ ex puris naturalib⁹ scire se ad illorū notitiā ꝑ se venire nō posse:& ignorātiā eius experiri:& scire ꝙ intellectus hominis esset in potentia ad illa cognoscenda:& ita ꝙ naturaliter illorum notitiam appeteret. Et si stetisset philosophus in hoc, nec nimiū præsumendo a recta ratione errasset: cognoscens propriam infirmitatem,& ignorantiam,& imperfectionem,compulsus fuisset diuinum adiutoriū inuocare:& pcepisset donū,quo sciret quomō ad illorū notitiam ascendere deberet. sed nunc de ꝓprio ingenio confidens:& arrogantia excæcatus in errores a recta ratione deuiauit:vel confidendo ꝙ propriis viribus illam notitiam attingere posset:vel ꝙ omnino eam percipere non posset: & ita ab eius perceptione in desperationem cecidit: & per hoc nec se notitiā illi⁹ appetere percepit:quia bene percepisset:si se in naturali rectitudine tenuisset.

K
Quæst.vi.
Arg.i.

Irca sextum arguitur ꝙ homo appetat scire oīa.Primo sic: Sicut materia est in potentia ad omnes formas particulares materiales: sic intellectus humanus est in potentia ad omnes formas vniuersales & spirituales . sed materia omnes formas materiales appetit:secundum Philosophū in fine primi Physi. ergo humanus intellectus appetit omnes formas vniuersales & spirituales: non nisi vt

2 eis perficiatur ad omnem scientiam.ergo &c. ¶Secundo sic. homo appetit scire ea ad quæ est imperfectus & in potentia.homo est imperfectus respectu scientiæ omnium:& in

In oppositū. potentia:secundum ꝙ patet ex dictis.ergo &c.¶In contrarium est:ꝙ cum appetitus naturalis nō potest esse ociosus & frustra:si homo appeteret scire omnia : ille appetitus eius posset impleri: & ita posset hō esse ꝑfectus scientia oīm:& in hoc parificari deo:qđ est impossibile.

L ¶Dicendum ad hoc secundum philosophum,ꝙ scire contingit dupliciter:indeter

Responsio. minate & in vniuersali:aut determinate & in particulari.Consimiliter distinguendum est de appetitu scientiæ:ꝙ est appetitus indistinct⁹ & in vniuersali.Alius vero distinctus & in particulari.Et similiter ꝙ alius est rationalis per cognitionem:alius vero naturalis sine cognitione.Primo modo.

scilicet appetitu indistincto, & in vniuersali bene contingit φ homo appetat scire omnia vel appetitu rationali: & hoc p aliquā entis gñalis notitiā: sub qua cōtinetur notitia cuiuslibet particularis: vel etiam appetitu naturali qui est ad scientiam simpliciter. secundum φ homo iustus omnibus vult bonum: & deus vult omnes homines saluos fieri. Secundo modo. s. appetitu distincto & in particulari non contingit φ homo appetat scire omnia: & hoc appetitu rationali: quia non potest homo p cognitionē ad oīa simul se cōuertere: sicut si nauis haberet plurima foramina, singula posset vnus homo obturare non omnia simul: quia non habet homo nec potest habere simul determinatam inclinationem ad singula & omnia scibilia: qđ oporteret: si appetitu determinato & in particulari omnia scire appeteret. Loquendo autem de appetitu naturali tali appetit scire omnia: inquantum ad ipsa est in potentia: sed hoc quo ad rerum cognitionem secundum species quę sunt de vniuersi perfectione essentiali ordine, non autem secundum indiuidua.

¶ Per hæc patent duo argumenta ad primam partem. Licet enim homo imperfectus sit & in potentia ad scientiam omnium: & ideo appetit appetitu naturali omnia scire: eo modo quo est in potētia ad ipsa: & quo natus est ipsis perfici: qđ est in particulari: sicut materia de se indifferenter appetit omnem formā: quia tñ appetitu rationali nō habet inclinationē ad oīa simul nisi in vniuersali: ideo nō nisi in vniuersali appetitu rationali pōt oīm scientiā appetere. Sicut eñ materia vlr appetit perfici qualibet forma: non tamen in particulari fertur in aliquā adipiscēdam nisi determinata per agēs extra: vt quādo est sub forma aquę, agente igne extra fertur ad formā ignis determinate adipiscendā: non ad aliā: Consimiliter intellectus appetitu rationali non fertur in aliquod particulare cognoscendū: nisi cū fuerit determinatus eiusmodi vniuersali notitia. ¶ Ad illud in oppositum φ ille appetitus esset ociosus: Dicendū φ nō esset ociosus: licet nunq̄ impleret: sed si non esset possibilis impleri. nunc aūt possibilis est impleri in homine, saltem in postrema felicitate per gloriam: omnia videndo simul in veritate prima. nec tamen ęquiparabitur notitiæ dei: qa ad claritatem & limpiditatem visionis diuinæ creatura non posset attingere: neq̄ etiam ad numerum cognitorum: quia deus actu habet notitiam secundum numerum omnium: quorum speciebus natus est intellectus creatus perfici, cui accidit φ notitia plurium indiuiduorum sub eadē specie perficitur: nec posset perfici infinitis simul.

M
Ad duo principalia.

N
Ad argu. in oppositum.

Irca septimū arguit φ homo æqualiter appetat scire singula: Primo sic. homo appetit ęqualiter illa ad quæ est indifferens: quia si aliqua inęqualiter appeteret, non se haberet ad illa per indifferentiam. sed homo quantū est de se per indifferentiam se habet ad omne scibile: quia nullius notitiam habet naturaliter ergo &c. ¶ Secundo sic. quorum est vna & eadem ratio appetēdi: & ęqualis appetitus: quia non variat appetitum nisi diuersa ratio in appetibili. sed sub vna & eadem ratione intellectus appetit quęcūq̄ appetit scire. s. sub ratione veri. ergo &c. ¶ Ad oppositum est. qm̄ sicut est appetitus cognoscendi respectu veri, ita appetitus fruēdi respectu boni. sed homo non æqualiter appetit frui quolibet bono: sed magis vno q̄ altero. ergo non æqualiter appetit scire omne verum.

O
Quęst. vii. Argu. i.
2
In oppositū.

¶ Dicendum ad hoc, φ appetitus natus est sequi duo: & dispositionē appetentis & qualitatē appetibilis: & vtrūq̄ natū est diuersificare appetitū, ppter qđ nō cōtingit φ hō ęqualiter appetat singula: qm̄ impossibile est φ ęqualiter sit dispositus ad singulorū notitiā: neq̄ etiā singula scibilia ęqualiter nata sunt mouere appetitū eius. Est ergo primo ipedimētū ex parte hois appetētis. Deinde ex parte scibilium. Ex parte hominis vero est impedimētū: & ex parte speciei & formæ: & ex pte corporis & materiæ. Ex parte eñ speciei & formæ. s. animæ rationalis, contingit diuersitas & quo ad appetitū naturalē: & quo ad appetitum cognitiuū. Quo ad appetitū naturalē cōtingit diuersitas: qa ipsa nō est naturaliter ordinata ad æqualiter singula sciēda: sed q̄dā prius, q̄dā posterius: q̄dā clarius, q̄dam minus clare: vt patet ex pdeterminatis: & ideo naturali appetitu plus appetit & primo scire q̄ prius natus est scire & clarius: vt prius prima principia q̄ posteriora &c. p ordinē quē habent ad pria principia. Quo ad appetitū cognitiuū contingit diuersitas ex pte aīæ rationalis: qa plus appetit qsq̄ scire aliis eisdē cetēris: de quo maiorē habet notitiā: qa vt dictū est: cognitū imperfecte semper excitat appetitū ad amplius cognoscendū. vnde hoīes semp appetūt plus scire & audire q̄lia audire cōsueti sunt: ita φ cōtrariū eius qnq̄ audire nō delectat: secūdū φ cōsuetis audire apologos & fabulas: illæ magis sunt applicabiles eis q̄ suę veritates: vt dicit. i. Meta. Ex parte vero corporis & materię contingit diuersitas: qm̄ dispositiones in corpore variant desideriū: vt dicit Phs. ix. Metaphy. & vt dicit in. vi. prin. anima cōiuncta cōplexiones corporis cōcomitat. Vnde secundū φ penes corporis qualitates q̄dā aptiores sunt ad vnam sciētiā q̄ ad aliam: vt dictū est su

P
Responsio.

pra,secūdū hoc quidā appetunt vnam sciētiam plus scire q̄ aliā,& diuersi diuersas.vnde in quib⁹ abundāt sensitiuę virtutes magis apti sunt ad naturalia:& plus appetūt ea scire:in qb⁹ vero imaginatiua,mathematica:in qbus vero ęstimatiua,leges & moralia:in qb⁹ vero cognitiua,rationalia:

Q in quibus vero intellectiua ex corporis temperātia,diuina.Ex parte vero scibilis est diuersitas:quia quędā scibilia prius & clari⁹ nata sunt sciri:& ideo naturaliter prius appetit homo scire illa: vt dictū est:& appetitu cognitiuo similiter homo appetit magis scire illa in quibus inuenit clariores veritates:& ideo plus appetit scire mathematica q̄ alia:postq̄ aliqua in eis cognouerit.Et ideo instructi in phia non possunt pficere in legibus:quia post subtiles veritates pceptas in phia,non dele

R ctāt illa grossa & rudia.¶Ad primū in oppositum ꝙ homo se habet p indifferentiā ad oia scibilia:

Ad pri.prin. Dicendū ꝙ verum est quo ad hoc ꝙ nullā scientiā habet naturaliter:non tn̄ quo ad hoc ꝙ indiffe

S renter natus est inclinari per appetitū ad singula scibilia,vt dictum est.¶Ad secundum:ꝙ omnia

Ad secūdū. appetit scire sub ratione veri:Dicendum ꝙ verum est.illa tn̄ ratio veri diuersimode inuenit̄ in diuersis scibilibus.propter qđ appetitus diuersimode iclinatur ad diuersa scibilia:& ipsa diuersimode nata sunt mouere appetitū:ex qb⁹ cōtingit(vt dictū est)ꝙ hō inęqliter appetit scire diuersa.

T Irca.viii.arguit̄ ꝙ nō sit aliqđ vnū scibile qđ homo principaliter appetat scire.

Quest. viii. Arg.i. Primo sic.Si esset vnū scibile qđ principaliter hō appeteret scire, diuersi studia sua nō diuersificarēt,sed oēs ad scibile illud sciēdū tēderēt.Cōsequēs falsum est. ergo & antecedēs.Cōsequētia patet:quia vnusqsq; suo studio tēdit ad illud qđ

2 principaliter appetit scire:nisi alias sit distractus aut impeditus.¶Secundo sic. vbi pōt pcedere appetitus in infinitum,nō est aliqđ primo & principaliter appetitum:quia in infinitis non est primū.sed in sciendo potest appetitus pcedere in infinitū.potest

In oppositū. eīn velle scire species numerorū p ordinē:& illę procedūt in infinitū.ergo &c.¶Contra est.ꝙ sicut se habet bonū ad affectū:sic verum ad intellectū.sed ex parte affectus est vnum bonū qđ hō principaliter appetit:vt pprium bonū affectus:sicut est bonū qđ est vltimus finis operandorū.ergo ex parte intellectus est vnū verum qđ homo principaliter appetit vt pprīū bonū itellectus: qđ est primū scibiliū:qa principiū in speculatiuis est sicut finis in actiuis,secundum phm.

V ¶Dicēdū ad hoc:ꝙ sicut necesse est ponere aliqd in vnoquoq; gn̄e:qđ p se & pri

Responsio. mo & perfectius in se habet naturam generis illius,a quo & per cuius participationē habēt ipsam oia alia q̄ sunt illius generis:vt vult Phs.x.Metaphy. Sic necesse est se habere in gn̄e appetibiliū:ꝙ in omi gn̄e appetibiliū sit aliqđ vnū primo & pp̄ter se appetibile:& pp̄ter illud oia alia appetunt̄ quo subtracto nō est qđ intēdat̄,& qđ moueat appetitū:ita ꝙ nō icipiat opari ad pseq̄ndū appetitū.Si eīn hoc appeteret̄ ppt illud: & illud pp̄ter aliud:& nihil pp̄ter se:iret pcessus in infinitū. Quare cū in infinitis nō est ponere vltimū neq; primū oino:vt vult Phs.ii. Metaphy . homo aut nihil appetit oino:aut est aliqđ qđ primo & p se appetit:& qua rōne hoc cōtigit in appetitu & appetibili qbuscūq; aliis gn̄aliter, eadē rōne i appetitu cognoscēdi & scibili specialiter.Qđ etiā patet rōne speciali in appetitu sciendi:q in hoie causat̄ ex actu sciendi: qm̄ qn̄cūq; aliqd in suo actu mouet̄:semp magis ac magis intēdēdo motum: hoc nō est nisi qa mobile ipsum ad finē motus continue scđm maiorē & maiorē assimilationē appropinquat:vt dictū est supra.Cū ergo cōtigat i motu hois in sciēdo, ꝙ pcedēdo magis ac magis in sciēdo semp magis ac magis intēdit̄ sciēdi appetitus:vt pdictū est:hoc nō est nisi qa semp fini quē intēdit magis ac magis cōtinue assimilat̄:secūdū ꝙ ei magis ac magis appropinquat. Quare cū nō possit pcedere appetit⁹ intēdēdo in infinitū:necessario est hois aliqs finis determinat⁹:quē sciēdo attingere appetit:in quo cū sciēdo puētū fuerit cessabit oino in eo appetit⁹ sciēdi aliqd vlteri⁹. Hoc aūt nō pōt esse nisi qa scitum illud sit summū & pfectissimū scibile hoi:vltra qđ nō est aliud:qđ nō est nisi primū scibile:& prima veritas.Nisi forte dicat aliqs ꝙ suprma creatura intellectualis habet pro intelligibili scibili,illud qđ est simplr̄ summū & perfectissimū:homo vero qa est inferior creatura intellectualis:propter debilitatem intellect⁹ sui ad cognoscendum maximum intelligibile:sicut debilis est oculus noctuę ad apprehendendum lucem Solis:habebit pro intelligibili sibi perfectissimo aliquod inferius.Qđ nō pōt stare duplici ratione.Prima ex ordine rerū:qm̄ cū ois creaturę finis deus sit, inquantū q̄libet creatura eius silitudinē participat quātūcūq; modicū:homo aūt q̄q̄ infima creatura sit inter intellectualia,superior tamen est omni creatura carente intellectu:& ideo ad ipsum tanq̄ ad finem suum vltimum pfectius attinget:q̄ quodlibet aliud carens ratione:Cum igitur vnūquodq; suum finē vltimū perfectissimū natū est attingere sua opatione pfectissima:& perfectius aliis operatione illa qua excedit alia: cūq; operatio hominis perfectissima qua excedit alia est operatio intelligendi:vel ipsa immediate disponit ad illam:sicut si illa sit aliqua operatio voluntaris:necessario operatione sua intelligendi attin-

get ad illud summũ & vltimum intelligibile. quantũcunq; enim modicum & minus attingat illud q̃ substãtię intellectuales superiores: hoc erit ei maior delectatio: q̃ per cognitionẽ summe attingere qd cunq; aliud intelligibile inferius. Vnde dicit Auer. super xii. Metaph. q; q̃stio de intellectu diuino desiderata est sciri naturaliter ab omnibus. Insuper est secunda ratio ad idem ex natura intellect9 humani. qm̃ quãtũcunq; illud aliud ĩtelligibile ab intelligibili primo qd attingere posset, esset pfectum: tamen cum intellectus humanus pciperet ipsum esse causatum, amplius accenderetur appetitus eius ad sciendum illud qd est causa eius. Aut igitur appetitus humanus in sciẽdo nõ stabit: sed semper intentius vlterius curret: aut stabit in intelligendo illud summum intelligibile. Quare cum primũ impossibile est vllum appetitũ currere in infinitum extendendo se: vel semper anhelãdo ad completum: & tamen nunq̃ compleatur: necesse est ponere q; illud summum intelligibile intelligendo aliquando attingat: si recto ordine & rationabiliter procedat: hoc aũt non est nisi vnũ scilicet prima & summa veritas, causa omnium, nõ causata, quæ deus est: qui solus potest in bonis implere desiderium nostrum. de quo dicit Aug. xix. de ciui. dei. Finem hominis dicimus non q; cõsumatur vt non sit: sed q; perficiatur vt plenius sit. sine illo aũt plenius fieri non potest. Qd eñ capax est maioris minori repleri non potest. Absolute ergo dicẽdũ q; vnũ est scibile qd homo principaliter scire appetit: quod est prima & summa veritas. ¶ Ad primum in oppositum q; nõ omnes ad illud studio tendunt: Dicendum q; sicut est in appetitu boni: q; omnes bonum appetunt, & finem vltimum boni inquantum appetunt suam imperfectionem adimpleri: qd non põt esse aut fieri nisi per actionem vltimi finis: vnde & licet rationem hmõi actionis non oẽs in eo qd est vltimus finis ponunt: vt quidam in honoribus: quidam in diuitiis: & cæteri in cęteris: omnes tamen qd sic appetunt sub ratione vltimi boni appetunt: quia continet in se rationem oĩs boni appetibilis: Similiter est in appetitu veri vltimi. Dicẽdũ igitur q; oẽs ipsum appetũt inquantũ in sciendo quodcunq; scit, suam sufficientiam ponunt: quia hoc verum vltimum in se habet omnem rationem veri: & nullum aliud verum aliquis affectat scire: nisi inquantũ aliquã rationem huius veri in se continet: & ita in quodlibet aliud appetendo nõ nisi istud appetit. ¶ Ad secundum q; in scibilibus procedit appetitus in infinitum: Dicendum q; scibiliũ quædam sunt ordinata adinuicẽ per se & essentialiter: vt principia & pricipiata. in talibus nõ est processus in infinitum: vt in demonstrationib9: sicut probat Philosophus primo Poster. qa ex in infinitis nõ contingeret scire: vt dicitur secundo Metaph. & talis est ordo omnium aliorũ scibiliũ: ad scibile primũ. Quędam vero sunt ordinata accidentaliter: quorum vnum non scitur per alterum: in quibus non est ponere vltimum in suo genere: qa pcessus pcedit in infinitũ: vt est reflexio intellectus super suos actus: qa intellect9 intelligit se intelligere: & intelligit actũ illũ primũ quo intelligit: & illũ quo intelligit se intelligere: & sic in infinitũ. & talis ordo est in speciebus numerorũ: quia accidit pcedẽti speciei numeri: q; ei addatur vnitas vt fiat noua species: nec est vna species principiũ & causa intelligẽdi alterã. Et in talib9 non contingit scire ex aliquo vltimo aut primo scibili qd sit in suo genere: vt propter illud omnia alia sciãtur: quia nulliũ est tale. contingit tamen scire omnia alia quãtũcũq; pcedatur ex eis in infinitum, aliquo vno extra suũ gen9: & ppter illud cuiusmodi est scibile primũ: qd est veritas pura: qa habet in se bonum cuiuslibet numeri: & infinitarum specierum numeri. — X (right margin, at line 4); Y, Ad primũ principale. (right margin, at "Ad primum"); Z, Ad secundũ (right margin, at "Ad secundum")

Circa. ix. arguitur: q; propter illud qd homo principaliter appetit scire: non appetit scire alia. Primo sic: pper illud qd primã & pfectã habet rationẽ scibilis, nõ est appetendũ aliud scire: quia nõ eget alio vt sciat: sed eõuerso alia indigent eo vt sciant. istud qd hõ pricipaliter appetit scire est hmõi. ergo &c. ¶ Secũdo sic. q̃ appetit hõ scire tanq̃ vergẽtia in suã damnationẽ, nõ appetit scire pper principale scibile: qa istud ordinat ad oĩm salutẽ. multa talia appetit homo scire vt patet. ergo &c. ¶ Tertio sic. Phs. i. Metaph. vult q; sciẽtia speculatiua est pper seipsam. nõ ergo homo appetit eã scire pper istud scibile. ¶ Quarto sic. multa alia appetit homo scire non cogitãs de hoc scibili: qd non esset si appeteret illa propter istud. ergo &c. ¶ Contra est illud Aug. xix. de ciui. d. Illud est finis: pper qd amantur cætera, pper qd amant appetunt: quare cũ hoc scibile sit finis scientiæ humanæ: vt dictum est: propter illud cætera appetit scire. — A, Quæst. ix. Arg. i. (right margin, at "Circa"); 2 (at "Secũdo"); 3 (at "Tertio"); 4 (at "Quarto"); In oppositũ (at "Contra")

¶ Dicendum ad hoc: q; appetitibus ordinatis ad aliquid vnum: vt ad vltimum appetibile & finem: necesse est oĩa alia appeti pper illud vltimum appetibile: vt. s. mediantibus illis ascendat homo ad vltimũ. Cuius ratio est: quia nullum aliorũ habet rationem appetibilis: nisi inquantum ratio vltimi appetibilis in ipso relucet. Sicut ergo in appetitu boni quicqd appetitur: appetitur sub ratione boni: & ideo necesse est q; appetatur aut tanq̃ bonum perfectum: quod est vltimum & finis: aut tanq̃ tendens in vltimum & finem: consimiliter in appetitu veri in scien- — B, Responsio. (right margin, at "Dicendum")

do quicquid homo appetit scire,illud appetit sub aliqua ratione veri:& ideo necesse est ꝙ illud appetat tanq̃ vltimum verū q̄d est finis:aut tanq̃ verū tēdēs in vltimum verū vt in finem.ꝙ si sit vltimum:vt in eius cognitione sit status. Si vero sit ad vltimum:vt eius cognitio sit gradus & via ascendendi ad notitiam veri vltimi.Sēp em̄ īperfectum in quo est alicui⁹ perfectionis inchoatio,ordinatur ad illud in quo est ipsa perfectio.Et ideo dicit Chrysosto.super illud Matth.Et ecce Centurio.Scriptura infallibilis de deo,creatura est omnium rerum:quia nihil creatū est in mundo per q̄d nō manifestissime deus ostēdit.Et hoc q̄d tale est & vltimū:vltimo est ab appetitu ꝓsequendū,& primū mouens appetitum:per quod mouent om̄ia alia appetibilia ordinata ad ipsum tanq̃ causę secundę:quae non mouerent nisi motae a primo mouente: & non nisi in ordine ad operationem. Vnde & sicut appetitus principalius est illius quod est vltimum: q̃ alicuius aliorum : sic est aliorum per ordinē:semper em̄ est amplius & principalius:quanto immediatius se habent, & propinquius ad illud appetitiuum.

C ¶Et est aduertendum ꝙ ꝓpter vltimum appetūtur alia quae sunt ad ipsum dupliciter:& formaliter & finaliter.Primo formaliter:quia non appetitur alia : nisi qa in se habent rationem & formā vltimi quodā modo:licet imperfectam: vt omne verum rationē primi veri:& omne bonum rationē p̄rimi boni:quia om̄e aliud verū & bonū est sicut q̄dā impressio primi veri & boni:per cuius rationem mouet appetitum & intellectum.Et ideo finaliter secundo appetuntur propter vltimum verum & bonū:quia per ipsa tanq̃ per imperfecta proficiscitur appetitus quousq; deueniatur ad vltimum:vt ad verum & bonum perfectum habens in se perfectam rationem veri & boni simpliciter:& omnem rationē cuiuslibet veri & boni particularis.

D Et ideo primū verum in omni alio vero & per omne aliud verum quasi vocat intellectum vt tēdat ad sui notitiam:& primū bonum in omni alio bono:& per ipsum quasi vocat affectum: vt tēdat in sui fruitionem & amorem.Et ideo quousq; intellectus perducatur in perfectam notitiam summi veri:& affectus in fruitionem summi boni:nunq̃ potest humanus appetitus quiescere:sed illis duob⁹ adeptis totus perficietur:& nihil restabit appetendum:vt dictum est supra.

E ¶Ad primum in oppositum ꝙ vltimū verum non eget alio vt sciatur:Dicendū ꝙ verum est quātū est in se: quia est summe scibile.quantū tamē est ex parte nostra:qui non sufficimus statim illud capere,per gradus aliorum verorum.debemus ad ipsum ascendere & ideo appetere debemus alia scire propter illud.

Ad pri.prin.

Vnde Augu.viii.de Trinit.Consuetudo carnalis vera quę creata sunt:sentit vt potest:veritatem autem qua creata sunt non potest intueri.Nam si posset,nullo modo esset lux ista corporea manifestior.Et ideo sicut exeūti de carcere qui nō posset solē aspicere,primo ostenderet lumen candelę:deinde lumen solis reflexū in medio:deinde radius solis in aere : vt postea fortificatus posset solē in seipso aspicere:sic nos debemus primo creatas veritates aspicere:& per illas ad veritatem summā ascendere:vt docet Aug.i.soli.

F ¶Ad secundum, ꝙ plurima scita vergūt in damnationem scientis:

Ad secundū

Dicendum ꝙ hoc non est propter scire:quia etiam secundum philosophum scientia malorum bona est:& ideo etiam ad scientiam primi scibilis ordinatur : sed ꝙ nocet hoc est per accidens: ꝓpter scientis abusum,vel aliquid hmōi.

G ¶Ad tertium ꝙ scientię speculatiuae sunt propter se: Dicēdum ꝙ verum est generaliter sumendo eam.s.secundum ꝙ includit speculationem summi scibilis secūdū illud q̄d dicit Philosophus maxīe de prima p̄hia inquantū est de cognitione dei:q̄uis in illo speculo omnis quę ex scientia p̄hica habetur nō sit finis: immo ipsa ordinatur ad istā sicut ad finem: vt infra dicetur.

Ad tertium

H ¶Ad quartū ꝙ nō omnis appetēs scire cogitat de vltimo fine : Dicendum ꝙ imo īplicite:inquātū in quolibet appetibili alio est īpressa ratio vltimi appetibilis:ꝓpter quā appetit:sed inquātū ipsa inuenit defectū vlterius nititur: quousq; perfecte in seipso vltimū appetibile reperiat.

Ad quartū.

¶Artic.V.De studio sciendi.

Articu.V.

Quia appetitus sciendi frustra esset nisi homo vt scire posset studium & diligentiam apponeret:Ideo postq̃ visum est de appetitu sciendi hominis:videndum est quale studium adhibere debet homo scientiae.Et circa hoc quęrūtur septem.

Primo:vtrum studendum est homini vt sciat.
Secundo:vtrum studendum est homini vt omnia sciat.
Tertio:vtrū studendū est homini vt sciat scibilia sup sciētias p̄hicas.
Quarto:vtrū studendū est homini vt sciat oīa cōtēta scientiis p̄hicis.
Quinto:vtrum studendū est ei vt sciat singula eodem modo.
Sexto:vtrum studendum est ei scire propter se.
Septimo:vtrū homo studio suo terminum debet imponere.

Irca primũ arguitur ꝙ non est studendũ homini vt sciat.Primo sic.ad illud qđ est homini inexplicabile non est ei studendum vt sciat: quia frustra studeret: cunctę res sic sunt difficiles:vt hõ eas nõ possit explicare:sicut dicitur Eccli.i. ergo &c.¶Secundo sic.ad illud non est studẽdum quo adepto homo acquirit sibi materiã doloris:scire est hmõi.Eccli.i.Qui addit scientiam:addit & dolorẽ. ergo &c.¶Tertio sic.ad illud non est homini studẽdũ: qđ nõ potest inuenire. notitia rerũ oim est hmõi. Eccli.iii.Mũdũ tradidit de[9] dispositiõi:vt nõ iueniat hõ opus qđ opera tus est deus ab initio vsq; ad finem.ergo &c. ¶Quarto sic.homo non debet studere minori bono & dimittere maius:scientia minus bonũ est q̃ vita.Eccli.iii.Cognoui ꝙ non esset melius nisi lætari & facere bona in vita sua.studendo autem scientiæ frequenter homo negligit opera vitæ. ergo &c.¶Contra est:quoniã illi studendum est qđ necessarium est saluti.scire est hmõi. Esa.v.Propterea ductus est populus meus captiuus:quia nõ habuit scientiam.&.xxvii.Non est populus sapiẽs: propterea non miserebitur eius qui fecit illum.ergo &c. — j Quæst.i. Argu.i. 2 3 4 In oppositũ.

¶Dicendum ad hoc: ꝙ oĩs homo qui intendit deuenire ad terminum aliquem ad quẽ deuenire non potest,nisi per viam deducentẽ ad ipsum terminũ:necesse habet se ponere in via & ambulare per eam.Nunc autẽ est ita ꝙ terminus vnus ẽ vitę humanę ad quẽ deuenire intendit homo.s.notitia pfecta summi veri:ad quã puenire non potest,nisi ambulando in cognoscendo per alia vera quæ sunt ad ipsum,tanq̃ per viam:vt dictum est.ambulare autem per notitiã ab vno in aliud non potest nisi studẽdo scientię:cum homini scientia non contingat nisi per studium & inuestigationẽ:vt dictum est supra.Necessario igitur studendũ est homini vt sciat. & ideo dicit Eccli.vii. Hæc habet eruditio & sapiẽtia ꝙ tribuit vitã possessori suo.& ibidẽ.vi. Quid ampli[9] habet sapiens a stulto nisi vt pergat vbi est vita? vñ Aug.xix.de Tri.Sine scientia nec virtutes ipsę qbus recte viuitur possunt haberi:per quas hæc vita misera sic gubernatur: vt ad illã q̃ vere beata est perueniatur æternã. Et econtra dr studere sciẽtię negligentibus Osee.iiii.Quia tu repulisti scientiam:& ego repellam te.Hinc etiã Acad.qui negabant verum posse inueniri:dicebant tamẽ nõ esse cessandum a studio & veritatis inuestigatione:& hoc est opus sapientis. — K Responsio.

¶Ad primũ i oppositũ,ꝙ cũctę res sunt homini difficiles: & inexplicabiles:Dicẽdũ secũdũ Glos.ibidẽ.ꝙ verũ est,vt ad plenũ eas hõ explicet: & ad summã sciẽtiæ earũ pueniat in vita ista:qa quanto hõ magis sciendo notitiã rerũ ingreditur:tanto amplius inuenit eam profundam.Propter qđ dixit Salomon sapientissimus in rerum naturis, Eccli.vii.Dixi sapiens efficiar: & ipsa longius recessit a me amplius q̃ erat.& ibidem. viii. Est homo qui diebus ac noctibus somnũ non capit oculis:& quanto plus laborauerit:tanto minus inueniet. vnde Gloss. super illud cap. Quãto ad sapientiam accedis:tanto a te recedit:& altiorem se ostendit.& hoc maxime verum est accedendo ad sapientiam quæ de deo est.vnde dicit Chryso. super Matth. Sicut quanto acutius viderim[9],tãto magis discim[9] q̃ a cęli regione differim[9]:sic etiã quãto ad virtutis ascendimus excelsum,tanto amplius docemur q̃ sit inter nos & deum grande discrimen.& Orig.super pri.Exo. loquens de profunditate sacrę scripturę dicit sic. Videtur mihi vnusquisq; sermo diuinę scripturę similis esse alicui seminũ:qđ tãto accumulatius diffunditur:quanto peritus agricola plus seminũ laboris impẽdit.Ita & hic sermo si peritum & diligentẽ inuenerit colonũ:cũ primo cõtactus videtur exiguus & breuis:vt cœperit excoli crescit in arborem : vt possint disputatores & rhetores hmõi habitare in ramis eius.Tentabimus igit̃ pro viribus nostris aliqua disserere: etiã si neq; vniuersa nobis explicare possibile est:qa & hoc ipm agnoscere:ꝙ supra vires nfas sit horũ scientia: nõ paruę arbitror esse peritię.Nec est mirũ ꝙ sit inexplicabilis:qa ad infinitũ scibile ducit: vt dictũ est. Vñ cõpetenter põt homo dicere illud Psal.Mirabilis facta est scientia t.ex me.cõfor.est & non potero ad eam.Et nota ꝙ talia dicta sacrę scripturę & de sacra scriptura non sunt vt studiosos terreant:& a studio in desperantiam sciẽdi ponendo repellant: sed vt tepidos excitent:& præsumptuosos confutent.secundum ꝙ dicit Glos.super illud.Cunctę res sunt difficiles.Hæc sententia est cõtra eos qui sine labore & discendi studio sanctas scripturas se nouisse putant. ¶Ad secundum ꝙ studio homo acquirit sibi materiã doloris:Dicendum ꝙ duplex est dolor sicut & tristitia : secũdũ Apost.ii.ad Corint.vii.seculi,& scdm deũ. Seculi dolor est q est pro tẽporaliũ amissione:& quia nõ in oĩbus homo prosperat̃ ad nũc.Iste nocitus est:& non addit̃ ex sciẽtia:immo repellit̃. Dolor secũdũ deũ est dolere qa hõ peccauit & fecit q̃ odit deus.Iste vtilis est & additur ex scientia.vnde dicit Glos.super illud.Qui addit scientiam:addit dolorẽ.Quia quanto plus scit:tanto plus diuina iudicia timet:quia cui plus cõmittit̃:ab eo plus exigetur. ¶Ad tertium ꝙ homo non potest opus dei inuenire:Dicendum ꝙ verum est ad plenum.Non tamen propter hoc retrahendum est studium — L Ad pri.prin. M N Ad secũdũ. O Ad tertium

P quia studendo ex illis potest scire multa sibi vtilia:vt ibi dicit Gloss. ¶Ad quartum:q homo stu-
Ad quartū. dendo negligit opera vitæ:Dicendū q non est verum nisi vane studiosus sit:immo studere ordi-
nata intentione,studere ipsum est opus meritoriū vitę ęternę:quia nec sine scientia dirigi possunt
virtutum opera:vt dictum est.propter q̄d dixit Christus Apl'is. Estote prudentes sicut serpentes
& simplices sicut colūbę.prudētes studendo sciētiæ,simplices studendo recta intētione. & Apost.i.
Timo.iiii.Attende tibi & doctrinę.Hoc eñ faciēs,teipsum saluū facies:& eos qui te audierint.

Q
Quęsti.ii.
Arg.i.

Irca secundum arguitur:q studendū est homini vt sciat oīa.Primo sic. Stu
dendum est homini vt scientia perficiatur qua est imperfectus:sed omni scien
tia imperfectus est:vt patet ex pręhabitis.ergo &c. ¶Secundo sic:scientiæ alio
2 rum studendū est ,ppter scientiā dei adipiscendā: vt dictum est.Sed oīs sciētia
ad illud valet.secundū Hug.in Prolo.eccl.Hier. Sicut omne bonū a summo bo
no est:ita & in omni bono secundū ęmulationē participatiōis summū bonum
In oppositū. contemplari potest.ergo &c. ¶Contra est.q homini non est studendū illi ad cuius notitiam nō po
test peruenire.ad omnium notitiam nō potest homo peruenire:secundū Phim.ii.Metaphy.Nullus
hominū potest venire in veritatis cognitione secundū q oportet. vbi dicit Cōment.Quia nullus
comprehendit eam secundum totam vel magnam partem eius.ergo &c.

R ¶Dicendū ad hoc: q vanitatis quorundā erat: q oporteret hominem omnium
Responsio. rerum inuestigare scientiam:vt ex hoc perfecte ascenderet in cognitionem dei . Quoniā enim vt
dixerunt in creaturis cognoscitur deus vt in effectu: nunc autem ita est q causa non perfecte re-
lucet in parte sui effectus:sed in toto effectu: si ergo homo vt dicebant in cognoscendo aliquē di-
uinum effectum in creatura deficiat:non potest deum perfecte ex creaturis cognoscere: secūdum
q potest cognosci ab hoīe.Si ergo debeat ab homine cognosci secundū q est possibile : debet eum
cognoscere in omni creatura:omnes creaturas cognoscendo.& in hoc ponebant hominem deo p-
fecte assimilari:& finem humanæ vitæ.Reuera deductio eorum vera erat de scientia quā pōt ho-
mo de deo habere secundū statū vitę huius ex puris naturalibus.Hinc dicit Augu.sup Ioan.i.ser.
Attende fabricam mundi:& vide quę sunt facta per verbum:& tunc cognosces quale sit verbum
Et loquitur de verbo ęterno:q̄d est dei virtus & dei sapientia. Vana tamen erat eorum deductio:
quoniā nunq̄ erat hominē ad tantam creaturarū notitiā possibile deuenire:tū ,ppter vitę breuita-
tem:tum propter experientię difficultatem:tum propter scientię profunditatem: secundum q di
cit Hippocrates medicus. Vita breuis: ars vero longa:experimentum fallax:iudicium aūt diffici
le.Vnde super illud, Omnia sunt difficilia:& non potest homo ea explicare sermone: dicit Gloss.
Non potest homo causas & naturas rerum explicare:nec oculus ad plenum intueri: nec auris eti
am instruente doctore ad summam scientiæ peruenire . Reuera non potest homo naturas rerum
explicare propter vitæ breuitatem:nec oculus intueri propter experimenti fallibilitatem: nec au-
ris ad scientiam peruenire,propter artis difficultatem.Dicendū est ergo q non est homini studē-
S dum ad sciendū oīa in vita ista.Primo:quia hoc est ei impossibile:vt dictum est.Secundo:quia per
hoc negligeret magis vtile.Eccli.vii.Quid necesse est homini maiora quęrere cū ignorat quid con
ducat:Glos.Quid sit vtile sibi in vita sua:numero dierū pegrinationis suæ: & tpe quo velut vm-
bra pręterit.Sed solum studēdum est ei sic:vt studeat ad vitæ futuræ vtilia:& inter illa ad magis
necessaria.secundum q dicitur Eccli.xiii. Altiora te ne quęsieris:& fortiora te ne scrutatus fueris.
neq enim est tibi necessarium quę abscondita sunt videre oculis tuis:sed quę præcepit tibi deus:
cogita illa semp:& in pluribus opationib⁹ ei⁹ ne sis curiosus.In supuacuis rebus noli scrutari mul
tipliciter.vnde dicit Augu.super illud.i.Corinth.viii.Sciētia inflat.Laudabilior est animus: cui no
ta est infirmitas sua : q̄ qui ea non respecta syderum vias scrutatur : & terrarum fundamenta:&
cælorum fastigia.Et ideo dicit Apostolus.Non plus sapere q̄ oportet sapere. Et Philosophus.Ar-
bitramur omnia scire sapientem vt conuenit . Vnde contra illos qui nimium scrutari volunt in
superuacuis:dicit finis dictę auctoritatis.Ecclesiastici.xiii.Multos enim supplantauit suspitio eo-
rum,& in vanitatem detinuit sensus illorum. Reuera supplantauit suspitio : quia dicentes se esse
sapientes stulti facti sunt:vt dicitur Rom.i.ex hoc in errores incidentes.Secundum eñ q ibi dicit
gloss.Hęretici duobus modis fiunt:vel de creatore,vel de creatura vltra modum disputantes : &
in errores incidunt:& a veritate recedunt:& in vanitate detinuit eos sensus eorum: quia non po-
tuerūt q̄d intendebant attingere.hoc tñ pmisit eis de⁹:ne otio torpescerēt.Eccli.iiii. Vidi afflictionē
quā dedit de⁹ filiis hoīm:vt distēdant i ea:cūcta fecit in tpe suo:& mūdū tradidit disputatiōi eorū

vbi dicit Glo. Propterea Deus etiã peruersorũ dogmatũ magistris concessit occupationẽ: ne mens eorum torpesceret otiosa. ¶ Ad primũ in oppositũ: ꝙ homo omni scientia est imperfectus: Dicẽdũ ꝙ imperfectũ hominis in vita ista nec in creaturarum cognitione impleri potest vt supra dictum est: sed hoc impletũ erit in futuro: quãdo scd̃m Grego. 4. dialo. nihil erit qd̃ nõ videbit: qui vidẽtẽ omnia videbit. Qd̃ solum cõtinget eis qui hic solum ea quibus opus est scire quęrũt: & cuncta so brie inuestigant ad opus doctrinæ fidei: & ad regulam fidei: cuius scientia magis est necessaria vt homo peruenire possit ad pfectionẽ humanę vitę in sciendo: q̃ oĩs disciplina philosophica. ¶ Ad secũdum ꝙ in omni creatura conuenit summũ bonum cõtemplari ad opus doctrinę fidei: dicendũ ꝙ verum est: hoc tamen non est possibile hominem in omnibus perscrutari, nec opus est amplius scrutari, q̃ sciẽtię fidei & pietatis satis est: vt infra dicetur. T Ad pri. pri. V Ad secũdũ.

Irca tertium arguit, ꝙ nõ est homini studendũ vt sciat scibilia super scientias philosophicas. Primo sic. Ecclesiastici. xiii. dicitur. Altiora te ne quęsieris: & fortiora te ne scrutatus fueris. illa quę sunt sup scientias philosophicas sunt fortiora & altiora homine: quia supra vires naturalis rationis. vt dictũ est supra. ergo &c. ¶ Secũdo sic. de notitia illorũ q̃ fidei sunt & supra sciẽtias philosophicas, dixit Christus in euangelio. Nolite cogitare, quomodo, aut quid loq. &c. Sed illud ad qd̃ non est cogitandum vt cognoscat: sed munus spũs sancti expectandum, nõ est studio inuestigandum, ergo &c. ¶ Contra est illud. i. Esd. vii. Esdras pręparauit cor suum: vt inuestigaret legem dñi. qd̃ non erat nisi studio: lex autem dñi erat de scibilib⁹ supra scientias philosophicas. ergo &c. Et sup illud Sap. ẽ. vi. Cogitare de illa sensus est cõsummatus. dicit in Glos. In præsenti studẽdum est sapientię: & secũdum normã disciplinę viuendũ. ¶ Dicẽdum ad hoc scd̃m Augu. in prĩcipio de doct. christ. ꝙ error erat aliquorũ: ꝙ pręcepta de modo studẽdi & inuestigãdi obscura sacrę scripturę nõ erant necessaria: sed ꝙ intellectus eorum diuino munere esset expectandus: & ita negabant ꝙ esset homini studendum ad sciendum scibilia supra scientias philosophicas. Cõtra quos dicit Augu. loquens suis. Fratres (inquit) moneamus omnes ne paruulos suos ita doceãt. Inmo qd̃ per hominẽ discẽdum est: sine superbia discant: neq; tẽtemus eum cui credimus: ne talibus inimici versutiis decepti ad ipsum quoq; audiendũ euangelium atq; discẽdum nolimus ire in ecclesias, aut codicem legere. s. studẽdo per nos, aut doctorem prędicãtẽq; hominẽ audire: & expectemus rapi vsq; ad tertium cęlum: & ibi audire ineffabilia verba: aut ibi videre dominũ Iesum: & ab illo potius q̃ ab hominib⁹ audire euangeliũ. Dicere ergo absolute ꝙ talibus quę sunt super sciẽtias philosophicas nõ est studẽdum, error est & tentare deum. Verũtamen sciendum ꝙ triplex est modus cognoscendi res: quidam naturalis & modo naturali: quidam supnaturalis & modo supernaturali: quidam medius supernaturalis & modo naturali. Primus est quo cognoscuntur scienda in disciplinis philosophicis: quę sunt de rebus naturalibus: quarum notitia est naturalis: quia inuestigatione naturalis rationis & modo naturali: qui a via sensus & experientiæ capit ortum. Secũdus est ille quo cognoscunt clare & aperte quiditates cęlestiũ spirituũ dei & angelorũ: qui sunt res sup naturales: quorũ notitia nõ est naturalis: qa nõ naturalis ratiõis inuestigatiõe: neq; modo naturali: quia nec p illa quę accipiunt a sensu: sed imediate & pure a diuino dono speciali. Vnde ad notitiã talem & talium scibilium sup scientias philosophicas habendam nõ est studẽdum naturalis rationis inuestigatione: vt in vita ista acquiratur: quia studiũ ad hoc esset frustra & labor perditus: sed sic viuendũ est in pręsenti vita: vt in futura haberi promereatur, vel si deo placuerit ad horam cõcedatur. Tertius modus est ille quo supnaturalia & diuina hic cognoscũtur per fidem: quorũ notitia est supnaturalis: quia per lumẽ infusum: modo tamẽ naturali: quia in ęnigmate rerum sensibilium. Nõ enim in istis complexa & articulos fidei credimus per lumẽ fidei: nisi prius terminos & incõplexa lumine rationis naturalis adminiculo sensus intelligamus. scd̃m ꝙ dicit Augu. 8. de tri. Credimus dñm Iesum Christum natum de virgine: quæ Maria vocabat: quid sit virgo, quid sit nasci, & qd sit nomẽ propriũ nõ credim⁹: sed prorsus nouim⁹. & sup illud, Da mihi intellectũ. Glos. Nemo potest credere in deũ nisi aliqua intelligat: tamẽ fide sanatur: vt ampliora intelligat. Circa talia ergo quæ fide cognoscũtur de supnaturalibus principaliter quęstio exponẽda est. De talibus ergo sciendis notandum, ꝙ initia fidei accipimus diuino lumine: sicut initia primorũ principiorũ sciẽtialiũ sumim⁹ lumine naturalis ratiõis: & ꝙ se habẽt prima credibilia fidei ad oĩa posteriora credibilia: sicut & prima scibilia philosophica ad posteriora scibilia. Sicut ergo homo anteq̃ nouerit prima prĩcipia scientiarũ philosophicarũ nõ potest addiscere neq; cætera studio aliquo inuestigare: vt dictũ est supra: Sic ad cognitionem illorũ quę fidei sunt studere nõ potest anteq̃ lumine fidei prima principia credibiliũ cognouerit. Quib⁹ cognitis ad duo inuestiganda studẽdum est. Primo: vt A Quęst. iii. Argu. i. 2 In oppositũ. B Responsio. C D

ex primis credibilibus inueſtigentur poſteriora.ſicut enim lumine naturalis rationis homo poteſt
ſtudendo inueſtigare notitiam eorum quae in potentia cognita ſunt in principiis ſcientialibus: ſic
lumine fidei poteſt inueſtigare credibilia quę in potētia cognita ſunt in primis pricipiis credibiliū
ſcdm ꝙ Paulus noſtram reſurrectionē futuram probat credendam ex reſurrectione Chriſti quā iā
credimus factam.Et ideo dicit Orig.ſuper Gene.in Hom.de arca,ꝙ de aliquibus ſacra ſcriptura ni
hil retulit:ſed ſolum traditio tenet,quia opportunū videtur ſuper hoc habitum ſilentium:de quo
B ſufficienter quaerere ratio docet. ¶Secundo autem ſtudendum eſt eis quae ſunt fidei: vt credita
fiant intellecta.Secūdum enim ꝙ dicit Auguſti.ſuper Ioan.in princi.Sacra lectio ad hoc legitur &
auditur,vt exponatur & intelligatur.hinc dicit in fine de Academi.Ita ſum affect⁹: vt quid ſit ve
rum non credēdo ſolū,ſed intelligendo apprehēdere impatiēter expecto. Nō enim cum auditur &
creditur,ſtatim intelligitur:quia vt dicit Chryſoſto.ſup illud Matth.i.Inuenta eſt in vtero habēs:
non ęſtimes te cū cuncta audieris continuo cuncta didiciſſe.Vt ergo quę fide ſola tenemus intelli
gamus,ſtudere debemus:nō virib⁹ ſolū naturalis rationis.Cum enim(vt de philoſophis dicit Hu.
ſup prolo.cę. Hier.) poſt ſciētiam philoſophicam nouiſſime theologiam perſcrutatione inuiſibiliū
quaſi cōſūmaturi ſapientiā addiderūt,ibi corruere coeperūt in mēdacia figmētorū:& aſſumpſerūt
ſpecies viſibiliū ſimulacra diuinorū:vt inuiſibilia viderēt q̄ ea p videbātur:& euanuerūt cū trāſire
vellent mente ea quę ſola mente acceperūt.In hac ergo ſcientia ſapiētes mūdi ſtulti facti ſunt:quia
ſolo naturali ductu,ſecūdum elemēta & ſpeciem mūdi incedentes exemplaria gratię non habebāt
in quibus etſi ſpecies erat humilis manifeſtior pręſtatur demōſtratio veritatis. Nō ergo ſolis viri
bus naturalis rationis ad ſciendū ſupnaturalia ſtudendū eſt:ſed viribus naturalis rationis adiutę
lumine ſupernaturali ad intelligēdū illa. Vnde Chryſoſt.ſuper illud.Petite & dabitur vobis.Deus
ita nos diſpoſuit eſſe,vt nec ſtudentes nec laborantes circa ſcripturas quęramus ſalutarem ſcien
tiam ſine gratia dei,ne nobis imputemus qđ ſcimus:nec tamē gratiam acquiramus niſi ſtudueri
mus & laborauerimus circa ſcripturas:ne dei donum negligētibus detur. Gratia enim eſt adiuto
riū infirmitatis noſtrę. Adiutorium autem nō dormientibus datur,ſed feſtinātibus,& praeualen
tibus.Sicut enim in bello nō omnis qui pugnat vincit: nemo tamen vincere poterit niſi pugnaue
rit:ſic nō oēs qui ſtudent & legunt acquirunt ſcientiam ſpiritualem.Nemo tamen acquirere po
teſt niſi ſtudioſus fuerit ad legēdum:aſſiduus ad audiendum. Vnde idem ſup illud.Nolite ſanctū
dare canibus.Nō omnis poteſt aſcendere in altitudinē ſenſuū:& illas inuenire myſteriorū abſcon
ditas margaritas:niſi vir ſpiritualis qui habet exercitationem ſpiritualium narrationū dei. Tali er
go gratia dei adiutus poteſt homo ſtudere & proficere in ſpiritualibus,& hoc ideo:quia taliū ſcien
F tia ſub ſenſibilibus occultatur.Intelligere autē & maxime talia quę ſunt ſupernaturalia quādā in
teriorē cōſiderationē dicit eorū quae nō ſtatim intellectu capiūtur cū audiunt.Dicitur eñ intelli
gere quaſi intus legere.i.enucleare qđ latet:vt ſub intētione & ſpecie ſenſibili accepta a ſenſu latet
veritas & quiditas rei:& ſub ſignis figuralibus ipſa figurata:& ſub eis quę tenentur vt credita ve
ritas nota:& ſub effectu cauſa.&c.huiuſmodi. Vnde iſta cognitio quae conſiſtit in intelligendo,ſo
lido cibo comparatur . Simplex autem notitia per fidem,comparat̃ lacti, ſcdm ꝙ dicit Chryſoſto.
ſuper illud Matth.xxi. Ex ore infantium omnis prima inſtructio fidei.i.ſimplex doctrina lac dici
tur:quoniam ſicut lac ſine labore & opere dentium mādųcatur:& manducātem ſuauitate ſua de
lectat.Panis autē eſt perfectioris doctrina iuſtitię:quā accipere nō poſſunt niſi exercitati ſenſus cir
ca res ſpūales:qm̄ qui audit neceſſe habet intra ſe tractatib⁹ quibuſdā diſcutere & meditari:quaſi
quibuſdam dentibus ſpiritualibus molere. Idem ſuper illud.Matth.xxii. Miſit ſeruos ſuos vocare
inuitatos.Sicut enim qui mittit in os fragmētum panis,primū molit ipſum dentibus:& ita mittit
in ſtomachū:ſic & cum audimus omne verbum:neceſſe eſt id meditari in ore ſenſus:& quaſi qui
buſdam dentibus id tractantibus molere : & videre quid eſt qđ dicit: aut vnde dicit:aut propter
quam rem dicit.Nam quēadmodum qualēcunq; cibum niſi maſticauerimus dentibus:non ſenti
mus ſaporem ei⁹:ita & verbū quod cuſtodimus niſi maſticauerimus tractantes in nobis:nō poſſu
mus intelligere veritatem illius verbi. Nā & manna in ęremo figurā habens verbi,ideo dicit̃ mā
na qđ interpretat̃ quid eſt hoc,vt quotiēſcūq; audiamus verbū:admoneat nos ipm̄ nomē require
re,quid eſt hoc qđ audimus.Nam quēadmodum non prodeſt cibus niſi cum fuerit maſticatus:&
in ſtomachū deſcenderit: ſic non proficit ad ſalutē verbum niſi cum fuerit intellectum & memo
rię traditum. Qui autem ſic manducat de ſpirituali conuiuio,impletur ſpiritu: dilatatur ſenſi
bus:nutritur in veritate:pingueſcit in fide:& ſic ingrediens ad interiora voluntatis dei & manēs
in eis acquirit ſibi vitam aeternam. Qui autem ab hoc conuiuio verbi dei longe factus fuerit eua
cuatur ſpiritu: anguſtatur ſenſibus:deficit a veritate:diſtillat a fide: & ſic egrediens ab omnibus

voluntatibus dei nouissime cadit in mortem. Sicut ergo ratio naturalis adiutorio luminis naturalis quasi fodiendo sub signis & intentionibus sensibilium quę patent, potest in cognitionem venire eorum quę sub ipsis latent propter naturalem colligãtiam eorum ad signa quę patent: sic ratio naturalis adiutorio luminis fidei, quasi fodiendo sub credibilibus potest venire in cognitionem veritatis eorum. licet enim per se ad hoc non potest deuenire ratio solo lumine naturali: quia non habet veritas latens naturalem ordinem ad illa signa quæ patent, sub quibus credenda proponũtur: adiutorio tamen luminis superioris, hoc bene potest. Vnde ad intellectum veritatis huius corruptam posse parere: potest peruenire intellectus lumine rationis naturalis: sed ad intellectum illius virginem posse parere: non nisi lumine superiori. Et ideo sicut philosophi studuerunt ad cognoscẽdum posteriora ex prioribus: & ad intelligendum veritatem rerum naturalium solo lumine rationis naturalis adiuti: sic fideles debent studere ad cognoscendum posteriora credibilia ex prioribus & ad hęc & ad illa intelligenda adiuti illustratione spiritus sancti. Vnde super illud Sapientiæ. ix. Difficile ęstimamus quæ in terra sunt: & inuenimus cum labore: quæ in cælis autem sunt quis inuestigabit? dicit Glos. Ne desperemus, pręmissis subiungit consolationem spiritus sancti. vnde sequitur. Spiritum autem tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam: & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Et debet esse primum studium fidelis, vt cognoscat quid credendum: deinde quomodo intelligat credita: quoniam vt dicitur Esaię. vii. Nisi credideritis non intelligetis. Vnde de sapientia legis diuinę dicitur Ecclesiastici. vii. In omni animo tuo accede ad illam: & in omni veritate tua conserua vias eius. Inuestiga illam, & manifestabitur tibi. Et debet esse ista inuestigatio non solum studio exercendo intellectum: sed etiam bonis operibus mundando affectum. Vnde super verbum illud præcedens. Quibus autem cognita est. dicit Glossa. Qui eam recta fide & opere seruant. ¶ Ad primum in oppositum, ꝙ illa sunt homine altiora: Dicendum ꝙ illa quæ excedunt lumen naturalis rationis altiora sunt homine simpliciter vt homo est: & quę excedunt lumen fidei: illa sunt altiora fideli vt fidelis est. Vnde qui metas nitebantur excedere siue philosophiæ siue doctrinæ catholicæ, illico in errores ceciderunt: & hęretici facti sunt vel de creatore, vel de creatura vltra modum disputantes: vt dictum est in præcedenti quæstione. quod non oportet fieri circa eos qui pia fide quęrũt notitiam diuinorum supernaturalium: & non pręsumunt ad illa per propria naturalia peruenire. scdm ꝙ dicit August. v. de trini. c. i. Nõ impudenter in illa quæ supra sunt diuina & ineffabilia pietas fiedelis ardescit: nõ quã suarũ viriũ inflat arrogãtia, sed quã gratia creatoris inflammat. ¶ Ad secũdum. Nolite cogitare &c. Dicẽdum scdm August. ii. de doctrina christia. distinguendo ꝙ est hora deliberationis ad loquendum: & est hora opportunitatis. & pro hora opportunitatis in qua nõ conceditꝰ deliberatio, intelligitꝰ illud dictum euãgelii. In hora autem deliberationis fortiter studẽdum est, vt homo faciat qđ in se est: vt hora opportuna quãdo poterit paratum se inueniat. scdm ꝙ dicit August. iiii. de doctrina christia. Discat omnia quę docẽda sunt: quę & nosse vult & docere. Facultatem discendi vt decet virum ecclesiasticum comparet ad horam vero ipsius dictionis illud cogitet bonę menti cõuenire, qđ dominꝰ ait. Nolite cogitare &c. Quisquis autem dicit nõ esse hominibus pręcipiendum queadmodum doceant, si spiritus sanctus docet: potest dicere non orãdum nobis esse: quia dominus ait. Scit pater vester quid vobis sit necessarium priusꝗ petatis.

G

H — Ad pri. prl.

I — Ad secũdũ.

Circa quartũ arguitꝰ, ꝙ nõ est homini studendũ sciẽtiis philosophicis. Primo sic. Qui sciẽtiis phicis studet: in vanitate ambulat. scdm ꝙ dicit Hierony. ad Damasum papam. Videtur in vanitate sensus & obscuritate mentis ingredi qui diebus ac noctibꝰ in dialectica arte torquetur: qui philosophicus perscrutator oculos trans cælum leuat: & vltra profundũ terrarum & abyssum in quoddã inane demergitꝰ. sed in vanitate non est ambulandum. ergo &c. ¶ Secundo sic. studens in scientiis philosophicis corripiendus est. scdm ꝙ dicit Rabanus de pressuris ecclesiasticis Legimus de beato Hieronymo, ꝙ cum libros legeret Ciceronis ab angelo correptus est: eo ꝙ vir christianus paganorum figmentis intenderet. sed non est studẽdum ei pro quo quis corripiendus est. ergo &c. ¶ Tertio sic. in eo qđ non valet ad salutem: sed mittit in errorem, non est studendum: quia omne studium christiani ad rectam doctrinam ducentẽ ad beatitudinẽ debet ordinari. Scientię philosophicę sunt huiusmodi: vt dicit Ambro. super epistolam ad Col. ergo &c. ¶ Contra est illud quod dicit Beda super Reg. Turbat acumẽ legentium & deficere cogit qui eos a legendis secularibus literis omnino ęstimat prohibendos. alioquin Moyses & Daniel sapientia & literis ægyptiorum & Chaldęorum non paterentur erudiri.

K — Quest. 4. Arg. i.

2

3

In opposiũ.

L

¶ Ad hoc sciendum ꝙ scientiarum quædam est necessaria, quædam vtilis siue — Resolutio.

fructuosa:quędam vana & supstitiosa . Supstitiosa est omnis ars per pactiones dęmonũ & hominũ
instituta.Quę(vt dicit Augu.scđo de doctrina christiana) est ad faciẽda vel colẽda idola,vel crea
turam sicut deum,vel cõsultationes a dęmonibꝰ accipiendas,vel ad quorũdam euẽtuum significa
tiones denotãdas .qualia sunt omnia molimina artium magicarum,aruspicum,& augurũ libri.ad
qđ genus pertinẽt oẽs ligaturę atq; remedia morborũ superstitiosa,motus & gestus,& incessus su
perstitiosi,vel in se ipsis,vel in volatibus auiũ:& motibus aialium.Similiter annotatio constellatio
nũ geniturę: nec nõ & ea quæ fiunt per Phytones responsa. Hęc & his similia inanissimarũ obser
uationum genera,quibus vt dicit August.occulto dei iudicio pro meritis voluntatũ suarum tra-
duntur homines illudendi: atq; ab angelis præuaricatoribus decipiendi:penitus sunt repudianda
& fugienda christiano:quia in eis omnino societas dęmonum est formidãda: qui nihil nisi nos illa
M .queare conãtur.Idcirco enim ministerio dęmonũ huiusmodi superstitionibus & diuinationum ge
neribus multa futura dicũtur:nec aliter q̃ accidunt dicũtur: vt curiosiores homines fiant:& ma-
gis illaqueentur dęmonum operatione:qui (vt dicit Chrysostomus super illud Matthęi.iiii. Non
in solo pane) si vtile aliquid iubeant : nec sic quidem eos debemus audire : nec diabolo credamus
vnq̃:etiam si quędam magna necessitas vrget. Tali ergo scientię vt ait Augustin.ꝰnullo modo est
studendum: per quam tamen studiosus transiens,quisquis bonus & verus christianus domini sui
esse intelligat. vbicunq; inuenerit veritatem:nec debet philosophica,nec dęmonica reputari.Vti-
lis autem scientia est scientia vere philosophica, quia ad perfectionem humanę naturę inuenta est.
Et isti vt dicit Augustinꝰ.studere non licet ad delectationem,aut vt in ea spes adipiscendi bonam
vitam ponatur , aut deceptionem,aut rixandi libidinem. omnino enim cauenda est libido rixandi
& puerilis ostentatio decipiendi. ob hoc enim sermonem sophisticum : & captiosarum argumen-
tationum genera detestatur sacra scriptura cum dicit. Qui sophistice loquitur odibilis est.Stude
re tamen licet inquantum vtilis est & proficua.secundum q; de omni tali scientia alia a sacra scri-
ptura dat August.regulam generalem versus finem secũdi de doctrina christiana dicens. videtur
mihi studiosis & ingeniosis adolescentibus & timentibus deum, beatam vitam quęrẽtibus salubri
ter pręcipi:vt nullus doctrinas q̃ pręter ecclesiam Christi exercẽtur,tanq̃ ad beatã vitam capessen
dam sequi audeat:sed eas sobrie diligẽterq; diiudicet.Siquas vero inuenerit vanas & ignotas,ma-
xime si habent cum dęmonibus societatem,repudiet penitus & studium detestetur. Illa vero insti
tuta quæ ad societatem cõuiuentium valent,non negligat:sed nec liberales scientias visui verita-
tis aptiores & moralia præcepta vtilissima de ipso vno deo colendo:quæ inueniuntur apud ipsos
Et de ci.dei.viii. Homo christianus ecclesiasticis literis eruditus cauet eos:qui secũdũ elemẽta hu-
ius mundi philosophãtur,non secũdum deum a quo factus est mundus.Admonetur enim præce
N pto apostolico,qđ audit. Cauete ne quis vos seducat scđm philosophiam & inanem seductionẽ,se
cũdum elementa huius mundi.Deinde ne oẽs tales esse arbitrentur,audi ab eodem apostolo dici
de quibusdã.Quia qđ notũ est dei,manifestũ est illis.Deus enim illis reuelauit.Et de moribꝰ eccle
się.Nomẽ ipsum philosophię si consideres,rem magnam totamq; animo appetendam significat.Si
quidem philosophia est amor studiũq; sapiẽtię.Cautissime Apost.ne ab amore sapiẽtię deterrere vi
deretur subiecit.Secũdum elementa huius mundi.Sunt enim qui desertis virtutibus: & nescien-
tes quid sit deus:& quãta maiestas naturæ semper eodem modo manentis,magnũ se aliquid age-
re putant:si vniuersam istam corporis molẽ,quã mũdum nũcupamus curiosissime intentissimeq;
perquirant. Vnde tanta superbia etiam gignitur,vt in ipso cęlo de quo sępe disputant:sibimet ha
bitare videantur.Idem de ordine lib.i.in fine.Diuinę scripturę non omnino philosophias,sed philo
sophos huius mundi euitandos:atq; irridendos esse præcipiunt:nam quisqs omnẽ philosophiam
fugiendam putat:nihil nos vult aliud q̃ non amare sapiẽtiam.Idem in eodem libro.ii. Ego si quid
meos mouere possum quãtum mihi apparet: quantũq; sentio,censeo illos disciplinis omnibus eru-
diẽdos.Hinc dicit Hierony.de tribꝰ pueris in Daniele.Qui de mẽsa & vino regis noluerũt come-
dere ne polluantur:vtiq; si sapientiam atq; doctrinã Babyloniorũ scirent esse peccatũ,nõ acquiesce
rẽt discere qđ nõ licebat. Vnde super illud Exod.iii.Postulet mulier a vicina sua & hospita. Glossa.
Poetę & philosophi quodãmodo sunt nobis vicini:quia in multis cõueniunt. Vasa argentea & au
rea.Glossa.Argentum & aurum ab ægyptiis petimus : vnde tabernaculum deo fabricemus:cum
poetas & philosophos legimus vt diuinam scripturam sapiẽtius & facundius legamus. Ac vestes
Glos.Morum atq; bonorũ operũ.Ponetisq;.Glos.Erudiẽdo.Super filios vestros.Glos.Maiores.Et fi
lias.Glossa.Minores. Et spoliabitis ægyptum.Glossa. Auferendo quæ tabernaculo dñi sunt vtilia.
O Scientia autem necessaria est scriptura sacra: cui principaliter studendum est: & omni alteri pro-
Ad pri.pri. pter ipsam.vt infra dices. ¶Ad primũ in oppositũ q; scientiis philosophicis studere est in vanitate

ambulare:Dicēdum ꝙ verum eſt:ſtudētibus in illis propter ſe: & ad immorandū & delectādum,
aut ad libidinem aliquā.Retorquēdo tamē illas ad meliorē vſum ſacræ ſcilicet ſcripturæ,vt infra
dicetur,non eſt ita.Vnde Hieronymꝰ ſuper epiſtolam ad Titum.Geometria,arithmetica,& muſi
ca,habent in ſua ſcientia veritatem: ſed illa non eſt ſcientia pietatis: poteſt tamen proficere ad vi-
tam,dum fuerit in meliores vſus aſſumpta. ¶Ad ſecundum ꝙ propter ſtudium aliarum ſcientia P
rum eſt homo corripiendus: Dicendū ꝙ verū eſt:dū homo nimis eis vult imorari & delectari.pro Ad ſecūdū.
pter quod erat correptus Hieronymꝰ. Non autem eſt corripiendus qui ſtudet in illis:vt vera in-
uenta in illis ad meliorem vſum conuertat:& propter alias cauſas quæ infra dicentur.Et ideo di-
cit Auguſti.ii.de doctrina chriſtiana. In omnibus tenendum eſt ne quid nimis. ¶Ad tertium ꝙ Q
ſcientiæ philoſophicę ducunt in errorem:& non valent ad ſalutem: dicendum ꝙ ſcientiæ aut ſcri Ad tertium
pta quæ non valent ad ſalutem: ſed ducunt in errorem : quia hæreſim contra ſacram doctrinam
continent:ſicut continent plurima ſcripta philoſophorum:aut auctor eorum per eccleſiam repro
batus eſt & damnatus:aut non.Si ſic,non debent admitti: neq; ſtudendum eſt in illis,q̄uis aliqua
vtilia contineant.vt.xvi.canones.extra,de ſentētia excō. Canones.& maxime cū damnatus eſt au-
ctor ante mortem. Si enim damnatus fuerit poſt mortem,ſcripta obſeruantur ratione bonę ſcien-
tię quā continent: licet aliqua habent erronea.vt ſcripta Origenis.vt.xvi.queſtione.vii.& maxime
cum poſtmodum fuerint approbata in bene dictis:ſicut erāt ſcripta Origenis.ſecūdum ꝙ hęc no-
tantur.extra,de ſententia excommunicationis. Fraternitatis.Si ergo error nec ante mortem aucto
ris:nec poſt mortem fuerit damnatus : ſicut errores philoſophiæ plurimi per ſententiam Eccleſiæ
nunq̄ erant damnati:ſententiæ bonę taliū tenēdę ſunt:& in ſcriptis eorum ſtudere licet:nec vitan
dę ſunt propter vitium perſonarum:etiam ſi aliqua falſa contineant:ſed propter illa falſa ſunt ca-
uendæ. ſecundum ꝙ dicit Auguſtinus.cap.i.quæſtio.i.Dominus determinauit. Apoſtolus dixit:
Cretenſes malę beſtię,ventres pigri.Si ergo apoſtolus neſcio cuius alienigenę teſtimoniū:quia ve-
rum comperit:etiam ipſe atteſtatus eſt: cur nos apud quēcūq; inuenerimus qđ Chriſti eſt: & ve-
rum eſt:etiam ſi ille apud quem inuenitur peruerſus & fallax eſt : non diſcernimus propter vitiū
quod homo habet,veritatem,quam non ſuam ſed Chriſti habet?

Irca quintum arguitur,ꝙ eodem modo ſtudendum eſt homini ad inueſtigan R
dum ſcientiam de vnoquoq;. Primo ſic.Illo modo ſtudēdum eſt homini ad in- Queſt.v.
ueſtigandū ſciētiā de quocūq;,quo nata eſt ſciri.qm̄ vt dicit Auguſt.ſecūdo de Argu.i.
doctrina chriſtia.Scientię verę non ſunt ab hominibꝰ inſtitutę,ſed animaduer-
ſę:& in rerum ratione & natura comparatę. ſed vnus eſt modus & idem,quo
vnumquodq; natum eſt ſciri,ſcilicet ex ſuis cauſis. ſecūdum ꝙ dicitur ſecūdo
Metaphyſicę.Nos non ſcimus veritatem abſq; eo ꝙ ſcimus cauſam eius.ergo &c. ¶Secundo ſic. Secundum.
Qđ ineſt homini a natura,idem eſt, & eodē modo ſe habet reſpectu cuiuſlibet obiecti. vt patet de
viſu reſpectu colorum.ſed modus ſciendi ad inueſtigandum ſcientiam nobis eſt innatus ſecūdum
Philoſophum.i.Phyſi.Innata eſt nobis via a certioribus nobis & notioribus.ergo &c.¶Contra eſt. In oppoſitū.
qm̄ ſi eodem modo ſtudendū eſt ad inueſtigandū ſcientiā in vnoquoq;,ergo æquali pſcrutatione.
Hoc autem reprehendit Philoſophus:cum dicit ſecūdo Metaphyſicę.Nō oportet quęrere in quali
bet ſcientia perſcrutationē ſicut in mathematicis.ergo &c. ¶Dicēdū ad hoc:ꝙ ponere,ꝙ eodē mo S
do ſtudendum eſt ad inueſtigandum ſcientiā de vnoquoq;,eſt ſummū impedimentū inueſtigandi Reſponſio.
ſcientiam in pluribus ſcibilibus:ad qđ habēt reduci omnia impedimenta ſciendi quæ determinat
Philoſophus ſecūdo Metaphyſicę.Si enim idem eſſet modus inueſtigandi omnem ſcientiam:cum
modus inueſtigandi ſit idem cum modo ſciendi:quia ex eiſdem habet res ſciri: & ſcientia eius in-
ueſtigari:idem eſſet modus ſciendi oīa quæ ſciuntur.& vlterius cū ex modo ſciendi habetur ſcien
tiæ certitudo:eadē & ęqualis eſſet ſcientiæ certitudo in omnibus quæ ſciūtur.Vnde cum impoſſi
bile ſit ꝙ eadem ſit & æqualis certitudo ſciendi omnia,vt dictum eſt ſupra : impoſſibile eſt omni-
no ꝙ ſit idem modus ſciendi,ſiue idem modus ſcientiam inueſtigandi in omnibus,ſiue idem mo-
dus ſtudendi vt ſcientia inueſtigetur in omnibus:& hoc neq; in notitia pricipiorum quando eam
opus eſt declarare:neq; in notitia concluſionum.Ignorantia igitur modi ſciendi ſummū eſt impe-
dimentum inueſtigandę veritatis circa vnūquodq; ſcibile:& ecōuerſo cognitio modi ſciendi ſum
mū eſt promotiuū.Propter qđ dicit Augu.de vtilitate credendi. Nō putabam latere veritatē:niſi
ꝙ in ea quęrēdi modus lateret. ¶Ad cognoſcendū igitur modos ſciēdi in ſciētiis,aduertēdū eſt ꝙ T
habet diuerſificari modus ſciēdi ſicut ſtudēdi ad inueſtigādū ſciētiā,ex tribꝰ.ex materia,ex ꝓprieta
te ſciētię:& ex diſpoſitiōe ſciētis.De prio dicit Boethꝰ.i.de tri.Vnūqdq; vt intelligi atq; capi pōt

inspiciamus.Nam optime videtur illud dictum,eruditi est hois vnũquodq; vt ipm est,ita de eo fi
dẽ capere tentare. Nã cũ tres sint speculatiuę sciẽtię partes,naturalis est i motu & inabstracta:Ma
thematica vero sine motu inabstracta:Theologia vero sine motu & abstracta. Et loquiť Boethius
de abstractiõe reali. In naturalib⁹ ergo rationabilit:in mathematicis disciplinabilit: in diuinis vero
intellectualiter versari oportet.De duobus etiã primis dicit philosoph⁹ simul in pricipio Ethicoꝝ.
Non oportet certitudinẽ in omnibus similiter exquirere: sed in singulis secũdum subiectam natu
ram:& intantũ,inquãtum propriũ est doctrinę. De tertio diciť in principio physi.Innata est nobis
via ex prioribus & notioribus nobis. Primo igitur studendum ad inuestigandum scientiam circa
vtrãquãq; rem secũdum naturam subiecti & materię.scdm q̧ dicitur in principio Ethicoꝝ.In vno
quoq; dicetur sufficienter,si secũdum subiectam materiã manifestetur:disciplinati enim est intan-
tum certitudinem inquirere secũdum vnũquodq; genus:inquantum rei natura recipit. Proximũ
enim & simile incõueniens videť mathematicũ persuadendo scientiã suã inuestigare: & rhetorem
demõstrãdo.& hoc intelligẽdo qñ possibile est inuestigãri scdm materię exigẽtiã ꝓcedere:sicut cõ
tingit in moralib⁹ & mathematicis.In moralib⁹ eñ,vt diciť.i.Ethi.oportet grosse & figuraliter ve
ritatẽ manifestare.& hoc ꝑpter incertitudinẽ materię & variationẽ particulariũ circa q̃ sunt mora
lia.In talibus eñ,vt diciť in pricipio Topi. habem⁹ sufficiẽtem methodũ. qñ similiter habem⁹ vt
in rhetorica & medicina: & huiusmodi scientiis cõiecturalibus.hoc est ex contingentibus facere q̃
appetimus:& de nullo subtilem rationem assignare:sed aliquãtulum figuraliter pertransire.In ma
thematicis autẽ est econtrario. in illis eñ propter materię abstractionem a materia & transmuta-
tione secũdum intellectum oportet inuestigare veritatem secundum perscrutationem maximã:&
demonstrationibus in primo genere certitudinis vt dicitur secundo metaphysicę. & hoc,quia in
illis ea quæ sunt priora & notiora simpliciter: sunt priora & notiora nobis. vt dicit cõmen. super
V principium physico.❡Secundo autem est studendum ad inuestigandum scientiã propter proprie
tatem doctrinę.Secũdum q̧ de angulo gnomonis rector ædificiorũ inquirit an sit rectus: inquan-
tum valet ad suum opus regulandum:& hoc per experimẽtum & signa apparẽtia. Geometra ve
ro inquirit idẽ vt cognoscat ipm quale qd sit in se: nõ in ordinatione ad aliqđ opus & per rationẽ
X & causam demõstratiuam.sicut dicitur primo Ethicoꝝ. ❡Tertio est studẽdum ad inuestigãdum
scientiam in vnoquoq;,secũdum dispositionẽ inuestigantis:inchoando scilicet a prioribus & notio
ribus sibi : & procedendo ad inuestigandum minus nota sibi : & si aliquando illa sunt magis nota
in natura sua.vt cõtigit i sciẽtia naturali & diuina.Naturalia eñ sunt nobis occulta & incerta ꝓ-
pter se:& propter materiã magis q̃ propter nos. Diuina ecõuerso magis propter nos: quia sumus
indispositi ad ipsa capienda,q̃ propter se. vt dicit cõmenta. super primum metaphysicę:& dictum
est supra.Vnde errant qui in talibus maxime in diuinis exquisitam quęrunt perscrutationem:sed
sufficere debet in eis manuductio nobis proportionalis: quia in diuinis secũdum exigẽtiam mate-
riæ in perscrutando procedere nõ possumus propter illorũ excellẽtiam:& animarũ nostrarum in-
firmitatẽ.vt dicit Auicẽ.i.metaphysicę suę.secũdum etiam q̧ dicit Plato in Timęo. tractaturus de
cęlestibus & diuinis. Prædico (inquit)nunc iam Socrates:si dum de natura vniuersę rei disputa-
tur: minime inconcussas inexpugnabilesq; rationes afferre valuerimus , ne mireris . quin potius
illud intuere:si consentaneas affectiones afferam.Memento enim tam me qui loquor,q̃ vos qui iu
dicatis,homines fore: atq; in rebus ita sublimibus mediocrem explanationem magni cuiusdam es
se onus laboris.Et contingit iste modus inuestigandi veritatem iuxta nostram possibilitatem:non
solum circa totas scientias:sed circa principia scientiarum. quarum cognitio cum non fuerit ma-
nifesta nobis,inuestiganda est diuersimode: secundum q̧ nobis poterit manifestari. Licet enim ma
nifestissima sint in sua natura:nobis tamen aliquando possunt esse occulta. secundum q̧ dicit Phi
losophus.vi.Metaphysicę.Omnis scientia habet principia:aut secũdum finem certitudinis,aut se-
cundum perscrutationem simplicem. Et secundum q̧ ibi dicit antiqua translatio quędam habent
pricipia certiora:q̃dã simpliciora.& intẽdit vt dicit cõmẽ. simpliciora illa q̃ nõ sunt valde certa:&
ideo oportet ea quãdoq; notificare:nõ tamẽ vno & eodẽ modo: sed scdm q̧ facilius nobis possunt
innotescere.Quia vt diciť primo Ethi. quędã cõtẽplãtur inductione.vt illa:Si ab ęqualib⁹ ęqualia
demas q̃ remanẽt sunt ęqualia. & si ęqualib⁹ ęqualia addas,tota sunt ęq̃lia.quędã vero contẽplanť
sensu.vt elementorum qualitates,calidum,frigidum,humidũ,siccũ.quędã vero cõsuetudine qua
dam,vt quę sunt virtutum moralium. alia vero experientia: vt vires medicinarũ: alia vero aliter,
vt potẽtię naturales rerũ per suos effectus. Secũdum hunc igitur modum diuersimode tentandũ
est nobis:studendo singulorũ notitiam inuestigare: secũdum q̧ innata sunt cognosci,vel in se,vel
secundũ proprietatem sciẽtię.Maxime autẽ scdm dispositionẽ possibilitatis nrę:& hoc vt nõ extra

plurima fiāt opera:& multiplicet̄ sup nos inquiſitio eiꝰ,q̄d excedit opus negocii. vt dicitur.i.Ethi.
¶ Ad primū in oppoſitum,ꝙ vnūquodq̧ natum eſt ſciri ex ſuis cauſis: Dicēdum ꝙ verum eſt in rebus habentibus cauſas.Hoc dico propter ſcientias quæ ſunt de primis pricipiis cuiuſlibet entis quę carēt cauſis.Quia tamē in rebus habentibus cauſas:illę nobis frequenter ſunt incognitę:oportet præſtituere nobis ordinem econtrario his quę ſunt a principio:& ſic melius proficere. ſicut in his quę addiſcimus,vt dicit̄.i.Metaphy.Et qa nobis in diuerſis diuerſimode via eſt ad principia & cauſas:ideo diuerſus ſtudendi modus eſt in diuerſis ſcientiis:ſicut & inueſtigādi & addiſcēdi eas: nec ſolum propter nos: ſed etiam propter proprietatem materię & cōditionem ſcientię quandoq; vt dictum eſt. Y Ad pri.pri.
¶ Ad ſecundum ꝙ ineſt nobis a natura procedere a notioribus nobis:Dicendum ꝙ iſte modus ſemper debet eſſe pricipalis: ſed tamen in diuerſis diuerſimode ex nobis notioribus minus nota inueſtigantur , vt in moralibus ab iis quæ frequenter homines agunt,in naturalibus ab effectibus qui apparēt:& ſic diuerſimode in diuerſis,vt dictum eſt circa declarationē principiorū. & illa diuerſitas frequenter accidit propter materiæ proprietatem:& propter ſcientię conditionē, vt dictum eſt. Z Ad ſecūdū.

Circa ſextū arguit̄,ꝙ ſtudēdū eſt homini ſcire ꝑpt ſe.Primo ſic.Studēdū eſt homini per ſe propter intellectus perfectionē:& ignorantię amotionē. ſed ipſo ſcire intellectus perficitur:& ignorātia amouet̄.ergo &c. ¶ Secundo ſic.Omnis actio ordinata ad aliqd vt ad finē vltimū,eſt ad illud ꝑpter ipm.finis vltimꝰ ſtudii humani : cum ſtudere ſit actus proprius rationis,eſt ipm ſcire:qa eſt vltimū in q̄d poteſt ratio vt ratio eſt.ergo &c. ¶ Tertio ſic. ad illud ſtudēdum eſt propter ſe, q̄d ſtudens deſiderat propter ſe:& propter q̄d acquirēdum ſtudere intendit.ſcire eſt huiuſmodi,ſcd̄m ꝙ dicit Philoſophus.i.Metaphyſicę.Scire(inquit)deſiderās,propter ſe maxime ſciētiam deſiderabit.hæc autē maxime ſciētis eſt. Vnde & cōmē.addit.d.ꝙ Philoſophi ꝑpter id q̄d eſt ſcire & intelligere,pꝛiati ſunt:& nō cōmodi alicuiꝰ cauſa: & ꝙ ideo ſapiētia philoſophica libera eſt:quia eſt ſuiipſius gratia. A Queſt.vi. Argu.i. 2 3
¶ In contrarium eſt illud apoſtoli.i.Cor.xiii.Si habuero prophetiam.Gloſ.Futurorꝫ notitiā.Et nouerim myſteria omnia.Gloſ.Occulta no.& vete.teſt.Et nouerint omnē ſciētiā.Gloſ.Diuinā & humanā.Charitatē autē nō habuero,nihil ſum.Gloſ.Nihil mihi prodeſt ad vitam.ſed ad tale nō eſt ſtudēdū ꝑpter ſe.ergo &c. In oppoſitū.
¶ Ad intellectū huiꝰ queſtionis in principio eſt hic aduertēdum:ꝙ cum quæritur an ſtudendum ſit homini vt ſciat propter ſe.i.propter ipſum ſcire,interrogatio poteſt intelligi dupliciter.vno modo,vt li propter dicat circūſtantiā cauſę formalis.alio modo vt dicat circūſtantiam cauſę finalis.Si cauſę formalis:cum ſcientia de ſe formaliter ſit bona & delectabilis & deſiderabilis,vt merito propter eam ſtudeat homo.ſcd̄m ꝙ dicit Tullius de Academi.Nihil eſt humanę mēti veritate dulcius.hoc modo concedi poteſt ꝙ ſtudendum eſt homini ſcire propter ſe.i.formaliter:ſed hoc non excludit quin ſtudēdum ſit ꝑpter aliud finaliter,ſcd̄m ꝙ virtutes & propter ſe ſunt expetendę : tanq̄ in ſe bonę & delectabiles formaliter: & propter aliud,quia propter felicitatē finaliter. Secundū etiā ꝙ amicos dicimur diligere propter ſe:etſi nobis nihil boni vnde contingeret:etſi in India eſſent:vt vult Philoſophꝰ.Si vero interrogatio intelligatur vt li propter notet circūſtantiā cauſę finalis:vt ſcilicet ſcire ponatur finis vltimus ſtudentis:non ad aliqd aliud vlterius ordinandus:dicunt aliqui,ꝙ quātum eſt ex parte ipſius ſcire:ipſi nō eſt ſtudendū propter ſe in ſtatu vitę pręſentis.Cuius rationē aſſignāt.Quoniā ſtatus vitę pręſentis eſt ſtatus meriti : & meritum non procedit ex intellectu,ſed ex affectu:nec ex ſcire:ſed ex agere:nec ex lectione:ſed ex deuotione.Seruus eīn ſciens voluntatem dn̄i ſui & non faciens,vapulabit multis.& vt dicit Iaco. melius eſt viam domini non agnoſcere q̄ poſt agnitam retroire. In ſtatu ergo huius vitę dicunt ꝙ non eſt homini omnino ſtudendum vt ſciat propter ſe,ſtatum ſcilicet faciendo in ſcire:ſed vt ſciendo cognoſcat quid agere:& ad qd tendere debeat.Dicunt igitur ꝙ qualitercūq; eſt in patria cæleſti,ſiue viſio futura pfectior ſit q̄ amor,ſiue fruitio,an ecōuerſo:in via tamen merendi hic proculdubio actio præferenda eſt cognitioni.Melius enim eſt (vt dicunt) facere & nō ſcire q̄ ſcire & non facere.Quare cum actus ſtudii non reſpiciat niſi modum acquirēdi ſcientiā: via rationalis deductionis ꝓcedēdo a noto ad ignotū,vt p notū cognoſcat̄ ignotū: qui locum non habebit in patria:vbi cognitiones noſtræ diſcurſiuę a noto ad ignotum non erunt:ſed ſolum locū habet hic in via:dicūt abſolute dicēdum,ꝙ non eſt ſtudendū homini finaliter vt ſciat propter ſe, id eſt propter ipſum ſcire, ibi ſtando. Hoc enim eſt vanitas vanitatum: & fuit vanitas philoſophorum: quoniā cū cognouiſſent deū,ſcd̄m ꝙ dicit apl̄us Ro.i.Q̄d notū eſt dei manifeſtū eſt illis.Gloſ.Q̄d de deo eſt cognoſcibile ductu ratiōis:notum eſt illis.Et tamē nō ſicut deū cū glorificauerunt.Gloſ.Bene viuēdo & colēdo.Euanuerūt in cogitationibꝰ ſuis:putātes ſe aliqd eſſe cū B Reſolutio.q. C D

nihil essent. Qd reuera vanitas erat summa: & ideo dicẽtes se esse sapientes: stulti facti sunt. Reuera stulti ponendo beatitudinẽ in cognitione quã habere poterant per creaturas: quę solum ponenda est in cognitione creatoris. Et ideo dicit August. scđo de doct. christ. loquens de notitia creaturarum quam habebant phi. Illa (inquit) plurimũ intellectum adiuuat: tantũ absit error: quo videntur sibi homines ipsam verę vitę veritatem didicisse cum ista didicerint. Istorũ positio non potest

E stare. Cum enim omnis actio virtutum moralium ad serenandum oculum mentis ordinetur: vt mundatus possit deum videre & hic quãtum possibile est per intellectum & fidem: in futuro vero per speciem: superior pfectio. & pfectior est notitia sciendi deum & diuina q̃ oĩs virtutis moralis actio. Non est ergo scire simpliciter propter agere: sed ecõuerso. Et ꝙ scire dirigit agere: hoc est propter se, vt clarius cõtingat scire oculo mẽtis serenato per agere. Nec est agere p virtutes morales omnino maioris meriti: q̃ secundũ intellectuales. Immo ecõuerso quãtum est de ratione operis maioris meriti est opus contẽplatiuę q̃ actiuę: & magis debet esse in electione: inquãtũ tamẽ contẽplari ex voluntate imperatur: & charitatis amore. Sed hoc declarari habet in questione de cõparatione vitę actiuę & cõtemplatiuę. Dico autem ex charitatis amore: quia sine charitate nulla valet pręsentis vitę actio. vt dictum est scđm apostolum. i. Corinth. xiii. nec cognitio: quia scientia huius vitę si sola sit inflat: & nõ nisi per charitatẽ ędificat. vt dicit. i. Corith. viii. vbi dicit glos. Scientia si sola est in superbiam extollit. ergo si vis habere non inflantem scientiam: adde charitatem: & vtilis erit scientia. per se enim inutilis est: vt patet in rationib⁹ supra inductis ad hoc: & etiã dictũ est. supra secundũ apost. i. Corith. xiii. Qualitercũq; ergo se habebit res in statu glorię: in statu pręsentis vitę nõ est studẽdũ ad scire ꝓpter se: sed vt per habitã sciẽtiam sciẽs ex cognito dirigatur in actionẽ: & hoc quãtum ad scientias practicas. quãtũ vero ad scientias speculatiuas vt amplius inflãmetur ad amorẽ. Vnde videt esse distinguẽdũ de scire & agere. Est eñ quędã sciẽtia agibiliũ: quędã

F vero speculabiliũ. Siliter est q̃dã actio executiõis agibiliũ: q̃dã vero dilectiõis speculabiliũ. Loquẽdo autẽ de scientia & actione in agibilibus: sciẽtia est propter actionem: & actio est finis scientię. vt in scientiis practicis: in quibus studendum nõ est scire propter se: sed propter opus. secũdum ꝙ dicit Philosophus de scientia Ethic. Pręsens negotium nõ est vt sciamus: sed vt boni fiamus. Loquendo vero de scientia & actione in speculabilibus: sic similiter est scientia propter actionem: nec enim est studẽdum scire speculãda: nisi dirigẽdo ad illa quę ex charitate sunt diligenda: vt cognita diligantur. Propter autem operanda primo modo nõ est studẽdum scientię secũdo modo dictę: sed ꝓpter ipsam magis est operãdum illa operatione. Absolute ergo dicendum ꝙ nulli scientiæ studendum est scire propter se: sed propter aliud: aut propter actionẽ agẽdorum: vt in scientiis operatiuis: aut propter amorem diligẽdorum: vt in scientiis pure speculatiuis. Vnde sup illud. i. Corith. viii. Scientia inflat: charitas autẽ ędificat. dicit Glos. Addite scientię charitatem: et vtilis erit. scientia per se inutilis est. Quare nec pręcipue isti sciẽtię sacræ scripturę: cuius ꝓprius finis est charitas de corde puro & cõscientia bona. & fide non ficta: & hoc tã ad pręcepta credẽdorum: q̃ agẽdorum. Propter qđ dicit Augu. in sermone de laude charitatis. Totam magnitudinẽ & altitudinem diuinorũ eloquiorum secura possidet charitas: qua deum proximumq; diligimus. vt infra dicetur: loquẽdo de auditore huius scientię. Et ideo dicit Augu. xiii. de tri. Habet sciẽtia modum suum bonum, si qđ in ea inflare solet æternorũ charitate vincatur. Vnde dicit Bernard. Nõ probat apostolus multã scientiam si modum sciendi nescias. Modus autem sciendi est vt scias quo ordine: quo studio: quo fine nosse quęq; oportet. Quo ordine, vt illud prius quod maturius ad salutẽ. quo studio: vt id ardẽtius qđ vehemẽtius ꝓmouet ad amorẽ. quo fine: vt propter tuã & proximi vtilitatẽ. Quidã eñ student vt sciant: & curiositas est: quidam vt sciantur: & turpis vanitas est: quidã vt ditentur: & turpis questus est: quidam vt ędificent: & charitas est.

G
Ad pri. prl.
¶ Ad primum in oppositum, ꝙ scire est intellectus perfectio: Dicẽdum ꝙ in argumento est figura dictionis: cõmutãdo quale in quid. Cũ enim dicitur ꝙ studẽdum est homini propter perfectionem intellect⁹, perfectio stat ibi cõcretiue: & supponit ibi vt quale, sub hoc sensu: studendum est homini propter perfectionẽ intellectus. i. vt intellectus eius perfectus fiat. supponit autem pro abstracto cum dicitur: scire est perfectio intellectus: & ita vt quid. Scire enim est ipsa perfectio. & ideo non sequitur conclusio pro abstracto: quæ pro concreto bene sequeretur. Hęc enim est vera. Studendum est homini vt sciat propter intellectus perfectionem, id est vt ipse intellectus sit perfectus. Illa tamen est falsa. studẽdum est homini vt sciat, id est propter ipsam scientiam, siue propter ipsum scire. licet enim scientia sit finis & perfectio intellectus (vltra eñ scientiã nullo alio perficitur) non tamẽ est finis suiipsius vt sit propter seipsam scientia vel ipsum scire, & sit vltimus finis: vel in eo sit status: quia scire ordinatur ad perfectionem vlteriorem in homine vt dictum est.

¶Ad secundũ: q᷑ scire est finis humani studii: dicendũ q᷑ de actu studii loquendum est dupliciter. Vno modo scd̃m se & absolute: & sic solũ verũ est q᷑ actus studii est propter scire: vt ꝓpter vltimũ finem eius: quia studẽs vt studens studio suo: nihil amplius q̃rit suo actu studẽdi nisi scire. Alio modo loquẽdũ est de actu studii vt cadit sub ĩtẽtione volũtatis imperãtis ipm̃. Sic nõ est verũ q᷑ actus studẽdi est ad scire ꝓpter se: quia volũtas hoĩs bene regulata impans actũ studẽdi ĩ hoĩe, finẽ act⁹ studẽdi q̃ est scire, in finẽ vlteriorẽ intẽdit dirigere q̃ est finis alterius act⁹: vt actus amoris ad quẽ ordinat̃ actus studẽdi: vt dictũ est. & hoc mõ procẽdit q̃stio. H Ad scd̃m.

¶Ad tertium q᷑ studens ꝓpter se desiderat scire: dicẽdũ q᷑ phs qui hoc dicit: considerat hoĩs perfectionẽ in habitibus & actibus ex puris naturalibus acquisitis: aut p mores quo ad virtutes practicas: aut per studia quo ad virtutes speculatiuas. & ideo perfectionẽ hominis in puris naturalibus statuẽs, scire ex sciẽtiis speculatiuis vltimã ponit hominis perfectionẽ. Et reuera in hoc bene posuit: vt alibi videbitur. Et ideo dixit: quia homo desideraret scire propter se. In hoc tamẽ q᷑ in scire ex rebus naturalibus posuit consistere vltimã hominis perfectionem: nec posse vlla vlteriori perf.ci: ipse errauit. Est em̃ vlterior perfectio illa q̃ consistit in gratuitis: quã homo natus est recipe: licet nõ ex puris naturalib⁹ ad illã attingere possit, vt dictũ est supra: & ad opus illius perfectionis gratuitę: qd̃ est dilectionis & charitatis: ordinat̃ omnis sciẽtia siue naturalis, siue supnaturalis: quia ipsa plus fini vltimo cõiũgit: in quo consistit vltima perfectio. Hinc dicit Hu. sup. vii. c. cęl. Hier. Dilectio supueniẽs sciẽtię maior ẽ. plus em̃ deus diligitur q̃ intelligitur. intrat dilectio vbi scientia foris stat. I Ad tertiũ.

K Quęs. vii.

Irca septimũ arguit̃ q᷑ hõ studio suo in acqrẽdo sciẽtiã: terminũ aliq̃n debet imponere. Primo sic. Apo. dicit. Non plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. sed si termin⁹ studio non esset imponẽdus: nũq̃ cõtingeret tm̃ sapere quin pl⁹ oporteret sapere. ergo &c. ¶Secũdo sic. Prouer. xxiii. sup illd̃ Noli laborare vt diteris. G. Scientia. & sequitur in textu. Sed prudẽtię tuæ pone modũ. Nõ aũt esset ei ponẽd⁹ modus sciẽtię: si studio termin⁹ nõ esset imponẽdus. ergo &c. ¶Contra est illud Eccli. vi. Fili a iuuentute excipe doctrinã: & vsq᷑ ad canos inuenies sapientiã. sic autẽ facere nunq̃ esset cessare scd̃m intẽtionem sapientis. ergo &c. ¶Item Aug. i. de Aca. dicit. Phia est a cuius vberib⁹ nulla ætas q̃rit excludi. ergo &c. Arg. a. — a — In oppo. — a

L Rñsio.

¶Dicendũ ad hoc: q᷑ cũ ea quę sunt ad finẽ a fine determinari debent: & studiũ hominis in quacũq᷑ sciẽtia finaliter ordinatur ad inuestigãdũ notitiã subiecti eius: & eoꝝ quę circa subiectũ cõsiderãda sunt intãtũ procẽdẽdũ esse studiũ requirit sciẽtia quęlibet, quousq᷑ notitia subiecti & eorũ quę circa ipsum cõsideranda sunt: haberi possint. Notandũ igit̃ q᷑ circa hoc aliter sentiẽdũ est ĩ studio sacrę scripturę & aliarũ sciẽtiarũ. Cũ em̃ in sacra scriptura studendũ est: vt hic proficiẽdo per fidẽ circa illa quę tradũtur in ea, perueniam⁹ in futuro ad contuendũ illa p speciẽ. In isto autẽ profectu quãto homo magis procedit: tanto magis ꝓficit: & quãto amplius inuenit: tãto amplius inueniendũ sentit. In tali autẽ studio nũq̃ est cessandũ in via: quousq᷑ ad terminũ aptę cõtuitionis perueniat̃ in patria. Idcirco quãtũ ad studiũ sacrę scripturę absolute dicendũ q᷑ termin⁹ studii in eo ponẽdus nõ est, immo dispositus & ordinatus ad hoc semp intentionẽ proficiendi amplius & amplius in ea habere debet. & hoc maxime ideo q̃ scibile in ipsa est infinitũ: circa qd̃ põt ꝓfect⁹ ꝓcedere ĩ ĩfinitũ. Scd̃m q᷑ dicit Aug. sup Io. par. ii. ser. ix. Diuini cantici vox est. Quęrite dñm & viuet anima vestra. quęramus inueniendũ: q̃ramus inuentũ: vt inueniendus q̃ratur, occultus est: vt inuentus q̃ratur immensus est. Vnde alibi dicitur. Quęrite faciẽ eius semp. Satiat em̃ q̃rẽtẽ: ĩquãtũ capit: ĩueniẽtẽ capaciorẽ facit: vt rursus q̃ratur implere vbi plus capere cœpit: quia cũ consummauerit homo, tũc incipit: donec ad illã vitã veniamus: vbi sic ĩpleamur vt capaciores nõ efficiamur: quia & perfecti erimus vt iam nõ proficiam⁹. Tũc em̃ ostendet̃ nobis qd̃ sufficit nobis. Hic autẽ semp q̃ramus non vt fructus inuentionis non sit finis inquisitionis: sed ideo hic semp dicim⁹ q̃rẽdum: ne aliq̃n hic putemus ab inquisitione cessandũ: atq᷑ ita q̃rendo tendamus: & inueniendo ad aliquid perueniemus: & ad id qd̃ restat q̃rendo & inueniendo transimus: quousq᷑ ibi fiat finis q̃rendi: vbi perfectioni non superest intentio proficiẽdi. & in sermone. xliii. Spiritus sanctus nũc docet fideles quãta quisq᷑ potest capere spiritualia: & in eorũ desideriũ magis accẽdit, si quisq᷑ in ea charitate proficiat: qua & diligat cognita & cognoscenda desideret. Ita vt ea quoq᷑ ipsa quæ nũc quandoq᷑ cognoscit nondum se scire sciat: quomodo scienda sunt in eam vitam: quã nec M

oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit. quo sciēdi modo si nunc eā vellet interior magister dicere.i.nře menti apire & mōstrare,humana infirmitas portare nō posset. Vnde dicit Chrysostomus in principio sup Matth. Non a pueritia elegi aliquos ad discendū iubentes, certū annorū numerum pfinientes ad cōsummandū studia virtutū:sed cunctis ge
N neraliter ætatibus differētes. Vnde Origenes in Homil'.quomodo Abraham accepit Cethurā in vxorem:exponēs quomodo sancti in extrema ætate vxores duxerant, in typo sapientię semp conquirendę,dicit sic.Patriarcharū coniugia mysticū aliquod indicant sacramentū.Abraham q̄uis esset senex:hoc tñ sciebat ꝙ sapientię nullus est finis: nec discendi terminū senectus imponit. Sarę dormitio virtutis est intelligēda consummatio:quia vero perfectę & cōsummatę virtutis est: semper necesse est vt in aliqua eruditione versetur:quā eruditionē coniugē eius sermo diuin[9] appellat. Accepit ergo senex Abrahā vxorē noīe Cethurā.maior eñ ad sapiētiā sensibus nostris capacitas inest,qñ mortificatio Iesu circūfert in corpore mortali.Quanto eñ quis carne fessus est:tanto erit virtute robustior: & sapientię complexibus aptior. Igitur ad tales nuptias p senectam nullus excluditur:imo maturę ętati plus cōueniūt.Propter qđ dicit
O Dauid in Psal.Lętetur cor q̄rētiū dominū & cōfirmamini:quęrite faciē eius semp.Qđ Augustinus exponēs.xii.de trin.in prin.di. Videt qđ semp q̄rit nūq̄ inueniri. & quomō iam lętabit & nō poti[9] cōtristabit cor q̄rētiū,si nō potuerint inuenire qđ q̄rūt? Et ꝙ inueniri possit dū q̄rit:testatur Esa.cum dicit.Quęrite dūm:& mox vt inueneritis eū:inuocate illū. an inuentus q̄rendus est? Sic enim sunt incomphēsibilia q̄renda: ne se æstimet homo nihil inuenisse: quin ꝙ sit incomphensibile qđ q̄rebat potuerit inuenire. Cur igitur sic quęrit: si incomphensibile comphenditur esse qđ q̄rit:nisi quia cessandum non est:q̄diu ipsa incomphensibiliū inquisitione proficitur:& melior meliorq; fit q̄rens tā magnum bonū:qđ et inueniendū q̄ritur: & q̄rendum inuenitur? Nam & q̄ritur vt inueniatur dulcius:& inuenitur vt quęrat auidius. Scđm hoc accipi potest qđ dictum est in Ecclesiastico.Qui me manducant,adhuc esuriēt: & qui me bibunt,adhuc sitient.Manducant enim & bibunt:quia inueniunt:& qa esuriunt & sitiūt:adhuc quęrūt.Et.ix.de tri.in principio.Tutissima est quęrentis intentio donec apphendatur illud quo tendimus: si ea recta intentio est quæ proficiscitur a fide.Sic ergo quęramus tanq̄ inuenturi:& sic inueniamus tanq̄ quęsituri.Cum enim adhuc consummauerit homo: tunc incipit:& hoc totum cōtingit propter scibilis infinitatem.Scđm ꝙ dicit Hila.de tri.Incipe: percurre: persiste:etsi non peruenturū: gratulabor tamen profecturū.Qui enim pie infinita prosequitur:etsi non contingat aliquādo:semper tamen proficiet: & reuera saltem in futuro attinget.Scđm ꝙ dicit Augustinus de bono perseuerantię.Bonę spei est homo,si eum sic perseuerantem dies vltimus huius vitæ inuenerit: vt adiiciantur ei quæ proficienti defuerint:& perficiēdus q̄ puniendus potius iudicetur. Vnde de profunditate huius scientię & infinitate scibilis in ea, dicit Augustinus in epistola ad Volusianū.Tanta est Christianarum profunditas literarum &c.vsq; ibi. Cum consummauerit homo: tunc incipit: longa est auctoritas,sed cōmunis. Vnde Origenes exponēs illud qđ dicitur de Isaac.Geñ.xxv.Habitauit iuxta puteū nomine viuentis & videntis.Intelligentibus,inquit,grandis est ista benedictio:qui potest singula quæ in lege & prophetis sunt scire,& intelligere:ille habitat ad puteum visionis.Magnā benedictionem accepit Isaac vt habitaret ad puteum visionis. Nos qñ satis mereri poterimus:si forte trāsitū habere possimus p puteum visionis?certe si nō potero omnia intelligere: assideo tamē scripturis diuinis:& in lege dei meditor die ac nocte:& omnino nūq̄ desino inquirendo:discutiendo:certe quod maximū est orando:& ab illo poscendo intellectum qui docet hominem scientiam, videor & ego habitare ad puteum visionis. Tu ergo si semper perscruteris propheticas visiones: si semper inquiras: si semper discere cupias: hæc mediteris in his permaneas:percipis & tu benedictionem a domino: & habitas apud puteum visionis: & dominus aperiet tibi scripturas.In cęteris autem scientiis studio terminus ponendus est.
P Cū enim (vt dictū est supra) in aliis scientiis studendū non est nisi inquantum vtiles sunt:& (vt infra dicet) intantum vtiles sunt inquantum ad hanc sacram scripturam proficiunt: Intantum ergo studendum est vnicuiq; in aliis scientiis: inquantum ex hoc pfectū poterit habere studēdi consequenter in sacra scriptura:ne nimiū imorando in aliis in illis tempus consumat: per qđ fructuosius in ista proficere posset.etiam si quis illis intendat:vt ad istam sciētiam veniens amplius & pluribus proficiat:cum residuum temporis vitæ suæ ad capiēdum ea quæ sunt huius scientiæ nō sufficiat. Ridiculū enim est vt dicit Augustinus in epistola ad Dioscorum,cum ppterea multa superflua didiceris:vt tibi aures hominū ad votum præ

parentur: ipsa necessaria non tenere: quibus superflua preparaueris: & dū occuparis vt discas vnde facias intētos nolle, discere qđ infundatur intentis. Et Augustinus de vtilitate credēdi. Intelligere supflua fortasse nō nocet. Sed fortasse discere nocuit: cū tēpus necessariorū occuparet Et permittit tñ deus curiosos diutius in illis immorari sciētiis: ne tēpore illo implicent se deterioribus. scđm ꝙ dicitur Eccl'i. iii. Vidi afflictionē quā dedit deus filiis hominū: vt distendantur in ea. cūcta em̄ bona in tēpore suo, & mūdū dedit disputationi eorum. Vbi dicit Glos. Propterea dedit deus in p̄senti etiā peruersorū dogmatum magistros: concessit occupationē: ne mens eorum ociosa torpesceret. Deus em̄ fecit omne bonū qđ fecit. Sed in tēpore suo bonū bonū est: nūq̄ vlterius q̄ opus est. Et ideo August. loquens de studio scientiarū seculariū, dicit. ii. de doc. Christ. In doctrinis quæ apud gentes inueniūtur, in omnibus tenendū est nequid nimis. Et de ordine. l. ii. Talis eruditio si quis ea moderate vtatur (Nam nihil magis q̄ nimiū formidandū est) talem phię militē mittit: vt ad summū illū modū vltra quē requirere aliqd nec possit, nec debeat, nec cupiat, perueniat. Reuera opus est cauere in studio sciētiarū phicarū ne quid nimis: quia vt ostēdit scđo de doc. Christ. plurimū accidit vt facilius homines res assequātur ꝑpter q̄s asseq̄ndas ista discunt: q̄ taliū ꝑceptorū nodosissimas disciplinas & spinosissimas. Et tñ (vt ipse subdit ibidē) quādoq; miseros magis in his oib⁹ ipsa spectamina veritatis delectant sepe. De quibus dicit Chrysostomus. i. sup Matth. Pleriq; totos dies peragunt. ꝑpter illā occupationē vanissimā: & multa detrimenta patiūtur: & cū omni diligentia qđ audierint memorię cōmendant: eaq; ad animi sui perniciem infixa custodiunt. His vero vbi loquit deus ne exiguū quidē tempus patienter expectēt. Vltimū. s. senectutis: qđ tamē vtile esset multum Scđm ꝙ dicit August. ad Hiero. Ad discēdū ꝙ opus est: nulla ætas sera videri potest: quia etsi senes magis decet docere q̄ discere, magis tñ discere q̄ quæ doceant ignorare.

¶ Ad primū in oppositum: non plus sapere q̄ oportet: Dicendū ꝙ semper oportet plus: non tamen plus q̄ oportet: Sed ponere prudentię nostrę modum, vt dicit secūda ratio. & hoc fit semp pie scđm regulā fidei quęrendo, non transgrediendo terminos quos posuerūt patres nostri: vt dicit Prouer. xxiii. vnde post illud Prouer. xxiii. Prudentię tuę pone modum: statim sequitur. Ne erigas oculos tuos. Glos. mētis. Ad opes quas nō potes habere. Gl. diuinitatis perscrutandas: quia cęlestibus tñ omnibus patent. ¶ Per idem patet ad secundum. Q Ad pri. prin. Ad scđm

Arti. VI. de Theologia scđm se, quantum ad scientiam.

Iso de sciētia & scibili in generali, sequitur videre de scientia & scibili theologiæ in speciali, quæ continet theologia. Vbi cōsiderandū est Primo de theologia in se. Secūdo de ipsa in suis causis.

Circa theologiam in se quęrendum est
Primo scđm se & absolute.
Secundo in comparatione ad alias scientias.

¶ Circa theologiam scđm se & absolute quęruntur quatuor.
Primo: vtrum theologia sit scientia.
Secundo: vtrum proprie dicenda sit sapientia.
Tertio: vtrum sit scientia vna.
Quarto: vtrum sit scientia perfecta.

Irca primum arguitur, ꝙ theologia non sit scientia. Primo sic. Scientia non est nisi eorum quorum sunt causę & principia. Tunc enim scire opinamur vnūquodq;: cū causas & principia arbitramur scire: vt dicit in princ. Physi. & in principio post. Et Auicē. dicit in principio Metaphysicę suę. Inquisitio omnis scientiæ non est de principiis. sed de cōsequentibus principiorum. De rebus autem diuinis est theologia: quarum non sunt causæ & principia. Sed ipsę sunt causæ & principia aliorū. ergo &c. ¶ Secundo sic. omnis scientia est de intelligibilib⁹ & vniuersalibus, primo post. & primo Metaphysicę. Theologia vt plurimū non est de intelligibilibus & vniuersalib⁹, sed de sensibilibus & ꝑticularibus: quia de rebus historicis & humanis gestis: quę credunt & non intelligunt: scđm August. lxxxiii. q. q. xlviii. ergo &c. ¶ Tertio sic. theologia est solū notitia eorū quæ tenētur per fidē: & ad fidem de eis faciendā. Io. xx. Hęc aūt scripta sunt vt credatis. Sciētia aūt non est eorū quæ fide tenētur: quia scientia fidem euacuat cū scientia sit eorū, quæ intellectu vidētur. fides autē eorū quæ nō videntur. ergo &c. ¶ Quarto sic. oīs scientia ꝑcedit ex principiis per se notis. primo post. Theologia aūt non ꝑcedit nisi A Quest. i. Arg. i. 2 3 4

In oppositū. ex creditis:q̄ nō sunt per se nota:cū a plurib⁹ eis cōtradicatur.ergo &c. ¶In cōtrariū est Aug. cum dicit.ꝙ theologia est scientia de his rebus quas ignorare nō expedit : & quas nos scire p nos idonei non sumus.

B Responsio. ¶Ad questionē istā intelligendū, cū theologia sit credibiliū, & nullorū aliorū,nisi vt accipiūtur ab initio:vt per fidē credita:Nūc aūt ita est ꝙ credibilia primo p fidē nata sunt fieri scita p intelligētiā:vt quę ꝓponūtur homini primo credenda p fidē,postmodū diuino lumine adiutus,& ꝓprio studio aptatus, capiat ea p intelligentiā , scđm ꝙ infra determinabit: ꝙ & ipsa alio modo iudicāda est esse sciētia,inquātū est credibiliū vt credibilia sunt tm̄:alio vero modo,inquantū credibiliū vt facta sunt intelligibilia: Dicēdū igit ꝙ notitia aliqua appellata sciētia dupliciter. Vno modo stricte:alio modo large.Large appellat scientia q̄libet notitia certa veritatis.Scđm ꝙ dicit Aug.primo de li.arb.Scire nihil aliud est q̄ ratione,hoc est mēte habere perceptū.Et sciētia sic dicta distinguit cōtra opinionē,dubitationē & suspicionem,quę sunt opationes intellectus & notitiæ sine vlla certitudine.Propter qđ p̄hus.vi.Eth.in illis tribus non ponit esse intellectuales habitus. Vn̄ quia fides dicit certā notitiā eoꝝ q̄ tenētur per fidē:vt infra dicet:sub isto modo sciētię cōtinet notitia fidei.& sic large sumēdo sciētiā,Theologia inquātū cōtinet credibilia considerata vt credibilia tm̄, nondum visa siue intellecta, dicēda est sciētia.Scđm ꝙ dicit Aug.de vidēdo deū. Merito nos scire dicimus:nō solū id qđ

C videmus:verū etiā illud qđ certissimē credimus.Vn̄ & credita etiā quodāmodo mente videre recte dicimus:quia ꝙ verū sit minime dubitam⁹.Hinc Io.euāg.de eo qđ sola fide tenuit(Si tm̄ sola fide & nō sciētia puta siue intellectu tenuit)dixit.i.Io.iii.Scim⁹ qm̄ cū apparuerit:siles ei erim⁹.Et Paulus.Nūc scio ex pte.Ecce(dicit Aug.)scire se dixit qđ nō vidēdo:sed credēdo cognouerat.Stricte vero appellat scientia:nō q̄cunq; certa notitia:sed solūmō eoꝝ quoꝝ veritas intellectui ex rei euidētia apparet:vt intellect⁹ in ea sibi ipsi sit testis,& certitudinē ex eo qđ vidět, habeat: nō tm̄ ex testimonio alterius:sicut certitudinē habet fides. Scđm ꝙ dicit Auicē. ix.Metaph.Promissio quę fide recipit non est via ad ꝓbandū eā nisi testimonio prophetę.Sicut illa q̄ est ꝙ habebim⁹ corp⁹ apđ resurrectionē.De tali sciētia dicit Aug.primo de li.ar.Proprie & pure sciētia nominat:quia ratione atq; intellectu parat. Et sciētia sic dicta distinguit a fide & omni notitia eorū q̄ fide tenētur inquantū hm̄oi:quia est intellectoꝝ ex rei euidētia: nō cre

D ditorū ex alterius testimonio.Sed intellectus talis dupliciter potest haberi.Et scđm hoc sciētia ꝓprie dicta est duplex. Vno em̄ mō haberi pōt vi naturalis rationis opantis mō naturali illustratione solius luminis naturalis:aut cū diuina illustratione generali.de qua dictū est supra.Alio mō vi naturalis rōnis opantis mō supnaturali illustratiōe speciali luminis supnaturalis.Primo mō habet ītellect⁹ de reb⁹ naturalib⁹ ī sciētiis p̄hicis . Scđo aūt mō habet de reb⁹ supnaturalibus in ista sciētia.& hoc inquātū credibilia sunt intelligibilia q̄dā in potētia:vel iā intellecta.vt infra videbit. Vn̄ quia ista sciētia cōtinet credibilia q̄ nō pfecte sunt homini ītelligibilia in vita ista:& hoc nō nisi paucis: et forte aliqua sunt ita credibilia ꝙ nec sunt ītelligibilia homini in vita ista:qa qđ oculus nō vidit:auris nō audiuit:nec ī cor hoīs ascēdit : ꝓparauit deus diligētib⁹ se.Sicut dicūt Esa.& Apl's.qđ & optime credūt.Ideo dicit Aug.de vidēdo deū.ꝙ sciētia nostra cōstat ex visis & creditis.& in his q̄ videmus nosipsi testes sum⁹.quę vero credimus testimonio alteri⁹ tenem⁹.Vn̄ sicut differūt scire ex visu ꝓprio:& ex auditu alteri⁹ dicto:sic differūt intelligere aliqđ, qa euidētia eius mēti est p̄sto: & credere solū ex alterius testimonio.Scđm ꝙ dicit Aug.ibidē. Presentia ītelligim⁹ q̄ p̄sto sunt sensib⁹ animi siue corporis. Sicut em̄ hāc lucē corporis sensu:sic meā voluntatē plane video:quia p̄sto est animæ sensibus. Si quis vero mihi indicet voluntatē suā:quia iam mihi latet sensu corporis & animi:credo,nō video:aut si eum mentiri æstimo,non credo.

E Ad primū prin. ¶Ad primū in oppositū:ꝙ theologia nō habet causas & principia: Dicēdū ꝙ falsum est : quia habet principia prima credibilia : ex quibus ductu naturalis rationis illustrante lumine supnaturali elici possunt credibilia posteriora pertinentia ad hāc scientiā . Sicut in qualibet alia sciētia ex primis pricipiis lumine naturalis rōnis eliciuntur posteriora.Licet em̄ diuina oīa sunt principia respectu rerū naturaliū: in se tm̄ quedā sunt priora quibusdam:quæ sunt scđm hoc principia aliorū:etiam ī eis quę ptinēt ad ip̄m deū.scđm ꝙ pater est principiū

F Ad secūdū. filii,pater & filius spiritus sancti. ¶Ad scđm:ꝙ theologia est de singularibus & sensibilibus: Dicendum ꝙ aliquid tractatur in sciētia dupliciter:vel primo & ꝓpter se : vt sunt illa q̄ sunt de substātia & ītegritate sciētię:vel secūdario & ꝓpter illa q̄ pricipaliter tractant:vt p ea declarentur,& facilior fiat doctrina,& melius pcipiat addiscens.Primo mō theologia sicut & q̄libet

ſua ſcientia eſt de vniuerſalibus & intelligibilibus. Secūdo modo bene poteſt eſſe de ſingulari bus & ſenſibilibus. & hoc modo hiſtoriȩ & geſta pticularia & ſenſibilia in hac ſciētia introducūtur: non tā propter neceſſitatē ſciētiȩ: q̄ propter declarationē eorū q̄ pertinēt principaliter ad ſciētiā: & ꝑpter addiſcentē: & hoc duplici de cauſa. ſ. neceſſitatis & cōmoditatis. Neceſſitatis, eo ꝙ diuina, qa facultatē noſtrā excedūt: aliter capere nō poſſumus. ſcđm ꝙ dicit Dio. i. ca. de cȩl. Hierar. Non erat poſſibile noſtro animo ad nō materialē cȩleſtiū aſcendere contēplationē: niſi ea q̄ ſcđm ipſum eſt materiali manuductione vtamur. Cōmoditatis, quia p exēpla ſingularia ſenſibilia nobis cōſentanea facilius queq̄ capimus: q̄ ſermone vlī nobis ꝓpoſita. ſcđm ꝙ dicit Aug. li. de mēdacio. Diuinȩ ſcripturȩ nō ſolū ꝓcepta dei continent, ſed etiā vitā moreſq̄ iuſtoꝝ: vt ſi forte occultū eſt quēadmodū accipiēdū ſit qđ ꝓcipit, i factis ſanctorū intelligatur. Hinc etiā dicit Leo papa. Validiora ſunt exēpla q̄ verba: & plenius eſt ope docere q̄ ſermone. Vñ & iſta ſenſibilia hiſtorica i hac ſciētia, ſunt quaſi exēpla in aliis: q̄ licet ponere i omī ſcientia: vt facilius capiat q addiſcit. ſcđm ꝙ dicit primo Prioꝝ. Nec tñ vt nuda exēpla & pure hiſtorica: talia in iſta ſciētia ſunt accipiēda, qa tūc nō eſſent oīno de integritate fidei & hui⁹ ſciētiȩ. Sed debemus ea accipere vt facta legis declaratiua: & cū hoc vim ꝓceptorū legis i ſe habentia. Scđm ꝙ dicit Ambr. in Hexam. Aīaduertim⁹ ea q̄ nūc in ſpecie hiſtoriȩ tradūtur vim ſtatuiſſe legis i poſterū. ¶ Ad tertiū, ꝙ de his q̄ tenent fide nō eſt ſciētia: Dicēdū ſcđm iam dicta: ꝙ verū eſt ſtricte ſumēdo ſciētiā: niſi iquātū credibilia ſunt ēt itelligibilia. Large aūt ſumēdo ſciētiam, bene verū etiā eſt ꝙ de eis eſt ſciētia vt credibilia ſunt: vt dictū eſt. ¶ Ad quartū ꝙ nō ꝓcedit ex principiis p ſe notis: Dicēdū ꝙ ꝓcedit ex principiis p ſe notiſſimis & certiſſimis in ſua veritate: & etiā fideli certitudine fidei. licet prius q̄ credita facta ſunt intellecta, nō ſine nota ex rei euidentia: vel licet etiā nec fide teneantur ſine lumine fidei. G Ad tertiū H Ad q̄rtū

Irca ſcđm arguit: ꝙ theologia nō debeat dici ſapiētia. Primo ſic. Sciētia illa q̄ eſt ſapiētia, principia ſua nō ſupponit ab alio: ſed oēs aliȩ ſciȩ ab illa: vt vult phs. iiii. Metaph. Sciētia iſta pricipia ſua ab alio ſupponit: cui⁹ teſtimonio credit eis. ergo &c. ¶ Scđo ſic. Sciētia q̄ ſapiētia dicit, debet principia aliarū ſciētiarū ꝓbare cōtra negātes ea. ibidē. qđ nō poteſt facere hec ſciētia: qa nō habet notiora intellectui: q̄ ſint principia aliarum ſciētiarū. ergo &c. ¶ Tertio ſic. ſcđm Aug. xiii. & xiiii. de tri. Fides ꝑtinet ad ſciētiā, nō ad ſapiētiā. q̄re cū ſciētia iſta eſt ſciētia fidei, ſciētia erit ꝓprie, nō ſapiētia. ¶ Quarto ſic. Sciētia q̄ eſt ſapiētia, ē ſui ipſius gratia. vt dicit. i. Metaph. qđ nō conuenit huic ſcientiȩ: vt dictū eſt ſupra. & vt dr̄ Io. xx. Hec ſcripta ſunt vt credatis. & nō vt hoc tm̄: ſed vt credētes vitā habeatis. ergo &c. ¶ Cōtra ē illud Aplī. i. Corin. ii. Sapiētiā loquimur inter ꝑfectos. q̄ nō eſt niſi hui⁹ ſciētiȩ. vñ dicit ibi Gl. De ſecretis dei. Hec aūt ſcia maxime eſt de ſecretis dei. ergo &c. ¶ Hic eſt itelligēdū prio ꝙ large accipiēdo nomē ſapiētiȩ & ſtricte nomē ſciētiȩ, & Sapiētia pōt dici ſciētia, & ſciētia pōt dici ſapiētia. Scđm ꝙ dicit Aug. xiii. de tri. Nec iſta duo ſic accipiam⁹ (. ſ. ſciētiā & ſapiētiā) q̄ſi nō liceat dicere vel iſtā ſapientiā q̄ eſt in rebus humanis, vel illā ſcientiā q̄ eſt in diuinis. Latiore eīn cōſuetudine vtraq̄ ſapiētia: vtraq̄ ſciētia dici poteſt. Proprie tñ loquēdo abinuicē diſtinguūtur: vt aliqua notitia dicat cōmuniori nomine ſciētia, nō ſapiētia: alia vero proprio nomine dicatur ſapientia & non ſciētia. Scđm ꝙ Aug. ſubdit ibidē. Nullo modo tñ ſcriptum eſſet apud Apoſtolū, Alii dat ſermo ſapiētiȩ: alii ſermo ſciētiȩ: niſi & ꝓprie ſingulis rationibus hȩc ſingula vocarētur. Vñ vt ſtatim determinat lib. xiiii. Scientia ꝓprie eſt notitia de humanis & tēporalibus rebus. Sapiētia vero de diuinis & ȩternis. Ex quo ſtatim apparet ſolutio ad q̄ſtionē. Licet eīn ſciētia aliqua phica ſit de diuinis & ȩternis: qa tñ nulla ſciētia phica eſt de deo principaliter: vt de ſubiecto & obiecto: neq̄ etiā de eo cōſiderat aliter q̄ modo humano, noticiā ei⁹ eliquādo ex reb⁹ ſenſibilib⁹ & creaturis: ſola aūt theologia principaliter vt de ſubiecto & obiecto eſt de deo: & modo diuino & ſuperhumano de ipo cōſiderādo: Idcirco patet ꝙ ſola theologia ſimpliciter ſapiētia debet dici: & ꝙ nulla ſciētia philoſophica reſpectu eius ſapiētia dici poſſit. Sed vt iſtud quomodo ei conueniat apertius videamus, cum ſapientia nomine ſuo nihil aliud dicat q̄ ꝓrogatiuā quādā ſupra nomē ſcientiȩ: Cōſiderandū eſt q̄ ſit illa ꝓrogatiua quā ſapientia habet ſupra ſciētiā ſimpliciter. Quȩ ſi iueniat principaliter i hac ſciētia ſup oēs alias: patebit quō & quare ꝓprie ſapiētia dici debeat. ¶ Notādū igit ꝙ ſcientia noīe ſuo nihil aliud dicit, niſi certam notitiā de re aliq̄: ita ꝙ vt dictū eſt in q̄ſtione ꝓcedēti, oīs certa notitia de re, cōi noī e ſciētia pōt dici. Quare cū noīe ſapientiȩ nihil niſi q̄dā ꝓrogatiua ſciētiȩ exprimit: & ꝓrogatiua rei debet eſſe in eo qđ eſt formale & ꝑfectio ei⁹: Perfectio aūt formalis ſciē

I Queſt. ii. Arg. 1. 2 3 4 In oppo. K Reſol. q. L

tię q̄ notitia aliqua sciētia dicit̃:est certitudo notitię in ipsa:Scientia igit̃ vna ex hac ꝓrogatiuā
debet dici super alias sapientia:quia.s.in certitudine alias excedit. Et quia certitudo scientiæ
causatur ex causis & principiis eiꝰ q̄ considerat:& principia quanto sunt priora & altiora:tan
to sunt in sua veritate certiora: & ex hoc etiā tāto magis sunt causa certitudinis & veritatis
oīm eoꝝ q̄ sunt post:vt dicitur.ii.Metaph. idcirco cōtingit ꝙ scientia quę simpliciter dicēda
est sapiētia respectu oīm aliarū debet considerare prima principia simpliciter oīm & altissima:
& maxime inter illa illud qđ est maxime primū.Illud eñ est prima causa & principalis ꝓpter
quā sciētia dicēda est sapiētia.Scđm ꝙ dicit phs.i.Metaphysicę.Arbitramur(inqt) certiorē &
doctissimū causarū sapientiorē esse circa omnē scientiam.Certissimę autē scientiarum,maxime
primorum sunt.Scire eñ &ītelligere maxime propter has. Propter eñ hęc & ex his alia co
gnoscūtur.Et cū hoc ꝙ scientia dicit̃ sapiētia quia est causarū altissimarū:ex hoc maxime dicē
da est sapientia ꝙ considerat causam quæ est finis:& bonū vltimū:cuius gratia agēdū est vnū
qđqꝫ:& verum primū,qđ est causa cognoscēdi vnūquodqꝫ. Scđm ꝙ de primo dr̃.i.Metaphysi
cę.Antiqssima sciētia & principalis cognoscēs est cuiꝰ cā est agēdū vnūqđqꝫ.Hoc aūt est bonū
vniuscuiusqꝫ:oīno autē in natura potissimū oīm.De scđo dr̃.ii. Metaphysicę.Rectū est vocare
sciētiam veritatis phię phiam speculatiuā.Finis eñ sciētiæ speculatiuę est veritas.ex quo cōse
quenter contingit ꝙ hmōi scientię necesse est esse principia quę sunt semper in fine veritatis:
neqꝫ habēt causam in esse vera,sed sunt causa in hoc aliarum rerum. Vnde & de vtroqꝫ dicit
Augustinus simul in lib.suo de Aca.Dico,inquit,hęc maxime esse consideranda:initiū veri &
finē bonorum:nec sapientem esse qui aut cognoscendi initium ignorat:aut extremū expetēdi
vt aut vñ proficiscat ur a ut quo perueniendū sit,nesciat.Et ꝙ ob hāc causam scientia debeat
dici sapientia:quia.s.considerat primas causas & altissimas, specialius inspiciendo:patet dupli
citer.Primo,ex conditionibus sapientis simpliciter. Secūdo ex cōditionibus sapientis alicuius
in aliquo genere scientię particularis.Primo eñ patet ex sapiente simpliciter: quia omnes con
ditiones:scđm quas describit phs sapientem & sapientiā simpliciter:conueniūt ei ex hoc ꝙ cō
siderat causas primas & altissimas. Ita ꝙ prima cōditio sapiētis est scire oīa quodāmō ꝑ vl'em
scientiā:& scđa difficilia hoī:& tertia ꝙ debet esse certior & doctissimꝰ causarū : & q̄rta ꝙ eiꝰ
sciētia suiipsiꝰ cā est:& qnta ꝙ eiꝰ nō est famulare,sed famulari:ordinare: nō ordinari:suadere
M nō suaderi.¶Scđo similiter patet idē ex sapiente ꝑticulari: quia ꝙ aliquis sapiens dr̃ in sua fa
cultate:hoc cōuenit ei ex certitudine scientię quā habet de re:& cognitione causę in illa facul
tate.Semper enim in eodē genere scientiæ sapientior dicitur sciens causam q̄ ignorās eā.scđm
ꝙ dicit phs.i.Metaphysicę:ꝙ artifices sapiētiores expertis sunt:& manu artifice architector: qa
hi causas sciunt:illi autē non:quia enim sciunt,sed propter quid nesciunt. & inter sciētes cau
sas semper sapientior dicitur qui priores causas nouit:siue in eodem genere scientiæ : siue in
diuerso.scđm ꝙ scđm phm speculatiuus sapientior dicitur actiuo. Et est aduertēdū ꝙ sciētia
N non dicitur sapientia ex certitudine causarum quas considerat: certitudine dico considerata
ex parte scientis:quæ causatur ex euidentia sibi facta apud intellectum de re scita:Sed certitu
dine cōsiderata ex parte rei scitę:qa.s.principia prima q̄ cōsiderat certissima sunt quātū est de
se in sua veritate:quia prima sunt.Et ideo sunt in hoc causa veritatis aliorum : vt dicitur.ii.
Metaphysicę.licet propter suam abstractionē & debilitatē nostri intellectus:qui euidētiā illoꝝ
non potest attingere,nobis siue sapienti in ea non possunt esse notissima:scđm ꝙ dicitur ibidē
ꝙ manifestissima in sua natura sunt difficilis cognitionis in veritate sua,non propter se: sed ꝓ
pter nos:quia dispositio intellectus nostri ad ipsa est similis dispositioni oculorū vespertilionis
ad lucem solis.nisi eñ sic esset, prima phia.s.metaphysica:inter scientias phicas non diceretur
sapientia.Non eñ phs habet certissimā scientiā quantū est ex parte euidentię sibi factę de sci
bilibus in illa scientia:qm̄ euidentiā multo maiorem habet mathematicus de scibili suę sciētię
Et ideo ratione illa mathematica deberet dici sapientia potius q̄ metaphysica : qđ falsum est.
Sed phs certissimas causas considerat quantū est ex parte rei scitę : & ideo super oēs scientias
phicas sua scientia sapiētia dicitur.Quare cū theologia cōsiderat causas altissimas & ꝓfundio
ra & altiora circa illas q̄ sciētia humana posset attingere:& maxime circa illā causam q̄ deus
est:q & causarū & oīm ē pricipiū.vt dr̃.i.Metaphysicę.quā summe cōsiderat vt est primū prin
cipiū omniū:omne ens inquantū verum producendo in esse a prima veritate q̄ ipse est : & vt
est omniū finis vltimus:omne ens inquantū bonū, in bonum vltimum qđ ipse est reducendo
quo ad bene esse. Circa eñ deū theologꝰ cōsiderat nō solū q̄ circa eū phs ex creaturis potuit
cognoscere:sed etiā illa quę ipsi deo soli nota erāt naturaliter de se : quę nec supremus ange-

ius cognitiõe naturali potest attingere: q̃ nobis reuelauit p spiritũ sanctũ, & in hac sacra sciẽtia sunt cõscripta. Scdm φ dicit Apo. i. Cor. ii. Loquimur sapientiã dei in ministerio: q̃ abscondita est: quã p̃destinauit deus ante secula in gloriã nostrã: quã nemo principũ huius seculi nouit. Sicut scriptũ est: Q đ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: q̃ preparauit deus diligentibus se. Nobis autẽ reuelauit deus per spiritũ suũ. Spiritus em̃ scrutatur oĩa etiã profunda dei. Quis em̃ scit hominũ q̃ sunt hominis: nisi spiritus hominis: ita φ quę dei sunt nemo cognoscit: nisi spiritus dei: nos autẽ nõ spiritũ huius mũdi accepimus: sed spiritum qui ex deo est: vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis: quæ & loquimur, non in doctis humanę sapientię verbis: sed in doctrina spiritus.

¶ Absolute ergo dicendũ: φ theologia vere & proprie debet dici sapientia super oẽs scientias humanas: nõ obstante φ minorẽ habet euidentiã de suo scibili q̃ sciẽtiæ phicę de suo. Cui cõcordat Auicẽ. qui describens sapientiã dicit in primo Metaphysicę. Sapiẽtia est excellentior scientia ad sciendũ id qđ est excellẽtius scitum: & est prima causarũ totius. Hinc de hac sciẽtia dicit Deuter. iiii. Hæc est sapiẽtia nr̃a & ĩtellectus corã populis. Respectu ergo hui[9] sapientię oĩs alia notitia absolute scientia debet dici: quęcũq; em̃ aliquorum cõtentorum sub noĩe cõmuni res cõmunis per aliquã p̃rogatiuã conuenit vni illorũ, illi appropriatur nomen qđ p̃rogatiua exprimit: & alteris reseruatur nomẽ cõmune. sicut nomẽ accidentis simpliciter tenet oẽ accidẽs qđ a cõmunib[9] principiis subiecti causat. Qđ vero causat a principiis ꝓpriis subiecti: noĩe appropriato dicit ꝓpriũ: licet manat de genere accidentiũ sicut dicit Boethius. Vnde oĩa ea q̃ dicit phs in cõmẽdationẽ suę sapiẽtię: multo verius possum[9] dicere in cõmẽdationẽ huius nr̃ę sapientię: videlicet φ hęc sola scientiarũ libera est: & iuste nõ humana reputat nec huiusmõi aliã est cõgruũ æstimare honorabiliorẽ: diuina em̃ est & honorabilissima & dea sciẽtiarũ. Vbi & p hoc sapiẽtiã suã cõmẽdãdo signauit istã: cũ cõtinue subiũxit: Etsi qua alia diuinorũ sit: & hanc talẽ aut solus aut maxime deus habet. ¶ Ad primũ in oppositũ: φ theologia sua principia supponat ab alio: dicẽdum φ si principia sua supponit ab alio: hoc nõ est ab alia sciẽtia: quia hoc derogaret sapiẽtię: sed φ ea supponit, hoc est a solo deo auctore huius sciẽtię. Vnde sicut prima phia sua pricipia supponit ex testimonio naturalis ratiõis: cuius est illam scientiã inuestigare: Sic ista supponit sua principia ex testimonio dei: cuius est eã reuelare: nec hoc in aliquo dignitati sapiẽtię derogat. ¶ Ad secundũ: φ ista scientia nõ potest ꝓbare principia aliarũ scientiarũ: dicet infra in q̃stione de principalitate huius sciẽtię sup alias. vbi argumentũ hoc magis habet locũ q̃ hic. ¶ Ad tertiũ: φ ista est sciẽtia fidei: quę non ptinet ad sapiẽtiã: dicẽdũ φ in fide tria cõsiderant: scilicet habitus fidei: & mod[9] sciẽdi siue cognoscẽdi per fidẽ: & ipm creditũ siue obiectũ fidei. Primo modo fides ptinet ad sciẽtiã: nõ ad sapiẽtiã: inquãtũ. s. fides est tẽporale qđ: non æternũ. Et sił̃r scdo mõ inquãtũ. s. est ꝓpter suã imperfectionẽ euacuabilis. Tertio modo ptim ptinet ad sciẽtiã: ĩquãtũ. s. est de tpalib[9] ptim vero ad sapiẽtiã. s. inquantũ est de æternis. Et quo ad hoc aliqui solebãt dicere φ ista sciẽtia, partim est sapientia partim sciẽtia: qđ verũ est: cõsiderãdo hęc & illa, tẽporalia. s. & æterna in se & absolute. Sed nõ sic cadit cõsideratio tpaliũ ĩ hac sciẽtia: sed solũ ĩquãtũ habẽt ordinari ad ęterna: & sunt ꝓpter cõsiderationẽ æternorũ. scdm φ hoc declarat Aug. xiii. de ciui. in exẽplo. d. Sapientia diuinis, Sciẽtia humanis, attributa sit vtrũq; agnosco ĩ Christo in eo qđ scriptura dicit. Verbum caro factũ est. In verbo intelligo dei filiũ: in carne agnosco verũ hominis filiũ: in rebus p tẽpus ortis homo cõiũctus est deo: in rebus vero æternis summa veritas attribuitur dei filio. & sequit. Sciẽtia ergo nostra Christus est: Sapiẽtia quoq; nostra idẽ Christus est. per ipm pergimus ad ipm: tẽdimus p scientiã ad sapientiã. Inquantũ ergo tẽporaliũ cõsideratio nõ est ĩ hac sciẽtia: nisi in relatione ad æterna, tota sapiẽtię cõsideratio est: scdm φ etiã in prima phia cõsideratio substãtię sensibilis est ꝓpter cõsiderationẽ quiditatis substantię æternę separatę. ¶ Ad quartũ: φ ista sciẽtia nõ est suipsius gratia. Dicẽdũ φ ꝓprie loquẽdo nulla sciẽtia vt sciẽtia est suipsi[9] gratia. Notitia em̃ suprema q̃ erit in patria p veritatẽ in intellectu, ordinat ad fruitionẽ boni per amorẽ in affectiua: vt aliquando videbitur cum fuerit sermo opportunus de hoc. Omnis etiã notitia huius ad scientiam vitæ futuræ ordinari debet. Vnde philosophus dicens φ scire sapientiæ est suipsius gratia: vel loquitur de scire ex pura ratione naturali & perfectione quam potest attingere homo ex puris naturalibus: & verum est φ vltra scire nihil perfectius potest attingere homo pura vi naturalis rationis: vel si intendit φ vltima perfectio hominis in illo scire cõsistit: errat nihil sentiens de sciẽtia ista: ad quã ordinari debet oĩs sciẽtia philoso

O Respõsio

P Ad pri. prĩn

Q Ad scdm

R Ad tertiũ

S Ad quartũ

phica: quæ etiã absolute non est suiipsius gratia nec propter se: sed ordinata ad istam: & mediante ista ad claram notitiam patrię: quę nõ erit ad vlteriorem sciẽtiam ordinãda. Et ideo verissime quo ad hoc: scientia ista suiipsius gratia dicẽda est esse & propriissime sapientia: inquãtum non est vlterior scientia expectanda in hac vita. Absolute autem sapientia solũ potest dici

T cęlestis vitæ contemplatio: quę altiora speculatur de primo principio q̃ capere non potest humana æstimatio. respectu cuius ista scientia, & quęlibet alia vix absoluto nomine scientiæ meretur appellari: sicut sapiens huius sapientię respectu illius sapientię verius stultus q̃ sapiens reputandus est: Secundũ q̧ dicit Origenes sup illud Exo.iiii. Non sum eloquens ex quo locutus es ad seruũ tuũ. Dũ esset Moyses in Aegypto: & erudiretur omni sapientia Aegyptiorũ: nec profitebatur se eloquentẽ. Erat eñ quãtũ ad Aegyptios eloquẽtię incõparabilis. Vbi vocẽ dei audiuit: cum incepit cognoscere verbũ qđ erat in principio apud deũ: se pronũciat mutũ: Mutis eñ animalibus q̃uis indoctus homo cõpareť eloquẽs videbitur. Si vero eruditis & eloquentibus stultus & mutus. At si quis dei verbũ & diuinã respiciat sapientiã: multo amplius q̃ apud nos pecudes, apud deum mutũ se animal profitebiť. Vnde & bene dixit ꝓpheta sapientissimus in Ps. Vt iumẽtũ factus sum apud te. Sed quia p intellectũ huius sciẽtię notitia illius scientię quodãmodo inchoatur: vnde quodãmodo etiã ex cõparatione ad illã sapientiam: hęc potest dici sapientia: quę tamen respectu cuiuslibet alterius scientię huius vitæ verissime sapientia dicẽda est. Vnde definitio illa sapientię: quę scribiť .i. de Aca. Aug. verissime huic sapiẽtię conuenit. Dicit eñ ibi Aug. Sapiẽtia mihi videť rerũ humanarũ & diuinarũ q̃ ad beatam vitam pertinẽt: non solũ scientia, sed & diligens inquisitio: vt homo quantũ potest in deũ trãquillius tendat: & extremo vitę die ad id qđ concupiuit adipiscendũ reperiatur paratus: fruaturq̧ merito diuina beatitudine qui ante sit humana perfruitur.

Irca tertiũ arguiť, q̧ theologia non sit sciẽtia vna. Primo sic. Scientia vna est vni⁹ generis subiecti.i.poster. theologia nõ est vni⁹ generis subiecti: qa est de illis quę sunt diuersa genere subiecti: vt sunt temporalia & æterna: & de rebus & signis: & de rebus naturalibus & moralibus: de quibus omnibus natę sunt esse diuersę scientię: sicut patet in sciẽtiis philosophicis. ergo &c. ¶ Secdo sic. vnius inquãtũ vnũ vna est scientia.ii. Poste. theologia nõ potest esse vni⁹ inquantũ vnũ: cum sit de creatore & creatura: quę nullam vnitatẽ habẽt inter se: quia nihil est eis cõmune: neq̧ substãtia neq̧ accidens. vt infra dicetur. ergo &c. ¶ Cõtra est, quoniã illud est vnũ ad qđ omnia alia reducũtur, quæ sunt illius generis. scđm phm.iiii. Metaphysicę. In genere scientiarum omnes aliæ scientiæ humanę ad istam habent reduci: vt infra videbitur. ergo &c.

A Quęst.iii. Arg.i.

2

In opposi.

B Responsio. ¶ A hoc intelligendũ q̧ cum scđm philosophũ .iiii. Metaphysicę, in omni genere entis oportet repire aliquod vnũ qđ est primũ & simplicissimũ, & principiũ & mensura cognoscẽdi omniũ aliorũ in illo genere: erit ergo hoc inuenire in genere sciẽtiarũ: q̧ illa q̃ est prima scientiarũ & mẽsura oĩm aliarũ: non solũ sit vna, sed maioris etiã sit vnitatis & simplicitatis q̃ aliq̃ aliarũ. Quia cũ hęc sciẽtia prima sit omniũ: & mẽsura earũ: vt infra diceť: ipsa nõ solũ erit vna sicut q̃libet aliarũ: sed maioris vnitatis q̃ aliqua illarũ. Est ergo sciẽdũ q̧ vnitas scientiæ duplex est: q̃dã gñalis qua q̃libet sciẽtia vna diciť: alia vero specialis: q̃ soli illi sciẽtię debet cõuenire: quę prima est & mẽsura aliarũ. Sicut aliq̃ est rõ vnitatis specialis: q̃ cõuenit vni qđ est principiũ nũerorũ: alia vero generalis q̃ cõuenit cuilibet numero. De primo igitur modo vnitatis sciẽtię cõmuni.s. & generali, Sciẽdũ q̧ nulla sciẽtia diciť vna ꝓpter aliquã vnitatẽ realem

C illorũ inter se, de q̃bus sciẽtia cõsiderat. Sic eñ nulla sciẽtia esset vere vna: quęlibet eñ sciẽtia plura cõsiderat: q̃ in nulla vnitate reali substãtię aut accñtis cõueniũt scđm q̧ medicina cõsiderat corporis humani cõplexionẽ, cibaria, digestiones, egestiones, locorũ & tẽporũ dispositiones & plura alia hmõi quę in nullo reali vno cõueniũt: & tñ omniũ illorũ est sciẽtia vna. Sed diciť sciẽtia vna cõmuniter: quia habet subiectũ vnũ vnius rationis. in qua qđẽ ratione aliquo modo cõmunicãt oĩa q̃ sciẽtia illa cõsiderat. Qđ intellexit phs: cũ dixit scđo Post. Vnius inquãtũ vnũ, vna est sciẽtia. quãtũcũq̧.n. aliqua inter se sint diuersa, si rationẽ vnam induũt q̃ primo ei qđ est per se subiectum sciẽtię cõuenit: vna est scientia de omnibus illis per attributionẽ illorum ad subiectum sciẽtię: cui primo illa ratio conuenit. verbi gratia: Medicina est de corpore humano vt de subiecto inquantum est susceptiuũ sanitatis. qđ primo a sanitate denominari natum est: tanq̃ primum eius susceptiuum: cuius rationem & denominationem suscipit

quodlibet aliud qđ denoiaṫ sanū in medicina: inquātū ad corpus humanū secūdū aliquā rationem sanitatis habet referri. videlicet aut vt conseruatiuū sanitatis humani corporis sicut exercitium moderatiuum: aut vt effectiuum eius: sicut syrupus vel ligatura: aut nūciatiuum ei⁹, sicut dies cretica laudabilis, aut vt indicatiuū eius sicut pulsus vel vrina, sicut &c̄. huiusmodi quę oia sana dicūtur secūdū attributionē ad vnū sub ratiōe vna. s. ad corpus humanū, inquātū est per se subiectū sanitatis & artis medicinę. Et hoc est qđ dicit Cōmētator sup. iiii. metaphysicę. Scientiā habent nō solū illa quorū est subiectum vnum cōmune, aut genere, aut specie dictū vniuoce: sed quorū esse attribuitur vni. Et vt dicit ibidem litera philosophi, Tūc cognitio multorū erit pluriū scientiarū: cū non fuerit eis aliquod vnū. vbi dicit Cōmētator. Multa quę sunt multarū sciētiarū sūt multa q̄ nō attribuunṫ vni. Illa autē q̄ attribuunṫ vni, sūt vni⁹ sciētię. Quare cū theologia sit de vno. s. de deo, vt de subiecto, sicut infra videbiṫ, & cætera omnia cōsiderat inquātum se habēt per aliquā attributionē ad deū, velvt a deo, vel vt ad deū, vel quocunq; modo alio recipiendo aliquā rationē esse diuini: ista generali vnitate, quę vnitas attributionis dicitur: ipsa debet dici scientia vna. Loquēdo vero de vnitate propria & speciali q̄ debet cōuenire sciētię primę q̄ est mēsura aliarū, & q̄ debet eis esse simplicior, & ideo maioris vnitatis q̄ ipsę, sciētia ista sup̄ alias ē siliter dicēda vna, & i hoc ē ista sciētia maioris vnitatis q̄ sit aliqua aliarū. Vt autē sciamus quō modus iste scientię isti tanq̄ mensurę aliarū debeat attribui: Notandū q̄ inter omnes modos vnius per se: quos tangit phus. v. & x. metaphysicę, ille principalior est quo aliquid dicitur vnū, cuius totalitas est vna secundū formā & secūdū materiā. Secūdum formā, quia est vna forma totius simplex & partium. Ita q̄ non distinguuntur partes ad inuicē per formas proprias sub forma totius, neq; forma totius diuiditur per diuisionē partiū secundum materiam: quia partibus totius contentis sub forma non potest fieri additio vel diminutio toto manente integro. secundum q̄ corpus cęleste dicitur vnū secundum formam quia est ei vna forma simplex in toto & partibus. Ita q̄ nō distinguunṫ partes eius adinuicē: secundū proprias formas sub forma totius: sicut cōtingit distinctio in toto anomœomero, verbi gratia: Homo diuiditur secundū corpus in caput manus & pedes: quorū quęlibet pars propriam habet formā aliquo modo aliā ab alia. Neq; etiā diuiditur forma cęli secundū diuisionē partium. Non eñ quęlibet pars cęli cęlum est: Sicut in toto anomœomero quęlibet pars aquæ aqua est. Dicitur etiā corpus cęleste vnū secundū formā, quia non potest ei fieri additio vel diminutio in partibus toto manente integro secundū formā. & hoc propter figuram eius circularē, cui nō potest fieri additio vel diminutio circulo manēte īntegro. Sicut pōt fieri additio vel diminutio lineę rectę manēte rectitudine. Et ꝑpter ista corp⁹ cęleste diciṫ primū & minimū & simplicissimū in corporibus & mēsura omnium corporū, & magis vnū q̄ quodlibet corpus elementare rectū. Secundum hunc modū vnius vnitate sibi propria inquātum est scientiarū prima & mensura aliorum, patet q̄ ista scientia vna est, & vnitatē cuiuslibet alterius scientię excedit scđm totalitatē seu vnitatē formę & materię. Primo patet i totalitate formę. Est eñ ista sciētia vna totalitate siue vnitate formę, eo q̄ est vna forma & ratio totius scientię secundū quam oēs partes eius cadunt sub consideratione ipsius: qđ nō cōtingit in aliqua alia scientia. Considerant enim scientię philosophicę sub vna & eadem scientia diuersa, secundū proprias rationes & quiditates suas secundum quas abinuicem distingunṫ, non solū secundū vnam cōmunem rationem, qua referūtur ad subiectum totius scientię. Verbi gratia, Naturalis scientia cōsiderat propriā naturā cęlestis corporis. in li. cę. & mund. & propriā elemētaris corporis simplicis in li. de generatione. & mixti inanimati, in li. mineralium: & mixti vegetabilis in sciētia de plātis: & aiati aīa sensibili, in scientia de aialibus. Non solū autem cōsiderat rationē cōmunē motus & mobilis in ipsis: secundū quā referuntur ad corpus mobile simplr̄: hæc autē scientia cōsiderat de omnibus quę cōsiderat: vt infra dicetur: nō secundum proprias rationes secundum quas abinuicem differunt: sed secūdum cōmunē rationē qua habent rationem esse diuini quo ad deum referuntur. Non enim cōsiderat ignem: vt ignis est in natura & quiditate sua, alius ab aere. Similiter neq; aliquod aliorū. Sed cōsiderat ignē & vnūquodq; aliorū, inquātū in se habēt diuini esse vestigiū & effigiem, manuducētes nos suis proprietatibus ad cognitionem diuinorū quorū gerunt effigiem, vt in eo q̄ in igne cognoscimus lucē, ex qua manēte sua integritate emanat splendor, cognoscimus quodāmodo quomodo in deo ex luce paternę scientiæ potest procedere splendor, qui verbum eius est & filius. similiter de quocūq; alio, qđ ex creaturis cadit in cōsideratione huius scientię. Et ex hoc cōtingit q̄ quęlibet alia scientia diuiditur partialiter in libros secundū diuersas partes entis quas considerat: vt dictū est de scientia natura= D

li.Iſta vero nequaꝙ̄,ſed ſolū diſtinguitur ſecundū diuerſos modos tractādi & ꝓponendi ſcien-
tiam credibiliū & agibilium diuinę legis:vt viſum eſt alibi in generali diuiſione ſacrę ſcriptu-
E ræ. Etiam in illis ſcientiis ſæpius id qđ eſt formale in ſubiecto ſcientię,diuiditur ſecundū diui-
ſionē partium eius:vt patet in ſcientia naturali,vbi corpus mobile eſt ſubiectum : cuius ratio
formalis eſt eſſe mobile , & quælibet pars eius eſt de aliquo,inquātū eſt corpus aliquod mobi-
le particulare.Similiter metaphyſica eſt de ente ſimpliciter,cuius formā recipit quodlibet ens
inquātū cadit ſub illa ſciētia,quia cōſiderat de ſubſtātia inquātū ens eſt: ſimiliter de qualitate
quātitate,& ſic de aliis.Qđ nō cōtingit in iſta ſcientia,cuius ſubiectū deus eſt:cui ſoli cōuenit
eſſe deū:& nulli alteri conſiderato in hac ſcientia . Similiter patet ꝙ iſta ſcientia eſt vna ſuper
alias totalitate materię. Hęc enim ſcientia ſic cōtinet ſub ſe oēs partes ſuas,ꝙ impoſſibile eſt
eā recipere additionē aut diminutionē partiū:vt patebit in ſequēti q̄ſtione:qđ nulli alteri ſcien-
tię cōuenit. Vnde vnā & eandem ſcientiam:vt metaphyſicā,aut naturalem, diuerſi phi tractā-
tes:ſemꝑ vnꝰ aliquid integritati eiꝰ appoſuit:qđ alter omiſit.qđ īpoſſibile eſt fieri in iſta ſcien-
tia. Totum eñ qđ ſcibile eſt pertinēs tanq̄ neceſſarium ad ſalutem, in vtroqꝫ teſtamēto inclu-
ditur.Quātū ergo corpus cęleſte ī ſimplicitate & vnitate excedit corpus elemētare, & figura
ſiue linea circularis lineam rectam: tantū iſta ſciētia diuina omnem aliam in vnitate & ſimpli-
citate excedit pręter vnitatem quam habet communem cum aliis ſcientiis . Et hoc facit vt
F dictum eſt vnus modus conſiderandi omnia in ea ſub vna ratione ſimpliciſſima & nihil ſub
propria ratione. Vnde ratione vnitatis ſibi proprię conuenit ei antonomatice illud quod di-
cit philoſophus.x.metaphyſicę. Vnum ſecundum formā eſt qđ non habet diuiſionem ſecun-
dū cognitionem.Reuera iſta ſcientia nullā habet diuiſionem ſecundum cognitionem:quia nō
ſub alia ratione cōſiderat ſubſtantiā:ſub alia accidens:ſub alia hominē:ſub alia angelū:ſub alia
cęlū:ſub alia terram:ſed cōiter oīa ſub vna & eadē ratione: inquātū ſcilicet eſſe quoddā diui-
num in eis relucet:& per hoc ex cognitione diuini eſſe in ipſo ſubiecto qđ deus eſt:habēt quo-
dāmodo cognoſci oīa alia ad ſcientiā iſtam pertinētia tanq̄ attributa ſubiecto.ita ꝙ ſupuacuū
eſſet ſub genere ſcientię theologicę diuerſas ſcientias partiales contineri.cum tamen nō ſit ſu-
perfluum in genere ſcientię philoſophicę diuerſas ſcientias partiales cōtineri. Et hoc ideo con-
tingit,quia alię ſcientię innitūtur lumini naturalis rationis,quo ſolū per ſe cognoſcimus vni-
uerſale abſtractū a ſenſibus:& tanto prius q̄to eſt vniuerſalius.ꝓpter qđ & in qualibet talium
ſcientiarū,oportet ꝙ aliquod vniuerſale ſit ſubiectū,& in prima illarū ipſum ens qđ eſt ſum-
me vniuerſale.Nunc autē ex ratione ſubiecti vniuerſalis,inquantū huiuſmodi,non ſunt nata
cognoſci aliqua,niſi ſecundū rationē vniuerſalis exiſtētis in eis,nō ſecūdū rationē eſſe particu-
laris eorū.& ideo nulla vna ſciētia vniuerſalis phica ſufficit:ſed ſub ipſa debēt eſſe ſciētię parti-
culares,& hoc diuerſę diuerſas rationes particulares diuerſarū rerū conſiderātes . ſecundū ꝙ
dicit phus in.iiii.metaphyſicę.Quia per vniuerſale vegetabilis non poſſet homo duci in cogni-
tionē ſenſibilis.& ideo nō pōt eſſe vna ſcīa ꝑticularis vegetabiliū & aīaliū. Iſta autē ſciētia in-
nititur lumini ſupernaturali infuſo,& hoc ad deū ſupernaturaliter cognoſcēdū primo & per
G conſequēs alia:econuerſo proceſſui qui fit in ſcientiis phicis.In deo autē ſunt oēs omniū ratio-
nes,quo ad omnem modum cognoſcendi ipſa. Propter qđ ſicut ipſa diuina ſcientia qua deus
ſeipſum cognoſcit:eſt perfecta ratio vnica cognitiōe cognoſcēdi oīa alia a ſe ī formis propriis
ſic & iſta ſcientia de deo q̄tum eſt ex parte ſui, quę in hoc imitatur modū ſcientię diuinę,na-
ta eſt ducere in cognitionē omnium particularē inquātū ad iſtam ſcientiam pertinēt. Et ideo
ſicut ſi ex cognitiōe entis ſimpliciter naturali lumine ſufficiēter haberi poſſet cognitio cuiuſli-
bet entis ſecundū propriam formā naturaliter cognoſcēdi,non eſſet niſi vnica ſcientia phica:&
ſuperfluum eſſet plures eſſe de diuerſis partibus entis:Sic iſta ſcientia de deo,quia ex cognitio
ne dei in ea lumine ſupernaturali ſufficienter q̄tum ex ipſa eſt poteſt haberi cognitio cuiuſli-
bet entis:vt relati ad deum,& habentis eſſe diuinū, non eſt niſi vnica,non ſolū vna,ſed tantū
vna vt ſupflueret alia. Immo impoſſibile eſt aliā eſſe,ſicut impoſſibile eſt aliū eſſe deū, vel ali-
quod ens,qđ nō habet eē per attributionē ad vnū deū. Et ex hoc patet tertius modus ꝓpriiſſi-
mus vnitatis huius ſcientię,in quo oēm modū vnitatis cuiuſlibet alterius ſcientię excedit, &
ratione talis vnitatis omne ſcibile quodāmodo ad ſubiectū huius ſcientię qđ deꝰ eſt reduci ha-
bet.Abſolute igitur dicendum ꝙ theologia eſt ſcientia vna,& magis & verius vna q̄ aliqua
aliarū.Nec iſtā vnitatē in ea ſtatuimus:ſed eā ex natura ſua ei ineſſe aduertimꝰ:ſicut philoſo-
phi ſciētias quas de rebꝰ naturalibꝰ & argumētationū cōnexionibꝰ cōſcripſerūt:nō eas ſtatue-
Ad pri.pri. rūt,ſed ex naturis rerū aīaduerterūt:vt dicit Aug.de doc.Chriſti. ¶Ad primū in oppoſitū ꝙ

ea quę cōſiderant̄ in hac ſcientia ſunt diuerſi generis ſubiecti: Dicēdū ꝙ etſi ſūt diuerſi generis ſubiecti naturę: non tamen ſcientię, inquantum vna ratione cōſiderant̄, & per attributionē ad idem quęcūꝙ in hac ſciētia cōtinent̄, q̄tūcūꝙ diuerſa ſunt, vt dictū eſt. ſecūdū ꝙ oīa entia q̄tūcūꝙ diuerſa cadūt ſub vna ſciētia primę phię, inq̄tum oīa ſub vna ratiōe. ſ. entis ea cōſiderat, q̄ ſecundū particulares rationes & ꝓprias ſciētię particulares cōſiderāt, naturalis corpus mobile, arithmetic⁹ nūerū, & ſic de cęteris, licet alia & alia attributiōe hic & ibi. Hic eñ fit attributio aliorū omniū ad ſubiectū ſcientię, ibi ad partē ſubiecti qđ eſt ſubſtātia: cui attribuunt̄. ix. ꝑdicaméta accidentiū. ¶Ad ſecundū ꝙ nulla eſt vnitas creatori & creaturę, dicendū ꝙ licet nullā vnitatē realē habēt, tñ vnitatē ſimilitudinis & imitationis ſiue analogię habēt, qua creatura vt veſtigium imitatur creatorem, ſupra quā fundatur ratio cōis formalis vnitatis huius ſciētię ad oīa quę cōſiderat: ſicut oīa obiecta viſus quātūcūꝙ diuerſa ſunt in ſubſtātia, rationē tñ vnius obiecti habēt inquātum ſunt colorata. & ita vnitatē obiectorum in hac ſcientia propter vnā rationē formalē qua cōſiderant̄ in ea, ſequitur vnitas ipſius ſcientię, vt dictum eſt. I Ad ſecūdū.

Circa. iiii. arguitur ꝙ theologia nō ſit ſcientia ꝑfecta. Primo ſic. Illa ſciētia eſt imperfecta, ex qua nō contingit ſcire niſi imperfecte: quia ex ꝑfectione habitus ſequitur ꝑfectio actus. ex hac ſcientia nō contingit hominē ſcire niſi imperfecte. i. ad Corinth. xiii. Ex parte cognoſcimus, & ex parte ꝓphetamus. Gloſ. i. imperfecte. & loquitur de cognitione ex iſta ſcientia. ergo &c. ¶Secūdo ſic. Illud ē imꝑfectū qđ pluribus indiget. De ꝑfectione eñ rei eſt ꝙ ſibi ſufficiat & nullius indigeat. Propterea eñ deus eſt omnino ꝑfectiſſim⁹. & ideo dixit ei Dauid in Pſal. Bonorū meorum nō eges. ſcientia iſta eſt huiuſmodi: quia eget adminiculis cuiuſlibet alterius ſciētię. ergo &c. ¶Contra. illud ſimpliciter eſt ꝑfectum qđ nō recipit additionē nec patitur diminutionē. ſecundū ꝙ dicit̄. ii. metaphyſicę. & ibi Cōmen. dicit, ꝙ linea circularis eſt perfecta: quia impoſſibile eſt ei aliquid addere vel minuere manēte eadē. & ex cauſa contraria, linea recta eſt diminuta. Iſta ſciētia eſt hmōi ſecūdū ꝙ dicit Chryſoſto. ſuꝑ illud Matth. vii. Et erat docēs ſicut poteſtatē habens. Oñis doctor ſeruus eſt legis, quia neꝙ ſupra legē aliquid addere poteſt, neꝙ ſubtrahere aliquid. ergo &c. K Queſt. iiii. Argu. i. 2 In oppoſitū.

¶Dicendū ad hoc: ꝙ ꝑfectū ſecundū ꝑfectā ꝓprietatē vocabuli dicit̄ quaſi ad plenū factū: & econtra imperfectū quaſi nō ad plenū factū. Perfectū igitur & imperfectū ſecūdum proprietatē vocabuli: in his ſolū ſunt quę fieri habēt, licet ſecus ſit ſecundū ꝓprietatē rei. De⁹ eñ cui fieri nō cōuenit, perfectiſſimus eſt. Nūc autē ſic eſt in eis quę nata ſunt fieri, ꝙ. ſ. de potentia in actū nata ſunt procedere: ſicut ab imꝑfecto ad ꝑfectum. Ita ꝙ res tāto magis dicitur eſſe imꝑfecta: q̄to magis eſt in potētia, & tāto magis ꝑfecta, q̄to magis eſt in actu. Eo igitur dicitur res imperfecta, quo eſt in potentia: & eo perfecta quo eſt in actu. Dicitur autem res in potentia quādo ei deeſt quod nata eſt habere ſecundum naturam ſuam, & illud expectat. Econtrario dicitur eſſe in actu, quando totum quod nata eſt habere ſecundum naturam ſuam, habet, & nihil recipiendum expectat. & ideo dicitur illud eſſe perfectum cui nihil deeſt: & econtra imperfectum cui aliquid deeſt. Secundum illa ergo quæ res nata eſt habere in actu: dicēda eſt eſſe perfecta in habendo illa, & imperfecta in non habēdo. Talia ſunt tria in vniuerſo in rebus quę fieri habēt ꝓprie, & ire de potētia in actū, cuiuſmodi ſunt corporalia. ſ. debita q̄titas, debita forma, debitus finis. Vnde ſecundū iſta tria aſſignat philoſophus tres modos principales perfecti. v. metaphyſicę. Primus, ſecūdū quē dicit̄ ꝑfectū qđ nec plus habet nec minus, q̄ naturę rei cōpetit. i. cui nō eſt poſſibile fieri additionē vel diminutionē manente rei perfectione. ſecundū ꝙ circulus dicit̄ figura ꝑfecta initiū fine claudēdo, & mundus ꝑfectus oīa in ſe cōtinēdo, & omne corpus ꝑfectum tres dimenſiones habendo: cum nō ſit dimenſio quarta. Et eſt iſta perfectio ſecūdū q̄titatē. Secūdus ē ſecūdū quē dicit̄ ꝑfectū qđ nō diminuit̄ in bonitate ſuę naturę, eo ꝙ non inuenit̄ dignius in genere ſuo. ſecūdū ꝙ dicitur perfectus medicus, cui nihil deeſt ex his q̄ pertinēt ad artē & ꝑfectionē medicinę. Terti⁹ eſt ſecundū quē dicit̄ ꝑfectū cui nihil deeſt de fine ad quē eſt: ſed perfecte ipſum attingit. Vt ergo incipiamus ab vltimo: Dico ꝙ loquēdo de ꝑfectione rei a fine: iſta ſciētia ꝑfectiſſima eſt inter oēs ſcientias hui⁹ vitę, quia tēdit immediate in finē nobiliſſimū quē ꝑfectiſſime attingit, dei. ſ. notitiā: ad quā oīs ſcientia intēdit ducere: q̄tumcūꝙ a remotis hunc finē ipſa includit tanq̄ finē intra, tradēdo de deo ꝑfectiorē & ſublimiorē notitiā q̄ omnino ex ſciētiis phicis humana ratio poſſit attingere. Ad hunc autem eundē finē tendit tanq̄ ad finē extra ꝑducendo ad dei viſionē aptam. Eccl. vii. Quibus cognita eſt, ꝑmanet vſꝙ ad cōſpectū dei. Glo. Quieā. i. hāc ſciētiā recta fide & ope ſeruāt. & ibidē. xliiii. L Reſponſio. M

Qui elucidát me.Glos.Plene & pfecte pcipiũt. Vitã ęternam habebũt.Gl. Quę est visio dei,ad
quá reuera nulla alia sciētia pōt pertingere nisi mediante hac.Loquēdo autē de pfectione quali
tatis & virtutis,qua dicit vnūquodq; pfectũ cũ attingit propriã virtutē:hæc sciētia omniũ est
pfectissima,quia de bonitate & virtute sciētię:q̃ cōpetit vitę humanę in psenti, ei nihil deest:&
oēs alias in virtute & bonitate excedit,quia docet illa in q̃bus cōsistit pfecta virtus, & bonitas
humanę vitę.Vnde Aug.de ser.dñi in mōte : qui est quasi summa quędã huius scientię: dicit
sic.Sermonē quē locutus est dñs Iesus Christus in mōte, sicut in euãgelio scd̃m Matth. legi
mus,si quis pie sobrieq; cōsiderare voluerit:puto q̃ inueniet in eo quãtum ad mores optimos
pertinet perfectũ vitę christianę modũ.Loquēdo vero de pfectione q̃titatis,Sciētia ista pfectissi
ma est,quia nec plus,nec minus continet q̃ humanę vitæ competit in fide & moribus ad puen
nièdũ ad gloriã vitę cęlestis,secũdũ q̃ dicit Aug.xi.de ci.dei loquēs de deo ipso.Hic primũ per
prophetas:deinde p semetipsum:postea p aplos, quãtum satis esse iudicauit loquutus scriptu
N rã condidit,quę canonica nũcupatur.& sequit.Hoc termino voluit deꝰ diuinã sciētiã include
re,& occasionē oēm humanę curiositati vltiora inquirendi pręcludere. Sũt eñ scripta q̃cunq;
fidei & saluti humanę sũt necessaria,& alia omissa,secũdũ q̃ de factis & dictis Christi dicit Au
gu.sup Io.pte.i.ser.xlix.Ioannes Euãgelista testat multa Christũ & fecisse & dixisse, quę scripta
nō sunt.Electa autē sunt quę scriberentur:quę saluti credentiũ sufficere credebant,secundũ q̃
dicit Chryso.super illud Matth.xxii. Oĩa parata sunt, venite ad nuptias. Qđ quęritur ad sa
lutē,totũ iam impletũ est i scripturis, qui ignorãs est inuenit ibi qđ discat,qui cōtumax est &
peccator inuenit qđ timeat.Qui laborat inuenit ibi pmissiones gloriosas,quibꝰ excitet ad opꝰ.
q pusillanimis ē & ifirmꝰ,iuenit ibi mediocres iustitię cibos.q magnanimus est,iuenit ibi spiri
O tuales escas.Qui pcussus est a diabolo,ibi inuenit medicinã. Nihil ergo minus est in hoc cōui
uio qđ necessariũ habet salus humana.& secundũ q̃ dicit Fulgentiꝰ in ser.de cōfes.Dñicus ser
mo moderationis suę tenens vbiq; tēperiem,in quo sic cęlestiũ delitiarũ copia spũalis exuberat
vt in verbo dei abundat qđ perfectꝰ comedat, abũdat & qđ paruulus sugat,ibi prorsus ad salu
tē cōsulit vniuersis,ibi est qđ omni ętati cōgruat, ibi qđ omni pfessioni cōueniat,ibi audimus
pcepta q̃ faciamꝰ:ibi cognoscimus pmia q̃ speremus.Hoc etiã dicit Chrysost.sup illud Matth.
vii.Et erat docēs in tēplo,sicut potestatē habēs . Oĩs doctor ē seruus legis,quia neq; sup legem
addere pōt aliqd de suo sensu,neq; subtrahere aliqd secũdũ ppriũ itellectũ:sed hoc tãtũmodo
pdicat qđ habet i lege.Qui autē hoc audet facere,sapientiorē se putat esse q̃ deũ,& incipit fal
sus esse testis.Ideo dicit Diony.de diuinis no. Non est audendũ dicere aut intelligere quid de
supessentiali & occulta diuinitate pter diuinitꝰ nobis ex sacra scriptura expssa.Propter qđ etiã
dicit Eccli.vlti. Verba sapiētũ sicut stimuli & quasi claui in altũ defixi,quę p magistrorũ cōsi
liũ data sunt a pastore vno:his amplius Fili mi ne requiras. Faciēdi plures libros,nullus est fi
nis.Glos.Si hoc cōtētꝰ nō fueris & vltra q̃sieris.Nō sic est de aliq̃ aliarũ sciētiarũ.Oēs eñ plus
debito cōtinent de inutili:quia vt dicit Augu.ix.de tri.in eis est plurimũ supuacuę vanitatis
& noxię curiositatis:cōtinēt & minus debito de vtili & necessario:q̃a idipm qđ cōtinēt, nō pfi
P cit ad salutē,nisi in huius sciētię vsum fuerit assumptũ,vt infra dicet. Est autē aduertendũ q̃
in hoc modo pfectionis tres sunt gradus pfectionis huius sciētię, quibꝰ phus ponit istũ mũdũ
corporalē esse pfectũ in primo cę.& mũ.Primus est quo aliquid dicit esse pfectũ,cuius oēs par
tes sunt pfectę.Secũdus quo id dicitur esse pfectũ qđ a nullo cōtinetur,cuius sit pars. Tertius
quo id dicit eē pfectũ qđ cōtinet sub se totã suã materiã,& totã suã formã,eo q̃ nihil sit extra
se participãs,aut natũ participare formã suã:sed est vnũ numero in sua specie. Quo ad primũ
modũ ista sciētia est pfecta,q̃a cōstat ex tribus partibꝰ suis pfectis,in quibus pfectissime tradita
est.s.in pphetis, in Euãgelis,in scriptis aplicis.Sicut mũdus cōstat pfectus ex tribus ptibꝰ suis
pfectis,corpore graui qđ mouet deorsum,corpore leui qđ mouet sursum:corpe neutro qđ mo
uet circulariter.In pphetis eñ graui pōdere legis,doctrina gratię pnunciat: in Euãgeliis le
Q tui iugo Christi denũciat:in scriptis apostolicis,mutuo vnũ per alterũ exponit.Quo ad secun
dũ modũ ista scientia est pfecta:quia sub nulla alia sciētia humana cōtinet:sed oēs sub pricipa
tu suo cōtinet:vt infra dicet.Sicut mũdus a nullo corpore extra ipm cōtinet,& oĩa intra se cō
tinet.Quo ad tertiũ modũ est ipa pfecta,q̃a vnica est,sicut mũdꝰ est vnicus,& nō pōt esse alia.
R

Ad pti.pri. ¶Ad primum in oppositum q̃ ex ista sciētia nō cōtingit scire perfecte : dicēdum
q̃ verũ est q̃ ex ista sciētia nō cōtingit scire pfecte diuina simplr & absolute: vt pfectiꝰ ab hoie
sciri nō possint: quia excedit eã in hoc multũ notitia glię, ad quã notitia huiꝰ sciētię ordinat
vt dictũ est,respectu cuiꝰ bene cōcedēdũ est q̃ ista sciētia:sicut & q̃libet alia,multũ est impfecta

ntia admixta & obnubilata ignorātię tenebris. scd̄m q̄ dicit Chry. sup illud Mat. v. Nisi abūdauerit iustitia vestra. Huiusmodi scia si futurę sciētię cōparet portionalis & impfecta qdā est. secūdū etiā q̄ dicit aplus. Videm⁹ nūc p speculū i ęnigmate. & iterū. Ex pte cognoscim⁹, & ex pte pphetamus. Cū autē venerit qd̄ pfectū est, euacuabit qd̄ ex pte est: tūc cognoscā sicut & cognitus sū. vbi dicit Glo. Nūc imagines veritatis p fidē vident, tūc res ipę manifeste, a filii recto vultu sese intuētiū. In genere tn̄ sciētię humanę vitę psentis pfectissime ex hac sciētia cognoscunt diuina: nec ē mod⁹ pfectior neq̄ cōuenientior vitę psenti. Ea eni q̄ hic cognoscunt i ęnigmate, alit in vita psenti ab hoīe cognosci nō possunt: etiā i aliis sciētiis ex puris naturalib⁹ oīno cognoscibilia non sunt. ¶ Ad secundum q̄ ista scientia pluribus indiget, dicendum q̄ verū est ad eius declaratione & faciliorē intellectum & expositionē: nō tn̄ ad ei⁹ integritatē pficiendā: vt infra dicetur. Signatus est enim canon ecclesiasticus, minui vel augeri nō potest: vt dictum est. Vnde indiget ista scientia qualibet alia, sicut dn̄a, ancilla, non econuerso, vt infra dicetur. S Ad secūdū.

¶ Arti. VII. De Theologia in cōparatione ad alias scientias.

Equuntur quęrēda circa theologiā in cōparatione ad alias scientias. vbi sunt inquirenda. xiii. Arti. vii.

Primum: vtrum theologia sit scientia distincta ab aliis scientiis.
Secundum: vtrum sit certissima scientiarum.
Tertiū: vtrū sit vl'is sup alias. Quartū: vtrū subalternet sibi alias.
Quintū: vtrum subalternetur alicui aliarum.
Sextū: vtrum sit principalis sup omnes alias scientias.
Septimū, vtrum sit prima omnium scientiarum.
Octauum: vtrum omnes alię scientię ordinentur ad eam.
Nonū: vtrū in vsum suū habeat assumere exquisita in aliis scientiis.
Decimum: vtrum alię scientię sint addiscendę ad vsum istius.
Vndecimū: vtrum in vsum suum habeat assumere quęcūq̄ sunt determinata in aliis scientiis.
Duodecimū: vtrū oēs scientię ęqualē vsum habeant ad istam.
Decimūtertiū: vtrū alię scientiæ cōcordant veritati huius scientię & econuerso.

Irca primū arguit q̄ theologia nō sit diuersa sciētia ab aliis sciētiis, neq̄ ab eis distīcta. Primo sic. Illę sciētię nō sunt diuersę & distīctę, q̄ eadē & de eisdē docēt. qa vni⁹ iquātū vnū vna ē scia. scd̄o poste. theologia eadē & de eisdē docet cū aliis sciētiis. scd̄m q̄ dicit Ambr. i. sup Luc. Licet scriptura dīna mūdanę euacuet sciētię disciplinā, tn̄ si quis q̄rat q̄ illi i suis sermonib⁹ mirabilia putāt, in scripturis diuinis iueniet. ergo &c̄. ¶ Scd̄o sic. Sciētię a quibus licet descēdere ab vna i alterā: nō sunt penit⁹ distīctę. scd̄m q̄ dicit phs i. i. poste. Quia nō licet descēdere a genere i gen⁹. Sed si debeat demōstratio descēdere, necesse ē gen⁹. s. subiectū idē eē. s. simplicit, vel sic hoc ē aliquo mō. Sed ab ista sciētia licet descēdere ad oēs alias, qa supposita in ista debet supponere & nō negare oīs alia, & pbata i aliis ista assumit i vsum suū. ergo &c̄. ¶ In oppositū est. qm̄ illę sciētię sunt distīctę, & diuersę abinuicē, quarū vna pōt doceri & disci sine altera & sciri. theologia est hmōi respectu aliarū. scd̄m q̄ dicit ap'lus loquēs de hac sapiētia i cōparatiōe ad sciētias mūdanas. i. Cori. ii. Sapiētiā loquimur iter pfectos. sapiētiā nō hui⁹ sc'li, sed dei sapientiā i mysterio abscōditā, quā nemo pricipū hui⁹ seculi (Glo. Phorū) nouit. ergo &c̄. A Quest. i. Arg. i. In oppositū.

¶ Ad habendū generalē notitiā distinctionis scientiarū inter se, & per cōsequēs huius scię ab oīb⁹ aliis: dicēdū secundū iā dicta. Cum vni⁹ iquātū vnū vna ē scia, ecōtra vna scia pōtest esse diuersa ab alia ppt defectū alteri⁹ istoꝝ, aut. s. qa nō sūt de eodē, aut qa nō eodē modo. Si qa nō sūt de eodē, hoc cōtingit dupl'r. aut qa sunt oīno de diuersis: aut qa ptim de eodē, ptim de diuersis. Si oīno sūt de diuersis, aut ergo de diuersis nullā oīno cōnexionē adinuicem habentibus: aut de diuersis aliquam tamen connexionem inter se habentibus. Primo modo scię sūt oīno diuersę & disparatę penit⁹ abiuicē distīctę. Sicut diuersę scię sūt, Mathematica & moralis, qa sūt de disparatis oīno nullo mō cōnexis. Est eīn moralis scia de pticulari & opabili ab hoīe: Mathematica vero est de vniuersali abstracto a supposito & materia, circa qd̄ nō cadit mot⁹ aut opatio. Hoc mō distīctiōis theologia a nulla alia scia distincta est. oīm eīn aliarū subiecta aliquo mō sunt cōnexa subiecto ei⁹, qa oē ens est ens ppter ens primū, vt dicit. ix. ppositio de causis. & ipm regit oēs res: vt dicit ppositio. xx. ipm aūt ē subiectū theologię vt ifra dicet. Si aūt scię abiuicē sūt diuersę, qa sunt de diuersis, aliquo tn̄ mō cōnexis, aut ergo hn̄t cōnexionē i hoc q̄ vna submistrat alii a se deimiata, aut i hoc q̄ mēdicat ab alia deimiata. Prio mo B Responsio.

¶Hic oportet videre primo quid sit subalternatio: & quot sint modi subalternationis:vt videre possimus si aliquis illorum conueniat huic sciẽtię respectu aliarum.Sciẽdũ est igitur q̊ subalternare est sub se alterum tenere: & subalternatio est vnius sub altero detẽtio.vnde nomen subalternationis vsitatur in scientiis quæ quodam modo sunt circa idem:sed diuersis modis cõsiderãdi id ꝑpter qđ vna earũ dr̃ esse sub altera,vt subalternata sub subalternãte:& per hoc cõnexionẽ & vicinitatẽ hñt.Et sunt illi duo modi considerãdi,q̃a,& ꝑpter q̃d.Et est mod⁹ cõsiderãdi ꝑpter q̃d,quo aliq̃d cognoscit̃ ꝑ cãm & a priori.Mod⁹ aũt cõsiderãdi q̃a,est quo aliq̃d cognoscit̃ nõ ꝑ causam a priori:sed aut solum supponitur cognitum esse ab alio per causam : aut concipitur eius notitia a posteriori per effectum,vt consequenter patebit.Et est iste modus considerandi diuersus idem per se & primo causans distinctionem penes subalternãtẽ & subalternatam:& est ipsa identitas eius qđ consideratur causa cõnexionis earum & materiale principium illorum modorum considerandi.Nisi eñ essent circa idem quia & propter quid, nõ esset subalternatio.Ipsa autem diuersitas modorum considerandi est causa distinctionis scientiarum:& formale principium distinguendi subalternantem scientiam a subalternata,vt patet manifeste ex dictis Philosophi in secundo argumento:& magis patebit prosequendo. ¶Et notantur quatuor modi subalternationis per quatuor genera exemploꝶ quæ ibi ponit:qui distĩguunt̃ per hunc modum. Cum enim vt dictum est, Scientia subalternans & subalternata sunt de eodem,solum differentes penes modum considerandi idẽ.s.quia & propter q̃d,aut ergo ambæ considerant idem absolutum:aut vna considerat absolutum: altera vero considerat idem aliqua determinatione contractum:& hoc non ratione determinationis principaliter:sed magis ratione determinati. Aliter enim essent omnino scientiæ diuersæ non cõnexæ:nec vna esset sub altera,vt dictum est supra.Si ergo considerant idem absolutum differenti tamen modo secundum quia & ꝑpter q̃d,hoc cõtingit dupliciter:aut eñ vna cognoscit ꝑ rationem & per causam quod alia cognoscit per solum sensum & experientiam:aut vna cognoscit per rationem & per causam modo cognitiuo,qđ altera cognoscit solum ex sola consuetudine actionis modo operatiuo.Primo modo est primus modus subalternationis q̊ astrologia subalternat sibi naualem scientiã,quã Philosophus in exemplis suis vocat apparentiam.Ambę enim idem considerant,videlicet stellarum coniunctionem in præsagium tempestatis aut tranquillitatis futuræ. quã coniunctionẽ cognoscit astrologus per rationem vt causam illius:& ita vt ꝑpter quid.Nauta vero solum per sensum & experientiam vt signum eiusdem:& ita vt quia tm̃.Secundo mõ est secũdus modus subalternationis,quo Stereometria q̃ est pars geometriæ,considerans per rationem & causam,& ita vt propter quid,modum constructionis ædificioꝶ ex corporibus solidis,subalternat sibi scientiã machinatiuã,quã Philosophus in exemplis suis vocat imaginatiuam:quæ considerat idem per executionem operis ex consuetudine operandi:& ita vt quia solum.vnde se habent adinuicem,sicut architectonica & manu operatiua:quarum differentiam in modo cõsiderandi quia & propter quid,secũdũ dictum modũ determinat plane Philosophus in primo metaphysicæ.Si vero ambæ scientiæ subalternans & subalternata considerent idem differens penes absolutum & contractum,modo etiam differenti secundum propter quid & quia, hoc contingit dupliciter. quia illa determinatio aut ẽ formalis cõditio absoluti qđ determinat:aut materialis.Primo modo est tertius mod⁹ subalternatiõis:secũdũ quẽ illa pars geometrię q̃ dr̃ Altimetria,cõsiderãs de linea simplr̃, quã Phs i suis exẽplis appellat geometriã,subalternat sibi ꝑspectiuã,quã Phs i suis exẽplis vocat speculatiuã:q̃ cõsideras de linea visuali siue radiosa:q̃ ẽ dispõ formalis i linea quã cõsiderat sub rõne, Resol.q.

C

D

qua linea est:considerando.s.pportiones linearum demõstratas ab altimetra,tanq̃ suppositiões ad
declarandum quomodo sub lineis diuersimode protensis a re visibili ad visum,videt omne qđ vi
det.Et ita qđ considerat altimetra vt propter quid,cõsiderat perspectiu⁹ vt quia. Nec cõsiderat p
spectiuus omnino de linea ratione qua est radiosa.Hoc enĩ respectu actus videndi considerat natu
ralis:considerando.s.quomodo radiositas siue luminositas in linea existens immutat visum.Sed se
cundo modo est quartus modus subalternationis.secũdum quem arithmetica quæ considerat de
numero simpliciter & absolute,subalternat sibi musicã, quã Philosophus in suis exẽplis vocat har
monicam:quæ considerat de numero sonoro:siue existente in sono:qui est materiale qđ & subiectũ
numeri:circa quẽ cõsiderat music⁹ pportiões numerorũ demõstratas ab arithmetico vt ppter qđ
quas ab eo supponit vt quia,ad declarandum cõsonantias sonorum.Est enim harmonia.i.consonã
tia rõ numerorum in acuto & graui:sicut dicit Philosophus in prici.ii.poster. Vnde cõsiderat nume
rum sonorum ratione qua numerus est non ratione soni.Solũ enĩ in respectu ad auditum quẽ dele
ctat consonantia,considerat naturalis:considerando.s.quomodo sonus habeat immutare auditum.
Isti proculdubio sunt.iiii.modi subalternationis,secundum determinationem Philosophi:nec sunt
plures nec pauciores:nec alii ab istis:qui distinguuntur inter se.qm̃ primi duo modi sumuntur ex
parte modi considerandi:q idem absolutum diuersimode considerant via rationis & experientia,
vt in primo modo:aut via rationis & cõsuetudinalis operis,vt in secũdo modo.Duo vero alii mo
di sumuntur ex parte rei consideratę:q idem considerant sub alia & alia determinatiõe,vel forma
li,vt in tertio modo:vel materiali,vt in quarto modo:sicut visum est.

¶ His expositis videndum est an aliquo istorum modorum theologia aliis sciẽtiis
cõnexa est.Cum igit vt dictum est in primo modo subalternationis,Scientia quę dicit propter qđ
per rationem subalternat sibi illam quæ dicit de eodem quia tm̃ per experiẽtiam,vt astrologia na
ualem:Sacra autem scriptura dicit propter quid per causam & rationem,de quibus alię scientię di
cunt solum quia per experientiam:Idcirco absolute dicendum q primo mõ subalternationis theo
F logia omnes alias scientias sibi subalternat.¶ Ad cuius intellectum sciendum:q secũdum dicta su
perius Phĩ in eis quæ ad creaturas pertinẽt solummõ,causas pximas colligatas naturaliter suis ef
fectibus principaliter considerant:quas supponunt dicentes solum de illis quia sunt: non autẽ ad
primum omnium principium voluntarium ab omnibus separatum attendunt: quæ est causa pro
pter quid aliorum omniũ;quã considerat ista scientia,causalitatẽ omniũ q̃ fiũt deo ascribendo etiã
super ea q̃ sunt pria & ppria pricipia i singulis aliis supposita. Propter qđ dicit Iaco.iiii.Dicitis ho
die aut cras ibim⁹ in ciuitatem illam:& faciemus ibi annum & mercabimur & lucrũ faciem⁹:qui
ignoratis quid fiet vobis in crastino pro eo vt dicatis si domin⁹ voluerit. Vbi dicit Glos.Stultitiã
vocat quia suę potestatis ęstimant.vbi annum faciant:& in his omnibus superni iudicis examẽ ad
mentem reuocare contemnunt. Vnde & Ioseph venditionẽ & proscriptionem suam in ęgypto nõ
attribuit maligno fratrum suorum consilio:sed potius diuinę voluntati,tanq̃ causæ primę,q̃ praa
uas eorum voluntates ordinauit in bonum:cum dixit fratribus suis.Geñ.xlv.Non vestro cõsilio:
G sed dei voluntate huc missus sum.& cap.vlt. Vos cogitastis de me malũ & dominus conuertit il
lud in bonum:vt exaltaret me.¶ Ad modum igitur quo astrologia subalternat sibi scientiam na
ualem:quia de principio eodem dicit propter quid per causam,de quo nauta solũ dicit quia p ex
perientiam:theologia subalternat sibi omnes alias scientias:quia illa prima quæ sapiens mũdi sup
ponit ex experientia:qua sciunt prima principia primo metaphysicę & secũdo poster.vt per se no
ta:Theologus dicit habere essendi causam voluntatem diuinam.vnde nec est certum iudicium ex
causis proximis quas nouerunt,quousq recurratur ad primã causam quã attendunt theologi:vt
patet ex dictis supra de morte & vita Ezechię,& morbo quẽ ex ope misericordiæ icurrit vir iust⁹.
Et ideo dicit August.iii.de trini.Nihil fit qđ non de interiori aula summi iperatoris aut mãdatur
aut permittitur in istius totius creaturæ immẽsa quadã republica.Hoc ergo modo theologia sub
alternat sibi omnes scientias rerũ causas & principia considerantes:& hoc quo ad scientias specu
latiuas.Consimiliter & in eodem modo subalternandi subalternat sibi oẽs scientias practicas. In
talibus enim ipsum propter quid sumitur a fine,respectu cuius a quolibet alio fine sub ipso sumit
ipsum quia.Quaecũq igitur sciẽtia finem vltimum operandorum attingit,secundum quẽ totum
opus debet regulari,subalternare sibi debet omnes alias scientias quę attendunt finem inferiorem
non cognoscendo rationem finis vltimi.Nunc autem ita est q finis vltimus omnis scientię opati
uę est deus inquantũ est bonum supernaturale creaturę rationalis:quẽ sola inter scientias huma
nas theologia attingit,dicẽs propter illũ omnia debere operari.Theologia ergo primo modo sub

alternationis non ſolum omnes ſcientias ſpeculatiuas, ſed etiã omnes ſcientias operatiuas ſibi ſubalternat, dirigens omnes tam ſpeculatiuas quam practicas, illas in cognitione veri, iſtas autem in operatione boni: & per hoc vt in ſequentibus determinabitur, iſta ſcientia eſt principalis ſuper omnes alias ſcientias & ſpeculatiuas & actiuas. Similiter de ſecundo modo ſubalternationis ſciendum quod cum iſto modo ſcientia quæ dicit propter quid modo cognitiuo ſubalternat ſibi illam quæ de eodẽ dicit quia, modo operatiuo, vt ſtereometria machinatiuã: quia operatiua modũ operãdi ex fine nõ cognoſcit, ſed ſolum ex operandi conſuetudine. Hoc modo theologia omnes ſcientias manu operatiuas maxime circa diuinum cultum ſubalternat, regulam & modum operandi ad regulam iuſtitię eis determinans. Tertio vero & quarto modo ſubalternationis clarum eſt quod nullam aliarum ſcientiarum ſibi ſubalternat: quia nulla earum ſubiectum ſuum cum determinatione ſibi extranea cõſiderat: qualis additio eſt in illis modis ſubalternationis, vt dictum eſt ſupra. Deus enim nullo modo determinari poteſt, vt infra dicetur.

¶ Ad primum in oppoſitum: quod nulla aliarum ſcientiarum vtitur principiis determinatis in hac ſcientia: Dicendum quod non eſt verum, ſecundum quod quidam credunt: quod hoc eſt generale in omni ſubalternatione, quod ſcientia ſubalternata vtitur determinatis in ſubalternante. hoc enim ſolum habet veritatem in tertio & quarto modo ſubalternationis: non autem in primo & ſecundo. Perſpectiua enim vtitur demõſtratis in geometria: & muſica demõſtratis in arithmetica sed naualis non demõſtrato in aſtrologia vtitur, quia demonſtratum eſt in illa (nõ enim nouit nauta ex tali cõiunctiõe ſtellarum ſequi tempeſtatem aut tranquillitatem: quia hoc ſupponit ipſe eē probatum ab aſtrologo) ſed quia hoc experiẽtia multiplici collegit. Similiter machinatiua nullo modo capit principia ſtereometrię: ſed ſolũmodo modũ operãdi ex conſuetudine operandi tenet. dicit enim Philoſophus .i. metaphyſicæ: quod manu artifices quæ faciunt incognita faciunt, velut ignis cõburit: ſed inanimata natura quadam faciunt: manu aũt artifices per cõſuetudinem. Quia igitur vt dictum eſt theologia nõ ſubalternat ſibi alias ſcientias ſecundũ tertiũ & quartum modum ſubalternationis: ſed ſolum ſecundum primum & ſecũdũ: non oportet quod aliquibus pricipiis determinatis in theologia vtantur aliæ ſciẽtię: licet ex ſuis pricipiis nouerit eãm vt propter qd, de quo alię ſciẽtiæ ſolũ nouerũt quia, vt prædictũ eſt. ¶ Per idem patet ad ſecundum: Dicendo quod non oportet quod ſciẽtia ſubalternans mentionem faciat aliquam de propriis principiis ſcientiæ ſubalternatæ: ſed ſufficit quod conſideret talia principia prima quæ ſufficiunt ad dicendum propter quid de propriis principiis aliarum ſcientiarum ſi eis applicentur. Et ſi illis applicentur in ſcientia ſubalternante, & probentur per ea, hoc accidit ei: nec hoc requirit ſcientia ſubalternata. Siue enim probetur in aſtrologia quod talis coniunctio ſtellarum eſt cauſa tempeſtatis futurę ſiue non, nihil ad nautã: quia ex propria experientia capit notitiam quam habet de hoc. Similiter machinatiua ſola conſuetudine operandi modum operandi nouit non apprehendẽdo rationes operandorum, vt dictum eſt. Vnde non oportet quod ſcientia ſubalternata ſupponat a ſuperiori aliquo modo cauſam illius de quo ipſa dicit quia. in primo enim & ſecundo modo ſubalternationis inferior ſciẽtia nihil aduertit de cauſa aliqua quã nouit ſuperior, vt dictum eſt. Sed ſufficit in illis duobus modis quod ſcientia ſuperior tradat cauſam eorum quę ſupponunt & dicuntur in ſcientia inferiori. Et quia cauſam talem non aduertit ſcientia inferior, non tangit aut aliquo modo ſupponit: ſed ſolũ ſupponit ex experientia vel ex conſuetudine illud de quo ſcientia ſuperior nouit cauſam. Ideo nihil refert ad ſubalternationẽ ſiue illã cauſam tradat ſcientia ſuperior via naturalis rationis, ſiue via reuelationis: ſicut tradit principia ſua ſcientia theologiæ. Et per hoc ad Tertium obiectum.

H Ad primũ princi.

I Ad ſcdm.

Ad tertiũ

A Queſt. v. Arg. i.

Irca quintum arguitur quod ſcientia theologiæ ſubalternetur alicui alii ſcientię. Primo ſic. Scientia illa quæ habet principia ignota de quibus dicit ſolum quia eſt, debet habere ſcientiã ſuperiorẽ in qua notificantur quæ dicit de eis propter quid. aliter videretur vt ſciẽtia quæ ex ſimpliciter ignotis procederet: & ita non eſſet vere ſcientia: quia non eſt ſcientia niſi ex notis. primo poſter. Scientia illa non eſt niſi ſubalternans iſtam: quia ſecundum quod dicit Philoſophus primo poſter. propter quid & quia non differunt per aliam & aliã ſcientiam niſi quod vna ſit ſub altera. ergo &c. ¶ Secundo quod ſubalternetur metaphyſicę arguitur ſic. Si ſubiectũ eſt ſub ſubiecto: & ſcientia ſub ſcientia. Subiectum theologię qd deus eſt, eſt ſub ſubiecto metaphyſicę qd eſt ens ſimpliciter ergo & theologia eſt ſub metaphyſica: non vt aliqua particularium: quia eſt de primo ente de quo etiam conſiderat metaphyſica: quæ non conſiderat de ſubiecto alicuius ſcientiæ particularis. ergo &c. ¶ Tertio ſic. videtur quod ſubalternetur cuilibet alteri, ſic. Scientia quæ dicit quia de eo qd ſumit 2 3

ab altera q̄ de illo dicit propter qd,subalternaṫ illi. Scientia ista est huiusmodi respectu cuiuslibet alterius:quia sumit in vsum suum ꝓpria oim scientiarū q̄ supponit ab illis a quibus ꝓbanṫ,vt infra videbiṫ.ergo &c.

In oppo.1. ℭContrariū arguiṫ primo sic.illa scientia q̄ superior & dignior est respectu omnium aliarum,& cui aliȩ sunt administratiuȩ,nulli potest esse subalternata: quia scientia subalternata inferior est regulata a subalternāte.Ista sciētia sic se habet respectu cuiuslibet alteri⁹ sciētiȩ

2 vt infra videbiṫ.ergo &c. ℭSecūdo sic.scientia subalternās semꝑ dicit ꝑpter qd eius cuius sciētia subalternata dicit quia,vt dictū est:sed nulla alia scientia potest dicere ꝑpter qd de articulis fidei, de quib⁹ ista sciētia dicit qa: qa sunt supra naturalē rationē,ad q̄ nulla sciētia potest attingere vt

B infra videbiṫ.ergo &c.

Respōsio. ℭAd hoc plana est responsio dicendo quo ad oēs scientias humanas, philosophicas.s.ꝙ ista nulli earū subalterneṫ,cū ipsa omnes sibi subalternet vt ꝓdeterminatum est: & cum sit principalis super oēs vt infra diceṫ,& semper scientia subalternans aliquā principalitatē habet sup subalternatā,vt patet in oib⁹ modis subalternatiōis. Discurrēdo etiā ꝑ singulos modos subalternationis,patet ꝙ impossibile est istā scientiā alicui subalternari.Non primo modo neq̧ secundo:quia in illis scientia subalternans nouit ꝑpter quid & causam,de quo subalternata solū nouit qa.Nunc autē vt argutū ē,impossibile est vt humana sciētia philosophica.s.agnoscat causam,& dicat ꝑpter

C quid eorū quæ sunt fidei,de quibus hęc scientia dicit quia:quia excedūt naturalē rationē.ℭSpecialiter autē patet ꝙ non subalternaṫ alicui earū in secundo modo subalternationis,quia ibi subalternatur sciētiæ cognitiuȩ scientia operatiua,q̄ minime est speculatiua aut sapiētia.Ista aūt sciētia ma

D xime sapiētia est,vt ꝓdeterminatū est,& oīno speculatiua,vt īfra determinabiṫ.ℭSpecialiter etiā patet ꝙ aliis nō subalternaṫ tertio vel quarto modo,qa nō habet subiectū determinabile qd reqriṫ in illis modis,neq̧ principia sua quib⁹ vtiṫ habet probata in aliqua aliarū scientiarū: qd requirūt illi duo modi.Et licet hęc scientia nulli scientię humanę philosophicæ subalterneṫ:aliqui tñ volunt ꝙ subalterneṫ scientię suphumanȩ.s.diuinæ vel angelicȩ.Cuius rationē assignāt assumptā in argumēto quodam:qm̄ cuiuslibet scientię principia debent esse per se nota.Hoc eñ quantū est de se est de ratione principiorū,ꝙ si non in vna scientia,saltem oportet ꝙ sint ꝑ se nota in alia. Aliter eñ non essent principia,quia nō essent nota omnino. Eadē eñ videṫ esse distinctio notitiæ principiorū ex

E parte scientiarū,& ex parte scientiū.ℭEx parte autē scientiū vt vult Boethius,oportet ꝙ id qd est principiū,sit per notū,vel oibus vel doctioribus saltē.ꝙ si neutro modo esset per se notū non esset principium omnino.qd maxime patet ex hoc, quia etiā illud qd est principium doctioribus venit ex illo qd est notum omnibus. Si ergo principia theologię q̄ non sunt nota in ipsa non essent nota in alia scientia,nullo modo essent nota:sed sciētia non est scientia nisi quia ꝓcedit ex principiis notis : Theologia igitur quæ ex solis talibus procedit, aut non erit scientia, aut sua principia q̄ nō sunt nota in ipsa,erūt nota in alia superiori.Sed concessum est supra ꝙ theologia est sciētia,ergo vt videṫ oportet nos cum eis cōcedere ꝙ principia theologię sunt per se nota in aliqua superiori sciētia.Tali aūt scientiæ in qua principia alterius sunt per se nota,subalternaṫ scientia q̄ supponit sua principia ab alia esse nota: igiṫ vt videṫ oportet cōcedere ꝙ theologia subalterneṫ sciētię superiori scilicet diuinæ vel angelicȩ.Ista positio ex simplicitate & ignorātia naturę subalternationis venit. In subalternatione eñ vt dictū est supra, hoc est ꝑ se & essentiale,ꝙ scientia subalternans dicat ꝑpter quid de quo subalternata dicit quia.Nunc aūt principia theologię cū sint de oīno & simpliciter primis,ꝑpter quid sciri non possunt in quacūq̧ scientia:quia cognitio ꝑpter quid semꝑ est per prius & notius.licet ergo principia theologię scianṫ clarius in scientia superiori, propter quid tñ non plus sciunṫ in illa scientia q̄ in ista:Immo multo minus,quia scientia dei & beatorū discursiua non est a primo in postermū per mediū sicut est nostra, vt alias forte videbiṫ. Non est aūt scientia ꝑpter quid nisi per mediū discursus.Notū ergo & nō notū non faciunt distinctionē sciētię a scientia,vt subalternātis a subalternata,sed ꝙ id qd solū notū est qa est,in vna sciētia,notū ē ꝑpter qd in alia. Sed illud dictū eorū de comparatione notitiæ principiorum in hac scientia & in illa superiori bene facit ꝙ vna scientia sit principalis super aliam & regula illius. Est enim diuina & bea

F torum maxime sapientia & regula prima omniū humanarū scientiarū. Absolute igiṫ dicendū ꝙ theologia nulli scientię subalternaṫ neq̧ diuinę neq̧ humanę,licet sciētia diuina principalis sit super eā.Alia eñ est ratio quare vna sciētia diciṫ subalternare alterā,de qua habitū est supra.Alia vero est ratio quare vna sciētia diciṫ esse principalis respectu alteri⁹,de qua videbiṫ ifra.Cōcedēdȩ ergo

G sunt rōnes ꝓbantes ꝙ theologia nulli scientię subalternaṫ,q̄ tñ ꝓbant solū ꝙ nulli scientię humanæ.

Ad pri. princi. ℭAd primum in oppositum ꝙ theologia habet principia ignota, dicendum ꝙ si

get hoc verum sit:non tamen oportet ꝙ subalternetur scientiæ,in qua sunt nota,nisi essent nota ĩ
illa scientia notitia propter quid & per mediũ:qđ non est verum.Immo cognoscunť in illa simplici
apprehensione sine omni discursu,vt dictum est.Si vero illud appelletur subalternatio quãdo vna
scientia habet claram & apertam notitiam principiorũ,cuius auctoritate altera scientia recipit ea-
dem principia tanꝗ obscura & nota solummodo per fidem, scientiæ diuinæ vel beatorum ista sciẽ
tia subalternatur.Sed postꝗ notum fuerit de rebus,& intelligamus quid dicere velimus, disputa-
tionem de nominibus particularibus relinquamus:& videat qui hoc poterit, vtrum naturæ sub-
alternationis iuxta determinationẽ Philosophi congruat.¶Ad secũdum ꝙ subiectũ theologiæ est H
sub subiecto metaphysicę:ergo ei subalternať:Dicẽdũ dupl̃r.Primo ꝙ falsum est:licet eñ de⁹ sit ps Ad scdm.
subiecti metaphysicæ iquãtũ cognoscibilis est in scia phĩca ex puris naturalib⁹:inquantũ tñ est co-
gnoscibilis per fidẽ & intelligẽtiã supnaturalẽ tãꝗ subiectũ in hac scientia:nõ cõtineť sub subiecto
metaphysicę:sed in ratione cognoscendi pręcedit eius subiectũ illđ,& seipsum vt pars est illi⁹ sub
iecti,vt infra videbiť.Vel aliter dicẽdũ:ꝙ licet subiectum huius scientiæ sit sub subiecto illius sciẽ
tiæ:nõ tamen oportet ꝙ illa subalternet istam.Non eñ requiritur ad subalternationẽ ꝙ subiectũ
sit sub subiecto.In duobus eñ primis modis subalternationis,nõ est subiectum subalternatæ sub
subiecto subalternãtis,vt patet.Neq; sequitur ecõuerso,ꝙ si subiectũ sit sub subiecto,ꝙ sciẽtia sciẽ
tiam subalternet.sub subiecto enim libri Physi.qđ est corpus mobile simpliciter considerandũ secũ
dum generalia principia & passiones motus & mobilis,est subiectum libri cę.& mun.qđ est corpus
mobile ad situm:& tamen scientia Phy.non subalternat sibi sciẽtiam cæ.& mun.Vnde metaphysi
ca ꝗuis sub subiecto eius sint subiecta omnium particularium scientiarum,vt dicitur.iiii.metaphy
sicæ,nullam tamen scientiarum particularium sibi subalternat:quia propria principia aliarũ scien
tiarum nullo modo habet probare:neq; cognoscere nisi in vniuersali.aliter eñ nõ essent illæ sciẽtiæ
alię ab ipsa.neq; etiam habet defendere principia propria scientiarum contra negantes ipsa, nisi
quatenus redundat falsitas cõtra illa in sua principia propria,vt infra diceť.Vnde ꝙ defendit alia
rum scientiarum principia, hoc non est quia subalternet eas aliquo modo:sed quia est sciẽtia vni-
uersalis super eas:& illud conuenit ei qa considerat id qđ est primum & optimum in genere entis
vt dictum est supra.Et ex hoc etiam sic principalis est super omnes alias, ꝙ aliæ omnes famulenť
ei & subministrent;sed hoc nihil ad subalternationem.Subministratio eñ & famulatus oĩno aliud
est a subalternatione:& est fatuum dicere ꝙ subministratio sit aliqs modus subalternatiõis.hoc eñ
nullus dicit nisi ignorãs Philosophi determinationẽ circa scientiarum subalternationem.Submini
stratio eñ est ex hoc ꝙ scientia inferior parat aliqd in vsum superioris,vt dictum est supra. Subal
ternatio autem est ex hoc magis ꝙ scientia subalternata mendicat aliquid a superiori : & deficit
circa propriũ cognoscibile ibi aliqd nõ cognoscẽdo qđ cognitum est a sciẽtia superiori,vt dictum I
est.¶Ad tertiũ ꝙ theologia sumit ab aliis sciẽtiis:& dicit qa,de qb⁹ipsę dicũt ꝑpter qd:Dicẽdũ ad Ad tertiũ
hoc,ꝙ licet cõsideratio qa & ꝑpter qd distinguũt,vt dictũ est,sciẽtiã subalternãtẽ & subalternatã:
nõ tñ semꝑ sciẽtia dicẽs qa de aliquo pricipio qđ sumit ab alia,subalternať illi a ꝗ sumit, ꝗ de eodẽ
dicit ꝑpter qd.Sed tres cõditiões cũ hoc requiruť.Prima ꝙ illud tanꝗ principiũ descẽdat in totã
scientiam quę sumit illud ab alia.Secunda ꝙ ipsa assumat illud mendicãdo propter suam indigen
tiã:non autem principãdo ꝑpter suum vsum.Tertia ꝙ illud assumat quia subiectũ scientię a quo
assumit accipit tanꝗ principale suæ considerationis.Principia eñ arithmeticę cadunt in totã mu-
sicam:quæ musica mendicat quia non habet alia sibi propria:& super numerũ qui est subiectum
arithmeticę,cadit sua pricipalis cõsideratio vt dictũ ẽ.Et sil̃iter est de pricipiis altimetriæ respectu
ꝑspectiuæ,vt patet ex prędeterminatis.Propter defectũ primi mẽbri Medicina non subalternatur
geometriæ : licet geometria de aliquo dicit propter quid de quo medicina dicit quia:neq; physi-
ca similiter perspectiuæ : & hoc ideo,quia illud principium de quo dicit propter quid geometria
& medicina quia,non cadit in totam scientiam medicinæ:sed est circa aliquam conclusionem ei⁹
tñ.Similiter est de perspectiua respectu physicæ.ita ꝙ Aristoteles remouet ab istis subalternatio-
nem:cum dicit in primo Posterio.de iride . Ipsum quia Physici est scire:sed propter quid est spe-
culatiui.Multę autẽ & non subinuicem scientiarum se habent sic,vt medicina ad geometriã.ꝙ eñ
vulnera circularia sanantur tardius medici est scire quia:propter quid autem geometræ. Propter
defectum secundi membri theologia non subalternatur alicui scientiæ a qua sumit id de quo dicit
quia,& alia propter quid:qa non assumit mendicando tanꝗ principia suæ scientiæ & regulas suæ
conditionis.Immo habet principia propria superiora principiis omniũ aliarum scientiarum.Sub-
alternata autem scientia mendicando principia sua accipit a supiori sciẽtia: quia nulla habet pro
pria.Sed theologia assumit ab omnibus scientiis eis principãdo & ĩ vsum suum ad declarãdum ea

quæ ex suis principiis propriis propter eorum elongationem a nobis, manifesta esse non possunt, nisi adminiculo nobis cognitorũ ex sensibilib⁹ & ꝓbatis & manifestatis in aliis sciẽtiis: & sic ordinat & regulat ea q̃ sunt aliarũ scientiarũ in finem eorũ vltimum, qđ ipsemet facere non possunt. Sicut scientia militaris accipit instrumenta sua ab aliis artibus sibi subiectis, quib⁹ vtiť dirigendo eas in debitos fines, vt inferius amplius declarabiť. Propter defectũ tertii mẽbri geometria nõ subalternatur arithmeticę, licet principia declarata in arithmetica descendũt in totã geometriã, & ita geometra dicit quia de quo arithmeticus dicit ꝓpter quid: quia licet ratio numeri qui est subiectum arithmeticę descẽdit in magnitudinẽ, de numero tñ vt est numer⁹ nõ est speculatio pricipalis geometrię: sed de magnitudine vt est magnitudo. Vnde dicit Philosophus primo Poste. Tria sunt in demõstrationib⁹. Vnũ qđ demõstrať: cõclusio aũt hoc. Vnũ aũt dignitates, ex quib⁹ est demõstratio. Tertio aũt genus subiectũ, cui⁹ sunt passiones, ex qb⁹ igiť demõstratio fit cõtigit eadẽ esse. Quorũ gen⁹ est alterũ, non est arithmeticã demonstrationẽ cõuenire in magnitudinibus accidẽtia: nisi magnitudines numeri sunt. Et sic cõnexæ scientię sunt, & quodammodo eadem scientia arithmetica & geometria: non tñ sicut subalternãs & subalternata, propter causam dictã. Si eñ nullo modo essent

k sent eadẽ nũq̃ descẽderẽt principia demonstrationis arithmeticę in geometriã. Semper eñ scientię sunt aliquo modo eadẽ scientia, quarũ vna dicit quia, & alia ꝑpter quid, ꝑpter quod dicit Philosophus ibidem. Aut simpliciter necesse est idem esse genus, aut sic, si debet demonstratio descendere Aliter autem impossibile esse manifestũ est. ex eodem eñ genere necesse est vltima esse & media. Dicit autẽ simpliciter, ꝑpter subalternãtes & subalternatas, q̃ sunt in oĩbus modis suis quasi eadẽ scientia, vt patet inspicienti. Dicit aũt sic, propter sciẽtias quę se habent adinuicẽ secundũ ordinem quẽdam & cõnexionem, licet vna non sit alteri subalternata, sicut arithmetica & geometria.

L

Quęst. vi.

Arg. i.

Irca. vi. arguitur ꝙ ista scientia nõ sit principalior scientiarũ. Primo sic. ꝓbata a scientia principali sumunt & supponũt alię, non eõtrario. vt alię sciẽtię sumunt & supponũt ꝓbata a metaphysica, & generaliter sciẽtia subalternata a sciẽtia subalternante. Nulla aũt aliarũ scientiarũ sumit & supponit aliquid probatũ ab ista

2 sciẽtia. ergo &c. ¶ Scđo sic. illa sciẽtia est pricipalior aliis q̃ ẽ vniuersalior, sub cui⁹ subiecto cõtinentur subiecta aliarũ. secundũ qđ metaphysica principalis est inter sciẽtias philosophicas, secũdũ Philosophũ. i. & iiii. Metaph. & talis non est ista sciẽtia: qa subiectũ ei⁹ qđ est de⁹, est sub subiecto metaphysicę qđ est ens: & est quasi q̃dã ps entis scđm

3 Auicen. i. Metaphysicæ suę. ergo &c. ¶ Tertio sic. illa scientia nõ est principalis quę supponit tanq̃ subiectũ suum qđ in alia sciẽtia probať: ista sciẽtia est huiusmodi. Supponit eñ tãq̃ suum subiectũ scilicet deũ esse, qđ secundũ Auicen. ꝓbatur in sciẽtia philosophica. Supponit etiã & sumit in suũ

4 vsum alia plura probata in aliis sciẽtiis, vt infra patebit. ergo &c. ¶ Quarto sic. Philosophus dicit. i. Metaph. de scientia illa. Potior hac neq̧ vna. sed illa q̃ est potior est principalior, ergo illa est princi-

5 palior omnibus: non ergo ista. ¶ Quinto sic. Sciẽtia principalior aliis debet esse iudex & regula aliarum secundũ Philosophũ. iiii. Metaph. qđ non potest esse ista scientia. quia secundum Aug. xiii. de Tri. c. i. eius nõ est cognoscere nisi ea q̃ sunt fidei. p q̃ nõ possunt iudicari vel regulari ea q̃ sunt aliarum scientiarũ. quia q̃ sunt fidei non cognoscunť nisi lumine supernaturali. quę sunt aliarũ scien-

6 tiarũ iudicari, cognosci, & regulari habent lumine naturali. ergo &c. ¶ Sexto sic. nullus bene iudicat nisi q̃ nouit: sed huius sciẽtię nõ est noscere illa quę sunt aliarũ sciẽtiarũ, vt ꝙ anguli trianguli sunt ęquales duobus rectis, & cętera huiusmodi. scientię autẽ principalis est iudicare illa quę sunt

In oppo. aliarum. ergo &c. ¶ Contra est. qm̃ scientia quę est aliarũ sapiẽtia principalis est super alias, secundum Philosophũ. i. Metaph. hęc scientia est huiusmodi vt habitum est supra. ergo &c.

M

Respõsio. ¶ Dicendũ ad hoc, primo intelligendo ꝙ scientia vna non dicitur altera principalior ex hoc ꝙ melior est & vtilior, honorabilior, dignior, certior, aut aliquid hmõi: sed solũ ex hoc ꝙ habet prerogatiuã aliquã super illã in dirigendo & regulando eã aliquo modo. vnde etsi liberales sciẽtię speculatiuę digniores & meliores & certiores dicanť sciẽtiis mechanicis, & vniuersaliter sciẽtiis practicis: non tñ dicunť principales respectu illarũ, quia nullã prerogatiuã regiminis habẽt super eas, neq̧ eis principanť in aliquo. Sed scientia ciuilis diciť principalis respectu omniũ artium mechanicarum q̃ exercendę sunt in ciuitate, quia oẽs ordinat dispõit & regulat, vt dicit Philosophus. i. Ethi. Sciendũ igiť cum duo sint genera scientiarũ liberaliũ ad quę oẽs alię reducunť: Quędã eñ sunt practicę, quarũ finis est bonũ siue operatio: Quędã vero speculatiuę, quarũ finis est veritas siue cognitio, vt dicit Philosophus. ii. Metaph. Regimẽ aũt omne consistit in directione rei in suum finẽ: si igiť aliqua scientia diciť principalis respectu oĩm aliarũ, hoc erit respectu speculatiuarũ dirigẽdo eas in cognitiõe veri, & respectu practicarũ dirigẽdo eas in operatione boni. & illa q̃ talis

est: ipsa reuera principalis debet dici respectu omniũ scientiarũ: talis autẽ est hec scientia theologie.
Idcirco absolute dicẽdũ ꝙ theologia simpliciter est sciẽtia principalis & pricipalissima oim sciẽtia-
rum: & speculatiuarũ regulãdo oẽs speculatiuas in finẽ suum quo ad cognitionẽ veri: & practicarũ
regulãdo oẽs practicas in suũ finem quo ad operationem boni. secũdũ ꝙ iste due cause primum verũ
& vltimũ bonũ, principaliter cadũt in cognitiõe huius sciẽtie. Propter qđ etiã dicta est sapiẽtia sup
oẽs alias scias, vt determinatũ est supra. ¶ Ad cuius intellectũ sciẽdũ ꝙ duplex est modus pricipali N
tatis scie vnius sup alias: quoꝝ vn⁹ est in sciẽtiis speculatiuis: ali⁹ vero est i sciẽtiis practicis. In sciẽ
tiis eñ speculatiuis est pricipalitas vlitatis. ſm ꝙ in sciẽtiis speculatiuis illa dr esse principalis q̃ est
sup oẽs alias vlis. In sciẽtiis vero practicis ẽ pricipalitas respectu actiõis. ſm ꝙ i sciẽtiis practicis illa
dicit principalis q̃ sup oẽs alias dominiũ habet atq; imperiũ. ſm ꝙ Philosophus in primo Eth. vo-
cat scientiã ciuilem pricipalẽ & architectonicã sup oẽs scias practicas tã liberales q̃ mechanicas. De
sciẽtia igit principali in speculatiuis, Sciendũ primo ꝙ in sciẽtiis speculatiuis illa dicit pricipalis &
vlis respectu aliarũ, q̃ considerat causas altissimas & prima principia oim: cum alie considerẽt cau
sas inferiores quae per illas causas primas & altissimas regi habẽt. Propter qđ sicut patet primo &
quarto metaphysice, Phus metaphysicam principalem & vniuersalem sciẽtiam sup alias ponit: vo-
cans eã sapientiã & primã philosophiã. Nunc aũt ita est ꝙ theologia simpliciter cõsiderat de reb⁹
magis altis in oibus entibus: & q̃ intellectũ naturalis rõnis excedũt: etsi aliqua ex illis nõ omnino
eum excedunt: quia magis vlia sunt & prima: & ideo remotissima a sensu difficillima sunt hoi co-
gnoscere, vt dicitur i primo metaphysice: cum alie scientie considerẽt de eis q̃ naturali rationi sub
sunt, vt dictum est supra. & sunt illa altissima prima in esse & in veritate: quia diuina: & ideo cau-
se oim aliorũ: p q̃s ipsa nõ solũ in esse: sed in veritate & cognitiõe hñt regulari: & in vli quo ad cõ-
munia & gñalia pricipia cuiuslibet gñis entis: de qb⁹ cõsiderat metaphysica in particulari quo ad
ꝓpria principia vniuscuiusq; gñis entis de qb⁹ considerãt diuersae sciẽtiae particulares. Deus eñ vt
dicit Phus, causarũ & oim pricipiũ qddã est. Quia igit de deo considerat theologia illa q̃ ipsi soli
sunt naturaliter cognita: sed creature rõnali supnaturaliter reuelata: & q̃ naturali rõne nõ ẽ possi-
bile pscrutari. secũdũ q̃ deus est principium oim & origo: vt sunt regule artis diuine i verbo, & vo
luntatis i spiritusan. &c. hmõi que extẽdũt se ad pticularia rerũ: hec scientia sequit modũ diuine
sapientie, vt poterit attingere pticularia aliarum sciẽtiarũ ſm ꝙ rationem subiecti huius sciẽtie in-
duunt, & cognoscere ea, vt sic rõne virtutis principioꝝ & subiecti huius scientiae: licet sit simplicis
simũ & minime cõmune in se, ista scia vlior dicat omnibus etiam metaphysica. & secũdũ hoc ipsa
certissime regulare habet oẽs sciẽtias considerantes causata ab istis primis principiis q̃ de deo con-
siderat ista scientia: & hoc approbando bene dicta & cõdẽnãdo errata in eis. Et ideo dicit Augu. in
lib. sancte viduitatis de hac sciẽtia: ꝙ doctrine nostre regulam figit. & lib. ii. contra Chrysosto. Salu-
bri vigilãtia canon ecclesiasticus cõstitut⁹ est: ad quẽ certi & ꝓphetarũ & aploꝝ libri ptinẽt: quos oĩ
no diiudicare non audemus: et secũdũ quos de ceteris literis vel fideliũ vel infidelium libere iudi-
cemus. & secũdo de doc. Christ. dicit de hac sciẽtia. Quicqd hõ extra eã didicit si noxiũ est ibi dãna
tur: si verum, ibi iuenitur. i. ex eis quae ibi tractant verum esse cognoscit. Quaecunq; enim eis quae
fidei sunt consentanea in aliis scientiis, proculdubio vera sunt censenda: quaecunq; vero repugnan
tia falsa sunt omnino iudicanda. Vnde ea quae sunt huius sciẽtiae, regulae sunt omis veritatis oim
scientiarum etiam in discendo eas. secundum ꝙ dicit Augusti. ii. de doc. Christ ꝙ instructus fide
charitatis diuinarum scripturarum caeteras scripturas securius leget: ne praeoccupẽt imbecillum
animũ: & piculosis mendaciis atq; phantasmaticis eludentes praeiudicent aliquid contra intelligẽ
tiam sanam. ¶ De scientia vero principali in scientiis practicis sciendum est secundo ꝙ in illis scien O
tiis scientia illa dicitur principalis & architectonica respectu aliarum & regula directiua illarum q̃
vltimum finem operandorum considerat: ad quem fines omniũ aliarum ordinãtur. secũdum enim
ꝙ dicit Philosophus in principio Ethi. ciuilis scientia principalis est & architectonica respectu oim
artium quae obseruantur in ciuitatibus: quia ordinat quas disciplinarum debitum est esse in ciui-
tatibus: & quales vnũquẽꝗ addiscere & vsquequo: & quia continet omnes alias sub se: & leges po-
nit vniuersales quid oporteat opari & a qb⁹ abstinere i ciuitatib⁹ & pcipit ceteris: & ꝙ hoc cõuenit
ei: quia finis eius cõplectit fines omniũ aliarũ. Nũc aũt ita ẽ ꝙ theologia finẽ vltimũ omnium ope-
randorum considerat: ad quẽ fines omnium operationum & scientiarum practicarum ordinãtur
.s. diuinam visionem & amorem: quia in eis consistit vltima beatitudo: & ideo omnes alias in finẽ
suum habet ordinare & dirigere & regulare eas: & determinare quas illarum oportet vnũquenq;
addiscere & vsq; ad qđ tempus: & a quibus abstinere: & debet leges viuendi omnibus imponere: &
bene acta in singulis commendare & male acta improbare, secundum ꝙ de his omnibus Aug. xiii.

de Ci.dei dicit sic.Quicqd Philosophi inter falsa q̄ opinati sunt verū videre peruenerunt, & laborio sis disputatiōib⁹ suis psuadere moliti sunt,videlicet queadmodū mūdū fecerit de⁹: eūq; ipse pruden tissimus administret,de honestate virtutū,de amore patrię,de fide amicitię,de bonis operibus atq; omnibus ad mores probos pertinentib⁹ rebus, q̄uis nescientes ad quem finē & quonā essent omnia ista referenda,propheticis,hoc est diuinis vocibus potius q̄ per homines illos populo commenda ta sunt,non argumentationū cōcertationib⁹ inculcata, vt nō hois ingenium sed dei eloquium cō tēnere formidaret,qui illa cognosceret.& ibidē.Quid aget? vel quo vel qua vt ad beatitudinē per ueniat humana se porriget infelicitas,si diuina non ducit auctoritas?quasi dicat,certe oino nescit. Vnde principia huius sciētię continēt virtute principia oīm aliarū sciētiarū,& per hoc etiā quodā modo ista scientia cōtinet in se oēs alias:& quęcūq; in aliis scientiis continētur. sicut dicit Ambr. super Lucā in principio.qđ bene exposuit Aug.cum dixit in epistola ad Volusianum.Hic physica qm̄ oēs oīm naturarū causę in deo sunt:hic Ethica,qm̄ vita bona & honesta nō aliūde sumit, q̄ cū ea q̄ diligēda sunt diligunt quēadmodū sunt diligēda,hoc est de⁹ & p̄xim⁹.hic logica :qm̄ veritas lumenq; animę rationalis non nisi deus est.Hic laudabilis reipublicæ salus. Neq; em̄ custodiūtur optimę ciuitates nisi fundamēto & vinculo fidei fraternęq; concordię cum bonum cōmune diligit, qđ summū & potissimū de⁹ est,atq; i illo syncerissime se hoies diligūt.Vnde vt determinat Aug.

P in epistola ad Diosco.errores gentiliū siue de moribus,siue de natura,siue de ratione inuestigandę veritatis:in quib⁹ Platonici Stoicis & Epicureis maxime resistere arbitrati sunt ad suū pertinere officiū:durasse vsq; ad tempora christiana cōstat.Cum em̄ Plato a Cicerone apertissime ostēditur non in humana sapiētia sed diuina,vnde humana quodāmodo attendit, veritatem cōstituisse, & finem boni,& causas rerū & ratiocinandi fiduciam,Epicureis & Stoicis regulam cōprehendēdę ve ritatis in sensibilib⁹ ponentib⁹,quis istis contradicētibus audiret Platonicos non valētes auctorita te turbas terrenarū rerū delectatione cęcatas ad inuisibiliū lumē ducere!Quos certe nos sic obmu tuisse conspicimus, vt siqua secta erroris contra ecclesiā Christi emerserit,nisi noie cooperta chri stiano p̄silire non audeat.Ex quo intelligit ipsos quoq; platonicę gentis philosophos paucis muta tis q̄ christiana improbat disciplina,inuictissimo regi Christo ceruices oportere submittere,q iussit & creditum est,qđ illi vel proferre metuebant.Non em̄ putandū est ad sequendā veritatē me lius cōsuli potuisse generi humano,q̄ vt homo ab ipsa veritate susceptus recta pręcipiendo & di uina faciendo salubriter credi suaderet,qđ nondū prudēter posset intelligi.Tūc em̄ Platonis scho la Romę floruit habēs acutissimos & solertissimos viros:q cū Christi nomē terrenis regnis āmirātibus crebresceret,emergere cœperūt ad proferendū atq; aperiendū quid Plato sensit. Itaq; totum culmen auctoritatis lumenq; rationis in illo vno salutari noie atq; in vna ei⁹ ecclesia recreādo atq; reformando humano generi cōstitutū est.vnde patet q; omnis humanę scientię altercatio per istā vt per finē & regulam aliarū terminata est.Absolute ergo dicendū est q; theologia super oēm sciē tiam & speculatiuam & practicā principalis est:& hoc secundū illum modū quo dictum est supra q; ambas subalternat, vt patet ex p̄determinatis : & habet oēs gubernare & regere tam in cogni tione veri q̄ in operatione boni.Ita q; quicqd regulis fidei non congruat, quantumcūq; humanæ sapientiæ appareat,respuendum est:quicquid autem congruat,quantumcunq; humanæ sapien tię contradicat sustinendum est.Fides em̄ est mensura scientię dei.vt dicit Glos. super illud Leuit. ii.Tollet pugillum similę. Vnde & iure diuino debet regi vniuersa respublica mundi, & re vera regitur, inquātum a regulis diuinæ legis oēs alię leges deriuantur, & per ipsas mensurant vt ap probentur vel reprobent.Homo igit fidelis maxime cui credibilia huius scientię facta sunt intelli gibilia,iam spiritualis existens,ex hac scientia omnia tam in speculandis q̄ in agendis habet iudica re sufficienter ex hac scientia instructus:cū ipse in eis q̄ sunt huius scientiæ,a nemine iudicandus sit.Q; si pauci ad hanc perfectionē deueniunt non est defectus ex parte scientię,sed nostra,vt dictū est supra.& ideo dicit Apl's.i.Co.ii.Aialis homo non percipit ea quę spūs dei sunt & non potest in telligere.Spiritualis autē iudicat omnia,& ipse a nemine iudicat.vbi dicit Glos.super illud.Iudicat omnia.Non quidē quæ continet diuina sapientia,sed quę ad iustitiā & vitam sufficiūt.i.omnia iu dicanda iudicat certa fide.nec solum est principalis super omnes cognitiuas speculatiuas & prac ticas:immo etiā super omnes operatiuas.Omnis em̄ ad regulā debet suū opus dirigere inquantū subalternat etiā eas vt dictum est supra.

Q

Ad primū principale ¶Ad primum in oppositum q; nulla scientia supponit ab ista,sed ista supponit ab omnibus:dicendū q; aliquid supponit in vna scientia vt p se notū,qđ supponit ab alia tāq̄ subiectū

scientię, vel principiū ꝓbandi ꝓprias cōclusiones sciētię, aut tanq̄ adminiculans ad notificādū ea q̄ ꝓ se considerant in scientia: qđ tñ neq; est subiectū neq; per se principium probandi ꝓprias conclusiones scientiæ. Qñ sciētia vna supponit ab alia subiectum suum, vel pricipiū aliqđ probandi suas ꝓprias cōclusiōes: tūc illa sciētia a qua tale supponiť, est sciētia principalis. Hoc modo ista sciētia a nulla alia sumit aut supponit: sed magis omnes alię scientię ab ista vt iam dicetur. Quādo vero vna scientia supponit ab alia adminiculās solum ad declarandum illa quæ pertinent ad suam sciētiam; tunc non oportet quin sciā q̄ tale quid supponit ab alia, sit scientia principalis. secūdū q; metaphysica multa talia supponit a physica: & tñ metaphysica est sciētia principalis ad physicā. Hoc modo ista scientia supponit & sumit ab aliis scientiis quæcūq; ab eis assumit ad vsum suum. Vel potest dici secūdum prædicta, q; scientia vna supponit aliquid & sumit ab alia: aut tanq̄ mendicās a prędominante: aut tanq̄ vtens a subministrante. Primo modo accipere ab alio est contra naturā scientię pricipalis. Scđo modo nō. & hoc modo theologia sumit ab aliis scientiis declarata, vt dictū est supra. sicut & metaphysica sumit declarata a physica. ¶ Ad secundū, q; subiectum huius scientię est sub subiecto metaphysicæ: non ergo hęc est principalis ad illam: Dicendū ad hoc q; deum cōtingit considerare dupliciter. Vno modo secundum id qđ est in se cognoscibile de ipso, non ex cōparatione ad creaturam. Alio modo secūdum id qđ cognoscibile est de eo in comparatiōe ad creaturam. Vtroq; modo cōsideratio de deo cadit sub hac scientia. Secundo modo solū sub sciētiis philosophicis. Et ideo ista scientia primo considerat de deo rationes quæ conueniūt ipsi absq; omī respectu ad creaturas: vt sunt maxime ea quę pertinent ad trinitatem personarum. Secundo vero cōsiderat in eo rationes secundum quas procedunt creaturę in esse ab ipso. Tertio vero & vltimo cōsiderat de ipsis creaturis: inquātū. s. manet in ipsis impressum diuini esse vestigium, & dimittit cōsideranda scientiis philosophicis entia creata secūdū id qđ sunt in se in natura & quiditate sua: sicut metaphysica considerat de vnoquoq;, inquantum ens est simpliciter, & dimittit scientiis particularibus considerare diuersa entia particularia inquantū sunt entia talia mobilia vel immobilia & hmōi. Scientiæ vero aliæ primo considerant de creaturis: vltimo vero de deo inquantum relucet cognitio eius ex creaturis. s. inquantum ex creaturis cognoscitur esse principiū earum secūdū potentiam in producendo, secundum sapiētiam in disponendo, secundum bonitatem in ordinando. Et quia isto modo considerandi deum vt. s. consideratur in scientiis philosophicis, non est deus id quod primo mēs in rebus concipit (dico conceptione discretiua discernendo ipsum ab aliis. conceptione enim absoluta est id quod etiam in naturali notitia mens primo concipit, vt infra ostendeť) Immo primus conceptus discretiuus naturalis cognitionis ex creaturis est ratio entis simpliciter sub quo concipit secundario rationem entis pricipiati & principiantis. considerando enim id quod est creatum: quia mobile & transmutabile est, non potest habere esse a se: sed necessario recipit ipsum ab ente aliquo immutabili: Sub consideratione entis simpliciter Philosophus deuenit in cognitionem dei non secundum id quod est in se absolutum a creaturis, sed secundum q; est creaturarum principium: & secundum illa quæ concurrunt ad rationem principiandi in actu creaturas. quæ ratio non manifestatur naturali cognitioni intellectus nisi ex productione creaturæ, sicut neq; esse deum. Hoc ergo modo cognoscendi deū de⁹ cadit sub subiecto metaphysicę quod est ens simpliciter, eo q; intentio entis simpliciter prior est nobis q̄ intentio pricipii: quia vt dicit Auicen. primo metaphysicæ suæ, ens absolute non est principium: sed accidit ei esse pricipium alterius vt creaturæ. Est enim deo quasi accidens q; sit creaturæ principium. accidit enim enti simpliciter habere principium essendi: quia non omne ens est huiusmodi. Deus enim non habet essendi principium. Quia vero modus considerādi deum inquantum scilicet cadit vt subiectum in consideratione huius scientiæ, scilicet quo ad cognitionem de eo secundum se nō ex creaturis habitam: ne q; natam haberi ex creaturis: quæ est infallibilis ratio acquirendi etiam notitiam illam quæ nata est haberi de ipso ex ipsis creaturis: & etiam eius quæ nata est haberi de ipsis creaturis: Isto modo cognoscendi deum, deus nequaq̄ cadit sub ente simpliciter qđ est subiectum metaphysicæ. Immo præterit totam rationem & cōmunitatē illius entis. illud enim ens nihil cōtinet nisi qđ est principium vel principiatum inquantum huiusmodi: & ideo licet continet omne creatum secundum omnem rationem quiditatis & essentiæ creaturæ, deum tamen non continet vt in se aliquid est: sed solum inquantum principium quoddam est, qđ cognitum est de ipso a posteriori in sciētia philosophica & a priori in scientia ista. Et inquantum cognitum a posteriori naturali cognitiōe ex creaturis, cadit intentio principii sub intentione entis simpliciter. Inquantum vero cognitum a priori cognitione supernaturali non cadit intentio principii in deo sub ratione entis simpliciter: qđ cō

R

Ad scdm

S

mune est creatori & creaturæ:qa est posterioris naturæ. Sicut & posterioris naturæ est ipsa creatura:quæ est pars quædam a qua abstrahitur intentio entis simpliciter. Et hoc modo deus est id qđ prius per intellectum supernaturaliter cōcipitur,q̄ intentio entis simpliciter:& ipse deus,vt infra videbit̃,est vera ratio cōcipiēdi tale ens simpliciter.Et sic patet suppositū supra, quomodo ista scientia rōne sui subiecti vniuersalis habet dici super omnem sciētiam philosophicam & metaphysicam.

T Ad tertiū ¶Ad tertium ꝙ ista scientia supponit suum subiectum scilicet deū eē a metaphysica:qa hoc ibi probatur:Dicendum secundum iam dicta,ꝙ deum esse inquantum habet rationem causę,vt a quo iam aliquid est causatum in effectu,hoc modo probatur deum esse in metaphysica:& secundum istam rationem cadit deus sub scientia philosophica sicut pars subiecti : & secundum istam rationem præcisam non cadit vt subiectum sub ista scientia.Deū aūt esse cognoscitur solūm id qđ est in se:& secundum rationem qua est causatiuū omnium,etiam anteq̄ creaturam produxerit. hoc modo cadit vt subiectum in hac scientia:& hoc mō non potest probari esse ex scientia philosophica:qa nec sic omnino cognoscibilis est ex scientia philosophica. Et ideo hæc scientia non sumit aut supponit subiectum suum a prima philosophia:sed magis a diuina auctoritate : qua dicitur Deutero.vi.Audi Israel: dominus deus tuus,deus vnus est.Immo vt aliquid amplius dicamus prima philosophia & omnis philosophica scientia poti⁹ suū subiectū sumit & supponit ab ista sciētia.Ista enim scientia vt dictum est considerat de deo secundum id qđ est in se: & vt omnium est causatiuum etiā anteq̄ fierent,cōsiderat etiam omnia causata ab ipso inquantum in se habent effigiem quandam diuini esse. Aliæ vero scientiæ considerant res causatas a deo secundum quiditates & essentias earum, in quibus effigies diuini esse fundatur : & ipsum deum inquantum actu est causa illorum.Et ideo sicut a metaphysica omnes aliæ scientiæ philosophicę sumunt & supponunt sua subiecta : quia ipsa considerat vt subiectum suum ens simpliciter secundum communem rationem entis:quælibet autem alia scientia cōsiderat aliquod particulare ens secundum aliquam particularem rationem entis:sub ratione entis simpliciter contentā,vt dicitur quarto metaphysicę:consimiliter quia ista scientia considerat vt subiectum suum deum ipsum secundum se: & omnia alia inquantum habent in se diuini esse effigiem, ex qua habent rationem entis ꝙ sunt quiditas & natura alicuius pđicamēti,vt infra dicetur : q̄ omnis scientia philosophica considerat secundum suas quiditates naturas & essentias,quæ sunt sicut particularis ratio in ipsis sub ratione diuini esse in ipsis,omnis alia scientia competenter dicenda est sumere & supponere subiectum suum ab ista:& sic omnino contrario modo se habet res q̄ supponatur in argumento.

V Ad q̄rtū. ¶Ad quartum: ꝙ prima philosophia est potior scientiarum : Dicendum ꝙ verum est inter scientias philosophicas ad quas Philosophus in dicto suo respectum habuit: non autem respectu huius,ad quam nō aduertit:aut ad illam suā scientiam,si verū dixit,comparari nō intendit:quia ista potior est oībus scientiis philosophicis vt in prædeterminatis patuit,& in sequenti quęstione patebit.

X Ad q̄ntū. ¶Ad quintum ꝙ ista scientia non potest esse iudex & regula aliarum:& ideo non est principalis: Dicendum secundum prædicta, ꝙ in veritate ista scientia iudex est aliarum & regula.Et ꝙ assumitur in argumento:ꝙ per ea quæ sunt fidei iudicari non possunt illa quæ sunt aliarum scientiarum neq; regulari:quia alio mō cognoscunt̃ hæc & illa:Dicendū ꝙ hoc non impedit: quoniam sciētia superior principalis non iudicat neq; probat ea q̄ negātur in scīa inferiori,nisi secundū suū modum non secundum modum scientiæ inferioris:sicut primus Philosophus in prima philosophia reprobat errorem dicentem ꝙ ens est vnum per diuisionem vnius & entis,quæ pertinent ad considerationem metaphysici non naturalis.

Y Ad sextū. ¶Ad sextum : ꝙ huius scientiæ non est noscere illa quæ sunt aliarū scientiarum:quare neq; iudicare: Dicendū ad hoc : ꝙ sicut dupliciter est iudicare aliquid esse rectum:vno modo ex natura propria recti in se considerata,prospiciendo an medium exeat ab extremis:Alio mō ex applicatiōe ad regulam rectam,de qua non dubitatur ꝙ recta sit: Primum difficile multum est:& solum artificis in scientia speciali:Secundum vero facile & cuiuslibet qui valet aspicere regulam: Consimiliter iudicium quo ad veritatem & falsitatem eorum quæ tanguntur in scientia,dupliciter fit,quia veritas & falsitas eorum quæ tanguntur in scientia: aut redundant in prima principia scientiæ superioris vt appareant illis conuenire vel contrariari: aut non. Si primo modo,tunc scientia superior principalis habet iudicare quasi per regulam rectam primorum principiorum de eis quæ tractantur in scientia inferiori,vera approbādo tanq̄ suis principiis conuenientia , & falsa reprobando tanq̄ suis principiis repugnantia . Si secundo modo: tunc scientia propria solum habet iudicare quæ vera & quę falsa tanguntur in ea ex ꝓpria na-

tura rei.verbi gfa,Errorem qui dicit in naturali phia ꝙ ens est vnū & immobile:quia destruit subiectum scientię naturalis:quę supponit plura entia esse & mobilia:& ita redundat in primā philosophiam:a qua sumit hoc principiū:non habet scientia naturalis iudicare: neq; reprobare,sed prima philosophia.Est enī error in ipsis pricipiis. Errorem vero qui dicit,ꝙ in corporalib⁹ motu vno mouentur oia:nō habet metaphysicus reprobare:quia non ponit inconueniens apparenter redundans in sua pricipia:sed solum istum habet iudicare & improbare ex propriis principiis suis naturalis philosophia.Est enim error post principia scientiæ naturalis.Dicēdum igitur ad propositū,ꝙ ista scientia habet iudicare quasi ad regulam articulorū fidei vel primorū, vel posteriorum applicando quid verum & quid falsum in qualibet scientia,inquātum redundat in principia sua talia: dicendo esse verum quicquid eis conuenit,& falsum quicquid eis contrariatur: & approbare quæ vera sunt: & reprobare falsa quātum possibile est ex suis principiis talibus. licet capere talem probationem non posset animalis homo:solum innitens naturali rationi. Quid autem sit verum & quid falsum in aliis scientiis,si tamen non redundat in articulos fidei per conuenientiam aut repugnantiā,non habet ista sciētia iudicare omnino,neq; quo ad hoc alias scientias regulare: quia non est eius propria cuiuslibet scientiæ considerare.Siue enim quis dicat in geometria ꝙ anguli trianguli sunt æquales duobus rectis,siue ꝙ tribus:nihil ad articulos fidei.& ideo circa iudicium taliū esse sollicitum,nihil pertinet ad theologum:sicut etiā neq; ad metaphysicū.quia non redūdat hoc apparenter in cōtrarietatem principiorū metaphysicę.Nihilominus tamen est scientia principalis ad oēs philosophicas. Similiter ergo & theologia sciētia est principalis & iudex respectu aliarū: licet de propriis scientiarum conclusionibus nihil consideret: nisi inquātū in sua principia redundant,vt dictum est. Z

Irca septimū arguitur,ꝙ theologia non sit prima scientiarū.Primo sic.per alias scientias discūrur quæ intelliguntur:per istam quæ creduntur.Sed ante credere oportet intelligere.secūdum ꝙ dicit Glos.super illud Ps.Da mihi intellectum. ergo alię scientię pręcedunt istam. ¶Secundo sic.prius est via q̄ terminus vię. Alię scientię sunt vię per quas transire debemus ad istam,vt ad finem earum. sicut infra dicetur.ergo &c. ¶Contra.scientia prior est quæ de subiecto priori est.Scientię enim ordinantur secundū ordinem scibilium.secūdm Philosophū.vi.Metaphysicæ. Sciētia ista est de priori subiecto,quia de primo pricipio qđ est deus.Alię autem oēs de aliquo post ipsum vt de cōmuni intētione entis,sicut est Metaphysica,vel aliqua parte ei⁹ in creaturis.ergo &c. ¶Dicēdū ad hoc:ꝙ multi sunt modi prioris & posterioris.secūdm Philosophū in li.prædicamētorū.&.v. Metaphysicę.inter quos.iiii.ad pręsens sufficiunt.Quorū primus est tempore & antiquitate.sicut bella Troię fuerunt ante bella Medię,& puer ante virum. Secūdus originis.secūdm ꝙ vox prior est cantu.Tertius est prius dignitate.secundū ꝙ dñs est ante seruum.Quartus est prius per scientiā & ordinem doctrinę.sicut elementa sunt priora sententiis. Loquendo de prioritate antiq̄tatis siue temporis ista scientia prior est omnibus aliis,quia ab exordio generis humani incepit.dicente August.xvi.de ciui.dei,in principio.Christi prędicatio ab initio generis humani.nō sic autē alię scientię:vt philosophicę.quæ primo repertę sunt circa ægyptū : vbi gens sacerdotū studere cōcessa est. sicut dicit Philosophus.i.Metaphysicę. Aegyptiis enim Isis,quę tēpore Isaac fuisse perhibetur,primo literas dedit.vt dicit August.viii.de ciui.dei.c.iii.apud quos lōgo tēpore priusq̄ in Gręcia studiū floruit,scientia viguit philosophica. Vnde de iactātia ægyptiorū pręantiquitate sapientię eorum dicitur in primo Timei.vbi inducitur sacerdos quidam ægyptius sic Solonem sapientem græcorum alloquutus.O Solon græci pueri semp estis:nec quisq̄ a gręcia senex:rudi nouellaq; estis memoria:nec est vlla penes vos cana scientia:quę monumentorū publicorum priuatorumq; perseuerantiam nutrit : studioseq; tam nostrę nationis rerū gestarum memoria q̄ cæterarum gentium: quas fama nobis per cognitionē tradidit:descripta templorū continetur custodiis apud nos.Thales autē Milesius philosophantiū princeps,vt dicit Phs.i.Metaphysicę,tēpore Esaię prophetę fuisse perhibetur.vt dicit Augu.xviii.de ciui.dei.c.xxiiii.&.xv.qui vt dicit ibidē,fuit vnus.vii. sapiētū, qui tūc primo philosophati sunt in gręcia.qui tamē nihil in scriptis relinquerūt:nisi ꝙ Solon vn⁹ eorū quasdā leges Atheniensib⁹ dedisse phibetur.Post Thalē autē vt dicit Augu.ibidē.c.xxvii.in perscrutanda natura rerū Anaximander,Anaxagoras, & cęteri quos Philosophus cum dictis eorum recitat.i.Metaphysicę,successerūt vsq; ad tempora Italicorū Philosophorū.quorum prim⁹ erat Pythagoras:cuius tempore in gręcia floruit Socrates magister Platonis,qui in Chronicis post Esdrā fuisse reperitur.Nō ergo ante tempora prophetarū legitur aliquem philosophorum claruisse. Nihil igitur vt dicit August.ibidem,habent Philosophi vnde sapientiam suam iactent:quo religio-

A Quest.vii. Arg.i. 2 In oppositū. B Responsio.

ñe nostra vbi vera est sapiētia, videatur antiquior: nullaq; gens de antiquitate suę sapientię se vlla
vanitate iactauerit: quādo nec aegyptus inuenitur: quę solet falso & inaniter de suarum doctrina-
rum antiquitate gloriari: qualicūq; sapientia sua prophetarum nostrorum praeuenisse sapiētiam.
C ¶Loquendo autem de prioritate originis: ista scientia omnes alias praecedit: quia cum hoc ꝙ tem
pore omnes praeterit: omnes etiam ortū trahunt ab ea. secundū ꝙ dicit Cassiod. super Psal. Omnis
splendor rhetoricę eloquentię: oēs modi poeticę locutionis: quęlibet varietas decorę pronunciatio
nis, a diuinis scripturis sumpsit exordiū. Et secundū hoc ista sciētia dicit̄ prima tanq̄ primū princi
pium in genere scientiarū: a qua omnes alię emanant: & in quā omnes habent reduci. Loquēdo au
tem de prioritate dignitatis, ista prior est: quia omnibus dignior: & hoc omnibus modis dignita-
tis: qui in scientiis habent inueniri. vt sicut in deo qui est subiectū theologiae inuenitur quicqd est
nobilitatis & dignitatis in omnibus aliis rebus: sic in scientia de eo inuenitur quicquid est nobili-
tatis & dignitatis in qualibet alia scientia. Nobilitas enim & dignitas scientiae sequitur nobilita-
tem & dignitatem subiecti. vt habetur in principio de anima, & in vi. Metaphysicę. Est autem ista
scientia omnibus aliis dignior. Primo veritatis certitudine. Secūdo auctoritatis magnitudine. Ter
tio subiecti nobilitate. Quarto finis vtilitate. Quinto eloquii foecūditate. Sexto perfectiōis integri
D tate. De veritatis certitudine super alias habitū est supra. de qua etiā dicit August. lib. de pręd. gra
tiae. In sacrarum voluminibꝰ literarum lector inconcussa fide tenere debet nusq̄ deesse veritatem:
etsi pro magnitudine rei non facile intellectus occurrit. Idem de videndo deū. Neq; fieri vllo mo-
do potest: vt hęc sacrarum literarū auctoritas ex aliqua parte mentiat̄. Et ad Hierony. Tantūmo-
do scripturis canonicis hanc debeo seruitutem: quas solas ita sequar, vt conscriptores earum ni-
hil in eis omnino errare, nihil fallaciter posuisse nō dubitem. Si enim ad sacras scripturas admissa
fuerint vel officiosa mendacia: quae tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere
contētiosę falsitatis obtenebretur improbitas? Auctoritatis magnitudine dignior est ista sciētia cae
teris dupl̄r. Primo, ex magnitudine auctoritatis suę in se, ex efficientis testificatiōe. Scd̄o ex magni
tudine auctoritatis suę sup̄ alias, ex regiminis potestate. De secūda eiꝰ auctoritate habitū est supra
sufficiēter, loquēdo de eiꝰ vniuersalitate, subalternatiōe, & pricipalitate. De prima vero auctorita
te eius dicit Augu. xi. de ciui. dei. Hic (.s. dei filius) prius p̄ prophetas, deinde per seipsum, postea
per apostolos: quātum satis esse iudicauit loquutus, scripturam condidit. quae theologia nuncupa
tur eminentissimę auctoritatis. & ibidem in principio. Sacra scriptura non fortuitis motibus ani-
morum: sed plane summę dispositione prouidentię super omnes omnium gentium literas omnia
sibi genera humanorū ingeniorum diuina excedēs auctoritate subiecit. Hinc dicit in fine secundi
super Gene. Maior est huius sciētię auctoritas, q̄ omnis humani ingenii perspicacitas. & cōtra Ma-
nichęos. Quātum distat de Christi aduentu: inter praedicationē angelorum: & confusionē dęmo-
num: tantum est inter auctoritatem prophetarum: & curiositatem literarum secularium. & lib. ii.
de ordine. Auctoritas partim diuina est, partim humana: sed vera, summa, firma ea est: quae diui-
E na nominatur. humana autem auctoritas plerūq; fallit. De subiecti nobilitate dicit Auicen. primo
Metaphysicę suę. Sapientia illa est nobilior caeteris qua apprehenditur nobilius scitum. Nobilius
autem scitum deus est, & causę proximę post eum. De quibus principalissime inter omnes scien-
tias hęc sciētia determinat, vt habitū est supra, & infra dicetur. Vnde & causa subiecti sui dicitur
hęc scientia diuina, vt competēter conueniat ei illud Philosophi. Scientia nobilis debet esse nobilis
generis. Alię vero scientię sunt valde bonę: sed ista est melior omnibus scientiis. Bonorum enim &
honorabilium omnem scientiam opinantes, vt dicitur in principio de anima, aut propter certitu-
dinem, aut quia meliorum & mirabiliorum est, propter vtraq; hęc, hanc diuinā scientiam in pri-
mis ponamꝰ: & maxime ex hoc ꝙ de solo deo vt de subiecto cōsiderat. Qđ dico propter metaphy
sicam: quę de ente in cōmuni cōsiderat: cuius cognitio ex hoc vilior est: licet de deo sub ente con-
sideret. vt infra videbitur loquēdo de subiecto huius scientię. De finis vtilitate dicit August. ii. de
doctrina christiana. Quāto minor est auri &c. vt habitū est supra. Et ideo dicit̄ Prouerb. xix. Vbi
nō est scientia animę: non est bonū. & Sapiē. xiii. Vani sunt oēs hoīes: quibꝰ non subest sciētia dei.
De eloquii foecūditate dicit Greg. in prolog. moral. Sacra scriptura oēs scientias locutionis suę mo-
re transcēdit: quia in vno eodemq; sermone dum narrat textum, prodit mysterium. sicut mysteriis
prudentes exercet, sic plerunq; superficie simplices refouet. Habet in publico vnde paruulos nu-
triat: seruat in secreto vnde mentes sublimiū in admiratione suspendat. quasi quidam fluuius est
(vt ita dixerim) planus & altus: in quo & agnus ambulet & elephas natet. vt secūdum Augu. al-
titudine superbos irrideat: profunditate attentos terreat: veritate magnos pascat: affabilitate par-
uulos nutriat. De eius perfectione super alias, satis habitum est supra. Loquendo de prioritate ordi

ne doctrinę: non est prius nobis semper qđ est prius in natura: sed illud a quo est facilior doctrina. Quia igitur scientia ista de occultissimis est nobis: quia de eis quę soli deo cognita sunt, & omnem naturalem intellectum creaturę excedentia: ad quorū notitiam illa quæ sunt in aliis scientiis sunt manuducentia, vt infra dicetur: Ideo licet ista scientia sit prior aliis ex natura rei: tamen est posterior omnibus ordine doctrinæ: sicut metaphysica vltima est ordine doctrinę inter omnes scientias philosophicas, prior tamen natura, secundum ꝙ dicit Auicē. in primo metaphysicę. Ex merito huius scientiæ est vt ipsa sit excellentior super omnes alias: quantum vero ad nos, posterioratur post omnes alias. ¶ Per hæc patent rationes vtriusꝗ partis. Ad ratiões.

Circa octauū arguitur, ꝙ non ordinantur omnes alię scientię ad istam. Primo sic. illud qđ in seipso finem suum consequitur, ad aliud nō ordinatur: quia adepto fine quiescit vnūquodꝗ. scientię philosophicæ in seipsis finem suum consequūtur, scilicet cognitionē veritatis: quę naturali ratione ex creaturis potest acquiri. Vnde Philosophus posuit in ea humanā beatitudinem. ergo &c. ¶ Secundo sic. ad istam scientiā non ordinatur qđ fidem euacuat, sed solum id qđ eam corroborat. secūdum Augusti. xiiii. de tri. in principio. Sed aliæ scientiæ in eis quæ docent fidem euacuant: quia scientia habet claram notitiam in qua non est fidei obscuritas. ergo &c. ¶ Contra. in eis quæ ordinantur ad eundem finem: illa quę imperfecte consequūtur finem ordinantur ad illud qđ perfecte ipsum consequitur. vt vult Philosophus in principio Ethi. scientię omnes finem habēt dei cognitionē. Hic enī est finis philosophię scđm Auicē. primo metaphysicę. quē oēs alię sciētię imperfecte consequūtur: quia per creaturam solum. quæ vt dicit Hug. in prolog. super cęl. Hier. creatorem suum demonstrat. Sed est similitudo peregrina ad excellentem maiestatem. Ista autem scientia eum perfecte consequitur: quantum vita præsens patitur: quia de ipsa dicitur Ecclesiastici. vi. Cui cognita est: permanet vsꝗ ad conspectum dei. ergo &c.

F Quest. viii. Arg. i.

2

In oppositū.

G Responsio.

¶ Dicēdum ad hoc, ꝙ ordo doctrinæ ad doctrinā dupliciter attenditur: & ex parte nostra: & ex parte rei. Ex parte nostra, doctrina illa ordinaꝛ ad aliā: a qua nobis est facilior via deueniendi in notitiā alterius. Ex parte vero rei illa ordinaꝛ ad aliā: ꝗ attingit ipfecte qđ altera cōsequiꝛ pfecte. & vtroꝗ modo omnis alia sciētia ordinatur ad istā. Primo igiꝛ ex parte nostra oīs alia scientia ordinatur ad istam: quia per illas est nobis facilior via disciplinę deueniendi in cognitionē istius. Ordo enim disciplinę nostræ requirit vt ab imperfecto ad perfectius: & a nobis magis noto ad minus notum ascendamus: & ideo cū intētione vltima in scientia philosophica est cognitio dei altissimi: & cognitio angelicorum spirituum & ordinum suorum. vt dicit Auicē. primo metaphysicę. & in eodem consistit tota intentio theologica. sicut patet. Omnes autem aliæ scientiæ docent nos deuenire in cognitionem dei: & rerum spiritualium diuinarum imperfectam, scilicet quo ad cōmunia scibilia de ipsis: quæ facultatem humanę rationis non excedunt: & illa docent per nobis magis nota, vt per creaturas, in quibus elucescunt sicut causæ in effectu. Ista vero scientia docet de eisdem propria scibilia pertinentia: quæ sibi soli naturaliter de se sunt cognita: quæ facultatem naturalis rationis excedunt: & docet illa modo nobis minime noto cognoscere, scilicet via fidei. Idcirco omnes alię scientiæ quātum est ex parte nostra ad istam ordinātur. Vnde & Philosophi scientiam illam in qua ponebant dei cognitionem & inuisibilium, vltimā ordinabant adipiscendam: & ad illam omnem aliam dirigebant. Et ideo de illa scientia vltima dicit Auicen. ꝙ ipsa est excellentior super omnes scientias. quantum vero ad nos posterioratur post omnes scientias: quia propter debilitatem animarum nostrarum non possumus procedere per viam quæ est progressus ex principiis ad sequentia: & ex causa ad causatum. Vnde de ordine huius scientiæ ad alias dicit Hug. in prolog. cęl. Hierar. Philosophia tres partes continet, Logicam, Ethicam, Theoricā. Theoricę autem sunt tres partes, Mathematica, Physica, Theologia. quarum mathematica speculatur visibilium rerum visibiles formas. Physica vero visibilium rerum inuisibiles causas. Theologia vero inuisibiles substantias: & inuisibilium substantiarum inuisibiles naturas. Et est in his quasi progressio quędam & profectus mentis ad cognoscendum verum. Per visibiles enim visibilium formas peruenitur ad inuisibiles visibilium causas: & per inuisibiles visibilium causas ascenditur ad inuisibiles substantias: & earum cognoscendas naturas. hæc autem philosophiæ summa est: & veritatis perfectio: qua nihil altius esse potest animo contēplanti. Secundo vero ex parte rei omnis alia scientia ad istā ordinatur: sicut nō principales ad principalē. Sed alia ratione practicę, alia vero speculatiuę: inquātum vt dictū est supra, alia ratione est principalis ad practicas: alia vero ad speculatiuas Practicę quidem omnes ordinantur ad istam ex eo ꝙ principalis est ad illas: quia scilicet cōsiderat

H

& intendit finem vltimum ad quem realiter ordinantur proprii fines omnium scientiarum pra-
I cticarum:qui sunt imperfecti in se, & non perficiuntur nisi reductione ad finem vltimum.In pra-
cticis autem scientiis est ordo secundum ordinem finium,vt sicut scientia est sub scientia:cuius fi-
nis est sub fine alterius,sic illa scientia ordinatur ad aliam cuius finis ordinatur ad finem alterius.
Cum igitur fines omniũ scientiarum practicarum ordinẽtur in finem huius scientię,in quo per-
ficiuntur cum in se sint imperfecti:necessario etiam omnes practicæ scientię ordinantur ad istam,
vt in qua perficiuntur: quia finem vltimũ per ipsam perfecte consequũtur,in præsenti per gratiã
in futuro per gloriam:cum in se sint imperfectæ:quia imperfectę per proprios fines illum finem vl-
timũ assequũtur.Propter qđ Salomon postq̃ petiuit a domino assistricem sapientiam ad intellectũ
iudicii & legum : & considerasset insufficientiam & imperfectionem in omnibus aliis scientiis re-
spectu istius,dixit.Si quis erit consummatus inter filios hominũ,si ab illo fugerit sapientia tua in
nihilum computabitur.vt dicitur Sapientię.ix.Reuera in nihilum computandus est homo sciens
omnẽ aliam scientiam,istam vero ignorans.Propter qđ dicitur in eodẽ.xiii.Vani sunt omnes ho-
mines quibus non subest scientia dei.& Prouerb.xix. Vbi non est scientia dei non est bonum.Pro-
pter qđ dicit Augustinus.v.confes.Infelix enim homo ille qui scit omnia illa:te autem nescit.Bea-
tus autem qui te scit etiam si illa nescit.Qui vero te & illa nouit:non propter illa beatior:sed pro
K pter te solũ beat⁹.Similiter sciẽtię speculatiuę ordinãtur ad istã eo q̃ principalis est ad illas:qa.s.cõ-
siderat prima principia altissima,sub quibus omnia alia continẽtur quæ considerãtur in aliis sciẽ-
tiis:quæ perfectam notitiam non habent in sua veritate : nisi inquantum ordinantur in principia
prima simpliciter.Cõclusiones eñ scientię in fine non cognoscunt̃ perfecte per pricipia illius scien-
tię:non enim illa principia perfecte cognoscunt̃ nisi reducantur in principia superioris scientiæ:&
sic per ordinẽ vsq; ad principia prima primæ scientiæ & supremę. Propter qđ dicit Auer. sup.vii.
Metaphysicę, q̃ impossibile est cognoscere quiditatem scientiæ sensibilis si non cognoscatur causa
prima omniũ . Nunc autem ita est in scientiis speculatiuis: q̃ ordo est in ipsis scientiis secundum
ordinem principiorũ,vt sicut principia sunt sub principiis:& scientia sub scientia. vt sic illa scien-
tia ordinetur ad aliam : cuius principia ordinantur ad principia alterius . Cum igitur principia
omnium scientiarum speculatiuarum ordinãtur ad principia huius scientię:quia sunt prima & al-
tissima,vt habitum est supra : in quibus perficiunt̃ in veritate & cognitione,necessario etiam oẽs
scientię speculatiuę ordinantur ad istam, vt in qua omnes perfectionem notitię veritatis consequũ-
tur.& ideo dictum est supra: q̃ huius scientiæ est omnes alias iudicare approbando bene dicta:&
reprobando errata.

L ¶Ad primum in oppositum,q̃ alię scientię in se finem habẽt suum:Dicendum q̃
Ad pri.pri. verum est:ad quem naturalis intellectus per se potest attingere. Secundum q̃ dicit Glos.super il-
lud Ro.i.Inuisibilia dei.Quãtũ tamẽ ad finẽ cognitionis:quẽ intellect⁹ human⁹ dono alterius ad-
iutus potest suscipere:non habẽt alię scientię in se finem suum.Quare cum omnis scientia ordina
tur ad perfectionem vltimam intellectus:& illa quãtum est possibile homini in vita ista est ex hac
M scientia:ideo omnes manuducendo ordinantur ad istam.¶Ad secũdum q̃ alię scientię fidem eua
Ad secũdũ. cuant:Dicendum q̃ non est verum in eis quę sunt per se credibilia:quoniã aliæ scientię nullo mo
do ea intelligere faciunt.In eis autem quę nõ sunt per se & pura credibilia,si aliqua sunt scibilia ex
scientiis philosophicis:& cum hoc alias credibilia:nõ tamẽ scientiæ philosophicę tam clara notitia
faciunt ipsa scire : quin quo ad hoc q̃ expectantur sciri clariori notitia,adhuc maneant credibilia.
Vnde & sic euacuare fidem vt perficiatur quantum possibile est in vita ista per intellectũ,summe
vtile est.euacuare autem fidem vt cõtraria fidei sentiamus,illud omnino perniciosum est.

N Irca nonũ arguit̃,q̃ ista scientia nõ debet exquisita in aliis sciẽtiis supponere:&
Quęst.ix. in vsum suum assumere.Primo sic.sciẽtia quę habet alias regulare,nihil sumit
Argu.i. probatum ab illis.sed magis ecõuerso.Scientia ista est huiusmodi vt habitũ est
2 supra.ergo &c. ¶Secũdo sic.pfectũ nullo indiget:qa oĩs indigẽtia est ratiõe im
3 perfectionis.Scientia ista perfectissima est,vt habitum est supra.ergo &c.¶Ter
tio sic.super illud.i.Corinth.i.Perdam sapientiã.dicit Glos.Quia prędixerat q̃
eã non reciperet in prędicatione euãgelica.Tota ista scientia est principaliter prędicatio euãgelica.
In oppositũ. ergo in ea nõ debet recipi secularis sapiẽtia.¶Contra est qđ Decret.dist.37.legit̃. Dñs præcepit filiis
Israel,vt expoliarẽt ægyptios:moraliter instruẽs,vt siue aurũ sapiẽtię siue argentũ eloquẽtię apud
O poetas iuenim⁹,in vsũ salutiferę eruditiõis vertam⁹.Salutifera eruditio sola est ista sciẽtia.ergo &c.
Responsio. ¶Dicendum ad hoc,q̃ ita est in omnibus scientiis ordinatis ad vnã tanq̃ ad prin

cipalem: ad cuius finem in practicis, vel principia in speculatiuis, principia & fines aliarum ordinantur, q licet illi scientię principali assumere & in vsum suũ cõuertere quicqd sibi vtile in aliis scientiis sibi subiectis inuenerit: quia propter ipsam & eius finem & principia tractatur principaliter quicquid in illis tractatur. vnde & principalis scientia quae circa superiora occupatur, scientiis inferiorib9 dat sua subiecta particularia pertractãda, vt considerent illa quę circa ipsa sunt consideranda, vt ex eis in vsum sibi assumat: quę sibi sunt vtilia. secũdum q hęc patent in prima philosophia respectu aliarum scientiarum philosophicarum: & in scientia ciuili respectu aliarum scientiarum practicarum. Quare cum vt determinatum est supra: hęc scientia principalis est omni modo principalitatis sup omnes scientias: ideo eius est ab eis bene considerata in suum vsum assumere: & in principia sua reducere: & ad suum finem ordinare: qui est finis vltimus & felicitas humanae vitae: ad quem ista scientia immediate ordinatur & nulla alia nisi mediate ista: sed omnis alia per istam. Et ideo dicit Auicẽ. i. Metaphysicę, q omnes scientię cõmunicant in vna vtilitate: quae est acquisitio perfectionis humanae animae in effectu, praeparantis eam ad futuram beatitudinem. Cum autem inquiritur in principiis scientiarum: non est intentio earum perducendi ad hoc: sed iuuandi seinuicem ad hoc vt vtilitas proueniat, postq̃ certificatur scientia alia ab alia. Reuera postq̃ haec scientia certificatur per alias in eis quae sunt quęsita in illis & quae assumit in vsum suum ab eis, ducit omnes in finem humanę vitę: ad quẽ nulla aliarum per se & immediate potest attingere & ideo omnes vanę sunt: & vanos homines faciunt: nisi quatenus assumũtur in vsum huius scientiae. Ad hãc enim deus omnes alias licet per ignorãtes ordinauit. secũdum q dicit Hug. super prolog. cęl. Hier. Legimus artes & studia, disciplinas & rationum praecepta plurima quae illi suo sensu & ingenio scrutati sunt: & inuenerunt & conscripserunt: inuenta & legenda posteris tradiderunt. Logicam, Ethicam, Physicã, & Mathematicã, de forma vitae & morum de dispositione & ordinatione & causis & prouentibus rerum omniũ: & inualuerunt in parte ista vt verum apprehenderent: quoniã & hęc veritas per eos ministranda erat: qui nõ erãt ad vitam: data est illis propter nos quibus consummatio seruabat, & inchoatio parabatur: vt inuenirent veritatẽ illam quã oportuit suscipere filios vitae ad obsequiũ summę veritatis: cuius labor phis appositus est: his vero fructus seruatus. Propter qđ dicit Augu. ii. de doctrina christia. Philosophi siqua forte vera dixerunt non solum formidanda non sunt, sed ab illis tanq̃ ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. quę ab eis auferre debet christianus ad vsum iustum prędicãdi euãgelium, qđ multi fideles nostri fecerũt: vt martyr Cyprianus, Victorinus, Hilarius: & vt de nr̃is taceam: innumerabiles gręci, qđ etiã fecit Aposto. Actuum. xvii. dicẽs enim de deo. Quoniã in ipso viuimus: mouemur & sumus. sumit confirmationẽ a poeta qui dixit. Ipsius eñ & gen9 sumus. Hinc etiã dicit Hierony. in epistola ad Optatum. Doctores antiqui intãtum philosophorum doctrinis atq sententiis suos repleuere libros vt nescias quid in illis admirari debeas: eruditionem styli an scientiam scripturarum. ¶ Sed intelligendum q assumere philosophica: & miscere inter sacra scripta potest homo dupliciter. Vno modo anteq̃ plene instructus sit in hac scriptura, volens per vera dicta a philosophis interpretari veritates sacrae scripturae. Alio modo veritate sacrae scripturae prius perfecte ptractata & intellecta, deĩde illa tãq̃ vtilia & declaratoria adducere. Primũ nõ licet oĩno. Scdm̃ vtile est valde. Vnde Clemẽs papa. dist. 37. Quidã ingeniosi hoĩes sanis doctrinis aduersant: vt pur eis videt: nõ secũdũ traditiones patrũ: sed secũdum suũ sensum docere videant: & ex his q̃ legunt in aliis sciẽtiis verisimilitudines capiũt, volẽtes statim p simile i aliis iudicare. Sed diligenter obseruãdum est vt lex dei cum legitur: non secundum propriã ingenii virtutem aut intelligentiã legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis: quae possunt trahi ad eũ sensum: quẽ sibi vnusquisq sponte praesupponit: sed non oportet. Non enim sensum alienum extrinsecus debem9 quęrere, sed quoquo modo ex scripturis ipsis sensum capere veritatis oportet. & ideo oportet ab eo scientiã addiscere literarũ: qui eã a maioribus suis secundũ veritatẽ sibi traditã seruat, vt ipse possit eam quã recte suscepit cõpetenter asserere. Cum vero ex diuinis scripturis integram quisq̃ & firmã regulã veritatis susceperit, absurdum nõ erit, si aliquid etiã ex eruditione communi ac liberalibus studiis quae forte in pueritia attigit, ad sermonem veri dogmatis conferat. Ita tamen: vt vbi vera didicerit falsa & simulata declinet. Hic tamẽ oportet distinguere: quia aliena apponere dictis sacrę scripturae potest aliquis, vel voluntarie & ex affectu hoc desiderante, vel necessario & ex vtilitate ad hoc compellente. Primo modo adhuc non licet: quia vanitas est & ostentatio. Secundo modo licet solummodo. secundum q dicit Hierony. super epistolã ad Titũ. Siquando cogimur literarũ secularium recordari: & aliqua de his dicere quę olim omisimus: non est nostrae voluntatis, sed (vt ita dicam) grauissimę necessitatis. ¶ Et nota q sunt. iiii. vtilitates prouenientes

P Q R

facrę fcripturæ ex hoc ꝙ fcripta aliena dictis eius cōmifceantur, propter quę licet ea affumere. Prima, vt veritas facrę fcripturę teftimoniis aduerfariorum congruere appareat. fecundū ꝙ idem immediate poft prędictum verbum fuper epiftolā ad Titum, adiungit. d. Vt probemus ea quę a fanctis prophetis ante fecula multa prędicta funt: tam grecorum ꝗ latinorum & aliarum gentiū literis contineri. Cui attestatur Chryfofto. cum dicit fuper illud Matthęi. ii. Vidimus ftellam eius in oriente. Ad maiorē (inquit) dei gloriam pertinet: fi virtus etiam inimicorum teftimonio panderetur: etiam fi ipfi quoqꝫ gentilitatis magiftri confonam proferrent veri dei potentiā. Secūda, vt philofophicis dictis imbuti facilius ad veritatem fidei vocentur. fecundū ꝙ dicit Chryfofto. ibidem de vocatione magorū per ftellam in typum vocationis gentium ad fidem. Per ea (inquit) illos vocat: quæ familiaria eis confuerudo faciebat: quia enim vnufquifqꝫ confuerudinis fuæ amicitia ligatur, miffi ad totius orbis falutem magiftri de ipforum cuiuflibet more gentis modos fibi affumunt docendi. ficut Paulus gentibus fcribebat in medium teftimoniū proferēs poetæ: ficut patet Actuū. xvii. Iudæis adhuc fub lege viuentibus de facrificiis pofuit initium doctrinę. ficut patet in epiftola ad Hebrę. Tertia, vt veritas facræ fcripturę per illa appofita clarius exponatur. fcd̄m ꝙ dicitur ex fynodo Eugenii papę dift. xxxvii. c. De quibufdam. Diligētia adhibeať vt magiftri & doctores inftituantur: qui ftudia literarum liberaliumqꝫ artium dogmata affidue doceant: quia in his maxime manifeftantur & declaranť mandata. & Glof. interlinea. fuper illud Leui. ii. Primitias tantū. Difce artes, vt p eas diuina fcriptura quafi inftrumēto procreetur. Quarta, vt per vera quę ex illis literis affumuntur, falfa ibidem contenta euidentius improbentur. fecūdum ꝙ dicit Auguftin⁹ contra Manichęos. Si quid veri de deo Sibylla vel Orpheus, aliive gentilium vates, aut Philofophi prædicaffe perhibentur, valet quidem ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad auctoritatem complectendam.

S

Ad pri. pri. ¶ Ad primum in oppofitum, ꝙ ifta fcientia habet alias regulare: Dicendum ꝙ verum eft: & ideo nihil eorum per quæ habet eas regulare, affumit ab aliis fcientiis: cuiufmodi funt illa quæ pertinēt ad integritatem fuam: fed magis econuerfo. vt dictum eft fupra. Sed ex his quæ pertinent ad integritatem aliarum fcientiarum: & quæ in eis funt declarata, bene poteft ficut debet fciētia regulās affumere. vt fimiliter dictū eft fupra.

Ad fecūdū. ¶ Per hoc patet ad fecūdū. Ifta enim fcientia tanꝗ perfecta: non indiget eis quæ affumit ex aliis fcientiis, ad fuam integritatem & neceffitatem: poteft tamē eis egere ad fuam vtilitatē. fecundū ꝙ felix eget diuitiis, amicis, & bonis talibus, qđ prouenit ei ex pricipalitate fuper alias. Sunt enim aliæ fcientię vtiles ad iftam: ficut feruus eft vtilis dn̄o fuo. Ipfa autem eft ita alta: ꝙ ipfa non dignatur effe vtilis aliis fcientiis: nifi extendendo nomen vtilitatis. fecundū ꝙ dominus dicitur effe vtilis feruo: inquātum ab ipfo feruus fumit omnia neceffaria fibi. fecundū ꝙ talia dicit Auicē. de philofophia prima refpectu aliarū fcientiarū in primo metaphyficę fuę.

T

Ad tertium ¶ Ad tertium ꝙ dominus prędixerat: ꝙ humanā fapientiam non reciperet in prędicatione euangelica: Dicēdum ꝙ verum eft: quo ad id ꝙ erat humana. Hoc enim erat quo ad id ꝙ infirmitatem in fe quandoqꝫ habebat. in eo enim ꝙ continet veritatem, diuina magis eft. vnde dicit ibi alia Glof. Perdam. i. irritā faciā. Sapientiā fapientum. nō vtiqꝫ meā in eis perdam: fed illam quæ eorum. Non enim vera fapientia & vera prudentia perditur a domino, fed falfi nominis fcientia quā fibi thefaurizat lingua mendacii. Dicendum etiam eft illud verum: ꝙ humanam fapientiam etiā quo ad veritatem quā continet, non reciperet in prædicatione euangelica. In fapientia fcilicet mundana principaliter mundū cōuertendo. fecūdū ꝙ dicit Apoft. i. Corin. ii. Sermo meus & prędicatio mea non in perfuafibilibus humanæ fapientię verbis: fed in oftenfione fpiritus & virtutis: vt fides noftra non fit in fapientia hominum: fed in virtute dei. Glof. Vt fides non attribuatur homini: fed deo. Vnde & propter eādem caufam in prima prædicatione euangelii nō mifit fapientes: fed fimplices. vt infra dicetur. Propter vtilitatem tamen vt dictum eft, bene licet ea quę funt humanę fapientiæ in prędicatione euangelii affumere. Vnde Exod. v. fuper illud. Vt eamus viam trium dierum in deferto. dicit Glof. Horum trium dierū iter proficifcimur, fi rationalem, moralem, naturalē fapientiā de rebus mūdialibus auferentes ad inftitura diuina cōuertimus.

A

Queft. x.

Argu. i.

Irca decimū arguitur, ꝙ alię fcientiæ non funt addifcendę nifi in vfum huius fcientiæ. Primo fic. Abufus eft quando vtile affumitur non ordinando ipfum in finem ad quē eft. Vtile enim nihil dicitur nifi in ordinatione ad fuum finē. Alię autē fcientię non funt homini conceffę: nifi quantū vtiles ad iftam, vt iam dictum eft. ergo &c.

2 ¶ Secundo fic. Scientia quę de fe non valet ad falutem: fed mittit in errorem nifi in melioris fcietię vfum affumatur: non eft addifcenda

nisi in vsum melioris scientię: quia se mittere in errorem illicitum est: omnes scientię alię sunt huiusmodi: in errores enim mittunt de se, vt dictum est supra. secdm Ambro. De ordine vero earum in vsum meliorem dicit Hierony. super epistolam ad Titum. Alia (inquit) scientia non est scientia pietatis. Proficere autem potest ad vitam, dum fuerit in meliores vsus assumpta. qui secundum ipsum non est nisi vsus huius scientię, ergo &c. ¶ In oppositum arguitur sic. Qd bonum est ex se: per se sumptum eligendū, etiam si eligibile sit propter aliud, vt virtutes. veritas scientiarum philosophicarum est huiusmodi, ergo &c. In oppositū.

¶ Dicendum ad hoc q̄ omnis humana scientia vitæ huius ordinatur ad finē humanæ vitæ, quæ est aperta dei visio in futuro: & ideo cum nulla aliarum vnq̄ finem illum in se includat: necessarium est q̄ quælibet illarum ordinetur ad aliquē finem alium a se: mediante quo ordinatur ad illum finem vltimum: ita q̄ non nisi in ordine ad illum finem ad quem immediate ordinatur: debeat addisci: aliter enim frustra addisceretur: & in vanum. Aliarum autem scientiarum quædam ordinantur immediate ad aliquem finem alium sibi proprium: præterq̄ sit ipsum scire per ipsas. Secundum q̄ in Mechanicis carpentaria ordinatur ad arcam, aut scānum, quę fiunt per ipsam. In liberalibus vero: medicina ordinatur ad humani corporis sanitatem, ciuilis vero ad pacem ciuitatis. De istis bene verum est, q̄ addisci bene possunt non in vsum huius scientiæ: quia mediante suo proprio fine vtiliter ordinatur quælibet earum ad finem communem humanę vitę. Alię vero sunt quę non ordinantur ad aliquem alium finem operatum per ipsas sibi proprium, præterq̄ ad ipsum scire quod acquiritur per eas. vt sunt scientię philosophicę, maxime pure speculatiuę, de quibus dicit Philosophus primo Metaphysicæ, q̄ inuentę sunt non propter aliquam inuentorum vtilitatem, aut necessitatem, sed suiipsius gratia: & eius quod est scire. Sed quia quantūcunq; sunt suiipsius gratia & ei⁹ qd est scire, vanę tamē essent omnes nisi ad aliquid aliud ordinarentur: & per illud ad finem vltimū humanę vitę: quæ est visio dei: cum de se illum non includant: licet Philosophus in speculatiōe per scientias speculatiuas finem humanę vitæ posuit: & male: Scire igitur in istis scientiis cum non ordinetur ad aliquid operari per ipsas: necessario ordinatur ad aliud scire superioris scientię: & per illam ad finem vltimū vitę humanæ: propter quem solūmodo sunt addiscēdę. Sūt eñ addiscendę, quaten⁹ ex cognitis p ipsas ratio nostra progredi possit a visibilibus ad inuisibilia: & a temporalibus ad ęterna. Non enim vt ait August. de vera relig. frustra & inaniter intueri oportet pulchritudinē cæli: & ordinem syderum: candorem lucis: dierum ac noctiū vicissitudines, lunę menstrua, curricula anni, vim seminū, species munerosq; gignētium, & omnia in suo genere modum naturāq; seruantia. In quorū consideratiōe nō vana & peritura curiositas, sed gradus ad immortalia & semper permanētia faciendus. Hoc autem non potest esse nisi mediante superiori scientia: quæ immediate ad illa pertingit. Illa autem scientia vlterior non potest esse nisi ista, quæ immediate attingit finem vltimū: in cuius vsum ordinantur aliæ. De scientiis igitur philosophicis pure speculatiuis absolute dicēdum, q̄ non licet eas addiscere: nisi in vsum huius scientiæ. Nisi forte quis aliquam illarum scientiarum discat vt melius disponatur ad discendum quædam alia. veluti logicam & naturalem philosophiam: vt magis proficiat in medicina. Qui enim philosophicas scientias discūt finem statuendo in ipsis propter scire naturas rerum: non in ordine ad vsum istius scientiæ, vel per se, vel per alios, quos forte docet philosophia vt promoueantur ad theologiam: isti sunt qui ambulant in vanitate sensus sui: qui secūdum apostolum, Veritatem dei in iniustitia detinent. Deus enim veritatē illarum scientiarū propter vsum huius scientię ab illis vanis hominibus inuestigari permisit. vt dictum est in quęstione præcedenti. ¶ Per hęc patent obiecta. Alię enim scientię quæ fines proprios non habent, re vera nō sunt homini concessæ nisi propter istam: & ideo vanum est eas discere nisi in vsum istius, nec licet. quia vt dicitur in secundo argumento, qui philosophicis diligit insistere propter se: non potest, vel vix potest errores euadere verę fidei contrarios. Scientiæ vero quæ habent proprios fines: bene sunt homini concessę aliter q̄ ad vsum istius: & licet eas addiscere sine periculo erroris. B Responsio.

¶ Quod arguitur in oppositum, q̄ bonum per se eligendum: Dicēdum q̄ per se dicitur aliquid eligendum finaliter, vel formaliter. Per se formaliter omnis scientia & virtus est eligēda: non autē finaliter. de quo est hic sermo. secundū q̄ de hoc habitū est supra in quęstione An studendum est scientię propter se. Vnde in scientiis liberalibus stare propter delectationem illius scire quod in eis inuenitur: non ordinando scire acquisitum ex illis ad aliam vtilitatem: & maxime in vsum huius scientię, omnino illicitum est. C Ad argu. in oppositum.

D
Quest.xi.
Arg.i.

Irca vndecimũ arguitur,ꝙ ista scientia in vsum suum habet assumere quęcunqꝫ in aliis scientiis sunt inuestigata.Primo sic. Veritas vbicunqꝫ inuenitur,dei est & a spũ sancto. vt dictũ est supra. Sed omnia quę dei sunt, in vsum scientię huius licet assumere:q2 est sciẽtia diuina.ergo &c.

2 ¶Secũdo sic.Ecclíastici.xlii.scribit in persona fidelis deum glorificantis in creaturis. Memor ero operũ domini:& quę vidi annũciabo in sermonibus dñi.illi sunt sermones hui⁹ sciẽtię.ergo &c.

In oppositũ. ¶Contrariũ est illud qd̃ dicit Ambro.in Hexame.De numero caelorũ ordine & motu & cęterorũ huiusmodi quę aliena sunt a studio nostro & diuinę lectiõis serie: his qui foris sunt re linquamus.hoc non esset faciendũ:si in vsum huius scientię illa essent assumenda.ergo &c.

2 ¶Item August.ix.de tri.in principio dicit.Non quicqd ab homine sciri potest in reb⁹ humanis,huic sciẽtię tribuendum.sed totũ esset ei tribuendũ:si in vsum eius esset assumendũ.ergo &c.

E
Responsio. ¶Dicendum ad hoc,ꝙ sic est in omnibus quae velut vtilia sunt ordinata in aliquẽ finem:ꝙ a fine debent determinari:vt inquantũ ad finẽ vtilia sunt assumantur in eius ꝓsecutione alias autẽ nõ:quia in vanum alias assumerẽtur.Quare cum vt determinatũ est supra,ea quę sunt aliarum scientiarũ sunt assumenda ad istam tanq̃ vtilia: quęcunqꝫ ergo vera in aliis scientiis inueniantur,si cognoscantur esse vtilia huic scientiae,secure ab hac scientia sunt assumenda:& alia nõ. Et ideo dictũ est supra,ꝙ nõ volũtate affectãte: sed necessitate cõpellente assumãt. Quęcunqꝫ igit̃ vera sunt in aliis scientiis:& cognoscibilia in vniuersis creaturis:ad hanc sciẽtiam assumi possunt. sed assumi non debent nisi in gloriam dei,inquãtum fructũ aliquẽ faciunt huic scientię:& in proximi profectũ: inquantũ aliquem quãdoqꝫ facilius dicta secularium scientiarũ ad spiritualem vitã ducũt,q̃ huius sacrae scripturę.secundũ ꝙ de primo dicit̃ Ecclíastici.xlii.in persona doctoris fidelis sacrę scripturę.Memor ero operum dñi &c.Memor ero.ex aliis scientiis in quib⁹ perscrutãtur specialiter.Operũ dñi.Glos.Quę ipse dixit & facta sunt.Quęcunqꝫ vidi.i.in aliis scientiis didici.In sermonib⁹ dñi.i.sermonib⁹ hui⁹ sacrę scripturę:q sunt sermones dñi.Memor ero illorũ operũ.Et quare hoc faciendũ,sequit̃ post aliqua interposita.Et gloria dñi plenũ est opus eius.i.materia glorificãdi deũ est in omni opere ei⁹.ꝓpter qd̃ debẽt assumi in sermonib⁹ eius.& hoc est qd̃ sequit̃.Nõne dñs &c.

F De scđo vero dicit Orig.in Homil.Quomodo Abrahã Cethurã accepit in vxorẽ.Sane(inqt) pręter hoc qd̃ ex lege dei edocemur,si etiã ex his eruditiõib⁹q̃ extrinsecus videnť esse i seculo:aliqs cõtigim⁹:verbi causa,vt est eruditio literarũ artis grãmaticę,vt est geometrica doctrina,vel ratio numerorũ,vel etiã dialectica disciplina:& haec omnia extrinsecus quaesita ad nostra instituta ꝓducimus:tunc videbimur ex alienigenis in matrimoniũ sumpsisse,vel etiã concubinas:& si de huiusmodi coniugiis disputando disserendo cõtradicentes redarguendo conuertere aliquos poterimus ad fidem:& suis eorum rationibus & artibus superantes veram philosophiam Christi & verã pietatem dei suscipere suaserimus: tunc ex dialectica & rhetorica videbimur quasi ex alienigena quadam,vel concubina filios genuisse.

G
Ad pri.pri. ¶Ad primũ in oppositum de dicto Ambro. Dicẽdum ꝙ illud dixit Ambro. non quia talia nunq̃ sint assumẽda in vsum huius scripturę si opus fuerit: sed quia passim nõ sunt assumenda.& licet nulla passim sint assumenda,hoc tamẽ potius de talibus dicit: quia rarius habẽt vsum in hac scriptura q̃ alia. Vnde dicit ibidem. Quid mihi quęrere quę sit mẽsura circuitus terrę,quã geometrę aestimãt stadiorũ.clxxx.quã libẽter fateor me nescire,ꝙ scire nihil ꝓderit. Propter qd̃ dicit̃ in figura Leui.ii.Primitias tantũ eorum offeretis ac munera.Glos.interli.Elementa & oĩa quę philosophi repererunt,quae diuinis eloquiis necessaria sunt.& Glos.margi.Dicit̃ in canti. Mel & lac sub ligua tua.vt ostendat̃ paganorũ scientia & Iudaeorũ litera ecclesiasticę doctrinę subiecta esse.Horum non vult integrã doctrinam offerri: vnde ait Primitias tm̃ offeretis. Primitias enim illius sapientię offerimus:non totã:sicut Paulus ait ad Ephe. Sicut vester poeta dicit.Huius gen⁹ sumus.qd̃ enim inuenit cõgruum scientię dei:non respuit:non tamen vltra testimonia multiplicauit:quia placuit deo per stultitiã prędicationis saluos facere credẽtes.vt infra videbitur.

H
Ad secũdũ. ¶Ad secũdum de dictis August. Dicẽdum ꝙ aliqua attribuuntur huic scientiae tanq̃ ad integritatem eius pertinentia. hoc modo non omnia quae sciri possunt huic scientiae tribuenda sunt.Alia vero attribuuntur huic scientiae tanq̃ vtilia & proficua illis quae pertinent ad integritatem huius scientiae. Hoc modo omnia quae sunt scita in aliis scientiis bene possunt huic scientię attribui. Vnde sciendum ꝙ in humanis scientiis quaedam sunt noxia & falsa:quę in sermonibus huius scientiae nunq̃ debent assumi nisi vt improbentur.Quędam autem sunt vera: sed vana:quia nullũ vsum ad hãc scientiã habẽt:& ideo nunq̃ assumi debẽt. Alia vero sunt vera & huic sciẽtiae ꝓficua:& talia assu-

ni debet cum opus est. Horum trium distinctionem tangit Augustinus in suo dicto cum ait. Nõ quicquid sciri ab homine potest in rebus: vbi plurimum superuacuę vanitatis. ecce secundum. Et noxię curiositatis. ecce primũ. Huic scientię tribuendum: sed illud tantũmodo quo fides saluberrima, quę ad veram beatitudinem ducit: gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. ecce tertium. Sciẽdum tamen ꝙ non sunt aliqua ita vana, si tamen vera, si huic scientiæ sint proficua: quin ad hanc scientiam sint assumenda: quia tunc non sunt vana. nihil enim est in creaturis quin per similitudinem aliquam in diuinam cognitionem ducat. vt infra videbitur.

Irca. xii. arguitur ꝙ omnes alię scientiæ æqualem vsum habent ad istam. Primo sic. Hæc scientia alias assumit in vsum suum: inquantum in finem suum ordinantur. omnes æqualiter in finem eius ordinantur: quia vt in finem vltimum. ergo &c. ¶ Secundo sic. hæc scientia alias scientias assumit in vsum suum, ratione veritatum quas continent. sed æqualis est veritas omnium verorum: quia veritas est rectitudo quædam. ergo &c. ¶ Contra est secundum prædicta: quia non assumit illa quę sunt aliarum sciẽtiarum, nisi ad vsum suum sint vtilia. sed non sunt omnia ęqualiter vtilia ad hanc scientiam: vt determinat Augustinus secundo de doctri. christiana. ergo &c. Quęst. xii. Argu. i. 2 In oppositũ.

¶ Dicendum ad hoc ꝙ illa quę æqualem vsum habent ad aliquid: necesse est ꝙ ad illud se habeant eodem ordine secundum idem & eodem modo: quia in istis consistit comparationis æqualitas. Nunc autem comparando alias scientias ad istam secundum vsum suum: neq; eodem ordine, neq; secundum idem, neq; eodem modo se habent ad eam. Idcirco dicendum ꝙ non æqualem vsum habent aliæ scientiæ ad istam. Primo quidẽ non ordinantur aliæ scientiæ in vsum istius eodem ordine: quoniam quædam ordinantur ad istam mediatius: quædã immediatius. Cũ enim vt dicit Hug. in prolo. cę. Hierarchiæ, Phia oĩs in tres partes secatur: Prima est logica, sub qua comprehendit omnes scientias sermocinales: quæ non docent cognoscere res sed modos sciendi alia: de quibus dicit Philosophus: Quędam non volumus scire propter se: sed vt per hęc alia cognoscamus. & ideo sunt aliis priores: secundum ꝙ dicit Boethius. Necesse est prius ostendere qs modus sit possibilis ad veritatem propositam manifestandam. Secunda est ethica: quæ formã virtutum disponit: & est in secundo ordine: quia mentem habitibus virtutum ad percipiendum rerum veritates serenat. secundũ ꝙ dicit Aug. iiii. de ciui. dei. ca. iii. Socrates primo vniuersam philosophiam ad corrigendos, componendosq; mores flexisse memoratur: cum ante illum omnes magis physicis perscrutandis operam impendebant. Nolebat enim immundas terrenis occupationibus animas se in diuina conari: quæ non putabat nisi munda mente posse comprehendi: ideoq; primo purgãdæ vitæ censebat instandum: vt depressis libidinibus ornatus animus naturali vigore in æterna se extolleret. Tertia vero est Theorica: quæ sola verum in eo qđ est & non est scrutari elegit. Huius vt dicit Hug. tres sunt partes. Pria Metaphysica. Secũda physica. Tertia theologia in quibus contemplatio veritatis quibusdam quasi contemplationum gradibus ad summum cõscendit. Prima enim speculatur visibiles inuisibiliũ rerum formas. Secũda inuisibiles rerum visibilium causas. Tertia contemplatur inuisibiliũ substantiarum inuisibiles naturas. Et est in istis quasi progressio quædam & profectus mẽtis ad cognoscẽdũ verũ. per visibiles enim inuisibiliũ formas peruenitur ad inuisibiles visibilium causas: & per inuisibiles visibilium causas ascenditur ad inuisibilium substantiarum cognoscendũ naturas: vbi est summa veritatis perfectio: qua nihil alti9 esse potest animo contemplanti. Non ergo eodem ordine aliæ scientiæ vsum habent ad istam: sed quędam mediatius: quędam vero immediatius. Immediatius enim ad istam ordinantur scientię physicę. i. naturales cõmuniter dictę continentes sub se metaphysicam: post illas mathematicæ: & post mathematicas morales, & post morales sermocinales. Secũdo etiã modo non ordinantur aliæ scientiæ in vsum istius ęque principaliter. s. secundum idem. Cum enim vt dicit August. iiii. de ci. dei. cap. iiii. studium sapientiæ in actione & contemplatione versatur: & actio consistit in amore boni, & contemplatio in speculatione veri: ad partem theologię, quę in actione cõsistit, plus valet moralis philosophia: ad partem vero eius quæ in contemplatione cõsistit, plus valet tota phia residua Tertio similiter mõ non ordinanť omnes scientiæ in vsum huius scientiæ eodem modo. Cum eñ ad pfectũ modũ tractandi sacram scripturã duo sunt necessaria. s. modus inueniendi quæ intelligẽda sunt: & modus proferendi quæ sunt intellecta: vt dicit Aug. i. de doct. christiana quãtũ ad modum proferendi duo sunt necessaria: orationis cõgruentia, & orationis decentia. Quãtũ ad primũ vtilis est grammatica: vt modos locutiõis nos doceat: in quibus vsus nobis deficit. & sic necessaria 1 Responsio. K L

est nobis ad vsum huius scientiæ:sicut & ad vsum aliarum scientiarum:sed per accidens.secundũ ꝙ dicit Augustinus.iiii.de doctri.christiana.Neqꝫ ipsa arte grãmatica, qua discitur locutionis integritas,indigerent pueri, si eis inter homines qui integre loquerentur, crescere daretur & viuere.Nescientes enim vlla nomina vitiorum:quicquid vitiorũ cuiuslibet ore loquentium audirent sana sua consuetudine reprehenderent & cauerent. sicut rusticos vrbani reprehẽdunt: etiam qui literas nesciunt.Quantum ad secundum vtilis est Rhetorica: vt ex ea modos ꝑsuasionũ sacra scriptura accipiat. secundum ꝙ dicit August.iiii.de doctri.christiana. Cum posita sit in medio facultas eloquii:quæ ad persuadenda seu praua, seu recta valet plurimum : cur non bonorum studio comparatur vt militet veritati:cum mali ad obtinẽdas prauas vanasqꝫ causas in vsus iniquitatis,
M & erroris vsurpent?¶Circa modum inueniendi quę intelligenda sunt:duo sunt necessaria.scilicet inuentio verarum sententiarum:qđ pertinet ad scientiam rerum.& inuentio connexionum: quibus quæ vere inuenta sunt in rebus,esse vere inuenta cognoscant:qđ pertinet ad artem disputatiuam.secundum ꝙ dicit Aug.ii.de doctri.christiana.Aliud est nosse regulas connexionũ:aliud sententiarũ veritatẽ.In veritate ipsę ꝑ se sentẽtię cõsiderãdę sunt:sed veris certisqꝫ sentẽtiis cũ incertę vera cõnexione iũgunt,ipsę etiã certę fiant necesse est.¶Circa vsum artis disputatiuę,Sciẽdũ ꝙ secũdũ ꝙ dicit Auer. & etiã Aug.de Acad.dupl'r vtẽdũ est ea in hac sciẽtia,sicut & in aliis.prio ꝗa declarat cõmunes propositiones ꝗbus vtitur ꝗlibet sciẽtia. Secũdo ꝗa docet modos arguẽdi quib9 declaratur vere inuentum esse id qđ aliæ scientiæ ex ꝓpriis principiis vere adinueniunt:secundũ ꝙ dicit Phs loquẽs vt logicus in lib.Poster. Aliarũ scientiarũ est medium inuenire. Nostrũ autem est ordinare.De vtilitate scientię disputatiuę specialiter ad istam scientiam dicit August.ii.de doctrina christiana.Disciplina disputationis ad omnia genera quæstionum,quę in literis sanctis sunt penetranda & dissoluenda plurimum valet. Disputatione autem sophistica maxime cauẽdum est vti in hac scientia:& pręcipue litigiosa.quoniã vt ibidem dicit August. Genus captiosarum conclusionum scriptura quantũ detestatur illo loco ostẽdit vbi dictũ est:Qui sophistice loquitur odibilis est. Cum enim vt dicit,ii. libro soli. non melius veritas possit ꝙ̃ interrogando & respondendo inuestigari: & vix quisꝙ̃ inueniatur quem non pudeat conuinci disputatione: eo pene semper euenit:vt rem bene inductam ad discutiendum,inconditus pertinaciæ clamor expendat : & cum
N laceratione animorum plerũqꝫ dissimulata,interdum etiã aperta.¶Sciendum tamen ꝙ sophisticarum cõnexionũ rationes etiã vtile est ad vsum huius scientiæ assumere:vt cognoscantur,& deceptiones prauorum fidelibus non lateant. Cum enim vt dicit Augusti.iiii.de doctri.christiana, in principio:illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent,& falsitatem asserant:isti vero nec vera defendere:nec falsa valeant refutare: illi animos audientium in errorem mouentes impellentesqꝫ terreant:contristent:exhilarent:exhortentur ardenter:isti pro veritate lenti frigidiqꝫ dormitent: quis ita desipiat vt hoc dicat? De vtilitate notitiæ rerum ex scientiis naturalibus dicit Augustinus secundo de doctrina christiana.Rerum ignorantia facit obscuras lectiões,cum ignoramus vel animantium, vel lapidum, vel harbarum aliarumve rerum naturas : quæ plerunqꝫ in scripturis alicuius similitudinis gratia ponuntur.De vtilitate vero Arithmeticæ dicit ibidem.Numerorum imperitia multa facit non intelligi.& de Musicã ibidem.Non pauca etiam claudit atqꝫ obtegit rerum musicarum ignorantia. & sic de cæteris:secundum ꝙ de eis ibidem plura pertractat. Est autem pro generali regula tenendum in omni scientia rerum : ꝙ tanto plus valet ad vsum huius scientiæ:quanto plura & apertiora de deo & de rebus diuinis loquitur. Et ideo Augustin9 octauo de ciuitate dei,in tractandis sacris literis vtilitatem philosophiæ Platonis,philosophiæ cæterorum philosophorum anteponit.Quicunqꝫ (inquiens) philosophi de summo deo,& vero ista senserunt:ꝙ rerum creatarum sit effector, & lumen cognoscendarum, & bonum operandarum: ꝙqꝫ ab illo nobis sit & principium naturæ,& veritas doctrinæ, & felicitas vitæ,sicut Plato & qui eum bene intellexerunt,eos omnes cæteris anteponimus: eosqꝫ nobis propinquiores fatemur.

O
Ad primũ principale. ¶Ad primum in oppositum,ꝙ omnes scientiæ æqualiter ordinãtur in finẽ huius scientiæ:Dicendum ꝙ licet æqualiter ordinentur in finem huius scientiæ:quo ad hoc ꝙ in ipsum ordinantur tanꝙ̃ in finem vltimum:non tamen eodem modo:quia non ęque immediate: neqꝫ secundũ idẽ neqꝫ ad idẽ:vt dictũ est.¶Ad secundum ꝙ æqualiter est veritas oĩm scientiarum: Dicẽ
P
Ad secundũ dum ꝙ licet ita esset:veritas tñ quorundam maiorẽ conformitatẽ habet ad ea ꝙ̃ ꝓprie sunt huius scientiæ ꝙ̃ aliorum:& secundum hoc diuersimode bene possunt assumi in vsum huius scientiæ, Quomodo non sit veritas æqualis in omnibus, habitum est supra.

Irca.xiii.arguitur:q non omnes aliæ scientiæ concordant in veritate eorũ quæ sunt huius scientiæ:neq econuerso:sed q secundum illas scientias aliqua falsa vera sunt iudicanda secundum istam:& econuerso. Primo sic.super illud Psal. Mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.dicit Glos. Mundus dicitur ciuitas munita:quia sciẽtia carnali & philosophica traditione armatus erat contra dominũ. qđ esse non posset:nisi veritas mundanę sapientiæ contraria esset veritati huius scientiæ,quę est scientia domini:quia non armatur nisi contrarium contra contrarium.ergo &c. ℭSecundo sic.sup illud.i.ad Corin.i. Non misit me de⁹ baptizare sed euangelizare:nõ in sapiẽtia verbi:vt non euacuet crux Christi.dicit Glos. Quasi dicat,misit me euangelizare non in sapientia verbi.i.in sapientia philosophorum,quæ sapientia verbi dicitur quia verbo sos facit. Per illã etiã sapientiã euacuat crux Christi.i.mors Christi:& ĩpossibile secundũ naturã iudicatur:vt deus immortalis moreretur.sed hoc non esset nisi veritas illius sapientiæ veritati hui⁹ scientiæ contrariaretur.ergo &c. ℭTertio sic. Illę scientię non concordãt in eodem: quæ proferunt iudicia contraria,& simul vera:immo falsum apud vnã,verum est apud alteram:& econuerso.ista scientia & alię comparatę huic sunt hmõi.ergo &c. Probatio medię est. Philosophus enim ex scientia phica medicinali vere iudicasset Ezechiã moriturum. Theologus autem ex scientia ista si ex ea diuini consilii dispositionem vidisset: iudicasset eum & vere non moriturum:sed superuicturum. Quæst. xiii. Arg. i. 2 3

ℭIn oppositum arguitur,primo sic.quęcunq sunt vera:intantum sunt vera, inquantũ imitantur primã veritatem:& falsa inquantũ ab eius imitatione deficiunt:vt dictum est supra: secũdum Augustinũ de vera religio. Vnum autem & idem non nisi vniformiter imitatur eam sub quacunq scientia & cuiuscunq cognitione cadat. ergo idem sub quacunq scientia, & sub cuiuscunq cognitione cadat,semper eodem modo est verum. Quare cum non contingit scire nisi verum:quod verum est & scitum a sapiente in vna scientia, verum etiam erit a quocunq fuerit scitum: & in quacunq scientia:& contrarium eius falsum. Non ergo verum in hac scientia potest esse falsum in alia vel econuerso. ℭSecundo sic.deus ipse nouit veritatem cuiuslibet scientiæ, huius & aliarũ. Si ergo idem quod verum est in hac scientia:falsum esset in alia vel econuerso: Scientia dei esset sibiipsi contraria circa idem: quia esset simul vera & falsa: qđ est impossibile. Nec potest responderi:q nõ est incõueniẽs:quia hoc est ex comparatione ad diuersas scientias:quoniã scientia dei non est causata ex rebus vel scientiis aliis a se:sed a seipso scit quæ nouit. ℭTertio sic.secũdum q dicit Philosophus secundo Metaphy. Vnũquodq sicut se habet ad esse:sic & ad cognitionem & veritatem:quia eadem sunt principia essendi & cognoscendi. Et secundum Augu.de vera rel. vnũqdq verum est in eo q verum aliquid est,& falsum in eo q falsum nõ ens est. & hoc est idem cũ eo qđ solet dici:q verum,& ens:falsum & non ens cõuertuntur.sed ita est q vnum & idem ex eo q consideratur a diuersis aut in diuersis scientiis,non potest simul esse ens & non ens:ens respectu vnius, & nõ ens respectu alterius:quia esse quid absolutum est. ergo idem non potest esse simul verum & falsum,verum respectu vnius:falsum autem respectu alterius. In oppositũ. 2 3

ℭDicendum ad hoc:q veritas propria fidei & sacrę scripturæ capacitatem naturalis rationis excedit:nec potest ratio naturalis de se extẽdere se vt veritates quæ sunt proprię huius scientiæ,capiat vel percipiat. secundum q dicit Apostolus.i. Corinth.ii. Quæ dei sunt,nemo cognouit nisi spiritus dei. Glos. Id est spũs sanctus & illi quos cognoscere facit.vñ sequitur in Apostolo. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Gloss. Vt partum virginis & resurrectionem. Nihil enim æstimat posse fieri:nisi quod nouit quomodo fiat. Et dicitur animalis animi sensus,qui de deo iuxta corporum phãtasiam vel rationem philosophicam iudicat. & sequitur in Apostolo. Stultitia est illi:& non potest intelligere. Gloss. Secũdum humanum sensum. Et q̃uis ita sit:quęcunq tñ vera sunt iudicio huius scientię,falsa eẽ non possunt in recto iudicio naturalis rationis: si ad ea capienda posset naturalis ratio eleuari: sicut econuerso quæcunq vera sunt iudicio vero naturalis rationis in alia sciẽtia, in recto iudicio huius scientiæ falsa esse non possunt. Propter quod dicit Philosophus in principio Ethico. Vero omnia consonant existentia. Falso autem cito dissonat verum. Vnde etsi quædam quæ in rei veritate vera sunt, & vera iudicantur recto iudicio huius scientiæ:iudicio alterius sapientis vt mũdani,falsa esse dicitur:hoc non cõtingit nisi per errorem iudicantis,qui præsumit iudicare quæ facultatem suam excedunt: in quibus oĩno certum iudicium habere non potest. Sicut enim cęcum naturaliter impossibile est cognoscere vel iudicare in coloribus quid album,quid nigrũ:sic hominem in puris naturalibus constitutum,qui naturaliter cęcus est quo ad spiritualia & supernaturalia:licet per gratiam natus sit illuminari ad R Responsio.

aspiciendum illa: impossibile est cognoscere vel iudicare in eis quæ sunt supernaturalia & propria huic scientiæ, quid verum, & quid falsum, quę bene cognoscit & iudicat homo spiritualis per lumen fidei & intellectus, lumine superiori illustratus: secũdum ꝙ post supra dicta sequitur in Apostolo. Spiritualis autem iudicat om̃ia: & ipse a nemine iudicatur. vbi dicit Glos. Intelligit & discernit omnia quæ ad iustitiam & vitam sufficiunt certa fide: & ipse a nullo homine animali intelligitur vtrum bene an male intelligat. Quia dicentes se esse sapientes stulti facti sunt: vt dicitur Ro.i. vbi dicit Gloss. Sapientes in naturis rerum stulti facti sunt in deo. Veritas igitur theologica & phica in omnibus concordant: & est veritas philosophica manuductiua ad veritatẽ theologicam & gradus ad illam. Vnde rationes quę videntur ex principiis philosophiæ constructæ contrarię veritati fidei & theologię: non ex veris principiis phię: sed solum per errorem humanę industriæ sunt constructę: secũdum ꝙ etiã multa sibimet cõtraria phi in philosophia senserunt: qa humanis sensibus & humanis ratiocinationibus ista quęsierunt: vt dicit Augu.ix. de ciui. dei. ca.xli. Et ideo quia non sunt constructę ex principiis philosophię omnes vere dissolubiles sunt. Et sicut per errorem naturalis rationis sunt constructę: vel circa vera principia philosophię, vel male extendendo principia philosophię vltra id qđ extendi deberent: sic per directionem naturalis rationis vel ex se vel adiutorio supernaturalis illustrationis qua supernaturalia cognoscũtur, omnes possunt dissolui. Vt si arguat aliquis ꝙ natura non potest idẽ corporaliter reparare: ergo nõ potest fieri resurrectio mortuorum: male extendit principia vera philosophię naturalis. Multa enim in materia naturali virtute superiori possunt fieri: quæ natura non potest facere: vt dictum est supra: vnde debet cõcludere: ergo actione naturę non potest fieri resurrectio mortuorum: & ibi stare. Sed cum concludit ꝙ a nulla alia virtute hoc põt fieri, philosophiam excedit: quia hoc ex principiis philosophię non habet: sed contrarium potius. Ex quo enim phia docet primum principium omnium esse potentiæ
S infinitę: licet ignoret quomodo possit operari supra solitum cursum naturę: non debet negare qn ab aliqua virtute supernaturali hoc sit possibile fieri: cum scit esse aliquod agens infinitę virtutis. Nec etiam ex philosophia debet asserere ꝙ illud nõ possit fieri: quia ignorat quomodo fieri possit supra consuetum cursum naturæ: vt demus deum aliquid posse: qđ nos fatemur inuestigare non posse: sicut dicit August. in epistola ad Volusianũ. Et forte si aliqui pręsumant dicere ꝙ extra cursum consuetum naturę primũ principiũ nihil posset agere: hoc re vera humana temeritas confingit: nec recta ratio ex principiis philosophię dictat. Vnde sicut temerarius theologus ignorans ea quæ sunt philosophię: multa potest reputare falsa in sciẽtiis phicis quæ tñ sunt verissima: & credere hoc se habere ex principiis theologicis: in qbus deceptus est: sic econtrario temerarius phs multa põt reputare esse falsa in hac sciẽtia, quę tñ sunt verissima: & credere hoc se habere ex principiis phicis, in quibus deceptus est, vel quæ male ad vera theologica destruenda applicat. sicut Cõmẽt. ille hęreticus Auer. super.xii. Metaph. impossibile reputat deum esse trinum & vnum: quia vt dicit, non possunt esse tres nisi in eis numeretur substãtia. & nõ intellexit quid dixit. Propter qđ dicit Aug. in epistola quadã ad Marcellum. Si ratio contra diuinarũ scripturarũ auctoritatẽ redditur ǵlibet acuta sit, fallit veri similitudine: nam vera esse non potest. Rursum si manifestę certęq; rationi velut scripturarũ sacrarum obiicitur auctoritas, non intelligit qui hoc facit, & non scripturarũ
T illarũ sensum, ad quem penetrare non potuit: sed suum potius opponit veritati. ¶ Item Paulinus in epistola ad Augu. Hęretici qui doctrinas dęmoniorum & sequitur, & promsit cõceptis ab eorũ spiritu adinuentionibus, quæ non viderunt phantasmata quasi visa fingentes: & pestiferis disputationib[9] corda male credula seminãtes: hi sunt qui non tenent caput. i. Christũ fontem veritatis:
V cuius doctrinę quicqd aduersatur, insanũ est. ¶ Item Aug. in epistola ad Cõsentiũ. Illa ratio quę psuasit in ea trinitate quę deus est, filium non esse patri coæternũ: & alterius esse substantię: atq; aliqua parte dissimilem, & ex modo inferiorem: Non ideo quia ratio: sed quia falsa ratio: cauenda & detestanda dicenda est. Nã si ratio vera esset, non vtiq; errasset. Quapropter sicut non ideo debes omnem vitare rationem: quia est & falsa ratio: hoc & de sapiẽtia dixerim: neq; enim ꝑpterea sapiẽtia vitãda est: qa est & falsa sapiẽtia. Et dixit Aug. hęc cõtra Cõsentiũ: qa ille dixit ꝙ ĩ eis quę sunt fidei & sacrę scripturę: nõ rationi sed auctoritati credendũ est: qa hęretici nõ errassent si scripturis
X sacris magis ꝗ̃ suis rõnibus accõmodare fidẽ mallẽt. Per hęc patent in parte obiecta in contrarium.
Ad pri. prin. Qꝫ ergo arguitur primo ꝙ mundus philosophica traditione armatus erat cõtra deũ: Dicẽdum ꝙ aliud est dicere phiam: aliud vero philosophicã traditionẽ. Phia em̃ est vera rerũ naturaliũ scientia: quæ a veris phis ex rebus est animaduersa: nõ ab eis instituta, & semper sonat quantum est de se nomen phiæ in bonum. Vnde q̃cunq; philosophi cõscripserunt: quę vere ex re

bus animaduerterunt:illa verissima sunt:& contraria deo & dictis eius esse non possunt:quia creaturæ sunt verum opus dei:in quo veritas diuinæ sapientiæ relucet.Eccli.xlii. Gloria domini plenum est opus eius.& Eccli.i.Effudit illam super omnia opera sua. Phica autem traditio est omne illud qđ in publicis scriptis reduxerunt:quasi ex rebus veridica animaduersione inuestigatum:in qbus q̄plurimū multi ex ipsis errauerūt.Et quo ad illa erronea in qbus mundus per ipsos erat instructus:quæ contraria erant diuinæ veritati:dicit Glos.illa:quia mundus erat philosophica traditione armatus contra deum.Vnde illa traditio erat sapientia mundi:de qua dicit Apostolus.i.Corinth.iii.Sapientia huius mundi,stultitia est apud deum.Et quomodo deprehēditur esse stultitia,statim subdit Apostolus prophetico vtens testimonio,dicēs.Scriptum est enim: Comprehēdā sapientes in astutia sua.vbi dicit Glos.Comprehēdā.i.falsos ostendam,faciendo aliter q̄ ipsi dicūt. Sapientiam enim illam deus probat esse stultitiam, faciēdo qđ mundus posse fieri negauit.Vnde sapientia mundi non vero nomine:sed abusiuo sapientia dicitur . secundū ꝙ super illud.i.Corint. primo.Perdam sapientiam sapientum.dicit Gloss. Non vera sapientia perditur a domino:sed falsi nominis scientia,quā sibi thesaurizant lingua mendacii,& deficiunt scrutantes scrutinia.Secundum enim ꝙ dicitur in Psal.Dominus scit cogitationes hominum:quoniā vanæ sunt.i.falsę. dicit Glos.super illud:Cōprehēdam. Vnde talem doctrinam hortatur Apostolus fugere cum dicit Colossen.ii.Ne tetigeritis: neq̧ gustaueritis: neq̧ contrectaueritis. quæ omnia sunt in interitu ipso vsu:secundum præcepta & doctrinas hominum:quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione.¶Per idem patet secundum:quoniā per veram sapientiam verorum philosophorum:nihil euacuatur eorū q̄ sunt fidei:vt dictum est.sed si quid euacuatur, hoc est ꝑ falsam falsorū phorū sapientiā: quæ dicitur sapientia verbi.q̄a dicit̄ sapiētia:etsi non sit, vt dicit Gloss. ¶Ad tertiū ꝙ aliæ scientię & ista dant contraria iudicia circa idē:quę ambo sunt vera:Dicēdū ꝙ est qđdam iudicium circa præsentia & præterita:& illud est determinatum:quia circa illa ex natura rei est veritas determinata:nec vllo modo possunt circa idem esse contraria iudicia vera. Aliud vero est iudicium circa futura,in quibus est veritas quantū est ex natura rei indeterminata: nisi determinatio ei contingat ex sua causa:& ideo non potest circa illa in veritate esse iudicium determinatū aliter q̄ ex sua causa a qua fieri habēt.Nūc aūt ita est: ꝙ in talibus duplex est causa fieri rei.vna particularis & proxima:alia vniuersalis & prima.quę sic se habent inter se:ꝙ nō fit res neq̧ potest fieri a proxima nisi per primam.econtrā autē a prima multa fieri possunt non per proximā:& hoc maxime ab illa quę est simplr̄ prima oīm:q̄ effect⁹ oīm causarū proximarū per se pōt producere sine causis proximis:licet hoc negarent falsi philosophi:vt alias videbitur.Propter qđ quęcunq̧ res futura quæ nata est fieri ab vtrisq̧: magis sequitur hm̄ōi causam primam q̄ proximam:& magis iudicāda est esse futura vel non futura secundum causam primam q̄ secundum proximam:ita ꝙ si sit futura actione causę primę,& sit non futura actione causę proximę,simpliciter debet iudicari esse futura,& non futura secūdum quid. Vnde verus iudex ex causis naturalibus proximis nihil debet iudicare futurū:nisi sub conditione si causa prima cōgruat causæ ꝓximę:aliter enim frequēter poterit errare:sicut patet in exemplo proposito.Ezechias enim quantū erat ex causis proximis ęgritudinis suę moriturus erat:nec tamē a medico ex hoc debuit iudicari moriturus simpliciter: sed solum sub cōditione:si causa prima pageret cursum:quē cū causis proximis ęgritudinis illius agere coeperat.sed ab inspectore diuini consilii,& causę primæ potius debuit iudicari victurus simplr̄:quia vidit causam primam se subtrahere debere ab actiōe quā coeperat cum causis ægritudinis ꝓximis,& supnaturalr̄ agere cū principiis & causis sanitatis cōtra causas ægritudinis. Veridica igit̄ iudicia huius scientię & aliarum circa idem nō possunt esse contraria,nisi secundū quid. Vnde iudicia absoluta quę sumuntur a causis proximis etiā in voluntariis omissa causa prima reprobat Iac.in cano.sua.dicens.Ecce nunc dicitis,hodie aut cras ibimus in ciuitatem illam: & faciemus ibi annū: & mercabimur & lucra faciem⁹: qui ignoratis quid sit vobis futurū in crastinum: pro eo ꝙ dicatis si dn̄s voluerit:& si vixerimus,faciem⁹ hoc vel illud. vbi,de præsumptuosis dixit Glos.In his omnibus superni iudicis examē ad mentem reuocare contemnunt.Q̄ꝫ ergo ista scientia dicit secundum diuinum consilium Ezechiam victurum,verum dixit simpliciter:ꝙ vero medicina dixit ipsum moriturum:falsum dixit simpliciter:& verum secundum quid.& ex hoc dictū est supra:ꝙ ista scientia omnes subalternat in dicendo propter quid.

Y Ad secūdū.

Z Ad tertium.

Articu. VIII. De causa finali Theologiæ.

Artic. VIII.

Quia non scimus rem absq; eo q; sciamus causam eius, viso de scientia Theologię in se: & in comparatione ad alias scientias: Videndum est de ea in suis causis. Et quia finis mouet efficientē: & efficiens intendit formam inducere in materia: Ideo circa hoc quæruntur quatuor. Primum de fine. Secundum de causa efficiente. Tertiū de forma. Quartū de materia. Etiam quia a fine est scientiarum vtilitas: & per finem distinguūtur scientiæ in theoricas & practicas: & ex fine est earū necessitas: & conscribendi eas opportunitas: Ideo circa finem quæruntur. vi.

Primum: vtrum hæc scientia sit vtilis.
Secundum: vtrum sit necessaria homini.
Tertium: vtrum sit theorica an practica.
Quartum: vtrum literis erat conscribenda.
Quintum: vtrum simul tota erat conscribenda.
Sextum: vtrum perfecte conscripta est in duobus testamentis.

A
Quæst. i.
Arg. i.

Irca primum arguitur: q; hæc scientia non sit vtilis. Primo sic. Nihil est vtile nisi ex relatione in finem extra. quia secundum Augusti. Vti est referre in finem. Sed inter om̄es scientias ista sola non est relata in finem extra se: sed in se continet finem omnium aliarū sciētiarū: vt habitū est supra. ergo &c. ¶ Secundo sic.
2 vtile pertinet ad actum voluntatis: quia secundum Augus. vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. scientia non pertinet ad volūtatem: sed ad intellectum. ergo &c.
In oppositū. ¶ Ad oppositum arguitur primo sic. vtile est illud quod relatum est in finem: hęc scientia immediate refertur in finem vitæ humanę, quæ est visio dei: vt su-
2 pra habitum est. ergo &c. ¶ Secūdo sic. quod alterum regulat & dirigit: vtile est ei. hęc scientia est
3 huiusmodi respectu aliarum: vt dictum est supra. ergo &c. ¶ Tertio sic. Apost. dicit. ii. ad Timo. iii. Omnis scientia diuinitus inspirata est vtilis ad docendum &c. hæc est talis. ergo &c.

B
Responsio. ¶ Ad hoc intelligēdum est: q; vtile dicitur aliquid ex relatione, & profectu ad alterum dupliciter: proprie. s. & improprie. Proprie illud dicitur alteri vtile: qd̄ natum est sumi in facultatem alterius: vt prędominantis. sicut martellus vtilis est fabro. hoc modo ista scientia est vtilis homini: & magis q̄ aliqua aliarum: quia immediatius per ipsam in finem suum tendit. Dicit enim Auicen. q; omnes scientiæ cōmunicant in vna vtilitate. quę est acquisitio perfectionis humanæ, præparantis ipsum hoiem ad futurā felicitatem: non vt immediate omnes attingant ad eam: sed vt iuuent se mutuo: vt scilicet vna earum attingat illam immediate, veluti ista: quia sine hac scientia nemo beatus est: vt dicit Gloss. super illud. i. Corinth. ii. Nos spiritū dei accepimus, vt sciamus quæ donata sunt nobis. & per istam attingant eam omnes aliæ: inquantum ista sumit om̄es alias in vsum suum: vt supra dictum est. Vtilitatem huius scientię ad illum finem tangit Apostolus cum dicit. ii. Timo. iii. Omnis scientia diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendū, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. & hoc in quatuor conditionibus: respondentibus quatuor generibus hominum: quorum instructioni vtilis est hæc sciētia. Est enī vtilis infidelibus, vt in fide informent̄ & ei obediāt. Sic vtilis est ad docendum. Glos. ignorantes. Est etiam vtilis rebellibus: vt fidei obediant: ad corrigēdum. Gloss. contumaces. & obedientibus: hoc est rudibus vt credenda percipiant: ad erudiendum. Glos. rudes. & tepidis: vt credita opere implere studeant: ad arguendum. Gloss. negligentes. Improprie autem sumendo vtile, ista scientia vtilis est aliis sicut dominans est seruienti: & regens ad id quod regitur. hæc enim scientia est adeo alta super alias: vt aliter eis vtilis esse non possit: sicut patet ex prædeterminatis.

C
Ad primum in oppositū. ¶ Ad primum in oppositum: q; ista scientia non est relata in finem extra se: Dicendum q; verum est alicuius scientiæ alterius vitæ huius. Refertur tamen vt in finem ad scientiam alterius vitę: quē etsi in seipso cōprehendit: hoc est imperfecte: propter imperfectā notitiam quam

tradit de deo: respectu illius quae erit in patria. ¶ Ad secundum quod utile pertinet ad actum voluntatis: Dicendum quod verum est: inquantum voluntas est vniuersalis motor: super omnes vires animae. Vti tamen & vtile pertinet ad actum cuiuslibet praedominantis ordinantis alterum in actum, & in finem suum: quis voluntas ex hoc quod vult quamlibet aliam potentiam sic vel sic aliquo vti: etiam sic ipsa quodammodo vtatur. ¶ Ad tertium in oppositum: quod ista scientia est vtilis aliis: Dicendum quod verum est improprie loquendo: vt dictum est: ad modum quo dominus est vtilis seruo: vt determinat Auicen. de vtilitate metaphysicae suae ad alias scientias: in primo Metaphysicae suae. D Ad secundum E Ad tertium

Irca secundum arguitur quod ista scientia non sit homini necessaria. Primo sic. Illud quod naturam rei secundum suam speciem excedit, non est ei necessarium: sicut talpae visus. ista scientia est huiusmodi: quia excedit facultatem humanae rationis vt habitum est supra. ergo &c. ¶ Secundo sic. illud non est homini necessarium: sine quo potest perfecte attingere suum finem vltimum. Homo sine hac scientia potest hoc. ergo &c. Probatio mediae est. quoniam qui facit quod potest ex humana ratione, postquam deficit: & non habet quod faciat vlterius, deus eius defectum supplet: nec perire permittit. facere enim quod est in se, consulit Gloss. super illud Matth. v. Si filius dei es: mitte te deorsum. Christus autem quod suum est, hora necessitatis apponendum promittit: cum dicit Apostolis. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. vt dicit Augustinus quarto de doctrina christiana. cap. xiii. sed illud potest facere homo sine hac scientia. ergo &c. ¶ Tertio sic. Deutero. xxxii. dicitur. Dei perfecta sunt opera. Non est autem perfectum quod nihil potest de se in sibi necessarium. ergo cum homo sit de perfectioribus operibus dei: per se potest in sibi necessarium. Non ergo haec scientia est ei necessaria: quia de se non potest in ipsam: vt dictum est. ¶ Quarto sic. Homo non est imperfectior aliis creaturis. sed omnia ex propriis sibi naturalibus possunt in sibi necessaria. ergo vt prius. ¶ Contra est: quoniam illa scientia est homini necessaria: sine qua non potest placere deo: & ipsum damnari necesse est. haec scientia est huiusmodi: quia est scientia fidei: & sine fide impossibile est placere deo: vt dicitur Heb. xi. & Marci. vlti. dicitur. Qui vero non crediderit condemnabitur. ergo &c. F Quest. ii. Argu. i. 2 3 4 In oppositum

¶ Dicendum ad hoc: quod necessitas huius scientiae dupliciter habet accipi. Vno modo in comparatione ad nos. Alio modo in comparatione ad alias scientias. Primo modo propter nostram indigentiam. Secundo modo propter aliarum scientiarum insufficientiam. De necessitate eius secundo modo super scientias philosophicas, sufficienter habitum est supra: determinando quomodo non contingit scire omnia ex scientiis philosophicis: vnde solum de necessitate eius primo modo hic debet esse sermo. ¶ Sciendum igitur quod homo in hoc differt a caeteris creaturis corporalibus: quod nulla earum ad vlterius bonum ordinatur quam attingere poterit ex puris naturalibus suis. Solus autem homo sic creatus est: vt naturaliter habilis sit eleuari ad vlterius bonum per gratiam, quam possit attingere per naturam. Nunc autem ita est quod quandocunque aliquid ordinatur ad perfectius quam per naturam suam possit attingere: necessarium est si debeat ad ipsum attingere, promoueri actione superioris perfecti in illo ad quod alter est promouendus. Nihil enim procedit de potentia ad actum etiam in his quae per naturam potest attingere: nisi per aliquid secundum idem existens in actu: sic etiam necesse est ipsum promoueri ad illud actione superioris: vt cum sit indispositum & debile ad suscipiendam perfectam actionem & influentiam illius superioris: quod illius actionem & influentiam non recipiat statim perfecte: sed primo imperfecte: deinde perfectius, vsquequo totaliter perficiatur. Si enim hoc contingit in actionibus naturae in recipiendo illud ad quod res aliqua naturaliter ordinatur, multo fortius ergo & in recipiendo illud ad quod supernaturaliter ordinatur. Cum igitur homo sic paulatim procedit ad perfectionem in omni cognitione: qua per pura naturalia perfici potest: vt etiam nullam earum statim simul recipere potest: sicut patet in discipulis qui accipiunt disciplinas per magistrum: in quibus a facilioribus & grossioribus procedit ad subtiliora & difficiliora quae statim non posset capere discipulus: Multo fortius ergo sic oportet quod procedat gradatim ad perfectionem illius cognitionis qua supernaturaliter debet perfici: cum magis sit indispositus & debilior ad suscipiendum influentiam agentis ad causandum in ipso illud ad quod ordinatur supernaturaliter, quam ad suscipiendum influentiam agentis ad causandum in ipso aliquid ad quod ordinatur naturaliter. Quare cum homo ordinatur ad hoc: vt supernaturaliter perficiatur perfecta cognitione diuinorum, clara scilicet & aperta: statim pro statu huius vitae eam capere non sufficit: sed necesse est quod G Responsio H I

agens superius actu perfectum illorum cognitione,aliqua illorũ cognitione imperfecta & obumbrata primo imbuatur,per quam ad perfectam proficere possit. Sicut ergo in disciplinis discenti primo proponuntur quædã,& tamen faciliora:quorum rationes statim capere non potest:poterit autem postea:& tamen sine illis non posset ascendere ad altiora : ideo secundum philosophum oportet eum credere qui discit:sic in claram notitiam dei & diuinorum homo deuenire non potest:nisi ei primo proponantur quædam credenda:quorum rationes statim capere non potest : ex quorum manuductione ad perfectiorem notitiam gradatim perueniat:& semper proficiat q̃diu sit in hac vita , donec in futuro ad perfectam perueniat visionem : quæ fidei succedet.Hæc sunt illa quæ docentur per hanc scientiam. Ideo dicendum simpliciter, ꝙ homini hæc scientia summe

k necessaria est:& hoc est qđ dicitur in collationibus patrũ:collatione.x. Quãtũ operatio nostra sese habet cuiuslibet artis siue disciplinę pfectio:necesse est vt qbusdã mollib⁹ incipiẽs rudimẽtis faciloribus primum ac tenerrimis initiis imbuatur:vt quodã rationali lacte nutrita & paulatim educata succrescat:atq; ita sensim ab imis ad summa gradatim conscendat. quibus cum fuerit planiora principia & quodãmodo ianuas accepta: pfectiõis aggressa:ad penetralia quoq; & excelsa fastigia consequenter & absq; labore perueniat.Qđ continuo declaratur ibidem per exẽpla,cum subditur. Nam quemadmodũ pnunciare puerorum quispiam simplices poterit simul copulas syllabarum: nisi prius elementorũ characteres diligenter agnouerit?vel quomodo citatam legendi peritiã consequetur qui breues & angustas descriptiones nominũ necdum idoneus est cõiugare? Ex quo cõsequẽter ibidẽ cõcludit.Quapropter huic quoq; subtilissimę disciplinę p quã instruimur deo iugiter inhęrere, nõ dubito q̃dã institutionis inesse fundamina:quib⁹ primum firmissime collatis post hoc supposita extollant pfectionis excelsa fastigia.Huius aũt institutionis fundamina sunt illa quę nobis in hac scientia traduntur cognoscenda in præsenti de deo per fidem:vt in futuro cognoscatur a nobis per speciẽ.Nisi em̃ illa ex hac scientia haberemus:vnde de eis quę sunt ibi aliqđ cogitaremus non haberemus.secundum ꝙ Aug.loquens de scriptoribus huius scientiæ sub metaphora mõtium,dicit in principio super Ioan.Oculos nostros dum leuamus ad scripturas:quia per homi

L nes ministratę sunt:leuamus oculos nr̃os ad montes:vnde veniat nobis auxilium. nisi enim montes ista dicerent, vnde omnino cogitaretis non inueniretis. Et licet ista scientia quę sic homini cõceditur primo de diuinis est imperfecta:per hanc tamẽ ordinat ad perfectiorem:propter quã adipiscendam hęc prima conceditur:vt p hanc homo quoquo modo cognoscens diuina,& ad vlteriorem cognitionem inflammatus omnino tẽdat,& anhelet ad illam:& totũ studium suum ad illam dirigat:qđ non posset facere nisi hanc primo pciperet: quia nemo in aliquid tẽdit amore:qđ nõ fuit aliquo modo ab eo pręcognitum.Vñ attendendo notitiam diuinorũ quã modo habemus per fidem,dixit Christus discipulis.Ioan.xv.Omnia quęcũq; audiui a patre m.no.f.v.Attendendo vero illam quã expectamus p speciẽ,dixit eisdem.Ioan.xvi.Adhuc multa habeo vobis dicere quæ nõ potestis portare mõ.Nota aũt fecit illa vt ex eis aliquãtulũ cognoscamus ista: & cognita diligamus:

M & dilectione pficiendo ad ea quandoq; capienda nos pparemus. Vnde August. exponens vtrũq; dictorum verborum super Ioã.ser.xlii.partis secũdę dicit sic.Charissimi non a nobis expectetis audire,quæ tunc noluit dominus dicere discipulis:quia nõdũ poterãt illa portare:sed potius in charitate proficite:vt spiritualia diligentes spũalem vocẽ interiori auditu nosse possitis.Non em̃ diligitur qđ penitus ignoratur.Sed cum diligitur qđ ex quacunq; parte cognoscitur:ipsa efficitur dilectione vt melius & plenius cognoscatur.Si ergo in charitate pficiatis,deus deducet vos in oẽm veritatem:sic fiet vt illa discatis quæ noluit tunc dicere, & ea ipsa quæ per lectiões atq; sermones extrinsecus adhibitos didicistis:& cum didicistis de natura dei non corporea ipsa mente conspicere atq; percipere valeatis.sed si ille magister interior vellet nobis id quod de incorporea luce dixit:ita dicere sicut sanctis angelis dicit,nondũ ea portare possemus.Proinde qđ ait,Inducet vos in omnem veritatem: non arbitror in hac vita in cuiusq̃ mẽte posse impleri. Quis enim viuens in hoc corpore quod corrumpitur & aggrauat animam, posset cognoscere omnem veritatem: cum dicat Apostolus:Ex parte scimus?Sed per spm̃ sanctum fit nobis:vñ nunc pignus accepimus : vt ad ipsam quoq; plenitudinem veniamus:de qua dicit. Tunc autem videbimus facie ad faciem:& nunc scio ex parte:tũc cognoscam sicut & cognitus sum.Vñ & debet illud modicum quod nunc est ex parte & imperfectum,multum ab homine reputari.Philosophi enim qui aliquid ex reb⁹ naturalibus de deo & de diuinis sciebant,illo excitati omnem suam notitiam in diuina extẽdere nitebantur. Propter quod contra Simonidem qui suadebat hominibus pretermittenda diuina : quasi humanam cognitionẽ excedẽtia,inquientẽ humana debere sapere hominem,& mortalia mortalẽ,

dicit phus in.x.Ethic.ꝙ homo debet ſe trahere ad immortalia & diuina q̄tum poteſt.Et ideo quia proximiora immortalibus ſunt corpora cęleſtia,dicit in ſecūdo cę.& mun.ꝙ cū de cęleſtibus q̄ſtiones poſſunt ſolui parua & topica ratione,conuenit auditori vt vehemēs ſit gaudium eius.Et quia adhuc ſunt ſuperiores ſubſtātię ſeparatę,de illis dicit.xi. de aīalib⁹, ꝙ q̄uis paruū ſit qđ de ſubſtātiis ſuperiorib⁹ ꝑcipim⁹, tū̄ id modicū eſt magis amatū & deſideratū oī cognitione quā de ſubſtātiis inferioribus habemus . Ecce qualiter philoſophi nobiſcum in idipſum nitebantur. ❡Ad primum in oppoſitum ꝙ hęc ſcientia excedit hoīs ſpeciem : dicendū ꝙ verū eſt:ita ꝙ eā ex puris naturalib⁹ poſſit attingere. Nō tū̄ quin naturaliter ſit ordinata:vt ad eā poſſit attingere per gratiā,vt dictum eſt.ſecundū ꝙ dicit Augu. Poſſe habere fidē & charitatem naturę eſt hoīm:habere autē gratia eſt fidelium.❡Ad ſcđm:ꝙ homo ſine hac ſcientia poteſt facere q̄tum in ſe eſt:vt ſuā perfectionem attingat:dicendū ꝙ verum eſt. Nihilominus neceſſaria eſt hęc ſcientia:quia per ipſam facit deus qđ in ſe eſt.Per notitiam eñ fidei ducit quēlibet qui diſpoſitus ē ad eā,ſi in ea perſiſtat,ad viſionē perfectā,ad quā per phiam ex puris naturalibus acceptā non poſſet attingere.❡Ad tertiū ꝙ dei perfecta ſunt opera,dicēdū ꝙ homo eſt opus dei dupliciter.Naturale,& ſcđm hoc eſt perfectus quo ad naturalia ad acquirēdū ea q̄pficiūt eū in ſtatu naturę. Et eſt opus dei gratuitū pfectibile ab eo quo ad gratuita. Prio quo ad gratuita dona hui⁹ vitę:deinde futurę.iuxta Aug.Nihil deus in nobis p̄ter ſua dona coronat. ❡Ad quartū ꝙ alia ſibi acquirūt neceſſaria ex naturalib⁹,dicendū.ꝙ hō non pōt acquirere ſuā vltimā perfectionem ex puris naturalib⁹,hoc nō eſt ex eius imperfectione:ſed perfectione: quia ſcilicet ad altius ordinatur q̄ ex puris naturalibus natura ſua poſſit attingere,qđ contingit in aliis,quę etiā quo ad pura naturalia ſunt īferiora hoīe. Vñ quia hō ad altius ordinat̄ q̄ natura ſua ex ſe poſſit attingere,nō eſt mirū ſi altiori auxilio īdiget & plurib⁹ vt attingat ad finē ſuū vltimū ad quē eſt,q̄ alia.Nec tamen ſolū neceſſaria eſt hęc ſcientia propter ea quę nō poteſt homo ex naturalis rationis inueſtigatione attingere:ſed etiā ꝓpter illa q̄ aliquo modo attingere pōt.ſcđm ꝙ de neceſſitate eius quo ad vtraq; infra dicet̄,loquendo de materia huius ſcientię.

N Ad primū principale. O Ad ſcđm. P Ad tertiū. Q Ad quartū.

Irca tertiū arguit̄ ꝙ iſta ſcientia ſit practica.Primo ſic.Finis practicę eſt operatio.ſcđo metaphyſicę.& ſcđm Aug.iiii.de ci.dei. Practica ad agendū vitā & mores ꝑtinet.hæc ſcientia principaliter ad operationē ordinat̄,& ad agendum vitā & mores.Iac.i.Eſtote factores verbi,nō auditores tm̄. & ap̄lus.ii. Tim.iii.Oīs ſcriptura diuinitus inſpirata &c̄.vbi ſequitur: Vt pfectus ſit hō dei ad omne opus bonū.ergo &c̄. ❡Scđo ſic.Sacra ſcriptura nihil aliud eſt q̄ lex diuina. Vnde & diuiditur penes diuiſionem legis diuinę in veteri & nouo teſtamento.Lex autem pertinet ad ſcientiam practicam:quia ad mores.ergo &c̄. ❡Tertio ſic.Illa ſcientia eſt practica,cuius finis eſt bonum intellectus practici.hæc ſcientia eſt huiuſmodi ſecūdum Auguſtinum primo de doctrina chriſtiana. Legis & omnium diuinarum ſcripturarū plenitudo & finis dilectio eſt,qua fruendū.& li.ii.In eo ſe exercet omnis ſcripturarū ſtudioſus nihil in eis aliud inuēturus q̄ diligendū eſſe deū:& proximū propter deum.ergo &c.❡Ad oppoſitum Primo ſic.ſm Boe.de tri.Tres ſunt ꝑtes ſpeculatiuę ſciētię,Naturalis,Mathematica,& theologia.❡Scđo ſic.Nobiliſſima ſcientiarum quæ maxime eſt ſui gratia, ſpeculatiua eſt non practica.ſm phm.i.metaphyſicę,theologia eſt huiuſmodi,vt habitū eſt ſupra.ergo &c̄. ❡Tertio ſic. Sicut habitum eſt ſupra,iſta ſcientia ꝓpriiſſime eſt ſapientia:ſed ſapientia eſt ſupremus habit⁹ ſpeculatiuus ſm phm.x.Ethic.ergo &c̄. ❡Quarto ſic.Philoſophus dicit in.vi.metaphyſicę. Si aliquid eſt ſempiternum non mobile abſtractum,manifeſtum eſt ꝙ cognitio eius erit in aliqua ſcientia ſpeculatiua.de tali eſt cognitio in iſta ſcientia.ergo &c̄.

R Queſt.III. Arg.i. — 2 — 3 — In oppoſi.I. — 2 — 3 — 4

❡Ad queſtionem iſtam dicūt aliqui:ꝙ eſt aliqua ſcientia pure practica:vt illa quę docet operanda,& eſt propter opus principaliter:ſicut eſt moralis ſciētia:de qua phus dicit ꝙ nō eſt vt ſciam⁹ ſed vt boni fiam⁹.Alia vero ē pure ſpeculatiua vt q̄ docet ſpeculāda nullo mō ordinata ad opus: vt mathematicę,qa ī eis nullo modo attendit̄ modus neq; finis:vt dicit̄.iii. metaphyſicę. De iſta igitur ſcientia dicūt ꝙ eſt ſicut media participās naturam vtriuſq;, partim practica,ptim ſpeculatiua.quia finis ei⁹,& eſt veritas fidei,& eſt bonitas morū,& eſt ſimul ad illuminandum intellectum in fide ad cognitionem veri , & ad inflāmandum affectum in charitate ad amorem boni,& ita eſt ad fidem inſtruendam,& ad opera fidei exercenda. Quod non poteſt ſtare.Cum enim hæc ſcientia ſit vtiliſſima inter ſcientias huius vitæ,ad quā & ad cuius finem omnes aliæ & fines earum reducuntur:vt habitum eſt ſupra : finis autē vltimus

S Opi. aliq.

diuersorū ordinatorū ad idē semp debet esse vnus & idē.vel si plures sint,oportet ꝙ semp vn⁹ ordinet ad alterū,vt sic sit vnicus principalis. Vnic⁹ ergo finis pricipalis necessario debet poni hui⁹ scientię,non duo æque principales.Non igit̃ debet simul hæc scientia dici theorica & practica:sed alterū solum,vel principaliter.Qd̄ aliqui concedunt,dicentes ꝙ principaliter est practica:quia nō est in ea speculatio:nisi propter actionē:sicut ostendunt obiecta ad partem illā inducta. Qd̄ non potest stare.Est enim finis & bonū idem:vt dicit̃.iii.metaphysicę.& vt dicit̃.ii.phy.nō omne vltimū finis est:sed optimū.Licet ergo plura sint bona ad q̄ aliquid ordinatur,nō quodlibet eorum debet dici finis eius:sed solū id qd̄ est optimū illorū: & maxime ad qd̄ omnia illa quæ sunt illius ordinant̃.Nunc autē indubitanter constat ꝙ melior est ex se veri cognitio q̄ boni operatio:quia non attenditur in moribus operatio boni : nisi vt serenetur oculus mentis sedatis passionib⁹, & fiat clarior in speculatione veri.Beati em̄ mundo corde: quoniam ipsi deū videbūt: vt dicitur Mat.v.scd̄m ꝙ de hoc dictū est supra.Operatio igit̃ boni ad hoc est:vt oculus mentis sanus fiat,& in speculando opus sanitatis agat: vt primo speculando per fidem, intātū proficiat: vt credita intelligat q̄tum possibile est in p̄senti: & tūc deinde in futuro credita & intellecta facie ad faciem videat. Vnde Augu.in ser.de Iacob & Esau. Tota operatio nostra in hac vita est sanare oculum cordis,vnde videatur deus: ad hoc sacrosancta mysteria celebrant̃:ad hoc sermo dei p̄dicatur:ad hoc exhortationes ecclesię morales ad corrigēdos mores ad emūdādas carnales cōcupiscētias:ad hoc agūt quicquid agūt diuinę sanctęq̨ literę,vt purgetur illud interius ab ea re quę nos impedit ab aspectu dei.

T Responsio. ¶Nec est igitur huius scientię duplex finis:sed vnicus:nec practicus:sed speculatiuus:ad quē ordinatur oīs finis practicus. Simpliciter ergo debet dici hæc scientia speculatiua & nō practica.Sicut ergo moralis sciētia speculatur verum:sed nō nisi ad operandum bonū: non tamen dicitur speculatiua sed practica : Sic ista scientia licet aliquo modo respiciat opus, quia tamē propter speculationē,simpliciter debet dici speculatiua.est em̄ in ea labor operis propter quietē speculationis. Vnde sicut scientię pure practicæ ordināntur ad speculatiuas,& vniuersaliter vita actiua ordinatur ad cōtemplatiuam: Sic qd̄ in ista sciētia est actionis,ordinatur ad illud qd̄ in ea est speculatiōis.Et debet in nobis finis speculatiuę semper esse per intentionem voluntatis:licet aliquando finis practicę q̄ritur in exercitio operis.Hinc dicit beatus Grego.vi.Moral̃.In contēplatione principiū qd̄ deus est:quęritur:in operatione vero necessitatis fasce laboratur. Et ideo licet s̄m Augu. ista sciētia dici potest,vt in pluribus,practica:& scientia non sapientia, ꝓpter considerationē & actionem temporalium:simpliciter tn̄ dici debet sapientia speculatiua propter considerationem ęternorū,quorum regulis temporalia diriguntur.hoc enim est de pfectione huius sapiētiæ,ꝙ in ea per illa q̄ sunt purę speculationis,diriguntur illa quæ sunt actionis.Q̄to enim virtus aliqua altior est: tāto ad plura vnico simplici se extendit:vt habetur in lib.de causis.in quo ista sciētia assimilat̃ sapientiæ diuinę qua deus ipse notitia purę speculationis omnia operāda cognoscit & dirigit.

V Ad pri.pri. ¶Ad primum in oppositum,ꝙ hæc scientia principaliter ad actionem & mores ordinatur:Dicendū ꝙ falsum est:quoniam,vt dictum est,non respicit opus nisi propter speculationem.Vnde qd̄ dicit Iac. Estote factores.& iterum.Scienti bonū & non facienti peccatū est illi.Et aplūs. Sit homo dei ad omne opus bonum instructus.hoc non est,nisi vt hic cor mundetur:& hic cōtemplari incipiamus,saltem in speculo & in ęnigmate,& in hoc proficiamus:vt aliquando contemplemur aperta specie,& perueniamus vbi omnis cessabit actio,& perseuerabit contēplatio: quoniam Maria optimam partē elegit quæ non auferetur ab ea.

X Ad scd̄m. ¶Ad secūdum ꝙ sacra scriptura est lex diuina:dicendum ꝙ verum est.non tamen talis lex qualis est humana, quia illa ex regulis pure practicis docet operanda:& ideo est pure practica . hæc autē ex regulis speculatiuis vt dictum est,& ideo est pure speculatiua.

Y Ad tertiū. ¶Ad tertiū ꝙ finis huius scientię est dilectio dei, & fruitio boni:Dicendū ꝙ verum est.non tamen ex hoc debet ista scientia dici practica. Est enim duplex bonū voluntatis. Vnum qd̄ ab ipsa volūtate pficit̃:vt est actio bona quā in aliud extra se extendit.Sicut est quælibet actio directa in finē . Aliud vero qd̄ ipsam voluntatem perficit. vt est operatio pfecta quā ītra se elicit,& p quā fini vltimo se vnit.Primū bonū volūtatis pertinet ad scientiam practicam:quia in ipsa est speculatio vt actionē dirigat : quod propriū practicę est.Secundum vero bonum voluntatis pertinet ad scientiam specialiter speculatiuā. quia in ipsa est speculatio solūmodo,vt voluntati obiectum suæ operationis perfecte ostendat:vt in ipsum statim opatione pfecta tendat, qd̄ est ꝓpriū speculatiuę supremæ : quæ cognitionem extendit in amorem.Et est ista operatio perfecta voluntatis:dilectio dei & finis vltimus ad quē tēdit ista scientia.Qua quidē actione voluntatis in præsenti tendit in deum:vt in quodam modo

distans a se: quia amore imperfecto. In futuro autem se penitus immerget eidem amore perfecto: vt sibi intime coniuncto & vnito. Primum ergo bonum non est finis huius scientię, nisi finis sub fine: sed secundum: ad qđ ordinatur primum vt in finē vltimū. & ex hoc habet ista sciētia ꝙ pfectissime sit speculatiua: & nomen sapientię sibi appropriet: vt dicatur sapientia a sapore: quia non solum illuminat intellectum in cognitione veri: sed vlterius inflāmat affectum in fruitionem boni: bono se vniendo, non se ad aliquod bonū operandum vlterius extendēdo. Sic enim continet quicquid est perfectionis in omni habitu tam speculatiuo q̄ practico: quia finem omnis veri in cognitione, & finem omnis boni in affectione. Et ideo respectu istius sciētiæ nulla alia potest dici sapientia: sed ista respectu omnium aliarum: secundum ꝙ supra determinatū est. Vnde & quia huius scientię speculatio: sicut & vitę futurę, perficitur in affectiōe dilectionis & fruitionis, dicitur a quibusdam ꝙ ista scientia debet dici potius affectiua q̄ speculatiua: sed non est ita. Denominatio eñi scientię debet esse a fine suo intra, in quo stat ipsa cognitio intra limites suos. Nunc autem illud qđ est in affectione sequens huius scientię speculationem finis extra se est: sed ipsa speculatio quæ stat in cognitione veri in intellectu, est finis eius intra se: vt sciētia est. & ideo simplr̄ & absolute verius debet dici speculatiua q̄ practica aut affectiua. Z

Circa quartū arguitur: ꝙ hęc scientia literis non erat conscribenda. Primo sic. Cognitio quæ solo diuino munere habetur, literis non est cōscribenda: quia literis non conscribitur scientia: nisi vt a nobis addiscatur. Vnde apostolus. Quęcūq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt. Scientia ista est huiusmodi: quia est notitia fidei: quæ solo diuino lumine habet: cū excedit limites naturæ. & .i. Io. ii. Vnctio docet de omibus. ergo &c̄. ❡ Secūdo sic. Illa scientia non est literis conscribenda: quæ habetur ex dictamine legis naturę: scientia ista est huiusmodi: quia nō cōtinet nisi pcepta legis naturæ: vt in principio Decre. & Deut. xxx. Mandatum qđ ego pcipio tibi non est supra te: neq; procul positum: sed iuxta te est in ore tuo & in corde tuo. Qđ exponens apostolus. Rom. x. dicit. Hoc est verbū fidei qđ prędicamus. ergo &c̄. ❡ Tertio sic. Si esset literis conscribēda: hoc non esset nisi in vsum hominū. Cum ergo apud deum non est acceptio personarum, omnibus quicunq; fuerūt erat conscribenda. hoc autem factum non fuit: quia non fuit conscripta ante Moysen. ergo &c̄. ❡ Ad oppositum arguitur Primo sic. In omni cognitione quam non habemus a natura indigemus scriptura: quia de facili labitur a memoria: quæ per literam reuocatur. quare cum hęc scientia nō inest nobis a natura, indigemus ea in scripto. ergo &c̄.

A Quest. IIII. Arg. i. — 2 — 3 — In opposi.

❡ Dicendum ad hoc: ꝙ in sacra scriptura & sunt leges viuendi, & decreta credendi. Est enim sacra scriptura ad hoc: vt per eam perficiamur in fide & moribus: licet moralis perfectio ad fidei perfectionem ordinetur: vt dictū est supra. Nunc autem principium cognoscendi ea quæ morum sunt, in lege naturę nobis naturaliter inditum est: quæ est seminariū impressum ad omnem notitiā operandorū intellectui practico: sicut supra dictū est seminariū impressum esse ad oēm notitiam speculandorum via rationis intellectui speculatiuo. Principium vero cognoscendi decreta credendorū ex nobis non est: sed per gratiā fidei fidelibus infusum. Quare cū scdm ꝙ manifestū est, de se scriptura quæcūq; nō est nobis necessaria: nisi quia principiū cognoscendi ab intra, non est principium sufficiens ad indicādum & conseruandum in promptu notitiā eorum quæ nobis sunt necessaria pro tempore illo: in quo sufficere potuit principium intra tam innatum q̄ infusum ad indicandum notitiam credendorum & agendorum, & ad notitiam eorūdem conseruandum: hæc scientia literis conscribenda non fuit: sed solum conscribenda ab illo tempore quo principium illud intra non potuit sufficere: & ab illo tēpore cōscripta fuit: secundum ꝙ dicit Cas. in coll. patrū. coll. viii. Deus (inquit) creans hominē naturaliter ei scientiam legis inseruit: quæ si fuisset ab homine obseruata ac custodita, nō vtiq; necessarium fuisset aliam dare quā literis promulgaret. Erat enim superfluum exterius offerri in remedium qđ adhuc interius vigebat insertum. Quā primus ille homo potuit euidenter attingere, suisq; posteris cum certa ratione transmittere. Vnde super illud Exod. xxxiii. Proiecit de manu tabulas & confregit, dicit Orige. in Homi. Significatur ꝙ dn̄s primū hominē ratione & ingenio decorauit: cor sapiens & intelligēs dedit; vt sine difficultate & errore scire & implere posset. Hoc ergo faciendo quasi tabulas quasdā scripsit & dolauit: sed eas cōfregit homo cū diabolo acquiescens. Iubetur ergo iterum tabulas dolare ad recipiēdum pręcepta dei. i. latitudinem

B Responsio. — C

cordis ꝑparare: qđ homo nondū litera legis naturæ animo deleta, sine litera exterioris scripti facere potuit: & exēpla operis posteris tanq̄ tabulas legis pro statu illo semper posteris reliquit: vt tabulas literæ nō scribere oportuerit. Vnde super illud Exod. xxiiii. Dabo tibi tabulas: dicit Glos. in fortibus fixa intentione custodienda: quorū exempla cū nobis imitanda proponūtur: quasi scripta i lapide lex ostēdit. Hic vt dicit Cassian9, Mādata legis absq; literę cognitiōe ante legem, immo ante diluuium omnes sanctos obseruasse cognoscimus. secūdum q̄ exempla indu cit de Abel, Enoch, Sem, & Iaphet, Abrahā, Loth, & Iob. quæ propter dispendium pretereo. Sed generaliter addit ꝑ omnibus dicens. Quem sanctorum legimus ante legem vllū legis non obseruasse mandatum? Quis illorum non custodiuit? Audi Israel deus tuus vnus est? Quis non impleuit illud, Non facies tibi sculptile: neq; vllam similitudinem? Quis illorum non obseruauit, honora patrē & matrē, vel illa quę ī Decalogo sequunt, Nō occides, Nō adulterabetis, Nō facies furtum, Non falsum testimonium dices, Non concupisces vxorem proximi tui, aliaq;

D his multo maiora, quibus non solum legis: sed etiam euangelii impleuere mandata. Ex quibus vlterius procedendo: intentū concludit dicēs. Illi igitur habentes naturalis atq; insitę legis sanam atq; integram disciplinam, nequaq̄ lege hac extrinsecus addita, literisq; descripta: quæ in adiutorium illi naturali data est, indigebāt. Ex quibus apertissima ratiōe colligit: vt dicit: nec istam legem cōscriptam literis dari ab initio debuisse. Erat eñ hoc superfluū fieri, stante adhuc naturali lege: nec ad integrum violata. Hanc eñ legē Seth paterna traditione suscipiens, & per successiones posteris tradēs, donec diuisus a sacrilega propagatione Cham perdurauit. quoniā eam sancte suscepit: ita etiā vel ad dei cultū vel ad vtilitatem vitæ communis exercuit. Cum vero impię generationi fuisset permixtus, & filiis Seth libidinis instigatione transgressis mandatum: qđ ab exordio mundi naturali institutione fuerat custoditum: necesse fuit per literam legis postea reparari, lege naturali iam corrupta vsu libertateq; peccandi. Et tunc primum adiutrix lex scripta apposita est, erudiēs eos ne ab illa disciplina in qua naturaliter fuerāt instituti, discedant: ne penitus litera legis naturalis extingueretur. Et ideo dicit apostolus: quia iustis non est lex posita: quia naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: sed iniustis & sceleratis & peccatoribus. secundum q̄ dicit Chrysostomus super illud Mat. vii. Ecce centurio. Scripturæ ad prę iudicium peccatorum factę sunt, non ad necessitatem sanctorū: quia rectis & fidelibus scripturæ necessarię nō sunt: sed iniustis. Magistra enim omnis iustitiæ ipsa natura est hominum. Vnde dicit Augustinus in sermone quodam. Præsumebant homines de suis viribus: & faciendo quicquid sibi licere arbitrabantur: peccabant in lege dei occulta. Vnde & lex ista manifesta promulgata est eis: qui omnino sibi rei non esse videbantur. Sic ergo nec in statu innocentiæ: nec statim post peccatum debuit ista sciētia scriptis commendari: sed solum tunc cū lege naturali quasi deleta per eam non sufficiebant se homines iuuare. & si transgressores illi primi naturalis legis non meruissent sine vlla excusatione, aquarū diluuii inundatione puniri: & tempus poenitentię eis fuisset indultum, statim fuisset tempus conscribendi legē in literis. sed quia tūc non nisi Noe iustus superstēs mansit cum suis: quasi in quo viguit iudiciū naturalis legis sufficienter pro se & pro suis, non fuit opus adhuc scripturam condere: sed tunc noua populi institutione facta per Noe, & filios eius expectatū est: quousq; secundū genus humanum in profundo peccatorum pelago se demergeret: & tunc educto de populo barbaro, populo ad legis susceptionem idoneo: tunc primo tempus fuit per Moysen in scripto tradi mandatorum legis

E edicta. Intelligimus ergo q̄ deus ab initio hominem & in naturalibus & in gratuitis perfectū creauit: & in corpore & in anima. In corpore, quia factus erat perfectus homo: vt statim posset generare. Et in anima, tam quo ad cognitionem naturalem, q̄ quo ad cognitionem supernaturalem. Quo ad cognitionem naturalem, quia sciuit ex naturali industria omnia quæcunq; ex primis principiis naturaliter notis tā in actiuis q̄ ī speculatiuis sciri possunt. Quo ad cognitionem supernaturalem: & eorum quæ naturalem cognitionem excedunt: quia in iis quæ de deo & de rebus diuinis cognoscenda erāt per fidē, pro statu illo perfectius nouit q̄ nos pro statu post peccatum nosse poterimus. Intelligimus etiā de posteris eius si in statu innocētiæ pmāsisset. q̄ scđm incremētū viriū ad pfectū in omni scientia naturali & gratuita pfecissent, quā sine obliuione conseruare facillime potuissent. Propter qđ in statu illo non erat oīno literis cōscribendū: qđ legis erat. Post peccatū etiā, quousq; per peccatorū exuberātiā legis lra quasi de corde hoīs erat deleta: sufficiebat oīno lra legis naturalis ꝑ naturā scripta ī corde hoīs, & lra legis supnaturalis scripta ꝑ gratiam. Nec oportuit vnā vel alterā scribere lris exterioribus: sed

post peccati exuberantiam illud necesse solum erat fieri: vt dictum est: & hoc ad memoriam & ad faciliorem notitiam. Sicut ergo ab ipso Adam notitia legis naturalis diffundi potuit per posteros quousq; per peccatum fuit obumbrata: vt reparatione egeret per legis literam: sic ab ipso notitia huius scientiæ quo ad decreta credendorum diffundi potuerit: quousq; similiter per peccatum fuit obumbrata: vt egeret per legis literam reparatione. Hinc dicit apostolus Roma.vii. in persona illorũ quibus lex data erat. Concupiscentiã nesciebã: nisi lex diceret. Non concupisces. Glos. Dicit esse peccatum vel tam magnum peccatum. F

¶Ad primum in oppositum, ꝙ cognitio quæ habetur diuino munere non est conscribenda: dicendum ꝙ verum est, donec munus illud maneat in suo robore & vigore: hoc est donec mens tenebris peccatorum inuoluatur. secũdum ꝙ dicit Chrysostomus in principio super Matthęum. Quantum erat ex lege naturæ, oportuerat non indigere auxilio literarum: sed tam in omnibus habere vitam mundam, vt illarum vice gratia spiritus sancti vteretur: & sicut atramento paginæ: ita corda nostra inscriberentur a spiritu. Quia vero hanc a nobis exclusimus gratiam, vel secundas diuitias expetamus. Nam Noe, Abrahę, eiusq; posteris Ioseph & Moysi non per literas: sed per semetipsum locutus: quia scilicet corda eorum munda reperit. Postq̃ vero omnis populus non solum gentium: sed & Iudęorum in ima delapsus est, tunc iam literæ dantur ac tabulæ per quæ legis naturalis admonitio ministretur. ¶Ad secundum ꝙ ista scientia est de dictamine legis naturæ: dicendum ꝙ verum est sumendo largo modo naturam: vt appelletur id nobis inesse a natura, qđ a nobis non est per nos acquisitũ: sed nobis inditum siue naturæ impressum: vt sunt principia agendorum legis naturæ: siue naturæ infusum: vt sunt principia credendorum. Sic enim Adam habuit istam scientiam ex dictamine legis naturæ vt dictum est. Vel vt appelletur natura naturale principium ad acquirẽdũ aliud vel suscipiendum. sic omnes posteri eius omnes alias scientias & istam habuerunt & habent. Habent enim naturalia principia acquirendi scientias humanas, & suscipiẽdi influentias ad percipiendum scientiam diuinam. secundum ꝙ de hoc sufficienter habitum est supra. & sic Cassianus large sumit naturam in dicto suo: & Chrysostomus similiter. Et licet hoc modo scientia ista est legis naturæ: quia tamen principia eius & pręcepta erant rubigine peccatorum quasi deleta: vt in eis legere nõ sufficeret homo: indiguit vt singula respiceret distincte literis conscripta: quæ alias in illis regulis sine literis essent cõspiciẽda. Vnde nec fides sufficit in nobis singula credenda monstrare: sed oportet ea ex litera respicere: vel a doctore audire. Secũdũ ꝙ scimus centurionem Cornelium: q̃uis exauditas orationes eius & eleemosynas respectas ei angelus nunciauit, Petro tamen traditum imbuendum: per quem non solum sacramenta susciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset audiret: vt dicit Augustinus.i. de doctrina christiana: & tamen per fidem interius a deo prius illustratus fuisse creditur. ¶Ad tertium ꝙ erat conscribenda in vsum hominum, dicendum ꝙ verum est: sed pro tempore cum opus erat: vt dictum est. ¶Ad primum in oppositum ꝙ labilis est memoria, & ideo indigemus scriptura: dicendum ꝙ verum est: sed hoc non habet nisi ex inundantia peccatorum. Vnde nec in statu innocentiæ, nec statim post peccatum hoc contingebat. & ideo nec illis temporibus erat hæc scientia conscribenda: sed aliæ vt dictum est.

G Ad pri. pri. | H Ad secdm. | I Ad tertiũ. | K Ad argu. in oppo.

Irca quintum arguitur, ꝙ hæc scientia tota simul & perfecta erat conscribẽda, non vna prius: vt vetus testamentum: altera posterius: vt nouũ testamẽtum. Primo sic. Natura facit semper qđ melius est, scdm ꝙ est possibilius: vt dicit philosophus. multo fortius ergo & auctor naturæ, qui melior est & perfectior. sed melius fuit recipere scientiam simul totam perfectam q̃ partem, & hoc erat possibile dare auctori huius scientiæ: deo scilicet. ergo &c̃. ¶Secundo sic: Quãto scientia perfectior est: tanto melius & facilius instruit. sed propter hõis instructionẽ ista scientia cõscripta est. vt dictũ est. ergo tota pfecta debuit cõscribi. ¶Contra est apostolus cum dicit primę Corinth. decimoquinto. Non prius qđ est spirituale q̃ qđ animale. sed qđ animale q̃ qđ spirituale. vetus testamentum est animale, nouũ spirituale. iuxta apostoli intentionem ibidem. ergo &c̃. ¶Item Gal.iii. Lex pędagogus fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. i. in nouã legem fidei Christi. Sed pędagogus debet pręcedere illum cui⁹ est pędagogus. Vetus ergo testamentum prius debuit cõscribi q̃ nouum. quare cum ambo sint partes huius scientiæ: non simul debuerunt conscribi: sed partes successiue.

L Quęst.V. Arg.i. | 2 | In opposi. | 2

M ¶ Dicendũ ad hoc: ꝙ cũ vt dictum est: scientia ista non nisi in vsum & auxiliũ hominũ literis describẽda erat: eo modo & tpe describẽda erat quo vsui hoīs magis cōpetit. Nũc
Responsio. autem ita est: vt patet ex dictis: ꝙ homo per hanc scientiã ab imperfecto ducẽdus est ad pfectũ: qđ oportuit fieri gradatim a minus perfecto ascendendo ad magis perfectum. Et hoc non tantum in cognoscendis: vt declaratum est supra eodem articulo, quęstione tertia: sed etiã in agẽdis: vt iam restat declarare. Cum enim vt dictum est quęst. proxima hoībus submersis in profundo peccatorum scientia ista conscribenda erat: qui omnino inhabiles erãt ad perfectiora opera virtutum exercenda: sed sufficiebat eis si ab initio possent vsum peccatorum dimittere: & tunc demum ad opera perfectionis & virtutũ anhelare: Idcirco eis ab initio ista scientia perfecte describi non debuit: sed aliquis gradus in ea: vt in minori assuefacti ad magis perfectum suscipiẽdũ fierent idonei. vt sic primo pars illa q̃ faciliora & minus pfecta describeret, in veteri testamento: deinde cõsequẽter illa quæ difficiliora & pfectiora edicta cõtinet, in nouo testamẽto traderetur: vt per primam partem fugere peccata disceret timore pœnę: per secũdam virtutes amare zelo iustitię. Propter quod dixit apostolus. Ad nihil pfectũ ducit lex: sed pædagog⁹ noster fuit in Christo. Hinc est ꝙ dicit̃ in collatione p̄dicta. Quia lex naturalis corrupta fuerat vsu libidineꝗ peccandi apposita est adiutrix naturæ legis Mosaicę seuera districtio: vt vel metu pœnæ præsentis non penitus litera scientiæ naturalis extingueretur, quæ tantum durare debuit quo pristinæ legis naturæ possent sustinere mandata, quæ in lege euangelii erant diuulganda. Quoniam vt dicit Ambrosius super Lucã, Iob, Melchisedech, Abraham, Isaac, Iacob per fidem sine lege viuebãt. Pręuenientes enim legem patriarchę sancti pceptorum vinculis absoluti libera & cõsimili nobis euangelii gratia refulserũt. & sequitur. Multo melius egisset circuncisus populus: si vitam maiorum voluisset imitari. Sic eñ fuisset vna ædificatio priorum ac sequentium. Sed quia primum illũ vitę actũ posterioris infirmitas non potuit implere
N tanq̃ medius paries interiectus est: ne continua bonorum morum ædificatio rumperetur. Et ideo vt dicitur in dicta collatione: non erat possibile euãgelicam perfectionem tradi ante legis custodiam. Non enim poterant audire, Qui te pcusserit in dextera maxilla prębe illi & alterã, qui cõtenti non erant tali ęqualitate iniurias pprias vindicare, sed telorũ vulnera pro alapa leuissima rependebãt: & pro vno dente aĩas percutientiũ expetebãt. Sed nec dici illis poterat, Diligite inimicos vestros: in quibus magni fructus dicebant̃ vt amicos suos diligerẽt, declinarẽt vero ab inimicis: & solo ab illis odio dissiderẽt: nec opprimere illos & occidere festinarẽt. Mosaicę igit̃ iustitię modus a talibus prius custodiendus erat: non excedere in vindicta modum, ne plus rependat quisꝗ q̃ acceperit, & tunc demũ nouę legis gratiam valet suscipere, vt nõ solum vindictam non expetat: sed etiam totam remittat: insuper & iniuriãti beneficia cumulet. scđm illud. Si sitit inimicus tuus, potũ da illi. Quia vt dicit Augustinus. i. de ser. do. in monte. Magnus hic iustitię gradus oculũ pro oculo, dentẽ pro dẽte: quib⁹ nominib⁹ signat̃ modus: vt iniuria vindictã non transeat: & hęc est quædã pacis inchoatio. Perfecta vero pax est talẽ penitus nolle vindictã. Inter ergo illud primũ qđ pręter legem est: vt maius malũ pro minore reddatur: & hoc qđ dominus discipulis dicit: ne pro malo vllum reddatur malum, mediũ quẽdã locum tenet: vt tantũ reddatur q̃tum acceptũ est. Per qđ a summa discordia ad summam concordiam: pro tẽporũ distributione transitus factus est: vt homo per legem Moysi adiutus, ipsa tanq̃ pędagoga vtatur: & ad legis naturę pcepta nõ i tabulis lapideis: sed in tabulis cordis scripta reuertatur. dicẽte dño p Hieremiã prophetã: qđ & assumit apostolus. Heb. x. Ecce dies veniunt, & cõsummabo super domũ Iuda & super domũ Israel testamentum nouum: nõ secũdũ pactum qđ pepigi cum pluribus eorum in die qua apprehendi eos: vt educerem eos de terra ægypti: sed hoc erit pactum meum: dabo legem meam in visceribus eorum: & in corde eorum scribam eam. Esa. xi. Lex mea in corde ipsorum. Glos. interli. Euangelium. Vnde statim deficiente lege naturæ nõ erat describenda lex euangelii, sicut nec Christus eam scripsit: quia non erat literis conscribenda: vt discatur: sed solum prędicationibus proponenda: vt in cordib⁹ hominum scripta legatur. Sed quia post prędicationem euãgelii (vt dicit Chrysostomus) sicut priores a lege naturæ: sic & posteriores multi a recto calle euangelicę prædicationis detorserant, eius rursus quæ constat ex literis eguerunt. & opus erat vt scriberentur euangelia: quæ non
O nisi ad naturalis legis recordationem erant diuulganda. ¶ Ad primum ꝙ auctor naturæ facit
Ad primũ qđ melius est: dicendum ꝙ verũ est quando est possibilius & congruentius. Nunc autẽ non ita
principale. conueniens & congruum fuit homini totam simul conscribere: vt per partes: sicut dictum est.
Ad scđm. ¶ Ad secundũ ꝙ scientia perfectior perfectius & facilius instruit, dicendũ ꝙ verum est, quando

recipiens ad perfectionem scientię est dispositus. sed quando est indispositus, perfectior scientia facilius & perfectius secundum suum statum instrueret eum, vt dictum est.

Irca sextũ arguitur quod sacra scriptura nõ est perfecte cõscripta in duobus testamẽtis: sed quod restat tertia pars cõscribenda. Primo sic. In quolibet genere imperfectũ expectat perfectionem per aliquid sui generis. Perfectum enim & imperfectũ sunt vnius naturę secundum philosophum. vii. metaphysicę. Et Chryso. sup illud Mat. v. Nisi abundauerit iustitia vestra &c. dicit. Cõmendat legem antiquã, eã confert nouę, cuius sane illã esse quasi cognatam docet, & omnino germanã. Plus enim ac minus eiusdem esse generis manifestũ est. Haec scriptura in vtroque testamẽto imperfecta est, secundum apostolũ. i. Corin. xiii. Ex parte cognoscimus. ergo expectat perfectionẽ per aliquid sui generis. hoc nõ est nisi aliquid scientię huius vitę, quod ad eã pertinet, quia sciẽtia vitę futurę omnino est alterius generis. ergo &c. Secundo sic. Io. xvi. dixit Christus. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autẽ venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem verita tem. Sed ex nouo testamento non cognoscimus veritatem aliam quam Christus discipulis dixerat & fecerat: & adhuc non omnem illã, secundũ quod dicitur Io. vlti. concludẽdo finẽ euangeliorum. Sũt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundũ capere eos qui scribendi sunt libros. ergo restat ad integritatẽ huius scripturę, quod per spiritũ sanctum annũciandum est. Contra. si esset aliquid adhuc conscribendũ, illud euangeliũ mereretur dici, quia esset melior & certior futurorũ annunciatio quam facta sit, quae semper euangeliũ meretur dici secundum Chrysost. in principio super Mat. Sed tale quid restare nõ potest conscribendũ, secundum quod dicit Apostolus Gal. i. Euangelium non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos cõturbant, & peruertere volunt euangelium Christi. ergo &c. P Quest. VI. Arg. i. 2 In opposi.

Dicẽdum ad hoc: quod opinio aliquorum erat: & dicitur abbas Ioachim illius fuisse opinionis: quod promissio illa de missione spiritus sancti. Io. xvi. nondũ cõpleta erat tempore apostolorũ. Et quod ipse spiritus adueniens nouum euãgelium conderet: in quo omnino legem diuinã perficeret. Vnde & tribus diuinis personis & tribus tẽporibus sibi succedẽtibus dicebant cõgruere tria testamẽta: vt vetus testamẽtũ pręcedens dicatur patris: nouũ filii: & tertiũ futurũ spiritus sancti. Vnde & Manichęus dixit illã spiritus san. promissionẽ in se cõpletam fuisse: & prędicationẽ noui euãgelii ab eo recipiendã esse: vt dicit Aug. cõtra epistolã Fundamẽti. Cõsimiliter & plures alii qui sectas errorũ sibi cõgregauerũt: vt Mahumetus fecit: quorum nõ erat intentio, nisi peruertere euãgelium Christi: vt dicit apostolus. Quorũ errores prouidens apostolus, omnes tales volentes noua scripta euangelio addere, quasi lex euangelica esset imperfecta, ponit sub anathemate, cum dicit. Gal. i. Sed licet nos aut angelus de cęlo euãgelizauerit vobis praeterquam quod euãgelizauimus vobis anathema sit. & vt amplius cõfirmet, repetit idẽ dicẽs: Sicut praedixi, & nunc iterũ dico de istis. Si quis vobis euangelizauerit praeter id quod accepistis anathema sit. In dicto illorũ error erat & vanitas quo ad duo. Primũ quo ad hoc quod dicebant spiritus san. promissionẽ in apostolis nõ fuisse impletã. Iterũ vero quo ad hoc quod dicebãt per spiritũ sanctũ nouũ euangeliũ ad perfectionẽ euãgelii Christi esse condendũ. Contra primũ est illud quod dicit Christus. Io. xv. Cũ venerit spiritus paracletus quẽ ego mittam vobis a patre: ille testimoniũ perhibebit de me, & vos testimoniũ perhibebitis. i. ille testimoniũ perhibebit per vos & in vobis. secundum quod dicit Ioã. xiiii. Ego rogabo patrẽ: & aliũ paracletũ dabit vobis: vt maneat vobiscũ in ęternũ spiritus veritatis. & sequitur: vos autem cognoscetis eũ, quia apud vos manebit, & in vobis erit, & Luc. vlti. Ego mitto promissum patris mei in vos: vos autẽ sedete in ciuitate quousque induamini virtute ex alto. Vnde dicitur Io. vii. Nondũ erat spiritus datus, quia Christus nõ erat glorificatus. q. d. si Christus esset glorificatus, statim spiritus esset datus. Et ideo promissionẽ quã dudũ fecerat, iterauit in ascensione promittẽs eũ eis de propinquo, secundum quod dicitur Actuũ. i. Vos autẽ baptizabimini in spiritu sancto nõ post multos hos dies. Quod impletũ est Actuũ. ii. vbi dicitur quod cũ complerẽtur dies pẽtec. &c. vbi quia manifestissime cõuincuntur negabãt aliqui eorũ actus apostolorũ esse de canone, in quo manifeste eis cõtradicit Aug. cũ in li. cõtra epistolam Fundamẽti dicit loquẽs de actibus apostolorum. Cui libro necesse est me credere: si credo euãgelio: quoniam vtramque scripturã mihi similiter catholica cõmẽdat auctoritas. Cõtra secundum est illud quod dicit Christus Mat. v. Non veni soluere legẽ, sed implere. Nunc autem non implesset, si adhuc aliquid quo implenda esset restaret. Vnde sup hoc dicit Chryso. In priorũ augmẽtũ & cõplemẽtũ erãt quae dicebantur a Christo. fuissent autem incremẽtũ, sed nõ in cõplemẽtũ: si aliquid restaret. Et quod omnino nihil restabat addẽdũ, sup dicta Christi, vt iustitia legis impleretur, manifeste apparet ex eis quae Christus docuit. Cũ enim vt docet Aug. de ser. d. in mõte, magnus gradus Q Responsio quorũdam 1 2 R Obiectio cõtra i. S Contra. ii.

iniurię est maleficiū reddere p bñficio:summus vero gradus pfectę iustitię est beneficiū reddere pro maleficio:Inter quos sunt multi gradus medii iniustitię, & multi iustitię, qui sunt minoris iniustitię & iustitię,secūdū q minor iustitia erat poena Talionis veteris testamēti , oculum pro oculo,dentē pro dente,vbi modus vindictę modū non excedit iniurię:illū autē gradū iustitię summę Christus in summo docuit:vt vlterior modus iustitię nec sit,nec excogitari possit,qñ.s.docuit q nulla omnino vindicta esset expetenda: sed beneficiū pro maleficio reddendū,& nō qualecūq beneficiū pro qualicūq maleficio:sed pro summo maleficio qđ erat psecutio inuidorū inimicorū vsq ad mortē,reddere summū beneficiū.s.animā pro eis ponere:& pro ipsis occisoribus exorare,& veniā eis impetrare,Orate(inquit)pro persequētibus & calūniantibus vos.Et q ille sit gradus vltimus ex lege charitatis ,pcedēs manifestum est.Si em̄ iuxta dictū Christi maiorē charitatē nemo habet,q̄ vt animā suam ponat quis pro amicis suis:Multo fortius nemo maiorem charitatem habet,q̄ vt animā suā ponat pro inimicis suis . Istud ergo

T est vltimū & vltra qđ nihil pfecti⁹ addi pōt,& p hoc euāgelica pfectio a Christo tradita immediate fini vltimo cōiungit,vt nulla lex vel iustitia poterit esse immediatior. Et ideo dicit Heb. iii.Participes Christi effecti sumus. Si tñ initium substātię eius vsq in finē firmū teneamus.& vii.Nihil ad perfectū perducit lex.Inductio vero melioris spei per quā proximamus ad deū.In tantū melioris testamēti sponsor factus est Christus.&.x. Habentes itaq fratres fiduciā in introitu sanctorū in sanguine Christi, quā initiauit nobis viam nouā & viuentē per carnē suam accedamus cū vero corde in plenitudine fidei. Et ita cū deductio mūdi processit scđm tres leges p tres status hoīm,legē naturę,legē Moysi,& legē euangelii Christi:nullus status vitę huius perfectior esse potest,statu nouę legis,& euangelii Christi. Vnde durabit vsq ī finē,scđm q de statu generationis fideliū Christi exposuit Chrysosto. illud Matth.xxiiii. Dico vobis quia

V non pteribit generatio haec donec oīa fiant.& loquitur de illis quę fient in fine mundi.Est ergo

Responsio. sacra scriptura nō solum in se perfecta,sed & perfectissime cōscripta:vt nihil restet cōscribēdū, sicut dictum est supra.

X ¶ Ad primū in oppositū q imperfectū perficiendū est p aliqđ sui:Dicendū q imp

Ad primū principale. fectio priuatio quedā est perfectionis.Nunc autē vt vult phus.v.metaphysicę,Priuatio alicui⁹ dicitur esse in aliquo:cū nō habuerit qđ natū est esse in alio pfectiori se.secūdū q dicit q plātae carent sensu, qui inuenitur in aīali,& q talpa caret visu,quis nō est nata visum habere: sicut alię species aīalis.Et secundū hunc modū vult phus.iii.de aīa.q qđā aīalia sunt pfecta:vt q̄ hñt oēs sensus.Quędā vero impfecta,vt q̄ carēt aliquo vel aliquib⁹ sensibus. Alio mō dicit priuatio esse in aliquo qđ caret eo quod natū est habere secundū suā speciem. Sicut est cęcitas in hoīe.Et secundū hunc modū dicitur aliquid proprie imperfectū primo modo,quo imperfectum nō est innatū in se recipere perfectionē eius,respectu cuius dicit imperfectū.Sicut planta nō est nata habere sensum,neq talpa visum. Hoc modo scripturę sacrę sciētia est imperfecta respectu visionis apertę.Sicut dicit aplūs. Ex pte cognoscimus,& ideo tale imperfectū non est natū perfici per aliud: sed adueniente perfectiori omnino euacuari.Secundū q dicit ibidem aplūs.Cum venerit qđ pfectū est,euacuabit qđ ex pte est.Hinc Orig.sup illud Leui.iiii. Quicquid autē tertius dies inuenerit ignis assumit.Duos(inquit)dies,puto duo testamēta posse intelligi, in q̄bus liceat oē verbū qđ ad deū ptinet requiri & discuti,& ex ipsis oēm sciētiā rerū capi.Si quid supfluxerit qđ diuina scriptura nō decreuit,tertiā scripturā nō debere suscipi,q̄ hic dies tertia noiat:sed qđ superest igni tradam⁹,& deo reseruemus:quia in pñti vita deus scire nos oīa noluit,quia nūc scimus ex parte.&c̄.Impfectū autē secūdo modo est illud qđ natū est pfici p illud qđ innatū est habere scđm suā speciem:sicut homo cęcus p visum. Hoc mō sciētia veteri testamēti est impfecta,pfectibilis p sciētiā noui testamēti superuenientē : cū qua est cognatę naturę, vt dictū est secundū Chryso.quae nō euacuat omnino per nouū superueniens:sed manet sub ipso in esse perfectiori.quia vt dicit Glos. Matth.v.dum fuerit addita ad perfectionem: & haec plenius agunt quę sunt pmissa ad ichoationē. Tota vero ista sciētia cōflata ex veteri testamēto & nouo,isto modo impfectiōis nullā oino habet impfectionē,sed est tota & pfecta.quia scđm q dicit Primus modus totius.v.metaphysicę,ab ea nō diminuit aliqua pars eorū quibus dicit totū

Y .i.eorū quę sunt pfectionis humanę sciētię in vita ista:vt determinatū est supra. ¶ Ad secūdum

Ad scđm. q ex euangelio Christi non habetur oīs veritas quā promisit Christus docturū spiritū san.dicēdū q verū est materialiter nō formaliter.Non em̄ pmisit spiritū docturū aliquā aliā veritatē aut pfectiorē q̄ ipse docuerat:sed poti⁹ explanaturū illā quā ī veteri testamēto & ī sua doctrina

euāgelica ī expositā reliqt:& appositurū sup illa dicta vet.test.q̄ in euāgelio nō apposuit Christus:quorū̄ itellectū apl'i tūc nō potuerūt portare nōdū spū repleti. Et hoc est qđ ipse dicit Io.xiiii.Hęc loquut⁹ sum vobis apđ vos manēs:paraclitus aūt spūs sctūs quē mittet pater ī noīe meo,ille.v.d.o.& suggeret vobis oīa q̄cūq; dixero vobis.Et ideo dicit eis Matth.vlti.Eūtes docete oēs gentes .Et sequit.Docētes seruare eos oīa q̄cunq; mādaui vobis. Et ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationē seculi.Doceri ergo debet doctrina Christi:& ad doctrinę eius exemplū exponi tā vetus q̄ nouū testamentū:& apponi quātū spirit⁹ sanctus dictauerit vsq; ad consummationē mūdi.Vnde sciendū q̄ doctrina euāgelica se habet ad doctrinā veteris testamēti vt eius ípletiua.Scđm q̄ dixit Christus Matth.v.Non veni soluere legē sed adimplere.Impleuit aūt eam quantū ad doctrinā pertinet,dupliciter.Vno mō quo ad cerimonialia:alio mō quo ad moralia.Quo ad cerimonialia eorū obseruantias spiritualiter interp̄tando:& literaliter euacuando.Quo ad moralia imperfectū in ipsis perficiendo:qđ.s.omissum erat supplēdo.Et sic doctrina euangelica nō tam erat impletiua q̄ expositiua legis veteris testamenti,perfectū modū obseruantię vniuersorum pręceptorū legalium explicando.Euāgeliū enim expositio est legis.vt dicit Glos.Leui.x. Vnde dicit Chrysostomus super Matth. editione secunda. Scđm modum viuēdi Christus legem impleuit duobus modis. Primū exteriores quidē legis figuras soluens: interiores autē eius virtutes adimplens . vtputa in lege praecepit oē opus seruile in sabbato queq̄ facere nō debere. Spūaliter autē scđm euāgelii veritatē opus seruile peccatum est.omne autē opus bonū non est seruile,sed liberale: & animæ fit:licet ipm videatur in prima facie corporale.Vides ergo quia Christus sabbatis operās adimpleuit legē:non soluit:manifestauit:non occultauit.Deinde adimpleuit legē in minimis istis. scđm q̄ planius exponit hoc in prima editione.d. Nō in interitū priorū:sed in augmentū potius & complementū erant quę dicebantur a Christo. Erant autē in complementū quo ad p̄cepta negatiua de iniuriā non inferendo:amplius prohibendo q̄ in lege erat prohibitū . Quo vero ad praecepta affirmatiua:plus p̄cipiendo q̄ in lege erat praeceptū. & hoc tam in iniuriis sustinendis, q̄ in beneficiis conferendis.scđm q̄ de impletione praeceptorū negatiuorū dicit Chrysostom⁹. Illius quippe sentētię q̄ dicitur:Non occides:haud interemptio,sed adimpletio magis atq; munitio est dicere. Nō irascaris. Omniū similiter caeterorū adimpletio atq; munitio facta est per Christum nō interemptio. De praeceptorum vero impletione tam in beneficiis conferendis q̄ in iniuriis sustinendis dicit Chrysostomus.Non iam vsitatū misericordem requirit: sed etiā tunica te exui iubet ad tegendum alterius nuditatē: neq; simpliciter remittērē, sed illū quoq; qui alteram maxillam p̄beat ferire cupienti. Doctrina vero apostolica ad doctrinā euāgelicam nullo modo se habet vt eius impletiua:imp̄fectū aliquid existens in ipsa supplendo & addendo vel expositione spūali aliqd literale euacuādo:sicut doctrina euāgelica dicta est se habere ad doctrinā veteris testamenti.Sed doctrina apl'ica se habet ad doctrinā euāgelicā & mediāte illa ad doctrinā veteris testamēti cōsequēter:vt explanatiua quorūdā eorū q̄ obscure i illis dicta sunt in sensu literali:& vt interpretatiua eorūdē scđm sensum mysticū, allegoricū, tropologicū,vel anagogicū.Specialiter autē se habet ad vet⁹ testamētū eodē mō sicut se habet doctrina euāgelica cerimoniales obseruātias spūaliter interp̄tādo:& defectū moraliū supplēdo.Hęc oīa facit vice doctrinę euāgelicę ipsam in oībus imitando.Christus eñ nō oīa obscura lr̄aliter nec in testamento veteri:nec in sua euangelica doctrina exposuit.sed aliqua tm̄:& ad exemplar eorū reliquit apl'is cętera exponenda.Similiter nec omnē moraliū praeceptorum imperfectionem dictis suis impleuit:sed q̄dā:& ad exemplar illorū cętera dimisit apl'is supplenda.Et sic vltima expositio & perfecta in corpore canonis est doctrina apostolica.Vnde sup illud Leui.ii.Panes absq; fermento.dicit Glos.Verba apostolorū sunt panes:lagana prophetarū.Quanto eñ panes laganis ad nutrimentū sunt aptiores:tātū p̄cellunt verba apostolorū, verbis prophetarū.Concorditer ab illis de Christi miseratione scriptū est.Sed apostoli plenius scripserunt:qui completum ostēdunt qđ illi nūciauerūt futurū.Et ideo pauca figuratiua:& plurima clare dicta cōtinet. scđm q̄ dicit Augustinus de opere monachorū . Magis p̄prie q̄ figuratiue pene omnia se habent in epistolis apostolicis.& sic perfecta ars & sciētia eorū quæ cōtinentur in doctrina apostolica,tradita est in doctrina euangelica.Nec est doctrina apostolica alia scđm formā a doctrina euangelica:sed q̄si scđm materiam solū,inquātū artem exponendi obscura & supplendi omissa traditam in doctrina euangelica doctrina apostolica applicat ad plures materias. Et sic ex euāgelio Christi formaliter habetur oīs veritas quā pollicitus erat per spiritū sanctū apostolos docturum. Vnde scire quomodo illa euāgelica doctrina iuxta artem quam in ea tradidit Christus

esset applicanda ad plures materias dictis modis,erat illud qđ Christus apostolis promisit cũ
dixit. Adhuc multa habeo vobis dicere &c. Propter qđ sub eodem testamẽto formaliter cadit
apostolica doctrina cum euangelica:quia quicquid artis & perfectionis est ĩ sciẽtia apostolica:
totũ est in scientia euãgelica:licet non ad tot materias applicatũ.Nõ sic autẽ quicqd est artis
& perfectionis in doctrina euãgelica:inuenitur in vete.testa.Et ideo oĩno est aliud nouũ testa.
a veteri:& est aliter doctrina aplica in doctrina euangelica,q̃ doctrina euangelica in doctrina
vet.test.Immo vniuersaliter doctrina tota noui te.est ĩ doctrina vet.testa. Est eñ doctrina no.
test.in veteri,non tñ sicut explicitũ in ĩplicito:& planũ in obscuro:sed etiã sicut perfectũ ĩ im
perfecto.Doctrina vero aplica est in euãgelica nõ sicut pfectũ ĩ ĩpfecto:sed sicut explicitũ ĩ iex
plicito:& sicut exẽplatũ in exẽplo.Est etiã aduertẽdũ q̄ p illum etiã eũdem modũ quo doctri
na apostolica se habet ad euangelicam & ad doctrinã vet.test.se habet doctrina doctorũ Augu
stini,Ambrosii,& cęterorum ad totam doctrinã canonicã: licet non æquale pondus auctorita
tis obtineat:quia non cõstat ecclesiæ doctores aliquos catholicos in spiritu sancto fuisse loqu
tos: sicut cõstat ipsi aplos in eo fuisse locutos.Sicut enim Christus plurima reliqt aplis exponẽ
da & supplenda ad exemplar eorum quę ipse exposuit & suppleuit in doctrina euangelica: Sic
apostoli in sua doctrina dimiserunt plurima exponenda & supplenda doctorib⁹ ad exẽplar eorũ
quæ ipsi exposuerũt & suppleuerũt ĩ sua doctrina.Scđm q̄ dicit Beat⁹ Gregori⁹ in Homil.de
semine,quã Christus p se exposuit.Idem dñs p semetipsum dignatus est exponere qđ dicebat:
vt sciatis rerum significationes q̃rere in his quæ per semetipsum noluit explanare. Et de expo
sitis per apostolum dicit Orig.in Homil.de nuptiis Abrahę cũ Cethura. Semper (inquit) no
bis sanctus apostolus occasiones p̃bet intelligẽtię spiritualis:& licet pauca,tamẽ necessaria stu
diosis ostendit indicia:quibus q̄ lex spiritualis sit in oĩbus,cognoscit̃. Vñ illud. Adhuc multa
habeo &c.dictũ erat apostolis non tam p ipsis q̃ p suis successoribus. Licet eñ apostoli primi
tias spiritus sancti receperint:virtutem tamẽ eius oẽs posteri fideles recepturi sunt vsq; in fi
nem mũdi:& p ipsam sacrã scripturã tractaturi:& opere impleturi.scđm q̄ dicit Chrysostom⁹.
Hoc est quippe mirabile,q̄ Christus non solũ legẽ ĩpleuit ipse,sed idẽ illud nobis quoq; facere
donauit.Qđ apls signando dicebat peccatum illum damnasse in carne:vt iustificatio legis im
pleretur in nobis:qui non scđm carnem ambulamus.Et iterum. Legem ergo destruim⁹? absit.
Sed statuimus.Sicut ergo apostoli exposuerũt scripturasnon expositas a Christo,ad exemplar
eorum quæ ipse exposuit: Sic catholici doctores ea quæ nec Christus, nec apostoli exposue
runt,ad exemplar illorũ quæ ipsi exposuerũt,debẽt vsq; in finem mũdi exponere:nec antiquis
expositiõibus cõtenti esse. Propter qđ dicit Orig. Ge.xxvi.sup illud,Senuit aũt Isaac. Tente
mus facere illud qđ sapientia cõmonet dicẽs: Bibe aquam de tuis fontibus & de tuis puteis:&
sit tibi fons tuus p̃prius. Tenta ergo & tu auditor habere puteum proprium, & fontem pro
priũ vt & tu cum app̃henderis librum scripturarum:incipias & ex p̃prio sensu pferre aliquẽ
intellectum:& scđm ea quæ in ecclesia didicisti,tenta & tu bibere de fonte ingenii tui. Est in
te natura aquæ viuę:venę perennes & irrigua fluenta,rationales sensus:si modo non sunt ter
ra opta.Sed satage terram tuam fodere:purgare sordes.i.ingenii tui amoue desidiam: & tor
porem cordis tui excute.Audi quid dicit scriptura:Punge oculum,& producet lachrymam:
punge cor & proferet sensum.Purga ergo & tu ingeniũ tuũ,vt aliquãdo ẽt de tuis fontib⁹ bi
bas.Si enim accepisti a Christo verbum vitæ & fideliter accepisti:fiet in te fons aquę salientis
in vitam æternam.Cui concordat illud Senecę.Nihil æstimo latentes sub aliena vmbra semp
nunq̃ ausos conscribere qđ diu didicerũt habere generosum. Turpe enim est seni ac prospiciẽ
ti senectuti semp ex cõmentario sapere.Propter qđ dixit Zeno.Quousq; sub alieno moueris?
aliqd & de tuo pfer. Vñ Boethius de disciplina scho.Miserrimi est ingenii semp inuentis vti:
& nunq̃ inueniendis.Sed intelligendũ q̄ non est vtẽdum inueniendis,neq; aliqd esse in eis nisi
iuxta regulam inuentorũ. Vnde Orig.sup illud Exo.xxxv.Separate apud vos primitias dño.
Non poteris aliquid de sensu tuo offerre deo:nisi prius quę scripta sunt corde cõcepis:nisi in
tentus fueris:& diligens audieris.Nõ concipit corde nisi qui vacat ore mẽte liber & tot⁹ intẽ
tus.qđ cũ fecerit,dignũ est vt quãdoq; ad cõplẽdũ sacrę scripturę ædificium, quilibet aliquid
de suo offerat.Iuxta illud qđ subdit ibidẽ.Iustum est vt in templo dñi inueniatur quisq; ha
bere portionẽ suã.Non eñ latet dñm quisq; quid offerat.Q̃; gloriosum si dicat̃ in templo dñi
aurum illud quo arca testamenti regitur, illius est: argentum ex quo bases & columnę sunt
illius est & cętera quęcunq; per singula, q̃ indecorum: q̃ miserum: si dominus visitans taber
naculum nihil muneris tui inuenerit:nihil a te oblatum cognoscat.Sic ergo vult dñs vt glia

bet de suo offerat: vt sic totum ædificium continue crescens tandem perfectū fiat. & hoc tam cognitione doctrinę, q̄ opere vitæ. Iuxta illud qđ dixit Christus. Matth.v. Donec transeat cęlū & terra, Iota vnū aut vnus apex non peribit de lege donec oīa fiant. Cūq; omnia hæc fuerint facta: tūc erit finis. Scđm ꝙ dr̄ Matth.xxiiii. Pr̨dicabit̄ hoc euangeliū regni ī vniuerso orbe: & tunc veniet cōsummatio. Et ideo Christus in principio suę p̄dicationis dixit. Pœnitētiā agite appropinquabit eñ regnū cęloꝝ. Vñ cū nō solū p̄dicatū fuerit euangeliū per orbē vniuersum Christi nomen diuulgando: qđ impletū fuit tēpore apostolorū: sed etiā cū effectu pœnitentiā recipiendo: vt in omni gente ecclesię ædificent̄, & ab aliquibus in illis colatur Christus: qđ nō dū erat factū tempore August. vt dicit in ep̄la ad Esichium. qđ forte impletū fuit postmodū conuersis tēporibus beati Greg. papę insulis oceani. Cūq; non solū hoc factū fuerit, sed etiam expositū: & opere impletū qđ restat exponendū & implendū: tūc erit cōsummatio & finis mū di. Circa asit cōtinue augmētatur sacrę scripturę intellectus, & expositio. Iuxta illud qđ dicit Beda sup illđ Exo.xxv. Duo quoq; Cherubim. Scriptura spirituali sciētia plena ē: quę ex quo fieri cœpit: augetur semp & multiplicat̄. Vñ pertrāsibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Moyses nāq; ampliorē patriarchis habuit sciētiā. Vñ. Ego q apparui Abrahę, Isaac, & Iacob, & nomē meū Adonai, nō indicaui eis. subaudi, sicut tibi. Dauid quoq; ait. Sup oēs docētes me intellexi. Ap̄los quoq; maiora prophetis nosse declarat dñs. d. ī Luca. Multi ꝓphetę & reges cu pierunt videre q̄ vos videtis &c. Recte ergo Cherubim sciētia multiplicata dicit̄: ꝙ in vtroq; testamento magis ac magis ex tēpore cognitio veritatis fidelibus innotescit.

¶ Arti.IX. de auctore seu effectore Theologiæ.

Equitur de causa efficiente huius scientię. i. de auctore. Arti.IX.
Et quia auctori scientiæ succedit doctor eiusdem, & doctori respō det auctor: Ideo circa hoc tria sunt inquirenda.

Primum de auctore.
Secundum de doctore.
Tertium de auditore.

Et quia ab auctore suo scientia ipsa habet auctoritatem: ideo circa hoc quęruntur duo.

Primum de auctore huius scientię.
Secundum de eius auctoritate.

¶ Item quia propter auctoritatem dei creditur etiā huic scientiæ: Ideo circa hoc quęruntur tria.

Primum: vtrum idem sit auctor vtriusq; testamenti.
Secundum: vtrum deus sit auctor sacræ scripturæ.
Tertium: vtrum propter dei auctoritatem principaliter credendum est sacræ scripturæ.

Circa primum arguitur: ꝙ non sit idem auctor vtriusq; testamenti. ¶ Primo sic. Sapientis non est mutare qđ statuit: quia variatio actionis est nota ipro uisionis. Cum ergo varium & diuersum est nouū testamentū a veteri: qui statuit vetus, nō statuit nouū. ¶ Secūdo sic. eiusdē nō est statuere cōtraria. Statuta nouę legis cōtraria sunt statutis veteris legis. ibi eñ dicit̄: Oculū pro oculo: hic dr̄: Qui te percusserit in vnā maxillam, p̄be ei & alterā. ergo &c. ¶ Tertio sic. ab optimo p̄cepta crudelitatis nō procedūt, sed misericordię: p̄cepta veteris te stamēti sunt crudelitatis: vt patet, oculū ꝓ oculo. Cū ergo optimus sit auctor noui testamēti: qđ patet in p̄ceptis misericordię q̄ sunt in nouo testamēto: ille nō est auctor veteris. ¶ Quarto sic. Matth.v. Sit sermo vester est ē: nō nō. qđ amplius est a malo ē. sed ap̄lı⁹ erat qđ ī lege erat p̄ceptū, cū dictū est. Reddes dño iuramēta tua. ergo illud erat a malo. Sed qđ a malo est: nō est a deo bono statutū. ergo &c. ¶ Quinto sic. ille non est auctor bonus qui non dat p̄cepta bona: talis erat auctor vete. test. Eze.xx. Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: & pollui eos in muneribus suis. ergo &c. ¶ Contra. sup illud apostoli ad Gal. Abraham duos habuit filios. dicit Chrysost. Sicut ergo diuersę sunt fœminæ, sed vir vn⁹ vtriusq;: Sic & duo sunt testamenta: vnus vero vtriusq; legis est conditor.

A Quest.I. Arg.4. 2 3 4 5 In opposi.

¶ Dicendū scđm ꝙ recitat Augustinus in li. de hęresibus. Manichęi deū qui legē per Moysem dedit: & Hebręis locutus est: dicūt nō esse verū deū: sed vnū ex principibus tene- B Respōsio.

brarum: & illum condidisse vetus testamentū. Deū autē verū condidisse nouū nō vetus. quoq rationes ad hoc supra inductę sunt. Quorū error tam absurdus est: q improbatione non indiget neq dignus est. Non enim est sapientis contra quālibet positionē fatuam disputare. cōstat enim q inimicus humani generis princeps tenebrarum leges salubres hominibus nō daret: maxime q ipsum hominē ad seruiēdū deo vero ordinarent. Cum etiā scdm Manichęos contrarii erant principes tenebrarum, & deus lucis: & adinuicē nō cessabant pugnare: Sed potius si posset talis pcepta legis peruerteret. Quare cum hmōi leges & pręcepta plurima de vno vero deo colendo: & proximū diligendo contineat vetus testamentū: nullo modo fatendū est: ipm esse conscriptum ab aliquo principe tenebrarum: vel contrario vni deo vero. Propter qd dicit Chrysost. si hęc ab initio diaboli lex fuisset: nūq intātū profecisset. nisi enim illa pcessissent: non tā facile ista fuissent secuta. Si a diabolo esset vetus testamentū: nequaq simulacra coli vetuisset: ex aduerso aūt sui cultū etiā pcepisset. hoc enim diabolus fieri volebat. Firmiter ergo credēdū est ab illo esse conscriptum & editum vetus testamentū a quo et nouū. Maxime cū scdm Augustinū. xvi. de ci. d. Vetus testamentū non est aliud nisi noui occultatio: & nouū nō est aliud nisi veteris reuelatio. & ideo dicit super Io. Ille dedit legem qui dedit gratiam. Sed legem per seruum misit: cum gratia ipse descendit. Vnde dicitur Numeri. xxxii. de tabulis veteris testamēti: quia scriptura dei erat sculpta in tabulis. Nos igit (vt dicit Chrysostom⁹ sup Matth.) vnū atq eundem vtriusq testamenti asserimus conditorem: qui ad varias hominū vtilitates vtrūq testamentū diuersis tpibus dispensauit. Qd manifeste testat⁹ est Hieremi. xxxi. cū dixit in psona domini. Feriā domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non scdm pactum quod pepigi cum patribus vestris &c. Qui ergo pepigit cum patribus in veteri testamēto, pactum fecit cum filiis in nouo testamento.

C Ad pri. prin. ¶ Ad primū in oppositum: q sapientis non est mutare qd statuit: Dicendum q sapiens aliquādo aliquid statuit pter id qd est in se rectum & perfectum: aliud vero statuit qa congruū & vtile aliī. Qd statuit primo modo non mutat. Sic aūt statuit pcepta nouę legis: cui nulla alia supuētura sunt: vt dictū est supra. Qd vero statuit scdo mō, bene mutat. Sicut medic⁹ statuit diętā cōualescēti, quā mutat cū cōualescēs cōfirmatus est ī sanitate: & sic statuit deus vetus testamētū tanq veteri populo cōgruū: cui nō posset cōpetere nouū, qd postmodū cōpetens fuit nouo pplo, vt dictū est supra. Et hoc ē qd dicit Augu. de vera rel. Quicūq ideo negat vtrūq testamētū ab vno deo esse: qa non eisdē sacramētis tenet populus nr: qb⁹ Iudęi tenebant, potest dicere nō posse fieri vt idē paterfamilias iustissimus aliud imperet eis qb⁹ seruitutem duriorem vtilem iudicat, aliud eis quos in filiorum gradū adoptare dignat. Si aūt pręcepta vitę mouent: q in veteri lege minora sunt, in euangelio maiora: et ideo putant nō ad vnū deum vtraq pertinere: potius putent se perturbari cum medicus alia per ministros suos imbecillioribus pręcipiat: alia per seipsum, valentibus. Vt enim ars medicinę cū eadem maneat: neq vllo pacto ipsa mutetur: mutat tamen pręcepta: quia mutabilis est valetudo: ita & diuina prouidentia cum sit ipsa oīno immutabilis, mutabili tamen creaturę subuenit, & p diuersitate morborū alias alia iubet ac vetat.

D Ad scdm. ¶ Ad scdm: q idē non statuit cōtraria: dicendū q scriptura in nullo continet contraria. tunc enim contineret falsa: cum contraria nō possint simul esse vera: licet illud opinati sunt Manichęi: scdm plura capitula quę inducūt, quasi contraria vtriusq legis, q Augustin⁹ ostēdit cōcordātia in. l. cōtra Adamantiū & cōtra Faustū. Vñ qd ibi pręcipitur, oculum pro oculo, non est contrariū illi qd hic dicitur. Si quis te percusserit in vna maxilla: prębe. &c. Nam vt dicit Chrysostomus, illud pręcepit vt percussori timorem incuteret: Hoc vero pręcepit vt percussum ad tolerantiam pręparet: percussorem supplicio terrendo: & percussum virtute patientię cōsolidādo. & hoc congruebat vtriq tēpori & vtriq populo: vt patet ex supradictis.

E Ad tertiū. ¶ Ad tertium: q ab optimo non procedunt pręcepta crudelitatis: dicendū q licet lex antiqua dicta sit lex crudelitatis propter edicta dura valde: tamen erat lex benignitatis: aspiciendo ad intentionem legislatoris: & statum populi veteris. Vnde Chrysostomus loquens de pręcepto Talionis dicit. Illud pręcepit non vt mutuo nobis oculos eruamus: sed vt innocentes manus contineamus. Nihil enim aliud intendebat legislator per pręcepta vtriusq testamenti: q homines ad pacem & ad concordiam trahere: ad quam illos oportebat compellere tanq induratos peccatis timore pœnę: & ita per dura pręcepta: Istos autem tanq virtuti aptos: ad idem competebat trahere amore iustitię: & ita per pręcepta lenitatis. Vnde & Augustinus de vtilitate credendi. Illam legem dicimus vtiliter esse latam: q

homines qui reuocari a peccatis ratione non poterant, tali lege coercendi erant.s.poenarum quae videri a stultis possunt minis & terroribus.a quibus gratia Christi cum liberat, legem illam non damnat:sed obtemperare suae charitati non seruire timori legis inuitat. Lex enim pedagogus noster in Christo erat. Ille igitur pędagogum dedit hominibus quē timerēt, qui magistrum postea quē diligerent. ¶Ad quartū: Qd amplius est, a malo est: Dicendū φ ly a malo non supponit ibi pro legis institutore: vt dixerunt Manichaei: sed pro institutionis occasione: quia vt dicit Chrysostomus: accipientium legem infirmitas exigebat. Et similiter vt dicit sup Matth.v.nunc iurare a malo est.i.ab infirmitate non iurātis: sed qui iurare cogit. Vel stat ibi pro legis imperfectione. Vnde Chrysostomus. Sic Christus a malo esse dixit: non vt ostenderet ex diabolo esse, veterem legem: sed vt vehementer ab antiqua vilitate reuocaret. Sicut mamilla nutricis cum omne suum impleuerit officium, & puerum ad mensuram firmioris aetatis adduxerit: inutilis iam esse videtur: & parentes qui prius eam necessariam esse filio iudicabant, illam irrisionibus prosequūtur. ¶Ad quintum: φ dedit eis pręcepta bona: Dicendum φ praecepta veteris testamenti erant non bona simpliciter propter legis permissiones quae malę erant simpliciter: et ideo nō obseruādę in noua lege: videlicet vt cū libello repudii vxorē dimittere, odio habere inimicū, & caetera huiusmodi. Illi tamen populo bona erāt: quia congruētia ei: & ideo pmissa. Velut econtrario (vt dicit Chrysostomus) portari in humeris in prima aetate bonum est: postea vero miserrimum: lacte nutriri ad mamillam, in initio vtile: postea vero perniciosum. Vel scdm aliā Gl. Eze.xx. Praecepta quę erant bona in se: mala erant transgressoribus. Sicut & lex bona mala erat transgredienti. & hoc per occasionem: vt dicitur Ro.vii. vel scdm aliā Gl. illud intelligitur de praeceptis cerimonialibus: quae post idololatriam Iudęorum deo iussa sunt offerri potius q̄ idolis: quae non erant per se bona: nec tamen mala quando deo offerebantur. & ita semper in bonum & a bono deo sunt data. F Ad quartū G Ad quintū

Irca secundum arguitur: φ homo debet dici auctor huius scientiae: non deus. Primo sic. Ille debet dici auctor scientiae, cuius testimonio scientiae creditur: quia secundum Augustinum: quod credimus debetur auctoritati. Sed hominis testimonio creditur huic scientiae. ergo &c. Probatio mediae est per Augustinum.xi. de tri. vbi dicit. De inuisibilibus quae a nostro sensu interiore remota sunt his nos oportet credere, q hęc in illo incorporeo lumine disposita didicere: illi erant homines, prophetae, apostoli, & eorum successores. ergo &c. ¶Secūdo sic. Ille non dicitur auctor operis qui exemplar ostendit ad qd faciendum est: sed qui opus ad exēplar describit. Sicut patet in artificiali imaginis descriptione: & in scientiis philosophorū. de quibus dicit Apostolus. Roma.i. Deus illis reuelauit. quarū ipsi tū auctores dicunt: quia reuelata descripserūt. Quare cū hāc scientiā deus solū reuelauit velut exemplar ad qd eandem descripserūt, auctores vere hui[9] sciētiae debēt dici: ergo nō deus. Q2 deus filius siue Christus: arguitur per Augustinum: qui dicit.xi. de ciuitate dei. Idem ipse deus & homo prius per prophetas: deinde per semetipsum: postea per apostolos: quantum satis iudicauit loquutus, scripturam condidit quae canonica appellatur. Sed talis debet dici auctor: & alii ministri. ergo &c. Q2 spiritus sanctus, videtur per illud quod dicitur.ii.Pe.i. Non voluntate humana aliquando allata est prophetia: sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti dei homines. eiusdem autem inspiratione locuti sunt & conscripserunt hanc scientiam: ille autem cuius inspiratione scientia cōscribitur debet dici auctor eius. ergo &c. Q2 pater: arguitur per illud quod dicitur Ioannis.vii. a Christo. Mea doctrina non est mea: sed eius qui me misit. Qui illū misit pater est: doctrina ergo Christi principaliter est patris. cuius principaliter est doctrina, ille auctor eius est. ergo &c. H Quest.II. Arg.i.

¶Dicendum ad hoc: φ in artificialibus vbi est vnus artifex qui opus dirigit & regulat: & alius manu opans scdm regulas ab artifice traditas: manu opans non dicit auctor opis: sed artifex. Maxime ob hoc, qa hic rationes & regulas operandorū nouit: ille autē non: vt dicitur in primo Metaph. Similiter ergo erit in aliis artibus & scientiis. φ scdm φ describens artē nouit vel nō nouit regulas artis, scdm hoc debet dici auctor artis: vel non auctor: vt ille qui p se nouit rōnes & regulas artis: quas alteri describēdas dictat & pponit: & q eas de se nouit, debet dici auctor principalis & primus scientię: non autē qui eā imediate describit. Nunc I Responsio

autem ita est q̄ rationes & regulas huius scientię solus deus p se & de se nouit:nec potuit cre atura vlla ex puris naturalibus ad eas attingere: sed soli scdm regulas & rationes eius sibi in spiratas a deo prophetę & apostoli eam conscripserunt:& conscribere potuerūt.Scdm q̄ dicit Augustinus in principio super Ioan.circa expositionē illius.In principio erat verbum. Dicere (inquit) vt est quis potest?audeo dicere fratres mei:nec ipse forsitan Ioānes dixit vt est:sed vt potuit:quia de deo homo dixit:& quidem inspiratus a deo.Sed tamen homo quia inspiratus, dixit aliquid.Si nō inspiratus esset:dixisset nihil.Quia vero homo inspiratus: non totū quod est dixit: sed quod potuit homo dixit.Et vt hoc intelligatur esse generale in omnibus docto ribus & scriptoribus sacrę scripturæ:continuo subiungit.d.Erat eñ iste Ioannes de illis mon tibus:de q̄bus scriptū est.Suscipiant mōtes pacē populo:& colles iustitiā.Quę est iustitia quā colles accipiūt?fides:quia iustus ex fide viuit.Montes sunt excelsę animę.Colles sunt paruulæ animę.Non autem acciperent minores animę fidē:nisi maiores animæ quæ montes dictę sunt: ab ipa illustrarenť:vt possint puulis traiicere qđ possint capere.Solus ergo deus proprie potest dici auctor huius scientiæ. Quia tñ vt dicit ibidem,per homines ministratę sunt scripturæ,q eas conscripserunt,& contemplati sunt ipsam sapientiā quantū potuit humanis cordibus con tingi:& sic regulas artis huius quā conscripserunt, perfectissime intellexerunt: sicut inferius amplius declarabitur:non solū organa & canalia: vt per quæ transierunt verba huius sciētię: aut tāq̄ manu artifices siue pictores inquātū ipsam conscripserunt: imo veri licet secūdarii de bent dici auctores ex thesauro artis sibi infusæ eam describentes. Sicut descripserunt phi ar tes,ex thesauro artis a se acquisitę.Reducitur autem auctoritas huius scientiæ ad diuinam au ctoritatem:non phicę:licet omnes quadā illustratione diuina sunt acquisitę:vt dictū est supra quia ista sine omni humani ingenii cooperatione primo habita est ex sola auctoritate diuinę in spirationis. Scientiæ autē phicę non sine coopatione humani ingenii in sua prima inuētione.

k Vñ & quo ad hoc infallibilis est veritas huius sciētię : q̄a habetur ex sola diuina auctoritate: Fallibiles aūt sunt in pluribus sciētię phicę: quia dependēt ab inuestigatione rōnis hūanę. Pro pter qđ dicit Aug.ii.sup Ge.q̄ maior est huius scientię auctoritas q̄ omnis humani ingenii p spicacitas.Intātū etiam dependet veritas huius scientię a diuinę auctoritatis inspiratione: vt non solum homines conscribentes hanc scientiam per inspirationē cōciperent sentētias conscri bendas:sed etiā verborū qualitatem ac formā.Scdm q̄ dicit Gl.sup illud.ii.Pe.i. Nō volūtate humana allata est aliqñ pphetia &c.Attendite(inquit) prophetico sermoni.Nā a deo est.Qđ potest probari:quia prophetia nō est talibus verbis & tali modo locutionis scripta quali vtū tur homines in locutione sua:& quali seculares literæ sunt cōpositę.Et vere nō erat locutio p phetarū scdm suā vel audientiū:sed scdm voluntatem spiritus sancti qui loquebatur in illis. Sicut eñ i pphetarū potestate nō erat semp hre spiritū,semp futura pdicere:Ita nō erat pote statis eorū vt q̄cūq̄ vellent,docerent.Sed ea sola docebant quę a spiritu didicerant.Deus igiť principalis & solus vere est auctor huius scientiæ:licet per hominē sit descripta:vt possit quo

L ad hoc hō dici auctor ei⁹ scdari⁹ & ministerialis.Et q̄ deus principalis auctor dr̄ hui⁹ sciē, hoc diuersimode attribuitur toti trinitati & singulis personis in trinitate. Diciť eñ auctor princi palis deus trinitas:quia actio reuelationis siue inspirationis,eo q̄ est respectu creaturę, cōmu nis est toti trinitati.Sed quia hoc qđ agūt filius & spiritus sanctus:sicut & hoc qđ sunt,habēt a patre:ideo principalitas auctoritatis huius sciētię:sicut & cuiuslibet alteri⁹ diuini opis,attri buēda est deo patri.Scdm q̄ dr̄ Matth.xvi.Caro & sanguis non reuelauit tibi:sed pater meus qui est in cęlis.vbi dicit Gl.Qui illuminat mentes sanctorū.Ipsa autem sciētia q̄ p reuelationē cōscripta est:quia appropriatur filio:& filr ipsa reuelatio: quo ad hoc pricipalis auctoritas hu ius scientiæ attribuitur filio.Ipsa etiā reuelatio quia non nisi ex dono procedit: qđ appropria tur spiritui sancto:quo ad hoc auctoritas hæc attribuitur spiritui sancto.Et scdm hoc diuersi mode deo attribuitur auctoritas huius scientiæ.

M
Ad primū princip. ¶Ad primū in oppositum:q̄ hominis testimonio creditur in hac scientia: dicēdū q̄ verū est:sed non pprer se:sed pprer diuinā auctoritatē circa ipsum:manifestantē se in signis & miraculis.Scdm q̄ diciť Matth.vlti.Illi autē pfecti prędicauerūt vbiq̄ dño cooperante:&

N
Ad scdm. sermonē confirmante sequentibus signis.Et ideo non ipsi auctoritas attribuenda est. ¶Ad se cundum:q̄ non est auctor ostendens exemplar operis:sed opans iuxta illud:dicēdū q̄ verum est quādo est ostendēs exēplar purum:nec ońdit regulas operandi:sed eas habet penes se ope rās.Sicut cum pictori ostenditur imago: ad quam ipse aspiciens per artem depingendi quam habet penes se, depingit consimilem.Sic & philosophis ostensum est exemplar creaturæ facte

secdm artem diuinę legis: in qua animaduerterunt rationes & regulas artiū plicarum de creaturis. Et ideo licet deus illis reuelauit, exemplar creaturę eis ostendendo, & naturalem industriā inuestigandi tribuēdo: etiā forte cū hoc & eos radio lucis increatę illustrādo: sine quo veritas cōspici nō pōt, vt habitū est supra: proprie tū dicunt auctores suarū sciētiarū: qa rōnes suarū scientiarū eis explicite sine ppriç indagationis industria non reuelauit: Sicut reuelauit rationes hui9 sciētię pphetis & aplis. Et ideo auctores hui9 sciētię principales dici nō possunt: sicut dicunt phi suarū scientiarū. Aliç rationes patent iuxta dictam determinationem.

Irca tertiū arguitur: φ ppter dei auctoritatē nō est credendū huic scientię. Primo sic. Fides q̄ fit ab aliquo principio p mediū, fit scdm exigentia medii. Vn̄ si maior ppositio sit de necessario: & minor de cōtingēti: quia maior nō facit fidē de cōclusione nisi p minorem: cōclusio nō est nisi de cōtingēti. Isti sciētię fides nō adhibetur ppter dei auctoritatē: nisi mediāte testimonio hominū: quare cū hoīes decipi & decipere possunt: nō est huic sciētię credēdū ex auctoritate dei: cū sit mediāte taliū testimonio. ¶ Secūdo sic. ppter qd̄ vnūqdq̄, & illud magis. hui9 scientię nō credit deus auctor nisi quia hoīes hoc testant .s. prophetę & apostoli. ergo in hac sciētia magis credit hominū testimonio, q̄ dei auctoritati. quare cū per hominū testimoniū absolutū nō esset ei credendū: nec ppter dei auctoritatē est ei credendū. ¶ Tertio sic. ppter incertū auctorē nulli sciētię ē credēdū. Hoc eīn est leuitatis. Eccli. xix. Qui cito credit: leuis est corde. Sed φ deus sit auctor huius scientiæ incertū est: cū nulla certa ratione vel signo nobis hoc constat. ergo &c. ¶ Contra est illud Aug. scdo sup Ge. Maior est huius scientię auctoritas q̄ omnis humani ingenii perspicacitas. Sed talis auctoritas nō potest esse ei nisi a deo auctore: qui solus est super humanū ingeniū: vt vult Augustinus. ergo &c. — O Quest. iiii. Arg. 1. 2. 3. In oppo.

¶ Dicendū ad hoc, φ quæstio ista nihil aliud q̄rit, q̄ vtrū rationale sit hominē credere deū fuisse auctorē huius scientię: cū (vt videt fatuis) nullā rationē hoc credēdi habeam9 Quorūdā eīn opinio fuit hęreticorū: φ solis testimoniis credere, vel homini, vel scripturę, sine reddita ratione fatuū esset. sicut recitat Augustinus in principio dialog. ad Felicianū. Et isti erant Manichęi: qui idcirco irridebant veritatē catholicę fidei: eo φ in ea iuberētur homines credere: non autē quid esset verū certissima ratione docerētur. vt dicit in retractatione super libro de vtilitate credēdi: in quo sufficiēter disputat contra illū errorē: ostēdēs quoniā hoc dicere nihil aliud est q̄ ad veram religionē sacrilegā viam q̄rere: ostēdens etiā cū hoc φ recte catholicę disciplinę institutū est: vt accedentibus ad religionē fides persuadeatur ante oīa: scdm φ probari debet disputādo de fide. Nos tū quibus credere persuadetur sine ratione tradita de credēdis: nō sine rōne credere debemus: qua .s. rationale nobis videatur esse credēdum & psuadenti: & illi cui persuadetur. scdm φ dicit Augustinus de vera reli. Temporaliū rerū fides magis credendo q̄ intelligendo valet. Sed nostrū est considerare quibus vel hominibus vel libris credendū est: ad colendum recte deū. Et quia cū dictis alicuius non per rationē sed per solam fidem creditur: hoc maxime fit ppter auctoritatem dicentis: restabat igitur (vt dicit de vtilitate credendi) videre quęnam esset illa auctoritas: cum in tantis dissensionibus sese quis illam traditurum pollicetur: cum nomē sapientię etsi nemo palam audeat, pleriq̄ tamē ex obliquo sibi vendicant: licet de rebus ipsis quarum cognitione constat sapientia, inter se dissentiant. Et hoc est qd̄ quęrit nostra quęstio: an sit rationale credere deū fuisse auctorem huius scientię: cū ostensum sit supra quęstione proxima: φ hoc ponendum est. quia si illud constiterit: palam est qd dicendū ad ppositā q̄stionē .s. φ ppter dei auctoritatē huic summe credēdū est: quia nulla est maior ea. Scdm φ dicit Augustinus de vtilitate credēdi. Fateor me iā Christo credidisse: & in animo induxisse id esse verū qd̄ ille dixit. etiam si nulla ratione fulciatur. & vt dicit in fine de Aca. Mihi certum est prorsus nusq̄ a Christi auctoritate discedere. Non eīn reperio valētiorē. Q; rationale aūt sit credere auctorē huius sciētię fuisse deū, Augustinus de vera rel. ostēdit ex quatuor. Primo ex miraculorum operatione in eius prędicatione: quia, vt dicit, miraculis conciliauit auctoritatem: auctoritate meruit fidem: fide attraxit multitudinem: multitudine obtinuit vetustatem: vetustate roborauit religionem deus in Christo visibiliter operans: quæ naturæ excedunt facultatē, cæcos illuminando: morbos curādo: dæmonia pellendo: mortuos suscitando: secreta conscientiarū rimando: mentes idiotarū ad secretissima sapiētiæ illuminādo: & ad diuersa linguarū gn̄a loquēdū subito instruēdo: & cętera hmōi. Primo rōnabiliter auctoritatē p hoc sibi cōpauit: vt sibi crederet i eis q̄ supnaturaliter cogitāda doceret: — Responsio. Q R

Scđo ex hoc maxime rationabile est credere huius scientię auctorem fuisse deum in Christo: q nihil terrenum, nihil qđ carnis & voluptatis erat prædicauit: sed quę paupertatis, abstinētiæ & asperitatis: & ꝙ nihil eorum quę sensus attingit, ꝑ deo colendum docuit. Tertio patet idem ꝙ scđm doctrinam eius imperitum vulgus credit & ꝑdicat: seruat ꝑpetua ieiunia: contemnit cōiugia: cruces ac flāmas negligit: patrimonia paupibus distribuit. Quarto patet idē eo ꝙ ꝑ humilem doctrinā Christi per apostoloꝝ itinera: per martyrū contumelias, cruces, & sanguinē: ꝑ sanctorū ꝑdicatā vitam totus fere mūdus conuersus est: qđ per phos & eorum doctrinam ꝑfici
S cacem fieri non potuit. Scđm ꝙ dicit Augustinus de vera rel. Sapientes quos phos vocant scholas habebant dissidentes & templa cōmunia. Non enim populos vel sacerdotes latebat de deorum natura q̄ diuersa sentirent: cum suam quisq; opinionem publice confiteri non formidaret: atq; omnibus si posset persuadere moliretur: omnes tamen cū sectatoribus suis ad sacra cōmunia nullo ꝓhibente veniebāt. Et satis apparet aliud eos in religione sumpsisse cū populo: aliud eodē ipso populo audiente defendisse priuatim. Non enim sic isti nati erāt, vt opinionē populorum suorum ad verum cultum veri dei a simulacrorū supstitione: atq; ab hu[9] mūdi vanitate conuerterent. Illud tamē fidentissime dixerim pace horum omniū qui eorū libros per
T tinaciter diligunt: Christianis tēporibus quęnam religio potissimū tenenda sit? Si enim Plato ipse viueret: et si quis eius discipulus cum sibi ab illo persuaderetur: non corporeis oculis sed pura mente veritatē videri: ad quā percipiendam nihil magis impedire, q̄ vitā libidinibus deditam: quamobrē sanandū eē animū ad intuēdum incōmutabilem formam: ab eo q̄reret: vtrū si quisq̄ existeret vir magnus atq; diuinus qui talia populis persuaderet credenda, saltem si percipere non valerent eū diuinis honoribus dignū iudicaret? Responderet (credo) ille non posse ab homine hoc fieri: nisi quē forte ipsa dei sapientia ab ipsa rerū natura exceptū: nec hominū magisterio, sed intima illustratione a cunabulis illustratū tanta illuminaret gratia: tāta firmitate roboraret: tanta deniq; maiestate subueheret: vt omnia cōtemnendo quæ praui homines cupiunt: & omnia perpetiendo quæ horrescunt: & omnia faciendo quę mirātur: genus humanū ad tam salubrē fidem summo amore, atq; auctoritate conuerteret. & cętera quę prolixe ꝑtractat vsq; ibi: Nā tertio vitio curiositatis. legāt in originali qui voluerint. Hęc ergo & hmōi ad rationabiliter credendū huic sciētię ꝑpter dei auctoritatē sufficiētia debent esse indicia: nō solū ꝑ tempore ecclesię primitiuę, sed etiam ꝑ toto ecclesię discursu vsq; in finem: licet de cętero non fiant. quia vt dicit de vera reli. facta sunt tunc opportunitate: vt his multitudine credentium congregata atq; ꝑpagata: in ipsos mores vtilis conuerteretur auctoritas. Mores eñ
V tātū valent ad obtinendū hominū mentes: vt etiā quæ in his praua sunt improbare citius atq; detestari q̄ deserere possimus. Et licet per prophetas & apostolos intermedios ista doctrina tradita sit, & auctoritate eorū diuina auctoritas nobis in eis credita est, tamē ꝑpter Christi auctoritatē, immo dei in Christo, ei ipsi principaliter credēdū est. qm̄ ita est in agētibus ꝑ ordinē ad aliquē effectum determinatū: ꝙ nullū mediorū dicit eē agens per se: nisi quia agit in virtute primi agentis. aliter eñ iudicaretur agens per accidens. Primū eñ semper est causa eorum q̄ sunt post: vt calidum in igne est prima causa calefaciendi: & ꝑ consequēs causa calefactionis in vnoquoq;. vt dicitur. ii. Metaph. Et ideo primū dicitur esse magis agens & principalius. scđm ꝙ dicit prima ꝑpositio de causis: Omnis causa primaria plus influit in effectū q̄ causa secūdaria. Quare cū vnūquodq; sicut se habet ad esse: ita & ad cognitionem: sicut effectus nō habet esse per mediū nisi ꝑpter primū: similiter certa cognitio non habetur de effectu ꝑ aliquod mediorum nisi ex virtute primi agentis. Ita ꝙ ꝑ illud magis & principalius certitudo notitię habetur de eodem q̄ per aliquod aliud. Quare cū sacra scriptura directa sit humano generi a deo per medios prophetas & apostolos & eorū successores: certitudo notitiæ veritatis huius scientiæ non potest attribui alicui mediorū nisi qa in ipso cognoscit primū dirigens. s. virtus diuina refulgens in miraculis circa medios ad nos scientiam istā deferentes. Ideo absolute dicendum ꝙ huic scientię principaliter credendum est ꝑpter dei auctoritatē, & nulli alii nisi in quātū ex virtute dei refulgente circa ipsum constet eum mediatorem dei in hoc fuisse.

X Ad primū princip. ¶ Ad primū in oppositum, ꝙ agens primū non facit fidem nisi scđm exigentiam medii: Dicendum ꝙ est medium quod virtutem primi contrahit: & ad se trahit. In talibus primū non facit fidem nisi scđm exigentiam medii. Sicut agens primū in naturalibus nō agit nisi scđm exigentiam medii: quia medium habet propriam virtutē agēdi qua determinat primū. Est autē aliud mediū qđ determinat per virtutē primi: qđ nec agit nisi virtute primi: qa

non habet virtutem propriam nisi determinatam secundum exigentiā primi. sicut in syllogismis vbi est maior de necessario quæ determinat minorem de inesse vt sequatur conclusio de necessario Tale agēs licet de se nullam faceret certitudinem, quale est secundum se omne humanum testimonium: per virtutem tamen primi agentis circa ipsum bene facit fidem: & etiam ipsum primum per mediū: sicut cōtingit in proposito, vt dictum est. ¶ Ad secundum, q deus non creditur esse auctor huius scientiæ nisi quia homo hoc testificatur: dicendum q non creditur deus esse auctor huius scientiæ quia homines hoc testati sint inquantum homines nudo testimonio humano: sed inquantū circa eos effulsit virtus diuina: & ita deus eis & sibi ipsi in eis testimoniū perhibuit. Q3 autē credimus posterioribus circa quos non apparent virtutes diuinę, hoc est quia non prædicant alia q̄ q illi in scriptis certissimis reliquerunt: quæ constat per medios in nullo fuisse vitiata ex consensione concordi in eis omnium succedentium vsq; ad tempora nostra. ¶ Ad tertium q deum esse auctorem huius scientiæ incertum est: Dicendum q non est verum. huius enim fidem faciūt illa quę circa primos prædicatores huius scientiæ operatus est, qui hoc testificati sunt: & etiam quæ operatus est circa vniuersalem ecclesiam vsq; ad tēpora nostra: propter quæ credēdum esset ipsi ecclesiæ etsi non esset testimonium ipsius scripturę, secundum q dicit August. contra epistolam fundamēti. In catholica ecclesia vt omittam syncerissimā sapiētiā multa sunt quæ in eius gremio iustissime me teneant: tenet consensio populorum ac gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata: tenet ab ipsa sede Petri Apostoli cui pascendas oues post resurrectionem domin⁹ commēdabat, vsq; ad pręsentem episcopum successio sacerdotum: tenet postremo ipsum catholicę nomen, quod non sine causa inter tam multas hęreses sic ista ecclesia sola obtinuit. Non est igitur incerta dei auctoritas circa hanc scripturam: nec leuitatis est ei credere. Y Ad secūm. Z Ad tertiū

Art. X. de auctoritate sacrę scripturę.

Equitur de auctoritate huius scientię: & quia de eius auctoritate super alias scientias patet sufficienter ex habitis supra, comparādo eam ad alias: restant hic querēda de auctoritate eius respectu auctoritatis ecclesiæ & rationis naturalis, tria. Art. X.

Primum: vtrum magis credendum est auctoritati huius scientię q̄ ecclesiæ, an econuerso.

Secundum: vtrum magis credendum est auctoritati huius scientiæ, q̄ rationi naturali.

Tertium: vtrum auctoritas huius scripturæ possit esse contraria rationi naturali.

Irca primum arguitur q auctoritati ecclesiæ magis est credendum q̄ auctoritati huius scripturę Primo sic. magis credendum est testi q̄ illi cui perhibetur testimonium. huic scripturę phibet testimoniū per ecclesiam. secūdum q dicit. ii. Timo. ii. Tu ergo fili confortare in gratia. Glos. Fidei & sapientiæ in te seruanda: & aliis annūcianda. Quę est i Christo Iesu: & quæ audisti a me per multos testes: hæc cōmenda fidelibus hominibus qui idonei sunt & alios docere. ergo &c. ¶ Secundo sic. August. dicit contra epistolam fundamenti. Ego euangelio non crederem nisi me catholicę ecclesiæ cōmoueret auctoritas. sed illi magis est credendum sine quo alteri non crederetur. ergo &c. ¶ Contra. i. Ioan. v. Si testimonium hominum accipimus, testimoniū dei maius est. testimonium autem dei est testimonium sacrę scripturæ, in qua ipse loquitur. ergo &c. A Quæst. I. Arg. i. 2 In opposi.

¶ Dicendum q ista quęstio de credendo auctoritati ecclesiæ vel scripturæ non intelligitur nisi in testificando ea quæ sunt fidei. In eis autem quæ sunt fidei ita est q ecclesia & sacra scriptura in omnibus concordāt: & idē testificant. f. veritatē fidei, in qua ambob⁹ rōnabile est credere. Scripturę quidē propter auctoritatē Christi, quā veris psuasionib⁹ cōstat esse in ea, vt in quęstione præcedenti ostensum est. Ecclesię vero propter ea quæ homo videt in ea. secundum q dicit August. contra epistolā fundamēti. In catholica ecclesia &c. vsq; ibi. Apd vos aūt nihil horum. de quo supra in quæstione proxima, & infra in quæstione sequenti. Videndū est ergo cui eorum magis in eis quæ sunt fidei credēdum sit, q̄uis omnino concordent, vt si forte cōmunitatem quæ reputabitur fore ecclesia, & sacram scripturam discordare in aliquo aliquando contingeret, scire poterimus cui eorum securius adhęrendum sit. Cum igitur credere respicit credentem, & id cui credēdum est, credere alteri eorum magis pōt intelligi vel ex parte rei creditę, vel ex pte credentis. Si ex parte rei creditæ, distinguendum est. Aut enim intelligitur cōparatio scripturæ ad ecclesiam quæ B Respōsio.

vere ē ecclesia & merito & reputatiōe. Aut reputatione tñ. Primo mō oīno credēdum est ęqualiter
C scripturæ & ecclesię: quia in nullo discrepare possunt. Secundo autem modo dicendum ꝙ simplici
ter & absolute magis credendū est sacræ scripturæ ꝙ̄ ecclesiæ: quia veritas ipsa in scriptura immo
biliter & īpermutabiliter semper custoditur: nec permittitur cuiꝙ̄ addere, subtrahere, vel mutare.
Vnde super illud Matthęi. v. Non veni soluere legem: sed adimplere: Chrysostomus dicit de Iudęis
Etsi legem illi nec cogitationibus nec operibus implerent, ipsas tamen literas volebāt auctoritate
immobili permanere. nihil enim est aliud adiungi illis. In psonis autē ecclesiæ mutabilis ē & varia
bilis, vt dissentire fidei possit multitudo illarū: & vel per errorem vel p maliciam a fide discedere: li
cet semper ecclīa in aliquibus iustis stabit. Quātū ē ergo ex pte credētis restat q̄stio, cui magis ho
mo credere debet, ecclesiæ an scripturæ. Vbi primo sciēdum secūdū ꝙ tactum est in pcedēti q̄stio
ne, ꝙ licet credere debeamus sine ratione reddita de credendis: quia rationem præcedit auctoritas:
& fides præterit intellectum: tamen oportet nos considerare quibus hominibus vel libris creden
dum sit ad colendum recte deum. sicut Augustinus dicit de vera relig. Ecclesiæ ergo vel scriptu
ræ quantum est ex parte credentis credēdum est magis secundum ꝙ recta ratio suaserit rationabi
liter alteri illorum credendum magis. Aliter enim credere vni potius ꝙ̄ alteri temeritatis & leui
D tatis esset. ¶Est igitur sciendum: ꝙ circa fidem duo sunt consideranda: & ipse habitus fidei: & ipsa
credibilia quæ subsunt ei per ipsum cognoscenda. & vtrūꝙ eorum dupliciter: vel quo ad fieri & ge
neratiōe eorum, vel quo ad eorum complemētum & pfectiōē. De habitu fidei quo ad fieri eius
& generatiōē cū a deo inmediate solo dono gratuito infusus est: nihil ad quęstionem: nisi quo ad
hoc ꝙ p scripturæ inspectionem vel ecclesiæ statū & conuersatiōē homini aliquo modo possit ra
tionabiliter persuaderi vt ei videatur assentiendum eis quę scriptura dictat aut ecclesia prædicat:
& sic aliquo modo disponitur de cōgruo ad susceptionem habitus fidei munere diuino. Et qa ad il
lis assentiendum rectę rationi efficacius suadent facta in ecclesia iustorum ꝙ̄ in lege conscripta, se
cūdū ꝙ dicit Leo papa in sermo. de beato Laurentio: Etsi facilis ad exhortādum sit ratio, efficax ad
suadendum: validiora tñ sunt exempla ꝙ̄ verba & plenius est opere docere ꝙ̄ sermone. hoc mō acce
dens ad fidem magis debet credere auctoritati ecclesiæ ꝙ̄ scripturæ eius quā apud eam inuenit: qa
facta possunt eum magis certificare ꝙ̄ nuda verba nōdū intellecta. Vnde per hunc modum cōuer
sus fuit beat⁹ Aug. secūdū ꝙ dicit cōtra epistolā fundamenti. Euangelio non crederē nisi me catho
lica ecclesię commoueret auctoritas. Quibus obtemperaui dicentibus, Crede euāgelio. Vnde ꝙ ad
prędicationem beati Ambro. conuersus fuit secundū ꝙ recitat in lib. confes. suarum, hoc non erat
quia veritatem euangelii prędicauit: sed quia catholicis euangeliū pdicantibus prius credidit. vt
dicit ibidem contra epistolam fundamenti. quibus vt credatur maxime in eis quæ sunt fidei, plus
suadent facta ꝙ̄ verba. vnde & dixit Iudæis Christus in euangelio. Si mihi non creditis operibus
E credite. ¶Per hūc eundem modum etiam quo ad primam notitiam eorum ꝙ̄ credenda sunt, plus
ecclesiæ ꝙ̄ scripturæ credēdum est: qa licet habitus fidei diuinit⁹ infusus sit quo potēs est hō cogno
scere credendorum veritatem & eis assentire: tñ vt homo cognoscat particularia credenda, opor
tet ꝙ ei proponātur vel interius occulta inspiratione, vel exterius ecclesiæ prędicatione. In quo ma
gis valet prædicatio ecclesiæ ꝙ̄ inspectio scripturæ: quia distincta magis in ea fit articulorum expli
catio. Hic est ꝙ dicit de Cornelio Act. xiii. in Glos. ꝙ fidē habuit, & per eā deuenit ad opera. Quia
tamen quæ particulariter credenda erant ignorauit, ad eum imbuendum missus est Petrus: nō au
F tem scriptura aliqua ostensa est ei. Quo ad primam igitur fidei generationem & susceptionem ma
gis valet ecclesiæ auctoritas ꝙ̄ scripturę. & ideo rationabile est hominē primo accedētem ad fidē
primo & magis credere ecclesię ꝙ̄ scripturę: & pꝑter ecclesiā Christo & ei⁹ scripturę. Propter qđ di
cit August. loquens de conuersione sua in lib. de vtil. cre. Nullis me video credidisse nisi populorū
atꝙ gentium confirmatæ opinioni ac famæ admodum celeberrimę. Cur non igitur apud eos po
tissimum diligētissime requiram quid Christus præceperit, quoꝝ auctoritate cōmotus Christum
G aliquid vtile pręcepisse iam credidi? Vnde quia ad primam fidei generatiōē summe valet auctori
tas ecclesiæ: & humanum testimonium: dicitur. Ro. x. Quomodo credēt ei quē nō audierūt? Quo
modo audient sine pdicante? vbi dicit Glos. q. d. non credent nisi audiāt. Et in rei veritate nec olim
aliquis credidit qui non aliquo modo audiuit vel interiori inspiratione vel exteriori prædicatio
H ne. Ad fidem autem iam genitam confirmādam & corroborādā in fideli, maxime valet auctoritas
intellecta sacrę scripturę: cui fidelis adhęret: etsi videret illos p quos fidē accepit a fide resilire: & p
īpossibile totā ecclesiā ī aliis a fide discedere. vt possit dicere illđ qđ Samaritani ad Christū vocati p
mulierē postꝙ̄ Christū audierunt dixerūt ad eā. Dixerunt enī illud Io. iiii. Iā nō pꝑter tuam loque
lam credimus, ipsi enim audiuimus & scimus: quia hic est vere Saluator mundi. vbi dicit Glos.

super illud: Et mãsit ibi. Sic quotidie apud illos qui foris sunt: intrat Christus per mulierem. i. eccle siam: & credunt p istam famam: inde apud eos manet. i. psens in sacra scriptura, in q ipse immedia te loquitur fidelib⁹. vnde dicitur in alia glossa. Prius audierunt famam: postea cõpererunt psentem Nec satis est, sed apud se manere faciũt, vt ipsius verbis instruant: quę praeferunt verbis mulieris. Sic certe fidelis sacra scriptura cognita, & in ipsa Christo inuẽto: plus verbis Christi in ea credit q̃ cuicũq; prędicatori, q̃ etiam ecclesiae testificãti: quia propter illam iam credit ecclesię: et si ipsa qdẽ cõtraria scripturae diceret ipsi nõ crederet. & ideo talis robur fidei in auctoritate huius scientię p fectissime consistit. Propter qđ dicit August. i. de doct. Christia. Titubabit autẽ fides: si diuinarum scripturarum vacillat auctoritas. Et ex hoc etiã cõtingit q fideles quanto magis in intellectu hui⁹ scientiae pficiunt, tanto firmiores in fide & magis catholici fiunt. secundũ q dicit August. contra epistolam fundamenti. Intelligentia quãto magis proficiũt, tãto magis catholici eẽ firmanẽ. ¶ Per hęc patent obiecta. Prima enim duo obiecta procedunt in primo membro, obiectum vero in opposi tum procedit in secundo, vt patet inspicienti. I Ad obiecta.

Irca secundũ arguitur q plus credẽdũ est auctoritati huius sciẽtię q̃ rationi na turali Primo sic. August. dicit. i. sup Gene. Maior est scripturę auctoritas, q̃ omis humani ingenii perspicacitas. Sed omis ratio nostra humani ingenii pspicacitati innitiẽ. Maior ergo ẽ auctoritas hu⁹ scripturę q̃ sit q̃libet rõ. sed maiori testimo nio magis est credendũ. ergo &c. ¶ Secundo sic. illi magis est credendũ vbi est cer tius iudiciũ veritatis: quia ibi est fortius testimoniũ. certius iudiciũ veritatis est huius scientiae q̃ in quacunq; ratione. certitudo em̃ iudicii veritatis in auctori tate huius scientię est: quia concordat intellectui diuino. rectitudo aũt est iudicii in ratione: qa cõ cordat intellectui humano: & maior est certitudo ex concordantia intellectui diuino q̃ humano: quia iste errare potest, ille nequaq̃. ergo &c. ¶ In oppositum arguiẽ primo sic. nõ crediẽ alicui⁹ testi monio nisi quatenus p ipsum constat de veritate rei. sed magis constat de veritate rei p rõnẽ q̃ per auctoritatem. qa secundũ August. q credimus debeẽ auctoritati: q scim⁹ debeẽ rationi: & magis constat de re sciendo q̃ credẽdo. ergo &c. ¶ Secundo sic. nullus credit auctoritati cuiq; nisi quia cõ stat sibi q rõnabile sit ei credere: hoc aũt nulli cõstat nisi rõne q̃ psuadeẽ ei qa auctoritati illi est cre dẽdũ. q ergo hõ credit auctoritati: hoc est ppter rationem. sed propter qđ vnũquodq; tale, & illud magis. ergo &c. K Quest. ii. Arg. i. In opposi. primum. 2

¶ Dicendum ad hoc: q licet secundum August. de vera religione auctoritatẽ ratio penitus non deserit cum ratione consideraẽ cui credẽdũ: Summa enim est ipsius iam per rõnem co gnitae perspicuae veritatis auctoritas: sine qua non valet auctoritas, vt dicit in sermone de assum ptione: Proprie tamen loquẽdo ratio & auctoritas in hoc differunt. qm̃ auctoritas inquantum au ctoritas fidem solummodo flagitat. Ratio aũt vt rõ est, intelligẽtiam format. Est igiẽ ad q̃stionẽ in telligendũ q q̃stio ista de credendo plus auctoritati scripturae vel rationis humanę, non intelligiẽ nisi in fidẽ faciendo de credibili aliquo. Nunc autẽ ita est vt in sequenti quaestione determinabitur q cum sint circa idẽ recta ratio & fides, omnino concordant: & ambobus rationabile est credere. Fi dei aũt scripturę & ecclesię rationabile est credere propter dicta in pcedenti q̃stione. Rõni siquidẽ rationabile est credere: quia ei naturaliter testimoniũ phibet mẽs humana bene disposita. Vñ si for te p nostram ignorantiam vel intellectus debilitatem aliquando discordare videantur, videndum est cui eorum securius adhęrendum sit. Et etiam cum ratio est recta & omnino concordat sacrae scripturę, propter qđ illorum magis assentiẽdum est illi in quo concordãt, est quęstio. ¶ Et est disti guendũ vt supra, q de duobus alteri magis esse credẽdũ põt intelligi vel ex pte rei creditę, vel ex p te credentis. Quãtũ est ex parte rei creditę: dicẽdũ est simpliciter q magis credẽdũ est auctoritati scripturę q̃ cuicũq; naturali rõni: quia scriptura ex rectitudine diuinę veritatis cõscripta est: quae in infinitum excedit rectitudinem humanae rationis. vnde & scriptura cõtinet veritates natura lem rationem excedentes. Quãtum vero est ex parte credentis maiorem dubitationem habet q̃stio cum em̃, vt dictũ est in pcedenti quaestione, nostrum est considerare cui magis est credendum: & hoc non possumus facere nisi secũdum ea quae nobis suadenẽ: igiẽ magis credẽdũ est scripturę vel rõni. secundum q ratio alteri eoꝝ suaserit magis esse credẽdum. Et est hic distiguendum de ratio ne cui credendum est. Aut enim est rõ veridica q̃ euidẽtẽ veritatẽ rei ostẽdit: ita vt nullo modo intellectus de ea possit venire in dubium: aut non. Si primo modo, tunc ipsa ratio sola nobis ad cre dendum sibi suadet sufficienter ex ipsi⁹ rei euidẽtia quã nobis ostẽdit, cõtra quã nulla valet psua sio: nec potest talis ratio nisi in veritate fundari. cui si litera scripturae videatur esse contraria, hoc non est nisi quia male est intellecta. & tunc magis credendum est rationi naturali q̃ auctoritati L Responsio. M

scripturę, quo ad illum sensum quē litera praetendit contrariū rationi: & querendus est alius quousq; inueniatur ille q rōni congruit: & si nō statim possit inueniri, non ꝑpter hoc omnino literam

N veritatem habere negandū est, vt dicēdū est infra. ¶Si vero litera scripturae congruat tali rationi: aut ergo sufficienter nobis ꝑsuasum est ꝙ in scriptura viget diuina auctoritas: aut non. Si sic: cum diuinę veritatis rectitudo maior sit q̄ rectitudo cuiuslibet rationis hūanę naturalis, magis credēdum est propter auctoritatem scripturae q̄ propter rationem naturalem. Si secundo modo, sic quātum est ex parte credentis magis credendum est rationi q̄ cuiuscunq; scripturae auctoritati: quia ratio veridica euidentius rei veritatem ostēdit intellectui q̄ quaecūq; auctoritas. & secundū hanc viā processit tertia rō. Vñ August. in epist. quę dicit fundamētū, cōtra Manichęos qui ꝑmittebāt euidenti rōne sese manifestaturos veritates eorum quae credenda suadebant: & in hoc ꝑferebant se auctoritati omnium eorum quae in ecclesia catholica continebantur, enumeratis illis quibus ipse persuasus erat consentire ecclesiae catholicę, & dimittere Manichęos, concludens dicit. Ista ergo tot & tanta nominis christiani clarissima vincula recte hominem tenent credentem in ecclesia catholica, etiā si propter nostrae intelligētię tarditatem vel vitę meritū veritas nōdum se apertissime ostendat. Apud vos aūt vbi nihil horꝫ est qd̄ me inuitet aut teneat, sola ꝑsonat pollicitatio veritatis. Quę quidem si tam manifesta mōstratur vt in dubio venire nō possit, ꝑponēda est omnibus illis rebus quibus in catholica teneor. Si aūt tm̄modo ꝑmittit̄ & non exhibet̄, nemo me mouebit ab ea fide quae aīm meum tot & tantis nexib⁹ christianae religionis astrīgit. Et de vera rel. Nunc agit̄ quibus credendum sit anteq̄ quisq̄ sit idoneus ineundę rōnis de diuinis & inuisibilibus rebus. Nam & ipi rōni purgatioris animę q̄ ad perspicuam veritatem ꝑuenit, in eminētia nullo mō auctoritas humana ꝑponit̄. Propter qd̄ cōtingit ꝙ multa possunt sustineri quasi nō contraria fidei, veritate sacrae scripturae super hoc non clare intellecta, vel super hoc nihil determinante: quę postmodum cum certa ratione cognita sint esse falsa, iudicāda sunt fidei esse contraria. secundum ꝙ dicit August. i. super Gene. ad literam. Esse lucem corporalem ante cęlum, cui succedere nox potuit: tādiu non est cōtra fidem donec veritate certissima refellat̄: & tunc iudicandū est esse contra fidem qd̄ in rei veritate prius erat cōtra: sed nō apparuit: & ideo nō iudicabat̄ esse cōtra. Et quo ad hoc (dicit August.) tādiu non est cōtra fidē: licet postmodū īcipiat eē cōtra fidē. vñ cōtinuo subdit. Qd̄ si factū fuerit, nō hoc habebat scriptura diuina: sed hoc senserat hūana ignorātia.

O ¶Sed ad talē rōnē (nō dico solū de credibilibus q̄ naturalem rationē excedunt: et ideo ad ea ratio naturalis attingere non pōt: sed etiam de credibilib⁹ quę naturali rationi subsunt) aut impossibile, aut summe difficile ē peruenire secundum ꝙ dicit August. ad Renatum in libro de quantitate animae. Si cupiditatem istam refrenare non potes qua tibi ꝑsuasisti ratione peruenire ad veritatem, multi & longi circuitus tibi tolerandi sunt vt te ratio non adducat nisi ea q̄ sola ratio dicenda est. i. vera ratio: & non solum vera, sed ita certa & ab omni similitudine falsitatis aliena (Si tamen vllo modo ab homine inueniri potest) vt nullae dispositiones falsae aut verisimiles ab ea te possint traducere. Vñ si per ipossibile dilucida veritate ratio aliqd ostenderet cuius contrarium ad literam sacra scriptura teneret, aut ei⁹ infrigeretur auctoritas, aut mystico intellectu exponeretur. Eo enim solummodo scientię est auctoritas: quia ei subest veritas. Vñ Augustinus in epistola prima ad Hiero. Si ad scripturas sacras admissa fuerint vel officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? quae tādem de scripturis illis sententia proferetur cuius pondere contentiosę falsitatis obtereretur iprobitas? quasi dicat. nulla. Vnde quicquid i sacra scriptura verū nō potest habere sensum literalē, pro vero sensu mystico ponitur & exponēdum ē. scd̄m ꝙ dicit August. iii. libro de doctrina Christiana. Cum sensus ad proprietatem verborum si accipiatur absurdus est, quęrendum vtiq; ne forte illo vel illo tropo dictū.

P Si igit̄ dilucida veritate ratio aliquid ostenderit: qd̄ etiam auctoritate scripturae continetur: dum tamen non est nobis sic persuasum in scriptura vigere diuinam auctoritatem vt in dubium venire non possit, magis de eo fides rationi adhibenda est q̄ auctoritati: quanto intellectus notitia quae est ex ratione, euidentior est notitia fidei quę est ex auctoritate. Si vero omnino persuasum fuerit diuinam auctoritatem in scriptura ista vigere vt magis auctoritati scripturae credatur: tunc faciendum est secundum ꝙ consulit August. dicens in eodem. Quis scripturae consentit, nisi qui audit vel legit pie deferens ei cultum auctoritatis? vt qd̄ obscurum vel absurdum illi sonat non inde concitet contradictionum certamina: sed oret vt intelligat: beniuolentiam tamen & reuerentiam tantae auctoritati exhibendam esse meminerit. de quibus infra habebitur amplius. Si vero ratio siue propria siue aliena sit talis ꝙ non sic euidenter, & euidentem rei veritatem ostendit vt circa eam non contingat hominem haesitare: sed magis ei credit persuasus verisimilitudine q̄ visa veritate: magis credendum est omnino auctoritati huius scientiae, q̄ cuicunq; ratio-

ni humanæ, etiam si in eodem concordent. Si enim ratio talis discordet, omnino respuenda est: quoniam etsi vtriq; credat homo, neutri tamé credit de ipsa re per eius euidentiam certificatus: sed solum alterius vel proprio testimonio suasus. & ideo illi magis credendum, cuius fortius est testimonium. Testimoniũ autem veritatis huius scripturæ est veritas diuina cui initit, & ipse deus. Testimoniũ aũt rõnis talis est mens ipsa humana: quæ iudicat rem sic se habere vt ratio ipsa cõcludit: licet res nõ euidéter appareat. Nunc aũt ita est ꝙ veridica ratione ꝑsuasum debet esse méti cuiuscũq; fidelis, vt quãtũcũq; viuaci ratione aliquid sibi verisimile appareat, dũ tñ veritatem euidẽtem non faciat, ꝙ circa idem magis credẽdũ est diuino testimonio in hac scriptura. qꝛ de testimonio diuino certus debet esse ꝙ non possit errare: de testimonio autẽ mentis suæ quandocunq; non ostenditur ei liquida veritas, certus debet esse ꝙ errare poterit. Propter quod dicit Augustinus. ii. super Genesim. Hoc est verum quod diuina dicit auctoritas: potius q̃ illud quod humana infirmitas conijcit. Et notabiliter dicit conijcit: quia quicqd ratione percipit quæ liquidã veritatem nõ ostendit, potius conijcit q̃ intelligentia capit. Propter qđ dicit de mo. ecclesię. Potius audiam⁹ oracula nostrasq; ratiunculas diuinis subdamus affatibus. Et hoc necessario cõtingit in omnib⁹ rõnibus circa pure credibilia quęcũq; excedũt naturalis rõnis intelligentiam. quantũcũq; eñ ratio efficax de eis ab homine proponatur, liquidã eorũ veritatẽ non potest ostẽdere: quia etsi non desit, homo tñ etsi ei diuinitus ꝓponatur illam cape non sufficit in vita ista. secundũ ꝙ dicit Augustinus super Ioan. par. ii. sermo. xliii. Ea quæ in doctrina religionis in quorumlibet hominum notitia legimus, si vellet eo modo nobis Christ⁹ dicere, sicut ea dicit angelis sanctis, quinam portare homines possent! Sufficiat autem fortificato intellectu in vita futura: vbi veritates omnium eorum quę nũc credimus, euidentissima & certissima ratione sciemus. secundum ꝙ dicit August. de quantitate animę. In ipsa visione atq; contemplatione veritatis q̃ est perfruitio summi & veri boni, plane nũc ego audeo tibi dicere: nos si cursum qué nobis deus imperat constantissime tenuerimus, peruẽturos ꝑ veritatẽ dei atq; sapientiam ad illam summam causam, summum auctorem, primum principium omnium: quo intellecto tunc agnoscemus q̃ vera credenda imperata sunt: q̃ opportune ac saluberrime apud matrem ecclesiam nutriti fuimus: vt certius non sit nobis solem cum occiderit oriturũ. Quia ergo vt in sequẽti quęst. dicet: veritas rationis & scripturæ non possunt esse contraria, veridica ratio quæ liquidam veritatem ostendit circa ea quæ subsunt naturali rationi, pręualet auctoritati scripturæ quo ad literam quę contrarium prętendit: ita ꝙ literali sensui non debemus inhęrere: sed mysticum quærere: quia non literalem illum sensum intẽdit scriptura, etsi qñq; illum firmat sibi humana ignorantia. Vnde quia naturali ratione liquida constat ꝙ terrę moles non potest superferri aquis, illud Psal. Qui fundasti terram super aquas. non literaliter vt tota moles terrę natando aquis innitatur exponendum est: quia hoc falsum esse rerum natura indicat: secũdum quã elemẽta i suis locis ab auctore naturę naturaliter ordinata sunt: in quo ordine sic res administrat vt eas proprios motus agere sinat, vt dicit August. vii. de ciuita. dei. sed potius mysticũ intellectum ibi scriptura intendit, vt infra dicet in q̃stionibus de doctore sciæ hui⁹. Scripturę autẽ huius auctoritas vbi de eius mẽte homo certus est, pręualet omni humanę rationi: etsi congruat ei: & illã om̃ino euacuat quæ cõtrarium prætendit. illa enim omnino veridica esse non potest: sed falsa & solubilis: etsi infirmitati mentis hũanæ tam veridica videat vt eã soluere non possit. secũdũ ꝙ dicit Augustinus de baptismo paruulorum. iii. cõtra Donatistas. Ego (inquit) etsi refellere istorum argumenta non valeam video tamen inhęrẽdum esse his quæ in scripturis sunt apertissima vt ex his reuelent obscura. Quia igit scdm Aug. i. de doct. Christ. titubabit fides si diuinarũ scripturarum vacillat auctoritas, quisquis auctoritati scripturæ sacræ resistit, plus credens suis rationib⁹ q̃ illi, tanq̃ hęreticus fidem impugnat. Et si forte aliqui fidem christianam profitentes, contra illa q̃ ex scriptura tenet ecclesia, rationibus suis philosophantes scripturam tanq̃ veridicam defendere velint: dicendo vbi rationibus suis contrariari videtur, non esse intellectam: sicut secundum Augustinum non intelligũt eam qui dicunt terrę molẽ aquis sustineri: quia dicitur in Psal. Qui fundasti terram super aquas. hoc reuera est valde temerarium dicere. Cum enim non habent rationem sic euidentem contra illa quæ ecclesia tenet ex scriptura: sicut habẽt contra id ꝙ moles terræ sustineatur aqua: quod non diceret tota ecclesia: etsi forte aliqui errantes in scriptura deberent credere in illis expositoribus scripturæ potius q̃ suæ rationi. secundum ꝙ dicit Augustinus de vtilitate credendi. Si vnaquęq; disciplina q̃q̃ vilis & facilis, vt percipi possit doctorem aut magistrum requirit, quid temerariæ superbiæ plenius q̃ diuinorum sacramentorum libros ab interpretibus suis nolle cognoscere! Et ideo dicit Glossa. Matthæi decimoquarto in principio. Regnum Dei, doctrina euangelii: cui obedire simpliciter sine vlla retractatione debemus. Sicut puerį

(Margin letters: Q beside "dit: licet res nõ euidéter…"; R beside "trraria, veridica ratio…"; S beside "vt ex his reuelent obscura…"; T beside "sustineatur aqua…".)

nō contradicit doctorib⁹. Et Aug. i. de sermo. do. in mōte. Dū se auctoritati diuinę subdit aīa, inde venit ad diuinarum scripturarum cognitionem. vbi oportet se mitem prabere pietati: ne id qđ iperitis videtur absurdum vituperare audeat: & pertinacibus concertationibus efficiatur indocilis. Ideo etiā dicit in fine de vtilitate credēdi. Quid est aliud ingratū eē opi atq; diuino auxilio q̄ tāto labore pdicatę veritati velle resistere? Postq̄ ergo homo catholicam fidem profitendam suscepe rit, isti scientiæ iuxta expositiones ecclesiæ, & interpretum catholicorum eius omnino debet credere q̄si diuino oraculo etiam sine ratione reddita: & nullo modo humana ratione contraire. Qđ si fecerit, dubitandum non esset quin tanq̄ hæreticus in fide hæsiret. Homo igitur quisq; fidelis qui per fidem suam huic scientiæ credendum fore statuit: & scriptis i ea, & hoc non nisi pter diuinū testimonium quasi diuino oraculo editis, magis debet credere auctoritati huius scripturæ q̄ cuiq̄ rationi quantūcunq; viuaciter aliquid persuadere videatur. Et ideo auctoritas canonis sacræ scripturæ scriptis quorumlibet hominū quantūcūq; rōnabiliter loquētium, & rationibus viuacibus dicta sua probātium, pferri debet. secūdum q; probatur hęc Decretorum dist. ix. per plurima capitula: & maxime per August. in capitulo Quis nesciat: & duobus capitulis sequentibus.

V Ad obiecta. ¶ Per dicta patent omnia obiecta, pręter vltimum in quo assumitur q; non creditur huic scientiæ nisi propter rationem. Ad qđ est dicendū: q; ratio dupliciter potest se habere ad auctoritatem huius scientiæ. Vno modo quia inducit ad probandum id qđ cauet auctoritate huius scripturæ. Alio modo quia inducit ad persuadēdum q; auctoritati huius scripturę credēdum est. Propter rationem primo modo inductam non credit huic scientiæ: immo magis econuerso, inquantum. s. auctoritas huius scientiæ regula debet esse omnis rōnis & humanæ scientiæ, vt dictū est supra. De ratione autem inducta secūdo modo, intelligendū q; credere auctoritati huius scien

X tiæ pter rationem potest intelligi dupliciter: aut tanq̄ pter causam p se & sufficientem, sufficiēter probantem homini q; credere debeat auctoritati eius: aut tanq̄ pter psuasionem ad credēdū ei inducentē. Primo mō nō est verū q; pter rōnē credit auctoritati hu⁹ sciētię: qa nō posset esse rō hūana ad hoc sufficiēs. tūc ei posset eē sufficiēs rō hūana ad pbādū de quolibet articulo fidei q; hō deberet eū credere. Secūdo aūt mō reuera credit auctoritati huius scientiæ pter rationē. non enī credit homo huic scientię: neq; ei exhibet auctoritatē nisi quia ratione aliquali suasum est ei, & rōnabile videt q; ipsi credere debeat. sine tali ei rōne nō crederet hō aliquē articulū fidei. Tali etiā persuasione dicit August. se inductum ad tenendum se intra ecclesiam: & non esse conuertendum ad Manichęos. contra epistolam enim fundamēti alloquendo Manichęos dicit sic. Vt omittā syncerissimam sapientiā quā in ecclesia catholica esse non creditis, multa sunt alia quæ in ei⁹ gremio iustissime me tenent: tenet consensio populorū ac gentium: tenet auctoritas miraculis ichoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata: tenet ab ipsa sede Petri apostoli cui pascendas oues suas post resurrectionē suā dominus commendauit, vsq; ad praesentē episcopum successio: tenet postremo ipsum catholicæ nomen: qđ nō sine causa inter tam multas hęreses sic ista ecclesia sola obtinuit: vt cum oēs hęretici catholicos se dici velint, q̄renti tñ peregrino aliquo vbi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam vel domum audeat ostendere. & tunc sequitur auctoritas supradicta. Ista ergo tot &c. Breuiter ergo tali ratione debent nobis esse persua-

Y sa cuncta quę rationabiliter tenem⁹. Vnde illud qđ tenemus cū propheta: Nisi credideritis nō intelligetis: dicit Augustinus contra Consentiū, q; ratione tenemus. secundum q; de hoc habet auctoritas infra in quæstione an lumen fidei requiratur ad notitiam huius scientiæ. Quando autem

Z creditur alicui auctoritati primo modo propter rationem, sequitur q; magis creditur rationi: quando autem creditur alicui auctoritati propter rationem secundo modo, illud nequaq̄ sequit: qa illa regula Si simpliciter ad simpliciter &c. nō tenet nisi i illis quę sunt causę per se. vnde iam factus fidelis simpliciter & absolute magis credit fidei & auctoritati huius scientię q̄ cuiq; persuasioni: per quā forte inductus est ad credendum, vt dictum est in quæstione proxima.

A Quęst. iii. Arg. i.

Irca tertium arguitur q; auctoritas huius scientiæ possit esse contraria rationi. Primo sic. illa bene sunt contraria quæ contraria suadent. auctoritas huius scientiæ & ratio sunt hmōi: quia ratio suadet nihil fieri posse nisi quod est secūdum naturam: Auctoritas autē huius scientiæ suadet fieri posse aliquid contra naturā. quia super illud primę Corinth. iii. Si quis inter vos videt esse sapiens in hoc seculo, stultus fiat. dicit Gl. Et deum contra naturā credat posse qđ mūdus fieri posse negat. ergo &c. ¶ Secundo sic. in epistola Consentii ad August. di

a

citur de hæreticis. Non ſic errarent ſi ſcripturis magis q̃ ſuis rationibus accommodare fidem mallent. Ducit ergo eos ratio in errorem contra dicta ſcripturæ. Sed quod ducit in errorem contra id qđ ſub auctoritate alterius continetur eſt contrarium auctoritati illius. ergo &c. ¶ In oppoſitum ē illud Auguſt. ad Marcellum. Si ratio cõtra diuinarum ſcripturarum auctoritatem redditur quãtũcunq; acuta fuerit veri ſimilitudine fallit. Nam vera eſſe non poteſt. Sed non eſt ratio ſi non ſit vera: immo ſophiſma. ergo &c. In oppoſi.

¶ Dicendum ad hoc, ſuppoſito ꝙ huic ſcientiæ non ſubiacet niſi verum, vt probatur multis cap. ix. diſt. Decretoꝝ. Aliter enim nulla eſſet eius auctoritas, vt dictum eſt in quæſtione præcedenti. Suppoſito etiam ex ſupra determinatis in queſtione, an veritas huius ſcientię cõtrarietur veritati alicuius alterius ſcientiæ: ꝙ quæcunq; vera ſunt iudicio & auctoritate huius ſcientię, falſa nullo modo eſſe poſſunt iudicio rectæ rationis & naturalis: ſed ſi ea quę ſunt huius ſcientiæ, ab aliquo falſa eſſe credũť & cẽſenť, hoc eſt ꝑ errorẽ iudicii & defectũ rõnis rectę. His iquã ſuppoſitis, cum ex eis manifeſtum ſit ꝙ tam auctoritas huius ſcientię q̃ ratio quę recta & vera dici poteſt, veritati innitantur: & ſecundum Philoſophum, verũ vero cõtrariũ eſſe nõ põt: abſolute dicendum, ꝙ auctoritati huius ſcripturę ratio nullo modo poteſt eſſe cõtraria. immo omnis ratio recta ei conſonat. quia vero omnia conſonant, vt dicitur. i. Eth. Siqua autem ratio inueniatur contrariari auctoritati huius ſcientię, non vera neq; recta ratio: ſed falſa ratio & ſophiſma debet iudicari. ſecundum ꝙ ſufficienter probatum eſt pluribus rationibus i q̃ſt. ſupradicta. Et Aug. in fi. i. ſuper Gene. Reſpõdendum eſt (inquit) hominib⁹ q calumniari libris noſtrę ſalutis affectant, vt qq̃d de ipſa rerũ natura veracib⁹ documentis demonſtrare potuerint: oſtẽdam⁹ noſtris literis nõ eſſe cõtrarium: quicq̃d aũt his noſtris lr̃is. i. catholicę fidei de q̃buſlibet ſuis voluminib⁹ cõtrariũ ꝓtulerint: aut aliqua falſitate oſtẽdamus, aut nulla dubitatione credamus eſſe falſiſſimum: & quantum valemus ita defendamus ad literam, vt qui non rationabiliter moti ꝓpter animi prauitatẽ vel hebetatẽ credere iſta detractẽt: nullam tñ inueniãt rõnem vnde falſa eſſe cõuincãt: ſicut dicit lib. viii. in prin. B Rñſio.

¶ Ad primum in oppoſitũ, ꝙ auctoritas huius ſciẽtię & ratio ſuadent contraria, dicẽdũ ꝙ nõ eſt verũ niſi de rõne erronea. Q; aũt aſſumiť ꝙ auctoritas ſuadet deũ poſſe agere cõtra naturam: cuius contrariũ ſuadet ratio, quæ non ſuadet ſecundum naturam: Dicẽdum ꝙ ſicut ſcḋm Phũm. ii. Phy. natura dicitur materia, & natura dicitur forma: & ſecũdum ꝙ dicit. i. de gñatione, materię proprium eſt pati: formę aũt agere: Conſimiliter a natura quę eſt forma, dicitur natura actio procedẽs ſecũdũ curſum pricipioꝝ naturaliũ actiuoꝝ: & cõtra hmõi naturã diciť eẽ illa actio q̃ agit cõtraria tali actioni: & a natura q̃ eſt materia, diciť natura paſſio recepta ſecundũ capacitatẽ principioꝝ naturalium paſſiuoꝝ: & contra hmõi naturã diciť illa paſſio q̃ eſt contraria receptioni naturali. Prio mõ de⁹ bñ agit cõtra naturã: qa contrariũ effectũ illi ad quẽ pricipia naturalia actiua naturę nituť ducere, vt patet i Ezechia, quem pricipia actiua naturalia corruptiõis deducere nitebanť ad mortẽ: & deus eũ reſtituit ad ſanitatẽ actiõe cõtraria actioni naturę. Sed nõ eſſet recta ratio quę cõcluderet contrariũ huius. ſ. ꝙ de⁹ non potuiſſet eum ad ſanitatem reducere: nec poſſet eſſe aliqua actio ad hoc ſecũdũ naturã: quia iſta actio dei eſt ſupra actionẽ naturę: & licet ipſa ſit cõtraria alicui actiõi naturali: non tñ ſequiť ꝙ recta rõ ſcḋm naturã poſſet eſſe cõtra ipſam: qa vna actio naturalis bñ põt eſſe cõtraria alteri ambabus exiſtẽtib⁹ ſcḋm naturã: vt ſunt generatio & corruptio: & tñ cõtra neutram põt eẽ rõ vera ſcḋm naturã. Scḋo aũt modo de⁹ nihil agit cõtra naturã: qa nihil agit in reb⁹ naturalibus nec agere põt, qđ natura nõ põt ꝑ pricipia naturalia receptiua ſuſcipere, quibus creatura ſubiciť ꝑfecta obediẽtia actioni creatoris: ita ꝙ ſi aliq̃d impoſſibile eſſet naturã in ſe recipe, impoſſibile eſſet omino deũ id in rerũ natura agere: qa qđ deus agit in rerũ natura, natura ipſa hoc recipit: & nõ recipit niſi qđ poſſibile ē eã recipe: qa nõ eſt act⁹ niſi cui⁹ ẽ potẽtia, vt dŕ de ſom. & vi. Vñ ſi recta rõ ſcḋm naturã oſtẽderet ꝙ natura ñ poſſet tale q̃d i ſe recipe: reuera nec de⁹ illud poſſet agere. Nũc aũt nec eſt recta rõ ſecũdũ naturã ꝓbãs naturã nõ poſſe recipe: aut deũ non poſſe agere id qđ i veritate põt agere & natura recipe. Vñ licet deus i natura agit qđ natura agere nõ poſſet: nihil tamẽ agit in ea cõtra eã: qa nihil agit i ea qđ ipa non põt recipere & ſic qđ agit i ea q̃ſi cõtra vnã naturã, agit ſcḋm aliã naturã: nihil aũt agit cõtra naturã ſimpliciter & oĩno. Vñ ſup illḋ Ephe. iii. Quę ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſcõditi i deo. dicit Gloſ. Habet eñ de⁹ in ſeipſo abſconſas quorũdã factoꝝ cauſas quas rebus conditis nõ inſeruit, eaſq; implet nõ illo opere prouidẽtiæ quo naturas ſubſtituit vt ſint: ſed eo quo illas adminiſtrat vt voluerit, quas vt voluit condidit. In mundo enim ſunt abſconditæ rationales cauſæ omnium rerum quæ naturaliter fiunt: ſicut abſconditus erat Leui in lumbis Abrahæ. Sed in deo ſunt abſconditæ cauſæ C Ad pri. princi. D

eorum quæ per gratiam fiūt: siue eorum quæ ad hæc signanda mirabiliter non naturaliter fiunt. vt φ de osse viri dormientis facta est mulier. & in locum costę non costa: sed caro suppleta est: non habuit hoc prima conditio rerum vt fœmina ex eo sic fieret: sed hoc habuit φ sic fieri posset: ne cō tra causas quas voluntate instituit: mutabili voluntate aliquid faceret. Reuera non habuit prima conditio rerum vt fœmina sic de costa fieret. s. actiue, virtute qua natura id facere posset: sed habuit vt sic de costa fieri posset. s. passiue. habuit enim in se potentiam qua reciperet qđ natura in ea agere non posset: sed virtus diuina supernaturalis. vnde ad plura est natura in potentia passiua q̃ i actiua. Est etiam deus ad plura in potentia actiua q̃ sit natura in potentia passiua. Plura enim potest per se facere q̃ natura habet recipere: vel q̃ sint illa quæ ex ea fieri possunt. contra id qđ imponitur Philosopho. xi. metaphysicæ, licet nunq̃ illud dixit. s. φ omnes formæ quæ sunt in motore primo in actu, sunt in materia prima in potentia. hoc enim est falsissimum. nulla enim fortassis species animalis perfecti est in materia in potentia, cuius non sunt aliqua indiuidua in actu: quia secundum Philosophū in lib. de Plan. natura non cessat nec cessauit generare aīalia & plantas & cunctas suas species. Et dicit. xi. metaphysicę, φ perfecta in omni genere entis priora sunt imperfectis: vt animal semine ex quo generatur. Constat autem φ possibile est deo nouas species animalium & plantarum quales mundus non habet in se, de nouo creare: licet inaniter philosophātes hic cōtradicerent: dicēdo deum nihil noui posse facere immediate neq; aliquid aliud facere in mundo q̃ qđ iam fecit. De quibus possumus dicere illud Psal. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed nō vt

E Ad scđm. lex tua. ¶ Ad secundum: dicēdum φ ratio ducit hæreticos in errorem contra auctoritatem huius sciētiæ: Dicendum φ dictum illud suam expositionem secum portat & solutionem rationis. non eñ dicit φ non errarēt si scripturis magis q̃ rationibus mallēt accōmodare fidem: sed signāter ad dit suis: vt p hoc intelligamus rationes illas q̃ sunt deficientes. Rōnes enim verę nō sunt hæreticorum pprię neq; nostrę: sed ipsius veritatis & dei: quia deus veritas est. secundum φ dicit Augu. super Ioan. ser. v. exponens illud Euang. Qui loquitur mēdaciū de suo loquitur. Non eñ (inqt) habet homo de suo nisi mendacium & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis ac iustitiæ de deo loquitur. & xii. confes. Veritas tua: nō mea est nec illius aut vlli⁹: sed oīm nostrū. Si ambo vidamus verum vbi queso id videmus? Nec ego vtiq; in me nec tu in me: sed ambo in ipa quę supra mentes nostras est incōmutabili veritate. secundum φ hoc expositum est supra. Vel pōt dici φ ad literam Cōsentius ęstimauit φ in sacra scriptura rationes non erant adducendæ: sed cauēdę quasi essent omnino causa erroris: & contrarię auctoritati: & dictis sacræ scripturæ: non discutiendo rationem veram a non vera. Vnde etiam August. in quadam epistola ad ipm sup hoc eū rephēdit dicens. Non ratio: sed falsa ratio cauenda & detestanda est. Nam si ratio vera esset, non vtiq; errassent hæretici propter eam. & addit. Quapropter sicut non debes omnem vitare sermonem qa est & sermo falsus: ita non debes vitare omnem rationem quia est & falsa ratio.

Art. XI. de Doctore Theologię.

Art. XI.

Equitur de doctore huius scientiæ circa quem inquirendā sunt septem.

Primum: vtrum solus deus sit doctor huius scientiæ.
Secundum: vtrum mulier possit esse doctor seu doctrix eius.
Tertium: vtrum iuuenis possit esse doctor eius.
Quartum: vtrum vir religiosus.
Quintum: vtrum homo peccator.
Sextum: vtrum primi doctores eius simplices & idiotæ esse debebant.
Septimum: vtrum doctores sequentes instructi debebant esse in scientiis secularibus.

Irca primum arguitur φ solus deus sit doctor sacræ scripturæ. Primo sic. Aug. dicit. iiii. de doct. Christ. In ipsis hominibus & angelis nemo recte discit quę pertinent ad viuendum cum deo, nisi fiat a deo docilis. docilis a deo nemo fit nisi

F Quęst. I. Arg. 1. deo docente quę pertinent ad viuendū cum deo. q̃ ptinēt ad viuēdū cū deo sunt ea quæ sunt sacræ scripturæ. ergo q̃ sunt sacrę scripturę nemo discit nisi deo do

2 cente. ¶ Secundo sic. qui non potest in minus non potest in id qđ est magis. Minus est docere q̃ discere: quia docens debet esse in actu eius ad qđ est discens in potentia. sed homo ex se nō pōt hanc scientiam discere: sed φ eam discat hoc habet ex deo, vt vi

In opposi. debitur infra. ergo φ eam doceat non potest hō ex se: sed hoc solum est dei docere. ergo &c. ¶ Cō

tra eſt illud Eph.iiii.Et ipſe dedit alios paſtores & doctores in ędificationem corporis.i.eccleſiæ inſtructionem.& hoc non niſi in hac ſciētia de qua ibi loquit.ergo &c.i.Et.Timo.ii.dicit Apoſtolus vocans ſe doctorem huius ſcientiæ.Veritatem dico non mētior,doctor gentiū in fide & veritate.

¶ In hac quæſtione an deus doceat hanc ſcientiam non eſt dubium:ſed in hoc eſt dubitatio maior an homo doceat ipſam:& quomodo eam deus doceat in omni actu diſcendi:& quo modo homo. Ad quorum intellectum ſciēdum iuxta ſuperius determinata,ꝙ deus dicitur docere in quolibet actu diſcendi etiam in illis quæ naturaliter cognoſci poſſunt:quia inſtrumenta naturalia diſcēdi mēti hūanę miniſtrat,quibus oīa etiam quę naturaliter ſunt cognoſcenda diſcit & rerum veritates cognoſcit. inter quæ ſunt intellectus poſſibilis & lumen agētis: & maxime effigies primæ veritatis præſidens mēti,vt ſupra expoſitum eſt. Ad diſcendū autem ea quæ ſunt ſup naturaliter cognoſcēda,vt ſunt ea quæ ſunt fidei & huius ſcientiæ iſta non ſufficiunt per ſe:ſecū dum ꝙ ſufficiūt ad diſcēdū illa quæ naturaliter ſunt diſcenda.Immo cū his requiritur lumen ſuperius īfuſū ampli⁹ illuſtrās:vt ſub illo verum ſupnaturale diſcere poſſit:qđ nequaꝙ diſcere poſſet ſub ſolo lumine naturali intellectus & cōmuni præſidentia primæ veritatis. Tale autem eſt lumē fidei in cognoſcendo ea quæ ſunt fidei:& ſi aliquid ſit ſuperius cognoſcibile ad qđ lumen fidei nō ſufficit ad veritatem illius perſpiciendam,adhuc ſecundum ꝙ infra videbitur,illuſtratio aliqua clarior & ſuperior requiritur. Resolutio G

¶ Et tūc dicendū ad quæſtionem. cū ſacræ ſcripturę veritas excedit notitiam naturalis rationis:quia eſt de eis quæ ſunt fidei,vt dictum eſt ſupra:& etiam dicetur infra ad quorū notitiam deus lumen fidei ſupernaturale infundit menti humanæ,ſub quo naturale iudicatorium illuſtraẗ intātū vt ſufficiat in illis veritatem pſpicere:ſicut ergo in ſcientiis naturalib⁹ dicitur ſolus deus docere maxime pſidendo mēti, vt dictū ē ſupra:ſiliter diceẗ ſolus de⁹ docere hāc ſcientiam mēti imprimendo lumē fidei,vel aliquam aliam illuſtrationem in ea faciēdo,quæ vt infra dicetur ſufficiat ad veritates credibilium mēti humanę manifeſtādas.Sed ex parte hoīs ī diſcēdo hanc ſcientiam & alias aliter cōtingit & aliter.In ſcibilibus eñ ſcientiarum rerum naturalium hō ex rebus naturalib⁹ mediantibus ſenſib⁹ colligere pōt notitiā terminoꝶ,& per ſe ex illis formare conceptus cōplexos:ī ꝗbus per ea ꝗ naturaliter ſibi indita ſunt,aſſiſtēte gñali illuſtratione diuina,de ꝗ dictū eſt ſupra:cognoſcere pōt veritatē primoꝶ principioꝶ.ex ꝗb⁹ viteri⁹ pōt elicere notitiā poſterioꝶ.Et ideo determinatū fuit ſupra,ꝙ hō p ſe ſola īueſtigatiōe ex puris naturalib⁹ſine oī doctore exiſtēte poteſt ſibi acquirere ſcientiam rerum naturaliū:& omnium eorum quæ ſubſunt iudicio naturalis rationis.In doctrina autē huius ſcientiæ ſecus eſt.ꝗꝗ eñ terminos incomplexos credēdoꝶ cognoſcit homo p ſe anteꝗ poteſt aliquod complexum ex illis credere:qui enim pri⁹ nihil intelligit credere non poteſt:vt qui non intelligit generali notitia quid homo,quid pati, quid Chriſtus,nō poteſt credere Chriſtum hominem paſſum.ſecundum ꝙ dicit Auguſt.4.de trinita. Credimus dñm Ieſum Chriſtum natum de virgine quæ Maria vocatur:quid autem ſit virgo, & quid naſci:& quid ſit nomen proprium non credimus:ſed prorſus nouim⁹. Complexiones tamen determinatas credibilium particularium non poteſt homo per ſe ſibi formare,vt in eis diſcernat ratio an conſentiendum eis ſit an non, etiam ſuſcepto habitu fidei. niſi cum hoc articuli ei ab aliquo tanꝗ credendi proponerētur & ſuaderētur:& hoc vel adeo interius per inſpirationem:ſicut Paulo inſpirauit notitiam Euang.aut ab homine vel ab angelo exterius per prædicationem & ſacræ ſcripturæ inſtructionem.Et ideo dicit Auguſt.ſer.i.ſuper Ioan.Per homines miniſtratę ſunt ſcripturæ niſi eñ iſta dicerent,vnde omnino cogitaretis non inueniretis.Et licet deus poſſit interiori inſpiratione ſufficienter inſtruere in eis quæ fidei ſunt & ſacræ ſcripturæ:vult tamen illud fieri p hominem quantum per ipſum fieri poteſt.vnde nec vult hoc per angelum facere vt homini reuerentiā aliquam exhibendam oſtendat:& homines fortius vinculo charitatis cōiungat. H

Igitur quia ſacram ſcripturam ordinate & diſtincte proponere, & omnino ea quę ſunt fidei docere eſt quodammodo: modo quo homini docere competit,vt dictum eſt ſupra:concedere oportet ꝙ hominem contingit aliquo modo hanc ſcientiam docere ſicut & alias. Quia tamen eius non eſt intellectū ad intelligē dum aliquo modo illuminare:ſed ſolius dei,multo ꝙ minus in hac ſciētia ꝗ in aliis:quo ad hoc ſimpliciter ſolius dei eſt docere hanc ſcientiam:ſicut & quālibet aliaꝶ:& multo ſpecialius, vt dictum eſt. Vnde Auguſt.poſtꝗ dixit ꝙ p homines miniſtratæ ſunt ſcripturæ,dicēs.Niſi enim iſta dicerēt vnde omnino cogitaretis non inueniretis.immediate adiunxit vocando ſcriptores ſacræ ſcripturę montes.Ergo ex mōtibus(inqt) venit nobis auxilium vt iſta audiretis:ſed nōdum poteſtis intelligere qđ audiſtis:inuocate auxiliū a domino qui fecit cælum & terram: quia montes ſic potuerūt loqui vt non poſſent ipſi illuminare:quia & ipſi illuminati ſunt audiendo.Ioannes qui ſupra pectus domini diſcubuit,de pectore domini bibit qđ nobis propinaret:Sed propinauit verba,ītellectū I

aūt inde debes capere vnde & ipse bibebat qui tibi ꝓpinauit, vt inde impleas pect⁹, vnde impleuit ille. Hic etiā dicit Orige. sup Exo. Quis est ille quē replet de⁹ illo spū quo repleuit Moysen & Aarō vt eodem spiritu illuminatus possit quę per illos sunt gesta disserere? Aliter eīm non arbitror explanari, nisi eodē spiritu quo gesta sunt disserant. ¶ Dicendū igitur ꝙ simpliciter solus deus docet hāc
k
Respōsio, scientiam, quia ipse solus dat eā intelligi, quod est proprie eam docere. vnde Aug. super Ioā. ser. vii. Nemo dicat quia alius dedit legem & alius docet eam. Ipse eīm illā docet qui eam dedit. Quo ad aliquid aūt vt dictum est: non solum deus docet eam hominem: immo etiam & homo, quod & potest angelus facere, licet alio modo q̄ deus, vt dictum est supra de modo docēdi simpliciter. Et hoc est quod dicit Aug. primo de doctri. christiana. Cornelium Centurionem q̄uis exauditas orationes eius & eleemosynas respectas ei angelus nunciauit, Petro tamen traditum scimus imbuēdum per quem non solum sacramenta perciperet, sed etiā quid credendū, quid sperandū, quid diligēdū esset: audiret. Et poterāt vtiq; omnia hęc per angelū fieri, sed abiecta esset hūana cōditio, si per homines hoībus deus verbum suū ministrare nolle videreť. Quomodo eīm verū esset qđ dictum est: Templū dei sanctū est qđ estis vos: si de⁹ de humano templo respōsa nō redderet, & totū qđ hominibus discendū tradi vellet, de coelo atq; per angelos personaret? Deinde ipa charitas quę sibi hoīes inuicem nodo vnitatis astringit, nō haberet aditum refundendorū & quasi miscendorū sibi animorum, si hoīes ab hoībus nihil discerent. Et certe spadonem illum qui Esaiā ꝓphetam legens non intelligebat, neq; ad angelū sed ad apostolū misit: neq; per angelū ei id qđ non intelligebat expositū aut diuinitus in mente sine hoīs ministerio reuelatum est: sed potius suggestione diuina missus est ad eū: seditq; cū eo Philippus qui nouerat Esaiā ꝓphetam, eiq; humanis verbis & lingua qđ in scriptura illa tectū erat aperuit.

L
Ad primū principale ¶ Ad primum in oppositum ꝙ nemo discit hanc scripturam nisi fiat a deo docilis dicendū ꝙ verum est interius ad intellectum huius scientię illustrando & lumen fidei infundendo, per hoc tñ non excludiť ministeriū hominis per qđ docet exterius vt dictū est. ¶ Ad secūdum
M
Ad secūm. ꝙ hō nō potest ex se discere hanc sciētiā, quare neq; docere: dicendū ꝙ verum est sine adiutorio interiori diuini luminis. nihilomin⁹ tñ per hoc non excludit quin homo ministerialiter doceat exterius: Semp tñ deo principaliter docente interius in omni actu docendi vt dictum est supra.

N
Quest. 2. Arg. 1.

Irca secundum arguitur ꝙ mulier possit esse doctor huius scientię. Primo sic. Prouer. iiii. Vnigenitus fui coram matre mea & docebat me. id aūt qđ docebat erat huius scientię, vt patet ibidē. ergo &c. ¶ Secundo sic. non est minoris gratię prophetare q̄ docere: immo & prophetarum est docere publice ea q̄ eis reuelantur. i. ad Cor. xiiii. Qui prophetat hominibus loquiť ad ędificationē. mulieribus
2 cōcessum est ꝓphetare, vt Marię sorori Moysi. Exo. xiiii. Debborę Iudic. iiii. Oldę
3 iiii. Reg. xxii. Annę Lu. i. ergo &c. ¶ Tertio sic. i. Pet. iiii. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrū administrantes. sed mulieres quādoq; gratiā scientiæ huius accipiunt: ergo aliis debent administrare, qđ non possunt facere nisi docendo. ergo &c. vnde Maria & Martha cū
In oppo. apostolis genera linguarū acceperunt: & publice sicut apostoli docuisse & prędicasse legūt. ¶ Contra est illud apostoli. i. Ti. ii. Docere mulierem non permitto.

O
Resolutio ¶ Dicendum ad hoc: ꝙ ista quæstio & sequentes differunt a præcedenti. Illa eīm q̄ siuit de potentia absoluta facti, cuius est posse docere: an solius dei, an quodā modo hoīs & angeli. Istę vero quęstiones quęrūt de potētia iuris & auctoritatis: an. s. status quarundā personarum permittat ꝙ officiū doctoris habeāt. Rñdēdū igiť ad istas q̄stiones quātū ad potentiā docēdi nō de facto, sed de iuris ꝑmissione. Planū est eī ꝙ de facto qlibet hō sciēs siue vir siue mulier, siue senex siue
P iuuenis, siue religiosus siue secularis, siue cleric⁹ siue laicus potest docere q̄ nouit. Dicendū igiť ad istā ꝓpositā q̄stionē & cōsimiliter ad alias, ꝙ docere potest aliquis ex officio vel ex beneficio. Vt aūt aliquis possit docere ex officio quatuor in eo requiruntť, duo respectu doctrinę, & duo respectu illorum quibus dispensanda est doctrina. Primū est docendi cōstantia, ne de facili a veritate cognita doctor se diuertat. Secundū est exequendi efficacia, ne per infirmitatē ab opere desistat. Tertium est docētis auctoritas, vt auditores sibi credendo obediant. Quartū est sermonis viuacitas, vt vitia corrodendo ad virtutes impellat. Propter primū Christ⁹. Mat. v. primos doctores cōparat luci quę non tenebrescit: propter secundū ciuitati quę nō deficit: propter tertiū lucernę quę super candela
Q brum ponitur: propter quartū sali quo caro a putredine praeseruatur. ¶ Quantū ergo ad istā quae
Respōsio, stionē dicendū, ꝙ contraria his quatuor inueniunť in mulierib⁹, ꝓpter qđ mulier ex officio docere non potest: & ideo nec doctor esse huius scientię. De primis duobus dicit glos. Luc. vlti. Quia cōstā

tiã prædicandi non habet infirmior sexus: & ad exequendum infirmior cõmandaĩ viris officiũ euã gelizãdi. Mulier vero pdicandi seu docendi constantiã non habet: quia de facili a veritate seducit. Et ideo postq̃ dixit Apostolus. i. Timo. ii. Docere mulierem non permitto: post modicum subiunxit quasi p causa. Adam non ẽ seduct⁹: mulier autem seducta in puaricatione fuit. Mulier secundo exequendi officium doctoris non habet efficaciam: quia sexus fragilitatem patitur, qui non sufficit in publico discurrere & laborare. Et ideo ibidem etiam cum dixisset: Docere mulierem nõ permitto: statim addidit: Sed esse i silẽtio. Mulier tertio doctoris auctoritatem habere nõ põt pter sexus cõditionẽ qui non habet exequendi libertatem: quia sub alterius debet esse potestate. Gẽ. iii. sub potestate viri eris: & ipse dominabitur tui. Et ideo cum mulieri officium docendi inhibuisset, dicẽdo Docere mulierem non permitto, immediate adiũxit: Neq; dominari in virũ. vbi dicit Glos. Vnde etiã auctoritatẽ docendi ei negauit. Et postq̃ dixit primæ Corinth. xiiii. Nõ permittit eis loqui: immediate adiunxit: Sed subditas esse sicut lex dicit. vnde q; sumeret auctoritatẽ psidentis, indecens esset ei & verecũdum valde. & ideo addit Apl'us. Turpe est aũt mulieri in ecclesia loqui. vbi dicit Glos. Quia contra disciplinam ecclesiasticam est. Mulier quarto viuacitatem sermonis non habet ad mortificandum: sed magis prouocandum peccata, & ideo super illud. Docere mulierem nõ permitto, dicit Glos. Si eñ loquit magis ĩcitat ad luxuriã & irritat. & ideo dicit Ecclesiastici. ix. Colloquium illius quasi ignis exardescit. Glos. In corda auditorũ. ¶ Loquendo autẽ de docere ex beneficio & charitatis feruore, bene licet mulierem docere sicut & quemlibet alium si sanam doctrinam habeat: & hoc priuatim: & in silentio: & non in publico & in facie ecclesię. Hoc eñ solum licet docentibus ex officio: & tali modo docere solũmodo ei prohibet. Vnde cum dixisset Apostolus primæ Corinth. xiiii. Potestis omnes pphetare vt omnes discant: ne crederet aliquis q; hoc liceret mulieri in publico sicut viro, intulit. Mulieres in ecclesia taceant. Non enim permittitur eis loq. Verum ẽ in ecclesia secundum q; dicit Glos. super illd. ad Timo. Docere mulierem non permitto. Nihilominus tamen alibi in priuato eis pmittitur docere ea quæ licet eas discere: & hoc maxime mulieres alias & puellulas: viros autẽ nõ. tũ quia sermo earũ viros ad libidinem inflammaret, vt dictũ est. tum quia hoc est turpe & inhonestum viris. secundum q; dicit Hiero. ad Paulinam. Discũt p pudor a fœminis qd viros doceant. & hoc nisi sit mulier speciali gratia prædita: vt fuit virgo beata quæ Apostolos in silentio docuit. secundum quod Augustinus in sermone quodam de virginis natiuitate: loquẽs de apostolorum & eius disciplina, dicit. Ipsi per reuelationem spiritus sancti edocti fuerunt omnem veritatem. Incomparabiliter tamen manifestius ac eminentius ipsa per eundem spiritum ipsius veritatis intelligebat profunditatem, ac per hoc multa eis per eam reuelabantur: quæ in se non solum scientia sed ipso effectu, ipo experimento didicerat de mysteriis eiusdẽ domini Christi. R

¶ Ad primum in oppositum q; dixit Salomon de matre sua, Docebat me: dicẽdũ q; hoc erat doctrina priuata qua mater erudiuit filium tãq̃ minorẽ: qd licuit: quia talibus etiam licet conuersari cum fœminis: nec turpe est eis neq; ad libidinem earum sermonibus prouocantur. Melius dicendum q; illi verbo docebat non supponit ly mater, sed pater. vnde litera sic iacet. Fili⁹ fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea: & docebat me. Glos. interli. Pater. S Ad pri. princip. ¶ Ad secundum: q; licet mulierem prophetare, quare & docere: Dicendum q; propheria data est mulieribus non ad publicam instructionem: sed priuatam. & si vt per eam viros doceat: hoc est ex gratia speciali, quæ non respicit sexuum distinctionem. secundum q; dicitur Col. iii. Induite nouũ hominem qui renouatur secundum imaginem eius qui creauit illum vbi non est masculus neq; fœmina. Viris autem data est ad publicam istructionem. Et ideo, vt dictum est, postq̃ prophetiam apostolis omnibus concessit, specialiter mulieribus publicam doctrinam abstulit nõ viris, vt dictũ est. T Ad secũ. ¶ Ad tertium q; vnusquisq; secundum q; accepit gratiam administret: Dicendum q; hoc licet sed vnicuiq; secundũ q; decet. s. mulierib⁹ priuate & viris publice. & ideo sequit ibidem. Sicut boni dispẽsatores multiformis gr̃ę dei: tanq̃ ex virtute quã administrat de⁹ vt i oĩbus honorificet deus. Vnde & si ex speciali gratia det mulieri vt publice prędicet: hoc tunc licet ei quia gratia, vt dictũ est, distinctionem sexuum non respicit. tali enim gratia concessum est mulieribus publice prophetare in ve. test. in virorum contumeliam: quia effœminati facti erãt: sicut & fœminis concessum est publica regimina super viros gerere: & similiter in primitiua ecclesia propter messis multitudinem & metentium paucitatem concessum est mulieribus Marthæ & Mariæ publice prædicare & iiii. Philippi filiabus publice prophetare. secundum q; habetur Act. [illegible] V Ad tertiũ

X Quest.3. Arg.1.

Irca tertiū arguit̄ q̄ iuuenis possit esse doctor huius scientię. Primo sic. Apostol⁹ dicit.i.Tim.iiii. Precipe & doce. nemo adolescētiā tuā contēnat. sed contēnenda esset nisi liceret adolescētem docere. ergo &c. ¶Secundo sic. Dañ.iii. dicitur. Suscitauit dñs spiritū pueri iunioris, qui dixit. Reuertimini ad iudiciū meū. sed nō liceret eū iudicare quē nō liceret docere. ergo &c. ¶In cōtrariū est Gl. vlti. Mat. iii. quæ loquitur sic. Ioannes prędicabat & baptizabat. s. q̄n Christus. xxx. annorū erat, ostendēs nullū sacerdotē vel prędicatorē debere fieri nisi virilis ętatis. Sicut Ioseph tricenarius regimē Aegypti suscepit: Dauid regnare eadē ętate inchoauit: Ezechiel pphetiam pmeruit. pdicatio aūt & prophetia cū doctrina eodem cursu currunt. ergo &c.

(margin: a; In oppo.)

Y Respōsio. ¶Dicendum ad hoc. cum secundum philosophum sapientis est ordinare, eius est singula q̄ in vsum humanū assumūtur sic dispensare, vt tunc vnūqdq; in vsum pferat q̄n iuxta rectę rationis iudiciū magis valet. vnde & secundū Philosophū, vnūqdq; in tēpore in quo magis valet magis est eligendū, vt fortitudo in iuuentute q̄ in senectute, quia magis indigent in se refrenari mot⁹ passionū. sapientia econtrario: quia sedatis passionibus melius ea vti potest senex q̄ iuuenis Quare cū docere secundū Philosophū opus sit sapientis & sapientię, quo doctor sapientia sua vtit̄ ad aliorū instructionē, officia docendi, & maxime hanc scientiā quę vere omniū scientiarū sapiētia est, & post oēs alias docenda, vt dictū est supra, non nisi in ętate prouecta assumendum vel alicui iniungendū est: & sic regulariter iuuenis non debet esse doctor huius sciētiæ. Vnde & super hoc est priuilegiū theologorū Parisiensium continens q̄ nullus potest incipere in theologica facultate nisi fuerit ad minus. xxxv. annorū. Propter qd̄ & illi doctores qui spū sctō repleti ad docēdū venerūt, vt Ezech. Dauid, Ioan. baptista, & etiā ipse Iesus Christus dei virtus & dei sapientia, vt in hoc hoībus cōuenirent, & exemplū darent, vsq; versus tps illud officiū docendi distulerūt. secundū q̄ dicit beatus Grego. super Eze. Q2 Eze. xxx. anno spiritū pphetię acceperit, indicat nobis aliquid considerandū. quia iuxta rationis vsum doctrinę sermo nō suppetit nisi ętate perfecta. Vnde & ipse dñs ętatis suæ anno. xii. in medio doctorum in templo sedens non docens, sed interrogās voluit inueniri. Vt eñ non auderent hoīes in infirma ętate prędicare, interrogare hoīes est dignatus in terra, q per diuinitatem suam semp angelos docet in coelo. Propheta igit̄ vt ostendat̄ cuius ętatis sit in prędicatione, ætatis solidę esse describitur: quatenus ei cū vita & spiritu omnia quę ad pdicandū cōgruūt concordare videant̄. Est autē expediens & vtile vsq; ad illā ætatem opus doctoris differre: tanq̄ in

Z quo vsus eius iuxta regulā rectę rationis magis valet, & propter ipsum doctorē, & ppter ipsos auditores: vt eū ex doctrina sua neq; proueniens ęmulorū vituperiū deprimat, neq; laus adulatorum eleuet. q͠a (dicit Gre.) ad exemplū nō sunt ostendēda nisi q̄ firma sunt. Prius eñ cōualescere debet mens, atq; ad vtilitatē proximorū postmodū demōstrari, cū iam nec p laudē eleuata corruat, nec p vituperationē percussa cōtabescat. Hoc autē ne fiat in quolibet doctore multū timendū est. secūdū q̄ dicit Chry. sup illud Mat. v. Vos estis sal terræ. Non eñ (inquit) oportet vos maledicta hominū timere tm̄: sed & laudes, quas si audire cupiatis tunc vere infatuati estis atq; conculcādi. Q2 si oī doctori quantęlibet ętatis sit & maturitatis hęc sunt timenda, magis ergo & iuueni. & ideo dicit Gre. Cum prima sunt adolescētię vel iuuētutis nostræ tēpora, nobis adhuc a pdicatione cessandū est: vt vomer nostrę līguę pscindere non audeat terrā cordis alieni. quousq; eñ infirmi sumus cōtinere nosmetipsos debemus: ne dū tenera bona cit ius ostendimus amittamus: quia & arbusta plātata si prius in terra radicata non fuerint, manu tacta citius arescunt, at si semel radicem fixerint manus tangit, & tñ nihil officit: venti ipellunt nec lędunt. Valet aūt propter ipsos auditores: qm̄ propter ętatē doctori maiorem reuerentiā ferunt, & vberiorē fructum sapientię expectant, quia ratione ętatis pręsumitur q̄ in ipsis vberior sapientia inueniat̄. secundum q̄ dicit̄ Iob. xii. In antiquis est sapientia, & in multo tēpore prudentia. Glos. interline. Vnde infirma ætas etiā cum recte sapit ad pdicandū non debet prosilire. Illa eñ dicta in radice sapientię sunt solidata, quæ p viuēdi vsum etiā actuum experimento cōualescunt. Vnde & dicit Philosophus. Nemo iuuenes eligit duces, q͠a non constat eos esse sapientes. Doctores aūt sunt duces discipulorū quasi ignorantiū & cęcorū. Ro. ii. Confidis te esse ducem cęcorū, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium.

& Ad primū principale ¶Ad primum in oppositū de Timo. dicendum q̄ q̄uis ętas requiritur in doctore regulariter vt dictū est: si tñ iuuenis dono gratię sp̄ualis ita prędit⁹ esset, & in se cōfirmat⁹, ne casus in eo timēdus esset, & ... hoc de eius sapiētia constaret, ex priuilegio speciali doctor esse posset: maxime si necessi... ...um requireret, sicut contingebat in Timo. q͠a in eo mores & cōuersatio ętatē

supplebant. Vnde cum sapientiam cõpetentem adolescẽs habuerit ex gratia priuilegii specialis, episcopus ordinari & doctor institui potuit. vñ Apostolus statim postq̃ dixit Adolescentiã tuã nemo contemnat, eũ ad exempli honestatem inuitat: & per hoc idoneum eum fore ad illud ostẽdit dicẽs. Esto exemplum fideliũ in verbo, in cõuersatione, in fide, & in castitate. vnde Glos. Monet eũ per oĩa exemplum aliis esse, vt ĩ adolescente mirabilis esse videatur & grauis disciplina, vt actus eius excusarent ætatem: & non quasi iuuenis: sed senior habereť & erubescereť maiores natu si non se exhiberent iuxta formam eius cõuersatione & moribus graues. Nec solum quia talis erat eum tam cito promouit Apostolus: sed quia ecclesia eo opus habuit: quia tunc quando ecclesia erat nouella plantatio, paucos ad opus prælati & doctoris habuit idoneos. Greg. respõdet aliter: vt. s. adolescẽtia stet pro iuuenture declinante ad ætatem virilem, dicens. Etsi Timo. dicitur, pręcipe hoc. i. doce. Nemo adolescentiam t. cõtem. Sciendum est ꝙ in sacro eloquio nõnũq̃ adolescentia iuuentus vocatur. vnde scriptum ẽ. Lętare iuuenis in adolescẽtia tua. ¶ Ad secundum de Dañ. Dicendum con similiter ꝙ doctrina & mores in ipso supplebant ætatẽ. vnde super illud Suscitauit spiritum, dicit interl. Nõ dedit: quia iam in eo erat: sed propter ętatis tenuitatẽ quiescebat: & occasione data suscitauit eum. erat aũt occasio: quia aliter oportuisset innocẽtẽ damnari senibus Iudęorum infatuatis vnde ipse cõtinuo dixit. Sic fatui estis filii Israel non iudicantes: neq; qđ verum est cognoscentes cõdemnatis filiam Israel, & illi statim dixerunt ei. Veni sede in medio nostrum & iudica nobis: qa deus dedit tibi honorem senectutis. Glos. interl. Sed nõ ætatis de qua Sap. iiii. Senectus venerabilis ẽ: non diuturna neq; numero annoꝝ computata. cani sunt sensus hominum: & ætas senectutis vita ĩmaculata. vbi dicit Glos. interli. Quia nõ ætas corporis: sed maturitas mentis: & morum probitas laudatur: quia ille canus est qui bene sensatus: senex est bene qui mundus & simplex. ¶ Et nota ꝙ si hoc modo aliquẽ iuuenem in doctorẽ quandoq; legamus assumptũ, hoc tamen regulariter ĩ exẽplum trahendũ nõ est. secũdum ꝙ dicit Glos. Lu. iii. Christus. xxx. anno baptizať: facit miracula: docet: vt reprimat temerarios qui omnem ætatem ad hęc officia idoneam credunt. qđ non est ita: nisi aliquando dei miraculo cõtingat: vt Hieremię & Danieli. Et Grego. ait. Nec mouere quempiã debet ꝙ Hieremias & Daniel ꝓphetię spiritũ pueri perceperunt: quia miracula in exẽpla operationis nõ sunt trahenda. Oĩpotẽs eñ deus & linguas infantium facit disertas: atq; ex ore infantium & lactentiũ perficit laudem. Sed aliud est qđ nos de doctrinę vsu atq; disciplinæ dicimus: aliud qđ de dei miraculo scimus.

& Ad secũ[dum]

q̃

A Quest. 4

Irca q̃rtũ arguiť ꝙ vir religiosus nõ debeat esse doctor hui⁹ sciẽtiæ Prĩo sic. xvi. q. i. c. i. dicit Nicena Synodus. Monachũ p oĩa singulariť agere oportet. doctoris officiũ est nõ singulariť agere: sed cũ mltis. ergo &c. ¶ Scđo sic. dicit Greg. ĩ registro. Nemo põt ecclesiasticis obseqis deseruire & ĩ monachorũ regula ordinate ꝑsistere: docere obsequiũ ecclesiasticũ est vnũ de ꝑcipuis. illđ aũtẽ nõ debet facere, ꝓpter qđ ĩ regula nõ põt ꝑsistere. ergo &c. ¶ Tertio sic. Hieronym⁹ ad Hyperiũ & Desiderium. Monachus nõ doctoris: sed plangentis habet officiũ. docere aũt nõ debet hanc sciẽtiã q nõ potest habere doctoris officium. ergo &c. ¶ Quarto sic. vii. q. i. dicit ca. Pręcipit. Monachorũ vita subiectionis habet verbũ & disciplinat⁹ nõ docẽdi. ¶ Cõtra est illud Hiero. ad Rusticum. Si clericat⁹ titillat discas qđ possis docere multo tẽpore discas q̃ postea doceas.

Arg. 1.
2
3
4
In opposi[tum]

B Resol. q.

¶ Ista quæstio nihil aliud inquirit q̃ an status religionis repugnet statui doctoris ita ꝙ simul non possit quis esse religiosus & doctor: supposito ꝙ alioq sit idoneus & literatus. Dicere simpliciter ꝙ nulli religioso liceat officium doctoris assumere, nõ ẽ verum. Ne beatũ Grego. aut beatum Aug. Anglorũ episcopũ & Ioannem Dam. & q̃plurimos alios negemus officium doctoris habuisse, aut fecisse cui⁹ officiũ exercere nõ debebant. cõstat eñ indubitãter oẽs istos docuisse & religiosos fuisse. Distinguẽdum igitur ex parte monachoꝝ sub monachis oẽs religiosos comphendendo. qm̃ cum idem est monachus & clericus, aliqđ põt ei conuenire ĩquãtũ monach⁹ & aliqđ inquantum clericus. Inquantũ enim monachus officium non habet doctoris siue docentis, sed plangentis, vt dicit Hiero. in tertio argumento. qui per illud dictum suum noluit excludere qn monachus possit esse doctor: sed voluit distinguere inter officia monachi & clerici: ostendendo quid cuiq; officio conueniat, vt dicit Gratianus. xvi. questio. i. c. Superiori. vnde vt ibidem dicit. vsq; ad tempora Zosimi papæ monachi simpliciter fuerunt monachi. s. laici & non clerici. Si vero loquamur de monachis inquantum clerici vel aliquo modo literati, reuocanda est distinctio illa in præcedenti q̃stiõe habita ꝙ docere potest aliquis vel ex officio vel beneficio. Si enim monachus satam habeat doctrinam, inquantum hmõi bene licet eum docere ex beneficio: sed priuatim consu-

cios suos monachos multo magis q̄ mulierem. Cui istud concessum est supra. Loquendo vero de
C docere ex officio, Sciendum ꝙ docere potest aliquis ex officio auctoritatis pastoralis, aut auctoritatis magistralis. Primo modo publica praedicatione. Secundo modo publica lectione. Ex officio aūt auctoritatis pastoralis potest aliqs docere populū pdicatione, vel quia habet auctoritatē pastoralē ordinariā vel cōmissam. Secūdo modo bene licitū est religiosum vel monachū docere populū praelati a quo missus est de consensu abbatis sui: sed non vltra commissionē procedere. secundum ꝙ dicit Gregorius in Registro. Si quispiam monachorū ad clericatus officium accesserit, non ibi aliquā habeat vlterius potestatem. Auctoritate autem pastorali ordinaria non licet eum docere omnino sicut neq; praedicare, nisi ipse assumptus sit in praelatum, & tunc videndum est an licet religiosum docere, & an licet eum praelatum esse. Et constat eum posse prelatum esse non discedendo a priori voto, cū ad hoc fuerit electus & ordinat⁹, vt probat Grat. plurib⁹ ca. xvi. q. i. ante illū. §.
D Respōsio. His omnibus. ❡Idcirco dicendum ꝙ religiosus potest esse doctor auctoritate pastorali: sed tunc ab soluitur ab obseruantiis quae specialiter solent obseruari in monasteriis: quia ambo non possent simul custodiri. sicut dicit Grego. in. ii. argumento. Satis enim incongruū est (vt idem dicit) si cum vnum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrūq; videatur idoneus Si vero neutro modo habeat auctoritatem pastoralem nullo modo licet eum docere populum publica praedicatione, quia non licet eum praedicare omnino cuiuscunq; sit literaturae. secundum ꝙ dicit Leo papa. xvi. q. i. c. Addidimus. Praeter domini sacerdotes nullus audeat prędicare siue monachus siue laicus sit ille, cuiuslibet scientiae glorietur, nisi forte intus fuerit diuina gratia ad hoc cōmonitus. sicut refert beatus Gregorius de beato Benedicto qui homines montis Cassiani ad fidē adduxit. & de quodam Equitio cui angelus in somnis apparuit, & eum ad praedicandum misit. vt dicit Grat. causa prędicta in. c. Hoc idē. Si vero loquamur de docere auctoritate magistrali per lectionem: dicendum ꝙ hoc modo docere summe competit religiosis, & sacram scripturam exponere. q̄to magis iuxta dictamen sacrae scripturae districtius debent viuere! Sic enim inuicem sacram scripturam docuerunt sancti eremitę & exposuerunt, sicut patet in collationibus patrum. Per hęc patent obiecta.

E Ad primū principale ❡Ad primum ꝙ oportet monachum singulariter agere: dicendum ꝙ doctoris officium praedicando auctoritate pastorali ordinaria non est singulariter agere, quia habet cum hoc illos quos docet gubernare. Docere autem omnibus modis aliis, quia est sine regimine, non repugnat ei q̄d est singulariter agere. Vel dicendum ꝙ loquitur de monacho vt monachus, non autē vt clericus.
F Ad scdm. ❡Per idem dicendū ad secundum, ꝙ nemo potest ecclesiasticis obsequiis deseruire, scilicet populum gubernando, & in monachorum regula ordinate persistere, scilicet quo ad claustri obseruantias. potest tamen quo ad illa quae sunt ordini substantialia. & tam haec q̄ illa bene potest obseruare cum officio docendi, dum tamen non sit ei cura regiminis annexa.
G Ad tertiū ❡Similiter etiam patet tertiū. docere eīn nō est officiū monachi vt monachi: sic eīn esset laici nisi ex beneficio ad modū mulieris si sagam habeat doctrinam. Est tamen bene monachi inquantū clerici literati & edocti, iuxta determinatum modum.
H Ad q̄rtū. ❡Similiter patet quartū. monachus eīn nisi praelatus vel missus a prelato non habet officium docentis prędicando, sed discipuli & subiecti. potest tn̄ bene habere officiū docentis legendo vt dictum est.

I Quęst. 5. Arg. 1. Irca quintum arguitur ꝙ doctor huius scientię non debeat esse iustus. Lucae. ix. de illo qui non ambulat cum Christo, quem apostoli a docendo voluerunt ꝓhibere, dicit Christus. Nolite prohibere. Ille autem malus erat, ex quo Christo non adhęsit: esset autem prohibendus si non liceret docere nisi iustum. ergo &c.
2 ❡Secūdo sic. Philipe. i. dicit apostolus. Quidam ex contentione Christum annunciant non syncere, existimantes pressuram suscitare vinculis meis. De istis constat ꝙ mali erant, quod etiam testatur glos. & tamen Apostolus gaudere se dicit pro eo ꝙ docuerunt. Quid enim? (inquit) dum omni modo siue per occasionē, siue per veritatē Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & in hoc gaudebo. Hoc autē non dixisset Apostolus nisi liceret
In oppo. 1. tales docere. ergo &c. ❡Oppositum arguitur primo sic. super illud Matthęi. x. Simonem qui vocatur Petrus. dicit glos. Petrus agnoscens, Simon obediens, Andreas virilis: q̄d doctoribus conuenit, quia hi soli sunt in magisterio apti qui sapientiae luce illustrantur, & pręceptis dei obediūt, & aliis viriliter suggerunt. Doctores autem non debent esse nisi apti ad docendū & magisterio. ergo &c.
2 ❡Secundo sic. Chrysostom⁹ super illud Matthęi. v. Qui sic fecerit & docuerit magnus vocabitur.

dicit. Docere sine opere condemnat docentem.sed nulli licet facere qđ eum condemnat.ergo &c.

¶ Ad quæstioné istam an iniustus & peccator possit esse doctor huius scientiæ:an K
non debeat esse nisi iustus:Dicendum ꝙ doctor dicitur aliquis quia potés docere:aut quia docen Rñsio.
di officium habés.Primo modo dicitur aliquis doctor ex habitu scientię, quo est talis in actu qua-
lem potest facere discipulum,qui est talis in potentia solum. Cũ ergo talé habitum non amittit ex
actu peccandi:sicut nec eum ex actu virtutis acquirit, nisi dispositiue inquantum habitus virtu
tum disponunt ad scientiæ acquisitionem,vt vult Commen.super.vii.Phry.hoc modo doctor hu
ius scientiæ potest dici malus & peccator:quia põt ita sanam doctrinam habere vt iustus,& perfe-
ctiori habitu huius scientiæ informatus esse. Se habet enim hoc modo doctor ad instruẽdum aliũ
secundum habitum huius scientiæ:sicut artifex quidam ad operandum artificium secundum ha-
bitum artis.De artifice aũt dicit Philosophus in fine primi politicę:ꝙ non oportet eum habere vir
tutem.ad hoc enim ꝙ sit bonus faber potés facere bonos cultellos nulla virtus moralis in eo requi
tur,sed solum perfectio artis fabrilis.Secũdo modo dicitur aliquis doctor: quia ei cõmittitur & per
mittitur officium publice docendi. Cum igitur officium tale committi nõ debet nisi illi quẽ ex
pedit docere:& solum talis debet in officio tali permitti : sicut nec medicus debet in ciuitate per-
mitti practicare aut ordinari ad hmõi officium nisi expediat ciuitati : sicut ergo medicus in ciui-
tate quantumcunq; peritus non deberet poni in officio vsus medicinæ neq; in eo permitti nisi sic
esset dispositus vt vtilis esset ęgrotis ad recuperandum sanitatem:ita ꝙ si esset ita iracũdus vt oẽs
ęgrotantes ad iram prouocaret , qua necesse esset eos periclitari : quantumcunq; esset peritus &
daret bonas medicinas:non tamen deberet permitti practicare in ciuitate:Sic est de doctore huius
scientiæ:ꝙ quantũcunq; quis peritus est in sacra scriptura si officium doctoris exercere non posset
nisi cũ periculo audientium,nullo mõ deberet permitti docere:nec esse doctor huius sciẽtiæ.Quia
igitur ꝙ aliquis docere possit hoc habet ex habitu scientiæ:ꝙ vero sine periculo audientium sci-
licet ad profectum eorum docere possit,hoc habet ex fama bonę vitæ:Idcirco in doctore qui de iu
re & ex officio possit & debeat docere hanc scientiam, duo requiruntur:scientia qua docere potest
& vita qua salubriter docere potest:& hoc ideo:quia doctor sacræ scripturæ sicut instrumentũ est
& organum verbi dei in docendo fideles ad eorum & propriam salutem siue vtilitatem. Vnde su
p illud Matth.iii.Vox clamãtis.Glos.Ioãnes est vox:Christus verbũ qđ clamat in Ioãne.Sic aũt est
in organo siue instrumento,ꝙ determinatur quo ad dispositionem formalem & materialem ĩ ipso
a fine & a materia circa quã operatur. Sicut patet in serra instrumẽto artificiali:quia enim habet
secare materiam duram ligneam,debet esse ex materia dura ferrea.q̃a vero habet eam linealiter di
uidere secando,debet esse dẽtata,vt determinat Philosophus.ii. Phy.ita ꝙ si esset in materia molli
nõ posset ĩ materia dura agere neq; secare.Si vero nõ esset in forma dentata non posset secando fi-
nem assequi:& linealiter ligna diuidere.Nũc autẽ in ꝓposito materia subiecta circa quã habet age- L
re actum docendi doctor sacrę scripturę,fideles sunt ĩ ecclesia quos debet instruere.finis vero ad quẽ
agit,salus est siue vtilitas propria & aliorum ex instructione.Quantũ ergo est ex parte materię de
bet esse instructus,vt sit instructio principium materiale in ipso doctore.Quãtum vero est ex par
te finis ad quem habet agere dispositio formalis in ipso,sit vitæ sanctitas qua ipse primo faciat quę
aliis facienda docet.Si enim instructus non esset,docere non deberet: nec posset.secundum ꝙ super
illud Iac.iii.Nolite plures magistri fieri. dicit Glos.Nisi tñ discreti & in scripturis docti. Qui enĩ
indoctus officium docendi vsurpat:& Christum nõ syncere nũciat: maiorem damnationem mere
tur.Sicut neq; serra si esset ex materia molli posset ligna diuidere . Si vero esset instructus:sed nõ
in opere iustus:tunc etsi fideles instruere posset,ad vitæ sanctitatem informare vel in ipsa cõtine-
re nõ posset.secũdũ ꝙ dicit Chrysostomus sup illđ. Vos estis sal terræ. Doctor oĩbus virtutibus
debet esse ornatus,vt pigros circa bona opera valeat promouere magis suo exemplo q̃ voce.Bona
conuersatio sacerdotis sine verbo tenet quidem sanctos in sanctitate per suum exemplum:adduce-
re vero ignorantes ad scientiam veritatis non potest. Verbum adducere quidem ignorantẽ ad sciẽ
tiam veritatis & sine conuersatione bona potest: tenere aũt in fide vel sanctitate absq; bona conuer
satione non potest.Magis vero scandalizat . Reuera etsi bonos valde adducere posset ad cognitio- M
nem veritatis,malos tamen magis a veritate auelleret. secundum ꝙ dicit super illud . Sic luceant
opera vestra bona . Qui non facit (inquit) quod docet, non alios docet:sed seipsum condemnat.
Et melius est facere & non docere q̃ docere & non facere:quoniã qui facit etsi tacuerit aliquos cor
rigit suo exemplo : qui autem docet & non facit : non solum neminem corrigit : sed ad hoc mul-

tos scandalizat. Quis enim non moueatur ad peccandum, cum viderit ipsos doctores pietatis peccatores &c. secundum q ibidem pertractat. Hinc etiã dicit Grego. i. past. In ipso magisterio lingua confunditur, quando aliud agitur & aliud docetur, quia qđ verbis prædicãt moribus impugnant. Et ideo cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur: econtrario autem illa vox libentius auditorũ cor penetrat, quã dicentis vita commendat: quia qd loquendo imperat, ostẽdendo adiuuat vt fiat. Vnde sicut serra non dentata ad finem regulariter secandi attingere non posset. Sic nec doctor si sanctitatis conuersatione non fuerit informatus alios salubriter instruere potest. Dicendum ergo q doctor idoneus huius scientiæ non solum debet esse instructus vt vera doceat, sed bonus & iustus vt eadem faciat. Et ideo super illud Actuum. i. Cœpit Iesus facere & docere. dicit Glos. Bonũ doctorẽ istruit, quia qđ docet facit. id est pri⁹ est facere, postea docere: ne verbum opere destruatur. Vnde super illud Matthæi. v. Vos estis sal terræ. dicit Chrysostom⁹. Prius vocauit eos sal, postea lux, quia primum est bene viuere: secundum autem bene docere. Nam per bonam conuersationem ascenditur sine dubio ad scientiam, per scientiam autem nescio si ad bonam conuersationem omnino peruenitur. Perpendi quidem scientes sine timore dei multos: timentem autem deum sine scientia vidi nullum. peccator ergo aut iniustus non debet esse doctor

N huius scripturę. ¶ Veritamen distinguendum est propter argumenta & dicta sanctorũ circa hoc q malus & peccator est aliquis, aut contra veritatem doctrinę sentiens sicut hęreticus, aut contra veritatem doctrinę agens sicut peccans in moribus. Malus & peccator primo modo non debet docere omnino neq esse doctor huius scientiæ, tum quia excommunicatus est, tum quia auditores corrumperet. & ideo dicitur Canticorum. ii. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas. Glos. Debellate & deprehendite hęreticos, quia pręcipitia faciunt & sunt nociui. Secundo modo peccator fidelis est & sanam doctrinam habet, sed vitam non habet. de quo distinguendum. quia aut est occultus & bonæ famæ: aut diffamatus est super mala vita & manifestus. Si sit occultus, aut ergo peccat ex ipso actu docendi, quia docet ad quæstum, aut vanam gloriam: aut est peccator ex actu alio. puta inuidus vel cupidus, & huiusmodi. Primus seipsum occidit, & ideo non debet q̃tum est de se docere, sed seipsum retrahere. Vnde super illud Philip. i. Dum em̃ omni modo &c. dicit Glos. Species doctorum distinguit bonorum & malorum, qui omnes Christum annũciant: sed non eodem modo. Mali enim nec simplici nec veraci animo Christum annunciant: boni

O autem puro & fide syncera: omnes tamen euangelio proficiunt. & sequit in glossa. Tres inuenimus personas, pastoris, mercenarii, furis. Pastor in veritate veritatem annunciat. Mercenarius vero occasione veritatem annunciat. Fur & latro veritatem negat & tollit. Diligendus ergo est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus est latro. Mercenariũ appellat qui ad quæstum prædicat. Furem vero hæreticum qui falsa prædicat. Pastorem autem qui vera & propter deum prædicat. Sicut dictũ est de doctore fure qui hæreticus est & peccat in doctrina: similiter dicunt aliqui de secundo: dicendo scilicet de mercenario & omni qui peccat in moribus, & est occultus, q quilibet peccator quantumcunq occultus in docendo id cuius contrarium agit peccat. & ideo docere non debet, quia nemo debet facere quo seipsum condemnat. Sed hoc non videtur rationabile. Si enim peccator existens in peccatis per bona opera de genere bonorum potest se disponere ad gratiam de congruo: inconueniens est dicere eum in illo peccare. Cum ergo potest facere, & expedit ei alia opera de genere bonorum quæ vergunt in vtilitatem proximi: multo fortius & opus docendi

P quod multo magis vergit in proximi vtilitatem q̃ plura aliorum. Si ergo sit peccator occultus in moribus non ex actu docendi: nec contra veritatem doctrinę sentiendo, vt non sit excommunicatus: dicendum q talis licet occulte agat cõtrarium ei qđ docet, quia in hoc vtilis est aliis, & hoc est sibi proficuum sicut & alia opera misericordiæ facta in mortali, bene licitum est ei docere, & potest esse doctor. Hinc dicit Anastasius papa dis. xix. in ca. Secundum. Nõ quæratur quis vel qualis prædicet: sed quid prædicet. Qui vero super vita mala manifestus est & diffamatus, ille quantum est ex parte sui omnino docere non debet, quia scandalizat. secundũ q dicit Chrysostomus. Qui cum seipsum docere nequiuerit alios emendare conatur, irrisioni expositus est plurimorum cum verbis eius clariores hominum voces reclament. secundum q dixit Christus primis doctoribus Matthæi. v. Vos estis sal terræ: & si sal euanuerit in quo salietur? ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Glos. interline. Irridentur a carnalibus dum contemnitur eorũ vita, & ideo maiorem sibi damnationẽ acquirunt. De isto tñ sciendũ q si sanã doctrinam habeat, quousq ab ecclesia permittit, & ab officio nõ repellit, quãtũ ex est parte fideliũ audiri

potest & debet. Iuxta illud qd dominus dicit Matth. xxiii. Super cathedram Moysi sederunt Scribę & Pharisei. omnia ergo quęcūq; dixerint vobis seruate & facite. scdm opera eorū nolite facere. Super cathedrā se. Gl. Docentes doctrinā quā Moyses docuit. Quęcūq; dixerint. Gl. Ad cathedram pertinentia. Seruate & fa. Gl. Corde & opere: propter cathedram: non ppter vitam. Si vero ab ecclesia repellantur: tunc nec omnino sunt audiendi. ¶ Ad prima duo argumēta patet responsio ex dictis: qa procedunt de doctore mercenario: qui ppter aliorum vtilitatem docere potest pmissus. quātū tñ est ex pte sui docere non deberet: quia officium doctoris non tā requirit verba q̄ facta: vt dictum est. ¶ Primū argumentū in oppositum procedit de illo qui perfectus debet esse doctor: & de iure quātū est ex pte sui. nihilominus tñ qui non est talis q̄lis ibi describitur bene potest esse doctor ex permissione: sicut dictum est. ¶ Ad secundum: q; docere sine opere se condemnat: Dicendum q; verum est: maxime cum scandalizat. Et ideo quantum est ex parte sui doctor talis esse non debet. quia tamen ab ecclesia permissus est: docere potest & audiri: vt dictum est. Q Ad pri. prin. R Ad pri. in oppositū. Ad scdm.

Circa Sextum arguitur: q; primi doctores huius scientiæ simplices & idiotę esse non debebant. Primo sic. tales debebant esse primi huius sapiētię doctores: per quos mundus facilius ad fidem possit conuerti: quia ad hoc docebāt hanc scientiam fidei. Mundus autē facilius potuit conuerti per tales quales erant sapientes huius mundi. ergo &c. Probatio minoris per Chrysostomū: q dicit sup illud Matth. ii. Vidim⁹ st. illā ei⁹. &c. Missi (in qt) ad totius orbis salutem magistri de cuiuslibet ipsorum more gentis modos sibi assumūt docendi. Sed mos cōmunis gentiū tunc erat non credere nisi quod naturali ratione posset inuestigari. scdm q; super illud. i. Corin. i. Iudęi signa q̄runt, gręci sapiētiā. dicit Gl. Quęrūt. s. verū qd prędicatur natura patiatur. ¶ Secūdo sic. Illa scientia q̄ soli auctoritati nō naturali rationi innititur, neq; docetur nisi vt ei credatur, per illos debuit primo doceri p quos maxime ei crederetur. tales erant sapientes mundi: non idiotę: quia illis solet credi: istis non. ergo &c. ¶ In cōtrarium est Gl. Io. i. quæ dicit. Nathanael peritissimus scripturarū, quia doctissimus, non est in apostolatum electus. Omnes enim apostoli primo de idiotis sunt assumpti. scilicet vt confundantur sapientes. S Quest. VI. Arg. 2 In opposi.

¶ Dicendum ad hoc: q; proculdubio primi doctores huius scientiæ simplices & idiotę electi sunt. Scdm q; dicit Augustinus. xxii. de ci. dei. Ineruditos liberalibus disciplinis: & omnino quantū ad istorū doctrinas attinet impolitos, non peritos grāmatica, non armatos dialectica, nec rhetorica inflatos: piscatores Christus cū retib⁹ fidei ad mare seculi paucissimos misit: atq; ex omni genere tā multos pisces: & tāto mirabiliores quāto rariores: etiā ipos phos cepit. Et quare tales Christus mittere debuit & voluit: triplex est ratio. quarum Prima est: q; scientia ista quia non innititur humanę rationi: neq; humano testimonio, sed primæ veritati: vt dictum est supra: per tales debuit doceri ab initio: per quos summe posset apparere auctoritas primę veritatis in ea: nec eā esse fulcitam alicuius humanę rationis aut inuentionis industria. tales erant simplices & idiotę. Contra tales eñ nulla erat suspitio: ne humana inuētione eā cōfinxissent: & ne naturali ratiōe populo eā ad credēdū suasissent. sicut fuisset si p sapiētes mūdi eam ab initio docuisset. Vnde Greg. exponens illud Iob. Ligabit eum ancillis suis. dicit xxxiii. Moral'. Bene dñs Leuiathā nō seruis suis: sed ancillis se ligare asseruit: quia ad nostram redēptionē veniens: & suos cōtra mūdi sapientiā pdicatores mittens: relictis sapientibus insipientes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pauperes elegit. Vnde in euangelio domin⁹ Nathanael laudat: nec tñ in sorte pdicatiū numerat: quia ad pdicandū tales venire debuerāt: qui de laude propria nihil habebant: vt tanto solius veritatis cognosceretur esse qd agerent: quanto & aperte cerneretur quia ad hoc agendū idonei non fuissent. Vt ergo mira potentia per pdicatorum linguas claresceret: mirabilius actum est vt eorū prædicātiū nulla esset. Idcirco ergo hæc scientia p simplices & idiotas: & nō p alios ab initio doceri debuit: vt ex eoꝶ simplicitate & doctrinæ efficacia in cōuertendo totū mūdū cōfunderent sapiētes: & relicta vana mūdi sapientia: ad veram sapientiā dei diuerterēt: & sic per verā sapientiā falsam sapientiā destrueret. Et hæc est ratio quā assignat Apls. i. Corin. i. Non me (inquit) misit deus baptizare: sed euangelizare: non in sapiētia verbi: vt nō euacuet crux Christi. Gl. i. non in sapientia phoꝶ in lepore & ornatu verborū: quia pdicatio Christiana nō indiget pompa & cultu sermonis: ne videat esse ex versutia & calliditate humanę sapiētię: nō ex veritate. Ibi eñ cōpositio verboꝶ quęrit, vbi teste virtute nō cōmēdat se ipsa veritas. sicut in sapientia mūdana. Sequit in aplo. T Responsio. V X

Scriptum est enim. Perdam sapiētiā sapientiū,& prudentiā prudentiū reprobabo. vbi sapiēs, vbi scriba,vbi inquisitor huius seculi?Gl.Id scriptū est in Abdia.Sapientiā mūdanā & prudentiā eliminabo a pdicatoribus euangelii: vt tales sapientes inter pdicatores non recipiā.Scriba est,qui de moribus & artibus pcepta dat. Inquisitor qui secreta naturę rimatur.tales non recipit deus inter pdicatores:sed stultos.Vnde sequit. Nonne stultam fecit deus sapientiā huius mūdi? Nā quia in dei sapientia nō cognouit mūdus per sapientiā deū,placuit deo per stultitiā prędicationis saluos facere credētes.Gl.i.per pdicatores imperitos mūdanę sapientię,qui stulti
Y videbantur.¶Secūda ratio est:quia si sapientes,potētes,& nobiles electi fuissent:non solū fidei & scientiæ hæc virtus pdicationis: sed conditioni talium ascriberetur: vt dicit præcedēs ratio.sed & ipsi propter tales conditiones suas ad hoc viderentur electi:& ita ex hoc in se super-
Z birent.Ne igitur hoc contingeret:tales nō elegit:sed simplices,pauperes,& infirmos. ¶Tertia vt mundi sapientes confunderet:qui non potuerunt ad suam sectam saltem vnam conuertere gentem:quando viderunt ad apostolos per eorum prædicationem conuerti totū mundū.Has rationes duas simul assignat apostolus cum dicit.i.Corin.i.Videte enim vocationem vestram fratres.quia non multi sapientes scdm carnem,non multi potentes,non multi nobiles,sed quę stulta sunt mundi elegit deus,vt confundat sapientes:& infirma mundi elegit deus vt cōfundat fortia:& ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus,& ea quæ non sunt,vt ea quę sunt destrueret:vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.Gl.i. Videte per quos insipientes & infirmos vos vocati estis: qui tñ confuderunt sapientes & fortes. Venit humilis deus q̄rens humiles non altos: quia etsi primum elegerit pauperes, infirmos,& indoctos, non tñ reliquit sapientes,diuites,& nobiles:Sed si eos eligeret primos:merito taliū rerum sibi viderētur eligi: atq; inflati de his rebus salutem humilitatis non reciperent.Ideoq; non elegit reges:vel senatores:vel phos:vel oratores:immo elegit plebeos:pauperes:idoctos piscatores. Nisi fideliter præ
A cederet piscator:non humiliter sequeretur orator. Vnde August. i.p sup Io.ser.vii.Si doctus eligeretur fortassis ideo diceret se electum:quia doctrina eius meruit eligi. Domin⁹ igit Iesus Christus volens superborum frangere ceruices:non quęsiuit per oratorem piscatorem: sed de piscatore lucratus est imperatorem. Magnus Cyprianus orator:sed prior Petrus piscator:per quē postea crederet non tm̄ orator:sed etiam imperator.Nullus nobilis primo electus est:nullus doctus:quia infirma mundi elegit vt cōfunderet fortia. Eratq; Nathanael magnus & sine dolo,hoc solo non electus ne cuiq̄ videretur dominus doctos elegisse.Et de verbis apostoli ser. xxvi.Petrus piscator fuit:& modo magnam laudem habet orator si poterit ab illo intelligi piscator.Si enim eligeret primitus Christus oratorē,diceret orator:eloquentiæ meæ merito electus sum. Si eligeret senatorē: diceret senator,dignitatis meæ merito electus sum.Si eligeret imperatorem:diceret imperator:potestatis meæ merito electus sum.Quiescant & differantur ista paululum: quiescant:non omittantur:sed aliquantulum differantur cum possunt gloriari de semetipsis in semetipsis.Da mihi(inquit) illum piscatorem:da mihi idiotam:da mihi imperitum:da mihi cui non dignatur loqui imperator: nec quādo emit piscem: ipsum(inquit) da: hunc si impleuero manifestum est ꝙ ego facio: q̄q̄ & imperatorem & senatorem & oratorem ego sum facturus:sed citius piscatorem.Potest senator gloriari de semetipso : potest orator:potest imperator: nō potest nisi de Christo piscator.Prius ergo veniat piscator:per ipsum
B melius adducetur imperator.Sed quid est?nūquid Paulus doctus electus est?Reuera vtiq;:sed doctrinam suam subiecit:qd̄ facere oportuit.secundum ꝙ super illud,Perdam sapientiam. dicit Gl.Inter prædicatores: inter quos esse voluit: sapientiam illam abiicere oportuit.Et cum hoc Paulus fuit iuuenis : vnde doctum ipsum fore nondum constitit: nec doctrina sua vsus fuit.secundum ꝙ ipse dicit.i.Corin.ii. Ego cum venissem ad vos fratres: veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ annuncians vobis te.Christi &c.Gl.Qui erā sapiens,fui quasi nō essem sapiens:vt logicis rōnibus vterer:aut phicis speculationibus illud confirmarē.sed in sermone meo ostendi me habere spiritum & virtutem in miraculis faciēdis:vt fides nostra nō attribuatur homini:sed deo:quia non in verbis:sed in virtute est:non humana ratione comprehensibilis:sed spiritus efficacia credibilis.secūdum ꝙ apostolus ad Hebr.ii.loquens de initio prædicationis fidei:dicit.Quę cum initium accepisset enarrandi per dominū ab eis qui audierunt, in nos confirmata est contestante deo signis:& prodigiis: & portentis : & variis virtu-
C tibus:& spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Et hoc totum factum est:vt vis prædicationis: non humanæ sapientiæ:sed diuinæ virtutis esse ostenderetur.scdm ꝙ ibidē dicit Gl. Per qd̄ ostēdit ꝙ verbū prædicationis nō simpliciter est eis creditum:sed per

signa & prodigia.Ideoq; dum credimus,nõ illis:sed deo credere declaratur:non scdm meritũ hominũ:sed secũdum spiritus volũtatem.Et hoc est qđ dicit Apostolus ĩ dicto verbo.Et ego (inquit) cum venissem ad vos fratres:veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ annun ciãs vobis testimoniũ Christi.Non enim me iudicaui scire aliqđ inter vos nisi Iesum Christũ & hunc crucifixũ:& ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos: & sermo & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis : sed in ostensione spiritus & virtutis:vt fides nostra non sit in sapientia hominũ:sed in virtute dei. vt expositum est scdm Augustinũ.Vel potest dici de vocatione Pauli sapiẽtis, scdm q dicit Gl.super illud.Nõ multi nobiles &c. Non ait (inqt) nulli: forsitan pro se:qui solus inter apostolos seculariũ literarũ peritus:& terrenarũ opũ diues.& Romanæ dignitatis parentela conspicuus fuit : qui tñ hęc nihil pendit:nec vsus est eis.scdm q iam ostensum est.

¶Ad primũ in oppositũ:q mũdus facilius potuit conuerti per sapiẽtes:Dicẽdum q non est verum: quia per sapientiam mũdi nõ potuisset mundus deũ cognoscere neq; recipe verbũ fidei: sed solũ per virtutẽ spũs opantis ĩterius p gratiã, & exterius p miraculorũ potentiam.Ne ergo id qđ fieret per spiritus virtutẽ,aliquo modo ascriberetur humanæ sapiẽtię,placuit deo per stultitiam pdicationis.i.per prædicatores imperitos saluos facere credentes:vt dicitur.i.Corin.i.Vnde dicit Augustinus in principio de vera rel.Non sic isti Socrates & Plato nati erant: vt populorum opinionem ad cultum verũ dei veri a simulacrorũ suspitione atq; ab huius mũdi vanitate conuerterent. Et (vt dicit ibidem) si quęsitum fuisset a Platone an ille homo esset diuino honore dignus : qui talia populo persuaderet qualia ecclesiæ p Christũ & apostolos sunt pdicata:respondisset nõ potuisse ab homine hoc fieri nisi quẽ ipsa dei virtus atq; sapiẽtia:nec hoim magisterio:sed intima illustratione illustraret:vt dictum est supra.Vñ ad hoc q suaderent cuiq; scdm morẽ suũ: sufficiẽter suadebat eis spiritus: nec oportebat eos ad hoc aliter fuisse edoctos. D Ad pri. prin.

¶Ad secũdũ:q huic sapiẽtiæ plus crederetur per sapientes mũdi: Dicẽdũ q verũ est si apostoli propria auctoritate eam docuissent. Sed quia docuerunt eam in diuina virtute per sapientię spectamina operante interius,per miraculorũ opera fulgente exterius:vt etiã ipsi sapientes mũdi stupefierent:per hoc magis creditũ est idiotis: quia nulla erat contra eos suspitio:quin solũ diuina virtute non humano ingenio ea suasissent: quæ fuissent contra sapientes mũdi aliquo modo.Vnde & talis conuersio mũdi maximũ veritatis fidei est argumentũ.Hinc eñ dicit Chrysostomus.Quę sapientes seculi ne per somnũ quidẽ imaginari aliquãdo potuerũt,hæc isti cum assseueratione manifesta annũciant: atq; persuadent subiugantes fidei nõ duos:nõ viginti:nõ centũ:aut mille:aut decẽ millia:sed vrbes & gentes,terram ac mare, Græciã simul ac Barbariam, habitabiles partes orbis ipsumq; desertũ:& certe ea psuadent:quæ naturã nostram longe videntur excedere.Hęc autẽ a piscatoribus pdicata sunt, exagitatis vndiq; & sępius verberatis,absq; vllo loquentibus cultu & arte verbox:& imperiti & eruditi:& serui:& liberi:& reges:& milites:& Gręci:& Barbari cũ reuerentia susceperunt.Et ideo dicit Apostolus.ii.Corin.x.Arma militię nostrę non sunt carnalia:sed potentia deo ad destructionẽ munitionũ:consilia destruentes & omnẽ altitudinẽ extollẽtẽ se aduersum sciẽtiam dei:& in captiuitatem redigẽtes omnẽ intellectum in obsequiũ Christi. Arma militiæ nostræ. Gl.Virtutes & miracula,per quæ in pdicatione militamus. Sed potentia deo.i.per deũ. Oẽm altitudinẽ.i.profunditatẽ ĩtellectus tam legisperitorũ:q̃ phox.In obsequium Christi.i.vt fidei Christi cui ante repugnauerũt,humiliter obediant.Vnde & in talib9 armis etiã Christus militauit: nec aliter doctrinã suã confirmare voluit. Scdm q dicit Chrysostomus super Matth. Nec ideo credebatur Christus facere virtutes:quia veritatem prędicabat: sed ideo credebatur veritatem prædicare:quia poterat facere virtutes. E Ad scdm.

Irca Septimũ arguiẽ: q nec doctores posteriores piti debent esse vel instructi sapientia seculari:sed simplices.Primo sic. Vbi eadẽ est causa,& idẽ effectus. Sed eadem est causa essendi simplices posteriores doctores & priores: vt patet:quia sicut fidei generatio diuinę virtuti est ascribenda:ita & eius conseruatio: & sicut illi si sapientes vocarentur conditioni suæ possent vocationẽ suam ascribere: ita & isti.ergo &c. F Quęs.VII. Arg.1.

¶Secũdo sic.non plus virtutis requiriẽ ad minus q̃ ad maius. immo potius minus.Sed plus est fidei initium fundare,q̃ fundatã multiplicare:quia scdm phm,Principiũ maximũ & difficillimũ est ĩ vnoquoq;.Quare cũ ad fidei fundationẽ nõ reqriẽ primos doctores peritos esse & instructos: sed magis cõtrariũ vt dictũ est:multo fortius nec sequentes doctores requiritur piros esse: sed contrariũ magis. 2

In opposi. ¶ In contrariũ est illud Aug.iii.de doc.Christia.in fine. Vnusquisq; de societate gẽtiliũ exiens liberales scientias debet ab eis asserere ad vsum iustũ pdicandi euãgelii.& sup illud Exo.v. Vt eamus viã triũ dierũ in soli.Gl. Triũ dierũ iter pficiscimur, si rõnalẽ, moralẽ, naturalẽ sapiẽtiã de rebus mũdialib⁹ auferẽtes ad instituta diuina cõuertim⁹. Sed post primos doctores multi taliũ ad fidẽ de societate gẽtiliũ exierũt edocti sciẽtiis liberalibus, facti doctores hui⁹ sciẽtię, vt Dionysius, Victorinus, & cęteri hmõi. ergo nõ simplices esse debebãt. sed potius edocti.

G Responsio. ¶ Dicendum ad hoc: q, sicut in cognitione naturali innata est nobis via a causatis & compositis rerũ naturalium & temporaliũ ad causas earũ simplices: tanq̃ a nobis notioribus in notiora naturę: & hoc pꝑter occultationẽ causarũ rerũ naturaliũ: quarũ effectus parent: sic multo fortius in cognitione rerũ supnaturaliũ æternarũ: tum quia elõgata sunt a nostro intellectu: tum quia cõsuetudine cognitionis tẽporaliũ multũ impedimur a notitia æternorũ. Oportet igitur illorũ diuinorũ notitiã ĩ nobis incipere a notioribus nobis. Illorũ autem notitia triplex est: quædã credendo: quædã intelligẽdo: quædã aperte videndo. Quarũ prima est inferior & nobis magis proportionabilis: & disponit ad secũdã: quia Esaię.vii.dicitur. Nisi credideritis, nõ ĩtelligetis. & ambę disponũt ad tertiã. Primę duę sunt vitæ huius: tertia vero est vitę futuræ. Nũc autẽ scdm August. qđ credimus debetur auctoritati: qđ autẽ ĩtelligimus debetur rõni. auctoritas em̃ rationi viam pparat: ratio autẽ ad intellectũ cognitionẽq; pducit.

H Sciẽtia ergo ista quæ est rerũ æternarũ: vel ad æternitatẽ relatarum, primo in toto genere humano velut in vno homine, debuit per fidei auctoritatem fundari: & deinde per rationem intellectus patefieri: quæ in futuro per apertam visionẽ debebit manifestari. Sicut ergo primi doctores in fundando hanc scientiam fidei solum debebant diuinę auctoritati inniti: & ideo esse simplices & immunes ab omni scientia mundana quæ innititur rationi: vt dictũ est in prima quęstione: Sic post eius fundationẽ in diuina auctoritate doctores eius sequẽtes ad ducẽdum credentes in intellectũ & cognitionem creditorum, debebant inniti rationi. Sicut enim primorum doctorũ principale opus fuit fidem suadere: sic opus posteriorũ principale est fidẽ persuasam quantũ possibile est homini in via intellectã facere: vt qđ mũdus per priores doctores credit, per posteriores intelligat. & iste erat congruus ordo: quia nisi prius credidisset: postmodũ intelligere nõ potuisset: scdm illud pdictũ Esaię.vii. Nisi credideritis: non intelligetis. Qđ exponens Aug. dicit in ser.xxxvii.sup Io. primę ptis. Ideo credis quia nõ capis: sed credẽdo fis idoneus vt capias. Nam si non credis, nunq̃ capies: quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mũdet te: vt intellectus impleat te. Et reuera tunc primo homo fit idoneus vt ad doctoris officiũ

I accedat: cum fide purgatus diuinorum intellectum perceperit. dicente Orig. super.xvi.Genes. Si fideliter percipiatis auditu, operatur in vobis Isaac. i. Christus purgat corda vestra a terrenis sensibus: & videntes mysteria in diuinis scripturis esse latentia, & in intellectu proficitis & in spiritualibus sensibus incipietis etiam ipsi esse doctores: & procedẽt ex vobis flumina aquæ viuæ. Quare cum ratio manuducens ad intellectum & cognitionem ęternorum vtplurimũ est ex scientiis liberalibus: de reb⁹ creatis: oportet posteriores & modernos auctores instructos esse in sciẽtiis secularibus de creaturis. Inuisibilia enĩ dei per ea q̃ creata sunt intellecta conspiciuntur. vt dicitur Ro.i. Et vt dicit Chrysostomus sup illud Matth.vii. Et ecce Centurio. Scriptura infallibilis de deo, creatura est rerũ omniũ: quia nihil creatũ est in mundo: per qđ non manifestissime deus ostenditur. In quoq; consideratione (vt dicit Augustinus de vera rel.) nõ vana curiositas exercenda est: sed gradus ad semper manentia faciendus (qđ vt dicit de quãtitate animæ) his facilius cõtingit qui bene eruditi ad hoc accedunt: non studio inanis gloriæ:

K sed diuino amore veritatis accẽsi. Nam exercet animũ hoc genus disciplinarum ad subtiliora cernenda: ne luce illorum repercussus ea sustinere non valens, in tenebras quas fugere cupiebat, refugiat: & affert (ni fallor) argumenta certissima quibus qđ fuerit inuentum atq; confectum impudentem habeat dubitationem. Idem de ordine libro secundo. Ego si quid meos monere possum, quantum mihi apparet, quantũq; sentio, censeo illos disciplinis omnibus erudiendos. Aliter proprie ista intelligi nullo modo possunt. Phia rationem promittit: quę non modo nõ contẽnere ista mysteria: sed sola intelligere vt intelligenda sunt, cogit. Nullũq; aliud habet officium quæ vera, & (vt ita dicam) germana philosophia est, q̃ vt doceat quod sit omniũ rerum principium sine principio: quantusve in eo maneat intellectus quẽ vnũ deum omnipotentem, patrem & filium, & spiritum sanctum docent veneranda mysteria. Oportet igitur se-

L quentes doctores nõ simplices esse: & idiotas: sed peritos & instructos. Vnde qui primo elegit simplices & indoctos: pauperes & ignobiles: non reliquit sapientes: diuites: & nobiles: quos

etſi non elegit primos: elegit tñ ſecũdos. Vnde dicit beatus Greg.xxxiii.Moral.Prius collegit indoctos:& poſtmodũ phos: & non p oratores docuit piſcatores:ſed mira potẽtia p piſcatores ſubegit oratores. Eſt tñ diſtinguẽdũ ex pte eorũ q̃ in ſecularibus ſciẽtiis edocẽtur: qm̃ eorum quę tractãtur in ſecularibus ſciẽtiis q̃dã ſunt quorũ notitia etiã pertinet ad iſtam ſcientiã: vt eſt prima rerum creatio:& alia q̃plurima quæ de creaturis ſunt credenda. Alia vero ſunt quorum notitia multũ adminiculatur ad declaranda & defendenda ea quæ pertinent ad iſtã ſciẽtiam:vt ea quæ conſiderantur in aliis ſcientiis de anima & de potentiis eius,& plurima conſimilia. Sunt etiã alia quæ nec ad iſtam ſcientiam pertinẽt:nec adminiculantur ad eam, vt ſunt illa in quibus ſentire contraria nihil fidei obeſt oĩno:vt ſunt menſura quantitatis ſolis, lunæ, terræ:& q̃pluriũ hmõi. Eſſe peritum in ſciẽtiis ſecularibus quo ad omnia iſta,eſt ſupereminẽtis ſcientiæ in ſacro doctore. Non enim neceſſe eſt ad hoc ꝙ ſit doctor idoneus ſacræ ſcripturæ, ſcire illa quæ ſunt de tertio genere. ſcd̃m ꝙ de notitia taliũ dicit Auguſtinus in epiſtola ad Petrum preſbyterum de origine animæ. Non magnũ (inquit) doctrinæ arbitror detrimẽtum iſta neſcire:et ſi de corporũ quidẽ generibus ſubtiliter diſputetur, hoc maiore difficultate q̃ vtilitate perdiſcitur. Vnde omniũ taliũ notitiã vt de numero,& ordine,& motibus cęli:& cæterorum hmõi,ſcd̃m ꝙ dicit Ambro.in Hexam̃.quia aliena ſunt a noſtro ſtudio & a diuinę lectionis ſerie:his qui foris ſunt relinquamus. Videtur igitur mihi multũ iniuriari phiis & ſacrę ſcripturę metas tranſcẽdere:qui de talibus q̃ſtiones in ſcholis theologicis pſumũt mouere. Hinc dicit Ambr.in Hexam̃. Quid mihi q̃rere q̃ ſit mẽſura circuitus terrę &c. vt ĩfra de materia iſtius ſciẽtię. Vnde talia q̃ ſunt a noſtro ſtudio aliena:quia modicũ aut nihil adminiculãtur ad ea q̃ ſunt fidei:& aliena ſunt a ſerie lectionis diuinę:quia ſacra ſcriptura non tenet ea inter credenda:nec adminiculantur principaliter ad illa:nõ oportet ſcire doctorẽ idoneum ſacræ ſcripturæ. Scire autẽ illa quæ ſunt de primo genere.ſ.quę cadunt de creaturis inter credenda,licet de eis determinant ſeculares ſcientiæ:ſimiliter & illa quę ſunt de ſecundo genere: quę licet ꝓprie non ptineant ad materiã ſacrę ſcripturę: nec cõputãtur inter credẽda: multũ tñ eoꝝ notitia adminiculatur ad declarãdũ & defendẽdũ ea q̃ ſunt huius ſcientię: vel etiã ad impugnãdũ:quia cõtrarioꝝ eadẽ eſt diſciplina:Scire inquam talia ptinet ad idoneũ doctorem ſacrę ſcripturę: & quo ad iſtoꝝ notitiã debet eẽ pit⁹ ĩ ſciẽtiis ſecularib⁹ quo ad illa q̃ de eis ſcire:nõ põt ex tractatu hui⁹ ſciẽtię. Propter q̃d dicit Aug.ĩ prĩ.iii.de doc.chriſt. Homo q volũtatẽ dei &c. vt infra de auditore:an debeat eſſe inſtructus in ſciẽtiis ſecularib⁹. Eſt aũt triplex ratio ꝓpter quã iſti ſecũdi doctores:nõ ſimplices:ſed inſtructi eſſe debẽt in ſciẽtiis ſecularib⁹, vt dictũ eſt. Prima,vt errores ſapiẽtię mũdanæ contrarii veritati fidei cognoſcant & improbent. ſcd̃m ꝙ dicit Hieronym⁹ de fidelib⁹ ſciẽtias phicas diſcẽtib⁹. Diſcũt (inq̃t) nõ vt ſequãt:ſed vt iudicẽt atq̧ cõuincãt. Scd̃a:vt veritates cõtẽtas in eis agnoſcãt:& ĩ vſum doctrinę fidei cõuertãt. Decret.d.xxxvii.§.Cur ergo. Quidã eas ad eruditionẽ addiſcũt:vt errores gentiliũ legẽdo deteſtẽtur:& vtilia q̃ in eis ĩueniũt ad vſum ſacrę eruditionis deuoti ĩuertãt: Tales laudabiliter ſeculares literas addiſcũt. Tertia:vt poſtq̃ circa eos diuinæ auctoritatis miracula deficiũt: quę primos doctores & eoꝝ doctrinã honorabiles reddebãt:ſaltem eis peritia rationis aſſiſtat: ne deſpicabiles a ſapientibus mũdi habeant:& p eos ſcientia fidei ab infidelibus blaſphemetur quia vt dicit Auguſtin⁹ de ordine li.ii.loquens de ſciẽtiis ſecularibus, Quiſq̧s (inquit) iſta neſciens:non dico de ſummo illo deo:ſed de anima ipſa ſua q̃rere aut diſputare voluerit:tãtũ errabit quantũ errari plurimũ poteſt. Vñ Hieronymus ſup epiſtolã ad Tit. Riſui patet aduerſus phos diſputãs ſi ignorat dogmata phorũ. Diſcat ergo ea mẽte doctrinã Chaldaicam:qua Moyſes omnẽ ſciẽtiã Aegyptiorũ didicerat. Et Auguſtin⁹.i.ſup Ge.ante finẽ. Plerũq̧ accidit: vt aliq̧s de cęlo:de terra:de cęteris mũdi hui⁹ elemẽtis:de motu & cõuerſione:vel etiã magnitudine & interuallis ſyderũ:de defectibus ſolis & lunę:de circuitib⁹ annorũ & tẽporũ:de naturis aĩaliũ:fructuũ:lapidũ:& hmõi cęteris etiã nõ Chriſtian⁹ ita nouerit: vt certiſſima rõne vel expiẽtia teneat. Turpe aũt eſt nimis & pnicioſum:ac maxime cauẽdũ:vt Chriſtianũ de his rebus quaſi ſcd̃m literas Chriſtianas loq̃ntẽ:ita delirare audiat:vt (quẽadmodũ dicit) toto cęlo errare cõſpiciẽs riſum tenere vix poſſit. Et nõ tã moleſtum eſt ꝙ errans homo,ſed ꝙ auctores noſtri ab eis qui foris ſunt:talia ſenſiſſe credũtur: & cũ eorum exitio,de quorũ ſalute ſatagimus,tanq̃ indocti reprehendũtur atq̧ reſpuunt. Cũ eñ quẽq̃ Chriſtianorũ in ea re quam optime norint errare deprehenderint: & vanã ſententiã ſuã de noſtris libris aſſerere: quo pacto illis libris credituri ſunt de reſurrectione mortuorum:de ſpe vitæ æternæ: de regno cęlorum:cum de his rebus quas experiri:vel percipere potuerunt: fallaciter putauerint eſſe con-

M N O P

Q scriptos! De quo ponit exēplū lib.ii.post principiū, dicēs. Cauendum ne forte quia scriptum in Psal.est. Fundauit terram super aquas, arbitretur aliquis nostrū aduersus de ponderibus elementorum subtiliter differentes isti testimonio scripturæ esse nitendū: quia illi nō retenti auctoritate literarum nostrarum: & nescientes quemadmodum dictum sit: libros sanctos facilius irridebunt q̄ illud repudiabunt: qđ vel certis rationibus perceperunt: vel experimentis certissimis probauerunt. Illud nanq; in Psal. aut figuratiue dictum recte accipi potest: Terram fidem simplicem paruulorum dictam: quæ per baptismum solidatur: aut ad literā sublimia terrarum: vel tegmina speluncarum: quæ superiora sunt aquis. Opportunum est ergo doctores posteriores huius scientiæ instructos esse literis secularibus: ne contra veritates ibi compertas aliquid quasi ex libris nostris proferamus. Quid enim (vt ait Augustinus) molestię, tristitiæve ingerāt prudentibus fratribus temerarii præsumptores, satis dici nō potest: cum siquādo de praua & falsa opinione sua reprehendi & conuinci cœperint ab eis qui auctoritate librorum nostrorum non tenentur: ad defendendum id qđ leuissima temeritate vel pertinacissima falsitate dixerunt, eos libros sanctos vnde id probent proferre conantur: non intelligentes neq; quæ loquuntur: neq; de quibus affirmant.

R Ad primū princip. ❡ Ad primum in oppositum: q; eadem est causa, posteriores esse simplices & priores: Dicendum q; falsum est. Priorum enim erat fidem fundare in auctoritate diuina fulgentibus miraculis. Istorum autē est credita cognita facere perspicuis rationibus. Et ideo sicut miracula quæ in illis fulserunt: in istis defecerunt: quia fundata fide opus eorum non erat: sic rationes quæ in posteris luxerunt: in illis opus non habebant: vt dictum est. Sed dicet aliquis: q; sicut fides diuina virtute sola generata est in principio: sic & in omnes posteros generatur & conseruatur: ergo sicut miracula erant necessaria ad generationem fidei in illis: ita & ad generationem & ad conseruationem in istis. Dicendum q; fidei generatio & cōseruatio in posterioribus diuinæ virtuti interius operanti per gratiam ascribenda est: sicut & generatio in prioribus: non tamen operanti exterius per miraculorum splendorem in nostris doctoribus: sed per lucem bonorum operum quę debent succedere miraculis. Scđm q; dicit Chrysostom[9] in principio. ii. partis super Matth. Sacerdotis est vt doceat. Et quia miraculorum faciendorū non est semper necessitas, doctrinam suam bona vita quasi miraculis factis commendat. Idem super illud. Videns Iesus turbas ascendit in montē. Bona conuersatio sacerdotis sine verbo tenet quidem sanctos in sanctitate per suum exemplum: verbum adducere ignorantem ad sciētiam veritatis sine conuersatione bona potest, tenere autem in fide vel sanctitate absq; conuersatione bona non potest: magis vero scandalizat. Nec potest cōuersatio fidei vel posteriorum doctorū vocatio vllo modo eorum industrię ascribi: quia certum est hoc qđ dicunt nō esse verum nisi ex auctoritate priorū: quā in scripturis suis nobis reliquerūt. Vñ postq̄ deus fecit qđ in se est fidē fundādo: homo debet facere qđ in se est ipsam manifestando: & ad hoc totis viribus studere: vt dictum est supra: quia ipsa sapiētia dicit: Qui elucidant me: vitam æternā habebūt: nec

S Ad scđm. solum sapientiæ claritatē elucidando sed & sanctitatem vitæ confirmando: vt dictum est. ❡ Ad secundū: q; plus erat fidem fundare q̄ declarare vel cōseruare: Dicendum q; verū est. & ideo plus virtutis requirebat fundatio, nō humanæ: sed diuinæ vt dictum est.

Artic. XII. de auditore Theologiæ.

Artic. XII.

Equitur de auditore sacrę scripturę: circa quē q̄runt duo,
Primum: qualis debet esse auditor huius scientiæ.
Secundum: quomodo poterit eam addiscere.
❡ Circa primum vero quęruntur octo.
Primū: vtrum mulier possit esse auditor sacræ scripturæ.
Secundum: vtrum iuuenis.
Tertium: vtrum homo peccator.
Quartum: vtrum volens inhęrere naturali rationi.
Quintum: vtrum non instructus in scientiis secularibus.
Sextum: vtrum omnis homo debet esse auditor huius scientiæ.
Septimum: vtrum quilibet homo ad auditum eius est admittendus.
Octauum: vtrum quilibet fidelis ad audiendum eam est admittendus.

Irca primũ arguitur:ꝙ mulier possit & debeat esse auditor huius sciẽtię.Primo sic.qui teneť aliqua scire:potest & debet sciẽtiã audire ex qua illa sciunť quia nisi audiẽdo nõ posset scire illa.mulier teneť scire illa q̃ sunt necessaria ad salutẽ:q̃ nõ sciunť nisi ex hac sciẽtia: quia scd̃m Aug.ipsa est eoꝝ q̃ sunt necessaria ad salutẽ.ergo &c.❡Scd̃o sic.Nullũ imp̃fectũ debet impediri a p̃secutione suę p̃fectionis:Mulier est imp̃fecta in sciẽtiis & virtutibus sicut & vir,q̃ p̃ueniũt ex auditu hui⁹ sciẽtię.Prouer.ii.Audiat sapiẽtiã auris tua.Et sequiť. Tũc itelliges timorẽ dñi:& scientiã dei inuenies.ergo ab auditu huius sciẽtię impediri non debet.Poterit ergo esse auditor eius.❡Contra.cum ista scientia non legatur nisi lectione publica: quẽ nõ licet discere in publica lectione,nõ licet audire hãc sciẽtiã.mulierẽ nõ licet discere ĩ publica lectione.scd̃m illud.i.Cori.xiiii.Mulieres si qd volũt discere domi viros suos interrogẽt.Gl.Tm̃. — A Quest.I. Arg.a — a — In opposi.

❡Dicẽdũ ad hoc:ꝙ nõ est aliquis auditor sciẽtię cuiuscũq; nisi vt instruať in eis q̃ sunt sciẽtię.Et qcũq; est instruẽdus in sciẽtia aliqua vel in eis q̃ p̃tinẽt ad ipsam,debet esse aliquo mõ auditor ei⁹.Quare cũ huius sciẽtię sunt q̃cũq; sunt necessaria sciri ad salutẽ tã viro q̃ mulieri siue in vita,siue ĩ moribus:& in his duobus q̃libet homo est instruendus: vñ & p̃dicatio ap̃li de istis duob⁹ erat.scd̃m ꝙ sup illud.i.Corin.ii. Nõ iudicaui me scire aliq̃d inter vos: nisi dominũ Iesum Christũ.dicit Gl. Sciendũ ꝙ Christũ p̃dicat non solũ qui fidẽ eius astruit: sed & q mores q̃bus in ea viuiť,instruit.Non ergo ita accipiẽdũ est q̃d hic dixit Ap̃l'us:tãq̃ eatm̃ dixerit quæ sunt credẽda de Christo: sed etiã q̃ obseruanda sunt aut in vita: aut in moribus ei q accedit ad compagẽ corporis Christi.Necesse est ergo ponere ꝙ q̃libet Christian⁹ etiã mulier debeat esse auditor hui⁹ sciẽtię.Verũtamẽ intelligẽdũ,ꝙ scd̃m Aug.ix.de ci.d.in his q̃ sunt fidei & morũ homo dupliciter põt instrui.Vno mõ vt sciat tm̃ quid credẽdũ:& q̃d agendũ p̃pter adipiscendã vitã æternã.Alio mõ vt sciat q̃m hoc ip̃m opituletur piis: & cõtra impios defendatur.Hoc scd̃o mõ nõ debet esse aliquis hui⁹ sciẽtię auditor vt instruatur ĩ ea, nisi cuius est scire p̃funda hui⁹ sciẽtię:& ea publice aliis suadere: & contra aduersarios defendere Quare cũ hoc nõ licet facere mulierẽ:tũ q̃a nõ licet eã publice docere:vt dictũ est supra: ĩmo p̃pter debilitatẽ ingenii muliebris nõ est possibile eã ad tãtã p̃fectionẽ huius sciẽtię p̃uenire:ĩmo p̃fundãdo se ĩ scrutãdo occulta hui⁹ sciẽtię,poti⁹ errãdo deficeret q̃ p̃ficeret.Sic.n.sciẽdo vt dicit Aug.hac sciẽtia nõ pollẽt fideles plurimi:q̃uis fide polleãt plurimi: & pauci sic ad eã sciẽdã p̃ueniũt:vt dicit cõtra epistolã fundamẽti. Hoc ergo mõ mulierẽ nõ licet esse auditorẽ huius sciẽtię.Primo aũt mõ.s.vt sciat q̃d credẽdũ,& q̃d agẽdũ tm̃,iterũ distinguẽdũ,ꝙ in hoc ĩstrui põt dupliciter. Vno mõ vt sciat hõ ex ea q̃ saluti suę sunt necessaria:scd̃m statũ suũ sibi cõgruẽtia.Alio mõ,vt cũ hoc etiã sciat ex ea q̃ scd̃m statũ suũ ei sunt icõpetẽtia.Hoc scd̃o mõ adhuc nõ licet mulierẽ esse auditorẽ hui⁹ sciẽtię: vt instruať ex ea in illis q̃ scire eã nõ expedit scd̃m statũ suũ.Vñ doctor discretus debet mulieri p̃ponere ex hac sciẽtia solũmõ:q̃ ei opus est scire:& expediẽs:& nõ vlteriora:etiã si ea discere velit:quia curiosę sunt ad sciẽdũ mulieres q̃ eis scire nõ expedit.Hoc ẽt Gl.eis p̃hibet sup illd̃.i.Tim.ii.Mulier ĩ silẽtio discat.Nihil (inq̃t) ĩterrogãs discat q̃d ignorat.Q̃d ignorat dico.s.ignorãtia p̃iculosa ad salutẽ.de qua dicit Ap̃ls Ignorans ignorabiť.Vñ multũ fatue agunt qui mulieres vltra id q̃d decet & expedit eas scire ex hac sciẽtia instruũt:& maxime q eis occulta scripturę pandũt:& in vulgari sermone sacros libros eis trãsferũt ad legẽdũ.Audire aũt hanc sciẽtiã ad sciendũ ea q̃ sunt ei necessaria ad salutẽ:& expediẽtia scd̃m statũ suũ:bene licitũ ẽ mulieri:ĩmo opportunũ:sicut & cuilibet hoĩm. Sed tũc distinguẽdũ ẽ de audiẽdo hãc sciẽtiã: quia aũt cõtigit eã audire in lectione:qua series sacrę scripturę exponiť:vel in p̃dicatione:qua q̃d expediẽs est de sacra scriptura p̃poniť.Primo mõ nõ licet oĩno mulierẽ esse auditorẽ hui⁹ sciẽtię.tũ q̃a in lectione p̃ponunť & exponunť ardua & secreta sciẽtię q̃ nõ expedit mulierẽ audire. tũ q̃a nõ licet mulierẽ hoc mõ in publico discere.Scd̃m illud.i.Tim.ii. Mulier ĩ silẽtio discat.Scd̃o mõ.s.in p̃dicatione tã publica q̃ priuata licet mulieri hanc sciẽtiã audire:quia in p̃dicatione nõ sunt p̃ponẽda vlteriora: q̃ q̃ expediũt scd̃m cõmunẽ statũ saluti humanę.De hoc mõ audiẽdi diciť Deut.xxxi.Leges verba libri huius corã oĩ Israel:tã viris q̃ mulierib⁹: paruulis & aduenis:vt audiẽtes discãt & timeant dominũ:& custodiãt impleantq; oẽs sermones legis hui⁹. Q; si vlterius aliq̃d velit addiscere nõ debet publice p̃dicatorẽ interrogare:sed domi in secreto virũ suũ:vel quẽcũq; aliũ q debet in hoc esse ei loco viri.Et hoc est quod dicit Ap̃l'us.i.Corin.xiiii. Mulieres in ecclesia taceant. Si quid autẽ volunt discere viros suos interrogent.& hoc domi tm̃:vt dicit Gl.Turpe aũt est mulierem in ecclesia loqui.Gl.Quia contra disciplinam ecclesiasticam est. — B Responsio. — C — D — E

F Ad primũ princip. ¶Per dicta patet ad primum argumentum responsio, bene enim licet mulierem esse auditorem huius scientię ad sciendum sibi necessaria:non alia:& hoc non lectione publica sed prędicatione siue publica:siue priuata. G Ad scdm. ¶Ad secundũ:ꝙ mulier est imperfecta sicut & vir respectu eorũ quæ sunt scienda ex hac scientia:Dicendum ꝙ verũ est:sed non est ita disposita: vt per notitiã eorũ quæ sunt huius scientię perficiatur sicut vir, vt dictũ est. Et ideo nõ permittitur ei vt studeat ad perficiendũ se ꝑ notitiã hui9 sciẽtię in hac vita:nisi quatenus sufficit ei vt perueniat ad gloriam sempiternã:in qua perficietur omne qđ impfectũ est hic.

H Quęst.II. Arg.1.

Irca secũd um arguitur:ꝙ iuuenis non debet esse auditor huius sciẽtiæ. Primo sic. maior requirit maturitas & compositio in auditore huius scientię q̃ cuiuslibet scientiæ secularis:quia est scientia Christianæ religionis. Sed phs dicit in primo Eth. ꝙ politicę sciẽtiæ nõ est ꝓpri9 auditor iuuenis. ergo &c. 2 ¶Secun do sic. Apostolus dicit Heb. vi. Perfectorum est solidus cibus. solidus cibus est sacra scriptura, vt ibi exponit Gl. & hoc maxime eis qui eã audiũt: Perfecti autẽ non sunt iuuenes:ergo eã audire non debẽt. In opposi. ¶Cõtra est illud Eccli. vi. Fili a iuuentute accipe doctrinã:& vsq; ad canos inuenies sapiẽtiã. Gl. Qui in iuuentute studet sanę doctrinę:& in senecture dulces fructus metet sapientiæ. hæc est sana doctrina a qua expectantur fructus sapientiæ. ergo &c.

I Responsio. ¶Ad hoc dicendum scdm iam dicta: ꝙ loquendo de auditore huius scientiæ per prædicationem ad cognoscendum credẽda & operãda, prout competunt iuueni scdm statum suũ:ipse debet esse auditor huius scientiæ:nec ab isto modo audiendi eã aliqua ętas aut sexus excluditur. Loquendo autem de auditore a magistro per lectionem ad inuestigãdũ scdm seriẽ scripturæ eius occulta mysteria:intelligendũ ꝙ sicut seruus dicitur aliquis proprius & cõueniens & vtilis dño: q in oĩbus dño suo se conformat:& obsequit: & correspondet ei in oĩbus volũtati suæ:Seruus autẽ non ꝓprius & incõueniẽs & inutilis q se dño suo nõ cõformat:neq; obsequit:neq; respondet ei in oĩbus voluntati suæ:cõsimili modo dicit aliqs auditor sciẽtię alicuius ꝓprius:qui sciẽtiæ aptus est:& in oĩbus sciẽtiæ se cõformat. Dicit aũt auditor nõ proprius, q scientiæ nõ est aptus neq; cõformis oĩno. Loquẽdo ergo de iuuene inquantũ nominat ætatẽ minorẽ:qa ratione ætatis lubricus est ad vitia:& labilis ĩ sciẽtia. scdm ꝙ dicit Threñ. iii. sup illđ. Bonũ est viro. Magnũ (inqt Gl.) est iuueni se a vitiis abstinere:& lubricę ac pplexę vię errorẽ fugere. Hęc. n. ętas fragilis est: & labilis ĩ sciẽtia:temeraria. Scdm hoc ergo iuuenis rõne s. ætatis incõueniẽs & inutilis est auditor sciẽtię huius. Incõueniẽs inquãtũ est mẽte & rõne
K instabilis:& imperfectus. Inutilis inquãtũ est ad vitia ꝓcliuis. Quo ad primũ sciẽdum ꝙ proprius & cõueniẽs auditor huius sciẽtię debet esse talis vt ꝓfundas veritates eius capere possit: & iudicare de his q̃ audit in sciẽtia, bene dicta accipiẽdo:& cõtraria refutãdo. Hoc aũt nõ põt facere nisi firm9 & stabilis ĩ rõne & ĩtellectu:& q notitiã habet aliquã fixã de his q̃ determinat sciẽtia. quia vt dicit in principio Eth. nullus bene iudicat: nisi qui nouit. Sed iuuenis ratione ætatis mente & ratione nõ est stabilis:nec habet fixã notitiã eorũ quæ ptinent ad hanc sciẽtiã quæ maxime sunt cognoscibilia fidei. Ideo iuuenis incõueniẽs & inidoneus auditor est lectionis huius scientiæ: in qua difficiliora tractant. sed prius indiget (scdm ꝙ dicit Aplus Hebr. v.) vt doceatur quæ sunt elementa exordii sermonis dei:quia ei lacte opus est:non solido cibo. Et sunt elementa exordii sermonis dei scdm Gl. Simplex doctrina articulorum fidei:quasi lac infanti:cui non est opus solidus cibus. i. doctrinæ quæ est de arcanis dei. quia vt dicit cõsequẽter Apost. omnis q lactis est ꝑticeps:expers est sermonis iustitiæ. q scdm Gl. perfectis cõuenit. Paruulus eñ est:& ideo scdm Gl. sicut puulus q non discernit cibos perit sumendo noxios: sic indoctus:q nec bonorũ nec malorũ valet apphẽdere rationẽ, perit cũ solida doctrina ei ꝓpo
L nitur: quã capere nõ valet:quia sumit malũ quãdoq;:& damnat bonũ. Et ideo sermo lectionis huius scientiæ quo agit vt non solũ credatur:verũetiã intelligat:sciatq; qđ dicitur:facilius illos premit q̃ pascit:quoniã vt cõsequẽter addit Apostolus, Perfectorũ est solidus cibus: qui ꝑ consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. quod scdm Gl. inexercitati mente non possunt. Et ideo quodam fidei lacte prius nutriendi sunt, prædicationis verbo & in notitiam simplicẽ literæ sacrę scripturę ad fidei fundationẽ ĩbuẽdi:Sicut Iudæi instruũt
M pueros suos ĩ veteri testamẽto. Qđ et facere vtile eẽt anq̃ puer Christian9 ad aliquã aliã sciẽtiã discẽdã poneret. scdm ꝙ dicit Aug. i. de doc. chris. Ille (inqt) erit diuinarũ scripturarũ solertissimus indagator:qui primo eas legerit:notasq; habuerit, etsi nõdũ intellectu, iã tũ lectione,

Nã cæteras ſecurius leget fide charitatis inſtructus: ne preoccupẽt imbecillẽ animũ, & periculoſis mẽdaciis atq; phãtaſmatibus illudẽtes preiudicent aliquid contra intelligẽtiã ſanam. & in fine eiuſdẽ. Cum quiſq; cognouerit finem precepti eſſe charitatẽ de corde puro & cõſcientia bona, & fide non ficta, omnem intellectũ diuinarũ ſcripturarũ ad iſta tria relaturus: ad tractationem illorũ librorum ſecurus accedat. Per hunc modũ dicit phus in principio Ethico. q́ iuuenis nõ eſt proprius auditor ciuilis ſcientie: quia eſt inexpertus actuum qui ſunt ſm vitam ex quibus procedũt rationes ſcientie moralis. Vnde ſicut ibi iuuenis non eſt cõueniẽs auditor ſcientie ciuilis: quia inexpertus eſt actuum ſm vitam: Sic non eſt hic conueniens auditor hui9 ſcientie: quia nõ eſt validus & exercitatus ſcibilium que ſunt ſm fidem. Quomodo autẽ eſt auditor inutilis inquantũ eſt paſſionũ inſecutor, patebit in ſequenti queſtione proxima.

¶ Per dicta patent duo prima argumẽta. Bene enim probant q́ non debet eſſe iuuenis auditor lectiõis hui9 ſciẽtie, ad intelligẽdũ credita & ſcripture abſcõdita: niſi virtus ſuppleat ætatẽ: vt confirmatus in fide ſit canus mẽte: licet nõ etate. Auditor tamen debet eſſe prædicationis vel lectionis literalis ſimplicis cognitionis ad credẽda diſcernendum nõ intelligẽdũ: vt ſupra dictũ eſt. Et ideo dicit Gloſ. ſuper illud Omnis qui lactis eſt particeps. Spirituales (inquit) iſta carnalibus nõ omnino taceant propter catholicã fidem quæ omnibus p̄dicanda eſt: nec tñ ſic differant: vt volentes eos p̄ducere ad intelligentiã non capacẽ. facilius eñ facient faſtidiri in veritate ſermonẽ: q̃ in ſermone percipi veritatẽ. ¶ Per idẽ patet ad argumẽtũ in oppoſitũ: Fili a iuuẽtute accipe doctrinã. Qd bñ exponit Gloſ. i. ſanã doctrinã. & hoc quo ad ſimplicem notitiã credendorũ, & ex hoc in prouecta etate aſcendnedo vt ſtudio auditionis expoſitionis huius ſciẽtie intelligãtur credita: & in ſenectute metat dulces fructus ſapientie. ſ. puras veritates ſcientie huius p̄cipiẽdo. Vñ ſequit̃ ibidẽ. Quaſi is q arat & q ſeminat: accedet ad eã. Arat quidem mẽtẽ ad fidẽ parãdo, ſeminat verbũ fidei ſtudio lectionis vt fructificet cõfouẽdo. N Ad argu. pri. O Ad argu. 1 oppoſitum

Irca tertiũ arguit̃ q́ homo peccator debeat eſſe auditor huius ſcientiæ. Primo ſic. Aegroto maxime cõpetit medicina. Mat. ix. Nõ eſt opus valẽtib9 medicus: ſed male habentibus. auditio huius ſciẽtiæ eſt medicina cõtra morbũ peccati. Sap. xvi. Neq; herba neq; malagma ſanauit eos: ſed ſermo tuus dñe qui ſanat oĩa. ergo &c̃. ¶ Secundo ſic. Ille debet maxime eſſe auditor huius ſciẽtie, propter quẽ data eſt. Aliter eñ fruſtra eſſet data propter ipm̃. Data eſt autẽ principaliter propter peccatores. i. Timo. i. Iuſtis non eſt lex poſita: ſed impiis & peccatoribus. ergo &c̃. ¶ Contra eſt: q̃m magis debet eſſe idoneus auditor huius ſciẽtie q̃ cuiuſlibet ſecularis. ſed peccator paſſionum inſecutor nõ eſt idoneus vt ſit auditor ſcientie ciuilis: ſicut dicit phus. i. Ethic. ergo &c̃. P Queſt. III. Arg. i. 2 In oppoſi.

¶ Dicendum ſecundũ q́ dictum eſt ſupra: q́ iſta ſcientia non ſolum docet ea quæ ſunt fidei: vt deũ cognoſcamus: ſed etiam ea quæ ſunt vite & morum: vt boni ſiamus. Et ideo nõ ſolum requirit auditorem ſibi conuenientẽ: vt cõſequatur finẽ ſcientiæ in cognoſcẽdo ea q̃ ſunt fidei: ſed etiã vt cõſequatur finẽ eius in agendo ea quæ ſunt vite & morũ. Ab vtroq; autẽ horũ in audiẽdo deficit malus & peccator: quia ex quo malus eſt: nõ agit q̃ ſunt vite & morũ. & per hoc excecatur ne cognoſcere poſſit credenda q̃ dictant agẽda. ſecũdũ q́ dicit Chryſo. ſup illud Mat. xxii. De reſurrectiõe autẽ mortuorũ nõ legiſtis. Putas ne (inq̃t) ſacerdotes Saduceorũ non legebant ſcripturas? ſed cognoſcere nõ poterãt in eis: quia nolebãt viuere digne deo. Talis eñ eſt ſcriptura nolẽti viuere ſm deum: quẽadmodũ ſi aliquis agricole non habẽti voluntatem pugnãdi exponat bellicam diſciplinã: aut econtra viro bellatori nolenti colere terras agriculturã exponat. ſi tota die audiat verba expoſitionis illius, nihil intelligere aut cõprehendere põt: qa nec habet deſideriũ diſcipline illius. vbicũq; enim fuerit deſideriũ hoĩs illic dirigitur & ſenſus ipſi9. & ideo dicit ſup illud Mat. xxi. Interrogabo vos & ego. Cecitas ſpiritualis eſt malitia cordis. Sicut aũt cecus non poteſt aſpicere in ſplendorẽ luminis: Sic nõ poteſt intelligere hõ malignus myſteria pietatis. Iuxta illud. In maliuolam animã &c̃. Malitia aũt vt dicit phus. vii. Ethic. corrumpit principium per qd̃ fit recta æſtimatio de fine & eius quæ ſunt ad finem. Et ideo dicitur de peccatoribus. Sap. ii. Excecauit eos malitia eorum: & neſcierunt ſacramẽta dei. Hinc dicit Chryſo. ſuper illud Mat. vi. Nolite theſaurizare. Mentis cõfuſione cecati non facile poſſunt ea quæ ſunt diſcenda percipere. Hinc dicit etiam phus. i. Ethico. de auditore ſcientiæ ciuilis, qd̃ multo fortius debet intelligi de auditore huius ſcientiæ. Paſſionum (inquit) ſecutor exiſtens inaniter audiet & inutiliter. Inaniter. i. ſine vlla efficaci, inquantum deficit a fine Q Reſponſio. R

huius scientiæ:qui est tam credendorum q̄ operandorum cognitio. Inutiliter,inquātum finē intentū scientię non consequitur:qui est operatio iuxta ea quæ sunt cognita.Licet eīn ista sciētia principaliter sit speculatiua,docet tamen operanda.& ideo oportet cognitioni operatiōes apponere.Si autem neutrum sequatur,vani & frustra sunt sermones & auditus.Vnde dicit Cōmentator super primū Ethic.Oportet auditorem si debet proprie & conueniēter audire,existe
S re extra passionum seruitutem.Etenim iuuenis non tantū propter ętatem non est proprius & conueniens auditor,q̄tum propter detentionem a passionibus:quoniam vinculo malarum cogitationum grauatus & ad terrā aspiciens,ad bonū respicere non potest:scilicet neq; in cognoscendo,neq; in agendo.Verūtamen intelligendum est secundū Augustinū de doctrina christiana.Cū scientia ista medicina sit,qua subuenitur morbis humanarū voluntatum : & sicut dicit Chrysostomus super Matthęum,Sicut medicina languenti corpori:sic verbum prodest animę ęgrotanti:& sicut medicina corporalis dupliciter cōsiderat̄.Vno modo,vt est directiua siue cō
T seruatiua sanitatis.Alio modo,vt est curatiua ęgritudinis:Similiter & ista scientia.Primo modo auditor huius scientiæ nō potest esse nisi iustus:secūdū q; dicit Chryso.sup illud Mat.Vidēs Iesus turbas ascendit in montem.Sup mōtē(inquit)sanctitatis ascendit qui vult audire pietatis doctrinam.quoniam in via morum per hanc scientiam dirigi non potest:nisi qui in ea inuentus est.& sic istius scientię auditus vtilis est solum iustis ad directionem in via morum & credendorum.Qui enim boni sunt ante auditum huius doctrinę ex fide & iudicio legis naturæ & consuetudine bene operandi,non habēdo aliter regulam artificialē qua regulentur & mēsurentur,per auditum sermonum huius scientiæ habent regulam artificialem qua dirigantur in operandis & credendis: certificati ex sermonibus huius sciētiæ quæ bene & quę non bene se habent.Et ideo dixit Dauid in psal.in persona iusti. Vtinā dirigātur vię meę ad custodiendas iustificationes tuas.& statim subiungit de directione. Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis.Glos.Qui autem in eis non perspicit:in quo errat nescit.Secundo modo.s. inquātū est sicut medicina ęgritudinis curatiua,hoc modo summe competit prauo & secutori passionum,siue senex sit siue iuuenis:q; sit auditor eius . secundum q; dicit Commentator super primum Ethic. Neq; prauis omnino inutilis est. Si enim non confestim eis ex ipsa profectus obuiat:sed tamen cognoscentes in quanto malo depressi sunt:& q̄ longe sunt a meliori:nisi omnino sint sine intellectu,habebunt quēdam appetitum ad directionem,& ita paulatim addentes forte perfecte ad melius transponentur. Videbitur enim incōueniens corpora a
V sua curatiua iuuari:Animas autē rationes habētes ex propria medicina non iuuari. Et ideo dicit Chrysostomus super illud Mat.vi.Lucerna corporis tui oculus tu⁹ est. Te ad visum redire impossibile est : nisi prius didiceris:quomodo cęcatus es.Quomodo ergo es cęcatus ? de mala concupiscentia quæ pupillam mentis tuæ, quasi malignus quidam humor influxit, densamq; nebulā prorsus operata est.Sed & diminui atq; dispergi hanc nebulam facile est, si radiū doctrinę Christi voluerimus admittere.Et quid(inquit)mihi prodest huiusmodi audire vocem quādo concupiscentię vinculis teneor astrictus? sed & ipsam concupiscentiam dissoluere maxime potest assiduus auditus.Idem ī fine libri secūdi. Et quid(ait)lucri est quādo quis audit & nō attendit adimplere quę dicta sunt?Non paruus est etiā ex ipso profectus auditu. Nam qui audit,& semetipsum sępe reprehendit:& altius ingemiscit,eo quandoq; perueniet:vt studeat etiā adimplere qđ didicit.Quia vero nec quia peccauit,cognoscit:quando a peccatis recedet? quando semetipsum culpabit?quando emēdare conabit̄? Cū vero ex auditu huius scientię quia peccauit,cognouerit: tūc primo corrigere se poterit velle.secundū q; dicit Orige.super Exod.Cū parū quid agnitionis acceperit,tunc præcipue gestorū suorū tenebras videt: tūc errorū suorū caliginē sentit:vt extinguātur in eo primogēita Aegypti.Et hoc fit obseruādo quæ lex præcipit.Et ideo dicit Dauid in psal.In quo corrigit adolescētior viā suā?& rñdet.In custodiēdo sermones tuos. Et plius ī p̄dicamētis. Prauus ad meliores exercitatiōes deduct⁹ & doctrinas,vel modicū aliqđ p̄ficiet vt melior fiat. Si autē semp vel modicū cremētū acceperit:palā quia aut
X perfecte mutabitur:aut satis multum crementum sumet.Verūtamen de malis & peccatorib⁹ distinguendū.Aut eīn omnino sunt indurati in malitia:vt non sit spes de eorum conuersione, aut spes de eis poterit haberi.De istis intelligēda sunt iā dicta.De primis aūt dicēdū q; omnino inutile est eis doctrinæ huius auditores esse:quia ex auditu doctrinæ detrahunt & deteriores fiunt.Vnde dominus Mat.iiii.Nolite sanctum dare canibus:neq; margaritas mittere ante porcos.vbi dicit Chrysostomus.Canes,hic significāt homines in ipietate viuētes:spemq; omnino conuersionis in melius non habentes:porci, in luto luxuriæ iugiter cōmorantes:quos do

minus super huiusmodi doctrina pronunciat indignos. Fiunt quippe peiores postq̄ didicerint secreta: temerarii magis ea ignota reuerentur. Per hæc patent in parte obiecta.

¶ Ad primum ergo in oppositum: q̄ audire hanc scientiam maxime competit peccatori, sicut ęgroto: dicendum q̄ verum est inquantum est curatiua ęgritudinis. Inquantū autem est directiua sanitatis, est principaliter propter iustos & sanos. ¶ Per idem patet ad secundum, quomodo autē sit ꝓpter peccatores posita, nō iustos: suas habet q̄stiōes per se inquirēdas. Y Ad primū principale. Z Ad scdm.

Irca quartū arguitur: q̄ volens inhęrere iudicio naturalis rationis non posset auditor huius scientiæ esse. Primo sic. i. Corinthi. ii. dicit apostolus. Aīalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & nō potest intelligere. cuiusmodi sunt illa quæ sunt huius scientiæ: & vt ibi dicit Glo. Animalis homo dicitur qui de deo iuxta corporum phātasias, vel rationē philosophicā iudicat. ergo volēs inhęrere iudicio naturalis rationis nō potest intelligere quæ sunt huius scientiæ: sed ei stultitia videtur. talis non potest esse auditor huius scientię: quia auditorem in omni scientia oportet credere. ergo &c̄. A Quest. IIII. Argu. i. ¶ Secundo sic. Omnis auditor scientiæ debet iudicare quę audit in ea. Et ideo dicit philosophus q̄ iuuenis non est auditor politicę scientię: quia non potest iudicare de actibus secundum vitam. Sed volens inhęrere iudicio naturalis rationis non potest iudicare de eis quæ sunt huius scientiæ. secundum q̄ dicit Glos. super illud. i. Corinthi. ii. Spiritualis omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur. Idest (dicit Glossa) Spiritualis discernit omnia quæ continet diuina scriptura, tū de deo secundum imagines corporum, vel humanā philosophiam non sapit, & ipse a nullo animali hoīe intelligitur, vtrum bene an male intelligat. ergo &c̄. 2 ¶ Cōtra est, quoniam ille est cōueniens auditor huius scientiæ qui dispositus est vt credibile fiat ei intelligibile: quia vt vult Augustinus in principio super Ioan. ad hoc exponitur scriptura: vt intelligatur. talis est inhærens iudicio naturalis rationis: quia secundum Augustinum q̄ credimus debetur auctoritati, q̄ intelligimus debetur rationi. ergo &c̄. In opposi.

¶ Dicendum ad hoc: q̄ inhærere naturali rationi contingit dupliciter. Vno modo vt homo nulli assentiri velit, nisi quod naturali ratione poterit attingere, limitem cognoscendorum ab homine infra naturalem rationem ponendo. Alio modo vt limitem cognitionis humanæ infra naturalem rationem non includat: sed etiam illi rei cui fides super naturalem rationem assentiendum esse dictat, sine omni contradictione, & absq̄ omni naturali ratione consentiat, & si quid naturali ratione nouerit, in obsequium fidei adducat, nec in aliquo propter id quod sibi ratione apparet, contradicat. Inhærens naturali rationi Primo modo omnino esse auditor huius scientię non potest. Ipse enim vere animalis est, de quo dicit apostolus. Animalis homo nō percipit ea quę sunt spiritus dei. vbi dicit Glos. Vt partum virginis & resurrectionem. Nihil enim æstimat posse fieri, nisi quod nouit quomodo fiat. Vnde non potest scire spiritualia, quia improbat statim audita: & ex hoc deterior fit, & amplius excęcatur, & pręcludit sibi viam intellectus. Quia vt dicit Augustinus contra Adamantiū, q̄diu scripturam lacerare conantur, nullo modo intelligere permittuntur. Idem in eodem. Sancta scriptura non temerarios & superbos accusatores, sed diligentes & pios lectores desiderat. Vnde Chrysostomus super illud Mat. vi. Nolite sanctum dare canibus: dicit de talibus aduersantibus: ne ad audiendum hanc scientiā recipiant. Quia ergo (inquit) discere naturali ratione illa nō possunt vel ignorantia reuerētur. neq̄ enim porcus aliquis cuius precii Margarita sit, agnouit: & hoc igitur quia nescit, ideo non conculcat. Nihil enim amplius affertur iis qui huiusmodi sunt, cum audiunt, nisi culpa cumulatior. Siquidem ab illis sancta temerant̄, contraq̄ nos potius armātur. Propter q̄d dominus dixit. Ne forte conculcent eas pedibus suis: & conuersi disrūpant nos. Et nota q̄ in illo vnico verbo, Nolite sanctum dare canibus: neq̄ margaritas mittere ante porcos, sententiā dat pro ista quæstione & pręcedenti: per porcos intelligendo carnales, pro pręcedenti quæstione: per canes animales: pro ista quęstione. Neutri enim veritatem huius scientiæ capiunt, & soli tanq̄ indigni repellendi sunt. Illi ne operibus contrariis contemnāt. Isti ne rationibus apparentibus impugnent. Vnde Augustinus libro secundo de sermone domini in monte. Canes pro oppugnatoribus veritatis: porcos pro contēptoribus positos nō incongrue æstimo. vtrūq̄ aīal immundū est, canis & porcus. Cauendum igitur est ne quid aperiatur ei qui non capit. Melius enim quærit q̄d clausum est, q̄a id q̄d apertum est, aut infestat aut negligit. Neq̄ vero alia causa reperitur cur ea quę magna sunt non aperiantur, præter odium &

B Responsio. C

contẽptum,quorum propter vnum,canes:propter alterum,porci nominati sunt. Vnde pro ratione quare hęc sunt eis abscondenda, subdit ibi dominus dicens pro porcis,Ne forte conculcent eas pedibus suis,& pro canibus dicit,Et conuersi disrumpãt nos. Reuera non est alia causa propter quã aliqui sint indigni auditores huius scientiæ.Mulier enim & iuuenis non repelluntur ab auditu huius scientię quia indigni,sed quia insufficientes solũ & inidonei,vt predictum est.Inhęrens autem rationi secundo modo,ille est multũ cõueniens auditor: quia qđ audit & fide credit,manuductione rationis citius intelligit.Cognitio enim naturaliũ gradus est ad cognitionẽ supnaturaliũ.quia eñ aĩa per seipsam diuina videre nõ potest,nullo gradu in rebus humanis ad diuina capessenda interposito per quẽ niteretur,ineffabili misericordia dei tẽporali dispensatione per creaturam mutabilẽ ei subuenitur:vt dicit August.de vera reli. ¶Per hęc patẽt rationes vtriusq; partis.Primę eñ duę sunt ad vnam partem.Tertia vero ad aliam.

D Ad obiecta

E Quęst.V. Arg.i.

Irca quintũ arguit:ꝙ auditor hui⁹ sciẽtię debet eẽ instructus in sciẽtiis secularib⁹. Primo sic. Illa notitia q̃ gradus est ad cognoscẽdũ diuina:sine quo ad diuinorũ notitiã hõ ascendere non posset,debet esse instructus auditor hui⁹ sciẽtię,qa aliter ĩ ea nõ pficeret.Sciẽtię seculares sunt hmõi,quia docent notitiam creaturarũ,quę sunt gradus ad cognitionem diuinorum,vt dictũ est secundũ August.in pręcedenti questione.ergo &c̃. ¶Secundo sic.Illa notitia
a cuius defectus obtundit acumen auditorũ huius scientię ne in ea proficiant, auditores huius scientię esse debent instructi.Sed scientię seculares sunt huiusmodi. secundũ ꝙ dicit Beda super librum reg.Turbat(inquit)lumen legentium,& deficere cogit,qui eos a legendis secularibus libris omnino existimat prohibendos. ergo &c̃. ¶Contra. ille non est conueniens auditor huius scientię,cui nõ placet deo eam reuelare:quia aliter eam frustra audiret, nisi deo placeret intellectũ eius ei reuelare:quia eã non potest intelligere:vt dictum est supra,& infra dicet. sed deo non placet eam reuelare sapientibus seculariũ literarum.secundum illud Mat.xi.Abscondisti hęc a sapientibus & prudẽtibus:& reuelasti ea paruulis.Ita pater,qm̃ sic placitum fuit ante te.Vbi dicit Glos.Ne quis quęrat cur humiles elegit:sapientes reprobet.

In opposi.

F Responsio.

¶Dicendum ad hoc,ꝙ auditor huius scientię potest ipsi intendere dupliciter.secũdum ꝙ dictum est supra,ſm Augustinũ.xiiii.de tri.Vno modo:vt solũmodo ex ea discat quid credendũ & quid agendum quãtum sibi ad futuram vitam adipiscẽdã sufficiat.Alio modo vt ex ea discat quantũ hoc ipsum qđ in ea discit,piis opituletur,& cõtra impios defendat. Auditorẽ ergo primo modo nõ oportet esse instructũ scientiis secularibus:quia hic scriptum habet sufficienter in superficie doctrinam simplicem credendorũ & agendorũ,qua sicut lacte paruulos nutriat,& quã quilibet sine industria secularium literarum capere potest.Auditor vero secundo modo si ad perfectionem & magisterium maxime modernis temporibus huius scientiæ tendere velit:necessario debet esse instructus scientiis secularibus ad cognitionem creaturarũ, ſcdm ꝙ supra de doctore dictũ est.Aliter enim in multis deficiet,nisi specialiter diuinitus illustretur.Abscondita eñ mysteria huius scientię & questiones altissimę multa indigẽt manuductione ex propriis creaturarũ:vt humanus intellectus illa sine ea capere non valeat. Et ideo dicit Augu.in pri.iii.de doctrina christiana.Hõ qui volũtatẽ dei in scripturis sanctis diligẽter inquirit,primitus in cognitione quarũdam rerũ necessariarum ne vim naturãve earũ quæ propter similitudinẽ adhibentur,ignoret,veniat ille instructus ad ambigua scripturarũ discutienda atq; soluẽda. Et ideo pcipit Synodus.xxxvii.dist.ca.De quibusdã. dicens.Ab vniuersis Epis subiectis plebibus & aliis locis in quibus necessitas occurrerit,omnino cura & diligentia adhibeatur:vt magistri & doctores constituantur,qui studia literarũ liberaliũq; artium dogmata assidue doceant:quia in his maxime diuina manifestanẽ & declaranẽ mandata.Est autem cuilibet discenti & audienti hanc scientiam in fide & charitate vtilis notitia scientiarum secularium & creaturarum ex ipsis propter quatuor. Primũ quia ex ipsis ingeniũ acuitur ad facili⁹ arcana huius scientiæ penetrandum.secundum ꝙ dicit Beda super lib.Reg. Turbat acumen legentiũ qui eos a legendis secularibus libris omnino existimat prohibendos. Nã vt dicit Augustinus de quãti.animę,exercet animum hoc genus disciplinarum ad subtiliora cernenda:ne luce illoꝝ repercussus,& eam sustinere nõ valens,in easdẽ tenebras quas fugere conabatur,refugiat.Item Orige.exponẽs illud Gene.xxvi.Quomodo Abimelech,Ochozath,& Phicol,venerũt ad Isaac,dicit.Qui tres(vt ego arbitror)imaginem totius philosophię tenent, quę in tres partes diuiditur,Logicam,Physicam,Ethicam.i.rationalem,naturalem,moralẽ.Quę postq̃ ex

G

H

posuit, exponēs cōsequēter quō Isaac fecit eis conuiuiū magnū, dicit. Quia hoc conuiuium sapientibus exhibet, idcirco dicitur ꝙ non paruum, sed magnum conuiuium fecit. & tu si non sis adhuc paruulus lacte indigens: sed exercitatos deferas sensus, & eruditione plurima praemissa ad intelligentiam verbi dei capacior venias, fit tibi conuiuium magnum: minister verbi loquitur tibi sapientiam, quae inter perfectos profert sapientiam: de mysteriis absconditā profert tibi. Reuelabit tibi Christum, secundū ꝙ in eo sunt Thesauri sapientiae & scientię absconditi. Sapientia non iugulat hostes suos: tantū est vt nos ingressi conuiuium sapientię non rursum nobis indumēta insipientiae deferamus, non infidelitatis veste circūdati, nec peccatorū maculis fuscati: sed in simplicitate & puritate cordis amplectamur verbū dei, & diuinę sapientiae famulemur. Secūdū, quia ex ipsis error secularium magistrorum cognoscitur & declinat. secundū ꝙ dicit Ambro. sup Luc. Legimus aliqua nō vt teneamus, sed vt repudiemus. Tertiū, qa ex ipsis cognita veritate naturę creaturarū, errores declinant in detrimētū fidei catholicę vergētes. Ignorātes eñ creaturarū naturā creaturā deū esse opinati sunt, putātes esse a seipso, qd nō habet esse nisi ab alio. De qbus dicit Sap. xiii. Ignē aut spiritū, aut citatū aerē, aut gyrū stellarū aut nimiā aquā, aut solē & lunā rectores orbis terrarū deos putauerūt. Qd veri phi cognoscētes creaturarū naturas omnino reprobauerunt. secundū ꝙ dicit August. in prin. de vera reli. de Socrate. Admonebat (inquit) illos qui mundū istum visibilem summū deum opinabantur, turpitudinis suę: docens esse cōsequēs: vt quilibet lapis tanꝗ summi dei pticula iure coleretur Qd si execrarētur, mutarent sententiam, & vnum deum colerent, a quo totū mundum istum fabricatum cognoscerent. & hoc non cognouerunt: quia naturam creaturę ignorabant. qd eñ natura rei non patitur, non ei attribuitur, nisi quia ipsa ignoratur. Vnde ex ignorātia creaturę, creaturę qd dei erat attribuebāt. secundū ꝙ dicitur Sap. xiii. Incōmunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerunt. Vnde & propter idē Manichęi duo rerum ponebant principia, cui⁹ causa non erat nisi ordinis creaturarū ad creatorē ignorātia. propter qd dicit Augu. de orig. animę. Error circa creaturā redundat in falsam de deo ęstimationē, & hominū mētes a deo abducit, i quē fides adducere nitit. Quartū est, quia ex creaturarū cognitiōe facili⁹ ad dei cognitionē, ac diuinorum eleuamur. secundū ꝙ dicit Augustinus de ordine libro secundo. Ego si qd meos monere possum, quantum mihi apparet, quantumꝗ sentio, censeo illos disciplinis omnibus erudiendos. Aliter quippe ista sic intelligi vt luce clariora sint, nullo modo possunt. Si autē pigriores sunt aut aliis negotiis pręoccupati, aut iam duri ad discēdū, fidei sibi pſidia parēt. Duplex enim est via quā sequimur cum rerum nos obscuritas mouet: aut rationem, aut certe auctoritatē. Phia rationē promittit, & vix paucissimos liberat, quos tamen non modo nō contēnere illa mysteria, sed sola intelligere vt intelligenda sunt, cogit. Nullumꝗ aliud habet negotium quę vera & (vt ita dicam) germana phia est, ꝗ vt doceat qd sit omnium rerum principiū sine principio, quātusꝗ in eo maneat intellectus, quidve inde in nostrā salutē sine vlla degeneratione manauerit, quē vnū deum omnipotentem, patrem & filium & spiritū sanctū docent veneranda mysteria. Hinc est etiam qd dicitur Sap. xiii. A magnitudine enim speciei & creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri. Ex magnitudine enim videri potest dei virtus. secundum ꝙ dicitur ibidem. Si virtutem & opera eorum (scilicet creaturarū) mirati sunt, intelligāt ab illis qm̄ qui haec fecit est illis fortior. Semper enim virtutem facti excedit virtus facientis. Ex specie vero sapiētia dei videri pōt. Effudit enim illam super omnia opera sua. Eccli. i. Et ideo dicit Chrysost. super illud Mat. vi. Considerate lilia agri. Cuius (inquit) rei gratia tanto etiam hęrbas decore vestiuit? vt suā scilicet sapientiam creator ostēderet, copiamꝗ virtutis vt vndiꝗ illius gratiā disceremus. Non cęli tantumodo gloriam dei narrant, verūetiam terra. Id etiam maximas designat diuinę diuitias sapientię, quando etiam in hęc quę sunt visibilia tantū decoris effudit. Ex ipsa vero creatura videri potest dei bonitas. quicqd eñ bonitatis vndiꝗ in creatura dispersum est, ab illo necessario est, i quo totū quicquid est bonitatis, vnitū est. Sap. xiii. Etenim cū in operibus illius conuersenē, inquirūt & psuasum habent qm̄ bona sunt quę videntur. Si enim tantū potuerunt ęstimare seculū, quomodo eius dn̄m facilius nō inuenerūt? I K L

¶ Per hęc patent obiecta. Ad primū ꝙ creaturarum notitia est gradus ad diuina: dicendū ꝙ verū est eis qui ad pfectionē notitię diuinę ex hac scientia debent ascēdere, non autē eis quibus sufficit scire ex hac scientia, quae & in credendis & in agendis sibi sunt necessaria ad salutē. Talib⁹ eñ modica notitia ex naturis rerū sufficit. ¶ Ad scdm ꝙ defect⁹ notitię illorū obtūdit acumē audiētiū & deficere cogit, dicēdū ꝙ verū est ab apphēsiōe pfectę notitię diuinorū scdm ꝙ dictū est. Non tñ tantū obtundit: quin ex hac sciētia sine illorū notitia capere possunt, M Ad primū prin. N Ad scdm

quæ sibi sunt necessaria ad salutem.

O Ad arg. in oppositum ¶ Ad argumentum in oppositum: q̃ non placet deo scientiam hanc reuelare sapientibus: dicendum q̃ verum est de sapientia sua superbientibus. Vnde dicit Glossa. Sapientibus & prudentibus non opponit insipientes & hebetes: sed paruulos: vt probet se tumorem damnare non acumē. Vnde non tam prodest in auditore huius scientiæ notitia sapientiæ secularis q̃ obest elatio ex ipsa. Qui ergo in aliis scientiis fartitus in ista scientia proficere velit, humilis & vt paruulus ad eam veniat: quia vt dicit August. v. super Gene. Sacra scriptura sic loquitur: vt altitudine superbos irrideat: profunditate attentos terreat: veritate magnos pascat: affabilitate paruulos nutriat. Et ideo dicit in fine secundi de doctrina christiana, loquēs de Cypriano, Lactantio, Victorino, & cęteris qui suffarcinati literis secularibus ad fidē christianam conuersi accesserunt. Sed hoc modo (inquit) instructus diuinarum scripturarum studiosus cum ad eas perscrutandas accedere cœperit, illud apostolicū cogitare nō cesset: sciētia inflat: charitas autem ędificat. & hoc maxime in hac scientia in qua præcipue deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam, sine qua hęc scientia addisci non potest: vt consequēter videbitur.
P Vnde si philosophi in eis quæ ductu naturalis rationis percipere potuerūt, stetissent, & quātum naturalis ratio dictauit deum colendo ei gratias egissent, summe dispositi fuissent: vt purgati per fidem notitiam huius scientię susciperent. secundum q̃ dicit Glos. Rom. i. Phi interrogantes creaturas de creatore, ex omni specie ac dispositione quasi voce respondente ex arte artificē cognouerūt. & infra. Q đ vtiq; illis credendū fuit: vt hoc tenendo qđ videre poterant, ab illo sanarentur qui dederat vt viderent. Si enim hoc facerent, humilitatem seruarent, & possent purgari, atq; illi beatissimę contemplationi inhęrere. Hinc dicit Augusti. de phis. de vera reli. Illi si reuiuiscerent & inuenirent refertas ecclesias, templa deserta, a cupiditate tēporalium ad intelligibilia & spiritualia vocari & currere humanū genus, dicerēt si fortasse tales essent, quales fuisse cōmemorātur, hęc sunt q̃ nos suadere populis nō ausi sumus, & eorum potius consuetudini cessim⁹ q̃ illos in nostram fidem voluntatemq; traduximus. Ita si hanc vitam illi viri nobiscū rursus agere possent, paucis mutatis verbis atq; sententiis christiani fierēt: sicut pleriq; nostrorūq; tēporū Platonici fecerūt. Aut si hoc nō faterētur, nec facerēt, in superbia & inuidia remanentes nescio vtrum possent ad ea quæ appetenda & desideranda esse dixerāt, reuocari. Reuera nō possent: quia vt dicit Glos. vbi supra, ingrati illi qui eis pstitit vt viderent, sibi voluerunt tribuere qđ videbant, & facti superbi & dicētes se esse sapientes stulti facti sunt. & tamen audacter ad occulta diuinorū perscrutanda, & ad quæ naturalis ratio attingere nō potest procedentes in errores execrabiles ceciderūt. secūdum q̃ dicit Orig. sup Exod. Intelligant diuinę & dispensationis & prouidentię occultissimas esse rationes. Posuit enim de⁹ tenebras latibulum suum: quas illi audacter & temere perscrutari cupientes, & alia ex aliis asserentes in crassas & palpabiles errorum tenebras deuoluti sunt.

Q Quest. VI. Arg. i. Irca sextum arguitur q̃ omnes tenentur audire hanc scientiam. Primo sic. Apostolus dicit. i. Corin. xiiii. Quę scribo vobis dñi sunt mādata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Glos. A deo in futuro. i. reprobabitur. sed ignorantur nisi ex ista scientia audiant. Quare cū quilibet tenetur facere vt in futuro nō reprobetur: quilibet istam scientiā debet audire.
a ¶ Secūdo sic. Quilibet eo qđ sibi a deo cōcessum est vti debet ad id ad qđ cōcessum est ei. Aliter enī frustra esset ei concessum. Sacra scriptura omnibus cōmuniter cōcessa est ad doctrinā. secundū q̃ dicit apl's. Rom. xv. Quęcūq; scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt. ergo quilibet debet ea vti ad suam doctrinā. Hoc autem non potest esse nisi eam audiendo. ergo &c̄.
In opposi. ¶ Contra est. qm̄ hō non tenetur ad illud sine quo finem suum ad quē est potest adipisci. sine auditione huius scientię finem suum potest hō adipisci. Turbā enim vt dicit August. cōtra epistolam fund. fidei simplicitas tutissimam tenet. ergo &c̄.

R Respōsio. ¶ Dicendum ad hoc: q̃ finis necessitatem imponit eis quæ sunt ad finem. Cum igitur auditus huius scientiæ est de eis quæ ordinant hominem in finem humanæ vitæ: qui est beatitudo siue visio dei: debitum audiendi hanc scientiam ex tali fine debet determinari. Ili ergo quibus subtractio auditus huius scientiæ non est vitiosa: nec excludit a fine humanæ vitæ: non tenentur audire hanc scientiam. Illi vero quibus subtractio auditus huius scientiæ intantum est vitiosa, q̃ excludit a fine humanæ vitæ, eam proculdu-

bio audire tenentur:quia quilibet tenetur facere id sine quo finem suum attingere non potest.
Est igitur intelligendum ꝙ quidam hominum nec sunt sic ingenio prędití, nec sic aliis disci- S
plinis imbuti:vt ad mysteria huius scripturę inuestiganda, & ad populum instruendum vnq̃
vtiles esse possint. Isti debent solūmodo curam proprię salutis gerere:nec vnq̃ acquiescere vt
pręficiantur in statu:vbi curę aliorum eos oporteat intendere,& alios instruere,qualis est ma-
xime turba hominū popularis.Et de istis dicendū ꝙ non oportet eos esse auditores hui⁹ scien-
tiæ per lectionem:sed solum per prędicationem:quousꝙ instruantur in fide & moribus q̃tum
eis sufficit ad salutem, & se custodire in fide, spe,& charitate,& per illa attingere finem vlti-
mū huius scientię.secundum ꝙ talis instructio cuilibet adulto baptizato proponenda est: gros
so modo ea quæ sunt huius scripturæ transcurrēdo. secundū ꝙ dicit Augustinus.iiii.de Aca.
Narratio plena est cū quisꝙ primo catechizatur ab eo q̄d scriptū est.In principio fecit deus cę
lum & terrā, vsꝙ ad pręsentia tempora ecclesiæ.Non tamen propterea debemus totum Pēta-
teucum,totūꝙ Iudicū, & Regnorum,& Esdrę libros, totūꝙ euangelium & actus apostolorū,
vel omnia quæ iis voluminibus continentur,narrando euoluere & explicare: sed cuncta sum-
matim complecti.In omnibus sane non tantū nos oportet intueri pręcepti finē,q̄d est charitas
de corde puro & conscientia bona:& fide non ficta:quo ea quę loquimur cūcta referamus : sed T
etiam illius quē loquendo instruimus:ad id mouēdus atꝙ illuc dirigēdus est aspectus:quia vt
dicit in ser.de laude charitatis,totam magnitudinem & altitudinem diuinorum eloquiorū se-
cura possidet charitas:qua deum & proximū diligimus.Docet enim nos cęlestis vnus magister
& dicit.Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& ex tota men-
te tua:& proximum tuum sicut teipsum.In his duob⁹ pręceptis tota lex pendet & prophetæ.
Si ergo non vacas omnes paginas sacras ꝑscrutari,omnia inuolucra sermonū euoluere,omnia
secreta scripturarum penetrare,tene charitatē vbi pendēt omnia:ita tenebis q̄d ibi didicisti:te-
nebis etiam q̄d nondum didicisti.Si enim nosti charitatem: aliquid nosti: vnde & illud pendet
q̄d forte nō nosti,& in eo q̄d in scripturis nō intelligis charitas latet.Ille itaꝙ tenet & q̄d patet
& q̄d latet in diuinis sermonibus,qui charitatem tenet in morib⁹. Vnde concludit in fi.primi
de doctrina christiana.Homo itaꝙ fide,spe,& charitate subnixus eaꝙ inconcusse retinens nō in
diget scripturis,nisi ad alios instruendos.Alii vero sic sunt naturali ingenio prędití, & aliis di
sciplinis imbuti:vt ad mysteria huius sciētię inuestiganda, & ad populum instruendum aliq̄n V
vtiles esse possint. De quibus distinguendum. Aut enim disponunt vnq̃ consentire vt ad sta-
tum pręficiantur in quo instructioni aliorum debent intendere:aut non.Si primo modo:dicē-
dum ꝙ tales omnino debent esse auditores huius scientię:non solum per prędicationē:sed etiā
audiendo eam per lectionem : dūmodo prędicatione non potuerint sufficienter instrui vt sint
idonei alios docere secundum gradum status sui.Aliter enim exponerent se discrimini ex pręs-
sumptione,non ex charitate opus vltra vires assumerent.Propter q̄d de talibus dicit Aposto-
lus in epistola ad Timo.Scientiam quoꝙ non negligat literarum obtinentem eum qui secun-
dum doctrinam est fidelem sermonem:vt potens sit exhortari in doctrina sacra,& contradicē-
tes redarguere.Vñ dicit Zozimus papa distin.xxxvi.In ecclesiasticis disciplinis per ordinē non
imbutus,nequaq̃ ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare pręsumat. Vt eñ dicitur ī Mala.
labia sacerdotis custodiunt scientiam,& legem requirant de ore eius. Vnde negligentibus au-
ditum huius scientiæ,interdicit dominus ascēsum ad gradū regiminis populi per Osee dicēs.
Tu quoꝙ sciētiā repulisti, & ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi.Hinc etiā dicit Gre
gorius ī primo pasto.Nulla ars doceri pręsumit̄:nisi intēta prius meditatione discatur. Ab im
peritis ergo pastorale magisterium qua temeritate pręsumitur, quando ars est artium regimē
animarum! Et in quo cōsistit illa temeritas consequēter declarat dicens.Sunt nonnulli qui in-
tra sanctam ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris: videri doctores cupiūt
& quod est miserrimum,tunc quærunt sacram scripturā addiscere,quando pro gradu dignita
tis in ea deberent alios docere.contra illud q̄d dicitur distin.xxxvi.Prędicatores per quos eccle
sia circūfertur,sacris literis debent semper insistere:nec tunc quęrant discere cum ex officio de
beant alios docere.Sed secundum ꝙ dicit Hieronymus ad Rusticum,si clericatus titillat, mul
to tempore discas quod postea doceas.Non enim erit magister qui non se nouit esse discipulū, X
sicut dicit Boethius de disciplina schola.De illis aūt q ex aliis sciētiis īstructi,& īgenio naturali
ꝑditi sunt,vt ad ꝑfectionē hui⁹ sciētię possint attingere,& aliis ex auditu huius scientię multū
ꝓficere,etsi nunq̃ curę & doctrinę alioꝝ ꝓponāt intēdere,aut vt ppl'o ꝓficiant̄ assentire:subdi-
stiguēdū,qa tales si dimittūt auditū hui⁹ sciētię,aut hoc ē ex causa rōnabili,veluti qa sunt im

pediti legitimis negotiis quęcunque sint illa: aut sine causa rationali, & impedimento negotiorum legitimorum. Si primo modo: dicendum adhuc, quod non tenentur audire hanc scientiam: nisi quantum eis ad salutem est necessarium: quod potest sufficienter fieri per prędicationem. quia vt dicitur .i. Corin. xii. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones operationum sunt &c. vt continue sequitur. vbi dicit Glos. Gratias autem hic appellat diuersos gradus & ordines: qui sunt in officiis ecclesiæ: quibus alii aliis subseruiunt: quia sunt opera maiora & opera minora: & deus non omnia vni tribuit: sed omnia in omnibus operatur: vt quod non habeat quis in se, habeat in alio: & sic maneat charitas. Et in eodem cap. Et quosdam posuit deus in ecclesia, primo prophetas, secundo apostolos, tertio doctores. & sequitur. Nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? Glos. Prophetas scripturarum mysteria reuelantes, doctores pręcepta viuendi dantes. Si vero negotiis legitimis impediti non sunt, tunc omnino ad auditum huius sacrę scripturę debent se transferre: quia reddituri sunt rationem de talento sibi commisso: pro eo. scilicet quod ingenium naturale & scientias acquisitas in vsum huius scientiæ non ordinant, cui famulari debent vt in ea deus cognoscatur & diligatur quantum possibile est pro statu huius vitę, etiam si ex sola desidia & negligentia ab auditu eius se alienent. Quod si eam audire ex aliquo contemptu omittant: vel quia auditum eius non esse necessarium dicant, aut paruipendant: vel aliarum scientiarum auditum eius auditui tanquam preciosiorem anteponant: isti maiorem damnationem incurrunt. secundum quod dicit Chrysostomus in principio super Mat. Iam considera quod sit omnino extremę dementię: vt qui tanta deberemus vitæ perfectione pollere: vt nihil prorsus literis egeremus: sed scribenda spiritui pręberemus corda propaginis: si primam illam perdidimus dignitatem, & minoribus indigemus: ne secundo quidem remedio ad nostram vtamur salutem. Si enim illis indigere & non gratia spiritus sancti splendere culpabile est: vide quanti sit criminis nec per illud auxilium velle proficere: sed quasi frustra & vane posita scripta cęlestia despicere, maius est absque dubio subire supplicium. & sequitur post aliqua interposita. Et quis est tam infelix qui non hęc preciosiora credit omnibus & clariora fateatur? Ille sine dubio qui non vel tanto eis studio vacat: quanto in diabolicis illis theatris occupatur. Ibi enim plurimi totos dies peragunt: & cum omni diligentia quæ audierint memoriæ commendant: eaque ad sui animi perniciem penitus infixa custodiunt. Hic vero vbi loquitur deus, ne exiguum quidem tempus patienter expectant. Et certe propter hoc deus gehennam minatur. Nam pręcipiente nobis deo non modo vt audiamus quę dicuntur: verum vt cum omni etiam deuotione faciamus, nec audire curamus. Quando igitur ea quæ dicuntur implebimus: qui nec sermonem super his quidem patienter audimus? Vnde Orig. in Homil. de Rebecca, exponens quomodo seruus Abrahę obtulit ei inaures aureas & armillas, dicit. Vult aurea in auribus verba percipere, & aureos actus in manibus habere: sed hæc prius accipere non potuit: neque mereretur nisi venisset ad puteos haurire aquas. Tu ergo qui non vis venire ad aquas, qui non vis in auribus tuis aurea prophetarum verba suscipere: quomodo poteris esse ornatus in doctrina, ornatus in actibus, ornatus in moribus? reuera hoc esse non potest. Reuera nequaquam. secundum eundem super Exod. xxiiii. & est in Glos. Quis nostrum tanto labore & studio diuinas quærit literas: quanto quæsiuit humanas. Aliqui vt recitari audierint quæ leguntur statim discedunt. nulla de his quę dicta sunt adinuicem quęstio: nulla collatio: non interrogant patres suos vt dicant sibi: nec presbyteros vt annuncient. Alii nec patienter expectant vsquequo lectiones in ecclesia recitentur. Alii nec si recitentur: sciunt: sed in remotioribus ecclesiæ locis secularibus curis occupantur: quibus non iam velamen super cor, sed paries & murus positus est. Si enim qui adest & intendit & quæ audit retractat & discutit: vix potest ad libertatem scientię peruenire: qui abscondit aures suas ne audiat, & terga in faciem legentis obuertit, quomodo dicendus est velamen habere suppositum, ad quem ne ipsum quidem velamen literæ quo sensus velatur, qui est sensus vocis, accessit? Nec solum hoc damnum: sed etiam cum hoc simul diuinam offensam incurrit. secundum illud quod dicit Chrysostomus post verba eius supradicta. Quomodo (inquit) non putamus offendi quem eo de tantis rebus loquente contemptis quę dicuntur ad alia omnino conuertimur? Idem lib. ii. Hoc est quod omnes quasi vna peste corrumpit: quoniam lectionem scripturarum vtique diuinarum ad solos putatis monachos pertinere: cum multo magis illis sit necessaria, qui cum versantur in medio, & vulnus quotidie super vulnus accipiunt, ipsius dei potius indigent medicamine. Itaque multo est grauius atque deterius superfluam esse legem dei putare, quam illam omnino nescire. Hæc enim verba sunt quæ de diabolica prorsus meditatione promuntur. Propterea enim ille suadet nihil omnino esse commodi diuinas audire scripturas: nequando etiam ex auditu, sequi videat actionem.

¶Ad primum in oppositū:ꝙ ignorans ignorabitur:dicendum secundum Glos.ꝙ hoc non dicit Apostolus de iis quæ pertinent ad paucorum intelligētiam:vt sunt obscura mysteria & occulta huius scientiæ:sed de iis quæ fidem & mores ædificant, quæ sunt saluti necessaria Priora sciri non possunt sine auditu lectionis huius sciētię:ista vero sciri possunt a quolibet ex simplici auditu ꝑdicationis. ¶Ad secundum ꝙ sacra doctrina ad omnium vsum est concessa: Dicendum ꝙ verum est:& oēs debēt ea vti ad suam eruditionē,vel ex auditu lectionis, vel prędicationis vt dictum est. ¶Ad tertium qđ est in oppositum, ꝙ sine auditu huius scientię potest homo finem suum adipisci:Dicendum ꝙ verum est de hoīe populari : vt dictum est.de hoīe aūt disponente se ad gubernationem aliorum:vel alias disposito ad profectum magnum sibi & aliis ex auditu hu9 scientiæ,non est ita,vt dictum est. Y Ad primum principale. Z Ad secundū & Ad arg.i op.

Irca.vii.arguitur ꝙ quilibet hō indifferēter ad auditum huius scientiæ admitti debet.Primo sic. Misericordia ad omnes indifferenter extendenda est tam bonos q̄ malos.Matth.v.dicitur. Diligite inimicos vestros:benefacite his qui oderunt vos:vt sitis f.p.v.qui in cælis est: qui solē suum facit oriri super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos.sed proponere in auditum aliorum sacram scripturam est opus misericordiæ:quia non in solo pane viuit homo:sed in omni verbo qđ procedit de ore dei.Deut.viii.ergo sacra scriptura in auditum oīm est proponēda:& ita ad eius auditum omnes indifferenter debent admitti. ¶Secundo sic.Matth.xiii.Simile est reg.cæ.sagenę missę in mari:& ex omni genere pisciū congregāti.Glos.Euangelica prędicatio,quę omnes ad veniam vocat,omnis generis homines.hoc autem non faceret nisi omnes ad suam audientiam admitteret.ergo &c. ¶Contra est illud Matt.vii.Nolite sanctum dare canibus:neq; marg. mittere ante porcos.Gloss. Verbum prædicationis sicut periculosum est abscondere:ita periculosum est canibus dare.per quos quoddā genus hominum intelligitur.nō ergo omnes sunt ad eius auditum admittendi. A Quest.vii. Argu.i. a In oppositū.

¶Dicēdū ad hoc: ꝙ cū sacra scriptura tradita sit non pro salute vnius generis hominū tm̄:sed pro salute totius orbis: vt dicit Gloss.super illud Matth.v. Vos estis sal terræ:ab initio omnibus est proponenda,& bonis & malis:& in hoc nulla debet esse distinctio:vt nemo manēs in infidelitate,aut errore ꝑ defectu eius se possit excusare.q̄a Ioā.xv.dr. Si non venissem,& locutus eis non fuissem peccatum non haberent . Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Ro.x.dicitur.Quomō credent ei quē non audierunt:quasi dicat nullo modo.Et tamen vt dicitur ibidem,non omnes obediunt euangelio : licet omnes audierunt.secundum ꝙ continuo sequitur. Nunquid non audierunt:& quidem In omnem terram exi.so.eorum:& in fi.or.ter.ver.eorum.secundum ꝙ præceperat eis Christus.Matth.xxiiii. Et quidem prædicabitur hoc euāgelium in vniuerso mundo:in testimonium omnibus gentibus.Ab initio ergo anteq̄ constat de obstinatione & rebellione alicuius contra veritatem euangelii, nemo excludendus est ab auditu huius scientiæ: neq; in lectione neq; in prædicatione.Sed quia post auditum non omnes obediunt euangelio : sed aliqui inimici eius fiunt,& rebelles,& impugnatores eius post eius auditum:quos dominus signauit nomine canum & porcorum:secundum ꝙ dicit Gloss.Matth.vii.Canes sunt qui oblatrant: & qđ integrū est dilacerāt:porci vero vilipendunt & conculcant: Quicunq; tales inuenti fuerint ad auditum huius scientiæ non sunt admittendi:sed præcludendi:& est eis sacrę scripturæ litera penitus occultanda & subtrahenda:& solis beniuolis proponenda:quousq; & ipsi rebelles beniuoli fiant:& digni q ad eius auditū admittant.secundū ꝙ dicit Matt.xv.Nō est bonū sumere panē filiorū & dare canib9.Glos.Canina rabie latrātib9. Vñ & Christ9 oib9 clarā doctrinā prio ꝑposuit: sed postq̄ multi ex scribis & Pharissęis & turbis rebelles erant doctrinā ei9 impugnātes,statim incepit eis doctrinā suā abscondere,& in parabolis loq.Et licet consequenter talibus ea quę sunt sacrę scripturæ debent abscondi:tm̄ maxime debent eis abscondi illa preciosa in q̄bus latent profunda mysteria:clara autem & viliora quandoq; eis ꝑponi possunt.secūdū ꝙ dicit Glos.Matth.vii. Talibus mystica non sunt aperienda:sed velo tegenda sunt sancta sanctorum:apertiora vero & quasi viliora dici possunt.Sed si desinunt esse canes latrantes:& fiunt catuli obedientes:dandum est eis:secundum ꝙ respondit mulier Chananęa Christo in ꝑsona gētium dicens.Etiam domine.Gloss. Verum est.s. ꝙ non est bonum dare canibus: catellis tamen licitum est. & ideo consequenter adiūgit: Nam & catelli edunt de micis quæ cadūt de mensa dominorum suorum.vbi dicit Gloss.Sub persona mulieris mira fides ecclesiæ:& patientia,& humilitas prædicatur.Fides:qua credit:patientia qua perstat:humilitas:qua se nō canibus sed catulis cōparat. Mensa est sacra scriptura:dominorū, B Responsio. C

Iudeorum:quibus scriptura primo loco apposita est:catuli,gentiles homines paruuli:quia scriptu ræ subditi,de qua edunt.Et ideo Apli Iudeos obstinatos relinquentes sacrã scripturã transtulerũt ad gentes:secundum q legitur Actu.xiii.Vniuersa ciuitas cõuenit audire verbum dei. Videntes autem turbas Iudei repleti sunt zelo:& contradicebant his quę a Paulo dicebantur blasphemãtes. Tũc constanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primũ loqui verbum dei:sed quã do repulistis istud,& indignos vos iudicastis æternæ vitæ:ecce conuertimur ad gentes. sic em̃ no

D bis pręcepit dominus.Et impletum est illud.Matt.xiii.Qui habet dabitur ei.Glos.Qui habet ver bi amorem,dabitur ei sensus intelligendi,& abundabit intelligẽtia.Qui autẽ non habet. Glos.amo rẽ verbi.Et qđ habet. Glos.vel naturali igenio,vel studio literarũ.Auferet ab eo.Multo ergo magis & exterior scriptura.quia vt dicit alia Gloss.nulla pars sapientiæ dulcedine gaudebit.Est autẽ ta libus sacra scriptura oino auferenda:quia vt dicit Chryso. si eam discant geminũ est inde damnũ: cũ certe & ipsi nihil fructificent inde:imo magis magisq̧ lędantur:& ecclię negocia atq̧ pericula mille cõmoueant:secundũ q infra exponemus in quęstione:an omnibus indifferenter debeat ista scriptura exponi. Vnde & tempore Antichristi:qñ fere oẽs obstinati erũt & rebelles lumini ac ve ritati sacrę scripturę,auditus huius scientiæ & publica lectione & prędicatione omnino subtrahe tur.secundum q dicitur Amos.viii.Ecce dies veniunt dicit dominus:& mittam famẽ in terrã:nõ famẽ panis,neq̧ sitim aquę:sed audiendi verbum dei.Glos.Mittet dominus in eis qui terrena sapi unt,famẽ audiendi verbum dei:quando propter peccata deficit doctrina in ecclesiis.

E

Ad primũ principale. ¶Ad illud qđ arguitur primo in oppositum:q opus misericordiæ debet exerceri indifferenter ad omes:Dicendum q duplex est misericordia: quędã corporalis quã facimus de no stro:quædam spiritualis quã dispensamus de eis quę sunt dei.secundũ q distinguit Chryso.super illud Matth.vii. Nolite sanctum dare canibus.In primo misericordia facienda est ad omnes pro tẽ pore & loco.In secundo aũt nequaq̃ nisi ad dignos. scđm q etiã deus ad cuius exemplũ Christus nos voluit esse misericordes, materialia beneficia præstat bonis & malis:dignis & indignis:nõ au tem spiritualia nisi dignis & bonis solũ.Nõ em̃ vt ait Chryso.dicit scriptura: qui spiritũ sanctũ iu bet descendere super gratos & ingratos:sicut Qui pluit super iustos & iniustos:& facit oriri solẽ suum super bonos & malos.Propter quod in vestris estote simplices & benigni:in eis autem q̃ dei

F sunt prudentes & cauti.¶Ad secundum de sagena:Dicendum q sicut sagena materialis congre

Ad secũdũ. gat de omni genere piscium: capiens secundũ Gloss.quicquid incidit bonos & malos:quos trahit ad littus:sic ab initio auditus huius scientię & prædicatione & lectione oĩbus est concedẽdus & nulli denegandus:siue sint boni siue mali:dum tamen stent absconditi sine rebellione & contradi ctione sacrę scripturæ.quibus tamen postq̃ facti sunt rebelles ei & obstinati contra veritatem:bene est auditus eius omnino denegandus.In apertis enim bene iudicat ecclesia & separat i pñti bonos a malis:& a cõmunicatione sacramentorũ oim & beneficiorum ecclesię,licet non in occultis.

G

Quæst. viii. Arg.i.

Irca.viii.arguitur q quilibet fidelis ad auditum omnium quę sunt huius scien tiæ:indifferenter est admittendus.Primo sic.Matthæ.v.dicitur.Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio:sed super candelabrum, vt luceat oĩbus qui in domo sunt.Glos.in ecclesia vel in mundo.Lucerna secundũ Glos.sacra est do ctrina:quę in quolibet dicto suo lucerna est.iuxta illud Psal. Lucerna pedib[9] m. ver.tuũ.Nõ autem posset omnibus lucere quæ in domo sunt.i.in fide ecclesiæ:

a nisi omnes indifferenter ad auditum eius admitterent.ergo &c. ¶Secundo sic. quilibet tenetur scire quæ debet obseruare:sed quæcunq̧ dicta sacrę scripturę:tam in credendis q̃ in agendis quilibet fidelis debet obseruare:secundum illud Matth.v.Qui soluerit vnum de man datis istis minimis:minimus vocabitur in regno cælorum.Glos.vel non agendo vel non credendo ergo quilibet tenetur illa scire:sed nõ posset ea scire,nisi audiendo.Ro.viii.Quomõ credent si non

In oppositũ. audiant?ergo &c. ¶In oppositum videtur esse illud.i.Corinth.ii.Non iudicaui me scire aliquid in ter vos:nisi Iesum Christũ:& hunc crucifixum.sapientiam aũt loquimur inter perfectos. & sequi tur ca.iii.Ego autem fratres nõ potui vobis loqui quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus.hoc aũt vt videtur non fecit nisi quia sciuit aliqua quę decet docere illos & non istos. ergo &c.

H

Responsio. ¶Dicendum ad hoc.q quæstio ista eadẽ est cum illa quã mouet Aug.super Ioan. parte.ii.ser.xx.exponendo illud Ioan.xvii.Adhuc multa habeo vobis dicere q̃ non potestis portare modo.Est autem quęstio illa: Vtrum spirituales homines habeant aliquid in doctrina qđ carnalib[9] taceant:& spiritualibus dicãt: & persuadet ad partẽ negatiuã:quia vt dicit:si diceremus eos aliqua talia habere:cauendum & timẽdum est ne sub hac occasione in occultis nefaria doceant spũalium

nomine: velut ea quae carnales capere nō possunt. Persuadet aūt in oppositum ex dicto Apostoli .i. Corinth. ii. iuxta argumentum vltimum iam inductum. cui persuasioni etiam aperte videtur cōsentire August. iiii. de doct. christia. dicens sic. Sunt quędam quę vi sua non intelliguntur: aut vix quātolibet, & quātūlibet, q̄uis planissime dicentis versentur eloquio: quae in populi audiētiam vel raro si aliquid vrget: vel nunq̄ omnino mittenda sunt. Ne ergo in quęstione hac dictorū Augustini aliqua controuersia permaneat: distinguendum est: ꝙ ea quę sunt sacrae scripturae in audientiā fidelium dupliciter possunt proponi. Vno modo in simplici dicto secundum seriē scripturę: vt audiens solummodo ex ipso simplici dicto instruatur quid credere debeat. Alio vero modo possunt proponi in expositione profunda: vt audiens intellectum credendorum percipiat. Primo modo proponendi nihil est in sacra scriptura qđ spiritualibus debet dici, & carnalibus abscondi. Nihil eñ est in tota scriptura quo instrui non possit paruulus: saltem quo ad superficiē literae: quia vt dicit beatus Gregor. in prolog. Moral. Diuinus sermo sicut mysteriis prudentes exercet: sic plerunqꝫ simplices superficie refouet: habet in publico vnde paruulos nutriat: seruat in secreto vnde mētes subtilium in admiratione suspendat. quasi quidam quippe fluuius (vt ita dixerim) planus & altus: in quo & agnus ambulat: & elephas natat. Quae sic loquitur (vt ait Augu. v. super Gen.) vt altitudine superbos irrideat: profunditate attentos terreat: veritate magnos pascat: affabilitate paruulos nutriat. Hoc ergo modo proponēdi nihil est in sacra scriptura: ad cuius audientiam tam in pdicatione q̄ in lectione omnes fideles indifferenter non sunt admittendi. Loquēdo autem de secundo modo proponendi, bene sunt aliqua quae profunda expositione spūalibus dici possunt: & carnalibus abscondi. De quibus loquitur Aug. in dicto libro. iiii. de doct. christia. secundum ꝙ de hoc erit sermo inferius: vbi dubitabitur quibus exponenda sit sacra scriptura. I

¶ Per haec patent obiecta. ꝙ enim arguitur primo: Nemo accendit lucernam &c. Dicendum ꝙ lucerna sacrę scripturae omnibus debet lucere fidelibus & nulli abscondi: quo ad eius simplicem sermonem: etiā quo ad eius simplicē expositionem: vt infra dicetur. Quo tamen ad subtilem & pfundam expositionē quā simplices capere nō possunt, bene potest, & debet eis in pluribus locis abditis abscondi: vt infra dicetur. & ita nec debēt ad hmōi dictorū sacrae scripturae audientiā admitti. ¶ Ad secundum ꝙ quilibet fidelis quęlibet dicta sacrae scripturae tam in agendis q̄ in credendis debet obseruare: ergo omnia audire: Dicendum ꝙ verum est, quo ad agenda & credēda in generali, quantum ei sufficiat vt nulli pręcepto diuinae legis contrariū agat aut discordet. Qꝫ tñ singula eius dicta expresse, & in particulari discernat & intelligat siue in agendis siue in credendis: hoc non oportet. Et ideo non oportet vt ad audientiam multorum dictorum sacrae scripturae quo ad pfundas eorꝫ expositiones admittatur: nihil tamen est in ea, cuius simplex dictum cuiq̄, tā sit simplex fidelis, occultari oportet. Nihil eñ continet pertinēs ad agēda vel credenda: in quibus ex superficie literę quātū sibi sufficit instrui quātūcunqꝫ simplex sit non possit.

K Ad pri. prin.

L Ad secundū

¶ Ad argumentum in oppositum ex dicto apostoli: ꝙ nō potuit loqui carnalibus sicut spiritualibus: Dicendum ꝙ hoc verum est: non quia aliqua locutus sit spiritualibus quae non erant dicenda carnalibus: sed quia eandem doctrinam ab ipso vtrisqꝫ simul propositā quilibet eorꝫ intellexit secundum modū suū: & id quod carnalis apprehēdit literaliter & carnaliter: spiritualis apprehendit spiritualiter. Quoniam sicut dicit Augu. Caro Christi, mors, & vulnera nō eodem modo a carnalibus: quo a spiritualibus cogitātur: & illis lac est: istis vero cibus. Qđ etsi isti nō audiunt amplius, amplius tñ intelligunt: & sic nō ęqualiter mente ab eis percipitur: etiā qđ fide pariter ab vtrisqꝫ recipitur. Inde enim est ꝙ pręedicatus est Christus crucifixus ab apostolis, Iudęis quidem scandalum, gentibus autem stultitia: ipsis autem vocatis Iudaeis & graecis dei virtus & dei sapientia: vt dicitur .i. Corinth. i. Sed carnalibus paruulis id tñ credendo tenentibus, spiritualibus capacioribus id etiam intelligendo cernentibus. Illis ergo erat tanq̄ lacteus potus: istis tanq̄ solidus cibus: non quia isti hoc aliter in populis: illi aliter in cubilibus cognouerūt: sed qđ eodem modo vtrisqꝫ cum palam diceretur audiebant, pro suo modo quiqꝫ capiebant. Hoc igitur cognito secundum ꝙ concludit August. nulla videtur esse necessitas: vt aliqua secreta doctrinae doceantur, & abscondantur fidelibus & paruulis, seorsum dicenda maioribus. Et ideo fatendum qđ dixit Apostolus. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus. quia hoc ipsum: ꝙ non iudicauit se scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum: ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus: quia id sicut spirituales capere non valebant. Quicunqꝫ autē inter eos spirituales erāt, id qđ illi tanq̄ carnales audiebant, spirituali intelligentia capiebant. Vt sic intelligatur dictum quod ait Apost. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus. quasi dicat: non potuistis quasi spirituales reci-

M Ad arg. ī op.

pere: sed quasi carnales. Ex quo fit vt dicit Aug. vt spũales ista carnalib⁹ nõ omnino taceãt ꝑpter catholicã fidē, q̃ oibus ꝑdicanda est. Nõ tñ sic desudant: vt volẽtes eos ꝑducere ad intelligẽtiã nõ capiant. facilius eñ fastidiri facerent in veritate sermonem, q̃ in sermone percipi veritatem.

Artic. XIII. De modo addiscendi Theologiam.

Artic. XIII.

Equitur quomodo auditor discere possit hanc scientiam. Vbi circa modũ discendi hanc scientiam quęruntur. ix.
Primum: vtrum hæc scientia possit disci ab homine.
Secũdũ: vtrũ possit disci ab hoĩe sine speciali illustratione diuina.
Tertium: vtrum possit disci ab homine sine lumine fidei.
Quartum: vtrum ad eam discendam sufficiat lumen fidei.
Quintum: vtrũ requiratur lumẽ gratiæ gratum facientis.
Sextũ: vtrũ discẽs acquirat aliquã notitiã eius super notitiam fidei.
Septimũ: vtrũ cum illa vlteriori notitia stet notitia fidei.
Octauũ: vtrũ homo ꝑ se sine doctore possit hanc scientiam discere.
Nonũ: vtrũ scriptores huius sciẽtiæ habebant perfectum intellectum eius.

O Quęst. i. Argu. i.

Irca primũ arguitur ꝙ hęc scientia non possit disci ab hoĩe. Primo sic: addiscẽs debet habere aliquid notitię ei⁹ qđ debet addiscere: vt patet ex prædeterminatis. sed homo de se ante addiscere nihil habet huius sciẽtiæ: qm̃ est omnino supernaturalis: vt infra videbitur. ergo &c. ℭ Secundo sic: si id qđ magis natũ est sciri ab hoĩe non potest sciri ab ipso per aliquam operationẽ eius: sed solo munere diuino: neq̃ id qđ minus natũ est sciri ab ipso. sed in oĩ sciẽtia principia magis nata sunt sciri ab homine & a quocũq̃ sciente naturaliter: q̃ ea q̃ sunt post principia: qa ea q̃ sunt post principia nata sunt cognosci ꝑ principia. sed principia pria huius scientię. s. prima credibilia, non possunt sciri ab homine aliqua eius operatione: sed solo diuino munere: nõ ergo potest homo ea addiscere. Nõ aũt addisceret hanc sciẽtiã nisi illa discendo. ergo &c. ℭ Contra est illud qđ dicitur Deut. v. Audi Israel cerimonias atq̃ iudicia quę ego loquor in auribus tuis hodie: discite ea, & ope cõplere. discere aũt illa est discere hãc scientiam. ergo &c. ℭ Item Dauid in Psal. dicit. Didici iudicia iustitiæ tuæ.

In oppo. pri.

P Responsio.

ℭ Dicendum ad hoc ꝙ discere nihil aliud est: q̃ ex iam cognito studio & inuestigatione vel per se: vel ex alterius admonitione ad vlteriora cognoscenda procedere: secũdum ꝙ habitum est ex supra determinatis. Prima aũt cognita in hac scientia fidei sunt articuli primi, qui statim cũ proponunt habẽti lumẽ fidei, ipso lumine cognoscunt esse vera: vt ratio assentiat eorũ veritati. sicut cũ ꝓponuntur prima principia scientiarum speculatiuarũ statim cognoscunt esse vera in lumine naturalis rationis. Si ergo possibile sit hoĩem discere hanc scientiam: cuius prima principia sunt credendorũ articuli: discere eam est ex illis primo cognitis in lumine fidei: vel ex auditu: vel ex diuina inspiratione, posteriorum cognitionem studio: vel per se: vel alterius instructione inuestigare. Et tunc iuxta opinionẽ illorum qui dicebant ꝙ non esset studendũ inuestigationi sacræ scripturę: sed eius intellectus diuino munere esset expectandus: Dicendũ esset: ꝙ homo nõ posset aut non deberet studio suo addiscere istã sciẽtiã: sed solo diuino munere eius notitiã expectare. Sed horum opinio sufficienter improbata est supra in q̃stione tertia: de studio hoĩs ad sciẽdũ. Vnde secũdũ modũ quo ibi cõcessum est ꝙ studẽdũ est homini ad inuestigãdũ scibilia sup sciẽtias phũcas: quæ principaliter ptinẽt ad istã sciẽtiã: secundũ eundẽ modũ dicendũ est hic ꝙ possibile est hoĩem addiscere hanc sciẽtiã ad illorum notitiã quę sunt sup phĩam nostro studio inuestigandã: & hoc ideo: quia appetitus quo homo studio horum & inuestigationi intẽdit, nõ est ponẽdus esse frustra: frustra aũt esset nisi homo per ipsum scientiã istam addiscere posset.

Q Ad primũ principale.

ℭ Ad primum in oppositum ꝙ homo de se nihil habet huius scientiæ: Dicendum ꝙ verũ est ex naturali cognitione. Sed ex lumine fidei, assentit primis articulis fidei: anteq̃ aliqđ poterit huius scientiæ addiscere: vt statim videbitur: & illis sic cognitis potest vlteriora inuestigare: vel ipsorum intellectui studere: & sic ea quæ sunt huius scientiæ addiscere: vt dictum est supra.

R Ad secundũ

ℭ Ad secundum ꝙ homo prima credibilia non potest scire opere suo: Dicendũ ꝙ verum est in puris naturalibus constitutus: adiutus tamen dono gratię fidei opere intellectus ipsis assentit. Et cõsimiliter bene verum est ꝙ ex puris naturalibus opere rationis non posset istam scientiam addiscere: adiutus tamen lumine fidei manuduci potest ad vlteriora credibilia inuestiganda: vel ad iã credita intelligenda: vt infra dicetur.

Irca secundũ arguitur ꝙ hęc sciẽtia pōt addisci ab hoīe sine speciali illustratione diuina. Primo sic. super illud.i.Corinth.xiii. Si nouero omnia mysteria. dicit Glos. Occulta noui & veteris testamenti: q̃ mali sciunt. & hoc nō nisi addiscendo. hæc sunt illa quæ sunt huius scientię. sed mali non percipiunt diuinam illustrationem specialem: immo secundum August. tenebris peccatorum eam excludunt. ergo &c. ¶Secũdo sic: qđ summũ est in cognitione huius scientiæ, est pertinens ad diuinarum personarum distinctionem: & substantię vnitatem. sed hoc Philosophi potuerunt discere sine luminis specialis infusione: naturalis rationis persuasione: secundũ ꝙ dicit August. vii. cōfes. Ibi(.s. in libris Platonis) legi oīno multis & multiplicibus suaderi rationibꝰ ꝙ in principio erat verbũ: & verbũ erat apud deum &c. hmōi. ergo &c. ¶Ad oppositum est Augu. xi. de ci. dei. Scriptura quę canonica appellatur: de his rebus est: quas ignorare non expedit: nec ꝑ nos ipsos nosse idonei sumus. sed ad talia discenda a nobis requiritur in nobis lumẽ supernaturale. ergo &c. ¶Item ibidem in fi. eiusdem ca. Hæc scientia est de his quæ a nostris sensibus interioribus remota sunt. talia autem sine specialis luminis illustratione discere non possumus. ergo &c.

Quaest. iii. Arg. i.

2

In oppositum

2

¶Dicendum ad hoc secundum superius determinata: ꝙ homo naturaliter ordinatus est: vt quædam possit scire ad quæ solo adiutorio luminis naturalis & illustrationis generalis potest attingere: & aliqua quæ omnem eius facultatem naturalem excedunt: & hoc tum propter eius debilitatem, ꝙ in tam excellenti cognoscibili figi non potest: tum propter eius obtusitatem: qua illustratione generali & vi luminis naturalis illa inspicere non sufficit. Quare si talia debet scire: necessario requiritur aliquid supernaturale, & speciale ei infusum, quo in virtute fortificetur & eleuetur & in visu acuatur. hoc autem est qđ appellamus speciale lumen speciali illustratione infusum: quod est quasi sanitas spiritualium oculorum mentis, quod sufficit intellectui scibilia supernaturalia illustrare vt ipsa scire possit. Cum ergo de talibus quæ sunt secundi generis sit ista scientia vt infra videbitur, ab homine disci non potest omnino sine speciali illustratione diuina: secundum ꝙ de hoc habitum est supra sufficiẽter art. iii. q. v. & art. v. q. iii. & de hoc dicit Aug. in epistola ad Consentiũ. Cum cœpero te in tanti huius secreti intelligentiam introducere: nisi deus intus adiuuerit omnino non potero. & ibidem. Tu autem charissime ora fortiter, & fideliter: vt det tibi dominus intellectum: ac sic ea quę forinsecus adhibet diligentia præceptoris siue doctoris, possint esse fructuosa: quoniã neq; qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementũ dat deꝰ. ¶Est igitur sciendum ꝙ humana ratio aliter mouetur in acquisitione scientiæ de rebus naturalibus q̃ sibi subsunt. Aliter vero in acqsitiōe rerum supernaturalium quæ eam excedũt. Qm̃ in acquisitione scientiæ rerum naturalium motu proprio ꝓcedit ex naturaliter sibi cognitis ad incognita via naturalis inuestigationis cognoscenda. In acquisitione vero scientiæ rerum supernaturalium sequitur motũ naturę intellectualis sũperioris supernaturaliter cognoscenda ei omnino reuelantis: ad modũ quo corpora elementaria mouentur duplici motu: vno sibi naturali: altero quo sequuntur motũ corporũ superiorũ: & silr̃ se habent in motu suo sphærę inferiores respectu primi mobilis.

T Responsio

V

X

¶Ad primum in oppositum: ꝙ mali possunt scire mysteria huius scientię: Dicendũ ꝙ verũ est: sed hoc non sine alicuius specialis luminis illustratiōe. Nō dico gratiæ gratum facientis qua mali carent: sed gratis datę, quæ plerũq; datur malis in vsum fidelium. ¶Ad secũdum ꝙ phi cognouerunt naturali ratione personarum distinctionem & substantiæ vnitatem: Dicendũ ꝙ non est verũ. Qꝫ em̃ inuenit Aug. illud, In principio erat verbum &c. in libris Platonis: hoc nō posuit Plato in suis libris tanq̃ a se inuentum: sed tanq̃ a doctrina aliorum acceptum. s. prophetarum: quoniam vt dicit Augu. ii. de doct. christia. probabile est Platonẽ tempore Hieremię ꝓphetæ ꝓfectũ fuisse in Aegyptũ: & ꝙ ibi per Hieremiã ꝓphetã nr̃is literis fuerit imbutus: & ideo ex hoc potuit scribere ea q̃ fide laudant. ¶Sed contra hoc arguet aliquis, ex eo qđ dicit Aug. super Ioan. ser. ii. Hi(inquit) de quibus dicit Apostolus, Qui cum cognouissent deum: vident hoc qđ dixit Ioan. quia per verbum dei facta sunt omnia: & quia vnigenitum filium habuit deus. Et dicendũ ꝙ viderũt deum & diuinam mẽtem: quã νοῦν vocabant, aut filium: non vt distinctam personam secundum ꝙ fidelis tenet: sed vt artem & conceptum quendam essentialem diuinæ mentis, pertinentem ad essentiam: licet filio approprietur. vnde appropriata viderunt: licet nō propria: & licet circa illa ex naturalibus multipliciter persuaserunt veritatem: non tamen attingebant vnq̃ ad illa vt sunt propria huic scientiæ: quia talia excęcãt magis q̃ illuminãt: iuxta illud quod dicit Gloss. Exo. in fine. Scriptura sancta sanctis, & suam ignorantiã fatentibus lumen est, iniquis vero & scientiam iactantibus nubes est.

Y Ad primum principale.

Z Ad secundum

A Quest.iii. Argu.i.

Irca.iii.arguitur q ista sciētia addisci possit ab hoīe sine lumine fidei. Primo sic nō minor reqrit̄ illuminatio in cognitiōe ꝓphetica p reuelationē,q̄ in cognitione huius sciētię p doctrinā. vnde & primi doctores istā scientiā quasi ꝓphetica reuelatione susceperūt: sed ad cognitionē habitam ꝓphetica reuelatione nō re quirit̄ lumē fidei. ergo nec ad notitiā huius sciētię p doctrinā. ¶ Secūdo sic: qui p se sufficiens est ad cognoscēdū terminos & principia ex terminis cōposita (qa principia cognoscimus inquantū terminos cognoscimus, secūdū Phm̄) & q potest cognoscere principia: & illa potest cognoscere quę sequunt̄ ex ipsis. sed homo sine lumie fidei potest cognoscere oēs terminos huius scientię: quid deus: qd mūdus: qd creare: qd pati: qd homo: quid virgo: quid mater. Hoc eīn vt dictū est supra, oportet intelligere anteq̄ credere. ergo sine lumine fidei potest cognoscere principia hui⁹ sciētię cōplexa ex his: vt q deus creauit mūdū: q deus homo passus est: q virgo mater est, quare & sine lumine fidei potest scire oīa q̄ consequunt̄ ex his. hęc sunt omnia huius sciētię, ergo &c. ¶ Tertio sic: infideles & hęretici fingēdo se fideles: audiendo a magistris catholicis hāc scientiā p studiū & exercitiū possent fieri magistri in ea, & alios docere: sicut fecit Arrius: sed hoc nō posset fieri nisi discendo hanc scientiā sine lumine fidei. ergo &c. ¶ Oppositū arguit̄ sic. sup illud. i. Corint. ii. Sapientiam loqmur inter pfectos: dicit Glos. Quę nō est humana rōne cōphēsibilis: sed spūs efficacia credibilis. sed talis non potest disci sine fide. ergo. &c.

In oppositū.

B Responsio.

¶ Dicendū ad hoc. q cū ista scientia sit de eis quę facultatē naturalis rationis excedūt ꝓpter intellectus nostri debilitatem: & eorum elongationem: vt dictum est: oportet vt eius notitiā capiat ab eo q eā nouit. Nūc aūt ita est: q oīs discens qui ꝓpter debilitatem intellectus sui & elongationem intelligibilis ab eo: non potest statim p euidētiā videre rerum veritates: necesse habet primo credere illi qui eas nouit: a quo debet earum notitiam accipere. Quare discētem in hac sciētia prio oportet veritates eius credere, & fide tenere ab eo a quo expectat eas euidēter scire: cū nutritus p fidē, ad hoc vt euidēter eas sciat factus sit idoneus. Ille aūt solus deus est: de ipso eīn principaliter est ista scientia: & credenda oīa: & ipse solus seipsum pfecte nouit. Fidem ergo exhibendo deo: vt teste veritatis eorum quę dicunt̄ in hac scientia: oportet addiscere hanc scientiam: vt per fidē primā ꝑparemur ad eius intelligētiā: cui vt dicit Aug. xi. de ci. d. fidē adhibem⁹ de his rebus q̄s ignorare nō expedit: nec per nosipsos scire idonei sumus. hoc tn̄ mediātib⁹ testibus aliis quib⁹ ille reuelauit: secundum q dicit ibidem. Nam si ea sciri possunt testibus nobis quæ remota non sunt a sensibus nostris siue interioribus siue exterioribus: vnde & ꝑsentia nūcupātur: profecto ea quę remota sunt a sensibus nostris: quoniam nostro testimonio scire non possumus: de his alios testes requirimus: eisq̄ credimus qui viderunt: qui hæc in illo incorporeo lumine didicerunt: & hęc tanq̄ verba nobis proponentibus: non autē tanq̄ verborum intellectū prębentibus. hoc enim solius dei est: secundum q dicit Augu. i. ser. super Ioan. exponendo illud. In principio erat verbum. & vocando scriptores huius scientię montes: dicit. Nisi montes ista dicerent: vnde oīno cogitaretis non inueniretis. ergo ex montibus venit nobis auxilium: vt hoc vel audiretis. Sed nōdū potestis intelligere qd̄ audistis. Inuocate auxiliū a domino qui fecit cę. & ter. quia montes sic poterunt loqui: vt nō possent ipsi illuminare: qa & ipsi illuminati sunt audiēdo. Inde qui dixit, hoc accepit: Ioānes ille qui discubuit supra pectus dñi: & de pectore dñi bibit qd̄ nobis ꝓpinaret: sed propinauit verba: intellectū vero inde debes capere vn̄ & ipse bibit q tibi ꝓpinauit: vt leues oculos ad mōtes: vnde veniat tibi auxiliū: vt inde tanq̄ calicē. i. verbum propinatum acciperes: & tn̄ qa auxiliū tuū a dño qui fe. cę. & ter. inde ipleres pectus vnde ille impleuit. Solus enim ille qui fidē dedit: pōt ꝑstare intellectū: sed hoc secūdū cōmunē cursum: non nisi fide ꝑcedente: per quā homo ad intellectum fit idoneus vt videat ex euidētia rei vel ratiōis qd̄ prius sola fide tenebat. Hic dicit Aug. li. de ordi. ii. Nullus hominū nisi ex imperito peritus fit. Nullus aūt imperitus nouit qualē se debeat ꝑbere docentibus & quali vita esse docilis possit. Euenit vt oībus bona magna & occulta discere cupientibus non aperiat nisi auctoritas ianuā: quā quisq̄ ingressus sine dubitatione vitæ optimę ꝑcepta sectatur: p quę cū docilis fuerit tū demum discet: & quāta rōne ꝑdita sunt ea ipsa q̄ secutus est ante rationē: & qd sit ipsa ratio quā post auctoritatis cunabula firmus & idoneus iam seq̄t atq̄ comprehendit. ¶ Est igit̄ hic aduertēdū: q fides qua ex auctoritate hui⁹ sciētię credim⁹, nō est fides rōnib⁹ apparētib⁹ ꝑsuasa: sed diuina virtute infusa. Cū. n. nulla rō ex reb⁹ īferiorib⁹ sumpta ad hoc est efficax: nec mens humana sufficeret capere rationē sufficientem ad hoc acceptam a superioribus: oportet igitur q sit fides a deo infusa quę rationi suadeat dicta sacrę scripturę esse diuina oracula: & ideo eis assentiendum: quæ etiam voluntatem inclinat vt captiuet intellectum, & assentire faciat eis

C

D

quæ non videt: sed quasi ex auditu & testimonio auctoritatis superioris ea vera esse teneat. Unde Aug. super illud Ioã. Et nos credimus & cognouimus. dicit in ser. xvii. Non agnouimus & credimus: sed credimus & cognouimus. credimus enim vt cognoscamus: nã si prius cognoscere: deinde credere vellemus: nec cognoscere nec credere valeremus. & ser. xxix. Si non intellexisti, crede. Intellectus enim merces est fidei. ergo noli q̃rere itelligere vt credas, sed crede vt intelligas. nisi enim credideritis non intelligetis. ¶Est etiam aduertendum ꝙ fides quæ via est ad intellectum, non est fides qua solũmodo creditur deo vt testi vero: sed qua credens in ipsum fidit vt in fidei auctore, & remuneratore. Vñ Aug. in ser. xxviii. exponens illud: hoc est opus dei: vt credatis in eum quã ille misit: ad exponẽdum illud aliud: Si quis voluerit volũtatem eius facere cognoscet de doctrina eius dicit. Quis nesciat esse voluntatem dei operari opus eius? hoc aũt opus dei est vt credatis in eum: non vt credatis ei. Sed & si credatis in eum, creditis ei. Non autem continuo qui credit ei credit in eum. Nam dęmones credebãt ei & non credebant in eum. Rursus credendum est Paulo: sed non credẽdum in Paulum. Credẽti enim in deum reputatur fides ad iustitiam. Et ꝙ sic fidem p̃ire intelligentiam in cognitione eorum: quę naturalem rationem excedunt: non sit quasi ex sola legis institutione: sed magis ex rationis naturalis necessitate: ostendit Aug. in epistola ad Consentiũ dicens. Vt in q̃busdã rebus ad doctrinã salutarẽ pertinentibus: quas ratione percipere non valemus, sed aliq̃n valebimus, fides qua cor mũdat̃ pręcedat rõnẽ: vt rationis capiat & ꝓferat lucem: hoc vtiq; ratiõis est. Et ideo rationabiliter dictum est per prophetam: Nisi credideritis non intelligetis. Vbi proculdubio discreuit hæc duo: deditq; consilium quo prius credamus: vt id q̃d credimus, intelligere valeamus. Vt fides igitur pręcedat rationem rationabiliter prouisum est. Nam si hoc præceptum rationale non est: irrationale est: absit. Si ergo rationale est vt magna capiant̃ q̃dã q̃ capi nõdũ possunt fides antecedat rationem: proculdubio quatulacũq; ratio quę hoc persuadet etiam ipsa antecedit fidẽ. Propterea monet Apostolus paratos nos esse debere ad responsionẽ omi poscenti nos rationem de fide & spe nostra. Quoniam si a me infidelis rationem poscit fidei & spei meę: & videro ꝙ anteq̃ credat: capere nõ potest: hanc ipsam ei reddo rationẽ: in qua si fieri potest: videat q̃ pręposterè ante fidem poscat rationem earum rerum: quas capere non potest. Sic ergo dicendum: ꝙ sine fide ista scientia disci non potest: quia sine ea non posset homo vllo modo dictis eius assentire: & multominus ea intelligere: sed fide roboratus & firmatus eius manuductione ꝓcedere potest: & occulta huius scientiæ perquirere: & vt ea intelligat inuestigare: secundum ꝙ de hoc habitũ est supra in Titulo. viii. q. iii. Et ideo dicit Augu. in. iii. de doct. christia. ꝙ sacra scriptura nihil asserit nisi fidem. F

¶Ad primum in oppositum: ꝙ ad cognitionem habitam reuelatione prophetica non req̃ritur fides: Dicendũ ꝙ prophetia de eis q̃ supernaturaliter sunt cognoscẽda: aut a prophetante non intelligitur omnino: nec nouit quid prophetizet: sicut patet de Caypha, cum prophetauit ꝙ expediret: ꝙ vnus homo moreretur pro poplo: aut necessario fidem adhibet eis: saltem fidem informẽ ex dono gratis dato. ¶Ad secundum ꝙ homo sine fide potest terminos cognoscere: quia etiã complexa ex eis: Dicendũ ad hoc ꝙ veritas cõplexionum aliquãdo causatur essentialiter ex natura & quiditate & virtute terminorũ: aliquando autem non sic: sed natura & quiditas terminorum solum sustinet & patitur vt in eis complexionis veritas comprehendatur. In primo casu subdistinguendum: quia aut homo ex lumine naturali attingere potest ꝑfecte sub terminis perfecte cognoscendo naturam terminorum ad illud in natura & quiditate rei signatę: quo sunt causa veritatis cõplexionis: aut non. In primo casu cognoscẽs terminos lumine naturalis rationis: eodẽ lumine cognoscit & complexiones eorum: vt contingit in omnibus pure naturalibus p̃dicationibꝰ tam substantialibus q̃ accidentalibus. In secundo vero casu cognoscens terminos lumine naturali: cognoscit ipsos incomplete. Complete autem quo ad id ꝙ sunt causa veritatis complexionis: non cognoscit ipsos nisi lumine supernaturali: & sic non nisi lumine supernaturali cognoscit veritatẽ complexionis in illis. Verbi gratia: quoniam cognoscẽs lumine naturali: quid deus: q̃d trinitas: q̃d vnitas: non tamen cognoscens lumine naturali quid deus inquantũ causat in se (vt ita loquar) trinitatem personarum in vnitate essentiæ, non cognoscit ꝙ deus est trinus & vnus lumine naturali: sed solum lumine supernaturali: quia quiditates illorũ terminorũ inquantũ sunt causa veritatis illius cõplexionis nõ sunt natæ cognosci nisi lumine supnaturali. Qñ aũt q̃ditas terminorũ nõ causat naturalr̃ in se neq; continet veritatẽ cõplexionis: sed solũ sustinet eã a supnaturali agẽte in se causari: vt ꝙ natura mulę sustinet ꝙ loq̃t: tũc termini bñ possunt cognosci ꝑfecte lumie naturali: sed cõplexiõis veritas solũ lumine supnaturali. vt sił̃r cõtingit in veritate illius ꝓpositionis q̃ di

G Ad pri. prin.

H Ad secundũ

cit virginem parere:& illius quae dicit diuinam naturã vniri humanę naturae in vnitate personae.

I ¶Ad tertiũ ꝙ infidelis posset hanc scientiam discere:Dicendum ꝙ ad perfectam notitiam intelle-

Ad tertium ctus quã quęrit discens de re:duo debent concurrere. Vnum est assensus veritatis. Alterum est iudiciũ de eo qđ verũ esse asserit. Hoc secundum non potest esse sine perceptione veritatis ex rei vel rationis euidentia:secundum ꝙ dicitur in principio Ethico. Vnusquisq; bene iudicat quae cognoscit. Primũ aũt bene potest esse sine secũdo & sine omni perceptione veritatis euidenti. Assentit.n. intellectus aliquando veritati propter auctoritatẽ dicentis & attestantis: licet eã ex euidentia omnino non percipiat. Secundum quẽ modũ cõsentimus eis & asserimus tanq̃ vera quae cognoscimus ex historiis quas aliqua auctoritate constat esse conscriptas.& est talis notitia fideliũ de his quae tenent eẽ vera solo lumine fidei. vñ est notitia quasi ex auditu sine aliqua pceptione veritatis ex eui

K dentia rei aut ratiõis:quare nec ꝓprie meretur dici notitia:vt habitum est supra. Est eñ quodam modo talis qualem habet cęcus de coloribus:credendo ea quę videntes quos veraces esse sciuit,de coloribus ei attestantur esse vera:quorum notitiam ex solo auditu,nullo aũt mõ ex rerum euidẽtia capere põt. Nec inconueniẽter cõparat̃ fidelis in cognoscẽdo diuina & intellectualia:cęco in cognoscendo colores:qm̃ in sentiendo corporalia post peccatum oculus carnis remansit clarus: in cognoscendo autem intellectualia oculus rationis factus est lippus:in cognoscẽdo vero diuina & intellectualia omino est excęcatus. Differt tamẽ in hoc,ꝙ cęcus nec terminos cognoscit cũ disputat vel audit disputare de coloribus:& sola credulitate ex puris naturalib⁹ de coloribus alterius testimonio acqescit:fidelis autẽ necessario terminos credibiliũ cognoscit anteq̃ cõplexiones credat : vt dictũ est supra:& non acquiescit eis quę sunt fidei credendo,nisi per aliquẽ habitum infusum. Vnde scientia caecorum de coloribus,vocalis est tñ:quia eam habent ex solis rerum nominibus quae intelligunt:q̃uis res significatas per ipsas omnino nõ percipiunt. Vñ caecus per auditũ instructus de vocabulis colorũ syllogizare põt:& multa vera dicere circa colores quę omnino non intelligit. Scientia vero fidelium de eis quę sunt fidei:non tñ vocalis est:sed & realis:qa complexorum significata intelligunt:licet ex euidentia veritatẽ complexionũ de articulis fidei non capiunt. Bene eñ intelligunt qđ tres:qđ trinus:qđ vnus:licet non capiunt intellectu : sed sola fide tenent:ꝙ deus sit trinus & vnus. Vñ & in hac notitia differunt fidelis & infidelis:quia infidelis sicut fidelis signifi-

L cata terminorũ incõplexorũ capit:sed ille veritati cõplexiõis cõtradicit. Scit eñ infidelis qđ sit virgo,& qđ parere:licet veritati hui⁹ cõplexiõis qua dicit̃ ꝙ virgo peperit,oĩno nõ cõsentit:sed ei cõtradicit:cui consentit fidelis. Vnde de quo fidelis habet notitiam intellectus veritati tali assentiendo ꝑ fidẽ,infidelis solũ habet notitiam imaginariam:qualem habemus de monte aureo. Sicut eñ intelligendo rationẽ montis,& rationem auri,imaginatiõe cõponente extrema imaginamur montem aureũ:Similiter ipse intelligẽdo qđ virgo,quid parere,imaginatione cõposite extrema imaginatur virginem parere:cui tñ nullo modo assentit:& ideo nec intelligit omnino. Et sic dicendum ꝙ sine fide notitiã imaginariã põt infidelis habere de eis quae sunt huius scientiae,maxime q̃ sunt supernaturalia:nullam aũt omnino cognitionẽ intellectus. Sed qa fidelis anteq̃ cõplexa põt credere:oportet ꝙ prius intelligat incõplexa:quę intelligere nõ potest prius q̃ ea credat: Sic quodã modo verũ est dicere:itellige vt credas:& quodã modo verum est dicere,crede vt intelligas. Intelligere eñ debemus incõplexa vt credamus cõplexa:& credere prius cõplexa : vt eadẽ postea intelligamus. Et iõ dicit Aug.de verbis Aplĩ.ser.xxvi. Intellige vt credas,& crede vt itelligas. Breuiter dico quõ vtrũq; sine cõtrouersia accipimus. Intellige vt credas verbũ meũ:crede vt itelligas verbũ dei.

M

Quaest.iiii.

Arg.i.

In oppositũ.

Irca quartũ arguit̃:ꝙ ad istã scientiã discẽdã non sufficit lumẽ fidei. Primo sic. qm̃ si solo lumĩe fidei sufficiẽter disci posset,ergo plus pollẽs fide plus ꝓficeret discẽdo hãc sciẽtiã:qa posita causa necesse est poni effectũ. Cõsequẽs falsum est secũdũ Aug.xiiii.de Tri.cap.i.ergo &c. ¶In oppositũ videt̃ esse Aug.q dicit de doctrina christia.ii. Sacra scriptura nõ asserit nisi fidem.nihil autem discendum in scientia nisi qđ asserit.ergo in hac scientia nihil discendum est nisi fides.illa discitur solo lumine fidei.ergo &c.

N ¶Dicẽdum ad hoc: ꝙ ista sciẽtia cũ sit homini de necessitate salutis,est ei necessa-

Responsio. ria:non solum eã sic recipere vt veritati credibiliũ assentiat:sed etiã sic eã ꝑcipere:vt veritatẽ credibiliũ piis opitulari:& cõtra ĩpios ab oĩni falsitate defensare sciat. Primũ necessariũ est cuilibet. Secũdũ est necessariũ solũ maiorib⁹ & ſupiorib⁹ in ecclia:vt dictũ est supra de auditore hui⁹ sciẽtiae nisi eñ ꝑ maiores piis credibilia exponerent̃ & suaderent̃:ac cõtra aduersarios defenderẽt̃: de facili a cordib⁹ infirmoꝝ fides pclitaret̃. Vñ diuina sapiẽtia q̃ clara notitia visiõis ex euidẽtia rerũ nouit ea quae sunt credenda:& quomodo piis debent opitulari:& quomõ cõtra aduersarios defendi

possunt ab omni falsitate, iuxta duo opera sapientis: quę sunt: non mentiri de quibus nouit: & mentientem posse manifestare: ea dupliciter homini dignata est reuelare: & ipsum in eisdem sapiētem posse facere. vno videlicet modo veritates credibiliū homini indicando: ne oīno in eis mentiat apprehendendo credibile, sicut est in rei veritate. Secundo modo veritates credibiliū dilucidando: ne in eis vllo modo vacillet ea aliis suadendo: & cōtra alios defendēdo. Ad sciendū credibilia quę sunt huius scientiæ primo modo & ad eam addiscendam sufficit solum lumen fidei: quia sic sciuntur credendo solū. Ad sciendum vero ea secūdo modo: & ad sic addiscendū hāc scientiā, necessario requiritur illustratio aliqua superior illustratione fidei: quia hoc modo sciūtur non solum credēdo: sed & credita intelligendo. vt infra videbitur. Et sicut primū fit auctoritate scripturæ acquiescendo adiutorio luminis fidei: sic fit secundum veritatem scriptorum percipiendo adiutorio alicuius illustratiōis superioris. de qua dicit August. cōtra epistolā fundamēti. Qđ credim⁹ intelligere mereamur: non iam hominibus sed ipso deo intrinsecus mētem nostram illustrāte atq; firmāte. Hos duos modos sciendi credibilia huius scientię distinguit Augu. cū dicit. xiiii. de tri. c. i. Aliud est scire tantūmodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam. Aliud vero scire quoniā hoc ipsum scire & piis opitulatur: & cōtra malos & impios defenditur. Qua sciētia nō pollent fideles plurimi: q̄uis polleant ipsa fide plurimū. quā vt ait Augu. ibidem, Apostolus sciētiam appellare videtur cū dicit. i. Corith. xii. Alii quidē per spiritū datur sermo sapientię: alii sermo sciētię: alii fides. Glos. i. de diuinis intelligentia: scientia de humanis: fidei cōstantia. Sicut ergo hæc cōstantia fidei qđ est donum gratis datum, differt a fide quæ est virtus, in eo q; ipsa datur dono aliquo superiori: sic notitia quæ scientia vel sapientia est huius scientiæ necessario differt a notitia fidei: ita q; illustratione aliqua superiori datur q̄ habeat ex notitia fidei: & scire hanc intelligendo eam tali illustratione, hoc est proprie scire eam.

¶Per hęc patet obiectum in oppositum, q; hęc scientia non asserit nisi fidē. Dicēdum q; verū est: quia nō asserit nisi ea quę sunt fidei. sed ea quę sunt fidei, cognosci possunt discernēdo quæ credēda sunt: & quę nō. qđ potest fieri solo lumine fidei, vel cōspiciēdo quomodo ea piis opitulari debent: & cōtra impios defensari: ad qđ necessario requiritur illustratio superior illustratione fidei: sicut est superior cognitio. O Ad argu. in oppositum.

Circa quintū arguitur, q; ad notitiam huius sciētię requiritur donū gratię gratum facientis. Primo sic. homo nō potest addiscere hanc scientiā nisi requiescat in eo spūs sanctus. Sed non requiescit in aliquo nisi per donū gratię gratum facientis: quia deus charitas est. ergo &c. Probatio maioris est. Chrysosto. dicit super illud Matth. vii. Et ego sum homo positus sub potestate. Non quia obscura sunt aut profunda mysteria veritatis non omnes ea cognoscunt: sed quia peruersa sunt corda eorum: & nō requiescit in eis spūs veritatis. propterea ergo spūs veritatis fugit ab eis. qui rectus est corde, vt requiescat in eo spiritus veritatis, nō potest longe esse a veritate. P Quest. v. Arg. i.

¶Secundo sic. Augusti. in ser. quodam de dei timore dicit. Multos reperimus negligentissimos iustitię & auidissimos sapientię. Hos docet diuina scriptura peruenire nō posse ad id qđ appetunt nisi seruādo qđ negligūt. Serua (inquit) iustitiā: & præbebit tibi dñs quā cupis sapientiā. sed illa nō potest seruari sine dono gratum faciente. ergo &c. 2

¶In oppositum est Glos. super illud. i. Corith. xiii. Si non uero omnia mysteria. vt dictum est supra. In oppositū.

¶Dicendum ad hoc: q; triplex est modus sciendi hanc scientiam. vnus modus est quo quis ea quę sunt huius scientię sola fide discernit. Alius quo ea defensare nouit. de quibus dictū est in præcedenti. q. Tertius est quo ea q̄ nouit intellectu assentit affectu: vt ei sapiāt in affectu quę nouit intellectu. vt iuxta proprietatē vocabuli hæc scientia sit proprie sapientia. i. sapida scientia. Primis duobus modis bene contingit addiscere hanc scientiā sine dono gratum faciente: sed solum dono gratis dato. vt per donum fidei informis quo ad primū modum, vel per donū alicuius illustrationis diuinę vltra gradum illustrationis cōmunis: & hoc quo ad secundū modum. Tertio autem modo non contingit omnino eam addiscere sine gratia gratum faciente: quia illa solum facit vt hoīes spiritualiter sapiant quæ audiūt: & tali auditori solūmodo ista scientia valet ad salutē. & solūmodo talis valet huic sciētię ad eā pseuerāter sustinendā, sicut verus ei⁹ amator & amicus. scđm q; dicit Augu. in epl'a ad Vitalē. Id opus est gratię: quā q accipiūt doctrinę salutari sanctarū scripturarū etsi fuerit inimici fiūt amici: quā qui audiūt & legūt sine gr̄a dei, ei⁹ peiores efficiunt inimici: & lex dei atq; doctrina q̄uis sancta & iusta & bona: tamen occidit si non viuificat spūs: per quē fit vt non audiendo sed obediendo: neq; vt lectione: sed dilectione teneat. Agnoscamus gratiā Q Responsio.

quæ fecit prodesse doctrinā.quæ gratia si desit,videmus etiam obesse doctrinā.De primis duobus
modis discēdi procedit ratio secūda.de tertio procedit prima:& est iste verissimus & perfectissim⁹
modus discendi hanc scientiā : & sic addiscens eam proprissimus auditor eius est:quia ipse solus
perfecte pcipere potest ea quę dei sunt:quę non potest pcipere aialis homo:qualis est oīs sine gratia
gratū faciente existens.Vnde & iste solus finem huius scientię potest attingere.scđm ꝙ dicit Au-
gust.talem auditorem hortādo ad auditū huius scientię,in fine primi de doctri.christia.Cū quisq
cognouerit finē pręcepti esse charitatē de corde puro & conscientia bona & fide non ficta:ad tra-
ctationem illorum librorū securus accedat. Vnde & qui hoc modo scit hanc scientiam vt capiat
affectu:quę intelligit intellectu:solum perfecte & vere nouit hanc scientiam.scđm ꝙ dicit Chryso.
super illud Matth.Et aperti sunt ei cęli.Cęli(inqt)sunt scripturę diuinę in quib⁹ habitat deus.Si
cut enim in cælo celatur deus:ita & in scripturis abscōditur:& sicut hoc cęlum corporale omnes
quidem homines vident : nō autē aspiciunt deum inhabitātem in eo:ita & diuinas scripturas oēs
quidem homines legunt:non tamē omnes intelligunt deum veritatis positū in scripturis:nisi qui
fuerit baptizatus,vt accipiat spiritū sanctum.Vnde & apostolis priusq̄ baptizati erant spiritu san
cto:erant clausæ scripturæ.postq̄ aperuit eis sensum insufflans eis spiritū sanctum: tunc reseratæ
sunt omnes scripturę ante oculos cordis eorum.Ergo qui baptizatus est:& meretur accipere spiri
tū sanctum,aperiunt ei omnes scripturæ:vt intelligat quæ ibi posita sunt mysteria veritatis.Pro-
pterea autem non aperiuntur omnibus:quoniā quidam falsum baptisma habētes nō possunt acci-
pere spiritum veritatis. Quosdam autem non baptismus impedit ne accipiant spiritū sanctum,&
R aperiantur eis scripturę: sed propositū malum,q̄uis bene fuerit baptizati.Idem super illud Petite
& accipietis. Et non timentes deum inueniunt scientiam legendo & studendo:sed non illā quę ex
deo est:sed hanc quæ ex natura carnali per exercitationem carnis acquiritur:quā habuerūt etiam
& gentilium studiosi.Qui eñ actionibus nō instat:nec operibus bonis:sed per solum studium le-
ctionum factus est sapiens:quādo aliis prędicat ipse sibi non sentit qđ prędicat:alios forsitā terret:
ipse tamē nō timet:alios admonet credere:& ipse nō credit q̄ dicit.quādo alios docet:abint⁹ cōsciē
tia eius ridet sibi de verbis suis: quia scientia quæ est ex solis lectionibus ex ore procedit:quę autē
de spiritu sancto est:ex corde profertur. & ideo spiritualis scientia nō solum discitur:sed etiam an
te scitur.non tm̄ in scripturis legitur:sed ex corde suggeritur.& si alios terret:ipse amplius timet.
& omne quod loquitur,nō lectione sed experimentatione probat.De quo dicitur in collat.patrum
exponēdo illud Psal.Mōtes excelsi ceruis.Quisqs discretionis virtute munitus ad figurā rationa-
lis cerui mentis alacritate peruenit:pascitur in propheticis & apostolicis montibus.i.excellentissi-
mis eorum ac subtilissimis sacramētis:vt omnes quoq psalmorū affectus in se recipiens ita incipiat
decantare : vt eos nō tanq̄ a propheta compositos,sed velut a se editos quasi orationem propriam
profunda cordis compunctione depromat,vel certe ad suā personā ęstimet eos fuisse directos: eo-
rūq sententias non tunc tantūmodo prophetam,aut in propheta fuisse completas: sed in se quo-
tidie geri impleriq cognoscat.Tunc enim scripturæ diuinæ nobis clarius perpatescunt: & quodā
modo venę medullęq panduntur:quando experientia nostra non eas tm̄ percipit: sed etiam prę-
uenit notionem : sensusq verborum non per expositionem nobis : sed per documenta reserantur.
Eundem nāq pręcipientes cordis affectum:quo quisq decantatus vel descriptus est Psalm⁹,velut
auctores eius facti præcedimus magis intellectum ipsius q̄ sequamur , id est: vt prius dictorum
veritatem q̄ notitiam colligentes,quid in nobis gestū sit, vel quotidianis geratur incursibus,sem-
per pręueniente meditatiōe quodāmodo recordemur in Psal. & velut in speculo purissimo guidē
tes efficacius cognoscamus:& ita magistri affectibus eruditi:non vt audita:sed tanq̄ perspecta:&
memorię cōmendata palpemus:& velut ipsi rerum naturę insita de interno cordis parturiamus
S affectu,vt eorum sensum non textu lectionis sed experientia pręcedente penetrem⁹. Vt autem ta-
li modo sciamus hanc scientiam,non sufficit fides quæcunq aut illustratio:sed necessario requiri
tur fides operans per dilectionem.de quo dicit Christus.Ioan.vii.Siqs voluerit facere voluntatem
eius qui misit me:cognoscet de doctrina ei⁹.qđ exponēs Augu.ser.xxix.dicit.Quid est cognoscet?
hoc est intelliget,quid est volūtatem eius facere?hoc est credere,vt credatis in eum.quid est crede
re in eum?credendo amare:credendo in eum ire:& eius mēbris incorporari.Ipsa est ergo fides quę
per dilectionem operatur: hęc in te sit: & intelliges doctrinā dei. Hinc dicit.lxxxiii.q.q.xlviii.Quę
primo creduntur & postea intelliguntur : sunt illa quæ in diuinis rebus non possunt intelligi nisi
ab his qui mundo sunt corde.qđ fit præceptis seruatis quæ de bene viuendo accipiuntur.Et ideo
dicit.i.par.super Ioā.ser.xviii.Mores perducunt ad intelligētiam.genus vitę pducit ad genus scien
tiæ.Item in ser. de Iacob & Esau.Vultis plus capere?credite:vultis crescere?bene viuite.qui enim

non vult bene viuere:non vult crescere.Reuera qui per hunc modum hanc scientiam didicerit,vt non scientiam sed vt verissime sapiētiam:gustu spirituali sapidam eam optinebit,vt sapientia fiat ei secūdum nomē suū sapida scientia a sapore dicta:quia nō solū illuminat intellectum:sed ad amorem & delectationem spiritualem inflāmat affectum. secundum enim q dicitur Ecclastici.xl.Vinum & musica lętificat cor:& sup vtraq delectatio sapientię.Et ideo sapiens dicit de seipso.Sapientiæ.viii. Intrans in domū meā conquiescam cum illa. non enim habet amaritudinē conuersatio illius nec tedium conuictus illius,sed lętitiam & gaudium.Vnde Grego.exponens illud Iob.Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?dicit.Notandum vero q sapientia diuinitus inspirata in visceribus hominis ponitur:quia nimirum quātum ad electorum numerū spectat:non in solis vocibus:sed etiā in sensibus datur,vt iuxta qđ loquit̄ lingua,viuat consciētia:& lux eius tāto clarius resplendet in supficie:quanto verius inardescit. Hanc ergo sapiētiam reuera homo sine gratia gratum faciente optinere non potest:quia vt de ipso dicitur Sapien.ii. In maliuolam animam non introibit sapientia:neq habitabit in corpore subdito peccatis. Siqua enim ipsi sciunt,sine sapore dulcedinis spiritualis haec sciunt. Videt enim lucem sapientiæ eorum intellectus: sed dulcorem eius nō gustat eorum affectus.Vnde sicut lōge positi a radio diuinę lucis,solum illuminātur nō autē inflāmātur. Vnde & de tali modo discēdi hāc scientiam dicit Orig.in Glos.Exo.xxxiiii.Dum legētes sacras scripturas nō intelligim⁹,dū obscurę sunt & clausę:nōdū cōuersi sumus.cōuersis em̄ statim aufert velamē.Oīs qui cū recitātur verba legis aliquib⁹ fabulis occupatur,aduersus est:& qui de negotiis seculi de pecunia de lucris & de dn̄iorum cupiditate sollicitus est:qui gloriæ seculi:& mundi honorib⁹ studet:aduersus est.Qui etiam ab his videtur alien⁹ assistit animo:& audit verba legis:vultu autē atq oculis intētus:corde tamē atq cogitatiōe vagatur,aduersus est. Quid ergo conuerti?Si his omnibus terga vertamus,studio actibus mentis & sollicitudine verbo dei operam demus:in lege eius meditemur die ac nocte:omnibus deo vacemus & exerceamur in testimoniis eius:hoc est conuersum esse ad dominū. ¶Per iam dicta patent obiecta inspicienti. T V Ad obiecta.

Circa sextum arguitur, q addiscens hanc scientiam nō acquirit aliam notitiam eius super notitiam fidei.Primo sic.ii.Corith.v.dicit Apostol⁹.Q̄diu sum⁹ in hoc corpore peregrinamur a dn̄o.per fidē em̄ ambulam⁹ nō per speciem.Glos. Modo per fidem tm̄ illuminamur.non ergo aliquo habitu superiori. ¶Secūdo sic.cognitio quę est per speculū & in ęnigmate non excedit habitum fidei:quia speculum & ęnigma sunt de essentia fidei.omnis nostra cognitio in pręsenti est huiusmodi.i.Corinth.xiii.Videmus nunc per speculum in ęnigmate.ergo &c. ¶Tertio sic.omnis cognitio q̄ est nunc ex parte:destruet̄.oīs nostra cognitio q̄ nunc est,ex parte est,vt patet ibidē.Ex parte cognoscimus:& ex parte prophetamus:cum autē venerit qđ perfectū est:euacuabitur qđ ex parte est.ergo omnis nostra cognitio quę nūc est destruetur. sed nō destruetur adueniente qđ perfectum est aliqua cognitio in nobis nisi fidei:& hoc ratione imperfectionis suę & ęnigmatis qđ habet.quia si aliqua alia esset i nobis:magis pficeret̄.sicut perficiet̄ charitas.ergo nūc nō est nobis alia cognitio q̄ fidei. ¶In oppositum est. quoniam si discendo hanc scientiam nullam notitiam super notitiā fidei acquireremus:frustra ergo esset studere in hac scientia ad inuestigādum ea quę sunt credita:consequens est falsum.vt habitum est supra.ergo &c. A Quest.vi. Argu.i. 2 3 In oppositū.

¶Dicendum ad hoc,q sicut in disciplinis circa idem triplex est modus cognoscēdi discipulo possibilis.vn⁹ ex solo auditu:quo credit dictis magistri & eius auctoritati: puta q luna eclipsatur:si hoc dicat ei magister eius. Alius ex aspectu corporali : quo cernit oculis quia luna eclipsatur:sed propter quid ignorat.Tertius ex ratione sola: qua certis temporibus & certis sitibus ex motibus solis & lunę circa terram:nouerit lunam necessario eclipsari:licet non videat q nunc eclipsatur:neq aliquis hoc ei dicat.Cōsimiliter in notitia eorum quę sunt fidei in hac sciētia triplex est modus cognoscēdi.vnus qui est solius fidei,q̄si ex auditu assentiēdo diuinę auctoritati. quia in scriptura sua illa asserit.Roma.x.Fides ex auditu. Alius est ex rei creditę apparentia: quo modo cognoscūt eā sancti in patria. Tertius modus est medius quo cognoscūtur credita: nō solū auditu:nec apparētia rei quasi visu: sed ex rationis euidentia:qua intellectui conspicuū est naturā rei sic se habere sicut fides tenet.Quēadmodum enim cognoscendo naturā solis & lunæ:& discursus eorūdem circa terram : per intellectus inuestigationem adiutorio luminis naturalis cum generali illustratione diuina potest homini notum fieri quomodo contingit lunam eclipsari:sic cognoscēdo naturas terminorum credibilium,vt patris,& filii,& spiritus sancti in diuinis,per intellectus inuestigationem adiutorio luminis supernaturalis & diuinę illustrationis specialis potest ei B Responsio. C

notum fieri quia spūs sanctus procedit a patre & filio:& nō a patre solo:& sic de cæteris quę sunt
D huius scientię propria,& ad fidem pertinentia.¶Ad cuius ampliorem cognitionem notandum,ꝙ
actus intelligendi importat quandam interiorem notitiam.dicitur enim intelligere quasi intus le-
gere.qđ euidēter patet in notitia quā habet intellect⁹ ex eis q̄ percipit sensu.Cū enim vt dicit Phi
losophus,sensus est susceptiuus specierū sensibiliū solū:intellectus a sensu recipit solas species intel
ligibiles sensibiliū.Ipse tamē intellectus sub speciebus sensibilium inuestigādo quasi subtus fodien-
do,penetrat ad cognoscēdum ea quę latent intelligibilia sub speciebus sensibilium:quorum multa
sunt genera. Nam sub speciebus intelligibilibus sensibilium latent quiditates substātiarum accidē
tibus subiectarū:& sub verbis latent significata verborū:& sub effectibus latēt causę. Oīm talium
notitiam intellectus ab initio vt non est purus: sed solum phantasticus:nō habet nisi quasi ex au-
ditu:sed per inuestigationem ex euidentia rationis eam acquirit. Vnde sicut sub speciebus accidē
tium quiditates substātię,sub verbis significata,sub effectibus causę,per inuestigationē lumine na
turali cognoscūtur:eo ꝙ illa quæ latent ad illa quę patent habent colligantiam quasi naturalē:Sic
etiam sub figuris legalibus & prophetalibus integumēta veritatū:& sub terminis ęnigmaticis cre
dibilium per inuestigationē lumine supernaturali cognoscuntur propter colligantiā supernatura
lem illorum quę latent ad illa quę patent. Vnde sicut simplici notitia Ioseph per intellectū cogno-
uit significatum in somnio Pharaonis spiritu prophetico:cuius Pharao solum species sensibiles ap
prehendit:Sic dono aliquo intellectus potest homo spiritualis intelligere veritates credibiliū assen
tiendo eis ex euidentia rationis non ex solo auditu fidei: quas alius non intelligit: sed sola fide te-
net.Non eñ minoris virtutis est lumē supnaturale ad ostēdendū intellectui inuestigāri ea quæ la
tent sub sensibilibus supernaturali colligātia,q̄ lumen naturale ad ostendendum intellectui inue-
stigāri ea quæ latent sub aliis naturali colligātia. Vnde hanc inuestigationē August. intelligēs fa-
ciendam in expositione sacræ scripturæ,dicit in ser.xxiii.super Ioan.Putemus scripturam dei tanq̄
agrum esse,vbi volumus aliquid ædificare. Non ergo simus pigri, nec superficie contenti: fodia-
mus altius:donec perueniamus ad petram,de qua dicit apostolus.Petra erat Christus.Qui.s.quęrē-
E dus est vbiꝗ in sacris scripturis. Vnde ad talem intellectum promerēdum,primo credendum est
auctoritati sacrę scripturæ:deinde studio sacræ scripturæ diligenti inuestigatione insistendum ad
hoc qđ creditū est intelligēdū,assistēte nobis supnaturali illustratiōe diuina:quę nobis nunq̄ deest
in cognoscendis supernaturalibus.sicut nunq̄ deest in cognoscēdis naturalibus,secūdum ꝙ habi-
tum est supra:si faciamus quod in nobis est:& ad eius susceptionē nos preparemus. Vnde nō pro-
pter nudum credibilium conceptum sub forma credibilium sacra scriptura exponenda est:sed vt
eorum quæ creduntur acquiratur intellectus.secūdum ꝙ dicit August.super Ioan.sermo.primo.
Ad quid exponitur si non intelligitˀ & sermo.xxii.Ne quis desperet ꝙ possit capere dono dei,quod
loqui dignatus est filius dei.Ergo quæ loqui dignatus est:debemus credere quia voluit vt intelli-
geremus:sed si non possumus : præstet intellectum rogatus : qui verbum præstitit non rogatus.
Qui verbum(inquit)meum audit & credit ei qui misit me:habet vitam æternam.Nunquid igi-
tur nos audire voluit verbum suum, intelligere noluitˀ quasi dicat,in audiendo & credendo vi-
ta æterna est:multo magis in intelligendo. Sed gradus pietatis est fides. Fidei fructus,intellectus.
F & sermo.xxxix.Fide præcedente quæ sanat oculum cordis nostri,quod intelligimus sine obscuri-
tate capiamus:quod non intelligimus,sine dubitatione credamus:a fundamento fidei non receda
mus,vt ad culmen perfectionis veniamus.& sermo.xxxviii.Quisquis ad sciendum verbum dei ad
huc minus idoneus est,lacte fidei nutriatur.fides eñ in meritum est:intellectus premium.In ipso
labore intentionis desudat acies mentis nostræ,vt purget sordiculas nebulę humanę:& serenetur
ad verbum dei.Et patet plane:quia in omnibus huiusmodi dictis Augustinus loquitur de intelli
gere huius vitæ:contra eos qui exponunt illud Esaię,Nisi credideritis nō intelligetis,solūmodo de
intellectu futurę vitę:ad quem necessario præambula est fides huius vitæ. q̄uis enim hoc verum
sit:tamen non solū hoc verum est. Verum enim simul est & pro intelligere pręsentis vitę.qđ aper
te patet ex illo qđ dicit in ser.xxi. Discamus,vt si ille dignū iudicat qđ modo verū est intelligam⁹:
si autem non poterimus:non eamus in id qđ falsum est.Melius enim est nescire q̄ errare.Sed scire
melius est q̄ nescire : igitur ante omnia conari debemus vt sciamus verba dei : quare enim dicta
sunt nisi vt sciantur:quare sonuerunt nisi vt audiantur:quare audita sunt nisi vt intelligātur:Et
sicut dicit.ii.de lib.ar.nisi aliud esset credere:aliud intelligere:& primo credendum quod intellige
G re cuperemus:frustra ꝓpheta dixisset:Nisi credideritis nō intelligetis.¶Absolute igitur dicendū
ꝙ discens hanc scientiam vt congruit,super habitum fidei acquirit habitum intellectus : vt quæ
primo credit fide,postmodū intelligit ratione: & cui primo assentit ita suasus alterius auctoritate

quasi audiendo, deinde assentit motus ab ipsa credibilis veritate vere intelligendo: ita q͏̄ id idem quod ei primo fuit lacteus potus per fidem, postmodum est ipsi solidus cibus per intelligẽtiam: & quod vni est potus qui solum tenet fide: alteri est cibus qui capit intellectu. Vnde Augustinus sermo.xliiii.parte.ii. exponens illud apostoli ad Corinth. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo lac vobis dedi potum: non solidum cibum. dicit. Eadem in sacra doctrina: non eo modo a carnalibus, quo a spiritualibus cogitantur: qa & illis lac est, & istis cibus: quia etsi non audiunt amplius, intelligũt amplius. Non em̃ aequaliter mente percipitur, quod fide ab vtrisq; pariter percipitur. Itaq; fit vt pr̨edicaret ab apostolis Christus Iudaeis scandalum, gẽtibus stultitia, ipsis vero vocatis Iudęis & Gr̨ecis, dei virtus, & dei sapientia: sed carnalibus paruulis id tm̃ credendo tenẽtibus: spiritualibus autẽ capacibus id etiam intelligendo cernentibus. Illis ergo tanq̃ lacteus potus, istis tanq̃ solidus cibus. Idem ibidem exponẽs illud apostoli ad Corinth. Si quis est inter vos propheta aut spiritualis agnoscit quae scribo vobis. dicit. Quae scripsit ad Corinth. aliter ab ipsis paruulis, aliter a capaciorib[9] posse intelligi sciens ait. Si quis est &c. Solidam profecto voluit esse scientiam spiritualium': vbi non sola commodaretur fides: sed certa cognitio teneretur: ac per hoc ea ipsa credebant quae spirituales insuper &c. cognoscebant. Difficile est vt a me ista intelligat: qui ea in seipso experimento omnino non sentit. q͏̄ si non intelligat credat: ne se ad spiritualem intellectum peruenire posse desperet: quem quaerit omnis qui expositioni, & studio sacr̨e scripturae intendit. secundum q͏̄ dicit Augustinus in sermo. praedicto. Omnis de hac re sermo quid agit: nisi vt nõ solum credatur verũ etiã intelligat & sciatur qđ dicitur. Aliter em̃ vanũ esset multo studio insistere expositioni sacr̨e scriptur̨e, postq̃ credita sunt illa firmiter circa quorum notitiam laboramus. secũdum enim q͏̄ dicit Augustinus ser.xxxvii. qđ breuiter dicitur non breuiter potest exponi, vt qđ auditur intelligat. ¶Ne autẽ omnia quae sunt huius sciẽtįe primo credita talia intelligamus, vt intellectum eorum expectemus: Sciendum secundũ Augu sti.lxxxiii.q.q.xlviii. q͏̄ credibiliũ tria sunt genera. Alia qųe semper credunt & nunq̃ intelliguntur. sicut est omnis historia: temporalia & humana gesta percurrens: & hoc maxime pr̨eterita: qųe nec vidimus, nec visuri sum[9]: & ideo oĩo a sensu & intellectu seiuncta sunt. Et de eo qđ tale est dicit qųest.liiii. Quicquid verũ est atq; a sensibilib[9] & a mẽte seiunctũ est: credi tm̃ nõ sentiri aut intelligi potest. De talibus dicit in epistola ad Consentiũ. Visibiliũ rerũ praeteritarum quae temporaliter transierũt sola fides est. quoniã nõ adhuc sperantur videnda: sed transacta & facta credũtur: sicut q͏̄ Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Alia vero mox vt creduntur intelligũtur: vt sunt omnes rationes human̨e, vl' qųe de numeris, vel disciplinis, id est cognita humana ratione de rebus naturalibus: quia in istis non oportet q͏̄ fides praecedat rationem. de quibus dicit in epistola ad Cõsentium. Sunt qųedam quae cum audimus non accõmodamus eis fidẽ: & ratione nobis reddita: vera esse cognoscimus quae credere non valemus. Alia vero sunt quae primo creduntur: & postea intelliguntur: qualia sunt illa quae in diuinis rebus non possunt intelligi nisi ab his qui mũdo sunt corde, qđ fit praeceptis seruatis: quae de bene viuendo accipiuntur. de quibus dicit Augustinus ad Consentium, q͏̄ neq; praeterita, neq; futura sunt: sed aeterna permanent: quae sunt inuisibilia: sed intellecta conspiciuntur: ac per hoc ipsa quodam modo sibi congruo videntur. haec enim sunt illa de quibus per se & praecipue est haec scientia tanq̃ de primis scibilibus in ea, vt infra videbitur: per quorum cognitionem ad cognitionem aliorum proceditur. secũdum q͏̄ expresse dicit Augustinus de vera religi. Religionis (inquit) sectand̨e caput est historia & prophetia: quae cum credita fuerint: mẽtem purgabit vitae modus diuinis pr̨eceptis conciliatus: & idoneam faciet spiritualibus percipiendis, quae nec praeterita sunt, nec futura, sed eodem modo semper manentia: nulli mutabilitati obnoxia, id est vnum deum patrem & filium & spiritum sanctum. qua trinitate quantum in hac vita datum est cognita: omnis intellectualis, & animalis, & corporalis creatura ab eadem trinitate creatrice esse inquantum est & ordinatissime administrari sine vlla dubitatione perspicitur: quo cognito satis apparebit quantum homo assequi potest: quantum necessariis & iustis legibus deo suo cuncta subiecta sunt: ex quo illa quae primo credimus nihil nisi auctoritatem secuti, partim sic intelliguntur: vt videamus esse certissima: partim sic, vt videamus fieri posse atq; ita oportuisse. H

¶Ad primum in oppositum, q͏̄ modo per fidem tm̃ illuminamur: Dicẽdum q͏̄ li tm̃ ibi solum excludit notitiam patrįe qųe est per speciẽ. Notitia enim qųe est hic per intellectum de credibilibus, nunq̃ est pura ab omni obscuritate fidei, vt dicetur in sequẽti qųest. vnde dicit ibi I In oppositũ

Glos. Est illuminatio per fidem: est illuminatio per specie. Modo p fidem tm illuminamur: nō per speciem. Homini enim vitam mortalem adhuc agenti non potest cōtingere vt dimoto atq; discus
k so omni nubilo phantasiarū corporalium: serenissima incōmutabilis veritatis luce potiatur. ❡Ad
Ad secūdū. secundum q ex hoc eodem processit q presens nostra cognitio non excedit fidem: Dicendū q verum est: ita q sit intellectus purus fidei omnino impermixtus de aliquo, fide scilicet de eodē maxime quo ad p se credibilia totaliter euacuata. Quo ad aliquid tamē potest haberi intellect9 de eodē
L de quo prius habebatur sola fides: vt in sequenti questione patebit. ❡Ad tertium q omnis nostra
Ad tertiū. cognitio in presenti est ex parte: ergo destruetur: Dicendum q cognitio dicitur ex parte dupliciter. vno modo propter obscuritatē speculi & enigmatis: alio modo propter defectum perfectionis. Primo modo ex parte est cognitio fidei. Et ideo oportet eam euacuari cum venerit visio per speciem: quia non compatiuntur se: sicut non potest aliquis simul videre alium per imaginem eius in speculo, & facie ad faciem: secundum q vtranq; harum cognitionum distinguit apostolus consequenter cum subiungit dicēs. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. vbi dicit Glos. Nunc imagines veritatis p fidē videmus: tunc res ipsas a simili sese recto vultu aspicientium. Secūdo modo ex parte est omnis cognitio per intellectum in praesenti respectu intellectus qui erit in patria: vbi iste intellectus complebitur. sicut etiam ibi complebitur charitas. & tangit Glos. In presenti enim incōplexa credibilium per se conspicimus intellectu & lumine rationis naturalis per imagines rerum naturalium: sed complexionū ipsarum veritates in quibus consistunt articuli fidei: ex manuductione fidei intelligimus intellectu in lumine & illustratione supernaturali: sed imperfecte. Quae quidem imperfectio complebitur in futuro: vbi intellectu naturali in lumine glorie videbim9 incomplexorum veritates: & per hoc perfecte veritates complexionum ex ipsis. Vnde talis cognitio ex parte in presenti non destruetur in futuro: sed perficietur magis. ❡Vnde notandum q quinq; sunt modi humanae cognitionis per intellectum. Prima lumi-
M ne supernaturali: & modo supernaturali: & de re supernaturali: qualem in gloria habent angeli & sancti de deo & de rebus diuinis. Secunda lumine supernaturali: modo naturali: de re naturali: qualem habent fideles per fidem de rebus naturaliter cognitis. Tertia lumine supernaturali: modo naturali: de re supernaturali: qualis habetur in praesenti a fidelibus de rebus per se credibilibus, vel obscure per solam fidem, vel quodammodo clare per scientiam & rationem. Quarta lumine naturali: modo naturali: de re naturali: qualem habent philosophi de rebus sensibilibus. Quinta lumine naturali: modo naturali: de re supernaturali: qualem habent philosophi de substantiis spiritualibus.

N
Quest. vii.
Arg. i.

Irca septimū arguit, q fides & intellectus iam dictus nō stant simul circa eūdē & de eodē. Primo sic. Qd intelligim9, sine obscuritate capim9, vt dicit Augustinus prima parte super Ioan. ser. xxxix. & habitum est in quaestione praecedenti, sed fides non est sine obscuritate, vt satis dictum est in questione precedēti. ergo &c. ❡Secundo sic. sicut se habet opinio ad intellectum habitum lumine na-
2 turali: sic fides ad intellectum habitū lumine supnaturali. Est enim opinio via ad illum intellectum sicut fides ad istum. sed idem de eodem non potest simul habere intellectum
In oppositū. siue scientiam & opinionem. secūdum philosophū. ii. Poster. ergo &c. ❡In contrarium est illud qd dicit August. ii. parte super Ioan. ser. xliiii. de notitia carnaliū & spiritualium circa idem. Nō eque liter (inquit) mente percipitur quod in fide ab vtrisq; percipitur. vt habitum est in questione praecedenti. Idem in eodem. Ea ipsa illi credebant quae spirituales insuper & cognoscebant. vt habitum est prius.

O
Responsio secūdum aliquos. ❡Ad hoc consuetum est dici, q fides est cognitio non apparentium. secundū apostolum Hebre. xi. & ita absentiū: & habita quasi p auditum assentiendo testimonio alieno, qd videtur idoneum vt ei credatur. Intellectus autē siue scientia (quae in proposito pro eodem accipim9) est praesentium: & eorum quae praesto sunt sensibus intellectus, quibus homo non assentit propter testimonium alterius, sed propter testimoniū proprii intellectus de ipsa veritate agnita. Quare cū ratio propria alicuius obiecti deficit, deficit necessario & actus circa ipsum. Quādocunq; ergo aliquid incipit esse praesens vel apparēs: obiectum fidei esse non potest: neq; fides de illo. Cuiuscunq; autē est intellectus vel sciētia inquantū huiusmodi: ipsum presens est & apparens siue presto intellectui. cuiuscūq; ergo est intellectus vel sciētia, eiusdē nō pōt esse fides. apd eūdē dico. apud autē diuersos: hoc nullū est incōueniēs. Et hic distiguūt de credibili. q est qddā credibile simplr & absolu

tum,qđ excedit omnẽ facultatẽ humani intellectꝰ in ſtatu vię: ſicut deū eſſe trinū & vnum & huiuſmodi.quare cū de talibus neceſſe eſt hominẽ habere fidem:nec poteſt euacuari in ſtatu vię:dicunt ꝙ talia in vita iſta nunꝗ poſſunt eſſe ſcita vel intellecta:ſed ſolum ſunt credita,cōtra illa quę determinata ſunt in ꝓced.q.& ſolū intellecta i futuro: ita ꝙ de eis nūꝗ ſimul poſſunt eſſe fides & intellectꝰ. Aliud vero eſt credibile nō ſimplr̄ & abſolute,ſed alicui:qđ facultatẽ naturalẽ intellectꝰ nō omniū hominū excedit,ſed aliquorū ſolū:ſicut deum eſſe vnū aut incorporeū & cętera huiuſmodi.quę ſecundum modum dicendi quo prius alius poteſt ſcire veridica ratione & intellectu naturali,ſed non vnus & idem: quia cum incipit ea ſcire,cognitio fidei oīno euacuatur circa eadem.

¶Dictum iſtorum in primo fundamento de differētia inter fidem & intellectum deficit:quia non faciunt vlterius diſtinctionem inter cognitionem per viſum & per intellectum:ſed ſumunt intellectum pro viſu. Verū eſt enī ſcđm ꝙ dicit Augu.de vid.deū. ꝙ illa quæ credūtur abſentia ſunt: ſed eis alterius idoneo teſtimonio aſſentitur.Illa autem proprie dicūtur videri:quę pręſto ſunt vel animi vel corporis ſenſibus: quibus intellectus proprio teſtimonio aſſentit propter euidentiā veritatis ex natura ipſius rei,vel rationis.Sed diſtinguendo notitiam viſionis proprie ſumptæ a notitia intellectus vl̄ ſcientię:proprie dicit̃ eſſe notitia viſionis quādo res eſt pręſto videnti ꝑ ſeipſam: ſicut viſui corporali præſto ſunt i lumine viſibilia corporalia,& intellectui angelico & humano in gloria præſto ſunt ea quæ vident in verbo & luce increata . Proprie autem dicitur notitia intellectus:quando res eſt pręſto intelligenti vel ſcienti per ſpeciem ſolum ſuam vel alienā.ſicut geometra habet intellectum & ſcientiam figurarū corporaliū ad abſentiā earū ſcđm rem per veridicā rationem quā habet de eis adminiculo ſpecierum ſuarum apud animā. ſcđm ꝙ triplex iſta cognitio, fide,viſu,intellectu,diſtincta eſt in principio queſtionis pręcedētis in notitia eclipſis ſolis. De cognitione autem viſionis,quia ipſa propter rei pręſentiā claram in ſeipſa,nullam in ſe patitur obſcuritatem,ſed eſt omnino clara & perfecta,certe verum eſt qđ dicunt, ꝙ non poteſt eſſe ſimul de eodē & apud eundē ſciētia vel intellectus cū fide:quia talis notitia intellectus quę proprie viſio appellat̃ non poteſt haberi in præſenti de illo circa qđ non poteſt in pręſenti fides euacuari:vt ſecundum illud qđ eſt credibile ſimpliciter & abſolute fiat intelligibile viſu: quia talis notitia quādocūꝗ aduenit fidē euacuat,vel quo ad habitū vt in beatis,vel quo ad actum,vt in raptis:quia res viſa inquātum huiuſmodi ſtatim amittit rationem credibilis:ſicut dicūt,& bene.Et de tali modo intellectus non intelligo determinaſſe ꝙ in præſenti credibile poſſit fieri quocūꝗ lumine ſpiritali homini intelligibile,vt ſtatim dicetur.Sed loquendo de intellectu proprie dicto:cui res pręſto eſt per ſpeciem & maxime ꝑ ſpeciē alienā:ſicut ſunt ipſi præſto credibilia de deo:q̄ ſunt ꝑ ſe & abſolute credibilia: quę in pręſenti fiunt intelligibilia manuductiōe fidei,nō eſt ex rei præſentis euidētia,ſed ex veridicę rationis efficacia:loquendo inquam de tali intellectu:nō eſt verum:quin ſimul de eodem poteſt aliquis habere fidem & intellectum:quia talis intellectus non eſt oīno perſpicuus & clarus.propter qđ ſecum compatitur aliquā fidei obſcuritatē:& ideo nō omnino fidem euacuat: quia nō tollit ei rationem ſui obiecti.poteſt enim talem intellectum & fidem homo habere de eodē creditū intelligendo ex ratione veridica cum diuinę illuſtrationis adiutorio. Vnde Auguſt.contra Conſentium. Ea quę fidei firmitate iā tenes:etiā rationis luce cōſpicias:abſit nāꝗ vt hoc in nobis deus oderit in quo nos reliquis animātibus excellentiores creauit:abſit inquā vt ideo credamus ne rationem accipiamus ſiue quęramus:cum etiam credere non poſſemus niſi rationales animas haberemus.Et de tali intellectu dictū eſt ſupra,ꝙ credibile ſit homini in vita iſta quodāmodo intelligibile.

¶Eſt igit̃ intelligendū ad quęſtionē dicendo ꝙ intelligere ea q̄ ſunt fidei primo & abſolute,quę proprie pertinent ab iſtam ſcientiam,de quibus ad pręſens principaliter loquimur,cōtingit dupliciter,vel perfecte & notitia clara,vt nihil lateat intelligēdum de re ipſa prius credita cognitiōe obſcura.qđ Auguſt.proprie appellat videre.vel imperfecte & notitia non omnino clara:vt aliquid reſtet de ipſa re clarius intelligēdum.qđ proprie appello intelligere diſtinctum cōtra videre. Intelligere primo modo non ſtat ſimul in eodem cum fide:ſed fidem omnino euacuat vt dictū eſt:& non poteſt contingere in vita iſta ſcđm ſtatū vię:& erit ſolūmodo in ſtatu patrię.Intelligere autē ſecūdo modo,bene cum eodem & circa idem ſtat ſimul cū fide:nō tamē quātum eſt ex parte cognoſcētis quo ad idē. cum enim in iſto intelligere non eſt omnino obſcuritas notitiæ nec perfecta claritas , quo ad id ꝙ obſcurū aliqđ manet in notitia illa,ſtat fides:quo ad id vero qđ clare de re ꝑceptū eſt: eſt intellectꝰ de ea:ſicut pōt patere exēplū in luce & tenebra corporali.Cū enī de nocte,aer eſt oīno tenebroſus: in meridie vero aer eſt oīno lucidus:in ortu vero ſolis & occaſu ſimul lucidus & obſcurꝰ,vt tunc poſſit dici aer tenebroſus quo ad id qđ habet i ſe obſcuritatꝭ euacuādę oīno i plena luce meridiana: poſſit vero dici lucidꝰ quo ad id qđ habet luminoſitatis euacuātis aliqđ de obſcuritate tenebrarū

P Improbatio

Q

R Reſponſio auctoris.

noctis,quę perficienda est & cõplẽda oĩno luce meridiana:euacuatis omnino tenebris noctis. Vñ
de sicut ab ortu diei vsq; ad meridiem semꝑ procedit lucis augmentum,& tenebrarum decremẽ-
tum,quę oĩno euacuantur circa meridiem:sic claritas intellectus ꝓdicti circa credibilia. Postq̃ eñ
homo prius credita omnino inceperit intellectu percipere,si proficiendo continue procedat,conti-
nue clarescit notitia eius circa credita,semꝑ magis ac magis continue fidei obscuritatem euacuan
do:quã tamẽ nunq̃ ꝑfecte euacuare poterit:quousq; adueniat claritas lucis meridianæ ĩ visiõe cla
ra diei æternitatis. vt sic omnis nostra cognitio in pręsenti quãtũcunq; proficiat,sit ex parte respe
ctu visionis gloriæ:& hoc dupliciter: tum quia obscura: tum quia imperfecta:& opportunum est
ꝙ talis maneat:quousq; visione aperta euacuetur qđ obscurũ est ex fide:& perficiatur qđ imperfe
ctum est intellectus claritate. Propter qđ dixit Apostolus.i.Corinth.xii. Nunc autem ex parte co
gnosco:tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.Glos.Ex parte.id est obscure & imperfecte.
obscure quidem quo ad id quod est fidei , quod euacuabitur . imperfecte vero quo ad id quod est
intellectus.quod perficietur cum venerit quod perfectum est.Super quo dicit Augustinus secũda
parte super Ioan.sermo.xliiii.Ex parte scimus:sed per spiritũ sanctum sit,vnde pignus accepimꝰ,vt
ad ipsam quoq; plenitudinem veniamus.Sed nunc interim(vt dicit Glos.Ephe.vi.& Col.iii.)spi-
ritu mẽtis per spiritũ sanctum qui ducit rationẽ veram in agnitionem dei,homo secũdum ratio-
nalem mentẽ magis ac magis crescit: quia etsi is qui foris est homo noster corrũpitur:tamẽ is qui
intus est,renouatur de die in diem.vt dicit.ii.Corith.iiii.Ita sane sicut dicit August.in epistola ad
Italicã: vt in hac vita qualiscũq; prouentus sit,longe absit ab illa perfectiõe similitudinis q̃ idonea
erit ad vidẽdum deũ(sicut dicit apostolus)facie ad faciem. Vt enim dicit de vtil.credendi,in hac
vita quãtũcunq; id sciatur nõdum est certissimũ.quin incomparabiliter longe est ampliꝰ id qđ in
de nescitur.Et ideo post modicũ subdit,ꝙ omnis intelligens credit: nõ omnis qui credit intelligit.
Propter qđ dicit sup Ioã.pte prima ser.xxxix.Qđ intelligimus sine obscuritate capiamus,qđ nõ in
S telligimus sine dubitatione credamus.A fundamẽto fidei non recedamus, vt ad culmẽ perfectio-
nis veniamus.Possumus ergo exponere illud.Quia etsi is qui foris est &c.vt dicamꝰ rationale no-
strum foris esse quo ad id quod fide cognoscit ex speculo & ęnigmate creaturę. Intus vero eẽ quo
ad id quod intellectu capit ex clara veritate.quantum enim crescit & augetur intellectus,tantum
decrescit & euacuatur fides:quousq; transferamur ad apertam visionẽ in qua euacuabitur omni
no quod ex parte fidei est:& perficietur qđ est ex parte intellectꝰ.vt sic in charitate radicati & fun
dati,tandem possimus comprehẽdere cũ oĩbus sanctis:quæ sit lõgitudo,latitudo,altitudo & pro-
fundũ:& cognoscere supeminentẽ sciẽtię claritatẽ Christi,& impleri in omnẽ plenitudinẽ dei:vt di
citur Ephe.iii. Super quo dicit Augu.ii.parte sup Ioan.ser.xli.Isto modo docebit nos spiritus oẽm
veritatem:cũ magis magisq; diffundat in cordibus nostris charitatem.Quẽadmodum igitur cõ-
traria cum sint in medio citra sua extrema & terminos suæ excellẽtię simul sunt:& sese cõpatiun
tur: & cõtinue ad augmẽtũ vnius sequitur detrimentũ alterius:quousq; vno perfecto in termino
alterum oĩno corrũpatur:ita fides & intellectus sese insimul compatiuntur in eodem & circa idẽ:
quousq; intellectus visione perficiatur:& fides omnino euacuetur. Aliter enim necesse esset omni-
no negare aliquem intellectum posse esse in vita ista de eis quę sunt fidei & sacrę scripturę.Quo-
T niã fides in statu vitę huius deficere omnino nõ potest: quoniã est regula & fundamẽtũ intellectꝰ,
viam ei pręparans quousq; visio adueniat. Vnde fides respectu intellectus huius vitę potius habet
similitudinẽ fundamẽti ad ędificiũ q̃ lactis ad cibum.Quoniã cum puer solidum cibũ attingit,lac
despicit:sed cum ędificium surgit fundamẽtum nõ dimittit.Et sic intellectus vitę huius nunq̃ fi-
dem euacuat:sed semper in fundamẽto suo habet:qa propter debilitatẽ nostri intellectꝰ in vita ista
sine fidei tẽperamento tam ardua capere non posset:sicut ea capiunt intellectus angelorũ & beato
rum.scđm ꝙ dicit August.sup Ioan.parte.ii.ser.xliiii.Proprie non cõuenit rei huic similitudo ma-
terni lactis & solidi cibi,sed potius fundamenti:quia & puer quãdo ablactaẽ vt ab alimentis infan
tiæ iam recedit,inter solidos cibos non reperit vbera quæ suggebat. Christus autem crucifixus &
lac suggẽtibus est,& cibus proficientibꝰ.Fundamẽti vero ideo apertior est similitudo:quia vt per-
ficiatur qđ struitur,additur ędificiũ,nõ subtrahitur fundamentũ. Propter qđ alloquens eos qui si
bi perfecti videbãtur,cum seipsum imperfectũ dixisset:ait.Quotquot ergo perfecti sumꝰ: hoc ipsu
sentiamus: & si aliqd aliter sapitis:hoc quoq; deus ipse reuelabit.verũtamen ad id in quo perueni-
mus in eo ambulemus.Si quid ergo intellexeris qđ nõ sit cõtra regulã catholicę fidei,ad quã velut
ad viã quę te ducit ad patriã ꝑuenisti:& sic intellexeris vt in eo dubitare oĩno nõ debeas: adde ędi
V ficium:noli tamẽ relinquere fundamẽtũ.Quãtũcũq; igitur quis perfectus est intellectu in vita ista
in fundamento intellectus semꝑ debet habere fidem:& in hoc semꝑ imperfectus est respectu intelle

lectus qui erit in vita futura. Vnde Augustinus vt supra. ser. xliii. Spiritus sanctus & nūc docet fideles quanta quisq; potest capere spiritualia, & in eorum desiderium magis attēdit si quisq; in ea charitate proficiat qua & diligat cognita & cognoscenda desideret: ita vt ea quoq; ipsa quæ nūc quomodocunq; cognoscit, nondum se scire sciat quomodo sciēda sunt in ea vita quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Quo sciendi modo si nūc vellet iterior magister dicere. i. menti nostrę aperire atq; monstrare, humana infirmitas portare non posset. Sed ea ipsa quæ in doctrina religionis in quorumlibet notitia hominum legimus, si vellet eo mō nobis Christus dicere, sicut ea dicit angelis sanctis, quinam portare homines possent? Et cum deum nemo taceat quis eum sicut intelligendus est capiat? quis est cuius acies mentis ad eum accedat? quis est qui eum trinitatem sciuisset nisi ipsa sic inotescere voluisset? & quis hominum istam iam sileat trinitatem: & tamē quis hominum sicut angeli sapiat trinitatem? Ea ipsa ergo quæ de dei æternitate veritate sanctitate in promptu & palam sine cessatione dicuntur, ab aliis bene, ab aliis male intelliguntur. Immo ab aliis non intelliguntur: qui enim male intelligit: non intelligit. Ab eis ipsis autem a quibus bene intelliguntur, ab aliis minus ab aliis amplius mentis viuacitate cernuntur, et si a nullo hominum sicut ab angelis capiuntur. In ipsa ergo mente hoc est in interiore homine quodammodo crescitur non solum vt ad cibum a lacte transeatur: verum & vt amplius atq; amplius cibus ipse sumatur. Non autem crescitur mole spatiosa: sed intelligentia luminosa: quia & ipse cibus intelligibilis lux est. Et in epistola ad Deogratias quæstione sexta in fine sic dicit. Sunt innumerabiles quæstiones quæ non sunt finiendæ ante fidem ne finiatur vita sine fide: sed plane retenta iam fide ad excitandum piam dilectionem mentium fidelium studiosissime requirendæ: & quod in eis reluxerit, sine typo arrogantiæ communicandum: quod autem latuerit: sine salutis dispendio tolerandum. Vult ergo q; aliquid lateat & aliquid pateat: & qđ latet planum est esse fidei, quod vero patet, intellectus. Hinc dicit in epistola ad Consentium. Si iam fidelis rationem poscat vt qđ credit itelligat, capacitas eius intuenda est: vt secundum rationem redditam sumat fidei suæ quantam potest intelligentiam: maiorem si plus capit: minorem si minus: dum tamē quousq; ad plenitudinem cognitionis perfectionemq; perueniat ab itinere fidei nō recedat. Hic est q; dicit Apostolus. Et tamen si aliquid aliter scitis, id quoq; deus ipse vobis reuelauit. verūtamen in qđ peruenimus in eo ambulemus. Iam igitur si fideles sum⁹ ad fidei viam peruenimus: quā si nō dimiserimus: non solum ad tātam itelligētiam rerum incorporearum & incōmutabiliū, quanta in hac vita ab hominibus capi non potest: verū etiam ad summitatē cōtēplatiōis quā dicit Apostolus facie ad faciem, sine dubitatione perueniemus. Et addit post aliqua interposita. In qua via (id est in cuius Christi crucifixi fide) qui eius rectitudinē per dei gratiam comprehendere potuerūt, & philosophi sunt appellati siue oratores, profecto humili pietate confessi sunt sibi in ea fuisse prę uios piscatores non solum credendo firmissimo robore, verum etiam intelligēdo certissima veritate. Hoc (inquit Augustin⁹) dixerim vt fidem tuam ad amorem intelligētię cohortarer, ad quā ratio vera perducit, cui fides animum præparat. Vnde patet q; dicere q; credibilia sola fide tenenda sunt: & q; eorum intelligentia in hac vita omnino expectanda non est, valde est perniciosum. secundum q; dicit Augustinus in eadē epistola. Falsę rationi nō solū vera ratio qua id qđ credimus intelligam⁹: verum & fides ipsa rerum nondum intellectarum sine dubio pręferenda est. habet nanq; fides oculos suos: quibus quodam modo verum esse videt quod nondum videt: & quibus certissime videt nondum se videre qđ credit. Porro autem qui vera ratione id qđ tm̄modo credebat intelligit, profecto prępomendus est ei qui cupit adhuc intelligere quod credit. Si autem nec cupit: & ea quæ intelligenda sunt credenda tm̄modo existimat: cui fides prosit ignorat. X

¶ Per hæc patent obiecta. Ad primum q; fides & intellectus non stant simul: quia fides habet obscuritatem, intellectus claritatem: Dicendum q; verum est quando sunt in suis excellentiis & pura. sed citra excellentias obscuritas non omnino occupata & claritas non oīno pura bene se compatiuntur: & sic stant simul fides & intellectus. Alio modo non, vt patet ex determinatis. ¶ Ad secundum: q; scientia & opinio non stant simul: ergo neq; fides & intellectus: Dicendum q; quantum est ex parte notitiæ obscurę in opinione & fide, respectu notitiæ clarę in scientia & intellectu, bene teneret similitudo & pcederet ratio. Sed aliud est qđ reformat pactum: propter quod non tenet similitudo neq; procedit ratio, quoniam quod scitur vel intelligitur cognoscitur Y Ad pri. princi. Z Ad scdm.

quia impossibile est aliter se habere.quod autem opinatur quis, inquantum huiusmodi æstimat posse aliter se habere.qđ aūt creditur & fide tenetur, propter fidei certitudinem, quantumcunque sit obscura notitia,tenetur quia impossibile sit aliter se habere.Opponuntur ergo scientia & opinio:non solum sicut contraria:quæ possunt habere medium,scilicet vt obscurum & clarum:sed sicut contradictoria inter quæ non est medium scilicet vt possibile aliter se habere, & non possibile aliter se habere. Non sic autem fides & scientia:sed solum sicut obscurum & clarum:& ita vt contraria inter quæ cadit medium.Licet ergo scientia & opinio non possunt simul stare in eodem circa idem:quia non possunt concurrere in medio aliquo propter contradictionem quam habent: fides tamen & intellectus quia solum habent inter se contrarietatem quæ in vnum medium potest concurrere : bene citra suas excellentias in terminis,possunt simul stare,vt patet ex determinatis.& sic scientia & opinio possent simul stare non impediente eorum contrarietate:si non impediret contradictio quam important.

Quæstio.VIII.

A Quęst.8. Arg.1.

Irca octauum arguitur q͏ homo per se sine doctore possit hanc scientiam addiscere.Primo sic.nō est minoris efficaciæ lumen supernaturale ad cognoscēdum supernaturalia , q̄ lumen naturale ad cognoscendum naturalia . sed homo adiutorio luminis naturalis per se sine doctore potest inuestigare notitiam scibilium naturalium,vt habitum est supra.ergo & per se propria inuestigatione sine doctore lumine supernaturali potest notitiam scibilium supernaturalium inuestigare.talia sunt scibilia huius scientiæ.ergo & cætera. ¶Secundo sic.Augusti-
2 nus post principium de doctrina Christiana, loquens de beato Antonio dicit:q͏ sine vlla scientia literarum scripturas diuinas & memoriter tenuit : & prudenter intellexit . sed hoc non fuit nisi
In opposi. per se addiscendo hanc scientiam.ergo &c.¶Oppositum arguitur secundum illud quod habetur Actuū.viii.vbi quęrebat Philippus ab eunucho legente Esaiā,putas ne intelligis quæ legis?Qui respondit.quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi?vbi dicit Glos.Hic arguit eorum audaciam qui ęstimant sine doctore diuinam scripturam intelligere.

B Resol.q. ¶Hic intelligendum est in principio:cum ista scientia sit credendorum per fidem & operandorum per charitatem,vt dictum est supra:q͏ Aliud est scire siue cognoscere credenda & operanda quæ pertinent ad hanc scientiam,discernendo scilicet credenda & operanda inter se: & a non credendis:& a non operandis:Aliud vero est habere scientiam credendorum & operandorum,scilicet scire non solum quid credendum & quid non credendum:quid operandum & qđ non operandum:sed etiam quomodo fides credendorum & charitas operandorum gignitur,nutritur,roboratur,& defenditur:qua scientia non pollent fideles plurimi,q̄uis polleāt ipsa fide vel dilectione plurimum.Aliud est enim scire solummodo quid homo credere vel operari debeat propter adipiscendam beatam vitam: Aliud autem est scire quoniam hoc ipsum piis opituletur : & contra impios defendatur,vt dicit Augustinus.xiiii.de trinitate. Et est talis scientia paucorum.secundum enim q͏ dicit Augustinus in principio libri contra epistolam fundamenti, Ad cognitionem syncerae sapientiæ pauci spirituales perueniunt in hac vita , vt eam ex minima parte , quia homines sunt , absq͏ dubitatione cognoscant : cæteram quippe turbam non intelligendi viuacitas:sed credendi simplicitas tutissimam tenet. Et de vtroq͏ modo sciendi potest habere locum quæstio:sed principaliter de secundo,vt patebit. ¶Sciendum igitur iuxta illud qđ dicit Philoso-
C phus, Dispositio vniuscuiusq͏ in esse,est sua dispositio in veritate & cognitione:q͏ Sicut quædam habent esse a natura tm̄,vt triticum de semine tritici:quædam vero ab arte tm̄,vt arca de lignis: quædam vero partim a natura , partim ab arte , vt sanitas quam natura inchoat : sed adiutorio quidem medicinæ consummat : consimiliter est & in cognitione , q͏ quædam sciuntur via inuestigationis rationis solum: quædam vero per diuinam reuelationem solum : quædam vero vtroq͏ modo:quorū notitia a reuelatione inchoat:sed perficit per studiū & inuestigationē,coadiuuante reuelatione.Primo modo sciuntur res naturales a philosophis.Secundo mō scitū est euāgelii & sacra scriptura ab apostolis.dicēte Hiero.in prol.Bibl.Quicqd aliis exercitatio & quotidiana

lege meditatiõ tribuere solet, illis hoc spūs suggerebat sanct⁹. Tertio modo scita est a fidelibus scien tia: fidei quæ p habitũ siue fidei lumen infusum inchoatur: sed perficitur per humanum studium cum adiutorio diuinæ illustrationis per determinationem credendorum: quæ solus habitus fidei non declarat: quia sine hac determinatione habens fidei habitum: q̃ credenda sunt non cognoscit: sicut nec fecit Cẽturio anteq̃ instruct⁹ esset a Petro, vt habet in Glos. Act. x. Et de hoc mõ sciendi sacram scripturam ab homine, scilicet quo ad determinatã notitiam credẽdorum, procedit quęstio principaliter. Si ergo intelligatur quęstio de scientia qua solum discernuntur credenda, de illa simpliciter est dicendum ꝙ non potest sciri nisi aliquo docente & determinante articulos credendorum: & hoc vel deo inspirante interius, vel angelo vel homine docente exterius. Et hoc est quod dicit Apostolus Roma. x. Quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo audient sine prædicante? quasi dicat, nullo modo. Si vero intelligatur de scientia qua sacra scriptura piis opitulatur: & contra impios defensatur, supposita notitia discretionis credendorum, de qua propriissime intelligitur quæstio: Aliter enim proprie non cognoscitur aut scitur sacra scriptura: q̃ q̃ fide cognoscantur credenda: Intelligendum ꝙ ad scientiam perfectam sacræ scripturæ, sicut & cuiuslibet alterius, tria concurrunt. Primum ꝙ homo mentem literæ & interpretationem eius per totum cognoscat. Secundum, ꝙ illa quæ latent in potentia sub primis scibilibus scientiæ, & quæ litera non exponit, sciat explicare: & secundum actum deductionis rationalis elicere. Nulla enim scientia omnia particulariter scienda ex principiis suis explicat aut exponit: sed solum illa exponit: ex quibus alia sufficienter elici possunt. secundum ꝙ dicit Orig. in Homilia de arca Noe: ꝙ in sacra scriptura super hoc opportunum videtur habitum silentium, de quo sufficienter consequentię ipsius ratio doceret. Tertium ꝙ illa quę ab initio credit sola fide, intelligat ratione. D

¶ Quo ad primum dicẽdum est absolute, ꝙ exclusa gratia specialis reuelationis secundum communem statum humanum homo non potest scire sacram scripturam sine doctore. Et hoc ideo, quia ipsa vtitur signis rerum: sicut aliæ scientię vtuntur signis vocum. Res autem significat iuxta suas proprietates. Vnde cum eadem res varias habeat proprietates quibus varia & cõtraria significari possunt: & ita sacra scriptura sub ipsis intentionem suam in figuris & ęnigmatibus repręsentat: & indefinite non potest homini esse per se nota rerum significatio in sacra scriptura, vt cognoscat qd q̃ libet res velit significare: & pro quo supponat. Vnde sicut homo ignorãs idioma græcum: licet dictiones græcas disciplinabiliter prolatas audiat: instrui tamen per illas non potest nisi prius instructus in vocũ significatione: cõsimiliter legens sacram scripturam eam intelligere non potest sine interpretante ei rerum proprias & figuratiuas significationes ignotas aut dubias. Propter qd dicit Augustinus. ii. de doctrina Christiana. Duabus de causis non intelligũtur quæ scripta sunt: si aut ignotis aut ambiguis signis obteguntur. & ibidem. Rerum ignorantia facit ambiguas figuratiuasq; locutiones. Vnde ad cognoscendũ obscuros modos loquendi sacræ scripturæ, sine quibus sciri & intelligi non potest, composuit Augustinus libros de doctrina Christiana. Vnde quia sine doctore litera sacræ scripturæ sciri & intelligi non potest, dicit Hieronym⁹ ad Paulinũ. Lex spiritualis: & reuelatione opus est vt intelligatur: liber in Apoca. vii. sigillis signatus ostenditur: quanti hodie putant se nosse literas: tenent signatum librum: nec aperire possunt nisi ille scilicet vel per se vel per ministros reserauerit qui habet clauem Dauid, claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit. Vñ eunuchus ille in actibus cũ legeret illđ Esaię. liii. Tanq̃ ouis ad occisionẽ duct⁹ est & cętera: & librũ teneret, & verba domini in cogitatiõe conciperet, lingua volueret, labiis ꝑsonaret, ignorabat eum quem in libro nesciens venerabatur. Interrogatus autem a Philippo putas ne intelligis quæ legis? respondit: quomodo possum nisi quis ostenderit mihi? obsecro de quo propheta dixit de se an de aliquo alio? tũc Philippus incepit ei euãgelizare Iesum qui clausus latebat in litera. Ex his cõcludit Hierony. qđ dixim⁹ supra dicẽs. Hęc a me perscripta sunt breuiter, vt itelligeres te i scripturis sacris sine pręuio & monstrante semitam non posse ingredi. Et ideo qui non instructi vidẽt per se sacram scripturam, vident eam quasi attendẽtes ad lucernam lucentem in caliginoso loco, vt dr. ii. Pe. i. ad quã hõ literas intelligibiliter legere nõ põt. & hoc qm̃ vt dicit ibi Glos. nulli⁹ ꝓphetarum propria sua interpretatione populis doctrinam vitæ prædicauit. eget ergo omnino interpretatione aliena. Summa ergo fatuitas est, maxime hominum in scientiis secularibus instructorum: ꝙ ad nutum & sine doctore sacram scripturam per se præsumũt capere & intelligere. quos Hieronymus reprehendit dicens. Qui forte ad scripturas sanctas post seculares lrãs venerũt: & sermone cõposito aures populi mulserũt: qcqd dixerit hoc legẽ dei putant: nec scire dignanẽ qd ꝓphę qd

Margin notes: E (beside "¶ Quo ad primum"); Respõsio; F (beside "structus in vocũ significatione"); G (beside "tatione aliena").

Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia. De hoc August. de utili. credendi dicit sic. Nulla imbutus poetica disciplina Terentianum sine magistro attingere non auderes: tu in libros diuinarum rerum sine duce irruis: & de his sine praeceptore audes ferre sententiam? & infra. Et si unaquaeque disciplina quamquam vilis & facilis ut percipi possit doctorem aut magistrum requirit, quid temerariae superbiae plenius, quam diuinorum sacramentorum libros & ab interpretibus suis nolle cognoscere, & incognitos velle damnare? ¶ Quo ad secundum modum
H sciendi sacram scripturam, Dicendum quod sicut adiutorio luminis naturalis rationis potest homo naturali ratione ex primis principiis scientialibus scientiarum naturalium elicere & inuestigare conclusiones siue expressas in scientia siue non, quae tamen latent in potentia in principiis in ipsa scientia expressis: Sic adiutorio luminis fidei potest homo naturali ratione ex primis principiis credendorum elicere omnia posteriora credenda siue in scientia fidei expressa siue non, tanquam illa quae in potentia scita sunt in prioribus & hoc sine omni alio doctore, postquam in primis credendis fuerit sufficienter instructus. Unde Augustinus secundo de doct. Christia. Erit diuinarum scripturarum solertissimus indagator qui primo totas legerit notasque habuerit: etsi nondum intellectu, iam tamen lectione. Deinde quae in eis aperte posita sunt praecepta viuendi vel regulae credendi, solertius diligentiusque inuestiganda sunt: quae tanto plura quisque inuenit quanto est diligentia capacior. In his enim quae aperte in scriptura posita sunt, inueniuntur illa quae continent fidem moresque viuendi. In ea igitur quae obscura sunt aperienda & discutienda pergendum est, ut ad obscuriora illustranda de manifestioribus sumantur exempla & quaedam certarum sententiarum testimonia incertis auferant dubitationem. ¶ Quo ad tertium vero modum sciendi sacram scripturam, dicendum similiter quod assistente diuino adiutorio communi sine quo intelligi non possunt credita, sine omni alia praerogatiua reuelationis homo sufficienter instructus in credendis & in dictis sacrae scripturae sine omni alio doctore potest deuenire scrutatione naturalis ingenii in intellectum eorum quae prius tenebat sola fide, quantum possibile est credita in vita ista secundum communem statum hominum fieri intellecta. Et quia hoc ut dictum est fit diuina gratia assistente & illuminante, maxime gratum faciente, plus proficitur in hoc oratione quam auditione. Propter quod dicit Augustinus in ser. de gratia noui testamenti. Ama ecclesiasticas legere literas: & non multa inuenies quae requiras: sed legendo & ruminando si etiam pure dominum largitorem bonorum omnium depreceris, omnia quae cognitione digna sunt: aut certe plurima ipso magis inspirante quam homine aliquo commonente perdisces. & de videndo deum. Primum mihi videtur plus valere in hac inquisitione, viuendi quam loquendi modus. Nam qui didicerunt a domino Iesu mites esse & humiles, plus cogitando & orando proficiunt quam legendo & audiendo. Nec ideo tamen agere partes suas sermo cessauerit: sed cum plantator & rigator officium sui gesserit muneris, caetera illi qui dat crementum relinquit.

I
Ad pri. prin. ¶ Ad primum in oppositum: quod lumine naturae sine doctore cognoscimus naturalia ergo & lumine supernaturali sine doctore supernaturalia: Dicendum quod verum est loquendo de secundo modo sciendi, scilicet posteriora ex prioribus praecognitis. Sed quo ad notitiam literae in aliis scientiis & in ista, omnino refert: propter hoc quod in aliis signa sunt voces propriae determinatae ducentes in notitiam rerum: hic autem ipsae res ducentes obscure per suas proprietates in noti-
k
Ad secdm. tiam aliarum rerum, ut dictum est. ¶ Ad secundum de beato Antonio: Dicendum quod illud fuit gratiae praerogatiuae: sed quaerimus de notitia quae potest contingere secundum communem statum hominum. ad illum enim priuatum modum accipiendi notitiam scripturae non est homini expectandum: sed studio proprio quantum potest cum diuino adiutorio ad intellectum sacrae scripturae diligenter laborandum, ut dictum est supra.

L
Quest. ix.
Arg. i.

Irca nonum arguitur: quod illi qui sacram scripturam conscripserunt: non perfecte eam intellexerunt. Primo sic. Ionae. iii. dicitur quod ad praeceptum domini Ionas praedicauit, adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. quod secundum Glos. non erat prophetia descendens de praescientia dei: sed comminatio ad correctionem. quod tamen ut videtur Ionas ignorauit credens ad literam fuisse prophetiam: quia sedit quod sedebat subter quercum donec videret quid accideret ciuitati. ergo & consimiliter alii potuerunt ignorasse mysteria & figuras, quae dominus eis reuelauit, quae
2 in hac scientia conscripserit. ¶ Secundo sic. Hier. iiii. Hieremias. heu heu heu domine deus. ergo ne decepisti populum istum & Hierusalem dicens pax erit vobis? & ecce peruenit gladius usque ad animam. ubi dicit Glos. Quia supra

dixit In tempore illo vocabunt Hierusalem solium domini:& tamen nunc dicit Peribit cor Regis & caetera:turbatur propheta & in se deum putat mentitum:nec intelligit illud longe post hoc futurum.Si ergo Hiere.ignorauit quae conscripsit,& alii ignorasse potuerunt.¶Contra est illud qd dicit Apostolus pro se & pro aliis sacrae scripturae scriptoribus.i.Corinth.ii.Nos non spiritum huius mundi accepimus:sed spiritum qui ex deo est,vt sciamus quę a deo donata sunt nobis:quae & loquimur.illa ergo sciuerũt quae locuti sunt:sed talia cõscripserunt.ergo &c. In opposi.

¶Dicẽdum ad hoc:ꝙ error erat quorũdam hęreticorum prophetas & sacrae scripturae conscriptores tanq̃ arreptitios loquutos fuisse:& ita ea q̃ cõscripserunt non intellexisse:sicut nec intelligũt arreptitii q̃ dicũt. Quoꝫ errorẽ excludit Paulus in verbo p̄dicto.Nos nõ spũm huius mundi accepimus:in nobis.s.loquentẽ:vt scribenda nõ intelligamus:& nõ solum per nos,vt per calamum cõscribentẽ.Glos.Nõ spiritũ huius mũdi.i.spiritum phytonicum qui per Sibyllã loquutus est.Sed accepimus spũm qui ex deo est.Glos.i.spiritum sanctum,quo docemus sapientiam q̃ de deo est.Et ideo dr̃.ii.Petri.i.Spiritu sctõ inspirati locuti sunt sancti dei hoies. & nõ solũ inspirati ad cognitionem verborum:sed ad itellectum sententiarum.secũdũ ꝙ dicit Glos.Ea sola docebãt q̃ a spiritu sancto didicerãt.Non solũ aũt verba docebant, sed mysteria & intellectus exponebant.ergo & illa a spiritu sancto didicerant.Aliter enim non fuisset eis facta pfecta reuelatio.Cum enim secundum August.in fine contra Adim.tria sunt genera visionis: Vnum corporalis visionis secundum oculos.Sicut vidit Abrahã tres viros sub ilice Mambre:Alterũ imaginatiuũ:nã hęc pars nostra cum diuinitus assumitur multa nobis reuelantur : Sicut vidit Petrus discum cum variis animalibus:Tertium vero genus visionis est secundum mentis intuitum quo intellecta conspiciũtur veritas atq; sapiẽtia: sine quo genere illa duo vel ĩfructuosa sunt,vel etiam in errorem mittũt: Scripturam ergo istam quae conscribentibus non infructuosa fuit:nec in errorem misit eos : nõ est dicendum qn isto tertio genere visionis per reuelationem acceperint qui conscripserũt: & ita eam perfecte intellexerũt quãtũ pro tempore expediebat.vnde sequitur ibidẽ.Cũ ea quae corporis sensibus siue illi pti quae corporalium rerum imagines capit diuinitus monstrantur non solum sciunt his modis:sed etiam mente intelliguntur: tũc est perfecta reuelatio. Quid enim profuit Balthasar regi ꝙ manũ scribẽtẽ añ oculos suos i pariete cõspexit?cui visiõi qa nõ potuit attigere,mẽtis aspectu q̃rebat adhuc videre qd viderat.Tali aũt acie luminis p̄ditus Daniel qua ista intelligunt,mente vidit qd ille viderat corpore.Rursus illa parte q̃ imagines corporum capit, vidit somnum Nabuchodonosor Rex:& quoniam non habebat idoneum mentis oculum ad intelligendum qd viderat,ideo ad interpretandum visum suum aspectum quaesiuit alienum.s.oculum Danielis. Daniel autem reuelante spiritu dei:& quid ille vidit in somnis,ea parte vidit qua corporũ capiunt imagines: & quid significaret mente conspexit.Non est autem propheta dei veri & summi, qui oblata diuinitus visa vel solo corpore vel etiam illa parte spiritus videt qua capiuntur imagines : & mente non videt.Sed plerunq; in scripturis sic posita inueniuntur quẽadmodum visa sunt : non etiam quemadmodum intellecta sunt:vt mentis visio in qua totus fructus est,exercendis lectoribus seruetur.Sed ex multis quae apte sunt scripta,manifestatur nobis quomodo illa intellexerunt quae sic in libris posuerunt quomodo figurate illis demonstrata sunt. & ideo Augustinus dixit in lib.eodem.Apostoli oĩa intelligẽtes pauca exposuerũt,vt ad easdem regulas caetera posteris intelligenda relinq̃rẽt.Et beatus Hieronym⁹ in Prolo.Biblię.Pleriq; stupent in dñi doctrina,& mirant in Petro & Ioanne quomodo legem sciant:cum literas nõ didicerint.Quicquid enim aliis exercitatio & quottidiana i lege meditatio tribuere solet,illis hoc spirit⁹ sanct⁹ suggerebat:& erãt iuxta ꝙ scriptum est dociles deo.¶Sed quia quaestio non solum quęrit vtrũ intellexerunt quę scripserunt:sed etiam vtrum perfecte intellexerunt:Dicendum ad hoc,ꝙ perfectus intellectus duplex est:quidam simpliciter perfectus & absolute:quidam quo ad statum intelligentis. Secundo modo dicitur ille perfecte intelligere qui tãtũ intelligit quantum intelligendum est & expedit intelligere pro loco & tempore.Hoc modo generaliter quicunq; sacri doctores qui spiritu sancto inspirati locuti sunt,pfecte intellexerunt q̃ scripserunt.Propter qd super illud primae Corinth.ii.Sciamus quae a deo donata sunt nobis.dicit Glos.Inde probatur ꝙ spiritum dei accepimus:quia hoc scimus qd vtiq; scire expedit.Sed ꝙ omnes perfecte intelligant primo modo,hoc non oportet nisi in summe & perfectissime spiritu sancto illustratis:sicut erat Moyses.Ad illum enim perfectum intellectum duo requiruntur.Primum ꝙ homo omnino veram expositionẽ intelligat quã scriptura sancta continere potest:secundũ ꝙ quãlibet expositionẽ secundum oẽs conditiones suas perfecte itelligat.secũdũ ꝙ Moyses perfecte intellexit quae scripsit. dicente August.xii.confes.in fine.Moysen famulum tuum

M Respõsio.

N

O

P

scripturę dispēsatorem spiritu tuo plenum ita honoremus, vt hoc eū te reuelāte cum scriberet attēdisse credim⁹, qđ i eis maxie & luce veritatis & fruge vtilitatis excellit. Itaq; cū alius dicit, hoc sentit qđ ego: & ali⁹, immo qđ ego, religiosi⁹ me arbitror dicere: cur non vtrūq; potius, si vtrūq; verum est? quid si tertium? & quid si quartum? Et si quid omnino aliud verum quispiam in his verbis videt, cur non omnia illa vidisse credatur per quem deus vnus sacras literas vera & diuersa visuris multorum sensibus temperauit? Nolo itaq; deus meus tam præceps esse vt hoc illū de te meruisse non credam. Sensit igitur ille omnino in his verbis atq; cogitauit cum ea scriberet quicquid hic veri potuimus inuenire: & quicquid nos non potuimus aut nondum possumus: sed tamen in eis inueniri potest. Per hęc patent obiecta.

Q Ad pri. princip. ¶ Ad primum igitur de Iona, Dicendum ꝙ ipse mysticū sensum comminationis bene intellexit in illis verbis. Sed alium sensum literalem forte ignorauit: an. s. deus literaliter intellexit Niniuen esse subuertendam post quadraginta dies: & ideo sedit extra ciuitatē expectans exitum rei & euentum.

R Ad scdm. ¶ Patet similiter secūdū de Hiere. ipse enim intellexit bona q̄ & qualia promiserat per eum dominus: licet ignorauit tempus quando promissio implenda erat: quia hoc scire ei non expediebat quacunq; de causa latente & occulta, propter quam dominus illud prophetæ suo reuelare distulit.

Arti. XIIII. de modo tradendi Theologiam.

Ar. XIIII.

Equitur de causa formali huius scientiæ: & quia in scientiis duplex est forma. s. forma tractandi & forma tractatus, ideo duplex est hic q̄stio. Primo de forma tractādi. Secundo de forma tractatus. Et q̄a forma tractandi in scientia idem est qđ modus agendi, qui consistit in traditione & expositione, ideo circa hoc quęruntur duo.

Primo de modo tradendi hanc scientiam.

Secundo de modo exponendi eam.

Circa modum tradendi duplex est quæstio.

Prima: vtrum modus tradendi hanc sciētiam debeat esse multiformis an vniformis.

Secunda: vtrum sit argumentatiuus an narratiuus.

A Quęst. i. Arg. i.

Irca primum arguitur primo, ꝙ modus huius scientiæ debeat esse multiplex nō vniformis. Primo sic. He. i. Multifarie multisq; modis olim de⁹ loquēs in patrib⁹. hęc est locutio huius scientiæ, quæ respicit modum tradēdi eius. Multiplex ergo est modus tradendi hanc scientiam non vnicus. ¶ Secūdo sic. Eph. iii. dicitur. 2 Innotescat principibus & potestatibus per ecclesiā multiformis sapientia dei. sed non innotescit esse talis nisi ex modo traditiōis eius. ergo &c.

In opposi. ¶ In cōtrarium est: q̄m modus scientiæ debet esse proportionalis auditori: quia aliter nō instrueret & materiæ: quia aliter non congrueret. sed ingenio carnali cui proponitur lac fidei in auctoritate scripturæ, magis est proportionalis modus vniformis q̄ multiformis: quia vniformi facilius instruitur: & multiformi amplius confunditur: quia in paucioribus via magis. materiæ similiter magis congruit modus vniformis q̄ multiformis. quoniam ipsa est maximę simplicitatis & vniformitatis, vt dictum est supra de vnitate huius scientiæ. ergo &c.

B Respōsio aliquorū. ¶ Dicunt aliqui, ꝙ modus scientiæ huius in tradendo eam debet esse multiplex, tū propter dei sapientiam multiformem quę tradi debet in hac scientia, tum propter multiformē statum hominū quibus debet ista scientia congruere. Cū enim (vt dicunt) qui istrui possent vna via & vno mō, alia via & alio mō instrui nō possent: sed diuersi diuersimode de diuersis: ita ꝙ modus cōgru⁹ vni non est mod⁹ cōgruus alteri: necessariū est vt modus hui⁹ sciētię multiplex sit. Et distinguūt modos istos penes hoc: ꝙ sacra scriptura aliq̄n p̄cipit, aliq̄n p̄hibet, aliq̄n p̄mittit, aliq̄n cōsulit: aliq̄n minatur, aliq̄n promittit, aliq̄n terret, aliquando hortatur, aliquando reuelat arcana, aliq̄n recitat facta & cętera huiusmodi: vt secundū hoc mod⁹ scripturæ alicui sit p̄ceptiuus: alicui p̄hibitiuus: alicui vero permissiu⁹ &c. hmōi. Dictum istorum manifestum est deficere & in re dicta: & in ratione dicendi. In re dicta, ꝙ scilicet modus sciētiæ hui⁹ sit multiplex, ex eo maxime q̄a alicui p̄cipit: & ideo p̄ceptiu⁹: alicui p̄hibet: & iō p̄hibitiu⁹, & cætera hmōi: q̄a ista diuersitas nō ē ex p̄te modi tractādi hāc sciētiā siue tradēdi: sed maxie est ex p̄te materię q̄ tractať i ipsa. scdm ꝙ alibi tra

dit pcepta, alibi phibita, alibi pponit terrenda, alibi ſperanda & cętera huiuſmodi. Vñ ſi ppter iſta modus ſciētię huius poſſet dici multiplex: & mod⁹ cuiuſlibet alteri⁹ ſciē eodē mō poſſet dici multiplex ſecūdum diuerſas partes materię quas tractat. qđ nō oportet: qm̄ idem modus tractādi ſciē etiam bene poteſt eſſe tractādo diuerſas materias ſiue terrendo ſiue phibēdo & cętera hmōi. ſecūdū ꝙ idem modus tractandi ratiocinatiu⁹ ſiue argumētatiu⁹ eſt i diuerſis ſciētiis philoſophicis ſcđm diuerſas materias quæ tractātur. ¶ In ratione autem dicendi deficit dictum illorum. licet eñ multiplex ſit dei ſapientia & multiplex hoim ſtatus: non tñ ſcđm hoc debet eſſe multiplex modus huius ſciētię. Nō ppter multiplicitatē ſapientiæ dei: tū qa vnus modus tractādi cuilibet ſapientię dei poteſt applicari: etiā ſi i diuerſis partib⁹ ſciētię diuerſus modus ſapiētię dei tractaret, vt alicubi ſapientia qua pcipit, alicubi ſapiētia q̄ phibet, & cętera hmōi vt dictū eſt: tū quia hic non tractat mul tiplex ſcia dei, de vna hic, alibi de alia: ſed q̄ſi in quolibet ſermone huius ſcię ſecūdū multiplicē ſenſum, & expoſitionē habet multiplex ſcientia dei, vt infra dicet. Similiter neq̄ ppter multiplicem ſtatū hoim debet eſſe multiplex modus huius ſcientię: tum qa alicubi deberet tūc eſſe ſcia iſta tradita vni ſtatui, hominū alicubi alteri: & non tota vbiq̄ & ſic nō vbiq̄ tota omni ſtatui hominū ppo ni deberet: qđ falſum eſt, vt ifra patebit. Quare cū tota vbiq̄: cuilibet ſtatui hominū cōſiderāda p ponit, ppter diuerſos ſtat⁹ hoim nullo modo debet dici iſtius ſcię modus eſſe diuerſus, vt ſepi⁹ quālibet ſniam vnā diuerſimode oporteret tractari: qđ eſt abſurdum. ¶ Aliter igit dicēdum ꝙ cū iſta ſcia ſicut & quælibet alia non ſit tradita niſi vt ab hoīe ad cui⁹ opus tradita ē ſciatur. ſecūdum ꝙ dicit Apl's Ro. v. Quęcūq̄ ſcripta ſunt ad noſtrā doct. ſcrip. ſunt. & Auguſt. ſpecialiter de iſta ſcia dicit ſup Ioā. ſer. ii. Ante omnia conari debemus vt ſciam⁹ verba dei. quare enim dicta ſunt niſi vt ſciant: neceſſarium eſt ꝙ modus tradendi huius ſcię ſicut & cuiuſlibet alterius ſit cōformis modo ſciendi, vt tali modo tractet quo competentius ab homine ſciri poſſit. De modo aūt ſciendi in ſcientiis dictum eſt ſupra, ꝙ attendit & ex conditiōe materię & ex pprietate ipſi⁹ ſcię & ex diſpoſitione ſcientis. Materia huius ſciētię, vt infra dicet, eſt rerū vniuerſitas tam in ope creatiōis q̄ iterū factionis. Proprietas vero huius ſcientię eſt ſtruere fundamētū ſpūalis ędificii in eis quę ſunt fidei. Diſpoſitio vero ſcientis eſt varietas ſtatus hoim quo ad intellectū & quo ad affectum ad pcipiendū ea q̄ ſunt huius ſciētię. Quia ergo nō valet hæc ſcia de ſingulis q̄ ptinēt ad materiam huius ſciētię tractare ſingulariter & diſtincte: & prout diuerſis ſtatibus hominū diuerſimode competit ea quę ſunt fidei inſinuare: modus proprius & competens huic ſcientię eſt: non vt ſingula pertinentia ad hanc ſcientiam ſeorſum tractentur, prout diuerſis diuerſimode congruunt: & eos diuerſimode & de diuerſis in fide informare poſſunt: ſed debet eſſe talis vt ſub vno & eodem ſermone contineantur diuerſæ ſententiæ de diuerſis materiis & diuerſis credendis, diuerſis ſtatibus diuerſimode congruentes: vt qui amplius capere non poteſt, contentus ſit ſuperficie literæ: qui vero amplius capere pōt, ſecundū gradum ſui profectus perquirat ſub litera intelligētiā ſpiritualē. Et hoc eſt qđ dicit Aug. ii. cōfeſ. approbādo modū tradēdi ſacrā ſcripturā, quo ad ſcripturā Moyſi & ſpecialit quo ad librum Geneſeos, q̄ etiam gñaliter ptinet ad totā ſcripturā, dicēs ſic. Ego de⁹ meus nō poſſum minus credere de Moyſe fideliſſimo famulo tuo q̄ mihi optarem abs te dari muneris, ſi tēpore quo ille natus fuiſſem, eiuſq̄ loco me cōſtituiſſes, vt p ſeruitutē cordis ac linguæ meæ literæ illę diſpenſarentur quæ tanto poſt omnibus gentibus eſſent profuturę: & per vniuerſum orbem tanto auctoritatis culmine omnium falſarum ſuperbarumq̄ doctrinarum ſuperarent ſnię. Vellē quippe ſi tūc eſſem Moyſes: & mihi abs te liber Geneſeos ſcribendus adiungeretur: talem mihi facultatem daris & eum texendi ſermonis modum, vt neq̄ illi qui nondum queunt intelligere tanq̄ excedentia vires ſuas dicta recuſarent: & illi q hoc poſſent, quālibet veram ſententiam cogitādo eam nō pręter miſſam in paucis verbis famuli tui reperirent: & ſi alius aliam vidiſſet in luce veritatis, nec ipa in eiſdem verbis intelligenda deeſſet. Sicut enim fons in paruo loco vberior eſt, pluribus riuis in ampliora ſpatia fluxum miniſtrat, q̄ quilibet eorum riuorum qui per multa loca ab eodem fonte deducitur: ita narratio diſpenſatoris tui pluribus profutura paruo ſermonis modulo ſcatet fluenta liquidę veritatis, vnde ſibi quiſq̄ verum qđ de his rebus poteſt hic illud ille aliud per longiores loquelarū anfractus trahat. Vnde falſiſſimum eſt illud qđ aliqui ſolēt dicere, ꝙ modus ſciētię huius debet eē multiformis: vt aliter alicubi fiat demōſtratio veritatꝭ hebeti, aliter alicubi mediocri: & iterum alibi aliter ſubtili: qa aliter erudiendi ſunt paruuli & iperfecti: & aliter adulti & pfecti. ſecūdū illđ Apoſtoli. i. Corith. iii. Tāq̄ puulis i Chriſto lac potū dedi vobis nō eſcā, nōdū eñ poteratis: ſed nec nūc qdē poteſtis. Q₃ eī aliter & aliter hi & illi ſunt iſtruēdi, hoc bñ eſt verū. Sed hoc fit qa alio & alio ſenſu capiūt ſcripturę expoſitionē hi & illi: nō qa alia dicta ſacrę ſcripturę pponunt inſpiciēda iſtis & alia illis, imo oia dicta ſcripturę cōiter oib⁹ inſpiciēda pponūt: q̄ ſe coaptat cuilibet iuxta

C
Improbatio.

D
Reſpōſio.

E

F

G

capacitatem suam. Vnde secundum August. nō alia seorsum sunt exponenda perfectis: & alia paruulis: sed cōmuniter omnibus, vt capiat quisq; secundum q potest. vnde & eadem doctrina proposita, propter diuersam capacitatē aliis est lac fidei tm̄: aliis vero est solidus cib⁹, eorū qui cū fide possunt capere intellectum aliquem, vt infra dicetur. Quia igitur sub compēdio verborum simpliciū pluralitatem sententiarum colligere de diuersis & diuersis congruentes & sic per omnes partes scientiæ procedere est summam vniformitatem in modo tradendi & describendi tenere: Dicēdum est absolute q modus tradendi hanc scripturam summę simplicitatis & vniformitatis est: & tanto maior in ea ē vniformitas quāto ex parte materię quā tractat maior est vnitas q̄ in aliis sciētiis, vt habitum est supra.

H ¶ Ad primum in oppositum q in hac sciētia multifariam multisq; modis deus locut⁹ est: Dicēdū q illa varietas non refertur ad modū tractandi siue cōscribendi illa quæ sunt hui⁹

Ad pri. principale scientiæ: sed ad modū reuelandi conscribēda diuersis personis & diuersimode. secundum q ibi dicit Glos. Multifariā. i. multotiēs, & mltis hoib⁹. s. Abrahæ, Isaac & Iacob: & cęteris, & eisdē sępe multis modis. i. multis q̄litatib⁹: quia mō p somnia, vt Danieli. mō aperta voce, vt Moysi. mō iteriori inspiratione vt Dauid. Vel vt dicit alia Glos. multifarię. i. multo & diuerso gñe locutiōis: vt p somnia vel ispiratiōes vl' aptas voces. Multisq; modis. i. rerū diuersis mysteriis futura significās. Sed oīs ista diuersitas sub eodem modo tradendi hanc scientiam cōtinetur. Vanum ergo multum est illud qđ solebat dici, q in prophetis modus huius sciētiæ ē reuelatiuus. Istud eīm nihil admodum cōscribendi reuelata: sed solum quo ad modum percipiendi conscribenda. vnde quia quæcunq; scripta sunt in hac scientia per reuelationem agnoscebant ea conscriptores sui, per illud dictum tota ista scientia

I tia modū reuelatoriū habere dicenda esset: & patet q̄ vanum hoc esset dicere. ¶ Ad secūdū q hęc ē

Ad sedm. multiformis sapientia dei: Dicendū q verum est non quo ad modum tradēdi eam, sed quo ad cōtenta in ipsa: quia in multis & mirabilibus factis sapientia dei in hac scientia describitur manifesta. Vnde dicit ibi Glos. q i gręco est multifaria sapiētia. s. nō solū varia: sed multa varietate distincta. Videamus ergo quomodo est multiformis. Immensus est Christus: sed concipitur: vagit infans ī præsepio: sed ab angelis laudatur in cęlo: Herodes persequit̄: sed magi adorāt: ignorant Pharisæi: sed stella demonstrat. &c. huiusmodi.

q cum agens & finis determināt sibi materiā vt vult Philosoph⁹ de agēte.i.de aīa.de fine.ii.Physi. secūdum q duplex est operatio agētis,vt distinguit Phs in primo politicę:vna quæ dicitur factio: altera quę dicitur actio:& duplex finis,vt distinguit in primo Ethi. quorū vnus dicitur operatio, alter res operata (nam factio est operatio ex qua derelinquitur aliquid operatum tanq̄ finis:vt ex operatione fabri cultellus: actio vero dicitur operatio illa ex qua nihil operatum relinquitur:sed finis eius est ipsa operatio:vt musico operante secūdum musicam,nihil operatum relinquitur)secūdum hoc duplex est gen⁹ materię.Est enim quædam materia ex qua fit aliquid:quę est materia factiōis: ex qua fit aliqd operatū qd manet cessante operatiōe & agēte.verbi gratia:Lana est materia ex qua textor operatur telam:quæ manet ipso cessante & ab opere quiescente.de qua dicit Philosophus.i.politicę. Dico autē materiā quod supponitur:ex quo aliquod perficitur opus:puta textori quidem lana:statuario autem ęs.Est & alia materia circa quā exercetur operatio tm̄:supra quā nihil manet factū cessante operāte.verbi gratia:Chorda in cithara est materia circa quā operat̄ musicus sonitū melodię:quo cessante nihil manet operatū in ea.quā materiā dico esse qd supponit̄ circa

I qd aliqua perficitur operatio.De materia primo modo habet veritatē ad literam dictū Philosophi. Illa enim materia est pars rei factę:in qua forma recipit̄:q̄ est finis intra agētis:post quā sequit̄ finis extra:& ideo cū neutro fine potest materia illa coincidere. De materia autē secūdo modo nō est dictū suū verū vniuersaliter.Talis enim materia est subiectū sciētiæ,qd necesse est coincidere cum fine.Circa subiectū enim veluti circa proprium obiectū scientię vertitur principalis scientię consideratio:& propter ipsum cognoscēdum fit omniū aliorum quę in scientia speculātur,inquisitio.Vnde deus sic est per se obiectū & finis fidei,q cognitio fidei est principaliter de deo:& ad eius perfectam cognitionē finaliter ordinatur.Et sic oīno huius scientię quæ est scientia fidei,subiectū per se & primū est ipse deus:qa eius pricipalis speculatio est de deo.Est etiā finis eius: qa ipsa tota ad per

K fectam dei cognitionem ordinatur.¶Ad tertium,q deus nō potest esse subiectum in prima philo

Ad tertium sophia quę est scientia diuina:quare nec in theologia:dicēdum q non est simile.quoniā vt dicetur in sequē.quęst.Diuersus est ordo cōsiderandi de deo in hac scientia & in scientiis philosophicis.qm̄ ista scientia primo & principaliter considerat de deo tanq̄ de eo de quo sunt eius prima principia scilicet primi articuli fidei.Sunt enim de diuina vnitate in substātia,& trinitate in personis.Secūdario autem & posterius considerat de creaturis secundū relationē & attributionē quā habent ad deum.Scientiæ autem philosophicę ecōtrario primo cōsiderant de creaturis,vltimo autē de deo: quia inuestigatio naturalis ratiōis a posteriori & magis sensibili & cōposito incipit,tanq̄ a magis notis nobis:& procedit ad simpliciora intelligibilia magis:vt dicit̄ in principio Physi. Et ideo vltimo considerāt de deo & de rebus spiritualib⁹ diuinis.Inuisibilia enim dei per ea quę facta sunt intellecta cōspiciunt̄,vt dicit̄ de sciētia philosophorū.Ro.i.Propter qd inter sciētias phicas vltima est Metaphysica:quia finis speculationis in tota philosophia est cognitio dei:& cęlestiū spirituū,scdm q dicit Auicē.i.Metaphy.suę.Ordo(inqt)hui⁹ scientię est vt discat̄ post sciētias naturales & disciplinales:quia intētio vltima in hac scientia est cognitio gubernationis dei altissimi: & cognitio angelorum spiritualiū & ordinū eorum. Quia igit̄ vt dictū est subiectū debet esse primū scitum in sciētia & in eius cōsideratiōe.& post ipm̄,& sub ratiōe ipsius oīa alia:sicut color est primū cognitū a visu:& sub ratione illius omnia alia:ex ordine igitur & ꝓprietate huius scientię deus est primū scitum in ea:& ex ordine & proprietate in aliis scientiis deus est vltimū scitum in eis. Idcirco igit̄ deus potest hic esse subiectū:non tamē in aliqua scientia philosophica. Et ideo bene dicit Auicē.q deus nō est subiectū illius sciētię:immo ex iis & de numero eorū quę quęrunt̄ in ea:quia an deus sit nō potest cōcedi in illa sciētia:qa nō est manifestū per se,vt infra videbit̄.Speculatio autē de pri

L cipiis nō est nisi inquisitio de sequētibus subiectū illius sciētię.¶Ad quartū,q subiectū in scientia

Ad quartū. debet habere principia,partes,& passiones: Dicēdum primo ex parte principiorum:q hoc accidit sciētię,q scilicet cōsideret pricipia,quę sunt principia subiecti:quia scilicet subiectū est compositū, sicut est corpus mobile in naturalibus:cuius principia.s.materiā & formā cōsiderat naturalis.Vnde prima philosophia quæ est de ente simpliciter vt de subiecto:nō cōsiderat principia aliqua subiecti:quia non habet vlla.ens enī simpliciter vt dicit Auicē.primo Metaphysicę suę,nō habet principium:sed est principiū aliquib⁹ entibus.quapropter illa sciētia nō inquirit principia entis absolute:sed alicui⁹ entiū:sicut faciūt alię sciētię particulares.Vnde solum scientiarū particulariū quę cōsiderant aliqd ens particulare creatum,est considerare principia subiecti(quia illud principia habere potest) non autem scientiæ vniuersalis, siue quæ considerat de ente simpliciter, quod continet sub se omne ens: siue sit principium siue principiatum : vt Metaphysica: siue quæ considerat de primo principio cuiuslibet entis, vt est ista scientia : quia tale subiectum non habet principia.

Vnde ſup illd.i.Phyſi. Intelligere & ſcire cõtingit circa oẽs ſciẽtias. quarũ ſunt pricipia aut cauſę aut elemẽta ex horum cognitione.dicit cõmẽ.Dixit quarum ſunt:quia artiũ ſpeculatiuarũ,quædã ſunt de rebus carentibus principiis:& hęc eſt diſpoſitio ſcientię de primis principiis cuiuſlibet entis.vnde ſi talis ſcientia quæ non habet principia ſubiecti:conſiderat aliqua pricipia:illa ſunt principia aliquorũ quę cõſiderantur in ſcientia poſt ſubiectum.ſcḋm ꝙ dicit Auicẽ.de prima philoſophia,ꝙ conſideratio in ea de principiis nõ eſt niſi inquiſitio de cõſequẽtibus ſubiectũ ex parte partium ſubiecti.Cõſimiliter poteſt dici ꝙ hocnõ eſt verum:quia.ſ.ſubiectũ ſciẽtię debet habere partes:niſi de ſcientiis habẽtibus ſubiectũ cuius ſunt partes integrales vel ſubiectiuę,vel quaſi partes. ſcḋm ꝙ dicit Auicẽ.ꝙ entis inquãtũ eſt ens,qḋ eſt ſubiectũ primę philoſophiæ,q̃ſi partes ſunt ſubſtantia,qualitas,quãtitas &c.huiuſmodi.Vnde in hac ſcientia quaſi partes ſubiecti de quibus cõſiderat ſciẽtia,inquãtũ de eis diſtincte & diuerſa cõſiderat,poſſunt dici pater & fi.& ſpũs ſãct.Ex parte paſſionũ Dicẽdum ꝙ circa ſubiectũ non oportet ꝙ inquirantur verę paſſiones:ſed aliqua quaſi paſſiones.ſcḋm ꝙ dicit Auicẽ.ꝙ ex eis quę ſunt enti quaſi accidẽtia ꝓpria cõſiderata in prima philoſophia:ſunt ſicut vnum & multũ:potẽtia & actus:vniuerſale & particulare &c.huiuſmodi.quas non oportet ꝙ re ſint accidentia circa ens inquãtum ens:quia tunc eſſent potius pars ſubiecti:vt ſunt qualitas,quantitas,& cętera accidentia.Sed pro tanto dicuntur eſſe accidentia:quia modum habent accidentis inquãtum ſunt præter intẽtionem entis inquãtum ens eſt:& extra ipſam.& ſic quaſi accidentia in hac ſcientia circa ſubiectũ eius qḋ eſt deus cõſiderata, ſunt ſapiẽtia,bonitas,& cętera diuina attributa:& proprietates diuinę. Circa etiam ea quę vt materialia conſiderantur in hac ſcientia:bene poſſibile eſt ꝙ verę paſſiones & accidẽtia ſpeculẽtur circa illa in iſta ſcientia:vt ꝙ corpora humana reſurgent. ¶Ad quintũ,ꝙ iſta ſcientia non poteſt ſupponere de deo quid eſt:Dicendũ ꝙ quid eſt pręcognitio ſupponẽda nõ eſt quid eſt res,q̃ḋ quidẽ quid eſt pertinet ad rationẽ definitiuam,quę eſt ſermo quiditatis & eſſentię in creaturis:& tale qḋ eſt de ſubiecto nõ debet ſupponi ſed quęritur:ſed qḋ eſt qḋ de ſubiecto debet ſupponi ſolũmodo eſt quid dicitur ꝑ nomen.ſecundum ꝙ cautat litera in principio Poſter.Dupliciter pręcognoſcere neceſſariũ eſt.alia nãq; quia ſunt,opinari neceſſe eſt:alia vero qḋ eſt qḋ dicitur,intelligere.Et hoc modo bene poſſibile eſt dicere de deo,quid.ſ.eſt qḋ hoc noĩe de⁹ dici intelligit:quoniã tale aliquid,quo maius excogitari nõ poteſt.vt dicit Anſel.Vnde dicit Auguſt.Oẽs latinę linguę ſocios cũ aures eorũ ſonus iſte tetigerit, mouet ad cogitandũ excellentiſſimã quãdã immortaleq; naturã. ¶Ad ſextũ,ꝙ forma ſimplex nulli poteſt eſſe ſubiectũ: Dicendum ꝙ verum eſt accidentiũ verorũ,qḋ Boethius intendit. Vnde ſtatim ſubiungit ꝓ cauſa dicti ſui.Formę vero ſubiectę eſſe non poſſunt.Nã ꝙ cęterę formę ſubiectę accidentib⁹ ſunt:hoc facit materia.Cõſiderationi vero & ſcientiæ forma maxime habet eſſe ſubiectũ:quia nihil ſcitur niſi per formã,ſecũdum philoſophũ.An autem in creaturis:& quomodo forma ſine materia poſſit eſſe ſubiectũ accidentium,de hoc erit ſermo inferius.¶Ad ſeptimũ,ꝙ ſcientia non excedit ſubiectum:Dicendum ꝙ aliquid excedit ſubiectum:aut quia non ſit de natura & eſſentia ſubiecti:aut quia nullam habet relationẽ,ſiue attributionẽ ad ſubiectum,ſiue vt effectus, ſiue vt paſſio:vel aliquo alio modo.Primo modo quęlibet ſcientia excedit ſubiectum ſuum:non ſecundo modo.Non eñ ſcientia ſolum cõſiderat quę ſunt de natura ſubiecti & de eſſentia eius:ſed etiam conſiderat omnia illa quę attributionem & relationem aliquã habent ad ipſum:& manuducũt ad aliquã notitiã habẽdam circa ſubiectum: quæ omnia pertinẽt ad materiã ſciẽtię:vt ſunt illa quę cõſiderat hoc ſcientia circa creaturas & ideo dicit Philoſoph⁹.Vna autẽ ſciẽtia eſt:q̃ eſt vnius generꝭ ſubiecti:quęcũq; ex primis cõponit:& partes & paſſiones horũ ſunt ꝑ ſe. Vnde & partes & principia & paſſiones oĩa ſimul cadunt ſub vnius ſcientię cõſideratione.ſcḋm ꝙ dicit in principio iiii.Metaphyſicę.Vnius ſciẽtię eſt conſiderare de ente & de eis quę ſunt entis ꝑ ſe.¶Ad octauũ de Hu.& ad nonũ de Caſſiod.reſpõdẽt aliqui ex illo dicto Diony.de eccl'ia.hierar.In tria diuiduntur ſupmũdanę rationes oĩs diuini intellectus:in eſſentiã virtutẽ & operationẽ. dicẽdo ꝙ ſcḋm hoc de ſubiecto theologię tripliciter eſt loqui:qm̃ primo mõ ſubiectũ theologię de⁹ eſt.Secũdo modo Chriſt⁹:qui eſt dei virt⁹,& dei ſapiẽtia.i.Corit.i.Tertio mõ opus reſtaurationis humani generis factũ ꝑ Chriſtũ. Sed iſta diuerſitas nõ põt ſtare:qa ſicut vni⁹ virtutis nõ poſſunt eẽ formalit plura obiecta:Sic nec vni⁹ ſciẽtię plura ſubiecta.vt patet ex ꝑdictis.Et eſt friuolũ aſſumere illã aſſignationẽ ex dictis Diony.qm̃ partes illius diſtinctiõis Diony.pricipaliter reſpiciũt cauſam efficientẽ theologiæ. Subiectũ autem ſcientię pertinet ad cauſam materialẽ: cui minime appropriari poſſunt conditiones agẽtis. Vnde dicendũ ꝙ Hug.loquit ibi nõ de ſubiecto ꝓprie dicto hui⁹ ſciẽtię:ſed de materia ei⁹:quę ad ad ampli⁹ extẽdit q̃ ſubiectũ.Eſt eñ op⁹ recreatiõis:materia pricipalis hui⁹ ſciẽtię.& op⁹ creatiõis eſt materia ſciẽtiarũ ſecularium,qḋ tñ ſcḋm aliã rõnẽ & attributionẽ ad deũ,bñ põt eẽ pars materię

M
Ad quintũ.
N
Ad ſextum.
O
Ad ſeptimũ
P
Ad.8.&.9.

huius scientię. Non enim competenter posset ostendi hominis lapsus & reparatio, nisi ostēderetur prima rerū creatio: sicut dicit Hug. in prin. sententiarū suarū. Et per eūdē modū materiā nō subiectum huius scientię ponit Cassiod. Christum totum caput & mēbra. ¶ Ad decimū scdm August.
Q Ad decimū. dicendū ꝙ loquit̄ cōmuniter de materia vt subiectū sciētię sub se cōtinet, & etiā ea q̄ sunt ipsi subiecto attributa. Res enim sunt & illa quibus fruendū est: vt est ipse deus: & vt sunt tres personę diuinę: quę pertinent ad rationē subiecti huius scientię. Res sunt illa etiā quibus vtendū est: vt sunt
R cętera oīa. Signa autem sunt sacramētalia mysteria: quę omnia ptinent principaliter ad materiam
Ad vndecimum. huius sciētię. ¶ Ad vltimū: ꝙ cōmune cōtinens omnia declarata in scientia debet dici subiectū: Dicendū ꝙ verū est quādo non secūdum aliquā rationē propriā vni, qđ primo per se & principaliter cōsiderat, considerat oīa alia cōtenta in scientia: sed oīa secūdum rationē cōmunē omnibus contētis i sciētia. sicut Metaphysica scdm Auicē. nihil cōsiderat secūdū aliquā rationē particularē entis: vt substātiā secundū ꝙ substantia est: neq; quātitatem secundū ꝙ quātitas est: & cętera huiusmodi: sed vnūquodq; illorū sub ratione qua est ens. & ideo ens simpliciter, debet dici subiectū: non aliquod ens particulare: substātia vel accidens. Et in solo isto casu habet veritatē ꝙ subiectum sciētię debet esse aliquid vnum, vniuocū vel analogū ad omnia illa quę determinant̄ in scientia. sed quando scientia considerat aliquod determinatū primo per se & principaliter secūdum suam naturam propriā & determinatā: & caetera omnia nō nisi per relationem & attributionē eorum ad illud: sicut ista scientia deū considerat: & omnia alia ab ipso, vt patet ex praedictis: non debet poni aliquid cōmune ad omnia cōtenta in scientia esse subiectum eius: sed illud solum qđ principaliter & per se considerat: & propter qđ omnia alia ad scientiam illam reducūtur: sicut si prima philosophia pricipaliter cōsideraret substantiā scdm ꝙ substātia est: & nō solū secūdū ꝙ ens est: & accidētia oia nō nisi per attributionē ad substātiā: tūc substātia sola nō ens simpliciter poneret̄ esse subiectū in illa.

S Quęst. ii. Argu. i. Irca secūdū arguit̄, ꝙ ista scientia sit vniuersaliter de quolibet scibili, vt de materia quā cōsiderat. Primo sic. Sciētia illa q̄ est omniū vniuersalis pfectissima: cuius maxime est scire: debet cōsiderare de oibus. scdm ꝙ dicit Philosophus. i. Metaphysicę. Scire quidem maxime omnia habenti vniuersalē scientiā necessariū est. Scientia ista est huiusmodi: vt habitū est ex pdeterminatis. ergo &c. ¶ Secū-
2 do sic. huius scientiae est considerare de eis quibus potest acquiri dei cognitio: quia ad illam principaliter tendit, vt supra habitum est. sed ex omni creatura cognitio dei acquiri
In oppo. pri. potest: inquātum in qualibet est diuinum vestigium. ergo &c. ¶ Ad oppositū arguitur primo sic. de eo qđ est ppriū sciētię particularis nō debet cōsiderare sciētia vniuersalis. Nō eīm cōsiderat metaphysica de eis quae sunt ppria scientiis particularib⁹ sub ipsa. vt de generatiōe aīaliū, lapidū &c. huiusmodi. Ista scientia vt patet ex prędeterminatis vniuersalis est ad oēs alias. Nihil ergo eorum
2 quę particulariter cōsiderant alię scientię, debet cōsiderare ista. ergo &c. ¶ Secūdo sic. vbi sufficit sibi natura in vanum est ponere auxilium gratię, qđ eīm potest fieri per vnū, vanum est fieri per plura. vnde si per legē posset fieri iustitia, ergo gratis mortuus est Christus, vt dicit apostol⁹. sed natura sufficit sibi ad omniū rerum naturalium scientiam. ergo ad illam sciendam non est danda scientia per gratiam. talis est haec scientia. ergo &c.

T Responsio. ¶ Dicendum ad hoc: ꝙ quaecūq; in scientia cōsiderantur, aut considerātur in ipsa vt subiectū pricipale sciētię, aut vt materia ei⁹. Et differunt in hoc materia & subiectū, ꝙ subiectū est illud qđ primo cadit in notitia sciētię tanq̄ eius p se obiectū: & cui⁹ notitia principaliter intēditur. Materia vero generaliter est omne illud pręter subiectū qđ in sciētia cōsiderat̄ propter aliquā attributionē ad ipsum subiectū sub ratiōe qua subiectū est, vt dictū est in q̄st. pręced. Et sumit̄ ista differētia in arte ad imitationē eorū quę reperimus in natura. In scientia eīm dicūtur aliqua subiectum & materia: quia subiiciunt̄ tanq̄ obiectū considerationi intellectus: ad modū quo in natura dicūtur subiectū & materia aliqua: quia subiiciūtur tanq̄ susceptiuū operi naturę. Ars eīm imitat̄ naturā. vt dicit̄. ii. Physi. Nūc autē in natura sic differūt materia & subiectū: vt vult cōmē. sup. iiii. Metaphy. quia materia dicit qd in potētia simplr. Subiectū vero dicit qd in actu vno modo, & alio modo in potētia. Materia eīm inquātū materia oino est in potētia & ad formā substātialē & ad accidētalē: penit⁹ carēs actu. Subiectū vero inquātū subiectū est in actu sub forma substātiali: & in potentia solū ad aliquā formā accidentalē. Secūdum hunc ergo modū subiectum dicitur in sciētia id qđ aliquo modo est in actu cognitū, inquātū de subiecto oportet supponere & pcognoscere si est & qd est, vt dictū est supra. Et qđ ecōtrario alio modo est i potētia cognitū inquātū vlterior cognitio
V de ipso in sciētia inuestigāda est, vt dictū est supra. Materia vero pprie debet dici i sciētia id qđ nullo modo supponit̄ in sciētia vt cognitū: sed vt oino cognitio ei⁹ in sciētia inuestigāda est: nō scdm

id qđ est: sed inquantũ in se habere põt rõnẽ ipsius subiecti: vt dictũ est: ita ꝙ subiectũ sciẽtię actu de se importat rationem illam secundum quã omnia cõsiderant̃ in scientia: & secundum illam id cui principaliter conuenit aliquo modo est actu ꝑcognitum in illo: aliquo aũt modo in potẽtia vt cognoscat̃. Materia autem sciẽtiæ de se est in potentia vt in ipso consideret̃ ratio illa. Et per hoc re ducunt̃ ad illam scientiã: vt ratio illa sit quasi forma substantialis per quã aliquid cadit sub scien tia, ꝑ quã considerantur omnes alię rationes tanq̃ formę accidentales: secundum quas cognitio in uestigat̃ in sciẽtia. Et scd̃m hoc q̄a solus deus habet in hac sciẽtia illã rõnem ex se: & alia non nisi ꝑ attributionem ad ipsum: solus deus igitur debet dici subiectum huius scientię: alia vero oĩa ma teria eius: vt patet ex predeterminatis. Cum igitur hm̃oi ratio secundũ quã fit cõsideratio in hac scientia: & secũdũ quã vt dictũ est supra accipitur vnitas eius, per se est solius dei: cęteris autem nõ conuenit nisi per quãdam attributionem ad ipsum: pręter deum ergo de nullo cõsiderat ista scien tia vt de subiecto: sed vt de materia solũ: & hoc non nisi eo ꝙ aliã habet attributionem ad ipsum: secundũ rõnẽ qua deus cõsideratur vt subiectũ eius. Deus aũt subiectũ huius scientię est non quo cunq; modo cognoscẽdi ipsum. Cum eñ habeat cognosci cognitione naturali acquisita ex creatu ris: & cognitiõe gloriosa ex seipso per speciẽ apertæ visionis: & cognitiõe media per fidẽ in ęnigma te: Primo modo cognosci habet ex scientiis ph̃icis cõmuniter a fidelibus & infidelibus: Secũdo mo do in vita futura solũmodo a beatis: Tertio mõ a fidelib⁹ in vita ꝑsenti: & ex hac sciẽtia & sub isto modo cognoscẽdi ipsum solũ est subiectũ huius scientiæ: vt infra dicetur. quæcũq; ergo cadũt sub istius scientię consideratione: hoc est inquantũ se habẽt ꝑ aliquã attributionem ad deum: vt ad ip sum qui est primum fidei obiectum: & per hoc huius sciẽtię fidei subiectum: & ita inquantum ca dunt sub fide: non inquantũ cognita vel cognoscibilia ratione naturali. Nunc autem ita est in eis quę sunt fidei: ꝙ sicut omne ens dicit̃ ens inquãtũ in se habet similitudinẽ primi entis. s. dei, inquan tum. s. omne aliud ens est secundũ aliquã attributionẽ ad ipsum: ex qua participat rationem entis: sic in eis quæ sunt fidei non dicitur aliquid tale nisi inquantũ in se habet aliquam rationem primi obiecti fidei. s. dei, inquantum. s. ipse est primũ credibile: & hoc fit secũdum aliquã attributionẽ ad ipsum: qua. s. participat rationẽ credibilis. Rationem autẽ primi credibilis habet deus: inquãtũ fide tenetur esse ens per se existens, nullo indigens: a quo omnia procedunt vt a creatore primo: & ad quẽ oĩa ordinant̃ vt ad vltimũ glorificatorem: & cętera hm̃oi. Nihil ergo cadit sub consideratio ne huius scientię, nisi inquantũ est relatum ad deum: vt a deo existens per creationem: vel per ip̄m consistens secundũ gubernationẽ: vel ad ipsum ordinatũ scd̃m glorificationẽ &c. hm̃oi. vt per hoc se habeant in ratione credibilis. ¶ Dicẽdũ igitur ad quęstionẽ ꝙ omne scibile inquantũ habet ratio nem credibilis, per attributionem aliquã ad primum credibile, qđ est subiectum huius scientię in quantum credibile est, ad istam scientiam pertinet. siqua autem sunt alia scibilia quę sub fide non cadunt: neq; per fidem credenda esse determinantur ex hac scientia: omnino non sunt de conside ratione huius scientię: qualia sunt q̃plurima quę propria sunt scientiis ph̃icis: quorum notitia eti am si per fidem teneatur firmissime, in nullo ad credenda de deo adminiculatur: vt est notitia de numero, ordine, & motu cælorum & cęterorum hm̃oi: quæ vt ait Amb. in Hexa. quia aliena sunt a nostro studio, & a diuinę lectionis serie: his q̄ foris sunt relinquamus. Quid mihi (inq̄t) quærere quę sit mensura circuitus terræ, quẽ Geometrę. clxxx. ęstimauerũt stadiorũ? libẽter fateor me ne scire, qđ scire nihil proderit. Certe Moyses eruditus in oĩ scientia Aegyptiorũ: sed sp̄m dei acce pit quasi minister dei: inanem illam & vsurpatorię ph̃iæ doctrinam veritatis ratione posthabuit: & ea descripsit: quę nostrę fidei accõmoda iudicauit: ꝙ. s. terram fecerit deus: virgulta de terris: & oẽm animam viuẽtem. An nõ ille putauit dicẽdũ quãtum de spatio aeris occupet vmbra terrę: cũ sol recedit a nobis? quemadmodum lunæ globus incidens eclipsim faciat? quin quæ nihil ad nos: quasi nihil ꝓfutura ꝑteriit. Vidit eñ in spiritu sancto: non illius iam marcescentis sapientię vani tates sequendas: quę rebus inexplicabilibus mentẽ nostram occupãt: viditq; ea opera potius descri benda: quę ad veritatis spectarent profectum: non itaq; (vt ait Augu. de Tri.) quicquid sciri ab ho mine põt in reb⁹ humanis: vbi plurimũ superuacuę vanitatis, & noxię curiositatis, huic sciẽtię tri buens: sed illud tãtummodo quo fides saluberrima: quæ ad veram beatitudinem ducit: gignitur: nutritur: defenditur: roboratur. Vnde & historia sacræ scripturæ tam veteris, q̃ noui testamenti non omnia gesta diuina in patribus sanctis cõtinet: sed illa solummodo quæ spiritus sanctus fidei profutura dictauit. Et quæ sunt talia bene exponit Augúst. v. super Geñ. dicens. Solet quæri quæ forma & figura cæli credenda sit secundũ scripturas nostras. Multi eñ disputant de his rebus: q̄s maiori prudentia auctores nostri omiserunt ad beatam vitam nõ ꝓfuturas discentibus, & occupã tes, quod peius est, multum preciosa & rebus salubribus impẽdenda tẽporum spatia. Quid eñ ad

me pertinet:vtrum cælum ſicut ſphęra vndiq; cōcludat terram in medio mūdi molem libratam
Y an ea ex vna parte deſuper velut diſcus aperiatur.Sed qa de fide agitur ſcripturę,breuiter dicen-
dum eſt de figura cæli hoc ſenſiſſe auctores noſtros:qđ veritas habet: ſed ſpiritū dei qui per eos lo
quebatur noluiſſe iſta docere homines nulli ſaluti profutura.De motu etiam cæli nōnulli fratres
quæſtionem mouent:quibus reſpondeo, multum ſubtilibus ac laborioſis rationibus iſta perquiri:
quibus tractandis,nec mihi tempus eſt:nec illis eſſe debet , quos ad ſuam ſalutem & ſanctæ eccle-
ſię neceſſariam vtilitatem cupimus informari.Sola ergo talia quorum notitiam ſpiritus ſanctus ſi
dei noſtrę dictauit ꝓfuturam,tanq̄ materia ſunt de cōſideratione huius ſcientię:ſiue pertineāt ad
rerum naturalium creationem:ſiue ad humanam reparationem : & hoc ſiue a prophetis conſcri-
pta ſūt:ſiue non.Cętera vero oīa vt ſunt principaliter in aliis ſciētiis expoſita & determinata: licet
non pertineant ad iſtam ſciētiam:neq; vt ſubiectū:neq; vt materia eius:ſi tm̄ ei in aliquo potuerint
Z eſſe proficua:in vſum eius libere ſunt aſſumenda:vt dictum eſt ſupra. Quidam autem attēdentes
ad ea quæ tractantur in hac ſcientia:& non rationem diuerſam:ſecundū quā aliqua cōſiderantur
in ea vt materia tm̄:aliud vero vt ſubiectum proprie dictum:generalius aſſignauerūt ſubiectum
hui9 ſciētiæ vt dictū eſt.Hu.eīn de ſancto Victo.attēdēs ad illud qđ velut materia pricipalius tra
ctaꝉ in hac ſcientia:dixit materiam & ſubiectum eſſe huius ſcientiæ opus reparatiōis,qđ eſt Chri
ſtus:& eius ſacramēta.& ſecundum Caſſiod.totus Chriſtus,caput & membra.& ſecundū ipſos ſa
cra ſcriptura nō tangit opus creationis:qđ eſt mūdus & eius elementa: niſi vt cōpetētius accedat
ad ea quę ſunt recreationis.Non enim conuenienter poſſet oſtendere,qualiter homo ſit reparatus
niſi prius deſcriberet qualiter ſit lapſus : neq; qualiter ſit lapſus niſi prius oſtēderet qualiter a deo
ſit inſtitutus:ad cuius declarationem opus fuit deſcribere vniuerſalē rerum creationē. Vnde qui-
dam alii attendentes ꝙ opus reparationis eſt principalis materia huius ſcientiæ : dicebant ſubie-
ctum eius eſſe determinādū per reſpectū ad hmōi materiā : vt ꝙ deus non ſimpliciter debeat dici
ſubiectum huius ſcientię:ſed ſolū inquantū redēptor aut reparator. Qđ nullo modo poteſt ſtare:
vt dictum eſt ſupra:quia tunc nullo modo opus creationis poſſet dici eſſe de hac ſcientia vt ma-
teria,cum non ſe habeat p aliquam relationem ſeu attributionem ad deum vt eſt redemptor : ſed
ſolum vt eſt creator.Tunc etiam ſcientia iſta fuiſſet dicenda habere aliud ſubiectum ante lapſum
ſi ſteriſſent homines in ſtatu innocentiæ : quam vt ſibi neceſſariam habuiſſent : licet non literis
conſcriptam:ſicut fides eis neceſſaria fuiſſet:vt debet declarari loquendo de fide : & tamē deus vt
reparator:tunc ſubiectum eius dici non potuiſſet:quia nihil fuiſſet reparandū. Aug.aūt attēdens
ad totam materiam & creationis & reparationis,etiam ſub materia comprehēdēdo ſubiectum,di-
cit ſacram ſcripturam eſſe de reb9 & ſignis veluti de quodam toto integrali.Eſt enim tota ſcriptu
A ra ſacra de deo in opere creationis & reparatiōis manifeſtato.Quidam autē volentes hæc oīa cō
iuncta reducere ad totum quoddā vniuerſale:vt ad ſubiectū cōmune continens oīa quæ in hac
ſcientia tractantur:dicunt ſubiectum huius ſcientiæ eſſe ens diuinum: quia omne de quo tractat
hæc ſcientia:aut eſt ens diuinū ꝑ eſſentiā:cuiuſmodi eſt ipſe deus trinitas:aut p participationē:vt
ſunt oīa alia.qa ens diuinū dicitur aliqd participatione quo ad eſſe:ſic ens diuinum dicitꝰ omne ptī
nēs ad opus creatiōis:aut dicitꝰ aliqd ens diuinū ꝑticipatione quo ad bū eſſe:ſic dicitꝰ ens diuinum
omne ptinens ad opus recreationis:& hęc ſunt oīa de qb9 tractat hęc ſcientia.Si eīn tractat de poe
B nis & peccatis:hoc eſt tanq̄ de defectibus & priuationib9 iſtorū.Et patet ex ꝓdictis : ꝙ non ſic tale
cōmune pōt hic aſſignari ſubiectū:qm̄ qñcūq; aſſignatꝰ aliqd ſubiectū tāq vl'e cōe in ſciētia:oportet
ꝙ ea q̄ in ſciētia ſub illo cōſideranꝰ,nō cōſiderenꝰ ſcđm rationes ꝓprias:neq; ſecūdū rōnē ꝓpriā ali
cuius illorū:ſed ſcđm cōmunē rōnē ſubiecti:ſecūdū ꝙ in pria phia: vbi ens ſimplr eſt ſubiectū: nō
conſideratꝰ ſubſtantia ſecundū ꝓpriā rōnē qua ſubſtātia eſt:ſed ſecundū rōnē cōmunē qua ens eſt.
ſimiliter neq; qualitas,neq; quātitas,neq; aliqđ aliorum.Si eīn ſecundū ꝓpriā rōnē qua ſubſtantia
eſt:ſubſtantia ibi cōſideraretꝰ:& alia non alia ratione q̄ ꝓpter attributionem & relationem eorum
ad ſubſtantiam:ſubſtātia nō ens ſimplr ibi ſubiectū deberet poni. Quare cum ea quæ conſideranꝰ
in hac ſcientia non conſideranꝰ in ea ſecundū rationē aliquā cōmunē quę non ſit propria alicuius
illorū quę in ea conſideranꝰ: Ratio vero eſſe diuini etſi cōmunis ſit oīb9 quodāmodo vt dictū eſt:
illa tamē eſt p ſe ꝓpria alicui illorū.ſ.deo:& nō conuenit aliis niſi p attributionē ad deū:Deus igitꝰ
ipſe non aliqd cōmune ſcđm rōnē cōem ad ipſum & ad alia acceptum debet poni hic ſubiectū:mo
do contrario ei qđ cōtingit in prima phia:vbi ens ſimpliciter non aliquod ens vnum ſubiectū po-
nitur:vt prędictum eſt.¶Ex quo etiā patet ꝙ non valet aſſignatio qua alii aſſignāt ſubiectum cō
mune ens credibile.Licet enim nihil conſideratur in hac ſciētia niſi ſub ratiōe credibilis: illa tamē
eſt vnius eorum quæ conſiderantur in hac ſcientia:& primo ei conuenit ſecundum propriam ra

tionē suā:vt deo scd̄m q̄ deus est:qui est primū credibile. Et p̄terea ratio credibilis nō dicit rē aliā consideratā:sed modum considerandi solum:& cōmunitas subiecti & ratio eius non est sumenda ex parte modi considerandi:sed ex parte rei consideratę.Ex quo vlterius patet q̄ licet deus non cōsideratur in hac scientia nisi sub ratione qua cognoscibilis est per fidem & credibile quoddā:non tamē secūdū q̄ aliqui ęstimare possent,deus debet hic poni subiectum nō simpliciter:sed cum determinatione credibilis:dicēdo q̄ de⁹ sit subiectum huius sciētię nō simpliciter dict⁹,sed vt cognoscibilis ab homine p fidē:ad differentiam cognitionis qua cognoscibilis est a philosophis per naturalem rationem,& a beatis per speciem.Hoc eīm non est conueniens dicere:quia illa determinatio credibilis non dicit nisi modū cognoscendi ex parte cognoscentis. Rō aūt subiecti non debet determinari nisi per id qd̄ de ipso est cognoscibile in scientia.Quare cum deus in ista sciētia sit cognoscibilis per fidem:& quo ad illa in q̄bus cognoscibilis est a philosophis naturali ratione vt iam dicetur:& etiam quo ad illa in quibus cognoscibilis est a beatis per speciem:deus simplr̄ & absq̄ determinatione omni,accipiendo ex parte cognoscibilis,vt dictum est in p̄cedēti q̄stione,debet poni subiectum huius scientiæ:licet ex hac scientia cognosci non habet aliqd nisi sub ratiōe credibilis. Et sic quātū est ex parte modi considerandi posset dici subiectum huius scientiæ: non simplr̄.i.secundū oēm modū considerandi:sed cum determinatione alicuius modi cōsiderandi particularis:dicendo q̄ deus est subiectū huius scientiæ inquantū habet rationē credibilis: vt dictum est:non tamē (vt similiter dictum est) debet credibile simpliciter poni subiectū. Ex quo vlteri⁹ patet modus vn⁹ differentiæ huius sciētiæ ad quālibet aliam.Alię eīm omnes,res considerant naturali rōne secundum id qd̄ sunt:ista autem considerat per fidē quęq̄:& non nisi sub ratione qua credibilia sunt,nata autem manuductione fieri intelligibilia:nūq̄ tamē circa ipsa fidē oīno euacuādo:vt habitū est supra. C

¶ Ad illud qd̄ primo arguitur, q̄ ista scientia debet de omnibus cōsiderare : quia est perfectissima:Dicendum secundum iam dicta:q̄ cum de ratione huius scientię nihil sit considerare nisi sub ratione credibilis:hoc non est de ipfectione sua si non consideret de omnibus:videlicet non de illis quæ fidei nō sunt proficua: quæ idcirco spūs sanct.noluit speculari neq̄ describi in hac scientia sub ratione credibilis:sicut non dicitur scientia naturalis imperfecta:licet non consideret omnes passiones & proprietates magnitudinis:quia illæ excedunt rationem subiecti,& cōsiderationis suę modū.Nō eīm cōsiderat naturalis magnitudines:nisi vt sunt termini corporis naturalis mobilis.plures aūt sunt passiones magnitudinis abstractę:quas considerat Geometra.Immo de perfectione huius scientiæ est q̄ non considerat multa q̄ aliæ sciētię cōsiderāt:quia.s.ea pauca quę cōsiderat sufficiētia sunt ei ad cōsecutionē finis sui:& alia p̄termittit tanq̄ ad illud superflua & p̄ternecessaria. D Ad primum principale.

¶ Ad secundū q̄ ex oī creatura pōt acqri dei cognitio: q̄re ptinent oēs ad cōsiderationē hui⁹ sciētię:Dicēdū secundū iā dicta:q̄ hic acqrit̄ cognitio dei nō quocūq̄ mō:sed vt est cognoscibilis prīo p fidē:deinde p supnaturalē itelligētiā: nō p purā rōnē naturalē.Licet ergo q̄libet creatura valeat ad cognitionē dei p naturalē rōnē:inquātū in ipsa ē aliq̄ imitatio dei:q̄a tñ nō q̄libet valet ad cognitionē dei supnaturalē,q̄ ī ista sciētia q̄rit̄ p fidē:vt dictū est supra scd̄m Ambr.& Aug. ideo ista sciētia nō cōsiderat de qualibet creatura:neq̄ de oīni scibili de quo cōsiderāt alię scientię vt de ppria materia:licet ppter vestigiū dei in creatura possit cū opus est in vsum suū assumere quęcūq̄ sunt scibilia in creaturis:& per oēs sciētias phicas scita: vt supra determinatū est. Est eīm accidens huic sciētię & p̄ter modū & naturā eius,q̄ ex creaturis notitiā inuestiget creatoris. E Ad secundū.

¶ Ad cuius intellectū notādū:q̄ alio & alio ordine de deo,& de creaturis est cōsideratio in hac sciētia & in alus:quia in hac sciētia prima est cōsideratio dei:postrema vero creaturarū.ordine eīm sibi proprio ei⁹ est pcedere ex notitia dei ad notitiā creaturarū:ex creditis prīo circa deū, eliciēdo credēda cōsequēter circa creaturas:vt p fidē habitā prio circa deū, hō fidelis respuat circa creaturas q̄cq̄d cōtrariat̄ creditis circa deū:& approbet q̄cq̄d illis cōgruat:sicut tactū ē supra.Alię vero sciētię ecōtrario prio cōsiderāt creaturas:& ex illis pcedūt ad cognitionē dei:ita q̄ ī nulla earū de⁹ p̄t eē subiectū:sed q̄situ tm̄:nō solū q̄d sit re,sed & an sit.In hac aūt sciētia ecōuerso nullo mō de ipo pōt eē q̄situ an sit:sed hoc in pria suppositiōe fidei poni necesse est:& ideo de⁹,& nō aliud,subiectū pōt eē hui⁹ sciētię:vt habitū est.& ex hoc maxime contingit q̄ ista sciētia pfectissima sit & nobilissima:q̄a scientię dei quā ipse habet de se &,de aliis reb⁹,q̄ est pfectissima & nobilissima,simillima ē.Sicut.n. de⁹ seipm cognoscēdo prio,cōsequēter ituet̄ oīa alia:sic & ex ista sciētia de deo acqrit̄ notitia primo & pricipaliter,& ex cōsequēti de creaturis. vt sic p hāc sciētiā fiat in hoīe quodāmō imago q̄dā sapiētię diuinę:scd̄m q̄ de illustratione ex hac sciētia dicit Apl's.ii.Corin.iii.Nos vero reuelata facie gloriā dei speculātes in eādē imaginē trāsformamur a claritate in claritatē tāq̄ a spū dei . vbi dicit Glos.Nos credētes reuelata facie,i.exq̄sita rōne. Speculantes gloriā dei.i.gloriosum dñm.In eandē

imaginē trāsformamur.i.vt dei imago & dii.i.filíes deo sim⁹.Tāq̄ a dñi spiritu.i.ducti a deo.A cla
ritate in claritatem.i.a claritate maioris cognitionis dei in claritatem minorem cognitiōis creatu
rarum.Vnde bene competit proprietati huius scientię qđ dicit Auicen.de deo in.iiii.Metaph.suę.
Non potest fieri demonstratio de deo:sed ipse est demonstratio de omni qđ est. Vnde perscrutari
volens & pertractare scibilia huius scientiæ,primo debet tractare ea quæ sunt cōsideranda de deo
vt de subiecto huius scientię.deinde consequenter de aliis relatis ad deum : vt de creaturis,q̄ sunt
materia huius scientiæ.quē quidē modum nos obseruabimus in prosequendo.¶Ad argumēta in
oppositum oportet respondere: quia nituntur ostēdere ꝙ nihil consideratum & cognitum ex alia
scientia ductu naturalis rationis potest esse materia huius scientiæ vel fidei obiectum. ¶Ad pri-
G mum ꝙ ista scientia quia est vniuersalis non debet considerare ea quæ sunt aliarum scientiarum:
Dicendum ꝙ est quędam scientia vniuersalis ratione rei consideratę in ratione subiecti:quędā ve
ro ratione modi cōsiderandi.Ratione rei consideratę scientia illa dicitur vniuersalis:quę considerat
rationes rerum vniuersales:& generales earum proprietates:quarum scientiæ particulares consi-
derant rōnes particulares & particulares ꝓprietates:sicut vniuersalis sciētia dicitꝰ Metaphysica q̄
considerat de vnoquoq; genere entis secundū ꝙ ens est:non secundū ꝙ tale ens est:& generales ꝓ
prietates oīm entium,quę sunt vnū multū actus potentia &c.hmōi.cum scientię particulares sub
ipsa considerant diuersa entia particularia,& particulares proprietates eorum:vt determinat phs
iiii.Metaph.Ratione autem modi cōsiderandi dicitur scientia illa vniuersalis: quę superiori & ge-
neraliori modo considerat entia:cum scientię sub ipsa considerant ea modo inferiori & determina
to magis.Sicut in proposito sacra scriptura vniuersalis dicitur ad omnes alias scientias humanas:
quia speculatꝰ sua speculāda. lumine fidei & diuinę reuelationis:cum alię scientię nihil speculātur
nisi lumine naturalis rationis:secundum ꝙ de hoc habitum est superius.Loquēdo de scientia vni-
uersali primo modo, bene verum est ꝙ non habet considerare ea quę sunt particularium scientia
rum:neq; iudicare:quia sunt extra rationem sui subiecti.Est enim subiectum Metaphysicę ens in
quantū ens:non inquantum tale ens est.& ideo extra hoc qđ considerat illa scientia vniuersalis de
quolibet genere entis inquantum est ens,debēt esse scientię particulares:quæ considerant diuersa
genera entis,inquātū talia entia sunt.De scientia vero vniuersali secūdo modo hoc nō est verum:
quia nullū ens particulare rationē subiecti ei⁹ excedit:quia oēne ens quātūcūq; particulare, dū tñ
rōnē credibilis habeat:per attributionē se habet ad deū in ista scientia. Sic eñ oīa q̄ habēt rationē
credibilis:& ptinēt ad materiā hui⁹ sciētię cōprehēdunꝰ sub subiecto huius sciētię qđ deus est: nō
vt ptes eius vel accidentia:sed vt ad ipm aliqualiter ordinata:vnde ista sciētia vsq; ad vltima sin-
gula quarūcūq; rerū speculatꝰ:dū tñ ad notitiā fidei ptineāt : & in hoc ista sciētia multū in vītate
H & potestate excedit primā phiam.¶Ad secūdū ꝙ naturalis inuestigatio sufficit ad notitiā oīm re
rū naturaliū.ergo nō debet ptinere ad hāc sciētiā fidei: Dicēdū est ad hoc ꝙ licet ista sciētia princi
paliter est de iis q̄ facultatē hūanę rōnis excedunt:vt suppleat in nobis notitia fidei: id ad qđ natu
ralis notitia nō pōt attingere:vt est circa deū:ꝙ sit trinus & vnus: & circa creaturas est pria rerū
ꝓductio quā describit Moyses in pricipio Gen.&c.hmōi.Secūdario tñ bene est de illis ad quę etiā
naturalis ratio potest attingere:vt sunt:deū esse vnū:& mūdū a deo factū:& cętera hmōi:quę phi
in sciētiis suis naturalis rōnis inuestigatiōe tractauerūt. Amborū aūt notitia quātū spūs sanct.op-
portunū nobis fore dictauit,ꝑ hāc sciētiā nobis credēda ꝓponiꝰ:qđ qdem nobis necessariū erat val
de & opportunū:qđ patet quātū ad ea q̄ excedūt facultatē naturalis rōnis ex supra determinatis
circa necessitatē hui⁹ scientię.nisi eñ illa q̄ naturalē rationē excedūt ꝑ istā sciētiā fidei nobis essent
reuelata:qcq̄ qđ de illis cogitare posset humana fragilitas nō haberet:vt dicit Augu.ser.i.sup Ioā.
quare nec desiderio aliquo ad illa obtinēda tēderet.nihil eñ desideratur nisi cognitū.Quia igitur
homo naturaliter ordinatur ad obtinenda illa quæ naturalem rationem excedunt : vt eñ dicitur
in Esa.Oculus non vidit deus absq; te:q̄ pręparasti diligentibus te.qđ expressius dicit Apostolus
Oculus non vidit:nec auris audiuit:nec in c.h.as.q.p.d.d.s.& ad alia nō posset attingere nisi ea di
ligendo & desiderio suo ad ipsa tēdendo : vt illa aliquando attingere posset:necesse fuit ex diui-
na prouidentia illa hominibus per istam scientiam reuelari.de quibus dicitꝰ Eccli.iii. Plurima sup
I sensum hominis ostensa sunt tibi.& hoc principaliter propter quinq;.Primū vt homo ex cælestiū
& ęternorum cognitiōe excitaretur ad eorum amorem.Secūdū vt ex hoc per amorē cęlestium re-
traheretur ab amore terrenorum.Tertium vt per hoc exigua quę de æternis docet hæc scientia:
disceret homo cogitare eximia.Quartum vt credendo aliquid esse super id quod est & quod po-
test cogitare,diuina & cælestia reuerenda cognosceret.Quintum vt confunderetur humana teme
ritas,quæ naturali ingenio omnem præsumeret posse inuestigari notitiam.secundum ꝙ oēnia hęc

patent ex supra determinatis. Quantum vero ad illa quæ subsunt naturali rationi: patet si K
militer ꝙ opportunum erat nobis ea proponere per hanc scientiam: quia etsi singula na-
turalia & plurima de deo cognoscenda naturali rationi inuestiganda subsunt, ad eorum ta
men notitiam inuestigandam ipsa sibi non sufficit: vt non sit superuacuum & vanum ho
mini credenda proponere. Aliquibus scilicet propter naturalem indispositionem ad veritatis
profundæ inuestigationem. De quibus dicit Philosophus secundo Metaphysicæ ꝙ tristantur
per sermonem perscrutatum, & odiunt illum: quia non possunt comprehendere eum, vbi
dicit Commentator. Et isti sunt impossibiles vt addiscant. Aliquibus vero propter errorem in
ipsis inductum ex praua consuetudine vel prauis moribus passioni obediendo: quibus ani-
ma fluctuat: vt non sit apta ad veritatis inquisitionem: quia vt dicit Philosophus septi-
mo Physicorum, sedendo & quiescendo anima hominis fit prudens. vel prauis opinionibus
a iuuentute acquiescendo. Istis enim vt dicit secundo Metaphysicæ, inopinabile videtur id ad
quod non sunt assueti. quibus fabulosa magis sunt applicabilia animo ꝗ rerum veritates,
vbi dicit Commentator. Isti cum concedunt prima: non concedunt ea nisi inquantum famo-
sa: ita ꝙ si accideret ꝙ contraria ipsorum essent famosa, negarent illa. Aliquibus autem
propter segnitiem, refugientibus scilicet laborem. Qui quidem modus impedimenti maxi-
mus est in hominibus carnalibus in veritatis inuestigatione: secundum ꝙ Augustinus ex-
cusans se ad Manichæos, ꝙ non ex seueritate, sed ex charitate redarguat, dicit in princi- L
pio contra epistolam fundamenti. Illi in vos sæuiant: qui nesciunt cum quo labore verum
inueniatur: qui nesciunt ꝗ rarum & arduum sit carnalia phantasmata piæ mentis serenita-
te superare: qui nesciunt cum quanta difficultate serenatur oculus interioris hominis vt
possit intueri solem suum: qui nesciunt cum quibus suspiriis, & gemitibus fiat: vt ex quan-
tulacunꝗ parte possit deus intelligi. In aliquibus quidem propter temporalium occupatio-
nem: quia vt dicitur Matthæi.xiii. Sollicitudo istius seculi & fallacia diuitiarum suffocant ver
bum. Et idem super Ioan. sermo.viii. Homines in aliud intenti perdiderunt considerationem
operum dei. De quibus dicit Origenes. in Homil. super Gen. xxv. Vereor ne forte qui ne-
gligentes sunt: nec bibant de puteo vitę nec reficiantur: si occupationibus vacent: & cogi-
tationibus quas secum deferunt, & discedant a scripturarum puteis sitientes. Deinde cer-
te in aliquibus propter cognitionis incertitudinem quæ per sensus a sensibus trahitur. pro-
pter quam plurimum inuestigationi humanæ rationis fragilitas admiscetur: cum veritatem
se credit inuenisse: cuius signum est ꝙ sapientes mundi sibimet ipsis in ꝗplurimis contra-
riati sunt. Quia igitur vt ex omnibus his patet humanum genus ad veritatis notitiam inue M
stigandam etiam in eis quæ subsunt naturali rationi sibi nō sufficit: oportuit circa eadem ei ꝑ istā
scientiā via fidei firam certitudinem & puram veritatem denunciari de pluribus rebus tam natu
ralibus ꝗ diuinis etiā naturalis rationis industria inuestigabilibus: vt.s. cognitionis veritatis in eis
quę sunt necessaria ad salutem: oēs de facili participes esse possint: ad quorum regulam cętera oīa
tam in naturalibus ꝗ diuinis cognoscerent inuestigari debere. Propter qđ recipientibus talem sciē
tiam dicit Apostolus Ephe.iiii. loquens de Christo. Et ipse (inquit) dedit quosdam qdem apostolos
quosdam autem prophetas: alios vero euangelistas: alios aūt pastores & doctores ad cōsummatio
nem sanctorum in opus mysterii, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in
vnitatem fidei: in agnitionē filii dei: in virum perfectum & mensuram ætatis plenitudinis Christi
vt iam non simus paruuli fluctuantes: & non circūferamur oīni vento doctrinę in nequitiam ho-
minum: in astutia ad circūuentionem erroris. Et sequitur post modicum. Hoc ergo dico & testi-
ficor in domino: vt iam non amplius ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus
obscurati, inhærentes intellectui, alienati a via dei propter cæcitatem cordis eorum: qui se-
metipsos tradiderunt impudicitiæ. Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum au-
distis: & in illo edocti estis, sicut veritas est in Iesu. Vbi dicit Glossa. Hos dictos ministros N
dedit vt caueant sibi a consuetudine antiquæ gentilitatis a tempore fidei. Et ideo dicit dominus
Esaiæ octauo. Cum dixerint ad vos: Quærite a Phytonibus, & a diuinis, qui strident incanta-
tionibus suis: ad legem magis: & ad testimonium. vbi dicit Gloss. interlinearis. Ad legem, sci-
licet occurrite, in qua inuenietis veritatem: & ad testimonium scripturæ quæ non fallit. Docuit
autem dominus ad legem currere tanꝗ ad illud in quo erat certum quid tenendum oculis si-
ne lege circa varia vagantibus & errantibus. Propter quod dicit Apostolus Roma. secundo.
Requiesce in lege. Glossa. Non vageris erroribus, certus quid debeas obseruare: sicut vagan-

tur illi qui sunt sine lege: & ideo multipliciter laborant: secundum ꝙ de illis dicitur Eccli.x. Labor stultorũ ꝑdet eos qui nesciunt in vrbem pergere. Vnde plus solidę veritatis de secretissimis dei, & necessariis ad salutem modo scit vna vetula q̃ antiquitus sciuerũt omnes philosophi. Quod bene promisit dominus dicens per Esa. prophetã. Ponã vniuersos filios tuos doctos a domino: & per se cognoscent me a minimo eorum vsq; ad maximum.

Articu. XX. Quomodo in Theologia de deo & de diuinis locutio sit habenda: & quomodo intellecta de eis sit exponenda.

Artic. XX.

Voniã vt ait Aug. i. de doct. cristiana, res quibus vtitur oĩs tractatio scripturarum sunt modus inueniendi quæ intelligenda sunt: & modus proferendi quæ intellecta sunt: Inuento igitur quę & qualia ex sacra scriptura intelligenda, siue cognoscẽda sunt: quomodo. s. Theologia sit scientia de deo, & de rebus diuinis: & quomodo deus & diuina in ea sunt intelligenda & cognoscẽda: sequitur videre quomodo de deo & de diuinis in ista scientia locutio sit habenda: & ita quomodo intellecta de eis sunt proferenda. Et circa hoc quęruntur quatuor.

Primum: vtrũ sermone humano de deo, & de rebus diuinis debeat vti hæc scientia.

Secundum: vtrum indifferenter loqui debeat de eis significando ea rebus & vocibus.

Tertium: vtrum loqui debeat de eis sermone proprio & claro: an figuratiuo & obscuro.

Quartum: vtrum de eis loqui debeat sermone simplici, an ornato.

P Quęst. i. Argu. i.

Irca primum arguitur ꝙ ista scientia non debeat vti loquendo de deo & de rebus diuinis sermone cõmuni humano. Primo sic. illo sermone nõ debet vti hęc scientia loquendo de deo, & de rebus diuinis, qui est causa erroris circa illa: qa scientia omnis est vt dirigat sermonem contra errorem. sermo humanus est huiusmodi: quia est impositus rebus naturalibus: significãs dispositiones & naturas earum, quę non attribuunt diuinis rebus & deo nisi per errorem. quare non potest vti sermone humano: loquendo de deo & de rebus diuinis: nisi attribuendo eis dispositiones & naturas hmõi, quę per ipsum significant: quia quandocũq; loquimur de aliquibus: attribuimus eis proprietates, quas significant verba quibus loquimur: quę deo nõ nisi per errorem possunt attribui. ergo &c. ¶ Secundo sic: signa ad placitum instituta per pactiones & consensiones hominum non inducunt in notitiam vlteriorem q̃ ad quã significandam instituta sunt: vt si circulus est institutus ad significandum vinum: nunq̃ inducit ad cognoscendum in cellario eẽ bladum sed omnis sermo humanus est signum institutum ad placitum per hominum pactiones & consensiones: quia sermo omnis symbolum est: vt dicit Philosophus in de sensu & sensato. & secundum ꝙ dicit August. de doctri. christiana lib. ii. omnes hę significationes (& loquitur de significationibus vocũ & literarũ) pro suę cuiusq; societatis cõsensiõe animos mouẽt. sed nõ est institutus nisi ad significandum conceptus naturali cognitione comprehensos: quia nemo imponit nomẽ nisi eis quę nouit. ergo non potest ducere in conceptus supernaturales comprehendendos. omnes autem cõceptus huius scientię sunt supernaturales quia fidei: vt patet ex habitis supra. ergo &c. ¶ In contrarium est illud. xvii. de ciui. dei. Deus per hominem more hominũ loquitur. & loquitur ibi Augu. de modo locutiõis huius scientię. ergo &c. & lxxxiii. q. q. xxi. dicit. Diuinę scripturę a terreno & humano more ad diuinum & cęlestem nos erigentes vsq; ad ea verba descenderunt: quibus inter se etiam stultissimorum vtitur consuetudo.

In oppositũ.

Q Responsio.

¶ Dicendum ꝙ alia est ista quæstio: an ista scientia debet vti de deo & de rebus diuinis loquẽs sermone humano: & illa, an deus possit significari sermone humano: de qua erit sermo inferius: vbi erit disputatio de diuinis nominibus: an scilicet deus sit noiabilis. siue enim deus sit nominabilis proprio sermone: siue nõ: bene cõtingit dubitare an nominibus rerum naturaliũ vtẽdum est in scientia quę de deo, & de diuinis rebus tradit notitiam. ¶ Intelligẽdũ est igitur ad quæstionem propositam: ꝙ cum sermone ad hoc vtitur sciẽtia: vt per eum doceat de rebus: sermo autem non docet quia vox est: sed quia significatiuus existens, non simpliciter: sed ei qui doceri debet. Vnde græcus per dictiones latinas doceri non posset: quia licet sint significatiuæ aliquibus: ei tamen non sunt significatiuæ. propter qđ dicit Phus. iiii. Metaphy. Necesse est vt sermo loquentis

R

ſit ſignum de aliquo apud ipſum qui loquitur:& apud alium cum quo loquitur.Nunc autem ita
eſt:ꝙ ſermo homini non eſt ſignificatiuus niſi humanus:qui eſt ſignificatiuus earum paſſionum
& conceptionū quę ſunt in anima,quas de rebus ſibi cognitis concepit. quia vt dicit Philoſophus
vii.Meta. qui non definit & diſcernit aliquid:non poteſt ei nomen imponere : qm̄ non erit notum
ei.vbi dicit Cōment.Qui neſcit rem:non ponit ei nomē.Nullus em̄ ponit nomen rei quam neſcit.
Si em̄ eſſet ſermo aliquis qui eſſet ſignificatiuus cōceptionū ſupernaturaliū de rebus ſupernatura
libus:quas oculus humanus nō vidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit:ille non eſſet
humanus, nec homini ſignificatiuus : vt eſt homo in puris naturalibus conſtitutus:& ſola natu-
rali cognitione informatus:ante.ſ.fidei inſtructionem:quę debet fieri in eo per hanc ſcientiam.Sciē
tia ergo iſta ſi debeat hominem iam inſtitutū in ſcientia pure naturali docere ſcientiam ſupernatu
ralem de deo:& de rebus diuinis:neceſſe eſt eam vti ſermone humano:& per ipſum effari homini
diuina:q̄a aliter ei effari ea omnino eſt impoſſibile.Et hoc eſt q̄d dicit Damaſc.in prin.ſententiarū
ſuarū.Oportet eum qui de deo vult dicere & audire,manifeſte ſcire ꝙ neq̄ omnia ſunt ineffabilia
quæ ſunt catholicæ diſputationis:neq̄ omnia effabilia.multa em̄ quę de deo obtuſe intelliguntur
non integre enūciari poſſunt:ſed ea quę nota ſunt ſecūdū nos,cogimur in his quę ſunt ſupra nos
dicere.Scire enim oportet(vt dicit ibidē)ꝙ nos homines exiſtentes:& groſſas carnes indutos diui
nas & excelſas & immateriales diuinitatis operationes intelligere & dicere impoſſibile eſt:niſi ima
ginibus & formis & notis quæ ſunt ſecundū nos,vſi fuerimus.Dicēdū igiť abſolute:ꝙ iſta ſciētia
de deo,& rebꝰ diuinis vti nō debet niſi ſermōe hūano:nec pōt: vt videlicet loquať homini de rebꝰ
ſupnaturalibus & doceat ſciētiā ſupernaturalem per ſermonē de rebus naturaliter cognitis, tranſ
ferendo.ſ.nos a naturalibus nobis notis ad ſupernaturalia naturaliter nobis incognita:& quaſi per
nota notificando nobis ignota.ſecundū ꝙ dicit Diony.in prin.Angelicę Hierar. Non eſt poſſibile
animo noſtro ad non naturalē aſcēdere cęleſtium contemplationem:niſi ea quę ſecundū ipſum eſt
manuductione vtatur. Et Auer.exponens illud philoſophi in principio Phyſi.Materia appetit for
mam ſicut fœmina virum.dicit. Declarat quod intendit,per comparationē:quæ licet nō vſitatur
in doctrina demonſtratiua:vſitatur tamen in rebus non ſenſibilibus:quę non intelliguntur niſi p cō
parationē.Et hoc eſt q̄d dicit Aug.in prin.de Tri.Scriptura ſacra paruulis cōgruēs nulliꝰ generis
verba vitauit:ex q̄bus quaſi gradatim ad diuina atq̄ ſublimia noſter intellectus velut nutritus aſ
ſurgat. Nā verbis ex rebꝰ corporalibus ſumptis vſa eſt cū de deo loq̄ref:q̄bus ſignificaret illud q̄d
ita non eſt:ſed ita dici opus eſt:ſicut eſt: Pœnitet me feciſſe hominē.De rebꝰ aūt q̄ omnino nō ſunt
nō trahit aliqua vocabula.Eſt tñ aduertēdū: ꝙ nō ea laxitate & libertate aſſumit in vſum ſuū ver
ba locutionis humanę ſacra ſcriptura:nec licet expoſitoribus eiꝰ vti eis in quāta vtunť eis mūdi ſa
piētes in ſciētiis mūdanis:imo ſicut in cognoſcēdo,oīa q̄ ſunt huius ſciētiæ ad regulā fidei ſunt di
rigēda:ita & in eloquēdo.Propter q̄d frequēter ignorātes modū huius ſciētię in ſermone eius tur-
banť:ſecūdū ꝙ dicit Aug.xi.de ci.dei.Liberis vocibus loquunť Phi:nec in rebus ad intelligendum
difficillimis offenſionē religioſarū auriū ꝑtimeſcūt.Nobis aūt ad certā regulā loqui fas eſt:ne ver-
borū licentia:& de rebꝰ q̄ hic ſignificātur:impiā gignāt opinionem ſcđm ꝙ dicit lib.i.cōtra aduer
ſariū legis & ꝓphetarū.In libro no.teſt.deſunt verba quę ſi ſic accipianť ſicut in hoībus intelligi ſo
lēt:nullo mō cōgruūt diuinitati,& grauē pariūt offēſionē: ſicut ibidē declarat p plura exēpla. Vñ
etſi ſcriptura ſacra verbis vtať coibꝰ:tñ ſicut eodē idiomate vtētes diuerſę natiōes diuerſos habēt
modos & regulas loquēdi ſecūdū linguas ſuas: ſic & ſacra ſcriptura modū habet ꝓpriū quo aliter
vtitur verbis eiſdem q̄ vtanť ſciētiæ ſeculares. Vt ira quę motum animi turbati ſignificat in aliis
ſcientiis,in hac ſciētia circa deū opus exprimit diuinę vindictæ. Vt em̄ dicit Aug.ſuper illud Ro.
ii.Theſaurizas tibi iram.perſpicuū eſt irā in deum non cadere:ſed clementiſſimū ad vindictā nřis
vitiis ꝓuocari.Et ideo dicit ſup illud.Reuelať ira dei.Quotiēs irā dei legimus:non ꝑturbatio ani-
mi eius intelligenda eſt:ſed iudicium quo irrogatur pœna peccato. Vnde qui hūc modū ſcriptu-
rę ignorat,turbatur cum ſermone humano diuina pronunciat.ſecundum ꝙ dicit idem ſuper Ioā.
ſer.x.loquens de ſacra ſcriptura.Linguā(inquit)ſuam habet:quicūq̄ hanc linguam neſcit:turbať.
quare ſicut familiaritate conuerſandi cū illis quorū lingua diſcenda eſt : modus loquendi eorū co-
gnoſciť:& p hoc ea q̄ ab ipſis dicunť intelligunť:ſic familiaritate cōtracta ex frequēti vſu cum hac
ſcientia,modus eius capitur:& quę abſurda vidētur in ea intelligūtur. Propter quod dicit Greg.
in princi.iiii.Moral. Veritatis intelligentia cum per cordis humilitatem quęritur legendi aſſidui-
tate penetratur.Sicut em̄ ignotorum hominū facies cernimus & corda neſcimꝰ:ſed ſi familiari eis
locutiōe cōiūgimur,vſu colloquii etiā eorū cogitationes indagamꝰ:ita cū in ſacro eloqo ſola hiſto
ria aſpiciť:nihil aliud q̄ facies videtur.Sed ſi huic aſſiduo vſu cōiūgimur,eiꝰ nimirū mētē:quaſi

locutionis familiaritate penetramus.dum eñ alia ex aliis colligim⁹,facile in eius verbis cognoscia- mus aliud esse quod intimant:aliud quod sonant.

T Ad primum principale. ¶Ad primum in oppositum:ꝙ sermo humanus est causa erroris in diuinis: Dicē- dum ꝙ verum est:ponendo in diuinis esse proprietates rerum naturalium: quibus primo nomina sunt imposita.Quia tamē inquātū proprietates illę in rebus naturalibus existētes exemplata sunt a paradigmate formarum exemplariū diuinarum:in quibus verius habet esse vnūquodq; ꝙ̄ in re- rum natura exēpla:ꝓpterea noīa rebus imposita quæ sunt hic,manuducentia possunt esse ad co- gnoscendum ea ꝙ̄ sunt ibi: sicut & res istę manuducentes sunt ad cognoscendū illas quę sunt ibi: secundum ꝙ dicit Diony.de di. no. Ex oīm existentium ordinatione quasdam imagines,& similitu- dines diuinorum paradigmatū habente in sup̄mū oīm redeundū est omniū ablatione:& eminētia & oīm causa.Vbi tangit triplicē modum,quo humana manuducunt ad cognoscendum diuina.s. ablatione,eminentia,& causalitate.Quę etiam tāgit Damasc.in illis tribus positis supra,imagini- bus,formis,& notis.Causalitate enim deus cognoscitur ex omni creatura imaginibus:inquantum creatura aliquā dei similitudinem siue vestigiū exprimit:sicut causatum causę. Eminētia vero co gnoscitur formis,inquātum oīs dispositio formalis ad dignitatem, & nobilitatem ꝑtinēs ꝑfecti⁹ & eminentius inuenitur in deo ꝙ̄ in aliqua creatura.Ablatione autē cognoscitur notis,inquātum omnis dispositio quæ notatur in creatura vt sibi propria, defectum habet aliquem a diuina perfe ctione:secundum ꝙ de istis modis planius erit sermo inferius in suis locis.

V Ad secundū ¶Ad secundū ꝙ signa non inducunt per institutionem ad vlteriorē cognitionem ꝙ̄ sunt illa ad quę significāda sunt insti tuta:Dicendū ꝙ verum est ex significationis ꝓprietate.propria eñ significatiōe oīs sermo huma- nus significat dispositiones rerum vt sunt naturaliter natę ab homine cōcipi.Vnde voces nō sunt notę rerum nisi quia sunt notę primo intellectuum conceptorū de rebus. Et ideo propria signifi- catione nullus sermo humanus facit notitiam alicuius cognoscibilis supernaturaliter.Ex trāslatio ne aūt quadā naturalium aut sup̄naturalium secundum dictos tres modos bene nomina rerum naturalium sicut & ipsæ res possunt ducere in cognitionem supernaturaliū: vt iam dictum est in parte:& amplius dicetur infra exponendo modos loquendi de deo.

A Quæst. ii. Arg.i.

Irca secundum arguitur ꝙ sacra scriptura non debet loqui indifferenter signi- ficando diuina rebus & vocibus:immo videtur vocibus magis:sic.illud indu- cit magis notitiam alteri⁹ significādo,qđ magis habet rationē signi illius:quia non inducit in notitiā ipsius neq; significat ipsum nisi per hoc ꝙ rationē signi habet:quia illa facere est proprietatis signi:vt patet ex eius definitione.sed vo- ces significatiuę rerum magis habent rationē signi ad indicandū diuina ꝙ̄ ipsę res:quia vox est significatiua ex eo ꝙ talis rationem signi habet: non sic ipsa res: quia est quid ab- solutum.ergo &c.

2 ¶Secundo videtur ꝙ solis vocibus & non rebus debēt significari diuina:sic.su perfluum est aliquid significare ꝑ illud cuius significatio intelligi nō potest nisi exposita per aliud qđ per se sufficit illud significare & significationis suę intellectū exprimere.Superfluū eñ est fieri per plura qđ ęqualiter & cōpendiosius pōt fieri per vnū.quicqd de diuinis significat reb⁹,significa ri potest vocibus:nec intelligitur quid res significāt:nisi id voces exprimant:quæ per se intellectū significationis suæ faciunt.Absoluta eñ bouis imolatio non daret intellectum quia Christus ver⁹ bos esset immolandus:nisi vox verbi vel mentis indicaret quia bos Christum immolandum intel ligere daret.ergo &c.

In oppositū. ¶In contrarium est Augu.ser.xxv.super Ioan. qui dicit ꝙ facta Christi sunt verba:quia vt dicit ser.xxiiii.sunt diuina opera,& ad intelligendum deum de visibilibus admonēt humanam mentem:habent eñ linguā suā.Nā qa ipse Christ⁹ verbum est,etiam factum verbi ver bū est.& ser.xxvij.Opus dei lingua est.

B Responsio. ¶Dicendum ad hoc.cū secundum iam dicta,cognitionem acquirere non possu- mus supernaturalium nisi per notitiam quā habemus rerum naturalium:inquantū effigies quę- dam & imago supernaturalium in naturalibus inuenitur: sacra scriptura tradens nobis superna- turalium cognitionem , per illa debet nobis eloqui supernaturalia : quæ nobis expressius effigiem & imaginem supernaturalium possunt explicare.Nunc autem ita est ꝙ res ipsæ in seipsis verita- tem continent dispositionum & proprietatum:per quas supernaturalium sunt indicatiua : voces aūt signa illarum sunt:confuse ex institutione ipsas præsentātia. Idcirco igit̄ res ipsæ verius diui- na & supernaturalia explicāt ꝙ̄ earū voces rebus supernaturalib⁹ applicatę.Et ideo propriissimus modus loquendi sacrę scripturæ est loqui rebus & factis:quia frequēter ex proprietatibus rerū & factorum possibile est hominem illa de diuinis conijcere:quę impossibile est verbis explicare.Con-

gruit ergo primo summe in hac sciētia,diuina p res & facta explicare:& hoc ex pte rei cognoscēdæ. Cōgruit etiā scdo ex pte auctoris hui⁹ scię.talib⁹ eñ signis debet loqui auctor in scia:quæ sunt sapiētię suę maxime indicatiua. talia sunt poti⁹ res q̄ verba:quia ipse p suam sapiētiam immediate ē causa rerum:non aūt causa humanoꝝ verboꝝ,nisi cum occasione sapiētię humanæ. Et ideo sicut C
scientię humanę ꝑprie debēt describi verbis ab humana sapiētia institutis:sic ista scientia debet describi rebus a diuina sapiētia datis.vnde & vniuersa in se creatura est quasi diuinę sapiētię q̄dā scriptura.Congruit etiā tertio ex pte cognoscētis.cū eñ diuina mysteria quæ tractat ista scientia nō sunt omnibus pandēda,sic sunt ꝑponenda quō apertius piis & deuote quęrētibus potuerunt innotescere:impiis vero & fastidiētib⁹ occultari:hoc autē fit reb⁹ & factis ea ꝑponēdo nō vocib⁹.Quia eñ voces id q̄d sunt nō nisi signa sunt:& nō sistūt intellectū audiētis ī seipsis: sed ad rei significatę per ipsas intellectum dirigunt:idcirco quod vocibus proponitur omnib⁹ pāditur,& ad percipiēdū p vocē aliud q̄ ipsa sit auditor excitatur.Quia vero res ipsæ & res sunt & signa:inquantū res sunt suiipsius intellectum insinuāt determinate inspicienti eas,sistēdo intellectū eius in seipsis determinate.Inquātū vero signa sūt ptēdūt ītellectū īdeterminatū ꝑpter diuersas ꝑprietates vniuscuiusq; rei,quibus diuersa possunt significari:& ideo nō sunt signa nisi studiosis,signa rerum ad significata applicare valētib⁹:& hoc in hac sciētia nō nisi diuinę gratię adiutorio assistēte.Et sic mod⁹ loq̄ndi per res & facta,per quas sine magno studio significata comprehēdi non possunt,conueniētissim⁹ est huic scientiæ: vt occultētur mysteria eius indignis qui inuestigatiōi diligētiam exhibere nolunt: & per illa quibus maxime nata sunt pręsentari inuestiganda proponuntur dignis.alicubi tamen solis factis & rebus loquitur:vbi.s.occultiora mysteria paucis reuelāda pāduntur.alicubi aūt verbis solū:vbi.s.cōmunia omnibus necessaria:& ideo ab oībus capiēda ꝑponūtur.alicubi vero verbis & signis rerum cōmistim:vbi per aptiora opus est magis obscura in parte explicare.secūdū q̄ sacra scriptura omnibus cōgruēs alicubi apta debet eē,alicubi vero obscura,vt in sequēti questiōe dicetur.

¶Ad primum in oppositum q̄ vox magis ducit in notitiā rei: quia magis habet D
rōnē signi:Dicēdū q̄ verū ē simplicib⁹,& ī notitiā rei simplicē acqrēdā.Ad notitiā aūt pfectā acqrēdā scdm cōditiōes & ꝑprietates cognoscibilis ꝑfectis res magis hñt signi rōnē:& magis in notitiā ducūt diuinoꝝ:quoꝝ cōditiōes nō tā pfecte potuerūt exprimere voces sicut res.vñ & moralia documēta sacra scriptura ī factis sanctoꝝ frequēter ꝑponit poti⁹ q̄ ī verbis:qa facta sūt circa pticularia & ideo magis exprimūt cōditionē & modū operādi q̄ verba.secūdum q̄ dicit August.de mēdacio Diuīæ scripturę nō solū pcepta dei cōtinēt:sed & vitā moresq; iustoꝝ,vt si forte occultum est quēadmodū accipiēdū sit q̄d pcipit,ī factis sanctoꝝ intelligat.¶Ad scdm:q̄ significatū reb⁹ expssi⁹ significat vocib⁹:Dicēdū q̄ verum est simplicib⁹:& indistincta expressione:ꝑfectis aūt & expssione distincta vt dictū est:meli⁹ exprimūt res ipā cognoscēda circa diuina q̄ voces.Et si vocib⁹ aliquātulū explicāt mysteria rebus significata,nunq̄ tamen ita pfecte mysteria explicāt voces vt res ea indicāt:ita q̄ p res ipās īspici pōt q̄d p voces apphēdi nō potest. Et ideo dicit August.sup Ioan.ser.xix. Aliq̄ñ sermo deficit vbi intellectus proficit. Ad pri. princi. E Ad scdm.

Irca tertiū arguit:q̄ sacra scriptura loq debet de deo & de reb⁹ diuinis sermone claro:nō sermone obscuro.Prīo sic.doctrina sapiētis facilis ē.hęc doctrina ē auctoris sapiētissimi:qa dei:ad cui⁹ nutū eā cōscripserūt sancti dei hoies,vt habitū ē supra.ergo debet eē facillima.hoc aūt fit mō claro & sermone ꝑprio:nō figuratiuo & obscuro eā describēdo.ergo &c.¶Scdo sic.scia illa q̄ summe necessaria est oib⁹ mō tali debet describi,vt ab oibus possit capi:quia aliter frustrarentur ea multi. ista scia est hmōi,vt patet ex dictis.ergo &c.¶In cōtrariū est Chryso.dicēs sup illud Matth.xxiii. Vę vobis qui clauditis regnum cęlorum.Nō sunt scripturæ clausæ:sed obscuræ, vt cum labore inueniantur. F Quest. iii. Arg. i. 2 In opposi.

¶Dicēdū ad hoc: q̄ scientia sacræ scripturæ: quia est maximę necessitatis & ad oīm salutē ē descripta debet oib⁹ cōgruere,& oib⁹ pastū necessariū salutis ministrare.Et qa oē gen⁹ hoim q̄d scię īuestigatiōi exponit,ī simplices distiguit & ꝑfectos,sic ergo debet describi sacra scriptura,vt ambob⁹ cōgruat.Simplicib⁹ aūt cōgruit:si smone describat claro & ꝑprio:qa aliter nō capiūt. ꝑfectis aūt si vtroq; mō:& hoc plurib⁹ de causis.Pria,vt obscuritas eos detētos teneat:& claritas instruat.hinc dicit Aug.lxxxiii.q.q.liiii. De⁹ ad salutē aiarū sic diuinos spū sancto moderatus ē libros,vt nō solū manifestis pascere,sed etiā obscuris nos exercere vellet.Idē cōtra Adimā.Aliq̄ñ apte ponit ī scriptura ipā diuia auctoritas,aliq̄ñ aūt occultatur,vt & manifest[is] lector istruat & exerceat obscur[is].& ī fi.eiusdē lib.Ex mltis q̄ apte scripta sūt manifestat nob[is] quō illa ītelligūt q̄ sic ī illis libris posuerūt,quō figurate illis demonstrata sūt.Idē de vera rel.Iā vero ipē toti⁹ doctrię mod⁹ G Responsio.

partim apertissimus: ptim in similitudinibus in dictis in factis i sacramētis ad oēm aīæ instructionem
H exercitationēq; accommodatus qd aliud q̄ rōnalis disciplinę regulā impleuit? Nam & mysteriorū expositio ad ea dirigit q̄ aptissime dicta sunt: & si ea tm̄ essent q̄ facillime intelliguntur: nec studio se quęreret: nec suauiter iueniret veritas. Vnde secūda causa est: ne veritas clara omnino vilescat: & sub obscuro sermone notitia inuēta dulcior fiat. secundū q̄ Augu. dicit loquens de hoc, scdo de doct. Christiana capitu. ii. Quod totum prouisum esse diuinitus non dubito ad edomandam labore superbiam & intellectū a fastidio reuocandū: cui facile inuestigata plerunq; vilescūt: & cū aliqua difficultate quæsita multo gratius inueniri. qui enim prorsus non inueniūt q̄ q̄runt, fame laborant: qui autē non quęrunt quia in prōptu habent, fastidio sęp marcescūt: in vtroq; aūt lāguor cauēdus est. Magnifice igit & salubriter spūs sanct⁹ ita scripturas sanctas modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus aūt fastidia detereret. nihil em̄ fere de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime alibi dictū repiat. Idem contra mendaciū. Locutiōes actionesq; pphetice ppterea figuris velut amictibus obteguntur, vt sensum pie quęrentis exerceant: & ne nuda & prōpta vilescant: nec inuident discētibus q̄ his modis obscurātur: sed commendantur magis: vt quasi subtracta desiderent ardētius & inueniantur desiderata iocūdius. Idem de mo. ecclesiæ. Multa dicuntur submissius, humi repentibus aīs accōmodatius, vt p hūana in diuina consurgant: multa figurate, vt studiosa mens & quęsitis exerceatur vtilius, & vberius lętetur inuentis. Idem de vera innocētia. Bene sunt i scripturis mysteriorum pfunditates: q̄ ob hoc teguntur ne vilescant: ob hoc q̄
I runtur vt exerceant: ob hoc aperiuntur vt pascant. Et quia tunc efficacius pascit: cum ex eadem litera plures sentētias parit: ideo ex pte obscuritatis ē specialiter prima causa, q̄ debet scriptura ad hoc esse obscura, vt videlicet copiosior sit in sentētia. secūdū q̄ dicit Aug. xi. de ciui. dei. Sermonis obscuritas etiā ad hoc vtilis est, q̄ plures sententias parit: & in lucē notitię pducit: dum alius eū sic alius aūt sic intelligit. Secūda vero obscuritatis ei⁹ cā est, vt idignis & studere fastidiētibus lateat. secūdū q̄ de hoc dicit Chrysostom⁹, vbi supra Matth. xxiii. Obscura est notitia veritatis, ne nō tā vtilis inueniatur q̄ contemptibilis. Contemptibilis enim est quæ ab illis intelligitur a quibus nec amatur: nec custoditur. Non ergo abscondita est in scripturis veritas: vt non inueniant qui quęrūt eā: sed vt non videant qui quærere eam nolūt: vt ad illorum quidem gloriam pertineat qui inueniūt eam quia desiderauerunt eam & quæsierunt: & inuenerūt: ad illoꝝ aūt cōdēnationē, q nō iueniūt eā qa nō desiderauerūt eā, nec q̄sierūt, nec iuenerūt. Nec pōt eis esse excusatio cōdēnationis ignorātia veritatis, quibus fuit inueniendi facultas: si fuisset quęrendi volūtas. De hac causa obscuritatis dicit Diony. cap. ii. cęl. Hier. Hoc mysticis eloquiis est decentissimum, per incomprehēsibilia diuina ęnigmata occultare, & inuiam multis pandere sacram abditamq; veritatem. Est enim non omnis sacer neq; omnium est vt eloquia aiant sancta. Et. i. de di. no. in fine. Apponamus sanctis sancta per diuinam traditionem collocantes: & indoctis hoc & deridentibus auferentes. est enim diuina honorifica scia, vt dicit in prin. Eccl. Hier. hæc incontaminata ab imperfectis cōseruans: Sacris autem solis cum sacra illustratione sancte & pulchre cōmunicans. Tertia vero causa eiusdē secundū Chrysosto. ibidem ē: quia de⁹ voluit alios esse doctores: alios vero discipulos. Si autem omnes omnia scirent, doctor necessarius non erat: & esset ordo rerum cōfusus. Est aūt aduertendum q̄ dicta diuersitas locutiōis sacræ scripturę penes obscurum & manifestum non solum in diuersis sermonibus: sed etiam in eodem sermone est attendenda: vt frequenter contingit q̄ sensum vnum habeat clarum in superficie exterius: alium autem obscurum interius occultat in medulla. secundum q̄ dicit beatus Grego. in prol. moral. Diuinus sermo sicut mysteriis &c. vt supra dictum est. & Augustinus. vi. confess. Eo mihi illa venerabilior & sacrosancta fide dignior apparebat: quo & omnibus ad legendum esset in promptu, & secreti sui dignitatem in intellectu profundiore seruaret: verbis apertissimis & humillimo genere loquendi se cunctis præbens, & exercens intentionem: & vt exciperet omnes populari sinu, & per angusta foramina paucos ad se traheret.

K
Ad pri. princip. ¶ Ad primum in oppositum q̄ doctrina sapientis facilis est: dicendum q̄ verum est quo ad hoc, q̄ quanto quis melius intelligit aliquid tanto clarius illud exprimere & exponere potest. Non tamen ex hoc sequitur q̄ quanto doctor est sapientior, tanto clarius doctrinam suam proponere debeat: quia eo modo debet eam proponere quo nouit eam magis proficuam lectoribus & auditoribus eius: & hac de causa ista scientia habet claris obscura cōmixta: quia hoc modo
L auditoribus magis est proficua, vt dictum est. ¶ Ad secundum q̄ scientia omnibus necessaria ab
Ad scdm. oībus debet itelligi: & ita clare debet describi: Dicēdum q̄ verum est quo ad illa quæ sunt de necessitate salutis. Et reuera quo ad talia tam in credēdis q̄ in operandis ista scientia clarissima est. quantū vero ad alia q̄ de salutis perfectione non sunt: hoc non oportet: quia non expedit, vt dictū est.

Irca quartū arguit͛ q̄ ista scīa loquī debeat de deo & de rebus diuinis modo ornato & composito, Primo sic. secūdū Phm. ii. Eth. sermones inquirēdi sunt secūdum materiam. vbi ergo materia est elegantior: & sermo quo explicat͛ debet eē elegātior. elegātissima est materia de deo & de reb⁹ diuinis. ergo ei competit sermo elegantissimus. ille maxime est ornatus & compositus. ergo &c. ¶ Secūdo sic. illo mō debet loqui scriptura quo veritatē efficaci⁹ suadere possit. ad hoc em̄ edita est. hoc fit sermone ornato, vt patebit in soluēdo per Aug. ergo &c. ¶ In oppositū est Chrysostomus sup illud Matthei. xxiii. Quotiens volui congregare filios tuos. Oia (inquit) verba diuina rustica sunt & incomposita. Quæst. 4. Arg. 1. 2 In opposi.

¶ Dicendū ad hoc: q̄ cū secūdū Platonem in secundo Timei, vocis & auditus ratio ad plenam vitę hoim instructionē data sit: siquidē sermonis est ordinata cōmunicatio vt p̄sto fiant mutuę voluntatis indicia: tali ergo sermone debet sciētia vti quali efficacius possit instruere, & materiæ suæ intentionem explicare, vt in sermone diuino non tam qualiter q̄ quid dicatur attendatur: et vt in omnibus qualitas sermonis quiditati rei explicandę deseruiat. Distinguendum est ergo de sermonis cōpositione & ornatu. aut em̄ est instructioni deseruiens, vt melius instruat, & intentum clarius exprimat: aut non: sed magis instructioni & expressioni impedimētum prębeat: & hoc vel ex parte p̄ferentis: eo q̄ nimia intentio circa p̄nunciationis modum frequenter obliuionē faciat sniarum. secūdū q̄ dicit August. iiii. de doct. Christia. Cauēdū est ne fugiant ex aio quę dicēda sunt, dū attēdit͛ vt arte dicant͛. vel ex pte audiētis, vt dulcedo sermonis mētē audiētis demulcēdo ad se rapiat: nec reb⁹ ipsis attēdere sinat. Cōtra q̄d dicit Aug. iiii. de doct. Christ. Bonoꝝ igenioꝝ insignis est indoles in verbis verū amare non verba. Quid em̄ p̄dest clauis aurea: si apire nō pōt q̄d volumus? aut quid obest lignea si hoc pōt? q̄n nihil q̄rimus nisi patere q̄d clausum est. vel ex parte ipsius sentētiæ proferēdæ: quā frequēter sermonis cōpositio aut ornatus occultat: & sermo incult⁹ ostentat. In istis tribus vltimis modis ista scia omnino negligit sermonis cōpositionē & ornatū, nō solū nō curādo de sermonis decētia ī harmonia vocū: sed nec de ei⁹ cōgruētia ī vniōe dictionū. q̄n barbarismū, aut soloecismū mauult incurrere, q̄ snię integritati: & eius ampliori exp̄ssioni in aliquo derogare. Q̄d etiā debēt p̄ posse doctores catholici obseruare. fm̄ q̄ dicit Aug. iiii. de doct. Christ. In bonis doctorib⁹ tāta docēdi cura sit, vt verbū q̄d nisi obscurū vel ambiguū latinū eē nō pōt vulgi more sic dicat͛, vt ābiguitas obscuritasq̄ vitet͛, nō sic dicat͛ vt a doct[is]: sed poti⁹ vt ab idoct[is] dici solet. Si em̄ nō piguit dicere iterp̄tes nostros Nō cōgregabo cōuēticula eoꝝ de sanguinib⁹: q̄m senserūt ad rē p̄tinere vt eo loco pluraliter enūciaret͛ hoc nomē, q̄d ī latina līgua singulariter tm̄mō d͛r, cur pietat[is] doctorē pigeat iperit[is] loquētē ossū poti⁹ dicere q̄ os: ne ista syllaba nō ab eo q̄d sūt ossa: sed ab eo q̄d sūt ora itelligat͛? Quid ei p̄dest locutiōis itegritas quā nō cōsequit͛ aī intellect⁹? cū loquēdi oino nō sit cā: si q̄d loqmur nō itelligūt p̄pter quos loquimur vt intelligāt: si tenet auditorē discēdi cupiditas: nec mētis capacitas desit: q̄ quodāmodo intimata possit accipere: nō curāte illo qui docet quāta eloquētia doceat: sed quāta euidētia. Cuius euidētię diligēs appetitus aliq̄n negligit verba cultiora: nec curat quid bene sonat: sed quid bene dicat atq̄ intimet q̄d ostēdere intēdit. Vn̄ ait quidā cū de genere talis locutiōis ageret, esse in ea quādā diligentem negligētiā. Idē de eodē lib. iii. Plerunq̄ loquendi consuetudo vulgaris vtilior est q̄ integritas literata. Mallem quippe cū barbarismo dici non eē absconditum ossum meū a te, q̄ vt ideo esset minus aptū: quia magis latinum est. Nam q̄d scriptū est: Nō est absconditū os meū a te q̄d fecisti in occulto: nō lucet legenti vtrū correpta litera os p̄nunciet an p̄ducta. Si enim corripiat, ab eo q̄d sunt ossa: si aūt p̄ducat, ab eo q̄d sunt ora intelligitur. Vnde q̄ hoies non obseruata vocum compositione & congruentia frequenter offenduntur: hoc facit humana infirmitas: quia pietas non offenderetur. secundum q̄ dicit lib. ii. Soloecismus nihil aliū est q̄ cum verba non ea lege sibi coaptantur qua aptauerunt q̄ priores nobis non sine auctoritate aliqua locuti sunt. vtrū em̄ inter hoies an inter hominib⁹ dicat͛, ad rerum nihil pertinet cognitionem. Item ibidem. Barbarismus quid aliud nisi verbum non eis literis vel sono enunciatum quo ab eis qui ante nos latine locuti sunt enunciari solet? Vtrum autē ignorare producta aut correpta tertia syllaba dicatur, non multum curat qui peccatis suis deum vt ignoscat petit. Quid ergo est integritas locutiōis nisi alienę cōsuetudinis conseruatio loquentium veterum auctoritate firmata? Sed tamen eo inde magis offenduntur homines quo infirmiores sunt: quo doctiores fieri volunt non rerum scientia qua ędificantur: sed signorum: qua non inflari omnino difficile est: cum et ipsa rerum scientia sæpe ceruicem erigat nisi dominico reprimatur iugo. Dicit ergo in ser. ii. super Ioan. Non timeamus ferulas grammaticorū, dū tm̄ ad veritatē solidā & certiorē p̄ueniam⁹. Si vero sermōis cōpositio & cōgruētia fm̄ nullū dictoꝝ modoꝝ ipedimētū

M Responsio N O P

præbeat expressioni sententiæ, omnino vtilis est & curanda. secundum ꝙ dicit August. iiii. de doct. Christia. Illum oportet attēdere qui potest disputare vel dicere sapienter etiā si nō pōt eloquenter vt profit audientibus: etiam si minus, q̄ prodesset si etiā eloquenter posset dicere. Porro qui non solum sapienter verum etiā eloquenter vult dicere, ꝑfecto plus proderit: si vtrūq; pōt. Qui ergo (vt dicit in eodē) docet, vitabit verba omnia quæ non decent: & si ꝑ eis oīa q̄ intelligantur integra potest dicere, id magis eligat: si aūt non potest, aut quia non sunt: aut quia in præsentia non occurrunt: vtatur verbis minus integris: dum tamen ipsa res doceať & discernatur īegre. Tamen sic detrahat ornatum vt sordes non contrahat: quia per hoc summe impeditur in auditore promouenda vtilitas. secundum ꝙ dicit in eodem ī principio. Cū per artem rhetoricā & vera suadeantur & falsa, qs audeat dicere aduersus mēdaciū in defensionib⁹ suis inermē debere consistere veritatē, vt videlicet qui res falsas persuadere conantur, nouerint auditorem vel beniuolum, vel intentum, vel docilem primo facere: isti autem non nouerint? Illi falsa breuiter: aperte: verisimiliter: & isti vera sic narrēt vt audire tędeat: intelligere nō pateat: credere postremo nō libeat. Illi fallacib⁹ argumētis veritatē oppugnent: asserant falsitatē: isti nec vera defendere: nec falsa valeant refutare. Illi animos audientium ī errorem mouentes impellentesq; dicendo, terreant, contristent: isti pro veritate lenti frigidiq; dormitent. Quis ita desipiat vt hoc sapiat? Cum ergo posita sit in medio facultas eloquii: q̄ ad persuadenda siue praua siue recta valet plurimum, cur non bonorum studio comparatur vt militet veritati: si eam ad obtinendum peruersas vanasq; causas in vsus erroris & iniquitatis vsurpent. Vñ & taliū eloquentia maxime cauenda est. secundum ꝙ dicit Augustinus ī eodē ca. iiii. Affluit insipienti eloquentia, tantoq; magis cauendus est: quanto magis ab eo in iis quæ audire inutile est delectatur auditor: & eum cū diserte dicere audit: & vere dicere æstimat. Sicut autē sæpe sumenda sunt arma salubria: ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. Sed salubri suauitate vel suaui salubritate qd meli⁹? Quāto em̄ magis illic appetiť suauitas, tanto salubritas facilius ꝓdest. Idcirco (vt ait cōtinuo) sunt ecclesiastici viri qui diuina eloquia non solum sapienter: sed etiā eloquēter tractauerunt. Nec solum ipsi: sed etiam nostri auctores sacri. secundum ꝙ de hoc mouet Augustinus quæstionem ibidem, dicēs. Sed qd est? ipse liber canonis solum sapienter non etiam eloquēter descriptus est. Cui quęstioni respondet Augustinus cōtinuo dicēs. Quæ quidē quęstio apd̄ me facillime soluitur. Nā vbi eos intelligo, nō solū nihil eis sapiētius, verū etiā nihil eloquētius mihi videri potest. Et audeo dicere, omnes qui recte intelligunt qd̄ isti loquūť, simul intelligere non eos lo-

Q qui aliter debuisse. Sed quia hoc non vbiq; iuxta mundanam eloquentiam quę huic scientię nō cōgruebat (vt super illud primę Corinth. i. Non in sapiētia verbi, bene exponit ista Glo. Nō ꝑsumit Apostolus in scientia verbi prædicare &c.) Ideo quasi distinctos modos eloquentię subdit. Sicut autem est quędam eloquētia quę magis ætatem iuuenilem decet q̄ senilem: Nam nec dicenda est eloquentia si personę non cōgruat loquētis: ita est quędam quæ viros summa auctoritate dignissimos planeq; diuinos decet. Hac illi locuti sunt: nec ipsos decet alia: nec alios ipsa. Ipsis enim cōgruit: aliis autem quanto videtur humilior, tanto altius non vētositate: sed soliditate transcendit. Vbi eos nō intelligo, minus apparet mihi eorum eloquentia: sed eam non dubito esse talem qualis est vbi intelligo. Illud autem magis admiror, ꝙ isti nostra eloquentia vsi sunt per quandam alteram eloquētiam, vt nec deesset eis: nec emineret in eis: quia eam nec improbari nec ostentari oportet: quorū alterum fieret si vitaretur: alterum putari posset si facile cognosceretur: & in quibus forte a doctis agnosciť intelligas tanq̄ inseparabilē non vocatam sequi eloquentiam. Neq; enim hęc humana industria composita, sed diuina mente sunt fusa sapienter & eloquenter, non intenta in eloquentiam sapiētia, sed a sapiētia nō recedēte eloquētia. Si em̄ qdā disertissimi atq; acutissimi dicere potuerūt quæ velut oratoria arte discuntur: quid mirū si & in istis inueniuntur quos ille misit, qui fecit ingenia? Quapropter eloquentes quidem nō solum sapientes canonicos auctores nostrosq; doctores fateamur tali eloquētia vsos qualis personis huiusmodi congruebat. secundum ꝙ ibidem declarat per plura exempla tam in veteri q̄ in nouo testamento.

R Ad pri. principale — ¶ Ad primum in oppositum ꝙ scientię huius elegātissima ē materia, ergo eius debet esse elegantissimus modus sapiendi: qui est in ornatu & compositione sermonis: Dicendum ꝙ hoc verum est. secūdum tñ ꝙ decet grauitatem huius scientiæ. S Ad scdm. — ¶ Ad secundum ꝙ ornatus efficacius suadet: Dicendum ꝙ verum est. non tamen debet esse talis ꝙ decentiam corrumpat. quod fieret si tali colore sermonis esset ornata qualē describit ars rhetorice. ¶ Secundū quem modum procedit argumentum in oppositum.

Art.XXI.De deo an ſit in ſe & abſolute.

Iſis quaſi pręambulis ad intētū noſtrum principale, quō.ſ. theologia ſit de deo:& ꝙ de rebus diuinis ſit ſciētia:& quomō de eiſdē in eadē locutio ſit habenda:Reſtat de principali intēto proſequi:quæ.ſ. & qualia in hac ſcientia de deo & de rebus diuinis ex ea ſunt ſentiēda. Et quia,vt dictum eſt ſupra in quęſtione de ſubiecto & materia huius ſcientię,proprius ordo & modus ꝓcedēdi in ea, eſt incipere a deo & ꝓcedere ad creaturas,ideo hic dubitandum eſt de duobus in ſumma. Art.XXI.

Primum eſt de deo,vt de ſubiecto principali huius ſcientiæ.

Secundum eſt de creaturis,vt de materia ſubiecto attributa.

Et iuxta duplicem pręſcriptum modum quo vtitur omnis tractatio diuinarum ſcripturarum,circa deum duo ſunt dubitanda.

Primum:quæ & qualia de deo ſunt intelligenda.

Secundum:quomodo intellecta de ipſo ſunt proferenda.

Et ꝗa deus conſideratur vt ī ſe exiſtens:& vt a quo omne aliud procedēs:ideo circa ipſum dubitāda ſunt duo.

Primum de eis quæ conueniunt deo in ſe.

Secundum:de eis quæ conueniunt ei in comparatione ad creaturas.

Et quia in deo ſunt ſubſtantiæ vnitas & perſonarū diſtinctio,ideo circa primum quęruntur duo.

Primum de eis quæ pertinent ad communem ſubſtantiam.

Secundum de eis quæ pertinent ad perſonarum diſtinctionem.

Et quia in diuina eſſentia aliquid conſideratur vt res & natura ſubiecta:aliud vero vt proprietas ei inhęrēs:Ideo circa primum adhuc quæruntur duo.

Primum de ipſa diuina ſubſtantia in ſe. Secundum de ſubſtantialibus ei9 proprietatibus.

Et quia eſſe ſecundum Auicen.eſt primus conceptus in re,& viuere eſt quidam modus eſſe:viuere enim viuentibus eſt eſſe,vt dicitur in ſecundo de anima:Ideo circa primum adhuc duo ꝗ̄rūtur.

Primum de eſſe dei. Secundum de viuere dei.

Et quia vnum & ens intrant eſſentiam cuiuſq; rei:quia ſecūdū Cōmē.iiii.meta.nō ſunt diſpoſitiones additę eſſentię:& ſecūdū Auicē.i.metaphyſi.ſuę,ſtatim imprimunt̄ in aīa impreſſione prima ꝗ̄ non quęrit̄ ex aliis notioribus:Ideo circa diuinam eſſentiam inquirenda ſunt duo.

Primum de eius entitate & vnitate. Secundum de eius natura.

Et quia vnum circa ens ſignificat negationē,& eſt priuatio diuiſibilitatis,vt dicit Philoſophus.iiii. metaphyſicæ:Ideo circa primum quęruntur duo.

Primum de dei entitate. Secundum de dei vnitate.

Et ꝗa circa rei entitatem duo cōtingit cōſiderare:ſm ꝙ eſt duplex ꝑcognitio circa ſubiectū ſcię,an ſit,& qd ſit,vt vult Phs in principio poſter.& ſm eūdē quæſtio an ſit,ſimplicior eſt ꝗ̄ ꝗ̄ſtio qd ſit:ꝗa cognito an ſit res quęrit̄ quid ſit,nō econuerſo:Ideo circa dei entitatem quæruntur duo.

Primo an ſit. Secundo quid ſit.

Et quia ſecundum Philoſophum ſecundo metaphyſicæ,vnūquodq; ſicut ſe habet ad eſſe:ſic ſe habet & ad cognitionem:Ideo de deo an ſit,quęſtio eſt duplex.

Prima in ſe abſolute. Secunda in comparatione ad noſtram notitiam.

Igitur circa primum inquirenda ſunt quinq;.

Primum:vtrum deus habeat eſſe.

Secundum:vtrum deus in eſſe communicat cum creaturis.

Tertium:vtrum eſſe dei ſit aliquid præter eius eſſentiam.

Quartum:vtrum eſſe dei ſit ipſa eſſentia eius.

Quintum:vtrum deus habet eſſe a ſeipſo.

Irca primum arguitur ꝙ deus non habeat eſſe.i.ꝙ deus non ſit,Primo ſic.Si de9 eſt,tale eſt quo ma9 cogitari eſſe nō poteſt:quia aliter finitus eſſet & limitatus & nullum finitum ponitur deus.tale quidem impoſſibile eſt poni eſſe:quia quolibet poſito in eſſe poteſt excogitari maius, vt eſt qd continet in ſe quicquid eſt ſuum & etiā quicqd eſt alterius a ſe:quia omne ex duobus coniunctum maius cogitatur ꝗ̄ ſingulum per ſe.ergo &c. ¶Secundo ſic.ſi deus eſt,tale quid eſt qd habet in ſe omnis boni & nobilis infinitatem. Sed vnum infinitum nullū aliud ſecū compatitur:vl' ſui gn̄is:ꝗa totū qd ſui gn̄is eſt occupat: vel cōtrarii mlto fortius:ꝗa vnū con A Queſt.I. Arg.i.

trariorum nõ compatiť secũ suũ cõtrariũ: sed destruit ipm. ergo si de⁹ est, nullũ erit malũ in reb⁹: cũ sit ipse bon⁹: nullũq; aliđ erit in reb⁹ bonũ & nobile. consequẽs est manifeste falsum. ergo & añs

In opposi. primum. ¶ In cõtrariũ est primo illud qđ de deo dicit ppheta in Psal. Tu aũt idẽ ipse es. & Moyses loquẽs in psona dei dicit. Exo. iii. Ego sum. ¶ Secũdo ĩ cõtrariũ est illud qđ Ansel. arguit in psol. sic. Id est quo

2 mai⁹ & meli⁹ excogitari nõ põt. de⁹ est hmõi. ergo &c. Maiorẽ pbat sic. Cũ dicit id quo mai⁹ & melius cogitari nõ põt audiẽs ĩtelligit qđ diciť. ergo est in eius intellectu. sed nõ põt eẽ in solo intellectu ei⁹. qm̃ ipm qđ est in intellectu & etiã in re, maius est eo qđ est in solo ĩtellectu. quare cũ qđ est in re, p cognitionẽ põt eẽ in ĩtellectu & põt cogitari esse in re, maius põt cogitari eo qđ est in solo ĩtellectu. Est ergo necessario in re id quo maius cogitari non põt. Probat aũt minorẽ sic. qm̃ si deus non esset quo maius cogitari non posset: tunc intellectus noster posset excedere deum: & creatura posset cogitare aliquid melius deo & maius: qđ falsum est. ergo &c.

B Responsio ¶ Dicẽdũ ad hoc: q licet secũdũ q dicit Ioã. Dam. tñ preualuit perniciosa malitia naturę hoĩm vt quosdã ĩ irrõnabilissimũ & oĩm maloꝝ pessimũ pditionis barathrũ pduceret, vt dicãt deũ nõ esse: quoꝝ insipiẽtiã secretoꝝ enũciator Dauid exprimẽs, ait. Dixit ĩsipiẽs in cor. suo nõ est de⁹: Tñ in hoc q de⁹ sit, oẽs quoꝝ nõ est corrupta natura cõsentiũt: & hoc quia hoc docet natura. dicẽte Dam̃. Non reliquit nos deus in oĩmoda ignorãtia sui. oĩb⁹ eñi cognitio essendi deum naturaliter inserta est. q̃a hoc etiã sacra attestať scriptura dicẽte Dauid ĩ Psal. Scitote qm̃ dñs ipe est de⁹. Hoc deniq; vniuersa clamat creatura. dicẽte beato Aug. xv. de tri. Neq; diuinoꝝ libroꝝ tm̃mõ auctoritas deũ eẽ pdicat: sed oĩs q̃ nos circũstat creatura: ad quã etiã nos ptinemus. vniuersa enim ipsa rerũ natura pclamat habere se pstãtissimũ cõditorẽ. Hoc deĩde ex ipsis creaturis efficacissime rõ cõuincit hũana, dicẽte Aug. cõsequẽter. Qui nobis mẽtẽ rõnẽq; dedit q̃ viuẽtia nõ viuẽtib⁹, sensu pdita nõ sentiẽtib⁹, ĩtelligẽtia nõ ĩtelligẽtib⁹, ĩmortalia mortalib⁹, incorruptibilia corruptibilib⁹ ĩmutabilia mutabilib⁹, incorporalia corporalib⁹ pferẽda videm⁹: ac p hoc reb⁹ creatis creatorẽ sine dubio pponimus. Et de verbis dñi dicit (& habeť in Glos. Ro. i.) Vt deus q̃ inuisibilis est: etiã a visibilib⁹ posset sciri: opus fecit qđ opificẽ sua visibilitate mõstrauit: vt p certũ ĩcertũ posset sciri: & ille eẽ oĩm de⁹ crederet q̃ hoc fecit qđ ab his ĩpossibile est fieri. Hoc Phi nobiles q̃sierũt: ĩterrogantes creaturas de creatore oĩm specie ac dispõne: artificẽ cognouerũt. q̃b⁹ aũt & qualib⁹ rationibus hoc de deo ex creaturis nouerũt inferius videbitur. Deum igiť esse firmissime tenendum est.

C Ad pri. principale ¶ Ad primũ in oppositũ q quolibet ente posito poterit aliquid mai⁹ cogitari: Dicẽdũ q verũ est de ente finito: q̃a quolibet finito apposita p cognitionẽ entitate q̃ est ĩ alio finito, fit mai⁹. Nõ aũt verũ ẽ de ente ĩfinito. infinitũ eñ appõne finiti nõ põt fieri mai⁹: q̃a nõ recipit appõnẽ vt augeať ĩ se sub rõne illa q̃ ẽ ĩfinitũ: q̃a ĩfinities cõtinet quodlibet finitũ. vñ & tali ĩfinito nõ posset mai⁹ cogitari: ẽt intellectu ĩfinito. vñ etiã corpi infinito sub rõne q̃ infinitũ nõ põt fieri additio. Quõ aũt pfectio diuina oĩa cõtinet & nõ patiť vllã additionẽ: imo p se tãtus est & tã bon⁹ q̃ quolibet alio

D Ad scđm. adiũcto: videbiť inferi⁹ loquẽdo de diuĩa pfectione. ¶ Ad scđm q ĩfinitũ sĩle nõ cõpatiť & cõtrariũ destruit: Dicẽdũ qđ est infinitũ extẽsione. de illo verũ est q dimẽsiones suę totũ locũ occupãt: & iõ nõ cõpatiť secũ aliqđ dimẽsionatũ. aliqđ tñ nõ dimẽsionatũ bene secũ cõpatereť. Infinitũ vero virtute & simplicitate cuiusmõi est de⁹, nullũ ens expellit: imo oẽ ens penetrat & cõtinet & cõpatiť secũ: sicut cã causatũ. Nec solũ ens & bonũ: sed & defectũ entis & malũ: q̃a nõ est aliqđ cõtrariũ bono qđ ipse ẽ formaliter: eo q malũ nõ priuat bonũ qđ ipse ẽ: sed bonũ aliqđ creaturæ cui cõtrariať. & ideo p suã existẽtiã nõ destruit oẽ illđ malũ qđ cõtrariať bono creaturę: sicut ipsum habet destruere p suã exñtiã ipm bonũ creaturę qđ natũ ẽ destrui p ipm malũ. ȝ si destruit qñq; malũ illđ, hoc facit nostra volũtate inquãtũ ei cõtrariať vt deordinatiuũ a fine oĩs entis qđ ipe est: qua volũtate sua ita est bon⁹ & potẽs sup oẽ malũ destruẽdũ, q nullo mõ mala fieri ĩ opib⁹ suis pmitteret nisi de malo illo aliqđ eliceret bonũ, & sic ĩ finẽ & decẽtiã vniuersi ordiaret: sicut dicit beat⁹ Aug. in ench. & sicut dicit beatus Greg. Quę de⁹ ĩrat⁹ pmittit: sic tolerat vt in cõsiliũ sui vsum vertat. Vñ fit vt qđ sine volũtate dei agiť, voluntati eius contrarium non fit: q̃a dum in vsum bonum mala vertũtur, eius consilio militant etiam quæ repugnant.

E Quæst. ii. Arg. i.

Irca scđm q de⁹ ĩ eẽ cõicet cũ creaturis. i. q eẽ sit aliqđ cõe deo & creaturis arguiť Primo sic. illđ quo aliq̃ differũt ab alio & nõ inter se, cõe & idẽ est illis: q̃a si non eẽt eis cõe, illo differrẽt iter se: nõ cõiter a tertio. sed de⁹ & creatura entitate sua simplr differũt cõiter ſm rationẽ ĩtelligẽdi, ab eo qđ nõ ẽ, qđ dicit purã priuationẽ esse. ergo &c. ¶ Scđo sic. cũ idẽ & diuersum diuidũt totum ens: si deus & crea

2 tura non essent idem neq; cõmunicarent in ente, differrẽt ĩ ente: & diuersa eẽnt abinuicẽ in eo q entia sunt. quare cum idem & diuersum ſm Phm reducuň

ad vnũ & multum: Deus igit̃ & creatura essent multa ĩ ente. Quare cũ oẽm multitudinẽ oportet reduci ad vnitatẽ, sup ens in quo differũt de⁹ & creatura, & in quo sunt multa, esset aliqd in quo cõuenirẽt & essent vnũ. hoc aũt est impossibile: qa rõ illius esset prior rõne entis: q̃ prima est scd̃m Auicẽ. ergo &c. ¶ Tertio sic. dictũ de plurib⁹ qd̃ habet p se intellectũ pter intellectus illorũ, est aliqd reale cõmune ad illos: quia ois cõcept⁹ fundat̃ in re aliqua. ens est hm̃oi: qa secũdũ Auicẽ. ens ĩprimit̃ impssione prima etiã anteq̃ in ipsa imprimit̃ intellect⁹ aut creaturę aut dei. ergo &c. ¶ In cõtrariũ arguit̃ primo sic. qm̃ quęcũq; sunt diuersa inter se & ĩ aliquo cõmuni cõueniũt: necessario secũdũ eẽ differũt in illo cõmuni, vt hõ & asinus sub aĩali. Si ergo esset eẽ aliqd̃ cõmune deo & creaturæ, sub illo scd̃m eẽ differrẽt. Erit ergo duplex eẽ deo. vnũ in quo cum creatura cõuenit siue communicat. aliũ in quo a creatura differt. hoc aũt est impossibile: qa tũc nõ esset ĩ deo eẽ oĩno simplex nec esset eẽ purũ: cuius cõtrariũ infra patebit. ergo &c. ¶ Scd̃o sic. accidẽs qa distat a natura substãtię cui cõuenit eẽ simpliciter, non dr̃ simpliciter ens. qa aũt aliquo mõ appropinquat ipsi vt dispõ ipsi⁹, aliquo mõ nomen entis cõicat cũ substãtia, vt dicat̃ ens qa est dispositio entis qd̃ est substantia vt dicit Phus in. vii. meta. ita q; si non appropiquaret hoc mõ accidẽs substãtię, nõ cõicaret cũ eo ĩ eẽ vt diceret̃ ens: qa est entis qd̃ ẽ substãtia. Sȝ eẽ creaturę nõ appropiquat ĩ aliquo naturę creatoris: qa ĩter eos ẽ ĩfinita distãtia. creatura ergo ĩ nullo cõicat eẽ cũ creatore p aliquã attributionẽ ad ipm̃. In oppo. primum. 3 2

¶ Dicẽdũ ad hoc: cũ ens vt infra dicetur nõ significat aliquã vnã intẽtionẽ cõmunem substãtię & accidẽti: sed significat significatiõe pria vnũqdq;. x. pdicamẽtorũ, nulla cõitate reali ipsum ens põt eẽ cõe substãtię & accidẽti. Quare cũ multo minus in aliquo vno reali cõueniũt creator & creatura q̃ duę creaturę: substãtia. s. & accñs: immo mlt̃o plus distat rõ essendi creatoris a rõne eẽndi creaturę q̃ differat rõ eẽndi vni⁹ creaturę a rõne eẽndi alteri⁹: nullo mõ ens põt eẽ aliqd cõe reale deo & creaturę. Et iõ absolute dicẽdũ: q; eẽ nõ ẽ aliqd cõe reale ĩ quo de⁹ cõicet cũ creaturis: & ita si ens aut eẽ pdicat̃ de deo & creaturis, hoc ẽ sola nois cõitate, nulla rei: & ita nõ vniuoce p definitionẽ vniuocorũ: nec tñ pure æquoce, scd̃m definitionẽ æquocorũ casu: sed medio mõ vt analogice. ¶ Ad cuius ĩtellectũ notãdũ q; cõueniẽtia rei ad rẽ maxĩe ĩ forma attẽdit̃: & hoc duplr̃: scd̃m q; duplex ẽ mod⁹ cõicãdi aliq̃ ĩ forma. vna scd̃m eãdẽ rõnẽ: q̃ dr̃ cõueniẽtia silĩtudis: & ẽ eorũ q̃ vna forma pticipãt scd̃m rẽ, vt albedĩe duo alba, & hũanitate duo hoĩes: q̃ facit cõueniẽtiã vniuocationis: qualis vt dictũ est, nõ est dei & creaturę ĩ esse. alia vero est cõueniẽtia ĩ forma scd̃m aliã & aliã rõnẽ: q̃ dr̃ cõueniẽtia imitatiõis & est vl̃iter in effic ẽtib⁹ & factis, causis & causatis. Cũ eĩ oẽ agẽs etiã quantũcunq; cõtrariũ ſm Phm agit in finẽ inquãtũ silẽ: agẽs aũt inquãtũ silẽ nõ pducit nisi silẽ: agit etiã oẽ agẽs p suã formã: & pducit causatũ in aliquo esse formali: Necesse est ergo in oĩb⁹ talib⁹ vt semp in causato & effectu sit silĩtudo formę agẽtis. & si nõ scd̃m eãdẽ rõnẽ speciei, sit silĩtudo ĩter ipos: sicut ẽ hoĩs gñantis ad gñatũ: erit tñ scd̃m quãdã imitationẽ. Sicut aliqd gñatũ a sole: etsi ñ accedat ad silĩtudinẽ speciei cũ sole, vt recipiat formã solis: accedit tñ ad aliquã imitationẽ speciei solis: vt recipiat formã aliquo mõ pportionabilẽ & correspõdẽtẽ formę solis: & vl̃iter quãto agẽs ẽ ppiqui⁹ & imediati⁹ pducto, tãto maior ẽ cõueniẽtia imitatiõis pducẽtis ad pductũ: & tãto minor quãto agẽs ẽ mediati⁹ & remoti⁹. Et iõ cũ de⁹ sit cã effectiua oĩm creaturarũ: licet q̃rũdã mediãtib⁹ aliis causis: q̃rũ quo ad hoc ẽ primũ pricipiũ remotissimũ: necessario ois creatura cũ deo scd̃m formã aliquã habet cõueniẽtiã: saltẽ secũdũ imitationẽ formę ad formã. Quare cũ forma diuia sit ipm̃ eẽ, vt ĩfra videbit̃: a quo oĩs creatura mutuat nomẽ eẽndi ĩquãtũ ẽ cã ei⁹, vt ĩfra dicet̃: Necesse ẽ dicere q; saltẽ ĩ eẽ cõueniẽtia imitatiõis cõicet creatura cũ creatore. Et ita q̃uis ĩ nulla cõueniẽtia realis silĩtudis in aliq̃ forma significata noĩe entis cõicẽt: cõueniũt tñ ĩ ente cõueniẽtia imitatiõis formę ad formã: q̃rũ vnã significat ens ĩquãtũ cõuenit deo: aliã vero ĩquãtũ cõuenit creaturę. Nõ ergo eẽ cõuenit deo & creaturę vniuoce: qa nõ scd̃m eãdẽ formã ad quã nomẽ entis ad significãdũ ĩponit̃. Nec tñ pure ęquoce: cũ nõ ęque prĩo & pricipalit̃ significet formã dei & creaturę: sicut ęquoca casu ęque primo & pricipaliter significãt ambo significata sua: vt hoc nomẽ Aiax Telamoniũ & Oilei filium: sed medio mõ. s. analogice: quia significat vnũ suorũ significatorũ prĩo & pricipaliter: alterũ vero ĩ ordĩe & respectu siue pportiõe ad illũ: vt prĩo & pricipalit̃ formã q̃ habet eẽ de⁹: ĩ ordĩe aũt ad illã, formã q̃ habet eẽ creatura. Sicut cõtingit ĩ substãtia & accñte: in qb⁹ ens prĩo & pricipaliter significat substãtiã: accidẽs vero qa ordinẽ habet & respectũ ad substãtiã. & scd̃m hoc substãtia dr̃ ens prĩo: & accidẽs dr̃ ens sub ordĩe ad substãtiã: ita q; ens prĩo significat substãtiã: & ex ordĩe quẽ habet accñs ad substãtiã mutuat nomẽ entis a substãtia. scd̃m q; dicit̃. vii. metaphysicæ. Ens dr̃ mltis modis. & primũ istorũ est qd̃ significat substãtiã: & alia dicũt̃ entia: qa sũt entis qd̃ est hm̃oi. Et. 4. eiusdẽ. Ens dicit̃ mltipliciter nõ ęquoce: sed oẽs modi attribuũt̃ vni rei & vni naturę. Et secũdũ hũc modum ens cõmunissime dictum primo significat deũ: secũdario creaturarũ: sicut ens Responsio. F G H I

creatum primo significat substātiā:secundario accidēs:sed alio & alio modo attributionis:qa alia entia attribuūt substātię vt vni subiecto:omnes vero creaturę attribuunt deo vt vni fini:& vni formę:& vni efficienti.vt fini,a quo pficiūt quo ad bene esse:vt formę,a qua participant q dicant habere eē essentię:vt efficiēti,a quo habēt q eis cōueniat simpliciter eē actualis existentię.Cum eñ res
k vt dicitur a reor reris nomen est indifferens ad ens & nō ens:ex hoc q conceptum hoc noīe qđ est res,habet rationem exemplaris in primo agēte,ad quā nata est per eius effectiuā potentiam pduci in esse actuali: attribuitur ei esse essentiæ: a quo res ipsa concepta dicitur esse ens aut essentia aliqua.qđ eñ in prio rōnē exēplarē non habet purū nō ens est.Hęc aūt res q̄ est ens siue natura & essentia aliqua ex eo q ei attribuit esse ppter rationē exemplarē quā habet in primo,adhuc est indifferens ad ens & nō ens in existentia actuali: cui ex hoc q facta est a deo:& eius effectus,attribuitur esse actualis existentię a quo res ipsa dicit esse existens in actu. Qđ eñ non est effectus dei vel immediate vel mediantibus aliis causis, nullo modo existit in actu:quia omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil,vt dicit Ioan.primo. Vtrūq ergo esse conuenit creaturæ nō nisi per aliquā attributionem ad ens primū.
l ¶Refert adhuc & in alio:quia ordine rei & nostræ cognitionis substātia prior est accidente:qa est causa accidentiū:& cadit in eorum definitione:& ita vtroq modo:& quātum est ex parte rei:& quantum est ex parte nostrę cognitionis ens primo significat substantiā & impositum est ad significandū eam:secūdario vero accidens. In deo vero & creatura:alius est ordo rei:alius vero nostrę cognitionis.Deus enim ordine rei & naturę prior est creatura.ordine vero cognitionis nostrę secundum statum vitę huius in naturali cognitione pura & distincta,econtrario prior est creatura deo:quia ex creaturis deuenimus in cognitionem dei.Et ideo contigit q ordine rerum esse prius dicit de deo q̄ de creaturis:quia tamen ordo īpositionis noīs sequit ordinem nostrę cognitionis:quia nemo nomē imponit q rem nō nouit:ordine nostrę cognitionis & impositionis nominis esse primo dicit de creaturis:secūdario de deo:qa sic est in hoc noīe ens: sicut & in aliis nominibus q̄ deo attribuimus acceptis a creaturis,vt infra videbitur. Et hoc contingit in pluribus.s.q illud qđ est prius & dignius simpliciter,non est prius secundum famositatem noīs.

M Ad primū principale ¶Ad primum in oppositum q deus & creatura in esse differunt a non ente nō inter se:ergo conueniūt in ipso:Dicendū q verum est cōuenientia imitationis formę creaturę ad speciem dei hincinde significatarū noīe entis:non autem cōueniētia reali alicuius similitudinis,vt dictum est.

N Ad scđm. ¶Ad secundū q si deus & creatura sunt diuersa in ente,reducit multitudo illorū ad vnitatem:Dicēdū q verū est: nō ad vnitatem tertiam aliam ab illis multis:sicut procedit obiectū:nec est hoc semper necessarium:sed ad vnitatē in altero illorum:& sic quicquid est in creatura per attributionem quādam reducitur in deum,vt dictum est:& sic omnis entium multitudo reducitur ad vnitatem primi entis:sicut & omnis numerus reducit ad vnitatē primā a qua incipit & quā cōtinet in se.

O Ad tertiū ¶Ad tertiū,q ens simpliciter concipit ante cōceptum entis qđ est deus aut creatura:Dicendum q non est verum. Nunq̄ enim potest concipi aliquis intellectus entis simpliciter absq eo q homo concipit aliquem intellectum dei aut creaturę,vt concipiat aliquem vnicum intellectum simplicem cōmunē ad deum & creaturam,alium præter intellectum dei aut creaturæ:quia nullus potest esse talis.sed si aliqđ concipit homo,illud est aut qđ pertinet ad eē dei tm̄:aut qđ pertinet ad esse creaturę tm̄.Sed vtrūq eorum indifferenter & ęque simul quantum est ex parte vocis natū est pręsentari i significato eius qđ est esse.Et ideo vbicūq ponit in enūciatione siue exterius expssa siue in mēte cōcepta,semp facit enūciationem esse multiplicem & distinguendam.secundum q istā enunciationē qua dicit ens est,distinguit Phus.i.Physi.cōtra Parmeni.& Melissum:q aut significat ens qđ est substantia:aut ens accidens. Omnis ergo conceptus realis quo aliquid rei concipit concipiendo esse simpliciter,aut est cōceptus rei quę deus est:aut q̄ creatura est:nō alicuius cōmunis ad vtrūq. Videtur tamē hoc non potētibus distinguere multiplicitatē entis & esse creatoris ab eē creaturæ:sicut nec potuit Plato ponens ens esse genus,tanq̄ sit nominis entis vnum aliquid cōmune conceptum. qđ nō videtur subtilioribus potentibus distinguere ens,& eius significata discerne
P re qualis erat Arist.Q3 aūt nomine entis videat concipi aliquid commune,est quia siue concipiatur aliquid qđ est res diuina,siue qđ est creatura:tamē cū cōcipit esse absq eo q determinate & distincte cōcipit esse dei vel creaturę,illud nō concipit nisi indeterminate.s.non determinando intellectum ad esse dei vel esse creaturæ.Et hūo respectum ad distinctum intellectum dei aut creaturę, itellexit Auicen. (si bene intellexit) q intellect9 entis prior est itellectu dei aut creaturę.Intelligēdū tamen q illa indeterminatio alia est respectu esse dei,& alia respectu esse creaturæ:qa duplex est indeterminatio:vna negatiue,altera vero priuatiue dicta. Est enim negatiua indeterminatio quando indeterminatum non est natum determinari:ad modum quo deus dicitur esse infinitus:qa nō

naturasq; seruāt.In quorū cōsideratione nō vana & peritura curiositas exercenda est:sed gradus ad immortalia & semper permanentia faciendus. Tertio modo,generali.Cognoscit homo quid sit de⁹, nō solū in suis generalibus attributis,reducendo quicquid dignitatis & nobilitatis est in creaturis in deum simpliciter:vt in primo modo:neq; sub quadam excellentia reducēdo quicquid dignitatis & nobilitatis est in creaturis in deū in excellētia:vt in scđo mō:sed cognoscēdo quid sit in ei⁹ primo attributo simplicissimo,reducēdo scilicet oīa nobilitatis & dignitatis attributa ei⁹ in vnū primū simplicissimū,scilicet per intellectum quia quicquid in ipso est sit eius essentia,& q̄ eius essentia nihil omnino sit aliud re vel intētione q̄ eius esse siue existentia:vt declaratum est supra.Et hoc ex creaturis de ipso habet cognosci sola via remotionis.Cū enim cognitum fuerit de ipso quid sit primo & secundo modo,nihil restat amplius ex creaturis de ipso cognoscendum nisi quomodo quęcunq; cognoscuntur esse in ipso,se habent in ipso. & hoc conuincitur ex creaturis,ex eo q̄ hō percipit q̄ illa q̄ sunt nobilitatis in creaturis, sunt in eis per quādā diuersitatē & cōpositionē,& q̄ hoc defectus est & imperfectiōis.Notū enī est q̄ a deo remouenda est oīno diuersitas & cōpositio,& q̄ in ipso sunt p summā vnitatē & simplicitatē.Hoc ē ergo qđ de deo ex creaturis possum⁹ scire qđ sit:q̄uis respectu ei⁹ qđ de ipso scibile est i nuda visiōe naturę eius modicū sit.scđm q̄ dicit Augu.sup Io.pte.ii.ser.xliii.Quicquid

de creatura sciri pôt,minus est ipso creatore,& cũ eum nemo taceat,quis est qui eũ sicut intel ligendus est capiat?cum de oribus & auribus hoim non recedit,quis est cui⁹ acies mẽtis ad eũ accedat? Ideo etsi deus ineffabilis est quo ad id qđ cognoscibile est de ipso in sua nuda visione: nõ tñ omnino est ineffabilis dicẽdus quo ad id qđ cognoscibile est de ipso in sua generali cognitione.Propter qđ dicit Aug.de verbis dñi.ser.xxxiiii.Loquimur de deo, quid mirũ si nõ cõprehẽdis?Si eñ cõprehẽdis,nõ est deus. Attingere aliquãtulũ,magna beatitudo est. Cõprehẽdere autem omnino impossibile.&.v.super Geñ. Incõparabili felicitate pstantius est illũ ex quãtulacũq; particula sentire, q̃ illa vniuersa comprehendere.s.notitiam creaturarum.

A
Ad primũ prin.
¶Ad primũ in oppositũ:ꝙ quid est in deo non habet aliquã proportionẽ ad id qđ est in creatura:ergo nõ potest cognosci ex creatura,Dicẽdũ ꝙ pportionalitas sicut cõuenientia duplex est.Quędã est vniuocatiõis pticipatione eiusdẽ formę.hęc nõ pôt esse inter deũ & creatorẽ:vt dictũ est supra.Alia vero imitatiõis formę ad formã.Oñe eñ quid in creaturis pcedit causaliter ab eo qđ est quiditas creatoris.Nũc aũt oñe agẽs,licet nõ semp formã suã imprimit pducto,semp tñ forma quã pducit aliquã imitationẽ cõuenientię habet ad formã pducẽtis.Sicut in oñi qđ generat sol in inferiorib⁹, est semp aliqua imitatio formę generati ad formã solis licet in ipo nõ generet forma solis.Hoc scđo modo bene est pportio quiditatis dei ad quiditatẽ creaturę,vt per illã possit aliquo modo cognosci : ita ꝙ qui pfectius cognoscit quiditates creaturarũ,perfectius ex eis ascẽdit in cognoscendo quiditatẽ dei:nullus tñ ita pfecte,sicut ex seipsa nata est cognosci.Quia loquẽdo de cõueniẽtia primo modo nihil p seipm ipsi simile est: vt dicit Boethius de heb.Loquẽdo vero de cõuenientia scđo modo dicit ibidẽ ꝙ alia sunt ei silia inquã

B
Ad scđm.
tũ fluũt ab ipso.¶Ad scđm ꝙ p id qđ de⁹ ẽ hñt cognosci creaturę nõ ecõuerso,rñdet i sequẽti.

C
Ad tertiũ.
¶Ad tertiũ,ꝙ per similitudines inferioris ordinis nõ possunt superiora cognosci,dicendũ ꝙ est similitudo q̃ est species qua fit cognitio informãdo cognoscẽtẽ ad cognoscẽdũ: q̃ nõ est obiectũ cognitũ:sed solũ ratio cognoscẽdi aliud:vt species lapidis in aĩa ad cognoscendũ lapidẽ.Alia vero est siĩitudo q̃ est mediũ cognoscẽdi,& obiectũ primo cognitũ,ducens ad cognoscendũ aliud: vt effectus cognitus ducit in cognitionẽ suę causę. De specie primo modo loquit Diony.intendẽs ꝙ deus in essentia sua nulla specie q̃ est mediũ informãs visum intellectus ad videndũ, videtur.Sic eñ creator per speciem quae est creatura vel creaturę,videri aut cognosci nõ pôt. Semper eñ species qua cognoscit res, specialior & simplicior debet esse cognito.De specie scđo mõ nõ loquit,nisi forte intẽdat de cognitione pfecta.Perfecta eñ cognitione p speciem creaturę nũq̃ cognoscit quid est creator pfecte.Aliqua tñ cognitione generali bene pôt per ipsam cognosci vt dictũ est,& in sequẽti q̃stione adhuc amplius dicet.

D
Ad quartũ
¶Ad quartũ,ꝙ creatura est ratio oberrandi circa cognitionẽ quid est de⁹,dicendũ ꝙ verũ est quasi occasione errãdi a creaturis accepta,nõ a creaturis data.Creaturę eñ quãtum ad id qđ sunt,effigies sunt eius qđ quid est de⁹, & clamãt suis formis quia nõ sunt deus,sed ꝙ de⁹ eas fecit,vt dicit Aug.& per hoc ex se sunt ratio cognoscendi deũ:nec dant aliquam occasionẽ errãdi circa deũ : sed ꝙ homo errat p creaturas circa deũ,hoc est occasione p suã fatuitatẽ a creaturis accepta, ponendo bonũ & pulchrũ in creaturis,bonum & pulchrum simpliciter,& in illo sistendo p intellectũ tanq̃ in primo pricipio omnis boni & pulchri,& ei inhęrẽdo p affectũ tanq̃ vltimo fini omnis boni & pulchri.

E
Quę. VII.
Argu.i.

Irca septimũ arguit, ꝙ quid est de⁹ nõ sit primũ qđ homo cognoscit ex creaturis.Primo sic.In omni cognitione per mediũ prius oportet cognosci mediũ q̃ postremũ,quia oĩs cognitio est ex priori & notiori.quid est de⁹ ex creaturis cognoscit vt per mediũ.ergo &c.

2
¶Scđo sic.Quid est deus nõ cognoscitur ex creaturis,nisi notitia eliquata ex phãtasmate & sensu:quo primo haurim⁹ species sensibiles,a quibus abstrahunt species intelligibiles,quibus intellectus noster cognoscit rerũ quiditates.sed p speciem talẽ non cognoscit primo nisi forma materialis:qa ipsa nõ est p se ratio nisi formę materialis.Si ergo ex creaturis cognoscit qđ ẽ de⁹,cũ quiditas ei⁹ nõ sit nisi forma imaterialis,oĩno nõ pôt illã cognoscere prĩo sed secũdario.

In opposi.
¶In cõtrariũ est,qm̃,illud est primo cognitũ quo caetera habẽt iudicari si debeant ab intellectu cognosci.qđ patet i principio & principiato.quid de⁹ est,est hmõi.nõ eñ pôt iudicare itellect⁹ de aliquo ꝙ sit bonũ aut iustũ,& de caeteris cõditionib⁹ nobilitatis quae cõmuniter cõueniũt deo & creaturę,nisi cognoscẽdo quia bonũ simpliciter & iustũ,qđ per se,& nõ per aliud cognoscitur esse tale:vt vult Aug.iiii.de tri. de vera relig. de solil.& vbicũq; loquit de hac materia Tale autẽ bonum & iustum,nõ est nisi bonũ & iustũ qđ est ipse deus:vt vult ibidem.ergo &c.

¶Dicendū ad hoc,ꝙ cognitio dei ex creaturis duplex est quędā naturalis: quædā F
rōnalis.Prima est cognitio dei cū primis ītētionib⁹ entis cōcepta statim & naturaliter.Scđa ve Responsio.
ro ē cognitio via ratiocinatiuę deductiōis aīaduersa. Loquēdo de cognitiōe ista scđo mō, quid
est de⁹,nō est primū qđ homo cognoscit ex creaturis:sed vltimum potius. Immo prius cogno
scit quid est ipsius creaturę:& per illud quid est de⁹,via eminentię & remotionis. Abstrahēdo
eīn ab hoc bono singulari,& etiā a bono simpliciter vniuersali & participato a creaturis, ipm
bonū simplr qđ nō ē bonū pticipatū:sed subsistēs bonū:prius oportet ītelligere bonū singulare
a quo prīo fit abstractio boni vlis,& dcide etiā ipm bonū vle pticipatū: a quo vlteri⁹ bonū sepa
ratū nō pticipatū p eminētiā & remotionē abstrahit:q̄ illđ qđ ab illo abstrahit.Et sic pri⁹ opor
tet intelligere(vt dictū est) bonū creaturę q̄ bonū creatoris intelligat vt subsistens bonum &
simpliciter:qui est tertius gradus intelligēdi,deū in modo generalissimo intelligēdi quid est su
pra determinato,quare & multo magis oportet intelligere dicto modo bonū creaturæ prius q̄
bonū creatoris:vt sub ampliori eminētia & abstractione.s.intelligendo ipm vt optimū & sum
mū bonū,qđ ptinet ad modū intelligēdi quid est de⁹ modo generaliori,& adhuc multo magis
prius q̄ intelligatur vt tale vt optimū,quod nō est aliud q̄ idipsum bonū,immo pura bonitas
quæ est ipsa simplex entitas: qđ pertinet ad modū intelligēdi quid est de⁹ in generali & simplr.
Loquēdo aūt de primo modo supra iā dicto intelligēdi deū quid est.s.naturaliter in primis in
tētionibus entis,q̄ sunt ens,verū,vnū, bonū naturaliter intellectis,qđ pertinet ad modū intelli G
gēdi deū quid sit modo generalissimo in primo & scđo gradu ei⁹:Dicendū ꝙ quid est deus est
primū cōprehēsibile p intellectū.cui⁹ ratio ē,ꝙ hmōi ē natura nrę cognitiōis a sensu acceptę,ꝙ
semp ab indeterminato incipiat,sicut & ipse sensus p naturā semp sensibilia sub eē īdetermina
to pri⁹ cōcipit,q̄ sub eē deīminato:licet qñq; siľ duratiōe cōcipiat īdeīminatū siľ cū determina
to.qđ patet qñ distīguūt cognitio determinata & īdeterminata.Sicut eīn sensus de veniēte alō
go prius cognoscit ꝙ sit corpus q̄ ꝙ sit aīal, & prius ꝙ sit aīal q̄ ꝙ sit hō,& prius ꝙ sit hō q̄ ꝙ
sit sortes:Sic & ītellectus semp intelligit de quocunq; prius natura,etsi nō semp prius tpe,ꝙ sit
ens,q̄ ꝙ sit hoc ens:& ꝙ bonū q̄ ꝙ hoc bonū:& ꝙ ens q̄ ꝙ sit substantia , & sic de cæteris gra
dibus intelligendi,semp prius intelligēdo vniuersalia cōfusa magis,pticularibus & determina
tis.& sic vniuersaliter q̄to ītelligibile magis est indeterminatū,tāto naturaliter prius ipm intel
lectus noster intelligit.Nūc autē indeterminatio duplex est.Quędā priuatiue dicta. Quędā ne H
gatiue dicta.Cum eīn dicit hoc bonū,aut illud bonū,intelligitur vt summe determinatū, & p
materiā & p suppositū.Indeterminatio priuatiua est illa q̄ intelligit bonū vt vniuersale,vnū in
multis & de multis,vt hui⁹ & illi⁹ bonū,licet nō vt hoc vel illud bonū,qđ natum est determi
nari p hoc & illud bonū,quia est participatū bonū.Indeterminatio vero negatiua est illa qua in
telligit bonū simplr vt subsistens bonū,nō vt hoc vel illud:neq; vt huius vel illius,quia est nō
participatū bonū,nō natū determinari,& est indeterminatio huius boni maior q̄ illi⁹. Ergo cū
semp intellect⁹ noster naturaliter pri⁹ cōcipit indeterminatū q̄ determinatū,siue distinctū a de
terminato,siue indistinctū ab eodē:intellectus noster intelligendo bonū quodcunq; in ipso na
turaliter,prius cointelligit bonū negatiōe indeterminatū.& hoc est bonū qđ deus est . & sicut
de bono ita & de oībus aliis de deo intellectis ex creaturis.Absolute ergo dicēdū ꝙ in generalis
simo modo intelligēdi quid est de⁹,quo ad primū & scđm ei⁹ gradū, quid est de⁹ est primū ob
iectū qđ ab humano intellectu ex creaturis habet intelligi:vt nihil possit cognosci in creaturis
& ex creaturis , quia verū,bonū,pulchrum,iustum,ens,vnū,aut aliquid hmōi determinatum
existēs per materiā,aut per suppositū,nisi naturaliter prius,licet qñq; simul duratione,cognito
eo qđ est simpliciter & indeterminatū verū,bonū,pulchrū,ens,vnū & hmōi.vt.s.in ipso deo sit
pricipiū & finis nostrę cognitiōis:pricipiū quo ad ei⁹ cognitionē generalissimā:finis quo ad ei⁹
nudā visionē particularē:vt sic sit principium & finis oīm rerū in esse cognitiuo, sicut est prin
cipium & finis earū in esse naturę.& sicut nihil aliud pōt perfecte cognosci nisi ipso prius pfe
cte cognito,sic nec aliqđ pōt cognosci quātūcūq; impfecte,nisi ipso prius saltē in generalissimo
gradu cognito:vt hō,aut albū,aut quodcūq; aliud.Nihil eīn taliū cognoscit ī creatura aut in
telligit vt tale,nisi pri⁹ cognoscēdo & ītelligēdo ipm sub ītētiōe entis & vni⁹,& cæterarū pri
marū intētionū: vt ꝙ sit ens aut vnū,q̄ necessario prima ipressione saltē prioritate naturę cōci
piunt de quolibet, anteq̄ cōcipiat aliqđ eorū ga albū,aut ga hō.Cōcipiēdo aūt ens,necessario cō
cipit primū,& simpliciter ens:vt dictū ē.Sicut.n.cōcipiēdo hoc bonū necessario concipit bonū
simplr,& i illo bonū qđ dei ē,vel ipe de⁹ ē,vt dictū ē p Aug.supra:Sic cōcipiēdo hoc qđ ē hō vľ
albū,cōcipio ens simplr,& i illo primū ens qđ de⁹ ē. Simplr ergo dicēdū fm deīminationē Aug.

ꝙ in oĩ cognitiõe q̃ua cognoſcit̃ aliq̃d ſm veritatẽ in creatura,cognoſcit̃ aliq̃d q̃d dei ẽ,q̃d ſcili cet eſt q̃d in eo & ipſe de⁹,vt entitas,veritas,bonitas, vel aliq̃d hmõi,& hoc mõ generaliſſimo.

I Ad primũ principale. ¶Ad primũ in oppoſitum,ꝙ quid eſt dei cognoſcitur ex creaturis:ergo creaturæ prius,Dicẽdũ ꝙ aliquid cognoſci ex alio cõtingit dupliciter:formaliter & materialiter.Formaliter qñ illud ex quo cognoſcit̃ aliud,eſt ꝑ ſuã notitiã formalis ratio cognoſcendi aliud.Quẽad modũ ĩ demõſtratiuis cõcluſiões cognoſcũtur ex pricipiis, & oẽ q̃d cognoſcitur ꝑ aliud tanq̃ per illud quo acquirit ſibi ꝑ diſcurſum notitiam alterius.Hoc modo ex creaturis nõ cognoſcit̃ per intellectũ quid eſt deus.cognitiõe dico generaliſſima.imo magis ecõuerſo, quicquid veritatis de creaturis ꝑ ĩtellectũ cõcipit̃,formaliter cõcipit̃ ex ratiõe cognitiõis primę veritatis,ſicut nõ cognoſcit̃ bonitas in creaturis niſi ex ratiõe primę bonitatis:cuius cognitio eſt naturaliter menti impreſſa:vt dictum eſt ſupra ſm Auguſt. Cognitione vero generali & generaliori & in tertio gradu cognitionis generaliſſimę bene cognoſcit̃ iſto modo cognoſcendi quid eſt de⁹ ex creaturis via deductionis.ſ.excellentia & remotione:vt prius dictum eſt.Materialiter vero cognoſcit̃ aliquid ex alio qñ illud ex quo cognoſcit̃ aliud non eſt ꝑ ſuã notitiã formalis ratio cognoſcẽdi aliud:ſed q̃a ab illo extrahit̃ quo alterũ cognoſcat̃.Quẽadmodũ eñ a ſenſibili abſtrahit̃ ſpecies intelligibilis q̃ cognoſcit ĩtellect⁹ ĩtelligibile,hoc mõ q̄cq̃d de deo cognoſcim⁹, & de quocũq; alio cognitiõe naturali,ex creaturis cognoſcim⁹.Species eñ prima ĩtelligibilis ex phãtaſmate abſtrahitur, qua per intellectum concipiuntur primo primi conceptus intelligibiles, entis.ſ.& vnius,veri & boni,& aliarũ generaliũ intentionũ vt generales ſunt: nõ diſtinguendo in eis id q̃d creatoris ab eo q̃d eſt creaturę,ſicut a ſubſtantia abſtrahitur ens ſimpliciter cõmune analogũ ad ſubſtantiam & accidẽs nõ diſcernẽdo ſub eo id q̃d eſt ſubſtãtię ab eo q̃d eſt accidẽtis.Sicut etiã in vniuocis abſtrahitur natura cõmunis:vt natura aĩalis ab aſino,nõ diſcernẽdo ſub illa q̃d eſt aſini ab eo q̃d eſt equi.Per ſpecies igit̃ ſenſibiliũ cõceptis illis primis generalibus intentionibus,ſtatim cũ iudiciũ debet fieri rationis de veritate cõcepti determinãdo ſub illo q̃d eſt creaturę ab eo q̃d eſt creatoris,anteq̃ hoc poteſt fieri, vt.ſ.de particulari ꝑcipiat ꝙ ſit bonũ hoc,hoc nõ põt ꝑcipere niſi prius ꝑcipiẽdo rationẽ boni ſimplr̃:de qua nõ iudicat:ſed per ipſum iudicat,& cognoſcit de quocũq; alio ꝙ ſit bonũ hoc,licet illa nõ diſcernit̃, ſicut oculus corꝑis vidẽs colorẽ in luce,prĩo videt lucẽ,& ꝑ illã iudicat de colore: licet nõ diſcernat de luce ſicut de colore, ꝑpt̃ ſubtilẽ ei⁹ ĩmutationẽ.Et ſic ĩ oĩb⁹ cõceptib⁹,in q̃b⁹ aliq̃d iudicat̃ eẽ verũ, bonum aut huiuſmodi,& vniuerſaliter in quibus aliquid percipitur vt verũ,bonũ,pulchrum, aut huiuſmodi,prima ratione concipiunt̃ conceptus primi entis veri boni , in quibus vt dictũ

k Ad ſcdm. eſt cognitione generaliſſima cognoſcitur quid eſt deus. ¶Ad ſecundũ ꝙ per ſpeciem abſtractã a phãtaſmatib⁹ nõ intelligit̃ primo niſi quiditas rei materialis, dicendũ ꝙ ſpecies intelligibilis rei,puta aſini in intellectu poſſibili,nõ ſolum eſt ratio concipiendi conceptus quiditatis illius rei determinatę qua differt ab alia re:ſed omniũ conceptuum cõmuniũ vſq; ad primum conceptum cõmuniſſimũ entis vt ens eſt,qui etiam implicite continetur in quolibet cõceptu determinato.Si ergo abſtrahat̃ conceptus aliquis generalis vt entis veri vel boni,qui indifferenter vt dictum eſt cõmunis eſt ad id q̃d eſt creatoris,& ad id q̃d eſt creaturę,patet ꝙ in illo nõ oportet primo intelligi q̃d creaturę eſt,immo q̃d dei eſt.In cõceptu eñ vniuerſalis puta entis ſimpliciter,nõ intelligitur q̃d creaturę eſt,niſi intelligẽdo ens in alio,ad modũ quo vniuerſale intelligit̃ vt vnũ in multis.Nõ autẽ poteſt intelligi ens in alio,niſi naturaliter intelligat̃ prius ens abſolute abſtractũ ſimpliciter,vt nec hoc,nec illud,nec huius,nec illius , qui eſt intellectus entis ſubſiſtẽtis in puro eſſe,q̃d nõ eſt niſi dei.q̃d ſi aduertat homo & concipiat vt in ſe ſubſiſtens,deum diſtincte intelligit.In omnibus ergo generalibus intentionibus rerũ cum aliquam illarum intelligis ſimpliciter:vt ens verum bonum,primo deum intelligis, etſi nõ aduertis:& quãtum ſteteris in illo ſimplici intellectu tantum ſtas in intellectu dei.Si autẽ modo aliquo q̃d ſimpliciter conceptum eſt determines, ſtatim ĩ intellectu creaturę cadis.ſecũdũ ꝙ dicit Augu viii .de tri.Quoniam deus veritas eſt,cũ audis veritas,noli quęrere quid veritas.Statim enim ſe opponent caligines imaginationũ,& nebula phantaſmatũ,& perturbabunt ſerenitatem,quæ primo ictu diluxit tibi cum dicerem veritas. Ecce in ipſo primo ictu qua velut coruſcatiõe perſtringeris,cum dicitur veritas,mane ſi potes, ſi autẽ non potes, relaberis in iſta ſolita & terrena.Sed nec hoc impedit omnino dei intellectum, quia in omni conceptu entis quantumcunq; determinato includitur primus conceptus entis ſimpliciter , & in illo conceptus primi entis ſaltem quo ad duos primos gradus intelligendi ipſum modo generaliſſimo:vt iam dictum eſt.

Irca octauum arguitur,ꝙ cognitio eius quod quid est de deo,nō sit ratio cogno scendi qđ quid est in aliis.Primo sic.illud quod est ratio informandi aciem intel ligentiæ ad actum intelligendi,est ratio cognoscendi.quia secūdum August.xv. de trini.cap.x.formata cognitio ab ea re quā scimus verbū est,in quo.s.consistit ī tellectualis cognitio. ratio informandi aciem intelligentiæ ad actum intelligen di creaturas est species vniuersalis ab ipsis recepta. secundum August.xi.de tri. cap.iii.Detracta specie corporis quę corporaliter sentiť,remanet in memoria simi litudo eius,qua rursus volūtas conuertit aciē mētis,vt inde formeť intrinsecus,sicut ex corpore ob iecto sensibili extrinsecus formabatur.ergo &c. ¶Secundo sic.illud quo quis sibi conscius est & in telligit quid bonum & quid malum:est ratio cognoscēdi illud.hoc est lex naturalis,vt dicit Glos. super illud Roma.ii.Cum gentes quæ legem non habent.lex autem naturalis non est aliqua dei co gnitio:sed magis ipsarum rerum de quibus homo iudicat per illam legem.ergo &c. ¶In contrariū est,quoniā illa sola cognitio certa est:qua res cognoscitur in ratiōe suæ veritatis,non in ratione suę imaginis.vt enim dicit Hu.super.x.ca.angelicę Hierar.si imago videtur veritas non videtur.ima go enim veritas non est.sed quicquid p intellectum accipitur a creaturis cognoscendis solum est imago creaturę,vt species vniuersalis intelligibilis abstracta ab ipsa.secūdum ꝙ dicit Boethius su per Commen.Porphy.Vniuersale est essentialis similitudo suppositorū. illud autem solum creatu rarū veritas est,qđ itellect⁹ concipit per cognitionē in deo.dicit eñ Augustinus.ii.de lib.arb.presto esse incommutabilem veritatem omnia quę vera sunt continentem omnibus cōmuniter vera cer nentibus.ergo &c. L Quęst.8. Arg.1. 2 In opposi.

¶Hic distinguendum primo ex parte cogniti de deo, secundo ex parte rationis cognoscendi in deo. Quātum ad primum sciendum secundum ꝙ habitum est supra articulo.1.in quæstione secunda : ꝙ alia est cognitio qua apprehenditur de re id quod est verum in ea: & alia qua apprehenditur veritas ei⁹:& ꝙ perfecta notitia rei nō consistit solum in cognoscendo id qđ ve rū est in re:sed cum hoc in sciēdo veritatem eius. Vnde primus intellectus de re quo intelligitur id quod est in intellectu vero,omnium potest esse aut plurium indifferenter,ꝗa sequitur imaginē veram & sensum verū de re quā multi ascendere non possunt.Intellectus vero secundus sapientiū solum: ꝗa sequiť iudiciū de cōcepto ex imaginatiōe & sensu trāscēdēs imaginationē & sensum.Et in hoc perficitur cognitio intellectiua:ad quā duo requirūť.Quorum primum est verbum intel lectus quo informatur concipiendo qđ quid est de re. Secūdum vero est iudicium de tali cōceptu sine quo intellectus purus non est:sed semp phantasticus manet.Et est primus intellectus simplici um: & ideo semper verorum est,secundum Philosophū.Intellige nō concipiēdo veritatem rei:sed id qđ verum est in re.Veritatē eñ solū concipit intellectus secūdus,qui in compositione & diuisio ne consistit.vnde & verus & falsus potest esse secundū Philosophum.In quo & plures deluduntur credentes percipere veritatem qui tamē eam non percipiunt verisimilitudine phantasmarum de cepti.secundum ꝙ dicit August.de vera religione.Amplectamur nostra phantasmāta quæ redeū tibus nobis ad intelligendum veritatem in itinere nobis occurrunt:& nos transire non sinunt.quę tamen quantū est ex se non nisi verū ex imaginatiōe & sensu ostendunt.vnde non solum intellect⁹ simpliciū apphēsionū semp verus:quin etiā semp ver⁹ est & ipse sensus ī apprehēdēdo & nūciādo: ita ꝙ oīs falsitas in iudicio & collatiōe vel intellect⁹ vel imaginatiōis oriať.ſm ꝙ dicit Aug.iii.de Aca.Credo sens⁹ nō accusari vl'ꝙ imagines falsas ferētes patiūť:vel ꝙ falsa ī somnis videm⁹.Quic qd possunt videre oculi verū vidēt:noli plus assentire ꝗ vt ita tibi psuadeas apparere:& nulla deoe prio est.Quātū vero ex pte rōnis cognoscendi in deo:Sciēdū ꝙ id qđ quid est in deo sicut duplici ter potest cognosci ab homine, vno modo distincte & in particulari in essentia & natura eius nu da:alio modo indistincte & in vniuersali in aliquo eius generali attributo,vt dictum est supra:Sic qđ quid est in deo,dupliciter potest esse ratio cognoscēdi qđ quid est in creatura.Vno mō vt ipsa natura & eētia diuina in propria ratione sit ratio cognoscendi qđ quid est in creatura.Alio mo do vt ipsa sit ratio cognoscendi qđ quid est in creatura sub ratiōe alicuius generalis attributi ei⁹. M Resol.q. N O

¶Dicēdū igiť ad q̄stionē:ꝙ loquēdo de cognitione ei⁹ qđ qd est in creatura,apphēdēdo id qđ res ē nō apphēdēdo veritatē ei⁹,semp cognitiōis ei⁹ qđ qd est ī creaturis,est rō cognoscēdi id qđ qd est in deo:nō sub rōne eētię & naturę ī esse pticulari:sed sub rōne ei⁹ attributi ī eē vli: ad modū quo id qđ ē primū ī vnoquoq; gñe semp ē rō eoꝝ q̄ sunt post:vt dictū est ī q̄sti.pce.ꝙ id qđ qd ē de deo sub ei⁹ gñali attributo,est id qđ hō prio cognoscit ex creaturis,vt nō solū sit rō cognoscēdi secun dū ꝙ pria veritas ē tñ rō cognoscendi quamlibet aliam veritatem,vt dictum est supra in ti.i.q.ii. P Respōsio.

Sed vt sit etiam obiectũ cognitũ.secundũ ꝙ dicetur in q̃stione sequenti.Et hoc eueniet ex natura ipsarũ rerum cognoscibilium.Sicut enim ens determinatum ꝑ materiam aut per suppositũ singulare & determinatũ, id q̃d est non habet esse nisi ꝑ formam quę in eo determinatur, quæ de natura essentię suę i se nõ dicit aliq̃d determinatũ:& ideo neq; habet cognosci eẽ tale ens nisi ex cognitione ipsius formæ in se ratione naturę & essentię suę in esse suo indeterminato:vnũquodq; eñ sicut se habet ad esse,& ad cognitionem:Nemo eñ potest cognoscere de hoc bono aut pulchro i natura & essentia sua quale ens aut quid sit, nisi cognoscendo bonum et ens simpliciter:Sic non habet esse hoc ens aut hoc bonũ nisi ꝑ ens simpliciter aut bonum simpliciter.& sicut est de hoc bono & hoc ente respectu boni & entis simpliciter & absolute dicti:sic est de bono & ente participato respectu boni & entis nõ ꝑticipati.Sicut eñ hoc bonum & hoc ens non potest esse neq; cognosci nisi ꝑ ens aut bonum simpliciter dictum:sic & ipsum bonum & pulchrũ simpliciter consideratũ vt nõ determinatum ꝑ materiam aut per suppositum,si non sit essentialiter sed ꝑticipatione bonũ,& ita determinatum per materiam aut suppositum,non habet esse neq; cognosci nisi ꝑ ipsum bonũ simpliciter nõ participatum:vt sicut bonum ꝑticipatum nõ habet esse nisi per bonum nõ participatũ sic nec potest cognosci esse tale nisi cognito ipso quod est simpliciter & per se bonum nec determinatum nec participatum.secũdum ꝙ dicit August.viii.de trini.Bonum hoc, bonum illud. quid plura & plura?vide ipsum bonũ si potes:ita deum videbis:nec alio bono bonum:sed omnis boni bonum.Neq; eñ in omibus bonis diceremus aliud alio melius cum vere iudicarem⁹,nisi esset nobis impressa notio ipsa boni,secũdũ quã ꝓbaremus aliquid & aliud alio ꝓponeremus.& ĩfra. Vbi nouimus quid sit iustus etiam cum iusti nõdũ sumus.& ĩfra.An illud q̃d videt,veritas interior est pręsens animo quã valet intueri? quasi dicat:immo.Et sic est de cognitione boni & iusti,ꝙ nõ cognoscimus bonum aut iustũ nisi in ratione primi boni & iusti:sicut est de amore boni: ꝙ sicut nõ amamus aliquod bonum nisi in ratione primi boni:sic nec cognoscim⁹ verum nisi in ratione primi veri.De amore enim omnis boni in ratione primi boni dicit ibidem. Cur alium diligim⁹ quem iustũ credimus,& non diligimus ipsam formam,vbi videmus quid sit iustus, vt & nos iusti esse possemus?& infra. An vero & nisi istam diligerem⁹ nullo modo eum diligeremus quem ex ista diligimus?sed dum iusti non sumus minus eam diligimus q̃ vt iusti esse valeamus. Loquẽdo aũt de cognitione eius q̃d quid est in creatura apprehendendo veritatẽ ei⁹,sciendũ iuxta id q̃d determinatum est supra in quæstiõe.ii.articuli primi,ꝙ veritas rei non potest cognosci nisi cognoscendo cõformitatem ei⁹ ad suum exemplar:& ꝙ duplex est exemplar ad q̃d habet cognosci:vnum acceptũ a re,q̃d est species vniuersalis in mente:alterum causans res,q̃d est ars idealis existens in mẽte diuina.De cognitione autem eius quod quid est creaturæ cognitione veritatis determinatum est supra,quomodo sine illustratione exemplaris veritatis primę nulla veritas aut simpliciter aut saltem syncera potest cognosci.Per iam dicta patet ad argumenta.

Q Ad pri. principa. ¶Ad primum ꝙ ex specie detracta a corpore manet mẽoria,vnde formatur acies mentis ad intelligendum verum:Dicendum ꝙ verum est in cognoscẽdo id q̃d verum ẽ de re:non autem intelligendo veritatem rei vel simpliciter vel syncere & iudicio certo: quod solum fit in ratione primæ veritatis,vt dictum est.In cognoscendo etiã vel id q̃d verũ est,vel ipsam veritatẽ quocunq; modo non contingit aliquid intelligere in creaturis nisi intelligendo id q̃d deus est in primis cõceptibus generalibus,vt dictum est.

R Ad scdm. ¶Ad secundum ꝙ in lege naturali itelligit homo quid bonum & quid malum:Dicendum similiter ꝙ hoc non facit intelligendo synceram veritatem:aut etiam forte veritatem qualẽcunq; nisi in lumine primæ veritatis tanq̃ in eo quod est ratio intelligendi tm̃:non autem obiectum intellectum vt supra determinatum est:aut intelligendo quocunq; modo veritatẽ,aut id q̃d verũ est,nisi in ratione primæ veritatis tanq̃ in eo q̃d est obiectum primo cognitũ,vt patebit in q̃stione sequenti:q̃d i hoc est ratio cognoscendi alia,nõ tanq̃ in eo q̃d est ratio cognoscendi tm̃:quia quolibet intellecto intelligitur id q̃d deus est in primis conceptibus rerum,vt dictum est.

S Ad arg.in opposi. ¶Ad argumentum in oppositum:bene probat intentum nostrum secundum determinationem August.ꝙ nullum verum aut alicuius rei veritas potest cognosci aliter q̃ in prima veritate:& hoc vel in nudo exemplari diuinæ essentiæ,vt in eo q̃d est ratio cognoscendi veritatẽ tm̃:nõ aũt obiectũ cognitũ:vel in aliquo ei⁹ gñali attributo,vt i eo q̃d est primũ obiectũ cognitũ & per hoc ratio cognoscendi om̃e aliud q̃d itelligibiliter cognoscitur.Et ex his duob⁹ conflatur determinatio August.ꝙ omne quod intelligitur,in prima veritate intelligitur.Aliquando enim loquitur secundum vnum modum,vt in.viii.de tri. Vide bonum hoc & bonum illud &c.Sepi⁹ aũt

loquitur secundum alium modum: nec habet perfecte intentionem August. qui intelligit eũ secũdum alium modum solummodo locutum fuisse.

Irca nonum arguitur ꝙ homo cognoscit & discernit qđ quid est de deo: qđ ẽ ratio ei ad cognoscendum qđ quid est in creatura, primo sic. Propter qđ vnũquodq; tale & illud magis. Si ergo ꝑpter illud qđ qd ẽ dei cognoscit̃ & discernit̃ qđ qd ẽ creaturæ, multo magis cognoscit̃ & discernit̃ qđ quid est creatoris. ¶ Ad idẽ sũt omnes rationes inductę supra articulo. i. q. iii. ad ꝓbandũ ꝙ homo videt & discernit lucem æternam, in qua videt & discernit alia. ¶ In cõtrarium est. qm̃ si illd qđ est causa cognoscendi alterum cognoscitur discretiue, cognosci posset sine cognitione illius: quia cognitio causæ non dependet a cognitione effectus: sicut neq; esse suum ab esse illius. auferendo autem omnino creaturæ cognitionem, non contingit hominem habere de deo aliam cognitionem quid sit: quia omnis nostra cognitio naturalis in sensus reducenda est, vt dictũ est supra. ergo &c. T Quæst. ix. Arg. 1. 2 In opposi.

¶ Dicendum ad hoc secundum determinata: ꝙ id quo alterum cognoscitur, aut se habet vt ratio cognoscendi tm̃: aut cum hoc vt obiectum cognitionis: & ꝙ illud quod est ratio cognoscendi vt ratio tm̃: non vt obiectum simul: nullo modo cognoscitur in eo ꝙ aliud cognoscitur per ipsum. & hoc modo deus vt lux est & veritas prima & ratio cognoscendi alia, ĩ eo ꝙ per ipsum alia cognoscuntur & discernũtur, ipse nec cognoscit̃ nec discernitur. Sed de cognoscẽdo qđ quid est de deo, inquantum tm̃ est ratio cognoscendi quod qd est creaturę nõ est hic sermo: sed supra articulo. i. q. iii. Immo hic solummodo sermo est de cognoscendo qđ quid est de deo: inquãtũ est ratio cognoscendi qđ quid est creaturę, in eo ꝙ est primum cognitum. De quo sciendum secũdum ꝑdeterminata: ꝙ id qđ qd est primo cognitum de deo, potest esse primo cognitum vel in speciali in natura diuina determinata, vel in generali in aliquo eius attributo. Primo modo cognoscẽdo quod quid est de creatura ꝑ hoc quod quid est de deo, non solum cognoscit homo quid est de[9], sed etiam distincta cognitione id cognoscit: ad modũ quo cũ cognoscit̃ imago Herculis, ĩ ipo Hercule videndo ipsum, distincte & perfecte cognoscitur & videtur ipse Hercules. sed talis cognitio ei[9] qđ quid est de deo, nõ est propria vię: sed patrię, vt dictum est supra. Secundo modo cognoscere qđ quid est de creatura per cognitionem eius qđ quid est de deo, in eius. s. generali attributo, contigit dupliciter itelligere: secũdũ ꝙ de re qualibet ꝑticulari duplex potest esse cognitio. Vna cõis generalis vel specialis: alia vero particularis: secũdũ ꝙ ĩ ea est natura vlis, generalis, vel specialis, & particularis. Generali eñ cognitione cognoscimus de Callia ꝙ sit aial, speciali ꝙ sit homo: particulari ꝙ sit Callias. Primo modo per generalẽ cognitionẽ quã habem[9] de re in forma generis, puta aialis vel per specialem in forma speciei, puta hominis, cognoscimus de quolibet particulari tanq̃ ꝑ medium primo cognitũ & cõmunem rationẽ cognoscendi, de quolibet qđ nobis occurrit, an sit aial vel homo: non prius ipso cognito in esse suo particulari. Per hanc notitiam generalem vel specialem cognoscimus omnia quæ nobis historice de partibus hominis narrantur & credenda proponuntur. secundum ꝙ dicit August. viii. de trinita. cap. v. Habemus quasi regulariter infixam naturæ humanę notitiam: secundũ quã quicquid tale aspicim[9]: statim hominem esse cognoscimus vel hominis formã. Secũdũ hanc notitiã cognitio nostra informat̃ cum credimus ꝑ nobis deũ hominem factum. Nam & ipsius facies dñicę carnis innumerabiliũ cognitionum diuersitate variatur & fingit̃: q̃ tñ vna erat q̃cũq; erat: neq; ĩ fide nr̃a quã de dño nr̃o Iesu Christo habem[9], illud salubre est qđ sibi animus fingit lõge fortasse aliter q̃ res habet: sed illud qđ secundum speciem de homine cogitamus. Necesse enim est cum aliqua corporalia lecta vel audita quæ non vidimus credimus, fingat sibi animus aliqđ in lineamẽtis formisq; corporũ: sicut occurrit cogitanti: qđ aut verum nõ sit aut etiam si verum est (qđ rarissime potest accidere) nõ hoc tamen fide teneamus quicq̃ prodest: sed aliud aliquid qđ per hoc insinuatur: & secũdum species & genera rerum vel natura insita: vel experientia collecta, de factis hmõi cogitamus ne fides nostra ficta sit. Neq; enim nouimus faciem virginis Mariæ: in quibus membrorum lineamẽtis fuit Lazarus: neq; Bethaniã: neq; sepulcrum: neq; omnino scimus quicunq; ista non vidimus: an ita sint vt ea cogitamus: immo probabilius æstimamus ita non esse. nanq; cum alicuius species eadem occurrit oculis nostris quæ occurrebat animo, cũ eam prius q̃ videremus cogitabamus, non paruo miraculo mouemur: ita raro & pene nunq̃ accidit. est tamen possibile. secundum ꝙ exponit Commen. super. iii. de anima. & tamen ea firmissime credimus: quia secundum speciem generalem ve notitiam quę certa nobis est cogitamus. Sed hoc mõ aliquid in generali attributo cognitũ de deo non põt esse rõ cognoscẽdi aliqđ: quia ipse nõ est forma creaturarũ: neq; gñalis: neq; specialis: neq; etiã alicui[9] ĩ seipso: q̃a in ipo nõ ẽ sumere rõnẽ V Resol. q. X

vniuersalis & particularis,vt infra determinabitur. Vnde qd supra determinauim⁹,qa de deo pos sum⁹ cognoscere quid sit notitia generali:nõ sumit ibi notitia gñalis sicut hic: vt modo cognosca mus quid sit deus quasi in forma vniuersali : & videndo nudam essentiam cognoscamus quid sit in forma particulari:prius cognoscendo quid sit deus q̃ quid sit iste deus : sicut prius cognosci mus quid sit homo q̃ quid sit iste homo:eo modo quo indiuiduum est quid sub specie.Sed sumit ibi generalis notitia ꝓ notitia in aliquo eius attributo quod cõmunitate analogiæ est communi ter ꝯueniẽs ipsi & creaturę,respectu cuius dicit specialis illa notitia,quę est in nuda eius essentia: in qua omne attributũ eius est idipsum:licet modo nostro intelligendi generalius intelligimus rõ nem attributi q̃ intelligenda est nuda essentia:& alia rõne concipimus attributum q̃ concipienda est essentia:& alia ratione vnum attributum q̃ aliud,vt declarabitur inferius loquendo de attri butis.Si igit isto secundo modo cognitionis vlis gñalis vel specialis de deo in aliquo eius attribu to tanq̃ in primo cognito intelligat qd quid est deus, ratio cognitiõis de alio,in cognoscendo.ſ.ei⁹ naturam ꝓpriam & particularẽ:hoc modo concessimus in quęstione p̃cedẽti q̄ cognitio ei⁹ qd qd est de deo,est ratio cognoscẽdi qd qd est in omni creatura:ex hoc videlicet q̄ quid est de⁹ primum cõceptum est in generalibus & primis cõceptibus entis:qui quidẽ primi conceptus gñaliũ atq; vni uersalium intẽtionum entis sunt primo cognita:& per hoc ratio cognoscẽdi oẽs alios cõcept⁹ sub ente in quacũq; re.esse enĩ est primo cognitũ & cõceptum in quolibet ente:& est ratio cõcipiendi quãlibet aliam intentionem rei sub esse,vt dicit in Commen.primę ꝓpositionis de causis. Quare ꝑ hunc etiam modũ vt dictũ est cognitio eius qd quid est de deo in ei⁹ gñalibus attributis est pri mum obiectum cõceptũ ab intellectu nostro:etiã ante maxime vles cõceptus alicuius intẽtionis i creaturis,vt dictum est in quęst.ante p̃cedẽtẽ:& est prima rõ cognoscẽdi qd qd est in qualibet crea tura,vt dictũ est in quęst.ꝓxima p̃cedẽti.Vnde nõ restat dubium quantũ ꝑtinet ad istam q̃stionẽ: nisi an in eo qd qd ẽ dei,est rõ cognoscẽdi qd qd est i creatura:& prio cognitũ ita sit prio cognitũ, q̄ distincte cognoscat & discernat ab eo qd ꝑ ipm cognitũ ẽ i creatura.Vbi notãdũ q̄ aliud ẽ aliqd co gnoscere.Aliud vero i cognoscẽdo ipm ab alio discernere.Cognitio enĩ ẽ qlibet simplex cõcept⁹ rei ꝑ intellectum:etsi intellectus rem conceptam nõ aduertat:sicut ille qui alibi mente intentus est,con cipit oculo corporali per speciem receptam in oculo coram se transeuntem : quem postea interro gatus negat se vidisse:quia non aduertit ipsum.Cognitio autem discretiua est cum animaduersio ne notitia,qua scilicet cognitum vnum discernit ab alio.

Y Responsio ❡Dicendum igitur ad quastionem.quod est primum cognitum a nobis de deo,quod est ratio cognoscẽdi qd quid est in creaturis:non est ni si qd quid est deus in suis generalibus attributis modo generalissimo:& hoc quo ad primum & se cundum eius gradum,vt q̄ sit bonum ꝑ ulchrum aut aliquid huiusmodi simpliciter:sub tali.ſ.mo do concipiendi quodlibet istorum,sub quo communiter potest conuenire creaturę & creatori:non sub aliquo modo conuenienti deo specialiter:& non creaturis: vt q̄ est bonum vel pulchrum sub sistẽs:& hoc modo generalissimo in tertio eius gradu:vel q̄ sit bonum præeminẽtissimum: & hoc modo cognoscendi deum generalius:vel q̄ sit bonum qd est ipsa bonitas,ita q̄ pura rei entitas:& hoc modo cognoscẽdi deũ generaliter: & sic de aliis attributis nobilitatis primis in quibus cogno scitur quid est deus.Isto autem modo cognoscendi de deo qd qd est:& ex hoc qd qd est i creaturis dicendum q̄ etsi deus isto modo cognoscendi cognoscatur & intelligatur vt primum cognitum & ratio cognoscendi aliud,non tamen cognitione ista qd quid est de deo, distiguitur ab eo qd qd est creaturę:quia sub nulla ratione determinante aut appropriante attributum illud deo,concipi tur:immo si hoc modo concipitur sub ratione entis,non distinguit esse eius ab esse creaturę.Si sub ratione boni, nõ distinguit secũdũ intellectũ bonũ qd est in deo ab eo qd est bonũ in creatura:sed i tellectus ambo concipit quasi vnum:eo q̄ ꝓpe sunt existentia,vt dictum est supra.Vnde ista cogni tio eius qd quid est de deo nõ habetur per inuestigationem & discursum rationis:sed naturaliter & simplici cõceptu:sicut & concipiunt prima principia complexa & icõplexa,inter quæ cõceptus dei sub ratione entis aut boni simpliciter alicuius hmõi intentionis generalis est: aut primo prim⁹ quem non discernit propter eius simplicitatẽ ab intentionib⁹ hmõi cõuenientibus creaturis:a qui bus concipitur qd in eis cõuenit creatori:sicut etiam intelligendo entia particularia in quib⁹ prio conceptu homo intelligit intentionem entis simpliciter & vniuersalis ad omne ens creatum,nõ dis cernit illam propter eius simplicitatem ab aliis intentionibus communibus & particularib⁹: q̃uis non sit tantę simplicitatis,vt est intellectus entis simpliciter cõmunis de deo & creaturis:& maxi me vt est intentio entis quæ soli deo conuenit.

Z Ad pri. principa. ❡Ad primũ qd arguit in oppositũ,propter qd vnũqdq; tale & illd magis, dicẽdũ

ꝙ illud dictū itelligit in cognoscēdis:qꝛ illud ꝓpter qđ aliud,est ꝑ se absolutū obiectū act⁹ cognoscēdi vt cū cognoscimus cōclusiones propter principia,magis cognoscimus pricipia:quia sunt per se & absolute obiectum cognitionis.Similiter si diligo nutricem propter filiū,magis diligo filium:qa est obiectum absolutū dilectiōis.Vbi aūt illud ꝓpter qđ aliud nō est absolutū obiectum actus:nō oportet:vt si videmus colorem propter lucem:non oportet tamen ꝙ magis videmus lucem:quia nō videtur distincta a colore:& in eo quod propter ipsum videtur, color magis se habet vt ratio videndi q̄ vt obiectum.& similiter est in proposito,vt patet ex dictis.¶Argumēta superius inducta nō habent locū nisi de illo quod ratio est cognoscendi tm̄,secundum determinationem habitam in illa questione,vbi argumenta illa soluta sunt. & Ad scda.

Art.XXV.de vnitate dei simpliciter & absolute.

Viso de dei entitate, sequitur de eius vnitate.Et circa hoc q̄rūtur duo.Primum ē de eius vnitate simpliciter & absolute:vtrum sit vnus.Secundum vero est de preeminētia vnitatis:vtrū.s.summe vnus Quorum secundum dependet ex diuina simplicitate.Cum enim ratio vnitatis ꝓpria est ratio indiuisionis:ex hoc est summe vnus, ꝙ est summe simplex:& ita summe indiuisus,vt infra ē determinādū cum de dei simplicitate determinabitur.ex illo em̄ patebit iste articulus. Circa vnitatem dei simpliciter quæruntur tria. Art. xxv

Primum:vtrum deus sit vnus.

Secundum:vtrum deus sit tm̄ vnus.

Tertium:vtrum sit possibile esse plures deos q̄ vnum.

Circa primum arguitur ꝙ deus non sit vnus Primo sic.nullus defectus vel priuatio conuenit deo:quia est ens summe in actu. Vnū dicit ens sub priuatione.secūdum Philosophum.4.&.10.metaphysicæ.ergo &c.¶Secūdo sic.qđ maxie dicit rationē finitatis & limitatiōis,minime cōuenit ifinito.De⁹ aūt ifinit⁹ est,vt ifra patebit.vnū autē dicit finitationē & limitationē.ergo &c.¶Tertio sic.primum accidentis qđ est de essentia eius, accidens est.vnitas est principium numeri q est species quantitatis & de eius essentia.ergo est accidens.in deo nullum cadit accidens.ergo nec vnitas,non est ergo vnus.¶Quarto sic.cui non conuenit diuisum:neqꝫ aliquod diuidentium.ens qđ prædicatur de.x.prædicamentis diuiditur in vnum & multum.secundum Philosophum.xi.metaphysicæ.illud autem ens non conuenit deo,vt habitum est supra:& amplius infra videbitur.ergo neqꝫ vnum,cum sit diuisiuū eius. ¶In contrarium est Diony.cum dicit vi.ca. de di.no.Nihil est existentiū nō participās vno,sed qđ in entib⁹ participatū est dignitati,cuiusmōi est vnitas,vt iam dicetur,est in deo per essentiam,vt videbit infra.ergo deus est vnum, & essentialiter vnus. A Quest.i. Arg.1. 2 3 4 In opposi.

¶In hac questione sicut & in qualibet alia: oportet primo scire quid dicitur ꝑ nomen.Cum igitur supra visum est quid dicit hoc nomine deus,restat hic primo videre quid dicitur hoc nomine vnus.Sciendum ergo ꝙ secundum Philosophum & Commen.x.metaphysice,idē est modus consecutionis entis & vnius ad prædicamenta,& equaliter diuiduntur prædicamenta secundum ea. Sicut enim dicim⁹ ꝙ ens diuiditur per substantiam qualitatem quantitatem:& sic de aliis:sic & vnum. & hoc ideo:quia vt dicit.4.eiusdem:non significat vnum re aliud ab ente.sermo enim dicentis homo vnus aut homo ens, non diuersa significat.& ideo sicut supra dictum est de ente,ꝙ significat de re essentiam eius & naturam,non dispositionem aliquā realem aliā additā essentię rei:sicut est dispositio in albo & nigro: similiter est de vno quod est conuertibile cum ente ꝙ.s.significat de re essentiam ei⁹ & naturā non dispositionem aliquam realem aliam additam essentiæ rei:ita ꝙ substantia cuiuslibet rei est vna per se essentialiter:non per rem additam ipsi,vt omino sit eadem ratio realis rei:& vni⁹ rei:sicut hominis & vnius hominis,vt dicitur i Elench. Vnde & Auicen.qui dicit in.iii.Metaph.ꝙ vnum significat aliđ ab ente:quia non recipitur in certificatione quiditatis alicuius:et ideo vnitas est intentio quę est accn̄s;dicit ibidē ꝙ vnitas ē eē qđ nō diuidit sic ꝙ esse est de essentia vnitatis:non subiectū ei.Ex quo plane patet ꝙ Auicē.posuit cū Phō ꝙ vnum non significat re aliud ab ente:& ita ꝙ non significat accidens additum enti:sicut est dispositio in albo & nigro,vt imposuit ei Auer.sed ꝙ significat aliam intentionem additam intentioni B Resol.q.

entis:quā secundū modum suū loquendi appellat accidēs,vocādo accñs rei omne qđ conuenit rei
extra certitudinem quiditatis & intēriōis eius.Et si hoc cōtingit in creaturis:cōsimiliter & ī deo
multo fortius cōtigit:ꝙ.s.essentia sua ex se:eēntialiter est vna sicut ē ens,vt semꝑ eodē ordine cur-
rant esse rei essentiale:& vnitas quæ cum ipso conuertitur.& sic omnino eadem via cōcedendum
est ꝙ deꝰsit vnus qua cōcedit̃ ꝙ sit ens.dicit eñ Boethius super Porph.ꝙ omne quod est,ideo ē qꝛ
vnum est.& de consol'.Omne quod est tandiu manet atq; consistit q̄diu vnitatem retinet : & ne-
cesse est interire atq; dissolui cum vnū esse desierit.& de vnitate & vno.Tādiu est quicq̄d est,q̄diu
C vnitas est.Cum autem desierit esse vnum , desinit esse id quod est. ¶Postq̄ ergo concessum est su-
Respōsio. pra deum esse , secundum eundem modum concedendum est ipsum esse vnum.vnde ex declara-
tione qua supra declaratum est deum esse,patet declaratio quō ponendū est deū esse vnum. Vt tñ
sciamus diuersitatē inter q̄stionē de ente & de vno circa deum,sciendum ꝙ licet idem significant
vnum & ens:quia essentiam rei non dispositiones aliquas additas essentiæ:ipsam tñ vt dicit Com
men.sup.4.metaphysicę,significant secūdū diuersos modos:ita ꝙ modus significationis entis a quo
imponitur ad significandum rei essentiam,simplicior est q̄ modus significationis vnius: quia ens ī
ponitur ab actu essendi absoluto & positiuo.vnum autem in significato suo includit significatum
entis cum determinatione:non dico addente super ens rem aliquam aliam ab illa quæ significatur
nomine entis:sed solum addit vnum ī suo significato super significatum entis, modū significandi.
Aliter enim esse vnum nullo modo deo conueniret:quia in ipso super suum esse nō cadit determi-
natio neq; compositio,vt infra patebit. Et ille modus significandi quem addit nō est positiuus:sed
priuatiuus solum nō priuando aliquid positiue dictum:aliter enim adhuc deo nullo modo conue-
niret esse vnum:quia esse eius omni defectu & priuatione caret:sed modus ille significandi quem
addit vnum super ens,est modus priuatiuus priuando solum aliquid negatiue dictum:cuius pri-
uatio verissime deo conuenit:& sic vnum significat ens carens priuatione illa quæ significatur rea
liter nomine multitudinis,licet modo positiuo. A deo autē quia est purissimus & perfectissimꝰ actꝰ,
vt infra patebit,verissime omnis ratio defectus & priuationis remouet̃:vt ideo verissime poterit
D dici vnus sicut & ens.¶Ad cuius intellectum & ad dissolutionem primi argumenti sciendum,ꝙ
secundum Philosophum.viii.metaphysicæ, nullus potest imponere nomen nisi qui nouit rem. Et
ideo secundum modum quo res cognoscimus nomina eis imponimus.Nunc autem aliquando cō
tingit ꝙ nobis in multis notius est id qđ secundum veritatem priuatio est,q̄ habitus sibi contra-
rius.In compositis enim ex materia & forma vnio partium secundum rei veritatem habitus qui-
dam est a forma rei partes continēte:& significat̃ nomine vnius.Diuisio autem eorum secundum
rei veritatem est priuatio illius habitus: & significatur nomine multitudinis . Vnde multum est
ens in se aliquo modo diuisum.Vnum vero est ens in se indiuisum.& ideo dicit Boethius de vni-
tate & vno.Cum forma materię vnitur,necessario ex coniunctione vtriusq; aliquid vnum cōstitui
tur. in qua constitutione illud non permanet nisi q̄diu vnitas formam cum materia tenet.ergo de
structio rei non erit aliud q̄ separatio formæ a materia,quæ est vnitiōi contraria.& propter hoc ni
hil eorum quæ sunt:apperit esse multa. Quia tamen notior est nobis rerum diuisio & separatio se
cundum partes,q̄ earum vnitio: secundum ꝙ nobis notius est compositū q̄ simplex: prout dicit
Philosophus in principio physi.Sunt autem nobis primum manifesta & certa mixta & composi-
ta proprie.vbi dicit Commentator . Causata sunt cognita apud nos. causæ autem sunt notiores
E apud naturam : quia natura facit composita ex causis . Nunc autem ita est ꝙ notiora nobis po-
tius vt habitus comprehendimus q̄ minus nota.Propter quod frequenter id quod minus positi-
uū est:sed magis defectiuam rem dicit:significamus nomine habitꝰ:& econuerso quod rem magis
positiuam dicit:significamus nomine priuationis,vt patet in diuisione substantiæ per corpoream
& incorpoream:licet enim incorporeum magis ens positiuum sit q̄ corporeum : quia tamen no-
tius nobis est corporale q̄ incorporeum spirituale , hoc nomine habitus concipimus & exprimi-
mus,illud econtra nomine priuationis . Et secūdum eundem modum nomen separationis signifi-
camus positiue hoc nomine quod est diuisio.Nomen autem vnitiōis significamꝰ priuatiue hoc no
mine indiuisio:licet ex parte rei sit econuerso:ꝙ significatum reale diuisionis sit priuatiuum:& si-
gnificatum reale indiuisionis sit positiuum.Diuisio enim siue multitudo nobis magis nota est &
sensibilis q̄ īdiuisio seu vnitas,vt dicit Phs in.4.meta.Qđ verū ē secūdū primū cōceptū imaginati
uū.secūdū aūt verū cōceptū intellectiuū est ecōuerso.fm ꝙ dicit Auicē.3.meta.suę.Videt̃ ꝙ mltitu
do notior sit secundum nostram imaginationem q̄ vnitas : & videtur ꝙ vnitas sit de iis quæ
prius formamus.Prius eñ imaginamur multitudinem:sed prius intelligimꝰ vnitatem. Vnde qꝛ

vnū imponit ad significandum indiuisionem: & multum imponit ad significandū diuisionem: & diuisio est priuatio secundum rem: indiuisio vero negatio diuisionis non est nisi negatio priuationis: & ita vera positio: vnum igitur secundum rem significat positionem. secundū modum autem positionis significat negationem. Multū vero econuerso, secūdū rē significat priuationē. secūdū vero modū nois, positionē. Significat em̄ vnum positionē mō negationis: qa significat negationem negationis. multum vero significat negationē positionis mō: quia significat affirmationem negationis. Hinc euenit ꝙ multitudo definit̄ ꝑ vnitatē: & vnitas ꝑ multitudinem. secundū ꝙ dicit Auicē. in. iii. metaphysicæ suę. Vnum est principium multitudinis: & multitudo est illud qđ numeratur per vnum. vnitas em̄ in intellectu discernit̄ & cōcipit̄ vt habitus, cuius priuatio est mltitudo. Apđ autem imaginatiuam quæ est principium intellectus cōtingit ecōuerso. Et ideo dicit Auicen. ibidē Facimus cognosci multitudinem ꝑ vnitatem cognitione intelligibili. & hic accipimus vnitatē formatā in seipsa & a pricipiis imaginatiōis. Facim9 aūt eā cognosci ꝑ multitudinē īueniēdo in hoc intentionem imaginatiuam ad hoc vt inducat nos ad hoc quod tūc poterat nobis esse ꝑ se notum, sed non formabat̄ p̄sens in intellectu. Et ad istam intentionē vnius inquantum respicit informationem apud imaginatiuam, fit impositio vnius. iuxta ꝙ ipsum definit Philosophus cum dicit. iii. metaphy. Vnum est diuisibile aliquod ens ꝑ se solitarium. & in. x. Essentia vnius est vt non diuidatur & Cōmē. dicit super. iiii. Hoc nomen vnum significat negationem: & est priuatio diuisibilitatis.

¶ Ad primum igitur patet per iam dicta: licet enim secundum modum nominis vnum significat priuationē: quia tñ illa non est nisi negationis, secundū rē nominis significat verā positionē: ꝓpter qđ bene cōuenit deo. De eo aūt qđ dicit priuationem habitus vel alicuius positiui intelligit̄ ꝙ nulla priuatio cadit in deo. ¶ Ad secundū ꝙ vnū dicit rationē finitatiōis & limitationis: Dicendū ꝙ sicut duplex est infinitū: vnū multitudine vel extensione: alterum essentia & vigore: Sic duplex est finitatio & limitatio. vna quæ opponitur infinito & illimitato multitudine vel extensione. altera quę opponit̄ īfinito & illimitato essentia & vigore. Finitatio & limitatio secūdo modo minime cōueniunt deo: quia ipse est infinitus essentia & vigore, vt infra patebit. Finitatio autē & limitatio primo modo maxime deo conueniūt: quia īfinitas & illimitatio sunt ei opposite secundum partium multiplicationem: quæ maxime deo repugnat. In hoc enim diuina natura ē summe finita & limitata ꝙ est summe vna, summe simplex: & idipsum sine omni diuersitate. secundum ꝙ dixit Dauid in Psal. Tu autem idem ipse es. Ecōtra infinitas numerorū per appositionem: & magnitudinis siue per appositionem siue per diuisionē, summe illimitata & īfinita est propter summā partium multitudinem & diuersitatem & carētiā vnitatis atꝙ simplicitatis. Vnū aūt finitationē & limitationem non dicit nisi oppositā tali infinitati & illimitatiōi per appositionem vel diuisionē partium: non illi quæ est per essentiam & vigorem: immo causat illam: qa omnis virtus vnita plus est infinita q̄ separata, vt dicitur in lib. de causis: & causatur ab vnitate simplicitatis: & ita a carentia diuersitatis: quæ causat dictam infinitatem & illimitationem, quæ deo non conuenit. secūdum ꝙ dicit Boethius de tri. In deo nulla est diuersitas. Nō est autem pluralitas sine diuersitate: quare nec numerus est in deo: sed vnitas tm̄. ¶ Ad tertium ꝙ vnitas accidens est: & simul ad quartum ꝙ vnum est diuisiuum entis qđ commune est ad decem p̄dicamenta: Dicendum ꝙ triplex est vnū quoddā qđ conuertitur cum ente: non solum cum illo qđ est analogum ad decem prędicamenta: sed etiam cum illo qđ est analogum creatori & creaturæ: & tali vnitate quælibet res est vna, sicut & ens per suam substantiam non per aliquid additum ei. Si em̄ res eēt vna per aliquid additum ei tum illud additum qđ facit aliđ esse vnum, oportet ꝙ sit in se vnum: & ita per aliquid aliud additum ei: si non sit vnū per suam substātiam: & ita erit abire ī infinitū: aut stādū in aliquo qđ ē vnū per suam essentiam: & eadem ratione standum est in primo. sicut arguit Commen. super. 4. metaphysi. Aliud vero est vnum quod est principium numeri quantitatis discretæ. tali vnitate quælibet res ī qua est vnitas est vna per aliquid aliud additum substantiæ suę, quod est accidens ei. Per quod (vt dicit Commen. super. 4. metaphy.) fuit Auicē. deceptus. credens enim ꝙ tale esset vnum quod cōuertit̄ cū ente, dixit ꝙ vnum illud dicit dispositionē additā essentię rei: sicut dispō est ī albo & nigro. Econuerso autem Pythagorici credētes ꝙ vnū pricipium numeri eēt tale vnum quale est illud qđ conuertit̄ cū ente, dixerūt ꝙ vnū pricipium numeri nō significat nisi substātiā rei: & qa numerus componitur ex vnitatibus, crediderunt ꝙ numeri sunt substantiæ rerum: & ꝙ principia numeri essent pricipia rerū. Tertium vero est vnū quod diuidit ens cōtra multum: & est pars illius vnius qđ cōuertitur cum ente. Vnde & multum diuisum contra hoc vnum, etiam est pars vnius qđ cōuertit̄ cum ente. Est enim vnum eo modo quo est ens. Non enim est incōueniens ꝙ il

F Ad pri. principa.

G Ad scdm

H Ad tertiū

lud qđ est indiuisum vno modo atq; vnum,fit diuisum atq; multum alio modo:sicut totum integrum qđ est vnum & indiuisum secundum formam totius,est multum & diuisum secundū partes.multum enim nullo modo esset ens nisi aliquo modo esset vnum,vt dicit Auicen.iii.meta.suę. & hoc modo ōis numerus est vnū secūdum aliquam speciem numeri:& multū secūdum partes,& qđ amplius om̄e compositum ex partibus.Propter qđ dicit Diony.vlt.de di.no.ꝙ non est multitudo nisi participans vno.Vnde & solummodo illud est vere vnum in quo nullus est numerus,nullumq; aliud præterq̄ id qđ est,vt dicit Boethius de trini.& hoc solum deus est,vt ifra dicet.¶Ad
I
terriū ergo dicēdū,ꝙ vnū qđ cōuertiť cū ente nō est tale q̄le est illud qđ est principium numeri:licet hoc credidit Auicē.secūdū ꝙ īponit ei Auer.& iō licet de⁹ nō sit vn⁹ vnitate illa q̄ est pricipiū
k numeri,q̄ est quātitas discreta:bñ tñ pōt eē vnū vnitate q̄ cōuertiť cū ente,vt dictū est.¶Ad q̄rtū
Ad q̄rtū. vero dicēdū:ꝙ vnum diuidēs ens cōtra multū: si intelligamus ens diuisum solū illud qđ cōsequitur p̄dicamēta,illud non cōuenit deo:sed vnum qđ cōuenit deo est aliud vnum, qđ.s.analogatur cum ente gñaliori:qđ.s.est cōmune analogum creatori:& illi enti qđ consequitur.x.prædicamēta. Si autem intelligamus illud ens generalius dictum diuidi per vnum & multum,illud vnum diuisum cōtra multum soli deo cōuenit:cum nulla sit creatura quæ non sit multa ex aliqua cōpositione in ipsa,vt infra exponendum est.Et est ista vnitas deo essentialis:sicut sua entitas.Sed est intelligendum ꝙ ista vnitas potest considerari vt attribuitur deo ratione suæ essentiæ,vt est simpliciter essentia ratione sui esse:& hoc modo de ipsa est sermo in ista quęstione. Vel potest cōsiderari vt attribuitur deo ratione actus subsistendi in suppositis:& sic de ipsa est sermo in duabus quęstionib⁹ sequētib⁹.Ista eñ q̄stio de ei⁹ vnitate terminať ex ei⁹ entitate.Secunda vero sequēs & similiter tertia terminabitur ex eius subsistētia in suppositis.Quæstio vero de eius vnitate exclusione oīs multitudinis,terminabitur loquendo de eius simplicitate inferius.

L
Quæst.ii.
Arg.i.

Irca secundum arguitur ꝙ non sit tm̄ vnus deus:sed ꝙ sint plures dii: Prīo sic. In om̄i genere entis,qđ est tale per participationē reducitur ad illud qđ nō ē tale p pticipationē,sed per essentiā.Sed mlta sunt gña entiū q̄ dicunť eē talia p participationē:vt sunt sapiētia,bonitas &c.hm̄ōi:qb⁹ creaturę plures dicunť esse sapiētes,bonę,& cętera hm̄ōi per participationem.ergo est siliter ponere plures qui sunt tales per essentiam,vt aliquē q est bonus p essentiā,& aliquē q est sapiens p essentiā:& sic de cæteris.quilibet autem talium non est nisi deus.ergo necesse est ponere ꝙ sint plures dii.¶Secundo sic.plura bona paucioribus meliora sunt i qualibet natura bo
2 ni,vt plures sapiētes q̄ vn⁹ plures boni q̄ vn⁹,& sic de cęteris:ergo plures dii boni meliores q̄ vn⁹. Sed dicit Aug.iii.de lib.arb.Qđ meli⁹ est ponere eē q̄ nō esse, credēdum est eē i vniuerso.Itē dicit ꝙ de deo semp sentiēdū ē qđ est meli⁹.credēdū ergo & sentiēdū poti⁹ ꝙ sint plures dii boni q̄ ꝙ vn⁹
Q. plures solus.¶Deīde arguiť ꝙ sit ponere plures deos malos,prio argumēto Manichæi sic. Nō est eadē cā
sint Dii habitus & priuationis.Vñ dicit Auicē.i.meta. suę.Intētio essendi est ex cā quę ē causa essendi:& I
mali prio. tētio nō essendi est ex cā q̄ est priuatio causę intētiōis eēndi.Sed bonū,malū,lux,tenebra,corpale,I corpale,ens nō ens & cætera hmōi se habēt sicut habit⁹ & priuatio.ergo nō sunt ex eadē causa:sed ex diuersis. sed in quolibet ordine & genere causarum est ponere aliquod primū. secūdū Philosophum.ii.metaphysicæ.ergo in ordine priuationum est ponere aliquam primam causam omniū priuationum:sicut in ordine habituum est ponere vnam primam causam omniū effectuum positiuorum: quarum vna non habet esse ab alia:quia sunt contraria:& contrarium non est causa cōtrarii & ita sunt ambo increata & ęque prima.sed omnis causa increata de⁹ est.ergo plures sunt dii,vn⁹
2 bonus & alter malus. ¶Secūdo sic.Dam̄.dicit lib.iiii.Bonum & perniciosum sunt sui corruptiua & non subsistunt vnum cum altero.ergo si solum sit vnus deus summe bon⁹,in toto vniuerso nullum malum persistere sineret.Cum ergo videmus ꝙ multa mala persistāt in vniuerso tam i peccatis & defectibus naturalibus q̄ in voluntariis:non ergo est solum vnus deus bonus q non causat nisi bonum,nec quantum est de se permittit malum: immo necesse est ponere alium deum malum qui non causat nisi malum,& quantum est de se destruit omne bonum contrariando in oībus deo bono.¶Tertio sic.malum opponitur p se bono.ergo & maiori bono opponitur mai⁹ malū:
3 & summe bono summe malum. Nunc autem vult Philosophus.i.cæ.& mund.ꝙ si vnum oppositorum est in natura,& reliquum.quare cū sit ponere in rerū natura summe bonū:& illud non ē nisi deus bonus.ergo similiter necesse ē ponere in rerum natura summe malū,qđ nō sit nisi de⁹ ma
Cōfir.I. lus.¶Ad confirmationē autē huius dicti sui adducunt auctoritates sacræ scripturæ,vt recitat Au
2 gust.in diuersis lib.suis.Dicitur eñ primę Ioan.iiii.Qui facit pct̄m ex diabolo est.& hoc nō nisi tan q̄ ex primo principio mali.ergo &c.¶Itē Matth.xv.dicit Christus.Omnis plantatio quā non plan

tauit pater meus cælestis eradicabit. Est igitur vt dicunt aliqua plantatio quā non plantauit pater cælestis, q̄ ab ipso ē eradicāda. illa aūt nō ē plātata nisi a deo malo pr̄i cælesti cōtrario. ergo &c. ¶Itē secundę Corinth. iiii. dicit Apostolus. Deus huius seculi excęcauit mentes īfidelium. ille autem (vt 3
dicūt) non est nisi deus malus. ergo &c. ¶Itē Ioan. xiiii. dicit Christus. Nunc princeps huius mūdi 4
eiicietur foras. ille autem (vt dicunt) non est nisi deus malus. ergo &c. ¶In oppositū arguitur primo In oppo. 1.
sic ratione diuinæ perfectionis. ille solus est deus cui soli conuenit quicquid natum est deo conuenire. vnus solus est talis cui conuenit quicquid deo natum est conuenire. ergo &c. Minor patet. quā quæ deo nata sunt conuenire, omnia p̄ supabundantiam dicunt̄ de eo. secūdum enim beatū Diony. De⁹ nō est bonus sed supbon⁹: nō est sapiēs sed supsapiēs: & sic de cęteris hmōi. qđ aūt p̄ supabūdātiā dicitur vni soli cōuenit. ergo &c. ¶Secundo sic ratione potentiæ (& est ratio ex dictis Auicē. 2
i. metaphysicæ suę) diuersa adinuicem ordinata oportet ordinari per aliquod vnum. cum eñ diuersa inquantum huiusmodi ex seipsis omnino seiuncta sunt, ex seipsis inquātū hmōi ordinata & coniuncta esse nō possunt nisi per accidēs qđ necessario reducitur ad aliquod per se. oēs ptes vniuersi abinuicem diuersę sunt: & tñ ordine cōiunctę per se, & essentialiter: quia quædam earum mouentur a quibusdā in suos fines: vt corpa inferiora a superioribus, & illa a substantiis separatis. omnes ergo partes vniuersi ordinantur & cōiunguntur adinuicem per aliquod vnum. ille est quem vocamus deum, qui ad finem suum a se intentum, qui ipse est, omnia alia mouet tanq̄ amatum & desideratum, vt Philosophus vult. ergo de⁹ vnus est. ¶Tertio ex eodem medio ratione morali iuxta doctrinā Philosophi in. iiii. Politicę arguitur sic. mundus siue vniuersum perfectissimus est, vt 3
pbat Philosophus. i. cæ. & mun. ergo debet esse ordinatissimus. ordo autem mundi, vt vult in. xi. metaphysicæ, est sicut exercitus ad principem & ducem. ergo debet mūdus esse ordinatus ad modū ordinatissimi principat⁹. Pricipat⁹ aūt in cōmunitate ordinatissim⁹ est ille q̄ est monarchicus i quo dominat̄ vnus solus, vt probat in. iiii. politicæ. ergo ordo mundi debet esse ex principatu vnius. ille aūt qui mundo vniuerso pricipat̄ deus est. ergo &c. ¶Quarto ex eodē medio arguit̄ ex dictis Au- 4
gust. iii. de lib. arbi. sic. melius est fieri per vnum qđ vnico potest fieri, q̄ pluribus. Aliter enim fieri, est aliquid esse vanum & supfluum. qđ autē est melius esse q̄ nō esse, hoc credendum est i mūdo esse, vt dictum est per August. ergo &c. ¶Quinto sic ratione dignitatis. in quolibet genere rerum est 5
aliquod primum principium qđ est simplicissimum & mensura aliorum, vt in melodiis tonus. sicut vult Philosophus. iiii. metaphysicę. esse est vnum genus siue intentio vna realis in qua omnia conueniunt. oportet ergo ponere vnum primū ens simplicissimū & mēsurā in esse aliorum. hoc autem deus est, vt dicit Commē. ibidem de primo in genere substantię, ad quam reducunt̄ omnia genera accidentium. ergo &c. ¶Sexto sic ex eodem medio iuxta dictum beati Diony. cap. xiiii. de di. 6
no. Semper multitudo est participans vno: sed omnis multitudo participans vno necessario reducit̄ ad id qđ est vnum nō participatū: sed p̄ suam essentiam: & hoc non est nisi deus. ergo &c. ¶Septimo sic ratione operationis. vni motui respondet vnus motor. secundum Philosophum. v. physi. 7
Sed tñ est vnus motus primus regula & mensura omnium aliorum. ergo tñ ē vn⁹ motor prim⁹ secundum q̄ procedit demōstratio Philosophi in. viii. physic. ille autem non est nisi deus. ergo &c. ¶Octauo arguit Dam. lib. i. cap. v. rōne regiminis vniuersi, sic. si essent dii multi, eēnt contrarii & repugnantes: quia dignitas parem non patitur: & ita mundus ordine quieto nō gubernaretur ab eis 8
Nunc autem videmus eum quiete gubernari. ergo &c. ¶Ad hoc sunt auctoritates sacræ scripturæ. Deuter. iiii. Neq̄ est alius deus vel in cælo vel in terra. Itē ibidē. vii. Audi Israel dominus de⁹ tu⁹ 9. per auctoritates.
deus vnus est. Item Psal. xvii. Quis deus pręter deū nostrū? Item. lxxxv. Tu es deus solus. Item Esa. xliiii. Absq̄ me non est deus.

¶Dicendū ad hoc, q̄ ex iis quæ dicta sunt in pręcedenti quęst. non est soluta ista q̄stio. licet enim deus sit vn⁹ in natura & essentia, non ex hoc habet̄ q̄ sit vnicus & tñ vnus in suppositis. Sicut ex hoc q̄ habemus q̄ homo sit vnus: quia eadē est ratio hominis & vnius hois: nō habemus q̄ sit tñ vnus homo. Intelligendum igit̄ q̄ vnum cū significat indiuisionem quæ est negatio & priuatio diuisionis simpliciter & cōmuniter dictæ, secundum q̄ in entibus est reperire duplicem diuisionem, secundū hoc vnum potest dicere duplicem indiuisionem oppositam duplici diuisioni existenti in entibus: & oportet nos sic procedere, & iuxta rationem diuisionis inuestigare rationem indiuisionis: quia diuisio nobis notior est indiuisione: & multitudo vnitate, vt dictū est supra. Est aūt in entibus vna diuisio aliquorū vt omnino separatorum non sub aliqua vnitate contentorum, vt est denarius. x. hominum, inquātū sunt multi: & inquātum numerus denarius ē multitudo. x. vnitatum. Alia vero est diuisio aliquorum vt sub vnitate alicuius formæ contentorū, vt est denarius decem hominū inquantū sunt multum, & inquātum secundū Philosophum. v. meta.

Margin: M — Resolutio — N

denarius est semel decem,nõ decies vnum.vt est similiter oẽ totũ ex pluribus partibus integratũ sub vna forma contentũ,vel naturali, secũdum ꝙ omne continuũ vt ois magnitudo & omne animal compositũ ex pluribus mẽbris est vnũ:vel artificiali,secundũ ꝙ vnũ est omne aggregatum:vt est omne totũ glutino vel colla,sicut dom⁹ vel arca.Diuisio primo modo ꝓprie significat noie multitudinis,& est in quolibet numero inquantũ est multitudo quedã ex vnitatibus producta.secũdũ ꝙ dicit Philosophus in.iiii. Metaph.Multa sunt vna plura.& hoc modo multa inquãtũ hmõi nullo modo participãt vno,sed solũ reducunť ad vnũ,vt infra patebit.sicut neqꝫ participant ente.Nõ enĩ sunt ens aut vnũ,sed entia & vna.Nec cadit talis multitudo in diuisione entis aut vni⁹.Nulla enĩ esset diuisio dicere,entiũ aliud est ens vnũ,alia sunt entia multa.Diuisio secũdo modo significať ꝓprie noie multi singulariter dicti:& est in quolibet composito ex partibus inquantũ sub vna forma cõtinentur.Est enĩ quodlibet tale multũ ratione partium diuersarum,& vnũ ratione formę continentis partes.& qđ tale est:opponiť vni oĩno simplici:& cadit in diuisiõe entis cõtra ipm̃ diuisum.vnũ enĩ simplicitate formę & carẽtia partium sub ipsa,dicit indiuisionẽ oppositam diuisioni multitudinis partiũ quarũcũqꝫ sub vna forma contentarũ.secundũ ꝙ dicit Cõmen.super.xi.Metaphysicę.Vnũ qđ diciť de continuo,significat aliquod multũ in potentia & vnũ in actu.Continuũ enĩ diuisibile est:simplex aũt absolutum indiuisibile.& opponunť hæc vnũ & multum priuatiue. Vnũ autẽ cõmune qđ conuertitur cũ ente,est illud qđ dicit indiuisionẽ oppositã diuisioni quã dicit multitudo pluriũ disiunctorũ,& inquantũ ipsa multitudo cõponiť ex huiusmodi vnitatibus opponunť vnum & multa relatiue,sicut mensura & mensuratũ:secundũ ꝙ dicit Philosophus.iiii. Metaph.ꝙ numer⁹ est multitudo mẽsurata per vnũ.& de tali vnitate est hic questio:vtrũ.s. de⁹ ita sit vnus ꝙ non sint multi dii.Et restat multũ querere de deo vtrũ sit vnus simpliciter,de quo habitũ est in quest.pced.& vtrũ sit vnus ita ꝙ nõ multus.de quo habebitur infra,loquendo de eius simplicitate.& vtrũ sit vnus,ita ꝙ nõ sint plures:de quo agitur hic.In prima enĩ iy vnus tenetur absolute.in secunda vero discretiue.in tertia vero participatiue.

O Respõsio. ¶Ad questionem ergo hanc an sit tantũ vnus deus:dicendũ est absolute ꝙ sic. & hoc conuincunt aliquę ex rationibus supradictis, probantibus ꝙ deus est,non tñ oẽs hoc conuincunt.Per rationes enĩ Philo.ii.Metaph.ex statu causę in genere causę efficientis & formalis bene ꝓbatur ꝙ deus est,& ita ꝙ vnus est,quia non est ens nisi vnum,secundũ ꝙ procedit pręcedens questio:sed non probant ꝙ tm̃ vnus est:quia cũ hoc ꝙ rationes illæ probant omne genus causæ stare sigillatim in vno sui generis:non probať ꝙ omne genus causę stet simul in aliquo vno & nõ in pluribus.Illud enĩ deus esset,& tm̃ vnus.Nec etiã videtur hoc probari ex demonstratione Arist.viii. phy.cum probat per reductionẽ omniũ motuũ ad vnum motum primũ,& omnium motorum ad motorẽ omniũ primũ:ꝙ de necessitate sit tm̃ vn⁹ primus motor.qui nõ est nisi de⁹. Dicere enĩ posset aduersarius ꝙ bene verũ est ꝙ vnũ est primũ in genere mouentiũ. Nam si essent plures simul mouentes,neuter esset perfectus motor,& esset aliquis vnus prior eis:quia perfectum semp pręcedit imperfectũ in diuersis.secundũ Philosophum in.xi. Metaph.et sic vnus moueret post alterum, & ita essent plures successiue,& sic neuter esset proprius motor neqꝫ naturalis, sed ambo accidentales.Non tñ ex hoc habeť ꝙ tm̃ sit vnũ primum omnium & vnus deus:quoniã ille motor potest dici esse primus ordine & perfectione & causalitate mouendi:non tamen causalitate efficiendi: vt licet oẽs dicantur moueri ab vno primo:non tñ oportet ꝓpter hoc dicere ꝙ omnes habent esse in forma & substãtia sua ab illo vno primo,sed forte ab alio.& sic licet ille sit primus in genere causę mouentis:non oportet ex hoc ꝙ sit prim⁹ in genere causę efficiẽtis,nec forte in genere causę finalis similiter oportebit:vt dicať ꝙ etsi mouentia & mota diuersorũ generum moueant & moueantur propter vnũ primũ,ꝙ hoc sit propter vnũ primũ,sed ꝓpter diuersa:& tamẽ qđlibet illorũ si ponatur primum,necessariũ est ponere ipm̃ esse deum.Dicta ergo demõstratio Philo.ex.viii.phy.nõ cõuincit propositum nisi valde implicite.Procedit enĩ solũmodo via motus,quã solam habet naturalis Philosophus cõsiderare:quia impossibile est declarari in naturalibus alia via substantiã abstractã esse nisi ex motu.& si sint alię vię,illę monstranť in philosophia prima.vt dicit Cõmẽ.super.xi. Via autẽ motus inquantũ huiusmodi non ꝓbatur esse vnũ primũ nisi in ratione mouentis:non autẽ in rõne efficiẽtis vel finis.Nec etiã demõstratiões secũdi Meta.singulariter acceptę hoc cõuincũt:sed si oẽs simul cõsentur in vnũ,bene cõuincũt ꝓpositũ.& ideo Philosophus in.xii. Meta.reuertiť sup suam demonstrationen habitam in.viii.Phy.& adiungit sibi illas de secundo Meta.reducendo tria genera causarũ in vnam,probando ꝙ agens & finis sunt idẽ cum forma:probando per hoc non solum esse vnum primum principiũ omniũ qđ de⁹ est,in singulis generibus causarũ: sed in omnib⁹ simul,& sic ꝙ sit tantũ vnus deus:& tm̃ vnum principium.Probat enĩ ꝙ agens idem est cum for

P

ma:qa agēs proximum nō agit nisi per formā quā gñat in passo. Medicina enim inquātum est ars sanitatis effectiua, aliquo modo est sanitas: & domificatiua in artifice quodammodo est domus: & vis in semine generatiua hois quodammodo est homo. & secundum Cōmen. dispositio vltimi mouentis omnia est sicut dispositio mouentis propinqui. Quare cum primum mouēs mouet ad oēs formas, manifestum est ꝙ forma primi mouentis quodammodo est omnes formę. Et veritas est qđ dicit: ꝙ.s. primum principium debet esse conueniens principiatis, secundum modum quo est cōueniens proximum principium: sed aliquo modo vli nō autem particulari, sicut conueniens est pricipium proximum. Probat etiam ꝙ finis in primo mouente idem sit cum forma qua mouet, vt propter hoc sit primū mouens: & qa agit motum: & quia informat motū: & quia est finis motus. Qđ Philosophus simpliciter proponit dicens ꝙ mouet sicut desideratum & intellectum. sed Commentator pertractat ꝓbationē, dicēs ꝙ in nobis differunt agens motum & finis motus. secundū ꝙ agēs motum est in aia: finis autem motus est extra aīam. ita ꝙ si contingeret ꝙ id propter qđ agit: non esset extra animā, vt ꝙ forma balnei propter qđ agit calefaciendo aquam, non esset in materia: sed in aīa tm̄: tunc idem in aia existēs moueret secundū agens & secundum finem sine aliqua variatione. Et sic probat Philosophus generaliter ꝙ omnia mouet prim⁹ motor: & secundum ꝙ est forma earum ad quas mouet: & secūdum ꝙ est agēs eorū q̄ mouenť ab ipso: & scdm ꝙ est finis quē appetūt in hoc motu tāq̄ aliquid magis bonū ipsis qđ est nobilissimū entium. Ista ergo tria concludendo in vnū, agens.s. formā & finem, concludiť infallibiliter ꝙ primum principium sit vnum & tm̄ vnum: quia vt ex hoc Philosophus concludit ibidē, cælum & omnia alia continua & connexa sunt adinuicem propter vnū primū principiū. Quæ connexio ostendit efficacissime primi principii vnitatem, & ꝙ tm̄ vnum sit. Qđ patet pertractando. Cum enim omnia quæ sunt in vniuerso connexa sunt: & habent vnum primum motorem qui mouet vt efficiens secundum formam & finem, ipse est ens pfectissimum & perfectius aliis: ad cuius similitudinem alia habent esse perfectioni eius magis appropinquantia, secundum ꝙ sunt ei ꝓpinquiora in gradu & ordine vniuersi. Propter cuius perfectionem in se attingendam quantum possunt directa ab ipso mouentur in ipsum: sed p ordinem quo oia sunt ad ipsum ordinata & inter se cōnexa, vt per ordinē semper vnū regat & moueat alterum: ita ꝙ oīa mota sint ab vno primo, & in idipsum vltimo p suum motum reducta: & sic vnitati finis respondeat vnitas agentis: & econuerso. Et per hunc ordinem & cōnexionē omniū ꝓcedentium ab vno & in vnum in esse suo reductorum ens dicitur analogice de omnibus non ęquiuoce: quia semper actum & motum est simile & proportionale quodammodo in esse mouenti. propter qđ etiam vnum dependet semp in esse ab altero: & quodammodo assimilať ei in forma. Et ratio eēndi in qbusdā dicta est per habitudinem ad alia: & per hoc vnum eorum semper ducit in cognitionem alterius: & secūdū hoc vt dicit Cōmen. omnes motus & actiones rerū naturaliū idem intendunt.s. ordinem totius: quia oēs colligati sunt per motum primi, & quilibet motor alius perficitur p formā primi motoris omnium: & est dispositio eorū in iuuando & conseruādo adinuicem: sicut est dispositio bonorū virorum qui regūt se adinuicē in bonā quietē. qm̄ omnes actiones eorum sunt erga actionē primi principis. Ponunt enim actiones suas seruientes & consequētes actionē primi pricipii. quēadmodū prim⁹ princeps i ciuitatib⁹ necesse est vt habeat actionē propriam quæ est nobilissima actionū quā intēdit omnes qui sunt sub primo p suas actiones: sicut accidit eis qui iuuant se erga vnum artificiale. secundū ꝙ determinat Philosophus in primo Ethi. ꝙ omnes artes in ciuitate ordinanť in finē ciuilis scientiæ. Vnde & Philosophus ipse dicit in fi. xii. ꝙ in natura totius est bonum & nobile distinctum & ordinatum: vt in exercitu & ciuitate est bonum: & in duce magis: & ille non est propter ordinē: sed alia ꝑpter istum. oīa eñ ordinata sunt i simul aliquo modo: sed non ordine consimili natantia, volantia, & plantę. sed tamen non sunt i tali positione in qua non comparātur adinuicē omnino: sed habēt aliquid compationis. omnia enim ordinata sunt adinuicē & respectu vnius. Ordo ergo vniuersi & regimen mūdi est illud quo demōstratiue possumus probare deum esse vnum tm̄, & hoc a posteriori, pręter illa quibus in sequēti q̄stiōe probatur a priori: quia.s. deū necesse est esse tm̄ vnū: ita ꝙ impossibile sit oīno plures deos esse. Vnde ex ratiocinatione iam pertractata, cōcludens Philosophus in. xii. dicit. Igiť deus est vn⁹, æternus, in fine nobilitatis. Et secūdum viam illius ratiocinationis ꝓcesserunt omnes rationes ad partem istam adductę: sicut patet: & ideo concedendæ sunt. Q

R

¶ Ad primum in oppositum ꝙ in pluribus generibus rerum multa sunt per participationē: ergo & vnum per essentiā in singulis: Dicendum ꝙ non oportet ꝙ oīs participatio ad vnū & eūdē finē reduciť, qui est quodāmodo forma omniū formarum, vt dictū est: & esse omnium entiū, vt dicēdū est infra. Vnde non sunt diuersa genera participatoꝝ per se distincta & inordinata Ad pri. principale

sed omnia sunt adinuicē & ad vnum ordinata.vt dictum est.& secūdū q dicit Dio.c.iiii.de di.no.
oia inuicē connectunt,nec solum inuicem,sed ad vnū oia,vt cōmilitones in exercitu adinuicē cōne
ctuntur secundū sub & supra,& oēs simul ad ducē.vt dictum est.Et per hunc modū etiā vere mul
ta non sub aliqua forma vnitatis,sed solius ordinis contenta ad vnū necessario reducunt in vni-
uerso,cui9 vnitas est causa vnitatis vniuersi.secūdū q dicit Boethius de vnitate & vno. Quia na
turæ creator vnus est:ideo rebus quas cōdidit hoc in cōmune dedit, vt vnaqueq habeat esse vnū
Ac per hoc quia ex eo ex quo res habet esse est vna:ideo motus omniū substantiarū est ad vnum,
& propter vnū:ideoq ad vnum tendunt.vnitas enim quæ vnit omnia, & retinet omnia, diffusa est
in omnibus quę sunt. & ideo dicit Philosophus in.xii. Motor primus qui non mouetur est vnus
numero & ratione:tm̄ ergo vnum coelum est.& loquit de coelo primo,per cuius vnitatē intelligit
vnitatē totius mundi.& Plato dicit in Timęo.Mundus est vnus,quia iuxta vnum exēplar forma-
tus est.Sed tn̄ secundū genera diuersa participatorum antiqui plures deos ponebant secundū plu
ralitatem effectuū diuinorū circa creaturas,quos ad vnū reducere nesciebant. vnde ponebant deū
sapientię,deum pacis,deū belli:& similiter diuersis creaturis diuersos deos pesse dicebāt.vt pertra
ctat Aug.de ci.d.Per hunc enim modū imponitur Platoni ipsum posuisse ideam separatam sapiētię
iustitię & omniū rerū naturaliū,q̄ essent p essentiā id qd̄ essent alia p participationē:q̄ deos eū po-
S nere necesse erat secundū eos. Si Plato sic posuisset, errasset procul dubio. vnde potius credit omnes
ideas in mente diuina posuisse,vt visum est supra secundū Aug. Quicūq tn̄ alicuius sapientię sic
posuerūt plures deos q formaliter essent per essentiā bonitas non participata,similiter sapiētia &c.
huiusmodi,posuerunt oēs tales deos sub vno vero deo cōtineri, a quo effectiue participarent vno
& ente,& cęteris oibus perfectionibus, qui solus est vnus & ens per essentiā formaliter & a nullo ef
fectiue.vt habitū est supra. Vnde ad huiusmodi participationē oīm deorū ab vno aspiciēs Proclus
dicit.Omnis deus participat aliquo vno pter vnum. De omnibus tn̄ talibus dicit Dio.c.x. de di.
no.q nec ipsi nec patres eorū sciuerunt quid dicerent, separantes in diuersos,qd̄ in vno solo ponen
T dum erat.¶Ad secundū q plures dii meliores sunt q̄ vnus:dicendum q hoc est verum in illis qui
Ad scd̄m. distincta bona habent in se,ita q bonum vnius non insit omnino alteri.sed si esset in vno quicquid
boni posset poni in pluribus,& multo excellentiori modo q̄ in illis,vt est in deo nostro,hic plura bo
na non sunt magis eligenda q̄ vnum,vt infra videbitur de diuina perfectione:immo ipsum vnum
V magis esset eligendū q̄ illa plura quotquot essent segregata ab isto vno.¶Ad tertium argumentū
Ad tertiū Manichęorū q non est idem principium habituū & priuationū:dicendum q secundū Philosophū
iiii.Metaph.& secūdū Cōmē.inter negationē & priuationē differētia est, qa negatio ē absolutio ne
gati ab esse simpliciter.vnde non habet causam omnino sicut non ens purum, vt chimęra vel tra-
gelaphus.Priuatio vero est absolutio esse alicuius a natura determinata. vnde habet subiectum de
quo dicitur:qd̄ cum fuerit dispositū per priuationē,erit priuatio ipsa in forma affirmationis deno
minās ipsum.quia vt dicit Philoso.ii. phy.priuatio species quodāmodo est. Vnde quia priuatio est
negatio in subiecto & nō tollit totaliter ens sed aliqd ipsi9 eē tollit,& aliquid reliquit in subiecto in
quo est. Aliter enim non esset priuatio sed negatio. & sic non ens qd̄ est priuatio est quodāmodo
ens,propter subiectum scilicet in quo fundat priuatio,propter qd̄ est simpliciter non ens:secundū
quid autē ens.Hinc est q priuatio potest habere causam esse sui in subiecto, sed nō oportet q aliā
ab illa quæ est causa vel nata est esse causa habitus sibi oppositi:sed vel aliam vel eādem alio & alio
modo se habentē.secundū q dicit Philosophus.ii.phy.Eadem est causa contrariorum. Quę enim prę
sens per sui pręsentiam est causa alicuius,p sui absentiam est causa sui contrarii:vt absentia guber
natoris est causa submersionis nauis,cuius erat præsentia salutis causa.& sic priuatio a quocunq
causetur non habet causam efficientē sed deficientem solum.secūdū q dicit Augu.xii. de ci.dei.c.
vii. Non est efficiens causa mali sed deficiens, nec voluntas mali est effectio sed defectio.& Dio.
Optimorum causa vna est,malorum multę.non quidem effectiue sed defectiue.Et hoc non in quo
cūq agēte est possibile,sed solū in illo qd̄ in sua actione a fine intēto a se potest deficere, cuiusmodi
non potest esse causa prima quæ est deus.Ipse enim in eo qd̄ immediate agit,nullum defectum si-
ue malū relinqre pōt.quia vt dicitur in Cāti.Deute.Dei perfecta sunt opera. Cū enim vnumqdq
dicitur bonum & perfectum in ordine ad finem:secundū q dicit.iii.Meta.Bonum per se & per suā
essentiam est finis & complementum:& in rebus quæ non mouentur erga perfectionem,in eis non
est aliquod bonum: & vt dicitur secundo eiusdem,nihil incipit agere actionem nisi intendendo fi
nem:Malum igitur aut defectus non contingit in opere alicuius agentis,nisi quia deficit a fine: vt
producat rem sub tali dispositione in qua non est nata ordinari in finem intentū ab agente. Deus
autē in nullo opere suo qd̄ agit immediate a fine intento deficere potest,& hoc vel a fine vniuersali

speciei, vel a fine prticulari indiuidui qđ operatur. & sic in nullo ope suo pōt incidere defectus aut malum. Vnde si vellet creare hominem caecum: & crearet: sicut & potest: etsi ille deficeret a fine vniuersali suae speciei ad quē naturaliter ordinatur per visum visus: non tamen deficeret a fine particulari ad quem fit tale indiuiduum: qui pōt esse glorificatio dei aut manifestatio potentiae eius: in quem pro loco & tempore pfectius posset ordinari homo caecus q̄ videns: & sic opus hoc inquātū a deo fieret esset oīno pfectū: & ī nullo defectiuū simpliciter: licet eēt opus simplr̄ defectiuū: si tale fieret a natura: q̄ nō posset ītēdere ī eo aliū finē q̄ finē speciei a quo deficit: respectu cui⁹ hoc idiuiduum qđ est op⁹ dei, licet sit defectiuum: hoc est ei esse defectiuum secundum quid: qđ tamen simpliciter est perfectum inquantum est opus dei ad finem perfectiorem ordinatum q̄ sit finis suę speciei: quem finem perfectiorem nisi deus in illo suo opere intenderet, simpliciter eēt defectiuum. Sed hoc impossibile est ponere circa deum, ꝙ tale opus faceret: & talem finem non intenderet: tūc enim non ageret ipsum nisi aut intendēdo finē speciei a quo deficit: & sic incideret malum siue defect⁹ in opere dei: aut nullum finem intendendo omnino: & vtrūq; est impossibile omnino. Primum est impossibile: ꝙ. s. intendat finem consequi in suo ope quē non consequit: quia vt dicitur in Psal. Oīa q̄cūq; voluit dominus fe. in cae. & in ter. & aliter impotens esset. Secundum similiter est impossibile quia actio sine intentione finis non est per rationem & dispositionem prouidentiae, sine qua impossibile est deum operari in creaturis. Ponere ergo sic operari deum aliquem effectū est implicare cōtradictoria, deū. s. non esse deum. Operās enim ex nihilo deus ē: operās autem sine ratione & prouidentia deus non est. Nec etiam potest poni ꝙ malum & defectus fiat in rebus ab aliqua causa quę sit causa prima mali & soli⁹ mali. secundū ꝙ dicebāt Manichaei: & quidā antiq nō ponētes materiā ex qua fierent contraria: & tamen ponebant fieri contraria & ea transmutari adinuicem: vt ex bono malum & ex habitu priuationem fieri. Qui cum ponebāt transmutationem contrariorum fieri ex principiis contrariis agentibus sine subiecto, necesse habebant ponere principium priuationis & mali in esse, principium aliud & contrariū omnino principio boni & habitus. Sed ponendo materiā subiectam contrariis: non est necesse ponere hoc, vt dicit Philosophus contra eos in. xii. metaphysi. Quia in causis agentibus secundariis sub causa prima qđ agere natum est id qđ est habit⁹, natum est etiam agere id quod est priuationis. deficiendo enim in actione circa subiectum potest esse causa mali & priuationis. Et hoc nō potest cōtingere aut vix in illis quę proximę sunt primo: in quib⁹ nunq̄ cadit error siue defectus: aut raro & modicus: quas Philosophus dicit esse in mundo sicut filios in domo: sed in causis remotis quas dicit esse sicut seruos in domo. q filii & serui ambo sub deo sunt in mundo: sicut in domo subiecti sub vno domino. secūdum ꝙ dicit Greg. in homilia. Conditor rerum regit quos condidit: & sic in hoc mundo possidet quasi subiectos dominus in domo. Vnde de cā mali & defectus in mundo Phus quęrit in. xii. meta. Si oīa vt pdictū est, sunt ordinata inter se & respectu vnius, vnde ergo accidit error & malum. Et respondet dicens, ꝙ sicut liberi domus raro comprehenduntur facere quicq̄ inordinati: sed omnes actiones eorum aut plures sunt ordinatę: seruorum autem actiones fiunt quandocūq; vt frequenter inordinate agant: & haec est natura vtriusq; eorum: Similiter est in vniuerso. Errabant ergo Manichaei: sicut prędicti quos Philosoph⁹ redarguit. errabant enim credendo priuationes per se existere & causari: & habere causas positiuas sicut & habitus habent. secundū em̄ August. contra ipsos Manichęos, sine omni defectione ex parte agentis: sed ex sola natura rei defectibilis in ipsa cadere potest defectus & priuatio. secundum ꝙ dicit contra epistolam fundamenti. Discite naturas quas fecit deus & condidit excellentiae gradib⁹ ordinatas a summis vsq; ad infimas omnes bonas: sed alias aliis esse potiores: factasq; esse de nihilo vt esset qđ non erat & inquantum esset, bonum: inquātum autem deficeret, se nō a deo genitum: sed ab ipso de nihilo factum ostēderet: & hoc ita ꝙ si tollatur quicquid boni est omnino deficit res & nulla natura manet quę posset dici mala. Q; si maneat aliqd qđ possit dici quia ē: & malum est: hoc non contingit nisi quia id quod est bonum est: & quod mali est in illo bono consistit. Vnde dicit in eodem. Malo adempto manet natura purgatior. Bono autem subtracto non manet vlla natura. Hoc ibi facit natura quod bonum est: quod autem malum, non natura: sed contra naturam est. quod non videbant Manichaei. Vnde errabant quęrendo vnde esset malum: non prius quęrendo quid est malum. Prius enim (vt dicit August.) quęrēdum est quid sit malum: deinde vnde sit: vt inuento ꝙ non sit natura aliqua, non quęratur ei efficiens causa: sed deficiēs solum. Vnde & Auicen. in auctoritate assumpta in argumento dicit ꝙ intentio non essendi est ex causa q̄ est priuatio causę essendi, non quae est priuatio simpliciter in se subsistēs. Qđ quia non dixerūt Manichaei: sed ponentes malum esse naturam aliquam in se subsistentem, cum quęrebant vnde esset non potuerunt eis nisi vana occurrere: & ideo errabant ponendo plura principia contraria boni &

mali separata : & plures deos vnum bonum, alium malum: errore consimili quo precedentes po-
X nebant plures deos bonos.¶Ad quartū q̄ si non esset nisi vnus deus bonus, ipse non permitteret
Ad q̄rtū. malum in suo vniuerso: dicendū q̄ aliquid est destructiuū alterius actione naturalis contrarieta-
tis,vel voluntarię dispositionis.Primo modo calidū destruit frigidum.Secūdo modo causans cali-
dū destruit frigidū.Primo ergo modo bonū nō destruit malū nisi qđ habet malū sibi formaliter cō-
trariū,a quo destrui natum est.Hoc modo summū bonū nullius mali est destructiuū : quia malū
non cadit in ipso:nec contrariatur ei formaliter,sed solū particularib⁹ bonis:inquantū deficiunt a
pfecta bonitate primi.Hoc eñ modo deo solū opponit̃ negatio esse,qđ nō est malū priuatiue dictū
secundū q̄ dicit Aug.de natura boni.Ei qui vere est,nō potest esse cōtrariū nisi qđ nō est. & de ve
ra reli.Bonū qđ vitiari non potest deus est:cętera oia vitiari possunt, qa p se nihil sunt.Nec tñ qđ
cūq̄ illorū vitiat̃ sed infima solū.secundū q̄ dicit Aug.cōtra epistolā funda. Quis sit malum cor-
ruptio,& non sit a conditore naturarum:tñ illo gubernāte omnia q̄ fecit,sic ordinata est vt nō no-
ceat nisi naturis infimis.& hoc(secundū q̄ dicit de natura boni)vt cedant infirmiora firmioribus
inualidiora fortioribus,impotētia potentiorib⁹:atq̄ ita coelestibus terrena cōcordent tanq̄ pcellen-
tibus subdita.Sed quęrunt Manichei,num faceret deus naturas corruptibiles: & respondet Aug.
Inquātum(inquit) naturę sunt deus fecit, inquantum corruptibiles,nō fecit. Cum eñ dico natu-
ra corruptibilis,non vnum sed duo dico. Item cum dico fecit ex nihilo,non vnum sed duo aduer-
timus. Redde ergo singula singulis: vt audis naturam,ad deū pertinet : vt audis corruptibilem:
ad nihilū.Naturam ergo fecit bonum:inquantū hoc fecit,bonum fecit:q̄q̄ incorruptibile bonū me-
lius est, & nisi fecisset corruptibilia, non essent omnia. Fecit ergo singula & corruptibilia & incor-
ruptibilia,vt essent omnia.Hinc dicit in Ench.Ab ipsa summa trinitate cętera oia sunt,nec sum-
me bona nec ęqualiter:sed tamen bona singula,simul vero vniuersa valde bona, quia ex oībus con-
sistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo.Sed diceres:nō permitteret illa corrūpi,nec malū oino
in bono fieri,qđ fecit.Hoc reuera facere posset,& malū omne volūtarie destruere:sed nō vult,quia
ordinem suū talem rebus permittere ad decorē & ordinem vniuersi est. aliter eñ non permitteret
ea.secundū q̄ dicit Aug.cōtra epistolā funda.Cur(inquis)qđ naturę dedit deus tollit corruptio?
& respōdet dicens.Non tollit nisi vbi permittit deus: ibi autē permittit vbi iustissimū & ordina-
tissimum iudicat pro rerū gradibus & meritis animarū.Primū quo ad corruptionē poenalem.Se-
cūdū quo ad corruptionē vitiosam.Et quomodo hoc,statim declarat in simili dicēs.Nā species vo-
cis emissa pręterit:& silentio cōprimitur:& tamē sermo noster ex prętereuntiū verborū decessione
ac successione peragitur,& moderatissimis silentiorum interuallis decenter suauiterq̄ distingui-
tur.Ita sese habet etiam temporaliū infinita pulchritudo,vt rerū transitu peragatur,& distinguat̃
morte nascentium:cuius pulchritudinis ordinem & modos si posset capere sensus noster atq̄ me-
moria,ita nobis placeret,vt defectus quibus distinguitur,nec corruptiones vocare auderemus.Et
de natura boni.Fit autē decedentibus & succedentibus rebus tēporalibus quędā in suo genere pul-
chritudo,vt nec ipsa quæ moriuntur vel quæ esse desinunt,turpent aut turbent modum,speciem
aut ordinē vniuersę creaturæ:sicut sermo bene compositus vtiq̄ pulcher est,q̄uis in eo syllabę atq̄
omnes soni tanq̄ nascendo & moriendo transcurrant.Hinc dicit in Ench. Id qđ malū dicitur,bene
ordinatū & in loco suo positum eminentius cōmendat bona,vt magis placeāt & laudabiliora sint
dū comparātur malis.Neq̄ enim deus omnipotens cum summe bonus sit, vllo modo fineret mali
Y aliquid esse in operibus suis,nisi vsqueadeo esset oipotens & bonus,vt & bene faceret etiā de malo.
Ad q̄ntū. ¶Ad quintum q̄ est ponere summe bonū,ergo & eius contrariū summe malum:dicendū secundū
iam dicta q̄ summe bonum non habet malum aliqđ contrarium, sed illud solum habet contrariū
sibi bonum particulare sub ipso.Qđ autē assumitur,si simpliciter ad simpliciter &c.Dicendum q̄
illa regula intelligit̃ in illis quæ sunt per se,vt si albū disgregat,& magis magis,& maxime maxi-
me:non autem in eis quæ sunt per accidēs:vt si album est musicum:magis album est magis musi-
cum,& maxime maxime.Nunc autem malum non cōtrariatur bono per se quia bonum: sed quia
ex non ente productū,vt dictum est prius.& ideo malum habet esse in bono,& non nisi in bono.se-
cundū q̄ dicit in Ench.Nullū est qđ dicitur malū nisi vllum bonum sit.quapropter in his contra-
riis quæ bona & mala vocantur,illa dialecticorum regula deficit q̄ dicit nulli rei simul inesse,simul
non inesse.Hæc eñ duo contraria ita sunt simul,vt si bonum non esset in quo esset malum, pror-
Z sus nec malum esse potuisset:quia nō modo vbi consisteret,sed vnde etiā oriretur non haberet. Ex
Ad aucto bonis ergo mala orta sunt,& nisi in aliquib⁹ bonis nō sunt.¶Ad primā auctoritatē,Qui facit pec-
ritatē pri- catum ex diabolo est:dicendum q̄ verum est non quo ad naturam, sed quo ad malum peccati in
mam. natura,& hoc non efficiendo,vt volunt Manichei:aliter eñ non haberent suū intentū:sed suaden-

do,& ipsum diabolum in suo peccato imitando. qđ non arguit diabolum in natura sua esse aliqđ malum,sed solum in suo vitio & actu vitioso.¶Per idem patet ad secundam.plantatio enim pecca ti ex diabolo est,vt dictum est, non natura peccantis, & non ex natura diaboli procedens: sed ex eius vitio.¶Similiter per idē patet ad tertiam.per hoc enim diabolus excęcat ꝙ peccatum suadet. ¶Per idem patet ad quartam.dicitur enim diabolus princeps huius seculi:qui totus ī maligno po situs est:non ratione naturæ:secundum ꝙ Manichæi oĩa corporalia posuerūt eē a deo malo: sed ratione malignitatis eius:quia est causa eius:secundum modum tamen iam dictum. Ad sc̄dam Ad tertiā Ad q̄rtā.

Irca tertium arguitur ꝙ possibile est plures deos esse,primo sic.eodē gradu cur runt vnitas dei,& vnitas mundi. Vnde Philosophus in.xii.metaphysi.ex vnitate mundi probat vnitatem dei:& econuerso,vt dictum est supra.sed possibile ē plures esse mundos & simul & successiue:quod etiam plures philosophi posuerunt:cum plures mundos esse(vt videtur)nō includit contradictionem:& ita ē possibile deo.quia enim est omnipotens,potest oĩe possibile: quale est oĩe illud in quo non includitur contradictio:quia aliter deo nihil est impossibile.ergo &c. A Quest. iii. Arg. 1.

¶Secundo sic.bonum & perfectum est suiipsius diffusiuum ; tunc enim secundum Philosophum 2 vnumquodꝗ perfectum est:cum potest generare alterum tale quale ipsum est.Deus autē summe bonus:& summe perfectus est:in quo est quicquid in aliis perfectiōis est.ergo potest producere aliū deum qualis ipse est:& sic possibile est vt sint plures dii.¶In oppositum primo arguitur ex distinctione eorū sic.Si plures sint dii,puta duo,oportet ꝙ ambo cōueniāt in intētione deitatis,& vt sub illa distinguātur. Aliter eñ aut ambo non essent dii:aut nō plures dii.Distictio aūt sub aliquo cōmuni non est nisi per aliquid additum illi communi in vno eorum vel in vtroꝗ.ipso enim communi non possunt distingui:quia ipso conueniunt: & diuersitas in substantia reducitur ad multitudinem:sicut conuenientia ad vnitatem,vt habetur.ix.metaphy. Id igitur qđ est commune ipsis, est causa conuenientię ipsorum:& qđ est diuersum in eis est causa differentię ipsorum.tale autem qđ facit diuersitatem additum ad id qđ est idem,facit compositionem.vnus ergo eorum vel ambo essent compositi.Non est autē deus nisi sit simplex,vt infra videbitur:aut ergo neuter eorum erit deus aut alter tm̄.¶Sc̄do quasi ex eodē medio alio modo sic.quicūꝗ sunt plures re,si debēt eē plu 2 res dii,de quibus est quæstio,oportet ꝙ communicent eadem natura deitatis:non secundum hoc aliquid:quia tunc non esset nisi vnus,sicut fides tenet tres personas in vna substantia esse vnū deū sed necesse est ꝙ tm̄ communicent eadem natura deitatis: secūdum rationem vnam communem in eo ꝙ sunt deus simpliciter:& secundum rationes diuersas ī eo ꝙ sunt hoc aliquid q̄cunꝗ sunt talia.& si idem communicēt,hoc est secūdū aliud & aliud esse.Duorū eñ diuersorꝫ in eo qđ ē hoc aliquid,non ē idē esse:sed quęcūꝗ eandem naturam cōmunicant sc̄dm aliud & aliud esse,in nullo eorum sua quiditas est suum esse:quia illud esse non est totum qđ est naturæ illi9: sed participatū in vtroꝗ.Non est autem deus nisi cuius essentia est suū esse purum nō participatū.ergo &c.¶Ter 3 tio arguitur ad idem ex natura diuinæ simplicitatis sic.natura quæ ex seipsa determinat suppositum,in pluribus inueniri non potest:quia id qđ est principium indiuiduationis & suppositi determinati,pluribus esse commune non potest.secundum ꝙ dicit Dam̄.de duabus na.Christi.Impossibile ē vnā & eandē hypostasim nō vti characteristicis & cōstitutiuis ipsi9 & diuisiuis ipsi9 a reliquis hypostasib9.natura diuina seipsa determinat suppositum & hoc aliquid:quia seipsa est indiuidua:quia si alio a se fieret indiuidua, esset indiuiduum compositum ex ipsa natura: & alio ei superaddito:qđ est impossibile,vt infra probatur.Iterum,si alio a se fieret indiuidua:tunc illo ipsa natura in illo indiuiduo determinaref,postq̄ de se ad indiuiduum determinata non esset:sed indifferens ad plura indiuidua,naturam autem diuinam aliquo determinari est impossibile. Cum enim deus sit esse purum & subsistens,vt dictum est supra:illud ergo determinans cum facit ipsum esse hoc aliquid, aut requiritur in deo ad essendi complementum in eo ꝙ debet esse hoc aliquid:aut non.Si non,ergo est ipsi accidentale : quia quicquid sequitur completum esse rei in natura & substantia sua,accidentale est illi,qđ est impossibile ponere in deo:quia in deo nullum cadit accidēs,vt infra videbitur.Sed dato ꝙ possit in deo cadere adhuc tale accidens: cum non possit esse nec aduenire substantiali esse sine causa alia,de illa causa quęro,aut est ipsa diuina essentia quæ est ipm̄ subsistēs esse: aut aliquid aliud.Si primo modo:quare cum accidēs qđ causatur a subiecto qđ determinat ipsum subiectum & in quo est:non indiuiduatur nisi per subiecti indiuiduationem:si ipsum esse substantiale non est indiuiduatum:sed potest esse in pluribus:nec illud accidēs. Et si sic,illud accidens ipsum esse substantiale ad suppositum determinare non potest. Si autem causa illius accidentis sit aliquid aliud ab ipsa diuina essentia & eius esse:tunc nisi illud aliud esset, nō haberet ab In opposi.

ipso esse in deo, hoc accidens, neq; esset ipsius dei indiuiduatio & distinctio, sed esse eius proprium quo habet esse hoc aliquid, dependeret ab alio. & ita neuter ipsorum qui ponitur esse deus, ex se est necesse esse, sed habet esse sui causam ab alio: cũ nihil habeat esse nisi in supposito existat & hoc aliquid. Si autem illud determinans requiritur ad complementũ esse substantialẽ in deo: & per hoc dat ei ꝙ sit hoc aliquid: hoc non potest esse nisi quia aut includitur in ipso vt animatũ in aĩali: aut quia specificatur per ipsum tanq̃ per differentiam, vt animal per rationale. Si primo modo, tunc indifferenter illud conuenit ambobus diis, sicut & ipsum esse: & ita per illud non distingueretur vnus eorũ ab alio in eo qđ est hoc aliqđ sicut neq; per ipsum esse. Secundus modus omnino stare non potest. Cum eñ differentia non est de ratione generis, sed ratio generis de se cõpleta est quo ad esse generis ante aduentum differentię: licet sine differentia non possit subsistere in actu: quare cũ ipsa diuina essentia quę ponitur habere rationem generis sit ipsum esse in actu, quia est esse purum per essentiam non participatũ vt habitum est supra, illa differentia adueniens non potest ipsi essentię dare actum essendi. Si eñ daret esse, acquireretur ei, & non esset ipsum esse. Cum ergo vt probatum est natura diuina vt sit hoc aliquid nullo determinari potest, & tñ ipsa habet esse in actu, vt probatum est supra: & nihil existit in actu nisi sit hoc aliquid: ipsa diuina essentia necessario de se vt essentia est: est hoc aliquid: nec potest igitur pluribus cõuenire. Non potest aũt esse deus nisi cui conue

4 nit diuina essentia, plures ergo deos esse est impossibile. ¶Quarto ex eodẽ sic. necessitas essendi non conuenit nisi signato inquantũ signatum: cũ sit ratio suæ indiuiduationis: quæ non est cõmunicabilis, nec potest alteri cõuenire: quia singularitas rei & ratio indiuiduationis eiꝰ si alteri cõueniret tunc non esset singularitas, vel simul esset singularitas & non singularitas, & essent contradictoria simul in eodem. Et ideo dicit Philosophus in. vii. Metaph. Impossibile est ꝙ substantia alicuius sint q̃ dicuntur vniuersalia. Substãtia eñ prima quę est cuiuslibet, ꝓpria est cuilibet, & nõ est alteriꝰ: vniuersale aũt cõmune est: necessitas ergo essendi q̃ deus est nõ potest alteri cõuenire. Probatio maioris est, quoniam qđ de se non est hoc signatum non est de se actu existens: quia actu existẽs non est nisi signatũ & distinctum. Si ergo necessitas essendi non esset de se signatũ in supposito, nõ esset de se existens in actu: quare oporteret ꝙ ei acqreretur ab alio, a quo designatio sui esse fieret, & sic ipsum esse eiꝰ ab alio depẽderet, & nõ eẽt necesse esse. Quare cũ vera dei natura id qđ est nõ sit nisi necesse esse, vt habitũ est supra: ipsa non cõuenit nisi supposito signato inquantum signatum est, vt per idem deus sit deus & iste deus. Tale autẽ nullo modo plurificabile est. Sicut si sortes eodẽ signato quo est sortes esset homo: sicut id qđ est sortes re, nõ potest esse plures sortes: ita natura qua est ho-

5 mo non posset esse plures homines. ergo &c. ¶Quinto virtute eiusdem medii arguit Ricardus in primo de Tri. sic. Non aliud est deitas q̃ illa substantia dei vnius: si ergo aliud in substãtia haberet deitatẽ, habebit & illã substantiã, & sic idẽ erit in substãtia plura & vnũ: qđ est impossibile. ergo &c.

6 ¶Sexto arguit in eodẽ. c. xviii. sic. Deitas aut est cõicabilis pluribus substãtia diuersis aut incõicabilis. si incõicabilis, solũ vnus deus est. si cõicabilis, aut in vnitate substãtię, & non est nisi vnus deus, vt in personis diuinis tribus: aut in diuersitate substantiæ. ꝙ si sic, cum deitas non sit nisi illa substãtia vnius dei, & substantia vna non potest communicari pluribus diuersis in substantia, nisi vna substantia sit simul vna & plures, hoc autem est impossibile: non ergo deitas est communicabilis pluribus differentibus in substantia, sed solum eisdem. tales autem propter vnitatem substantię nõ

7 sunt nisi vnus deus. ergo &c. ¶Septimo arguit in eodem. c. x. & xiiii. sed alia via sic. Idẽ sunt in deo nostro summa potẽtia, summa sapiẽtia, & summa essentia. aliqđ ergo diuersum ab eo in sua summa essentia non potest esse summa potentia & summa sapientia, sed nõ est deus nisi sit summa poten-

8 tia, summa sapiẽtia. ergo &c. ¶Octauo arguit ad idem Dam. lib. i. sentẽtiarum suarum. c. v. ratione diuinę perfectionis sic. Si multos diceremus deos, necesse esset inter eos differentiam considerare, quæ esset aliquid perfectionis in vno & non in alio, & sic in neutro vel nõ in altero esset summa perfectio: qꝛ id qđ eẽt perfectionis in vno quo differret ab altero, non esset in illo. Deus autem omnino

9 debet esse pfectus & indeficiẽs. ergo &c. ¶Et hoc est qđ faciliꝰ arguit. ix. sic. Si plures essent dii, cum neuter esset ratio essendi alterũ neq; eius qđ est in ipo, bonitas vnius eorũ alteri deesset oĩno, & ita non esset aliquid eorũ quo nihil melius excogitari posset, quia melius esset habens bonitatem inte

10 gratã ex vtriusq; bonitate. non est autẽ deus nisi quo meliꝰ nihil potest excogitari. ergo &c. ¶Decimo ratione potentię sic. & est ratio Ricar. primo de Tri. c. vlti. Non est deus nisi sit omnipotens, sed nõ potest esse oĩpotens nisi vnus. ergo &c. Maior patet: quia in deo nullius potentię est defectꝰ. Minorẽ probat ibidẽ: qꝛ q vere oĩpotẽs est facile efficit vt singulũ cęterorũ nihil possit. qđ facere nõ posset si alter deus oĩpotẽs esset: quia tunc quantũ vnus posset agere, tãtũ alter posset cõtra agere.

11 ergo &c. ¶Vndecimo arguit Dam. sic vbi supra ex diuina incircunscriptione. Si multi sunt dii,

nullus eorũ erit vbiq̃ & incircũscriptus: quia vnus eorũ nõ erit in altero. cõsequens est impossibile in deo. ergo &c̃. ¶Duodecimo sic arguit ibidem ex regimine vniuersi & ordine Ansel. in mon. ca. iii. sic. Omne qđ est, per aliquod ens est, quia per nihil, nihil habet esse. & illud oportet esse vnũ per qđ sunt cuncta quę sunt: qđ nõ est, nisi de⁹ sit nõ plurificabilis. ergo &c̃. Assumptũ probat trimẽbri diuisione: quia si essent plura p̄ quę entia haberent esse, aut illa referuntur ad vnũ aliquod per qđ sunt, & tũc nõ sunt omnia per plura: sed potius per illud vnũ. Aut illa plura sunt singula per se existẽtia: & tũc cũ ĩ natura existendi per se cõueniunt, ergo est aliqua vis & natura existẽdi per se, quã cõmuniter habent vt p̄ se sint. Verius ergo per idipsum vnũ sunt q̃ per plura quę sine illo esse vel stare non possunt. Aut illa plura per se abinuicem habent esse, qđ nulla patitur ratio. quoniã irrationalis cogitatio est: vt aliqua res sit per illud cui dat esse. a

¶Decimotertio arguit idem, & eodẽ modo in. c. iiii. sic. Quęcũq̃ se habent adinuicem ſm gradũ & ordinem dignitatis, habẽt aliquid qđ omnibus eis supeminens est. & pertractat q̄ hoc necesse est esse tm̃ vnũ, ita q̄ nõ possit plurificari. quoniã si ponãtur plura talia, cũ nõ possunt esse inequalia: q̄a tũc vnũ illorũ p̄celleret, necessario ergo sunt ęqualia. & hoc nõ potest eẽ nisi p̄ idẽ qđ ẽ eorũ essentia, aut aliqđ aliud. Si primo mõ, cũ eorũ eẽntia sit vna q̃tũ ẽ de se, nõ diuersificata in vno & in altero, illud necessario est vnũ. Si scđo modo, tũc ipsa ĩ essentia sua minora sunt q̃ illud. ergo eis aliquod vnũ supeminet. Plura igit̃ eẽ nõ possunt, quibus nihil est supeminens. B

¶Ad idẽ sunt ratiões Auicẽ. quatuor ĩ metaphysica sua efficacissimę quas ponem⁹ in soluẽdo. Rationes Auicennę.

¶Dicendum ad hoc, q̄ ex rationibus probantibus simpliciter q̄ deus est, & etiam ex probantibus q̄ sit tm̃ vnus, non habetur q̄ necesse est q̄ sit tm̃ vnus: vt impossibile sit q̄ sint plures, nisi forte gratia materię. In creaturis eñ ſm theologicam intelligentiam res existens in actu, ab alio habet esse in actu simpliciter, & ab alio esse hoc, & ab alio esse hoc aliquid. Q̄ enim habet esse in actu, habet inquãtum est effectus primi entis. q̄ vero habet esse hoc, habet a natura essentię suę, inquãtum est exemplatũ diuinę rationis: vñ habet q̄ dicat̃ esse substãtia vel accidens, homo vel asinus. q̄ vero habet esse hoc aliquid, habet a natura suppositi determinantis naturã, in quo diuina actione effeutię acquiritur esse existẽtię. Quomodo autẽ hoc fiat, aut per materiã ſm p̄hm, aut per alias dispositiones hypostaticas ſm Damasc. non est p̄sentis inquisitionis. Et licet cõcordant p̄hi q̄ in creatura qualibet ratiõe differũt esse simpliciter, & eẽ hoc & esse hoc aliquid, non tñ concordãt in hoc, q̄ res ab alio habeat esse simpl'r in actu, & eẽ hoc ſm essentiã. Ambo eñ dicũt rẽ habere a forma sua, cõsiderãdo. s. causam suã p̄ximã nõ primam: vt dictũ est supra. Et ideo tã ſm p̄hos q̃ ſm theologos in creaturis ex eo q̄ aliquid probat̃ eẽ in actu simpl'r, licet ex hoc habeatur q̄ sit vnum in supposito sicut est ens, ad modũ quo p̄bauit deũ esse vnũ q̃stio prima supra exequuta de vnitate dei, q̃m substantia cuiuslibet p̄pria est cuilibet, & nõ est alterius nisi suiipsius, & illius cuius est, & nõ est in pluribus: vt dicit p̄hs in. vii. meta. vniuersalia eñ (vt probat ibidẽ) non sunt substãtię rerũ, nisi quatenus sunt particularia in suppositis: Non tñ ex hoc habet̃ probatũ, q̄ sit tm̃ vnum in supposito, ad modũ quo probauit questio proxima p̄cedens q̄ tãtũ sit vnus deus, & multo minus q̄ necesse sit q̄ sit tm̃ vnũ, ad modũ quo querit ista q̃stio, an sit tantũ vnus deus, ita q̄ nõ possint esse plures. In creaturis eñ põt forma determinata supposito de se esse vniuersalis & indeterminata scđm supposita, & esse in pluribus suppositis. secundũ q̄ dicit p̄hs. Qđ vniuersale est, cõmune est. Non eñ dicitur vniuersale, nisi qđ naturaliter est plurium rerũ, & cõmune pluriũ. Sed si sequatur in aliquo q̄ cũ eo q̄ ponat̃ esse, & vnũ in supposito, sit tm̃ vnum: & hoc ita q̄ impossibile sit esse plura secundũ supposita, hoc solũ tenet gratia materię, aut. s. quia ipsa forma est de se subsistens, & ideo nõ nata esse nisi hoc aliquid, nec cõsiderari nisi sub ratione singularitatis, non sub aliqua ratione cõmunis: aut quia etsi ipsa forma de se nata esset multiplicari p̄ supposita, quia tamen cõtinet totã suã materiã, in qua nata est esse, ita q̄ nõ nata est multiplicari per supposita ſm diuisionem quãtitatis vllo modo, sicut totã suã materiã possibilẽ ad suã formã, ſm p̄hm, continent corpora cęlestia: qui eñ dicit cęlũ, dicit formã solum, qui vero dicit hoc cęlum, dicit formam in materia, & tñ non põt ſm p̄hm in eadem specie esse aliud cęlũ, quia totam suam materiam cõtinet indiuisibiliter forma primo modo subsistẽs: dicũt p̄hi q̄ nõ est in natura sua cõmunis pluribus: sed solũmodo singularis, species, nullo modo vniuersalis apta multiplicari. Si eñ plures essent: vt hoies: foret specie vnũ, numero vero plura: & ita vt dicit p̄hus in. xii. haberet materiam. quia quęcũq̃ sunt plura numero, habent materiam. Forma autẽ subsistens, quia in se est endelechia & actus (vt dicit ibidẽ) non habet materiã. Forma similiter continẽs totã suam materiã, licet multiplicabilis esset quãtũ est ex p̄te formę, inquãtum tñ est in materia sua tota, q̃ non po B Responsio. C

test multiplicari,quia nec diuidi ſm quãtitatẽ,nullo modo ſm pħm eſt multiplicabilis per plura ſuppoſita. Per qđ pħus probat in.i.cę.& mun.mundũ eſſe vnũ pfectũ,& nõ poſſe eſſe plures. Sed quocũq3 mõ iſta ſe habeãt in creaturis,q̃ ad pſens nõ ſunt pſcrutanda,ita eſt proculdubio in deo,ꝙ in eo idem ſunt oĩno eſſe ſimplr̃ & eẽ hoc.quia vt dictum eſt ſupra,in deo idẽ ſunt eſſentia & eſſe.Idem etiã cũ eſſe ſimplr̃ & eſſe hoc,eſt in ipſo eſſe hoc aliquid. q̃a ſicut in deo non differt eſſentia ab eẽ,ſic nec eẽ hoc aliquid ab eẽ hoc:vt ĩfra videbiť.Et ſic ratiõe materię oẽs rationes ꝓbãtes deũ eſſe,ꝓbãt ꝙ eſt vn⁹:& rationes oẽs,tã ad q̃ſtionẽ an de⁹ habeat eẽ:q̃ ad q̃ſtionẽ an habeat eẽ vn⁹ ratiõe materię:ꝓbãt cõſilr̃ ꝙ ſit tm̃ vn⁹,& oẽs illę ad quẽlibet illorũ articulorũ probãt ꝙ nõ poſſunt eſſe plures. Et ex hoc ꝙ in deo idem ſunt eſſe,& eſſe hoc,& eſſe hoc aliquid,proculdubio in deo nõ eſt ponere rationẽ vniuerſalis & pticularis cõtenti ſub forma vniuerſali:vt infra videbiť.Sed deus ſolũmodo rationẽ habet ei⁹ qđ indiuidualiter habet eſſe hoc aliquid in ſuppoſito,& vnũ numero,nõ dico vnus:vt infra videbiť.qm̃ eſſe purũ qđ de⁹ eſt,& qđ eſt neceſſitas eſſendi, nõ cõuenit niſi ſignato inquãtũ ſignatũ eſt,& hoc ſub ratiõe ſimplici ſine oĩ determinatione,& cõtractiõe.Propter qđ deus in ſe habet oĩm perfectiones,& ad eũ reducunť oĩa alia tanq̃ ab ipſo participãtia qđ in ſe perfectionis habẽt. ſecundũ ꝙ ex his ꝓceſſerunt oĩa argumẽta ad iſtam partẽ ſupra inducta:vt patet inſpicienti. Et ideo abſolute concedendũ ꝙ deus eſt vnus in eſſentia & indiuiduali natura.Non dico in ſuppoſito.etem̃ deus licet ſit plures in ſuppoſitis:ꝓpter vnitatẽ tñ eſſentię indiuiſibilis in eis,nõ eſt niſi vnus de⁹ in illis:vt infra amplius patebit.ita ꝙ impoſſibile eſt eſſe plures,neq3 per ſucceſſionẽ:vt ꝙ vno corrupto alter ex ſubſtãtia deitatis genereť:quia ipſe vn⁹ eſt neceſſe eſſe,vt habitũ eſt ſupra,qđ nõ põt nõ eſſe vt videbiť infra:neq3 ſimul:quia incõicabilis eſt natura deitatis: nec rationẽ vniuerſalis habet:ſed indiuidui,& eius qđ eſt hoc aliquid:vt dictũ eſt.Nõ em̃ habet rationẽ vniuerſalis ſicut generis:vt poſſimus dicere ꝙ deus eſt vnus genere, plures autem ſpecie:quia quęcũq3 ſe habẽt vt ſpecies ſub genere, per differẽtias additas generũ cõtrahunť.Et ideo oportet ꝙ ſint cõpoſita ex eo qđ eſt in potẽtia, & ex eo qđ eſt in actu:vt infra diceť. Genus em̃ imponiť ab eo qđ eſt in ſpecie potẽtiale,& differẽtia ab eo qđ ẽ in ipſa actuale:vt habetur ex.vii.meta.De⁹ autẽ nõ põt eſſe niſi purus actus ſimpliciſſimus.Nec habet de⁹ rationẽ ſpeciei: vt poſſimus dicere ꝙ de⁹ eſt vn⁹ ſpecie, plures vero numero,ſiue per materiã,ſiue per accidẽtia.nõ per materiã,quia ipſe eſt purus actus & endelechia,quæ nõ habet materiã:vt infra diceť.neq3 per accidentia,quia in deo nullũ cadit accidẽs:vt infra diceť,& quia tunc nõ eſſet per ſe neceſſe eſſe : vt inductũ eſt ſupra. Et ideo quia deitas nõ eſt ſuppoſitũ,neq3 hoc aliquid per aliquam huiuſmodi cõtractionẽ , ſed per id quod eſt in ſe in ſua natura & eſſentia,Aug.viii.de tri.cõparando deũ ad illa q̃ ſunt hoc aliquid per huiuſmodi cõtractionem,dicit. Bonum hoc , bonum illud.tolle hoc,& illud,& vide ipſum bonũ ſi potes.tũc ipm̃ deũ videbis.Et ſic ſm eandẽ naturã cõmunẽ deitas alteri in natura cõicari nõ poteſt.Et ideo ꝙ cõicatur,hoc eſt ſm eandẽ naturã totaliter & in ſuppoſitis relatiuis diuinis,aut analogiã diuerſarũ naturarũ ad naturam diuinã in diuerſis ſuppoſitis abſolutis,inquãtum.ſ.id quod in ſolo deo eſt per eſſentiã, in aliis inueniť per participationem,vt in creaturis.Et ex hoc eſt ꝙ om̃is multitudo creaturarũ ad diuinã vnitatẽ habet reduci.ſecũdum ꝙ ex hoc a poſteriori proceſſerũt quædam argumenta probãtia deum eſſe vnum,& tm̃ vnum. Nullum tamen eorum probauit gratia formæ,ꝙ non poſſunt eſſe plures.ex vnitate enim & ordine mundi non poteſt probari de⁹ non poſſe plurificari, niſi ex ſuppoſitione,ꝙ.ſ.mundus nõ poſſit plurificari. Vnde pħus cõcederet deũ poſſe plurificari, ſi poſſibile eſſet mundũ ſiue primũ cęlũ plurificari.ſecundũ ꝙ dicit in.xii.Si plures eẽnt cęli,vt hoĩes,foret pricipũ qđ eſt circa vnũquodq3 ſpecie vnũ,numero autẽ plura.Cęlum autẽ ſumit ibi pro mũdo.ſecundũ em̃ ꝙ dicit ibi Cõmen.innuit ꝙ mundus eſt vnus nõ plures.Per principia circa vnũquodq3, intelligit ſcđm Cõmen.primã eſſentiã.ſ.deũ. Vnde pħus ibidem ex vnitate dei qua eſt ita vn⁹ ꝙ nõ poſſunt eſſe plures,vnitatẽ mundi,ita ꝙ nõ poſſint eſſe plures,cõcludit dicẽs. Vnũ numero & ratione eſt primũ mouens immobile ens,& motũ ergo ſemp cõtinue vnũ ſolũ.Gratia autẽ formę arguendi ſolũ illa argumenta ꝓbãt deũ non poſſe plurificari,quæ hoc probabãt ratione ſimplicitatis & gubernationis & pfectionis ei⁹,& hmõi,quorũ media ſumebanť ex parte entitatis dei quæ ſm rationẽ noſtrã intelligẽdi ꝓcedit eius vnitatẽ.Et ſic ꝓceſſerũt quaſi a priori & a cauſa. Ex quibus etiã rationib⁹ habeť ꝓbatio neceſſaria, primũ principiũ eſſe id qđ eſt neceſſe eẽ p ſe, alia via q̃ a poſteriori ex creaturis.Qđ intellexit Auicẽ.cũ dixit in.i.metaphyſicę ſuę.Nos habebimus viã ad ſtabiliendũ primũ principiũ nõ ex via teſtificationis ſenſibiliũ: ſed ex via ꝓpoſitionũ vniuerſaliũ intelligibiliũ,q̃ faciũt neceſſariũ ꝙ ens habet principium,& ꝙ eſt neceſſe eſſe.

Ipſum autē deū eſſe abſolute,nō eſt nobis via aliqua ad ꝓbādū niſi ex creaturis. ſecūdū ꝙ dicit Cōmē.ſup.xi.meta.Impoſſibile eſt declarari ſubſtātiā abſtractā eē niſi ex motu,& oēs vię ducētes ad primū motorem eſſe pter viā motus qualiter ſunt ſufficiētes? quaſi dicat nullo modo.& ſi eſſent vere,eſſent numeratę in prima pħia.Principia eñ impoſſibile eſt vt demonſtrētur.Et quia qſtio de entitate pcedit queſtionē de vnitate & neceſſitate & oīm aliarū:Ideo ad probādū per priora ꝙ deus ſit vnꝰ,& ꝙ ſit neceſſe eſſe,vel aliquod aliorū,nō eſt nobis via niſi primo cognito ex creaturis quia ſit.Et ideo dicit Auicē.Propter infirmitatē aīarū noſtrarū nō poſſumꝰ pcedere p ipſam viā demonſtratiuam,quę eſt ꝓgreſſus ex principiis ad ſequētia,& ex cauſa ad cauſatū,niſi aliquibus ordinibus vniuerſitatis eorū q̄ ſunt.Ex hac igitur veritate de eſſe & vnitate dei,excludit̄ oīs error fatuorū dicentiū in corde ſuo,ꝙ nō eſt deus,& etiā oīs vanitas poetarū & pħorū,maxime idololatrarū ponētiū plures deos eē. vel a diuerſis,ſcd̄m ꝙ vnuſqſq; infideliū errantiū deū ſuū poſuit qd̄ ei eminētius viſum fuerat in rebꝰ:vt dicit Augu.i.de doctrina chriſtiana.vel ab eodē,ſiue ponēdo plures ęquales & ęque primos,& hoc vel ambos bonos,vel vnū bonū & vnū malū:vt poſuerūt Manichęi,ſiue ponēdo vnū principalē ſuper omnes qm̄ oēs alii non dii ſunt:ſed dęmonia.ſcd̄m illud Pſal.Dii gentiū dęmonia: dominus autē cęlos fecit.& ſiue ponant̄ naturę diuerſę ab eis quę circa nos ſunt,ſiue ponātur cōformes hoībus & aīalibus quibuſdā:vt ponebāt aliqui.ſicut dicit pħus.xii.meta.ſiue ponant̄ hoīes deificati:vt ponebāt pagani:ſicut dicit Augu.de ci.dei.ſiue ponant̄ idola muta: & ſcd̄m illos de q̄bus dicit̄ in Pſal.Simulacra gētiū argentū & aurū.ſiue ponant̄ intelligētię ſiue angeli boni,qd̄ videt̄ ponere Ariſtoteles.Licet eñ ponat primū motorē ſūmū deū & primū,alios tñ motores ſub ip̄o etiā ponit deos fuiſſe in natura & ſua eēntia hn̄tes eē ex ſeipſis formaliter:licet inferioris gradus q̄ habeat prima intelligētia.Vnde poſtq̄ cōcluſit in fine.xii.meta.ꝙ eſt vnus deus ęternus in fine nobilitatis,ſtatim ſubdit dicens.Aliquam ſubſtantiam ęternā non mobilem abſtractam a ſenſibilibus eſſe manifeſtū eſt hoc modo,& iā declaratū eſt hanc ſubſtātiā nō habere aliam magnitudinē:ſed neq; partē:neq; diuiſionē : & manifeſtū eſt ꝙ nō patitur neq; trāſmutat̄.hæc igitur manifeſta ſunt eſſe talia. Vtrū aūt ponenda eſt ſubſtātia talis eē vna aut plures:aut quot ſunt,cōſiderandū.& ſubdit ſtatim determinando circa hoc ſuā intentionē dicēs.Nos autē dicamus de ſubſtātiis diuinis.Principiū eñ & primū entiū nō mouetur nec ſubſtātialiter, nec accidentaliter:& mouet,& facit primū motum ęternū,& ęternꝰ motus ſit per motorē ęternū, & vnus per vnū,& nos videmꝰ pter motū totiꝰ ſimplicē alios motꝰ ęternos q̄ ſunt erraticorū.Neceſſe ē igitur vt vnuſquiſq; iſtorū motuū fiat p aliquid qd̄ eſt ęternū p ſe & p ſubſtātiā ęternā.Ex quo cōcludit dicēs.Manifeſtū igit̄ ꝙ ſunt ſubſtātię ęternę naturalr̄,& pſe imobiles,& ſine magnitudine ꝓpter pdictā cauſā.vbi manifeſte aſcribit oībꝰ aliis eaſdē ꝓprietates q̄s aſcribit primę ſubſtātię:gradū tñ īter eas ſolū aſſignat,cū dicit.Qm̄ aūt ſubſtātias eē,& earꝫ hęc ē pría,hęc aūt ſcda ſm̄ ordinē motuū ſtellarū manifeſtū ē. Vñ ſtati ſm̄ numerū motuū cōcludit numerū harū ſubſtātiarū ꝙ ſūt.xlvii.vel.lv.dicēs.Nō ē igit̄ alia natura oīnoꝰniſi iſta:ímo neceſſe ē ꝙ numerꝰ ſubſtātiarū ſit iſte.Vñ cōcludit deridēdo ī fine poſitionē aliorū deorū ab illis quos iam numerauit dicēs.Alia aūt ſunt ſimilia fabulis ꝓpter vſum legū & qd̄ eſt cōferens.Et ideo dicūt ꝙ iſta ſunt ſimilia quibuſdā aliis aīalibus,& alia ſimilia nō conuenientia dictis.Si igitur aliquis dixerit ex iſtis,& acceperit primū tm̄:opinabitur ꝙ primæ ſubſtātię ſunt dii, & recte & ſecundū ꝙ oportet.vbi dicit Cōmen.Si aliquis expoſuerit ſermonē eorū quē dicūt per deos primas ſubſtantias q̄ ſunt principia corporū cęleſtiū:tunc expoſitio erit vera.Proculdubio ergo Ariſto. poſuit plures deos naturaliter ex ſeipſis exiſtētes,reducēdo oēs ad vnū primū,nō ſicut a quo alii haberēt eſſe poſt nō eſſe:ſed ſicut pcedens eos in ordine dignitatis & principii motiui : a cuiꝰ motu dependēt motus oīm aliorū p ordinē,& ꝙ vniformiter ſemp prior habet cauſalitatē ſup poſteriorem,qualē primus ſup oēs,ſed immediate ſup vnū ſibi ꝓximū,& mediante illo ſup oēs alios, & ꝙ oēs ſcd̄m gradus ſuos haberēt cōiter cauſalitatē ſup oīa inferiora,& nō vnus ſine aliis: vt primus nihil poterit agere niſi per motū & mediantibus aliis.vt ſic nō ſit ſummus deus ſm̄ eū niſi quædā intelligētia cęteris nobilior & gradus ſupioris,non tñ in infinitū diſtantis ab aliis, & ꝙ q̄libet earū ex ſe eſſet virtutis & ſubſtantię infinitę:licet illa ſuperior primū gradū haberet actionis in mouēdo alias,& eis influendo p ſuū motum:ita etiā ꝙ nulla illarū agere poſſet niſi mediāte motu ſui corporis.Propter qd̄ dicit ibi Cōmen.Quod moderni dicūt ſubſtantiam primam eſſe priorem motore totius, falſum eſt.Quęlibet enim ſubſtātia eſt principium ſubſtātię ſenſibilis & ſcd̄m finē,& ſm̄ motorē.Et ideo dixit Ariſtoteles.Si aliqua ſubſtātia eſſetnō mouēs:eſſet otioſa.ita vt dicamus ꝙ vna actio ſequit̄ vnū agētem tm̄.Tñ eſt illic cauſa & cau-

G H I

ctum.secundum ꝙ intellectū est causa intelligentis.& ꝙ nulla intelligentia est forma quasi fi-
nis cõmunis & vniuersalis nisi illa prima.Dispositio em̄ in iuuamēto corporū cęlestium adin-
uicem in causando entia quae sunt hic & conseruando,est sicut dispositio regentium bonorum
qui iuuant se &c̄.vt dictum est supra.Et ideo Aristoteles nō posuit plus distare summū deum
ab aliis,q̄ ducem in ciuitate a ciuibus, vel ducem exercitus a commilitonibus adinuicem se ha
K bētibus scd̄m gradus & ordines. Plato autem licet deos vocauit intelligētias sub summo deo,
multo tn̄ melius sentiebat de ipso & fidei magis cōgruentia, q̄ Aristo.Posuit enim illum sum-
mū,non solum ęternū:sed alios ab illo incepisse, & eē eorū conseruari,& in potentia illius semp
esse vt ad voluntatem eius dissolui possint:sicut & totum mundū:per gradus tamē & ordines
rerum.secundū ꝙ dicit in scd̄o Timęi. Dicendum est cur rerum conditor,fabricatorq; naturę
omne hoc instituendū putauerit.& cur, subdit dicēs. Optimus erat: ab optimo porro,inuidia
longe relegata est.itaq; cōsequenter cuncta sui similia prout natura cuiusq; capax esse beatitu-
dinis poterat,effici voluit. Quā quidē voluntatē dei originē rerū certissimā si quis ponat,re-
cte eū putare consentiam.Vnde & specialiter ad deos posteriores loquēs longe post dicit.O dei
deorū,quorū opifex,idēq; pater ego,opera siquidē vos mea dissolubilia natura:me tamen ita vo
lente indissolubilia,quia facti generatiq; estis:immortales quidem nequaq̄:nec omnino indisso-
lubiles,nec tamē vnq̄ dissoluemini,nec mortis necessitatē subibitis,quia volūtas mea maior est
nexus & vegetatior ad aeternitatis vestrę custodiā,q̄ illi nexus vitales,ex quibus aeternitas ve-
L stra coagmentata atq; cōposita est. Natura ergo Plato solū vnum deum posuit: participatiōe
autem quadam immortalitatis & adoptione substantias intellectuales proximiores deo cęteris,
deos appellauit. Qd̄ nō est absurdum a modo scripturę sacrę.secundum ꝙ dicitur in Psal. Nō
est similis tui i diis domine.& iterū. Ego dixi dii estis.Ille autem qui verus deus & naturalis est
non nisi vnicus est.Caeteri autem creaturę eius sunt.qd̄ Plato verius q̄ Aristo.sentiebat:vt di-
ctum est. Hanc talem vnitatem dei Auicē.primo metaphysicę suę professus est deo inesse,cū di
xit.Dicamus esse impossibile:vt ei qd̄ est necesse esse sit cōpar aliud necesse esse,ita vt hic simul
habeat esse cum illo,nec vnum eorum sit causa alterius,sed sint ęqualia in comitatu essendi:ita
vt eius esse non dependeat ex esse alterius:nec comitetur illud.Et non solum sic esse dixit : sed
etiam efficacissima ratione conuicit,arguendo sic. Necesse esse debet esse vnica essentia. Si au-
tem sunt multę:vt vnaquęq; earum sit necesse esse:aut ergo vnum eorum differt ab altero in
certitudine essentię suę,ita ꝙ vnum habet eam ab altero, & tunc non est deus nisi vnus illorū
ille.s.a quo alter habet esse,quia deus nō pōt esse qui habet esse suū ab altero.aut nō: sed vterq;
M habet eam a seipso:& tm̄ differunt per hoc ꝙ hoc non est illud. Et reprobat hoc membrum ra-
tione diuisiua tali.Si ponantur duo nō differre in certitudine essendi in hoc ꝙ vnū eorum sit
ab altero:quia vtrūq; eorum ex se est necesse esse: sed differunt ex eo ꝙ hoc non est illud: tunc
aut vnum eorum differt ab altero,eo ꝙ est p̄ter intellectum suę essentię,& ita per aliquod adiū
ctum essentię vnius,qd̄ non est adiunctū essentię alterius, neq; de ratione essendi illius:aut vnū
differt ab altero,eo ꝙ est de sua ratione essendi,& de intellectu suę essentię,qd̄ non est de ratio
ne essendi,neq; de intellectu alterius,quia scilicet proprietas & solitudo vnius in necessitate es
sendi, non est proprietas & solitudo alterius.Hanc diuisionem non proponit,sed membra eius
exequitur & interimit:& primo primū dicens. Qꝫ si illa quae dicuntur conuenire in necessita-
te essendi, eo solo differunt quod est pręter intellectum essentię eorum,quod scilicet est adiun-
ctum essentiae vnius, & non est adiunctum essentiae alterius : tunc illud additum intentio-
ni essendi in qua conueniunt, aut est necessarium ad intentionem essendi in qua conueniunt,
aut non. Si sic,tunc quaecunq; conuertuntur in necessitate essendi, necesse est vt in eo conue-
niant,ex quo sunt necesse esse.Si non,tunc necessitas essendi eis cōmunis est vt genus aut spe-
cies:vt scilicet necessitas eēndi sit eis intētio vel generalis vel specialis.Si dicat ꝙ generalis,aut
ergo diuiditur in illa duo per differentias,aut per accidentia.per accidentia non potest:quia ac
cidens tale necessario consequens est.vel ex ipsa ratione essendi,& tunc oporteret ꝙ ambo con-
uenirēt in intentione illius accidentis:quia vbi eadem est causa, & idem effectus : sed positum
est ꝙ in ea differrent,& sic conuenirent & differrent in eodem,quod est inconueniens.Vel ac-
cidit illa intentio accidentis ex causis extrinsecis, & tunc sequitur ꝙ non differrent in cer-
titudine essendi,si non esset talis causa extrinseca. & ꝙ si esset talis causa, quae sola faceret eos
differre in necessitate essendi,neutrum eorum esset per se singulariter necesse esse : sed necessi-
tas essendi vtriusq; eorum sibi propria & solitaria ab illo esset ei acquisita, & neutrum eorum
a se illam haberet, quod est contra naturam eius quod est necesse esse, quia ipsum necesse

esse,id qđ est necesse esse in sua singularitate debet habere ꝑ se nō per aliud.Similiter ꝑ differē-
tias diuidi non pōt. Cum em̄ differentię nō sunt de ratione generis,& certitudo essendi scđm N
positionē est eorū genus cōmune: differētię illę nō acquirerēt eis certitudinē essendi:sed eē ali
quid in actu sub illa.Rationale em̄ nō acquirit aīali intētionē qua est aīal: sed qua ē hoc aīal,ho
mo vel asinus.Qđ est incōueniēs in ꝓposito.primo quia illud esse in actu nō potest esse nisi ne
cessitas essendi.quia quāto aliquid est in actu magis ꝑfectū,tanto illi magis cōuenit essendi ne-
cessitas.Sed illud est ratio generis in quo cōueniūt,& ratio generis nō acquirit̄ ꝑ differētiā:vt
dictū est.Vn̄ dicit in lib.iiii.Rationale em̄ nō ē cōditio,vt ex ea pendeat aīal q̄tum ad intētionē
aīalis,& certitudinē eius,sed ad hoc vt habeat esse signatū in specie.Nunc aūt si ip̄m necesse es
se esset intētio cōis,& esset differentia qua egeret ad hoc vt necesse esse haberet esse,tunc illud
qđ eēt ei quasi differētia,esset intra quiditatē ei⁹ qđ est quasi gen⁹, qđ est impossibile.Primo er
go est incōueniens necesse esse diuidi ꝑ differētias acquirētes esse aliquid in actu sub necessita-
te essendi.Idem scđo est incōueniēs:quia tūc necessitas eēndi hoc dependeret ab alio q̄ qđ in se
est necesse eē. Positū em̄ est ꝙ sit necesse esse ꝑ se,in quo cōueniūt ambo,& impossibile est ꝙ idē
simul sit necesse esse ꝑ se & per aliud:vt probatū est supra in q̄stione an de⁹ habeat eē a se.Postq̄
igit̄ necessitas essendi duob⁹ cōis,quorū vtrūq; est necesse eē,nō pōt esse intētio generalis, neces
se est ꝙ sit intētio specialis: qđ nō potest eē.qm̄ singularia eiusdē speciei postq̄ nō sunt diuisa in
intellectu eēntię,in illa vnū sunt,& si sint diuersa debēt eē diuisa accidētib⁹ , vel ꝑ materias:q̄a
differētiis nō diuidit̄ nisi genus:& iā ostēsum est ꝙ necesse esse accidētibus diuidi non pōt. per
materias etiā diuidi nō pōt:quia necesse esse nō potest habere materiā:quia materia est in potē-
tia esse.Deinde interimit membrū secundū pręmissę subdiuisionis dicēs.Si quis vero dixerit ꝙ
necessitatē essendi esse proprietatē huius non prohibet eā esse proprietatē alterius:Eam em̄ esse
alterius nō remouet eā esse proprietatem huius: vt ipsa sicut species vna ex se sit tota sine ali-
quo addito in diuersis indiuiduis, puta si ponant̄ duo angeli eiusdē esse speciei sine om̄i mate
ria & accidente quibus distinguant̄,sed ꝙ solū seipsis distinguant̄:licet exemplū non sit omino
simile:Dicemus(inquit)quia hoc qđ dicimus ꝙ necessitas essendi assignat̄ ꝓprie rei illi inquā-
tū est illius,& inquātum cōsiderat̄ nō eē alterius,intelligit̄ ꝙ nō est ꝓprietas alterius ipsamet,
sed cōsimilis eius.quoniā ipsa nō debet̄ nisi ipsi soli.Sicut positis duobus angelis eiusdē speciei
id qđ vnus est re nō est id quod alter re:sed cōsimile ei.Sed tūc postq̄ vnū eorū est necesse eē vel
idem ipsum,in eo.s.ꝙ est necesse esse,& in eo ꝙ est hoc singulare,erit vnum tm̄ : vt nulla sit ra-
tio diuersitatis in eo ex hoc ꝙ dicitur esse hoc ipsum proprie:& ꝙ dicit̄ esse necesse esse.& tunc
quod est necesse esse,erit quod ipsum,id est quod est hoc singulare, & non aliud p̄ter ipsum.Et
tūc sicut qđ est hoc singulare non pōt esse nisi vnū, quia singularitas vt singularitas incōmu-
nicabilis est: Sic nec ipsum necesse esse pōt esse in pluribus q̄ in vno , vel ipsum esse necesse esse
erit aliud q̄ ipsum esse ipsum,& tūc coniūctio horū diuersoꝝ qđ est ipsum esse ipsum,& qđ est
ip̄m esse necesse esse , vt ꝙ ipse idem sit ip̄m necesse esse,vel erit per seipsum,vel ꝑ causam aliā:
p̄ter se facientē illud esse necesse esse. Si autē qđ est ip̄m,necesse eē fuerit per seipsum, tūc quic-
quid est necesse esse,erit illud idem. Aliter em̄ nō eēt per seip̄m necesse esse.Si vero id qđ ipsum
fuerit qđ est necesse esse ꝑ causam aliam facientē illud esse necesse esse, tūc de eo qđ ip̄m est ip̄m
idem erit causa:& proprietas sui esse solitarii erit causa: quia in suo solitario esse & ꝓprietario
secundū positionē non habet aliud esse q̄ necesse esse.Igit̄ qđ est ip̄m & qđ est necesse eē totū est
causatum in eo.qđ est inconueniens. Ex quo efficacissime & verissime cōcludit dicens.Necesse
igitur esse est vnum non sicut species sub genere,& est vnum numero non sicut indiuiduum
sub specie:sed est intentio quæ significat illud tm̄ suo nomine , in cuius esse nihil aliud sibi cō-
municat:immo quod amplius est, nec cōicare potest:vt ostensum est. ¶Secūdam deductionem O
inducit ad idem lib.viii.dicens.Certitudo primi est ipsi tm̄ & non alii. Vnus enim inquantum
est necesse esse est id qđ ipsum est,& eius essentia.i.qđ ab eodem habet ꝙ sit hoc, & ꝙ sit essen-
tia quædam,& necesse esse simpliciter,propter qđ impossibile est ipsum plurificari. Verbi gra-
tia.Si id qđ est necesse esse sit hic homo,tunc necesse est vt hic sit hic propter hūanitatē.i.q̄a est
homo.ꝙ si propter hoc ꝙ est homo,sit hic homo,tunc humanitas indicat tm̄ hunc hominē. Si
enim esset humanitas alii pręter hunc,tunc nō indicaret humanitas hūc , & hic non est factus
hic nisi propter aliā causam pręter humanitatem . Similiter est dispositio de necesse esse.Si em̄
ipsa per seipsam fuerit hoc signatum,tunc impossibile est vt illa certitudo sit alii:nisi illi. Alio-
quin ipsa certitudo in se non esset hoc.Si autē certitudo huius intentiōnis non fuerit huic si-
gnato ex seipso:sed ex alio a se:quare cum nec ipsum est ipsum:nisi quia ipsum est hęc intentio

signata,tunc pprium esse eius erit ei acquisitū ab alio a se.& sic nō erit ipm necesse esse,qđ est impossibile & cōtra positū. Igitur certitudo de necesse esse vni tm̄ est,qđ.s.est necesse esse.Duo em̄ nō sunt duo,nisi pter intentionē,vel pter sustinēs intentionē,vel pter illud in quo sūt & pter locū,& pter horā & tēpus,& omnino pter aliquā causam.Quecūqȝ aūt nō differūt per intētionē,differūt p aliqd qđ accidit intētiōi,& ē adiūctū ei.Qđ ergo nō habet eē nisi intē tiōis,nec depēdet ex causa extrinseca,nec dispositiōe extrīseca,in q̄ differt ab alio sibi consimili, nō est aliud ei cōicās ī sua ītētiōe.Igit prio:nihil ē equale. Et subdit cōtinuo ad idē tertiā dedu ctionē dicēs.Itē dico ꝙ necessitas essendi nō pōt eē ītētio ī q̄ cōicet aliqd aliud a se vllo mō: ita vt sint cōuenientia in certitudinib⁹, nec sunt diuersa certitudinib⁹. Quia em̄ necessitas eēndi
P nō habet quiditatē adiunctā sibi nisi ipsam necessitatē essendi:vt dictū est supra & infra dicet, necesse est vt id in quo singula que sunt necesse eē differūt post cōuenientiā in quiditate & ne cessitate eēndi,sit aliquid qđ est vel ī omibus illis,vel in nullo illorū,vel sit in aliquib⁹,& ī aliis nō sit.Huius diuisionis trimēbris primo destruit secundū dicēs:ꝙ si nō fuerit alicui eorū,tunc nō erit in eis aliquid pter qđ accidit ī eis diuersitas post cōuenientiā ipsorū.Quare cū ī certi tudinib⁹ eēndi,vt suppositū est,nō sit inter ea diuersitas oīno:ergo sunt cōuenientiū certitudi nū. falsum ergo est quod positū est:diuersas.s.eē certitudines eoꝝ postq̄ in certitudine & neces sitate eēndi cōueniūt.Scđo destruit tertiū mēbrū dicēs,ꝙ si fuerit aliquib⁹ eorū,& aliquib⁹ nō verbi gr̄a,ꝙ vnū eoꝝ ita sit discretū ab alio,ꝙ habeat certitudinē necessitatis eēndi,& insup ali quid aliud qđ est cōditio discretiōis,& alii similiter est certitudo necessitatis eēndi:sed cū pri uatione illius cōditionis, ita ꝙ nō sit discretū ab hoc,nisi p priuationē hmōi: tūc erit ei neces sitas essendi & certitudo quā habet ex hoc ꝙ stabilitur existēs cū priuatiōe illius cōditiōis que sequit illud.Quare cū priuatio nō habet intentionē acquisitā in rebus,alioquin eēnt in aliquo intētiones infinite:Ea em̄ q̄ ab aliquo remouent,infinita sunt cōparatiōe eorū que de ipso affir mant:de quibus fierēt negatiōes infinite:Non pōt igitur eē quin necessitas eēndi sit ei certifica ta sine additione q̄ est ei,aut nō.Si autē nō sine additione q̄ ē ei, tūc qđ erit sine illa nō habebit necessitatē eēndi:& cōditio īmediate eēndi erit ī altero,qđ ē īpossibile.qa tūc nō eēt ex se neces se eē. Si aūt sine additiōe,tūc additio erit supflua & nō erit de necessitate eēndi,& erit cōposi
Q tū:sed necesse eē nō ē cōpositū.Tertio destruit primū mēbrū diuisiōis pricipalis pposite dupli ci ratione.Prima ostēsiua & simplex,q̄ talis est.si fuerit vnicuiqȝ eorū aliquid per qđ discernitur ab altero,tūc hoc indicat cōpositionē in vtroqȝ eoꝝ:q̄ nō pōt cadere ī eo qđ est necesse eē.scđm ꝙ inferius ostendetur.Secunda ratio cōposita est & diuisiua:cuius primo pponit duo membra dicēs ꝙ illud non pōt eē quin aut necessitas essendi sit perfecta absqȝ vnaquaqȝ dictarū cōditio num,vel sit ei in vtroqȝ cōditio hec per quā perficiat. Deinde psequitur interimēdo primo pri mum mēbrū dicēs,ꝙ si fuerit pfecta absqȝ illis cōditionibus,tunc in necessitate essendi nō est di uersitas per essentiā,sed per accidētia q̄ sequunt:quibus nō eget necessitas essendi ad suā existē tiam,quae impossibile est cadere in eo qđ est necesse esse:vt dictū est in prima ratione.Deinde in terimit secūdū mēbrū ratiōe diuisiua bimēbri,cui⁹ mēbra ponit primo dicēs.ꝙ si nō perficitur necessitas essendi sine illis cōditionibus additis,tunc necessario nō pficietur sine illis cōditioni bus ad habendū in eis certitudinē necessitatis essendi,aut necessitas essendi erit intētio certifi cata in seipsa,ita vt nec illa duo,nec altera duo sint intra idētitatem essendi secundū ꝙ est ne cesse esse,sed est necessariū vt sit ei acquisitū esse cū aliquo illorū.Et hoc secūdū mēbrum decla rat p exēpla duo(Si tn̄ veritatē in se habet:sed nihil refert ad ppositū)dicēs. Verbi gr̄a.Sicut hyle cuius substātialitas q̄uis sit in definitione sue hyleitatis, tn̄ suū esse in effectu nō est nisi p hanc formam vel per aliam.Colorē quoqȝ q̄uis differētia nigredinis nō cōstituit inquantū est color:nec differētia albedinis,tn̄ vnaquaeqȝ earum est ei quasi causa ad essendū in effectu,& ad habendū esse.nec vna earū tn̄ est causa eius,sed quecūqȝ euenerit,q̄uis illa sit in vna dispositio
R ne & hec in alia.Deinde destruit primum membrum huius vltime diuisionis dicēs,ꝙ si fuerit res secundum iudiciū primi modi,tunc vnūquodqȝ eorum erit intrans in constitutione necessi tatis essendi,& erit conditio in illo.oportebit ergo ꝙ vbicūqȝ fuerit necessitas essendi, ꝙ illa cō ditio ex vtroqȝ confecta simul sit cum eo,& non solum erit vna illarum conditionum in vno,& alia in alio,sed ambe in vnoquoqȝ.& si sic,per illas distingui non possunt,sicut nec per ipsum ne cesse esse in quo conueniunt.Deinde destruit secundū membrum dicēs, ꝙ si fuerit secundū iu dicium modi secundi , tunc necessitas essendi indigebit aliquo per qđ habet esse,& esset ei esse non nisi postq̄ affirmaretur ei intentio illa qua ipsum necesse esse est.sicut materia non exi stit in actu nisi per formam,& color nisi per albedinem & nigredinem.Egeret igitur alio per

qđ haberet esse.qđ est inconueniens:quia ipsum necesse esse includit ex seipso esse in actu,sicut color ex se icludit coloreitatē,& hyle hyleitatē,licet nō includāt ex se in actu entitatē.Vnde sicut differētia albedinis & nigredinis nō adduntur ad colorem ad faciendū coloreitatē,neq̧ forma ad hyle ad faciendū hyleitatem,sic oportet vt proprietas dictarū cōditionū non sit aliquid ad stabiliendū necessitatē essendi.Est autē hic aduertendū ꝙ nō potest esse simile omino de necesse esse respectu coloris,& hyle,quo ad esse in actu , quia illa per id quod sunt in essentia sua, S nō includūt in se esse in actu,sicut facit necesse esse.qm̄ necesse esse est stabilitū esse,immo ipsum est stabilimentū essendi,& esse est cōditio in stabilienda quiditate eius qđ est necesse esse,vel vt verius dicať ipsum est ipsum esse in effectu cū priuatione priuationis, vel prohibitione destructionis.Necesse eṁ esse est id qđ est nō potens nō esse. In colore autē esse est cōsequēs qđ sequiť quiditatē quę est color.Igitur quiditas quę p seipsam est color,inuenitur in effectu per esse , & est ei eē illud acquisitū a causa sua.qđ quid ē eē nō ē causa i stabiliēda quiditate coloris,sed proprietas essendi.Reuertētes igitur ad propositū dicamus ſm Auicen. & rei veritatē , ꝙ si esse in eo qđ est necesse esse nō esset causa formalis intrinseca ad stabiliēdū quiditatē necessitatis essendi,sed esset proprietas essendi inquātum acquiriť sibi esse,& sic esse esset aliquid p̄ter illam quiditatē,veluti colori qđ est in actu,est aliquid p̄ter quiditatē coloris,tunc procederet hoc ſm cōsideratione causarū rerum cōmuniū determinatarū suis differētiis vel substantialibus, vel accidētalibus,& ideo diuersarū intētionibus diuersis,& oporteret vt esse esset ei acquisitū , ad hoc vt esset eius entitas.igiť ꝓprietas esset,sicq̧ in aliquo indigeret ea, in quo in rei veritate nō indiget ea.qđ est absurdū & incōueniens,quia tūc esse esset in eo aliquid,& non esset ipsum esse: sed certitudo illius qđ est necesse esse egeret alio secūdo esse ad qđ sequatur ei esse, sicut certitudo coloris eget qđ sit ei causa essendi,qđ est impossibile.Si eṁ certitudo necessitatis essendi penderet ex aliquo dante sibi necessitatē,tūc necessitas essendi in se esset possibilitas essendi, qđ non est verū. Ex quibus cōcludit in fine huius materię. Probatum est igitur ꝙ in necessitate T essendi nō est cōmunicatio.Igitur primo nihil cōmunicat. Et sic patet ꝙ non est ponere alium deū cōmunicantē ei in natura deitatis,ita ꝙ nec est possibile esse alium . Et ne dicať ꝙ sit alius deus malus nō communicans ei in natura,sed contrarius & contrarię naturę ei existens,vel ꝙ possibile est esse talem,subdit.Postq̄ aūt liberum est a materia & ab eius appendiciis & ab omni corruptione,& vtraq̧ hęc sunt cōditio eius qđ cadit sub cōtrarietate:tunc primus non habet cōtrariū.Ex his patent multa superius determinata circa esse dei,& eius quiditatem.patebunt etiā multa inferius determinādo circa consequētia ad esse dei & eius vnitatē:vt sunt immutabilitas,simplicitas,& cætera huiusmodi.de quibus videbitur inferius.

¶ Ad primū in oppositū ꝙ possibile ē mūdos eē plures,ergo & plures deos:Dicēdū ad hoc ꝙ multū restat inter opinionē Arist.phi de primo principio,& fidē catholicam quę innititur ipsi primę veritati,a qua plures phi deuiauerunt.Fidei eṁ veritas cuí concordat oīs recta ratio,tenet ꝙ vnum est primū principium omniū,a quo omnia habent esse, non necessitate naturę:sed libera voluntate nulli necessitati annexa,cuius solius est actio propria , & immediata creaturam omnem de non esse in esse producere sine omni medio materiali, vel agēte in hoc ei suffragante.Actio autem secundaria est creaturas quasdam mediantibus quibusdam gubernare:licet immediate posset. Ecōtra autē est opinio Philosophi, ꝙ scilicet etsi a primo principio omnia alia habeht esse effectiue,hoc est eis esse suum in gradu inferiori communicando, & hoc naturæ necessitate,non tamen aliquid de non esse absoluto in esse producendo,& ꝙ eius operatio propria sit primum mobile mouere,& necessitate naturę ei coniunctum esse & determinate,& mediante motu eius omnia alia regere & gubernare , nec aliquid noui nisi mediante illius motu agere.secundum ꝙ suis locis ex dictis eius omnia ista poterunt declarari . Vnde huic veritati catholicę prędictę obuians Commen.in.xii.metaphysicę dicit.Moderni dicunt substantiam primam esse priorem motore totius,qđ falsum est.Quælibet enim substantia istarum est principium substantię sensibilis. Et(vt dicit)ꝙ ideo dixit Aristote. ꝙ si essent aliquæ substantiæ abstractę non mouentes,essent ociosę. Vnde dicit ꝙ hoc qđ dicit Plato in suis ver- X bis obscuris,ꝙ creator creauit angelos:Deinde pręcepit eis creare alia mortalia, & remāsit ip̄e in quiete sine labore: Non est intelligendum ad literam. Et addit ꝙ forte æstimare hoc in deo fuit causa sabbati positi in lege filiorum Israel.Sicut ergo philosophus posuit cælum esse propter suum motum , & non posse existere nisi moueret : sic posuit perfectionem dei esse in mouendo cælum, & ꝙ non existeret,vel vanus esset & ociosus nisi moueret.Sicut neq̧ quæcunq̧

V

Ad primū prin.

res potest esse sine eo quo pficitur in suo esse. Et ideo sicut ex naturali colligātia vnitas forme determinatur vnitate materię & ecōuerso: sic posuit vnitatem primi mobilis siue mūdi per cōsequens determinari vnitate primi principii mouētis ipm. & similiter de aliis mobilib⁹ & motoribus: quia vt dicit in. xii. Motus ęternus fit per motorē æternum, & vnus per vnū. & ecōtra intelligendū fm ipsum ꝙ plures per plures. & ideo ad vnitatē pricipii mouentis posuit sequi vnitatē mobilis & ecōuerso: tā circa primū mouēs & mobile suū, ꝗ̄ circa posteriora & mobilia eorū. Et ita si primū celū esset plures numero & idē specie, & primi mouētes, & ecōuerso, & similiter de cęteris. & supposuit vtrūq; esse impossibile. Vnde & pbat primo cę. & mun. pluralitatē mūdi omnino esse impossibilē. Fundamentū autē eius est, ꝙ non est in aliquibus multitudo fm numerū: nisi in qbus est materia generabilis & corruptibilis perticularis fm quātitatē: vt fm diuersas partes materię eiusdem sub diuersis partib⁹ quātitatis diuerset forma scdm numerū perficiens diuersas partes materię. secundū ꝙ dicit in. vii. meta. Neq; demōstratio, neq; definitio est sensibiliū particulariū. Habēt enim materiā quę habet naturā qua res potest esse & non esse. Et ideo corrūpuntur omnino particularia. Vnde & in ęternis tam corporalibus ꝗ̄ incorporalib⁹, nō posuit speciē subsistere nisi in vnico supposito. Vnde & dicit in. xii. vnde sumptū est argumentū. Si plures essent cęli: vt hoīes plures. s. numero: & vnus specie foret principium mouens, qđ est circa vnūquodq; cęlum specie vnū, numero vero multa. sed quęcūq; sunt numero multa

Y habēt materiā. Nos autē ecōtrario dicimus ꝙ deus est primus motor vniuersalis, nulli mobili determinatus, neq; etiā vniuerso, neq; vllo modo ab ipso in suo esse dependet: sed econtra. Et ideo sup pluralitatem mundorū habet potentiā, vel successiue plures producēdo cōtinue in infinitū, permittendo. s. vnū cadere in nihilum, & alium iterato pducendo, vel simul aliū mundū vel alios isti cōmunicando, quorū vnus ab altero non dependeret: sed ambo ab vno deo: vt non oporteret plures mūdos reducere ad aliquā vnitatem īter se: sed solū ad vnū principium oīm. Et est falsum quicquid phus in huiusmodi suis principiis supposuit, & dictam rerū cōnexionē eē, & indiuidua sub specie multiplicari nō posse nisi per materiā. scdm ꝙ alias oīa ista pprias debent habere determinatiōes. Vnde ex vnitate dei, & ꝙ nō possunt esse plures, nō potest argui ꝙ nō possunt esse plures mūdi: sed solū potest probari ꝙ sit vnus tm̄, non ex necessitate aliqua naturę rerū: sed ex cōgruētia correspondētię naturę exemplati ad exemplar, iuxta qđ tm̄ plura exemplata possent produci. Et scdm hunc modū Plato in scdo Tim. ex vnitate dei probauit vnitatē mundi, cum dixit. Nūc vtrū recte mundū vnū dixerim⁹ aut plures dici oportuerit, vel innumerabiles, considerandū. Et statim respōdet dicēs. Vnū plane, quia iuxta exemplar formatus est. Et ꝙ illud exemplar sit vnū cōtinue probat dicēs. Id em̄ qđ vniuersa continet intelligibilia cū alio, scdm esse nō poterat. Vtrū em̄ ex duobus cōtineret oīa nō (opinor) liqueret, nec esset vnū simplex cūcta cōtinēs, sed cōiugatio copulata. sed de hoc satis visum est iā. Ex quo statī cōcludit intētū dicēs. Vt igitur exemplari cuius ęmulationē imitabať, etiā in numero similis esset, idcirco neq; duo, neq; innumerabiles mūdi, sed vnic⁹ a deo fact⁹ est. Quin tm̄ plures poterāt facti fuisse, nō negant. Hęc igiť sit ars nostra cōtra phos in principiis suis eis obsistere in oīb⁹ in quibus veritati fidei cōtrarianť. Aliter em̄ in eis quę sunt post principia, nō possemus eis resistere. Propter qđ Orige. in Homil. iiii. sup Exod. exponens illud qđ dixit dn̄s Moysi. Exod. vii. Stabis in occursum ei⁹ sup ripam fluminis, dicit. Sed nec illud putādū est nobis inaniter obseruatum, ꝙ primo quidem Moyses non intrat ad Pharaonem: sed occurrit ei exeunti ad aquas: postmodū vero intrat ad eum. Et in hoc arbitror intelligi posse, ꝙ si nobis in verbo dei & religionis assertione certamen est aduersus Pharaonē, & est nobis in disputatione luctamē: nō statī prima fronte ingredi debemus ad vltima questionū loca, sed occurrendū nobis est aduersario ad aquas suas. Aquæ em̄ suę sunt auctores gentilium phorum. Ibi ergo nobis primo disputare volentibus occurrendū est: vt ipsos arguamus, & ipos errasse doceamus. post hoc iam nobis ingrediendū est & ad interiora certaminis. Dn̄s em̄ dicit. Nisi quis prius alligauerit fortē, non potest introire in domū eius, & vasa eius diripere. Prius ergo alligandus est fortis, & questionis vinculis cōstringēdus, & ita introeundum ad diripiendū vasa eius, & liberandas aīas, quas deceptione & fraude possederat. Qđ cū fecerim⁹, stemus cōtra ipm eo modo quo dicit Aposto.

Z Stare ergo succincti lūbos vestros in veritate. ¶ Ad scdm ꝙ bonū est suiipsius diffusiuū, dicen-

Ad scdm. dū ꝙ verū est, non tm̄ nisi fm modū quo possibile est diffundi, sicut & natura semp facit qđ melius est: cū tm̄ est possibilius. Sciendū igitur ꝙ deus quia est sua bonitas, omni modo quo possibile est fieri diffusionē sui se diffundit. Cū em̄ diffusio nō fit nisi scdm aliquā diuersitatē, & fm aliquā idētitatē, sicut est habitudo inter principiatū & pricipiū, quia nihil seipm pducit in esse,

secundū Augustinum primo de tri. Etiam omne qđ fit, fit a sibi simili, secundū philosophum vii. Metaph. Identitas diffundentis se ad illud in quo se diffundit, potest esse vel realis similitudinis: vel analogię & proportionis. Secundo modo diffundit se diuina bonitas in creaturas secundum scilicet diuersitatem substantiæ & suppositi: manente sola identitate seu vnitate analogię & proportionis vnius ad alterum: inquantum id quod est bonitatis in deo per essentiam: in creaturis est per quandam participationem: & hoc in earum essentia: non secundum aliquid additum essentiæ earum, vt probat Boethius in libro de hebđ. Primo modo potest intelligi se bonitas diffundere dupliciter scđm duo q̄ possunt esse in natura se diffundente. s. natura & suppositum. Potest ergo se diffundere scđm identitatē substātię in diuersitate suppositi, vel econtra scđm identitatē suppositi in diuersitate substantię. Primo modo dupliciter vel scđm identitatē naturæ scđm speciem differētis: aut scđm numerū & supposita. hoc modo diffusio est p naturalē generationē. Sed impossibilis est in deo: quia diuina natura cōmunis eē non potest, vt ostensum est sufficienter. Sed talem diffusionem q̄rebat argumētum. Vel scđm identitatem naturæ scđm numerum in diuersitate suppositi: sic est diffusio bonitatis naturæ diuinę in tribus diuinis personis. Diffusio autē scđm identitatē suppositi in diuersitate substātię, est diffusio eiusdem personæ super duas naturas in Christo.

❡Art.XXVI.de natura & essentia Dei.

Iso de iis quæ pertinent ad dei entitatem & vnitatem, sequūtur illa quæ pertinent ad eius naturam & essentiam: cui conuenit esse vnum & ens. Et circa hoc quęruntur duo. Art.xxvi.

Primum: vtrum deus sit res & natura aliqua sub ente.

Secundum: vtrum sit res & natura alicuius prædicamenti.

Irca Primū arguitur: ꝙ deus non potest dici res & natura aliqua sub ente. Primo sic. Res & natura sub ente determinant esse in eo cui cōueniūt. Secundū eñ ꝙ dicit Auic. i. Metaph. suę. Intentio vnius, & intentio rei sunt duę intentiones. & notum est ꝙ certitudo rei est rei p̄ter esse. Sed esse in deo nullo modo potest determinari: quia esse dei est eius singularitas sibi solitaria: nullo determinata, vt habitum est ex p̄cedentib⁹. ergo &c. ❡Secūdo sic: qđ est res & natura aliqua sub ente, est particulare & hoc aliquid distinctum ab aliis: quia scđm Auic. Res est certitudo propria, qua est vnūquodq; id qđ est. Deus autē non est hoc aliquid aut particulare, vt infra videbif. ergo &c. ❡Cōtra est: nihil est i se subsistēs nisi qđ est res & natura aliqua: q̄a nihil subsistit neq; (qđ ápli⁹ est) existit, nisi sit certitudo aliq̄ q̄ subsistēs est id qđ est. Sicut circulus nō est ens & vnū nisi quia habet certitudinē in essentia qua est circulus, & albedo habet certitudinē qua est albedo. & sic de quolibet ente & vno. Hęc autem certitudo res & natura aliqua dicitur in ente. ergo &c. A Quęst. I. Arg. 1. 2 In opposi.

❡Ista quęstio quasi determinata est supra, determinando q̄stionē illā: an quiditas sit in deo: sed tñ vt expressius termineť sub forma ꝑposita: Dicendū ad hoc: ꝙ licet in oībus q̄ deo attribuūť, manuducimur ex creaturis: vt q̄ sunt pfectiōis & dignitatis i creaturis deo nō denegemus: nō tñ scđm eūdē modū deo attribuim⁹ illa: quo iuenim⁹ ea in creaturis, q̄a i creaturis nihil inuenim⁹ nisi sub aliqua rōne defectionis & imperfectionis: inquātū. s. a perfectione primi entis recedit. Gradus igiť intētionū inspiciēdi sunt sub ente in creaturis scđm rōnē perfectionis & ipfectionis: vt ex opposito, vel ex supeminēti cognoscamus quomodo ponendę sunt in creatore. Est igiť intelligendū scđm ꝙ in parte dictū est supra, ꝙ ista. v. differūt in oīb⁹ creaturis: eē simpliciter: & esse hoc: & esse aliqđ: & esse hoc aliqđ: & eē hoc aliqđ i actu. Et differūt per hunc modum. esse enim in creaturis simpliciter est esse analogum essentiis decē p̄dicamētorum. vt eñ dicit Auic. i. Metaph. Esse cōmunissime dictum significat multas intentiones: a quibus res quælibet in certitudine suę essentię dicitur ens. & est illud esse proprium rei: sicut certitudo essentię cuiuslibet rei est sibi propria. Sed nullam illarū determinat nomē entis simpliciter acceptum. Scđm ꝙ dicit idē in eodem in fine. Ens talis naturę est: ꝙ p̄dicatur de omni siue illud sit substantia, siue aliud. Ipsa enim substantia ex hoc ꝙ est ens non est substantia: nec aliqua substantia. s. subiectū aliquod. Et conuenit rei hoc esse simpliciter dictum ex hoc ꝙ in B Resol. q. C

certitudine sua est exẽplatũ quoddã diuini esse. Et tali esse rei opponitur nõ esse eius qđ oĩno nihil est per essentiam:quia.s.in deo exemplar formale existendi nõ habet, vt pdictũ est sepius. Esse aũt hoc, est ipsum esse simpliciter dictũ,contractũ per certitudinẽ essentiæ alicuius entis: a qua sumitur intentio qua ens dicitur res alicui⁹ decẽ pdicamentorũ.Ens eñ & res cõstituũt diuersas intẽtiones. Vnaqueqꝫ eñ res habet certitudinẽ q̃ est eius quiditas qua est id qđ est.vt albedo habet certitudinem qua est albedo:& hoc est qđ appellam⁹ esse ppriũ rei.Et differũt ista duo in eodẽ sola ratiõe:quia dicit res ex certitudine essentię suę qua hoc ens est,substãtia.s.vel accidẽs.dicit autẽ ens ex eadẽ certitudine essentię suę simpliciter dicta & intellecta. Vñ & pter diuersas certitudines rei in diuersis pdicamẽtis & in quolibet eodẽ vsqꝫ ad vltima indiuidua,q̃ respõdẽt diuersis intẽtionibus idealibus in deo,ens diuersimode & analogice dr de ipis.
cõtingit esse sub eadem specie plura indiuidua,etiã si sint omnino separata a materia & continuo: quia non sunt nisi accidentaliter distincta abinuicẽ per id qđ est causa idiuiduatiõis in eis (de quo alias debet esse sermo) potest esse ratio numeri accidentalis:eo.s.q secundum vnam intẽtionẽ specificam conueniunt,sub qua accidentaliter secundum rationes indiuiduantes distinguũtur: etsi non per materiam. Differt aũt solũ ratio numeri in talibus a ratione numeri quę est in continuis q in illis omnis numerus reducitur ad vnitatem continentẽ in se secundũ substãtiam & naturam omnem numerum in continuo multiplicabilẽ,inquantũ omnis magnitudo vt continuũ est & magnitudo ratione cõtinuitatis & materię:licet aliqua illorũ p formas nõ natas vniri in eodem numero distinguũƭ:nata est esse vna magnitudo & vnum continuũ:& ex se & p se diuidi in magnitudines:quod nulli alii conuenit, nec formę,nec materię,nec ex vtroq substantialiter composito.Et sic quod est p se diuisibile in seipso:etiã est causa diuisionis in alio: vt in formis materialibus quæ hñt esse in magnitudine & continuo maxime specialissimis. Quã diuisionẽ sub specie specialissima solum videbant Philosophi:& ideo totam causam indiuiduationis plurium indiuiduorum sub eadẽ specie reducebant ad magnitudinẽ:dicentes q solum in habentibus formam in materia contingit esse sub eadem specie plura indiuidua:& hoc quia secundum eos non est materia nisi in corporalibus & habentibus magnitudinem : per quã materia extendiƭ secundum partes magnitudinis & fit diuisibilis sub illis:& p consequens forma sub specie multiplicabilis est per materię diuisionẽ & multiplicationem.Vnde & in illis corporalibus q totam materiam suam possibilẽ ad formã cõtinebant sub esse indiuisibili & impartibili, dicebant q sub vna specie non posset esse nisi vnicum indiuiduũ vt vnic⁹ sol.Similiter in illis quę sunt formę separatę a materia & cõtinuo oĩno,nullo modo ponebant sub vna specie esse plus q̃ vnicũ indiuiduũ: neq posse esse:tanq̃ in omnibus talib⁹ forma vt forma est,& essentia,ex se singularitas quędã fit.secundũ q supra determinatum est de forma diuinitatis.Ex quo etiã coacti erant ponere q qđlibet talium esset natura deitatis subsistẽs per suam essentiam,vt iam in pte dictũ est supra:& amplius dicẽdũ est loquẽdo de creaturis.In separatis vero a materia si sub eadẽ specie sint plura idiuidua,nũer⁹ taliũ nõ reduciƭ ad aliquã vnitatẽ numeralem seu singularem continentẽ in se scđm substantiam & naturam totum numerũ,sicut contingit in continuis: neq secundũ potentiam & virtutem,vt cõtingit in vniuersitate entiũ,secũdũ q dictũ est supra:sed si ad aliquid reduciƭ,hoc est ad vnitatẽ formę speciei q̃ de se apta nata ẽ multiplicari p plura supposita,vt ĩfra videbiƭ.Pręter quã aptitudinẽ naturę formas materiales etiã posuerũt mltiplicari p plura indiuidua.s. pter materiã & cõtinuũ,vt dictũ ẽ.¶Quia ergo vt patet F
ex iã habitis nũerus pprie loquẽdo nõ est nisi mltitudo vnitorũ ĩ forma vna quocũq mõ pueniẽs Responsio
ex vnitatibus eisdẽ scđm formã illã sępius sup se replicatis:Deus aũt in aliquo formali cõmuni eis secundum rem,cum nulla creatura cõuenire põt,vt notum est ex pdeterminatis: Dicendum igiƭ absolute q deus cõpositionem cum alio tanq̃ vnitas cum vnitate ad cõstitutionẽ nũeri habere nõ põt,maxime acciñtalis:qa rõ formalis qua numerus habet esse numerus accidẽtalis,est multitudo pluriũ vnitatũ sub aliqua dispositione formali vnitarũ:cui accidit essentię in plura supposita scđm numerũ diuidi.& ideo accidit etiã multis vt multa sunt accidẽtaliter,sub vnitate talis formę,etiã si esset in se substãtialis,vniri.Deus autem nihil cõmune acciñtale põt participare cum creatura.
¶Per dicta patet ad argumenta:dicendo ad primum q licet deus & creatura sũt G
multa:non tamen ex hoc componuntur ad constitutionem numeri. In eis enim quæ non conueniunt in forma & specie,nõ est numerus vel mltitudo:licet sint multa,vt dictũ est:nisi extendẽdo Ad pri. principale

nomē numeri. Sed si sic extendat: illa ratio numeri nō est p aliquā cōpositionē vnitatū: sed p solam aggregationē ipsis manentibus distictis: nō ad aliquā vnitatē redactis vt dictū est. Et qd dicit Auicen. ꝙ omnis multitudo est numerus. Patet secundū pdicta ꝙ hoc nō intelligit nisi de multitudine
H vnitatum sub aliqua forma redactarū. ¶Per idem patet ad secundum: Dicendo ꝙ deus & creatu
Ad scdm. ra sunt duo non formaliter vnita in numero aliquo duali: sed vt multa incōtīcta. Vnde dualitas super creaturam & creatorem nō est numerus formaliter: sed solum materialiter dictus. secūdū ꝙ equiuoce dicuntur nomina numerorum de essentialiter distinctis scdm formā & speciē oīno: & de accidētaliter distinctis sub eadem specie, vt dictū est supra de denario. x. hominū & .x. pdicamētoꝝ.

I
Quest. 8. Arg. 1.

Irca octauum arguitur ꝙ deus non careat omni modo compositiōis Primo sic. qd cum alio habet cōueniētiam & differentiā: habet in se diuersa: quia ab eodē non differt aliquid eo quo cū eo conuenit. deus cum creatura cōuenientiā habet & differentiā, vt habitum est supra. Deus ergo habet i se diuersa. nullū tale
2 simplex est carens omni modo compositionis. ergo &c. ¶Secundo sic. Boethi9 dicit de hebdo. Quod est participat aliquo vt sit: alio vero vt aliquid sit. Deus autem est, & est aliquid in natura & essentia, vt habitum est supra. ergo participat
K alio & alio. nullum tale est omnino simplex sine omni compositione. ergo &c. ¶In contrarium est.
In opposi. qm simplex semp pponēdū est cōposito: & min9 cōpositū magis cōposito. secūdū ꝙ dicit Aug. de quātitate aie cap. xii. Pluris pfecto habēdū est id qd diuidi nō pōt: pponamus igit necesse est & qd minus diuidi potest. omino ergo pponendū est qd omnino diuidi nō pōt: & omi compositione caret. deo aūt tribuēdū est oīe quod in rebus praeponendum est, vt infra dicetur. ergo &c.

L ¶Dicendum ad hoc: ꝙ ista questio est cōclusio omnium predictarum questionū
Respōsio. de simplicitate dei: & est vtrū sit summe simplex: & ita summe vnus i natura & essentia sua. Et vt puto, in ptactis qstionibus explicata est omnis ratio cōpositionis qua aliquid habet componi vel ex aliis vel cum alio vt per hoc ei conueniat aliqua ratio cōpositionis. Vnde cum vt patet ex pdeterminatis, in deo nullo dictoꝝ modoꝝ est inuenire aliquā rationem cōpositionis: absolute pfitendū est ꝙ deus caret omni compositione: & ꝙ est omnino simplex in fine simplicitatis & vnitatis. Cuius maxima ratio est cōmunis ad omnia pdeterminata de compositione ex aliis: quia qd vllo modo compositū est, ex cōponentibus habet suam vnitatē: quare nō ex seipso p seipsum, sed p aliquid sui: & ita neq̄ similiter esse. secundū eñ ꝙ dicit Aug. de moribus Manich. nihil aliud est esse q̄ vnū esse: itaq̄ inquātū vnitatem adipiscit intātū est. Vnitas eñ est ordinatio & cōcordia qua sunt inquātum sunt ea quae composita sunt. Nam simplicia p se sunt: quia p se vnum sunt. que aūt non sunt simplicia, concordia partium imitant vnitatē: & intātū sunt inquātum eam consequunt. Deus aūt ex se & p se habet esse: quia est ipsum necesse esse, vt habitum est supra. Nullo ergo modo possibile est ponere deum esse compositum ex aliis & diuersis: neq̄ etiā cum alio: quia nihil possibile est cōponi cum alio nisi cum quo natum est facere tertiū cōpositum: qd omino impossibile est circa deū. quoniā diuersa diuisa ex quibus pōt fieri aliqd vnū, quātūcūq̄ etiā vnū eoꝝ est in potētia & alterū in actu, necessario egent vniente & coniūgente illa, qualis est primus motor in omnibus in quibus est compositio tanq̄ ex materia & forma, vt dicit i fine. viii. meta. Tale aūt semper de necessitate natura prius habet esse cōpositis: quia agens prius ē patienti: & faciens facto. Deus aūt nihil prius se habere potest. cōpositio ergo cum alio nec in deo cadere potest. Nulla igitur ratio cōpositionis potest esse in ipso: sed est simplicissimus in fine simplicitatis existēs, respectu cuius omne aliud ens quodammodo est compositū, vt habitum est supra: & sic p cōsequēs de9 est summe & pfecte vnitatis
M respectu cuius omnia alia quodāmodo sunt mlta. Propter qd dicit beatus Ber. v. ad Eug. Inter oia que vnum dicitur arcem tenet vnitas diuine trinitatis. & Hug. sup cap. vii. cel. Hier. dicit. Vnum collectione dicitur, & vnum compositione, & vnum similitudine. Que omnia qa non totū qd sunt vnum sunt: vere vnum non sunt: & vnitatis nomen similitudine tm̄ mutuant nō pprietate. Diuine aūt nature cui9 est vnū esse: & simplex eē: totū qd est, vere vnū esse est. Et ideo recte non solū monas: sed henas quoq̄ appellari debuit: quia vnitas eius in vera eiusdē atq̄ indiuise substantie semp simplicitate subsistit. Quomodo autem huic & tātae simplicitati nō repugnat trinitas psonarū aut attributoꝝ pluralitas vel vnio cum humanitate in Christo, in propriis locis exponendum est.

N ¶Ad primum in oppositum ꝙ deus est compositus: quia cum alio habet cōueniē
Ad pri. tiam & differentiā: Dicēdū ꝙ est cōueniētia vniuocatiōis, q̄ est ex pticipatiōe eiusdē nature per de
punci. finitionem vniuocorum: & est cōuenientia analogie siue pportionis, q̄ est ex similitudine & imitatione naturae ad naturam in diuersis. Differētia & conuenientia primo modo necessario ponit cō

positionem in eo qđ differt & cōuenit cū alio.& nullo modo cōuenit deo:sed solum eis quę in eodem pdicamento cōmunicant rōnē generis vel speciei:qđ nullo modo conuenit deo,vt supra habitum est.Conueniētia aūt secundo modo cum dicitur ad aliquid vnum, nequaq̄ ponit cōpositionem in eo qđ conuenit & differt:quia eodem simplici est conueniētia & differentia:sed secundū aliam & aliā rationē.Deus em̄ p suam essentiam a creaturis differt:quia nulla creatura naturę diuinę est:& eadem cum eis conuenit:quia eam omnis creatura in natura & essentia sua quodāmō imitatur.& per hoc deus nihil est eorum quæ sunt:& quodammodo est omnia quę sunt,vt dictū est supra,& amplius dicet̄ infra.¶Ad secūdum de dicto Boethii:Dicēdū scđm prędeterminata, & scđm q̄ sonant verba,q̄ dictum illud solum veritatem habet in creaturis tm̄,de quibus indicat se loqui explicando verbum participationis.De⁹ aūt cum est omnino esse p essentiā, nullo participat neq; vt sit:neq; vt aliquid sit:sicut facit creatura,vt habitū est supra. Proprie em̄ deus non est nisi eē absolute:q̄a est eē subsistēs oīno īdeterminatū priuatiōe cuiuslibet rōnis determinātis.Eē aūt aliqd cōuenit ei minus pprie,inquātū.s.esse dei concipimus mō nostro,vt.s.subsistens in supposito in quo nō habet alio esse & esse aliquid,sed eodem omnino.secundum q̄ dicit August.xi.de ciui.dei. Ideo simplex dicitur,qm̄ est hoc qđ habet.vnde dictū est supra q̄ in ipso nulla compositio cadit ex natura & supposito:sicut est in creaturis.Vnde q̄a modo essentię creaturarū quodāmodo capim⁹ diuinā essentiā.s.vt in supposito absoluto,sed non bene, cum dicimus ens:vt absolutam vero cum dicimus esse:ideo dicit Diony.v.ca.de di.no.Deus non est ens:sed simpliciter & incircunfinite totum in seipso eē.Vn̄ diuina natura vt est subsistēs in supposito vel poti⁹ ipse deus,non pprie dicit̄ esse aliquid,sed ad aliquid.Non enim subsistit nisi ad aliquid,vt infra patebit. O Ad secūdū

Art.XXX.De immutabilitate dei.

Via immutabilitatis causa est simplicitas, ideo post q̄stiones de dei simplicitate:sequunt̄ quæstiones de eius immutabilitate, & sunt sex. Articulus XXX.

Prima:vtrum deus sit mutabilis mutatione a non esse in esse.

Secunda:vtrum sit mutabilis motu corruptionis ab esse in non esse.

Tertia est iuxta hoc:vtrum potest cogitari nō esse.

Quarta:vtrū est mutabilis mutatione variationis ab vno eē in aliđ eē.

Quinta:vtrum sit mutabilis secundum situm operationes alternādo circa diuersa.

Sexta:vtrum aliqua rōne sit mutabilis, vel oīno dicēd⁹ est īmutabilis.

Irca primū arguit̄ q̄ de⁹ sit mutabilis p generationē scđm substātiā a non esse in esse.Primo sic.cōtraria hn̄t esse circa idē.non esse scđm August.contrariū est esse dei.ergo non esse natum est eē circa deū.omne tale habet esse post non eē,vt videbit̄ loquendo de creaturis:& hoc est mutari mutatione generationis large sumēdo generationē.ergo &c.¶Secūdo sic.omne ens habet esse vel a se vel ab alio.De⁹ est ens vt habitū est supra:& nō a se:quia scđm August.nihil seipm̄ pducit ad esse.ergo habet esse ab alio:& hoc non est nisi p generationē de non esse.ergo &c. P Quest.I. Arg.1. 2

¶Tertio sic.primū est ante qđ nihil.de⁹ est primū in entib⁹,vt habitū est supra. ergo ante ipm̄ nihil.tale autē habet mutari p generationē a non esse in esse.ergo &c. ¶In contrarium est: q̄ tūc de⁹ non esset primum ens:quia nihil procedit de non esse in esse nisi p aliud preexistens in esse. 3 In opposi.

¶Hanc quęstionē mouet Ansel.vi.ca.mono.quia vt ibi dicit,qđ nō est aliquo faciēte aut nihil est:aut si est aliqđ,p nihil esse videt̄:sed cōstat q̄ de⁹ nō est nihil:nec pōt eē per nihil quia per nihil nihil est:fatue ergo videri posset alicui q̄ de⁹ de necessitate haberet esse ab aliquo faciente.Sed nihil potest esse ei materia ex qua fit:quia illa eadem ratione haberet materiam vnde fieret:oportet igit̄ si habet eē aliquo efficiēte q̄ fiat ex nihilo.Et respōdet Ansel.dicēs q̄ sūma natura nō est oīno per aliqđ efficiēs:neq; ex aliqua materia vt ad eē pduceret̄:nec tn̄ p nihil aut ex nihilo:sed ex seipso & per ipsum.Vbi etiā q̄rit cōtinuo.Quō ergo tandē intelligēda est esse p se & ex se:si nec ipsa se facit:nec sibi materia existit:nec qđ non erat ad esse iuit?Et respondet dicēs.Nisi forte eo modo intelligendum videtur,quomodo dicit̄ q̄ lux lucet vel lucēs est per seipsam:& ex seipsa.Quēadmodū em̄ se habēt adinuicē lux lucere & lucens,sic se hn̄t adinuicē in deo essentia & esse & ens. Qđ reuera idem ē cum eo qđ determinatū est sup⁹,q̄ deus habet esse a seipso formaliter:quia per suam essentiam, quæ de se est necesse esse: effectiue autē nec ex se:nec ab alio. & sic ęternaliter est stans & manens in eē essentialiter habito & nullo mō accepto.& sic deus est oīno imutabilis trās Q Resol.q.

mutatione a non esse in esse: immo hoc summe contrariũ est rationi primitatis in ipso qua primũ ens est, & mouens dans esse & motum omnibus aliis.

R
Ad pri. principa. ¶ Ad primũ in oppositũ ꝙ esse natum est esse circa deũ, ergo & non eẽ: Dicẽdum ꝙ illa ꝓpositio, Cõtraria nata sũt fieri circa idẽ, vt extẽdat ad oĩa opposita itelligit nisi alterũ deter minate insit: sicut igni calidũ, vt dicit Phs in ꝑdicamentis. Nũc aũt deo alterũ illoꝝ. s. esse, determinate inest: vt reliquũ. s. nõ esse, essentię diuinę oĩno ĩpossibile est iesse: & hoc qa essentialiter est necesse esse. In quo nõ differũt ens & esse, siue qđ est & quo est, vt habitũ est supra. Vnde licet illud qđ est, diuersum est a suo esse, nec de se est ipsum esse, sed solũ habet esse ex respectu quodã ad esse primi entis: & in quo non sunt idẽ esse & essentia sicut determinatũ est supra, ꝑ indifferentiã se habet ad esse & nõ esse, quantũ est de se: ita ꝙ de se nõ habet nisi nõ esse: esse aũt, nõ nisi ab alio: & ideo necessario habet suũ eẽ post eiꝰ nõ eẽ: qa qđ habet eẽ ex se, necessario priꝰ ei cõuenit ꝙ̃ illđ qđ habet ex alio: illud tñ in quo penitus idẽ sunt essentia qđ est & eẽ, nullo modo ꝑ indifferẽtiã se habet ad esse

S
Ad scđm. & non esse: sed tm̃ determinatũ est ad esse. ¶ Ad scđm ꝙ oĩe ens habet eẽ vel ex se vel ex alio: Dicẽdũ ꝙ nõ est verũ effectiue nisi de illo qđ habet eẽ acceptũ. qđ eñ habet eẽ formaliter solũ vt deus

T
Ad tertiũ & nullo modo acceptũ effectiue, nec ex se nec ab alio habet eẽ. ¶ Ad tertiũ ꝙ deus est ante qđ nihil, ergo in ipso nõ esse ꝓcedit esse: Dicẽdũ ꝙ cũ dicit ante qđ nihil, negatio intellecta i illo qđ dicit nihil, potest intelligi ex pte ꝑdicati solũ, affirmato ordine antecessionis importatę ꝑ illud aduerbiũ ante. vel potest intelligi vt neget cõpositionẽ ꝑdicati ad subiectũ: & includat sub se ordinẽ antecessiõis importatę ꝑ illud aduerbiũ ante: & sic dicat negationem siue priuationẽ ipsius ordinis. Primo modo ẽ falsa sub hoc sensu. Deus est añ qđ nihil. i. cuiꝰ eẽ ꝓcessit ipm̃ nihil, vt patet ex dictis. Scđo mõ est vera sub hoc sensu. Deꝰ est añ qđ nihil. i. cuiꝰ eẽ nõ ꝓcessit quicꝗ̃. Deꝰ eñ ẽ primũ añ qđ nihil: nõ ita ꝙ nihil sit añ ipm̃ eius eẽ ꝓcedẽdo ordĩe itelligẽdi & naturę: sic eñ ex nõ esse i esse ꝓcessisset: & esset ex se possibile ad esse & non esse: & esse suũ dependeret ab alio vt ꝓcessit obiectio: sed dicit esse primum ante qđ nihil: qa nõ est oĩno ante esse suum prius aut aliquid aliud aut nihil, neꝗ ordine naturę neꝗ ordĩne durationis. Vñ Ansel. mon. xviii. ca. distinguit cõuersam illiꝰ, dicẽs ꝙ ꝓlatio vna duplicẽ gerit intelligentiam cũ dicit qa nihil fuit ante summã essentiã. vnus eñ est sensus: qa priusꝗ̃ summa essentia esset, fuit cũ erat nihil. alter vero: qa ante summã essentiã non fuit aliquid.

A
Quæst. ii.
Arg. 1.

Irca secũdũ arguit ꝙ deꝰ sit mutabilis in sua substãtia ab esse in nõ esse: & ꝙ possit oĩno nõ esse. Primo sic. sicut se habet nõ ens ad esse, sic se habet ens ad non eẽ: qa ens & nõ ens cõtradicũt: sicut esse & non esse: & de quolibet affirmatio vł negatio & nõ simul de eodem: & ita si aliquid ẽ verũ de aliquo: & cõtradictoriũ necessario est verum de cõtradictorio. Sed de se nõ ens qđ nec est nec fuit nec vnꝗ̃ erit, potest esse: qa põt generari: non tñ generabit vnꝗ̃. qm̃ scđm Phm̃: licet omne corruptibile corrũpet: non tñ oẽ gñabile gñabit. ergo de se ens qđ est & fuit semper & erit semper, põt nõ esse. hoc aũt nõ est nisi solus deꝰ, vt ĩfra videbit. ergo &c. ¶ Scđo sic. qđ cõ

2 uenit enti inquantum est ens, conuenit cuilibet enti. qm̃ secũdũ qđ ipm̃ & vłe sunt idem secũdum Phm̃ primo poster. Sed ens inquantum ens diuidit in ens potẽtia & ens actu. secũdum Phm̃. v. & ix. metaphysi. ergo & qđlibet ens. cum ergo deus secũdũ Auicẽ. contineat sub ente simpliciter, deo cõuenire debet esse ens actu & ens potẽtia. sed nõ est in potẽtia ens nisi qđ põt esse nõ ens: qa ea

3 dẽ est potẽtia cõtrarioꝝ. ergo &c. ¶ Tertio sic, post esse primi nihil erit: sed illud est trãsmutabile de

B
In opposi. esse in nõ eẽ post cuiꝰ eẽ seqͥ nõ esse. ergo &c. ¶ In oppositũ arguit Ansel. mon. xviii. ca. sic. Si summa essentia finem habitura est: aut volens aut nolens deficiet. Sed ꝓcerto non est simplex bonũ cuius voluntate perit summum bonum. quare sponte non deficiet: qm̃ est summe bonum. Si aũt nolens peritura est, nec est summe potens nec omnipotens. ergo &c.

C
Responsio ¶ Dicendum ad hoc: ꝙ licet rationibus superinductis in questione an sit deꝰ principaliter ꝓbatur ꝙ necessarium sit ponere deum esse: licet etiã aliud est ꝓbare ꝙ necessariũ ẽ ponere deũ eẽ, & ꝓbare ꝙ deus habet esse necessariũ qđ est impossibile ad nõ eẽ: eisdẽ tñ rõnibꝰ sigs ĩspiciat, cõuincit deũ habere eẽ necessariũ: qa si deus posset esse suũ amittere, ipsum esse suũ aliqđ esset aliud re vel intẽtiõe a sua natura & eẽntia, quę modo intelligeretur esse, mõ nõ esse, quasi subiectũ cõmune vtriusꝗ: & ideo de se illa nõ haberet esse formaliter: qͣre multo minus effectiue: qa nihil ẽ cã agẽs suiipsiꝰ vt sit: & sic nõ esset cã pria oĩm: cuiꝰ cõtrariũ rõnes illę cõuincũt. Probãt eñ aliqđ tale eẽ: & illud ẽ qđ ponit eẽ deꝰ. Quia ergo illę rõnes ex creaturis sumũt ꝑcẽlitatẽ, ꝑ se nõ cõuicũt deũ nõ posse nõ eẽ: neꝗ hẽre eẽ necessariũ: sed solũmõ cõuicũt absolute qa deꝰ sit: licet ex cõsequẽti

ex illo sequit istud vt dictum est. Q; igitur de⁹ non potest nõ esse: sed q habeat esse necessarium ex ei⁹ natura & dispositione in se, declarari debet principaliter: & hoc patet clare ex pdeterminatis. qa enĩ vt dictũ est supra, esse dei nõ est aliqd supra suã essentiã: neq; esse illud qd sumit ab ente simpliciter quo dicit deus esse aliquid p suam essentiam: neq; qd sumit ab ente in actu quo dicitur esse in actu: quę duo esse licet aliqua intẽtione differũt in creaturis, vt visum est supra, in deo tñ penitus nec re nec intẽtiõe differũt: dictũ est etiã q essentia dei est ipm esse eius: ita q sint vnũ & idem penitus re & intentione: Quare cum vnum & idem penitus re & intentione sibiipsi abesse non potest, esse dei abesse ei⁹ essentię omnino nõ potest. Nunc autem nihil ens potest non esse nisi p hoc q esse suę actualis existẽtię põt abesse suę essentię p casum ei⁹ in non esse: sicut cõtingit in creaturis, vt videbit loquẽdo de esse creaturę. Nõ aũt põt hoc cõtingere in deo: qa in ipso sunt idẽ penitus re & intẽtione essentia & esse actuale: sicut sunt idem in ipso sapiẽtia & sape. vt ideo sicut secundũ August. sapiẽs sapiẽtia acquisita põt amittẽdo sapientiã nõ sape, ipsa tñ sapientia sepata nõ põt nõ sapere: qa seipsam nõ põt amittere: sic ens habens esse acquisitũ in creaturis põt esse nõ ens amittẽdo eẽ: qd aũt p suã eẽntiã est ipsum suũ eẽ: queadmodũ deus est, vt dictũ est supra: sicut nõ potest amittere suam essentiam qa a seipso eam habet, sic neq; suum esse. Absolute igit dicẽdũ q deus nõ habet potentiã vt possit non esse: sed habet esse de necessitate: illa necessitate qua secũdũ Phim. v. metaphy. necessarium dicit id qd impossibile est vt sit alio modo. i. secũdũ q dicit Cõmen. qd impossibile est transmutari aut inueniri alio modo ab eo secũdũ quẽ est: & est illud in cuius natura est vt non sit alio modo. Descriptio enĩ necessarii, illa. s. q impossibile est q sit alio modo, duobus modis est intelligẽda: quorum primus est q ipossibile est q sit alio modo per se: & hoc est necessarium simpliciter, quẽm quidem modum quidam appellant ineuitabilem in esse. Secũdus est, q est sic pter aliud. quẽ quidam dicunt debitum & necessarium ppter aliud: quæ enim necessaria sunt propter alia & ppter causas suas, sunt necessaria quodam modo nõ simpliciter. Et hoc necessarium secundo modo est in creaturis omnibus: Primum autẽ est in solo deo: & hoc ppter eius omnimodã simplicitatem in esse & essentia. secundũ q Philosophus statim concludit, ibidẽ dicens. Manifestum igitur q primum necessarium in rei veritate est simplex. & hęc simplicitas, idẽtitatis. s. esse existentiæ cum eẽntia, dat deo q omnino non potest non esse. Cõpositio autẽ esse talis in creaturis cum essentia quæ de se habet non esse, est causa quare corruptibilis est omnis creatura. **D** **E**

¶ Ad primũ in oppositũ q de se semp non ens potest esse: ergo de se semp ens potest non esse: Dicendum q de se non ens dicit aliquid tripliciter secundum Philosophum. xii. meta. quorum primũ est secundum Cõmen. non ens simpliciter, qd nõ habet eẽ neq; imaginari: quia nec est natura nec eẽntia aliqua: & non habet exemplar formale in primo qd dicitur nõ ens: qa est ipsa non entitas & ipsum non esse: sicut deus est ipsa entitas sua & suum eẽ. Secũdum est non ens qd est in materia. s. priuatio formarum: etem priuatio species quodammodo est, vt dicitur. ii. phy. Tertiũ nõ ens, est ens i potẽtia. ens enĩ i potẽtia dr nõ ens. i. nõ ens actu. Sed hoc dupliciter: aut qa est omnino nõ ens actu: aut qa est ens actu vno mõ: & nõ ens actu alio mõ. Scdo mõ materia est nõ ens: qa cum est actu sub vna forma, est non ens actu sed in potentia solum ad aliam, etiam quandoq; inducendam per agens naturale. Primo istorum duorum modorum vltimorum essentia cuiuslibet creaturæ habens exemplar formale in deo est non ens actu sed in potentia solum, quantum est de se: quæ non est reducibilis ad actum nisi deo immediate agente. Et est istud non ens medium inter non ens simpliciter qd est ipsa non entitas: & ens simpliciter qd est ipsa res quæ est aliquid secũdum esse essentiæ participans ex se pure non entitatem existentiæ: & potens deo agente participare entitatem illam: vt sit ex se quasi indifferens ad vtrũq;, vt exposuimus in quadam quæstiõe de quolibet. Loquendo de non ente secundo modo ex illis duobus vltimis verum est q non ens potest eẽ & potentia materię & efficientis. Sed tale non ens quale est in vtroq; dictorum modorum subdiuidẽrium tertium modum principalem non entis, non opponitur ei quod est ens de se quod semper est fuit & erit: quia illud est non ens per participationem: non ipsa non entitas. Istud vero ens quod est deus, non est ens per pticipationẽ, sed ipsa entitas & esse suũ simplex vt dictũ est supra. Loquendo autem de non ente secundo modo principali, illud est ens per accidens saltem qd suam entitatem acquirit forma recedente: & sic cum non est vt præsente forma potest esse: sed per accidẽs & illud suũm eẽ per accidens qd habet amittit adueniente forma quã priuauit. secundum enim Commentatorem hæc est differentia inter potentiam & priuationem, q adueniente forma potentia manet: priuatio vero non manet. Nec istud non ens opponitur entitati dei: quia non est circa idem hoc ens per accidens quod est priuatio, cum illo ente per se quod est deus: sicut est ens per se quod est forma materialis. & ideo forma materialis & priuatio opponuntur, **F** Ad pri. principa.

Loquẽdo vero de non ente primo mõ,cuiusmõi est tragelaphus vel hircoceruus,non est verum ꝙ potest esse:quia neqꝫ põt eẽ potẽtia materię neqꝫ efficiẽtis.Deus eñ nihil potest facere cuius nõ est exemplar.& tali nõ enti oppo̾nitur ens de se qđ est ipsum esse:& ideo ecõtrario nõ potest non esse.

G ¶Ad secũdũ ꝙ ens inquãtum ens diuiditur in ens potẽtia & ens actu:Dicendum ꝙ dictum illud
Ad scđm. ens inquantum ens diuiditur in ens potẽtia & ens actu,potest intelligi dupliciter.Vno modo appellãdo ens inquãtũ ens,ens in sua cõmunitate acceptũ,vt reduplicet̃ ratio nois tm̃.Alio modo appellando ens inquãtũ ens naturam qua aliquid ens est:vt solum reduplicetur natura & res qua aliquid dicitur ens.Si primo modo,tũc est diuisio quędam ęquiuoce referendo membra ad diuersa,vt aliud intelligat̃ esse ens in potẽtia,aliud vero ens i actu.Hoc mõ est diuisio entis cõmuniter acce̾pti ad creatorẽ & creaturam.Est eñ creator ens in actu puro:ois vero creatura respectu illi⁹ est
H ens in potẽtia,vt infra dicet̃.Sicut si diceret̃,canis inquãtũ canis diuiditur in sydus & latrabile.Si secundo mõ,sic est diuisio quasi subiecti in accidẽtia,referẽdo membra ad eadem,vt singulũ entiũ sit ens in potẽtia qñqꝫ:& sic non est diuisio nisi entis creati:& nõ continet creatorem.Et hoc modo intelligit Phs illam diuisionem,Oĩe ens creatum siue causatum aut est in actu aut in potentia:quia qñqꝫ in actu qñqꝫ in potẽtia:aut habet in se aliquid quo est in actu:& aliquid quo est in po
I tẽtia,vt dictũ est supra.& ideo nõ valet assumptio de creatore deo.¶Ad tertium dicendũ sicut ad
Ad tertiũ tertiũ questionis p̄cedẽtis.eadẽ eñ est rõ duplicitatis si nihil dicat̃ post summã essentiam futurum sicut si dicatur quia ante illam nihil fuit,vt dicit Ansel.mon.cap.xix.

K
Quest.iii.
Arg.i.

Irca tertium arguitur ꝙ deus non potest cogitari non esse.Primo sic ratiõe Ansel.in prosol.Id quo nihil potest cogitari maius,non potest cogitari non esse.Deus est hmõi.ergo &c.Minor patet ex ratione nominis secundum p̄determinata.Maior euidens est.qm̃ qđ nõ potest cogitari non esse,necessario melius est eo qđ põt cogitari non esse,vt dicit Ansel.& probat.4.rationibus contra insipiẽtem,vt patet inspicienti.¶Secundo sic.id non potest cogitari non eẽ in quo sunt indifferen
2 tia esse & essentia:quia res non cogitatur nisi cogitãdo eius essentiam.tale ergo
3 non cogitat̃ nisi cogitetur esse.De⁹ est hmõi,vt dictum est supra.ergo &c.¶Tertio sic.illud qđ habet esse verissimum nõ potest cogitari nõ esse:quia verius habet esse qđ nõ potest cogitari non eẽ:ꝙ̃ qđ potest cogitari non esse:quia quãto eẽ minus potest absolui a re:& inesse:& intelligere:tanto habet esse verius,vt patebit infra de imutatione dei.Deus habet esse verissimum,quia est ipsum esse per essentiam,vt dictum est:& omnia alia habent ab eo eẽqꝫ participationẽ,vt infra dicetur.ergo
In opposi. &c.¶Ad oppositum Primo sic.qđ nec est nec fuit nec erit potest cogitari eẽ,vt aliquod generabile
primo, qđ nunꝙ̃ generabitur.ergo ecõtra qđ est semper fuit & semper erit potest cogitari nõ esse.Hoc au
2 tẽ est solus de⁹,vt infra videbit̃.ergo &c.¶Scđo sic.Dam.lib.i.cap.iii.Tm̃ p̄ualuit p̄niciosa hoim naturæ malitia vt deum dicant non esse.Dixit eñ,vt ait Dauid,insipiẽs in corde suo non est deus.Sed non dicitur nisi qđ cogitatur:quia verbum mentis est cogitationis conceptio.secundum Au
3 gust.de trini.ꝙ ergo &c.¶Tertio sic ex eodem per Ansel.prosol'.cap.iiii,vbi illud tractãs Dixit insipiens in corde suo non est de⁹,arguit sic.Si dixit hoc,aut dixit qđ cogitare potuit:& habeo propositum:aut qđ cogitare nõ potuit.sed quomodo cogitare non potuit qđ dixit,cum idem sit dicere in
4 corde & cogitare:ergo &c.¶Quarto sic.quanto aliquid magis cogitatur inesse alicui tanto min⁹ potest cogitari remoueri ab eodem.verbi gratia:Quanto aliquid magis scitur esse calidum:tanto minus põt cogitari non esse calidũ:& quanto minus scitur esse calidũ,tanto magis põt cogitari non esse calidum.creatura magis scitur esse ab homine ꝙ̃ deus:quia per esse creaturæ probatur esse dei.Sed homo potest cogitare de qualibet creatura ipsam non esse,vt infra videbitur.ergo multo magis potest cogitare de deo ipsum non esse.

L ¶Ad hoc dicendũ:ꝙ secundum prædicta sicut quæstio de cognoscẽdo de deo an
Responsio sit potest esse de incomplexo,& de esse dei i natura sua qua est id qđ est:vel de complexo & de esse dei in anima cogitãte:Possumus enim scire hanc compositionem qua dicim⁹ Deus est:esse veram in anima:licet non sciam⁹ naturam illius esse qđ dei est:Consimiliter quæstio de cogitando deum eẽ põt eẽ q̃stio de incõplexo:an.s.contingit cogitare dei entitatẽ sub eẽ quo ẽ id quod est:vel de cõplexo,an scilicet cõtingit cogitare compositionem esse cum deo esse veram:& consimiliter quęstio de non cogitando deum non eẽ põt eẽ de incõplexo:an.s.contingit cogitare non entitatem dei aliquam quæ possit ei conuenire secundum naturam eius in se:vel de complexo:an.s.cõtingit cogitare per diuisionem in anima esse remoueri a deo,siue non entitatem inesse eidem.Primo modo

est impossibile cogitare deum non esse:quia nihil in natura rei potest cogitari nō esse nisi possibile est cogitare seorsum ipsam rē vt res est & essentia quędā in se:& seorsum ipsum esse:& sic cogitare ipsam essentiam concogitando ei conuenire nō esse:vel non cōuenire esse:vnum remouendo ab al tero ꝑ negationem:sicut contingit in creaturis: quæ qñq; hñt esse, qñq; non eē:qm̄ in eis differūt essentia & esse. Quare cū vt dictū est supra,in deo penitus idē sunt re & intētione essentia & esse: M
vt non possit capi ab intellectu seorsum essentia pręter esse:hoc ideo modo cogitare deum non esse cogitando.s.non esse siue non entitatē circa diuinā essentiā absolute intellectā,est incōpossibile:qa ipsa essentia nō est nisi ipsum esse.aliter eñ compositionē aliquā faceret eē cum essentia in deo : sicut facit in creaturis:qd̄ ipossibile ē,vt visum est supra.Secūdo aūt modo cogitare deum non esse: cōtingit dupliciter,vt distinguit Ansel.in ꝓsol'.vno.s.modo cogitādo vocē qua dicit deus non esse alio modo cogitādo ipam rē significatā ꝑ vocē.Aliter eñ(vt dicit)cogitat res cū vox eā significās cogitatur.Alio modo cum idipm̄ qd̄ res est intelligit.Illo itaq; modo, vt dicit,& verū dicit,pōt co gitari deus non esse:isto vero minime. Reuera cogitando vnionem vocum bene potest aliquis co- N
gitare deum non esse:nihil.s.intelligendo de rebus,secundum ꝙ incontinentes existētes in passione dicunt verba sapientum de agibilibus non intelligentes ea quæ dicunt,cum ex passione contraria agunt,vt vult Phs.vii.Eth. Cogitando vero ipsam rem q̄ vocibus significat,subdistinguēdū: licet Ansel.nō subdistinguat:qa aut cogitās cogitat assentiēdo ei qd̄ cogitat:aut nō.Primo mō simplici O
ter contingit cogitare deū non esse quēcūq;,quātūcūq; cognoscat & cogitet rem voce significatam Licet eñ affirmatio & negatio nō possint esse simul in eadem re extra animā quo ad esse rei verū: bene tñ possunt simul esse in anima quo ad esse rei diminutum,vt vult Philosophus.vi.metaphy- sicæ.Super quē locum dicit Cōme.ꝙ Philosophus intēdit declarare diuersitatem duorum entium .s.entis qd̄ est in intellectu:& entis quod est extra intellectū.Qd̄ enim est in anima,contingit vt re cipiat duo opposita simul: qd̄ autē est extra animam,non:qm̄ anima intelligit duo opposita isimul materia autem recipit contraria successiue.Vnde contradictoria simul intelligūtur & cogitantur .s.deum esse:& deum non esse.Sed vnum cū assensu, alterum vero sine assensu.Secundo autē mo- P
do adhuc subdistinguendum:quia cogitans cum assensu aut intelligit quid per vocem significa- tur distincte & in particulari cum dicit deus non est:aut non:sed solum confuse & in vniuersali.Si primo modo,nullus omnino potest cogitare deum non esse:quia ꝑdicatum , vt dictum est supra, est de intellectu subiecti:& ita sic cogitans subiectum necessario cogitat in ipso prædicatum.Qua- re siquis assentiendo cogitaret deū non esse,postq̄ consensit affirmatiōi:cū quicquid affirmat de ali quo affirmatio:negatio id ab eodem remouet:idē affirmaret & negaret assentiendo vtriq; simul: qd̄ est impossibile:qa de quolibet affirmatio vel negatio & nō simul de eodē,neq; in re neq; i intelle ctus assertiōe,vt ꝓbat Phs.x.meta.Nullus ergo intelligēs rē q̄ de⁹ est, distincte & in ꝑticulari, pōt cogitare cū assertione qa nō est:q̄q̄ verba dicat in corde suo. Et hoc est qd̄ dicit Ansel.declarādo ꝑ simile.Nullus(inquit)intelligens id quod est ignis & aqua,potest cogitare ignem esse aquam secū dum res, licet secūdum voces.Ita ergo nemo qui intelligit id ens qd̄ est deus,potest cogitare quia de⁹ nō est:licet hęc verba dicat i corde suo.Et statim ad hui⁹ ꝓbatiōnē iducit qddā mediū supra i ductū, qd̄ fundatur sup hoc.s.quia ꝑdicatum est de itellectu subiecti, dicēs.De⁹ eñ est id quo ma- ius cogitari nō potest.qd̄ qui bñ intelligit,vtiq; intelligit idipsum sic esse vt nec cogitare queat nō esse. Qui ergo (vt dicit) intelligit sic esse deum, nequit eum non esse cogitare. Si secundo modo Q
tūc distinguendum est de cogitatione:aut enim sumitur cogitatio proprie pro actione partis intel lectiuę purę,quæ in asserendo solummodo est verorum:aut pro actione intellectus phantastica & rerum ignorantia decepti.Primo modo adhuc non contingit cogitare cum assertione deū nō esse: quia hoc in talis intellectus cōphensione cadere nō potest:qa in rerū natura nō pōt eē. Scd̄o aūt mō bñ cōtingit.Intelligēs eñ in generali hoc nōie de⁹ significari solūmō quādā essentiā oīm nobilis simā,non cointelligēdo in nobilitate eius includi ratiōnē ipsius esse:bene potest intellectu phātasti co & ignorante intelligere deum non esse:quia talis intellectus intelligit diuinam essentiā ad mo- dum essentiæ alicuius creaturæ,vt videlicet cui esse adueniat:non quæ sit ipsum esse.Sed tali in- R
tellectu contingit intelligi deum nō esse dupliciter:aut explicite:aut implicite.Explicite adhuc du pliciter.vno modo conuertendo intellectum in intelligēdo deū ad aliqd nobile in creaturis existēs æstimando illud esse deū.aut ad aliqd in imaginatiōe excedens in nobilitate oēs creaturas quę in es se conspiciuntur.Cum enim vt dicit Augustinus primo de doctrina Christiana,omnes hoc deū esse consentiunt quod cæteris rebus omnibus anteponūt,vt aliquid quo nihil sit melius atq; subli- mius illa cogitatione conentur attingere : illi ergo qui aliquam creaturam excellentem cæte- ris deum putant siue corpoream siue incorpoream , sicut omnem creaturam inquantum crea-

tura est, possunt cogitare non esse: sic & id qđ cogitāt deum. Illi vero qui omnibus creaturis nō solum corporalibus verūetiam spiritualibus in eē constitutis p imaginationē deū pferunt: & tamē tā q̄ creaturam nobilem cogitant, quā in rerū natura existere non conspiciunt: similiter bene cogitare eū non eē possunt. secundum ꝙ dicit August. in originali super illud Psal. lii. Dixit insipiēs i corde suo non est deus. Perpauci (inquit) sunt: & difficile est vt incurramus in hominem qui dicat in corde suo non est deus: tamen sic pauci sunt, vt inter multos timendo hoc dicere, in corde suo dicant: quia ore suo dicere non audent. Nec enim vt dicit super Psalmū. xiii. ipsi sacrilegi & detestandi quidam Philosophi qui peruersa & falsa de deo sentiūt, ausi sunt dicere non est deus. Ideo ergo dixit in corde suo: quia nemo hoc audet dicere etiam si ausus fuerit cogitare. Implicite vero deum
S non esse cogitant quicūq; aliquid deo indignum de ipso deo vel deo inesse cogitant. De quib⁹ subdit in dicto Psal. lii. Rarum hominum genus qui dicant in corde suo non est deus. At vero alio intellectu discussum inuenitur esse in pluribus. Inspiciamus facta flagitiosoꝝ, facinorosorum, sceleratorumq; hominum: isti tales sunt vt dicant in corde suo non est deus. Tales conuinco: facta sua placere deo arbitrantur: non est aūt deus nisi cui displicet iniquitas: tu ergo cum putas ei placere iniquitatem: negas deum: cum dicis in corde tuo, faue deus iniquitatibus meis, nihil aliud dicis q̄ nō est de⁹. Et ꝙ hoc non dicant in corde suo nec isti nec praecedentes nisi intellectu erroneo phantastico & obumbrato, probat Augustinus per sequētem versum eiusdem Psal. dicens. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt iniquitatibus suis. Sed primo vide illos corruptos, vt possint dicere in corde suo nō est deus. Praemisso eñ versu, Dixit imprudēs in corde suo nō est de⁹: & tanq̄ causae quęrerētur vñ hoc possit dicere imprudens, subiecit. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt &c. vbi Psal. xiii. habet In affectionibus suis. vbi dicit August. Ipsae sunt affectiones quae corrumpunt animá: & sic excęcant vt possit imprudens dicere in corde suo, non est deus.

T Ad pri. in opposi. ¶ Ad primum in oppositum ꝙ potest cogitari esse id qđ nec est: nec fuit: nec erit &c. Dicendum secundum praedicta, ꝙ est non ens aliquid qđ est purum non esse: nec dicit rē aut essentiam. de quo dictum est supra ꝙ de ipso non potest esse scientia. tale non ens non potest cogitari esse nisi falsa assertione phantastica. & sic concessum est ꝙ deus ab insipienti potest cogitari non esse. Aliud vero est non ens actu, ens tamen in potentia, quod dicit rem & eēntiam quę est susceptibilis esse actione agentis: & tale potest intelligi esse cum non sit: quia eē in actu se habet per additionem ad ipsam essentiam. Deus tamē semper existens non potest intelligi non esse: quia esse suū nul
V Ad scdm & Tertiū. lo modo se habet per additionem super essentiam: sed eēntia est ipsum esse, vt dictū est. ¶ Ad secundum quomodo dixit insipiens in corde suo non est deus: & similiter ad Tertium de eodem, dictū est iam sufficienter. ¶ Ad quartū ꝙ minus notū esse magis potest cogitari non esse: Dicendū ꝙ ve
X Ad q̄rtū. rum est quantum est ex parte cogitantis: & ideo cognoscens deum per intellectum solum in eē confuso & in generali: sicut supra determinatū est: & cognoscens creaturam cognitione determinata & in particulari: magis potest quantum est ex parte sui deum non esse cogitare cogitatione phantastica, q̄ multas creaturas. Quātum autem est ex parte rei cogitatę cogitatiōe propria intellectuali, quae format secundū natura cogitati: non est verū, vt dictum est. ¶ Et qa non simpliciter conces
Y Ad pri. principale sum est deū non posse cogitari non esse, argumentis etiam ad primam partem respondendum. Ad primum in oppositum: id quo nihil est maius non potest cogitari non esse: dicēdum ꝙ verum est quantum est ex parte rei: & cognitionis itellectus puri cum assensu. & sic intelligit Ansel. vt patet ex rationibus quibus hoc ꝑbat contra insipiētem. Quātū tñ est ex parte vocis & cognitionis intellectus confusi & phantastici aut sine assensu, nihil impedit quin deus & id quo nihil maius cogitari potest, possit cogitari non esse. Et hoc intelligit Ansel. cū dicit prosol. cap. iiii. De⁹ est quo maius cogitari non pōt. Qđ qui bene intelligit, vtiq; itelligit idipm̄ sic esse, vt nec cogitatione queat non esse. Qui ergo intelligit sic esse deum, nequit eum non esse cogitare. Vnde econtra qui non sic eum intelligit, nihil prohibet quin possit eum non esse cogitare. Eodem modo respondendum est ad alia duo sequentia.

A Quaest. 4. Arg. 4.

Irca quartum arguitur ꝙ deus sit mutabilis mutatione variationis ab vno esse in aliud esse. Primo sic. ab eo in quo omnes dispositiones sunt omnino eodē modo sicut fuerunt semper: & nunq̄ factum est aliqd alio modo se habens q̄ semper erat sit semper aliquid vel non fit sicut prius fiebat vel non fiebat: & nōaliter, vt vult Auicen. ix. metaphysicae, & sumitur ex dictis Philosophi i. ii. de geñ. vbi dicit. Idē omnino manens idem in nullo immutatū semper natum est facere idē. & ex determinatione eius in. viii. physi. Sed a deo non est dicere ꝙ fit vel non fit aliquid
a semper sicut prius, vt maxime patet in creatione animarum de nouo. ergo &c. ¶ Secundo sic. variat

denominatio non fit niſi per variationem alicuius diſpoſitionis in determinato:quia non fit deno minatio niſi ab aliqua diſpoſitione ſubiecti:& vniformis diſpoſitio ſemper vniformiter denominat in deo eſt varia denominatio.dicit eñ nūc dominus ſaluator & gubernator & cętera hmōi,quib⁹ non denominabaẗ ab ęterno.ergo &c.❡Tertio ſic.nihil poteſt de nouo aduenire ī ſuppoſito aliquo ſine eius variatione & mutatione:quia per nouū adueniēs aliter ſe habet nūc & pri⁹:qđ appellam⁹ variari & mutari.diuino ſuppoſito de nouo aduenit humana natura in Chriſto in atomo,vt dicit Dam̃.ergo &c.❡Quarto ſic.exit⁹ aliq̃ñ ab otio in actū nō ē ſine mutatiōe:qa ſi nō ē mutatio nō ē ratio agendi in vna hora & ceſſandi in alia,vt dicit Auicen.ix.metaphy.In deo fit exitus ab otio in actū nūc agēdo qđ prius non egit.ergo &c.❡Quīto ſic.velle nūc qđ prius noluit,non eſt ſine volū tatis mutatione: quia idē manēs idē non eſt cauſa cōtrariorum.Deus ſępius vult qđ prius noluit qđ patet ex eo ꝙ aliquādo agit qđ aliquando non egit:& omnia quæcunq; voluit dñs fecit,vt dici tur in Pſal.ergo &c.❡Sexto ſic.pœnitētia de aliquo facta non eſt ſine mutatione in diſpoſitione vo luntatis.in deo cadit pœnitētia facti.Geñ.vii.Pœnitet me feciſſe hominem.ergo &c. ❡In cōtrariū eſt.q̃ñ vt dicit Auguſt.cap.4.de mor.Manich.in principio.in hoc maxime dicendus eſt eſſe ꝙ ſem per eodem modo eſt.ſed vbi ſemper eſt idem modus nulla eſt variatio.ergo &c.

3 (beside line 4) · 4 (beside line 8) · 5 (beside line 10) · 6 (beside line 14) · In opposi. (beside line 15)

❡Dicendum ad hoc : ꝙ omnis ratio mutationis ſecundum variationē in ſubſtā tia neceſſario cauſatur ex cōpoſitione alicuius cum ipſa.In creaturis enim quia ſubſtantia rei præ ter mutationē vertibilitatis quā habet de eſſe in nō eſſe:& de nō eſſe in eſſe,in ſe & in natura ſua, vt abſolute natura eſt,in īuariabili eſſentia ſubſiſtit,nec fit ī ipſa aliqua innouatio:qa in ipſa non eſt niſi id qđ eſt.vt equinitas ē equinitas tm̃: q̃ ſibiipſi non pōt abeſſe:cui accidunt eſſe exiſtētiæ & nō eſſe: eſſe in re & eſſe in aīa:eſſe vniuerſale & eſſe particulare,& cętera huiuſmodi,vt dictum eſt ſu pra:& amplius diceẗ infra:& ita in ſeipſa nō poteſt intelligi ipſi contingere poſſe variationem niſi ꝑ accidens aliqđ,qđ ipſi modo adſit:modo abſit.Non eñ poteſt eſſe ꝙ equinitas quādoq; ſit equi nitas qñq; nō eqnitas:ſed ſemꝑ eſt eqnitas:& nō pōt eſſe niſi eqnitas tm̃.vñ ſi aliqđ varieẗ,illđ va riatur vt ſubiectum per accidēs aliquod qđ ei cōponitur:& poteſt ei modo adeſſe,modo vero abeſ ſe.Non autem aliquid ſecundum eſſentiam ſuam variatur aut variabile eſt in ſeipo ſecūdū ſeipm. Vnde ſecūdum aliquos neq; etiā forma accidentalis ſicut iuſtitia vel ſapientia,color vel albedo,vt ſecundū ſe conſideratur non compoſita ſubiecto, aliquando variatur:quia neq; intenſionem ſuſci pit:neq; remiſſionem ſecūdū ſe:ſed ſolum ſecūdū ꝙ ꝑ eam ſubiectum magis aut min⁹ afficiẗ:& ita qđ ſic mutatur atq; variaẗ : hoc eſt ſubiectum cui componiẗ qđ tali qualitate afficiẗ. Cum igitur diuinæ eſſentiæ ꝓpter eius ſimplicitatem qua nō eſt alteri componibile vel aliud ipſi,vt ſupra de terminatum eſt:nihil poteſt ineſſe neq; adeſſe aut abeſſe:Idcirco abſolute dicendum ꝙ diuinę eſſen tię ꝓpter ſimplicitatem eius qua non eſt componibile cum alio neq; aliud cum eo,omnino eſt imu tabilis mutatione variationis alicuius potentis cōtingere in ſubſtantia eius.Et hoc eſt qđ dicit Au guſt.xi.de ciui.d.cap.x.Ideo ſimplex diciẗ q̃ñ eſt qđ habet cui nō ſit aliqđ habere.qđ.ſ.non habet vel poſſe amittere,quod.ſ.habet,vel aliud ſit habens & qđ habet: qđ.ſ.in ipſo intendi poſſit vel re mitti:ſicut corpus habet colorem:& aer lucem.hinc enim eſt ꝙ priuari poſſunt rebus quas habēt: & in alios habit⁹ vel qualitates verti atq; mutari.

B Reſpōſio. (margin beside first lines) · C (margin)

❡Ad primū in oppoſitū ꝙ a deo fit aliquid vel non fit aliter q̃ prius:ergo eſt muta tus:Dicendū ꝙ in hoc tangiẗ difficultas philoſophoꝝ ponētiū deū nō ſolū mūdū: ſed nec aliquid noui in mundo immediate producere poſſe:ſed ſolum mediante motu cœleſti ex materia:ne ipſe vo luntate qua aliq̃ñ non operatus eſt,nūc de nouo mutata,aliquid noui opari videaẗ.ſecundum ꝙ di cit Auguſt.xi.de ciui.d.cap.4.Qui a deo mundum factum fatentur, non eum tñ temporis volūt habere ſed ſuæ creationis initium:dicunt aliquid vnde ſibi deum videnẗ a fortuita temeritate de fendere:ne ſubito illi veniſſe credaẗ ī mētē qđ nūq̃ añ veniſſet.ſ.facere mūdū:& accidiſſe illi volūta tem nouam cum in nullo ſit om̄ino mutabilis. Rationem autem Philoſophorum ſuper hoc confe ctam ad probandum æternitatē mundi,pertractat Auicen.vi.metaphyſicæ,dicēs ꝙ vnaquæq; cau ſa per ſe & eſſentialiter ſimul eſt cum ſuo cauſato:& eſt ſemper cauſa eius.Si autem non eſt cauſa talis,vt ſecundum ſuam eſſentiam faciat neceſſitatem exiſtendi cauſatum:tunc non facit neceſſita tem eſſendi cauſatū niſi ſecundū opationē aliquā quā acqrit ad illam,cui⁹ cauſa neceſſario eſt mo tus.& tunc vt dicit in lib.ix.vbi ſuam rationem reſumit,ille motus pducit cauſam ad alium mo tum.Igiẗ vt dicit,aperte manifeſtū eſt ꝙ mot⁹ non fit poſtq̃ non fuerit niſi propter aliquid nouum qđ non incepit fieri niſi per motum contingentem illum alium motum.Nō curo aūt quid fuit il lud anteq̃ hoc fieret.ſ.an fuerit intentio agentis vel voluntas vel ſcientia vel inſtrumentum vel

D Ad pri. princi. (margin) · E (margin)

natura vel acquisitio pparationis vel aptitudinis recipiẽtis, vel applicatio imprimentis q̃ non erat
F quocũq; enĩ fuerit, sui fieri pẽdebit ex motu, & nõ potest aliter esse q̃ fit. Et quia principiũ oĩm est essentia quã necesse est esse, & necesse est esse sic, ꝙ quicquid est ab eo necessarium est quantum ad illud: alioquin ei esset dispositio quę non erat, & erit variabile: quoniã si fuerit ipm sicut erat anteq̃ fieret aliqd ab eo, & nihil accidit ei vllo modo qđ nõ erat: sed fuit ipm sicut erat cũ nihil erat ab eo: tũc non est necesse aliqd esse ab eo. Si autẽ modo factũ est vt fiat aliquid ab eo: tũc iam cõtingit in essentia illa intentio vel voluntas, vel natura, vel posse, vel aptitudo, vel aliquid his simile qđ non erat. Qui autẽ negauerit hoc, iam discessit a vero intellectu lingua, sed redit ad illum propria intẽtione. Et est respondendum secundum ꝙ dicit Aug. xii. de ci. dei. c. xiiii. ꝙ cũ deus sit ęternus & sine initio, exorsus est tempore & hominem quẽ ante nunq̃ fecerat, in tempore: non tamen nouo & repentino, sed immutabili ęternoq; consilio est potens ad opus nouum sempiternum adhibere consilium, & vna eademq; sempiterna voluntate res quas condidit, vt non prius essent egit q̃diu non
G fuerunt, & vt posterius essent quando esse cœperunt. Sic ergo falsum est quod philosophi assumunt, & p fundamento supponũt: ꝙ scilicet ab eodẽ vniformiter se habente nihil fit aut non fit aliter q̃ fiebat aut non fiebat. Istud enĩ non habet veritatẽ nisi in eo qđ agit naturali necessitate siue cum voluntate siue sine volũtate. Qđ enĩ est necesse agere per suam naturã & essentiam, aut semper agit, cũ est quantũ est de se: aut si non agit, hoc nõ contigit nisi quia etsi quantũ est de se & absolute sit in dispositione in qua natũ est agere: non tamen est in tali dispositione respectu patiẽtis in quo debet agere: quã dispositionem oportet induci per motũ, & remouere indispositionẽ contrariã in quocũq; fuerit, & hoc per alium motũ pcedentem. & tunc eius actio non esset prima: sed reduceretur in aliud primo agens & mouens, cuius actione & motu dictum agens & suum passibile coniungantur & approximentur, vt sint in tali dispositione qua hoc natum est agere in illud, & illud pati ab isto: sicut patet in illuminatione medii. Sol enĩ quantũ est de se est dispositus in actu vt illuminet: & medium diaphanum quantũ de se est, dispositum est vt statim illuminetur. Si tamen directa oppositione sol non opponatur medio, nõ potest illud illuminare, sed oportet solem & mediũ
H ad talem situm deduci, vel per motum vnius, vel per motum alterius, vel alicuius tertii. Et secundum hoc vult Philosophus. vii. phy. & Cõmen. ꝙ subitaneę actiones in corporalibus non sunt nisi termini motuum localium, vt medii illuminatio terminus est motus localis solis ad situm directę oppositionis ad medium. Et per istum modum philosophi posuerũt ꝙ si deus aliquid noui qđ prius operatus non est operetur in rebus immediate non mediante aliquo mobili per quod fiat aliqua transmutatio respectu passiui: ꝙ oporteret ipsum mutari vt fiat in dispositione qua posset agere in passum in qua prius non fuit: ita ꝙ si a deo tanq̃ ab immobili omnino & eodẽ modo se habẽte fiat aliquid nouum: fiat mediante aliquo ęterno moto ab ipso, quod per motum diuersimode se habere poterat ad alia, & per hoc noua & varia agere. Aliter enĩ vt dicit Philosoph9 in. viii. phy. non contingit esse generationem & corruptionẽ. vnde vt dicit ibi Cõmen. oportet motũ ęternum mediũ esse inter motorẽ q nõ mouet, & inter generabilia & corruptibilia. Et debes scire (vt dicit) ꝙ secundũ hunc modum possibile est vt motus noui fiant a motore non moto: & ideo qui ponũt principium ęternum & primum motum esse nouũ, non potuerũt dissoluere compositionẽ in hoc: sicut accidit loquentibus nostrę legis. Et loquitur de illis qui ponunt mundũ nouum non ęternũ
Y Nihil enim est in creaturis qd omnino.i.cuilibet vniuersaliter melius est esse ipsum q̃ nõ ipm.immo nõ est aliquid quin cuilibet alteri melius sit nõ esse ipm q̃ esse ipsum : siue illud ipm fuerit substãtia siue accidẽs.Melius enim est plũbo nõ esse angelum q̃ esse: similiter non esse scdm rem accidẽs illud qd est sapiẽtia,q̃ esse: vt patet ex dictis.Scdo modo regula est vera,& illo modo intelligẽda.Hoc enim modo siue per possibile,siue per impossibile melius esset cuilibet rei q esset sapiens q̃ nõ sapiens,iustum q̃ nõ iustum,& huiusmodi. Vñ de accidẽtibus in creaturis q̃ iuxta dictã regulã aliquid nobilitatis simpliciter importãt,itelligunt sumi deo attribuẽda:vñ & sola talia a creaturis ad deũ translata pprie attributa dicẽda sunt.& sunt quasi dispositiões in deo & verę dispositiones accidẽtales in creaturis. Et tunc non valet exemplum Ansel. de non ipso qd melius est alicui q̃ ipsum:vt homini nõ esse aurũ q̃ aurũ:quia de substantiis nihil ad istam regulã:sed debet sumi exemplũ de non ipso:vt nõ esse amarũ melius est vino q̃ esse amarũ : quis fine forte melius est alicui esse amarũ q̃ non esse:vt absinthio.Regulã ergo suã sic intellectã

Z vt iam dictum est,Ansel.applicat ad ppositum,dicẽs.Cum igitur quicquid est si singula respiciant,aut sit melius ipm q̃ non ipsum,aut non ipsum in aliquo sit melius q̃ ipsum , sicut nefas est putare vt substãtia supremę naturę sit aliquid quo meli⁹ aliquo modo sit nõ ipsum, sic necesse est vt sit quicquid oĩno melius est ipm q̃ nõ ipsum.Illa enim sola est qua penit⁹ nihil meli⁹: & q̃ meli⁹ est oĩbus q̃ nõ sunt qd ipsa est.Ex quo cõcludit determinationẽ nostram circa nõ attribuenda deo per pprietatem,& attribuenda,dicẽs.Non igitur deus est corpus,vel aliquid eorũ quę corporei sensus discernũt.quippe omnibus his aliquid melius est,qd nõ est qd ipsa sunt. Mens enim rationalis quę nullo modo corporeo sensu quid vel qualis vel quãta sit percipit,q̃to minor esset si esset aliquid eorũ quę corporeis sensibus subiacẽt,tãto est melior q̃ quodlibet eorum.Penitus enim ipsa summa essentia tacenda est esse quodlibet eorũ quibus est aliquid melius qd nõ sunt ipsa:& est omnino sicut ratio docet,quodlibet eorũ quib⁹ omne qd nõ sunt ipsa inferius est.quare(vt cõcludit) necesse est eã esse viuentẽ,sapientẽ,potentẽ,substantiã ęternam & quicquid absolute melius est ipm q̃ non ipm.Quid ergo quęrit amplius,quid summa sit illa natura,si manifestũ sit quid oĩm sit,aut quid non sit?Reuera nihil.Euacuat enim dicta regula totũ quęsitum,& fundatur sup significata noĩm rebus p̃dicamẽtalibus impositorũ. In rebus enim in quibus ipm est omnino melius q̃ nõ ipm,noĩa earũ imponũtur ad significandũ earũ naturas & eẽntias:vt habẽtes rationẽ pfectiõis & dignitatis simplr & absolute.& sic simplr & absolute ipsas pfectiões earũ & dignitates significãt,nõ sub ratione alicuius limitatiõis in gradu dignitatis naturę suę,pprer qd nullo impediẽte possunt extẽdi ad significãdũ per analogiã id qd eis de pfectione respõdet in creatore,& p hoc deo eminẽtiori modo attribui q̃ attribuunt creaturę,licet sub eisdẽ nominib⁹ quib⁹ attribuunt creaturis. Vnde Aug.lib.xv.de tri.c.iiii. Oportet eũ summe viuere,cũcta sentire atq; intelligere,nõ corpus esse,sed spiritũ, potẽtissimũ,speciosissimũ,optimũ,iustissimũ,beatissimũq;.& sequitur in principio.v.c.Hęc oĩa & quęcũq; alia cõsimilia more locutionis humanę digne de deo dici videntur. Quomodo autem a talibus ascẽdendũ est vt cognoscamus sub modo eminẽtiori esse in creatore ea quæ dignitatis videmus in creaturis,& sic intelligamus ea significari noĩbus creaturarũ,determinatũ est in p̃cedentib⁹.In rebus vero ex quib⁹ alicui melius est esse non ipm q̃ ipsum: noĩa earum imponunt ad significandũ earũ naturas & essentias,nõ vt habẽtes rationẽ pfectiõis & dignitatis simpliciter: sed alicui tm̃:& sic nõ absolute ipsas pfectiones earũ significãt:sed sub ratione alicuius limitatiõis in gradu aliquo dignitatis naturę. pprer qd impediente ratione limitationis cadẽte in nominis significatiõe nõ possunt extẽdi ad significandũ per analogiam id qd eis de pfectione respondet in creatore.Et ideo nec deo possunt attribui,nisi per similitudinẽ,quia id qd in deo eis respondet omnino illimitatum est.

A Ad primũ prin. ¶ Ad primũ in oppositũ q omnes creaturę per ęqualem distantiã se habẽt ad deũ ergo ęqualiter possunt ei attribui,Dicẽdũ q licet oẽs creaturę p ęqualẽ distãtiã ad deũ se haberẽt:& oẽs eẽnt ęquales quo ad gradus naturę, qd nõ ẽ verũ:vt patet ex dictis:& licet etiã quo ad rationẽ ĩfinitat| ei⁹ oĩa ęqlit distẽt ab eo,supiora.s.& ĩferiora:vt p̃cedit obiectio:tñ qa aliquę res etiã ĩferioris grad⁹ dicũt aliqd qd simplr ẽ meli⁹ ipm q̃ nõ ipm:aliq̃ vero supioris grad⁹ dicũt aliqd qd nõ simplr ẽ meli⁹ ipm q̃ nõ ipm. Verbi gra,Lux inferioris grad⁹ est sole q est fons luminis & subiectũ , & luminis naturalis origo:qa tñ lux significat id qd meli⁹ est oĩno ipm q̃ nõ ipm. Quodlibet enim meli⁹ ẽ si luceat q̃ si nõ luceat,aliis eisdẽ retẽtis.Lux enim iponit ad significãdũ rẽ sub ratiõe cuiusdã manifestatiõis p ipam faciẽdę.dicẽte aplo Eph.v.Oẽ enim qd manifestat lumẽ ẽ,ppt qd pprie attribuit deo dicẽdo q de⁹ lux ẽ.Sol vero significat id quo aliqd me

lius eſt nõ ipſum ꝙ̃ ipſum: vt eſt mens rationalis humana vel angelica. Et ideo deo attribui nõ poteſt dicẽdo deus eſt ſol, niſi per quãdam ſimilitudinẽ: dicẽte Augu.v.de tri.c.i. Qđ nõ inueni mus in meliore noſtro, nõ debemus in illo quęrere qđ lõge melius eſt meliore noſtro. ¶Ad ſecũ dũ ꝙ deus oĩa quę ſunt pręhabuit: & ab oĩbus denominaẽ: ergo &c̃. Dicendũ ꝙ oĩa pręhabere facit ꝙ omnia poſſunt attribui per ſimilitudinẽ, nõ autem per ꝓprietatẽ. ad hoc eñ plus requi riẽ: vt iã expoſitum eſt. Ex parte autẽ denominationis etiã dicendũ eſt, ꝙ eſt quædã denomina tio ꝑ attributionẽ ſimilitudinis, & hoc modo ſm Diony. ab oĩbus denoĩatur, & noĩb[9] omniũ noĩatur, ſecundũ ꝙ probat inductio facta in argumẽto. Eſt autẽ alia denoĩatio per attributionẽ ꝓprietatis, & hęc eſt duplex: vel vniuoce, vľ analogice. Primo mõ nullius rei creatę nomẽ ei at tribuiẽ: quia in nullo cum creatura vniuocatur: nec ſic res alicuius creaturę eſt in deo: vt infra videbiẽ. Secũdo modo noĩa aliquorũ, & nõ oĩm ei attribuunẽ: vt dictũ eſt. Et ꝓpter hãc diuerſi tatẽ dicit Diony. in eodẽ.c.i.de di.no. ꝙ theoſophi deũ multiuoce ex oĩbus creaturis laudãt: vt bonũ: vt ſapientẽ: vt ſolem, ſtellã, ignẽ, & huiuſmodi. poſt quę ſubdit. Et eſt oĩa quæ ſunt, & ni hil eorũ ꝙ̃ ſunt. Sic igitur oĩm cauſę & ſup oĩa enti & innoĩabili adunabunẽ oĩa: & omnia eorũ ꝙ̃ ſunt nomina. ¶Per iam dicta patet quomodo reſpõdendum ad argumẽta duo in oppoſitum.

B
Ad ſecũdũ
Ad arg. in oppoſitum

Circa tertiũ arguiẽ, ꝙ ſpecies alicuius ꝑdicamẽti deo poteſt attribui ita ꝙ non genus. Primo ſic. Auguſt. dicit.v.de tri.c.i. Intelligamus deũ ſi poſſimus quã tum poſſumus ſine qualitate bonũ, ſine quãtitate magnũ. bonum autẽ & ma gnũ ſunt ſpecies, qualitas vero & quantitas ſunt genera. ergo &c̃. ¶Scđo ſic. Si genus & ſpecies ſimul deo attribuerenẽ, cũ ea quę deo attribuunẽ ſm veri tatẽ ſunt in ipſo, & genus & ſpecies ſe habent ſicut vniuerſale & particulare, eſſent ergo in deo vniuerſale & particulare. cõſequẽs falſum eſt: vt infra oſtẽ deẽ. ergo & añcedẽs. ¶In oppoſitũ arguiẽ Primo ſic. Bñ q̃riẽ de deo qualis ipſe eſt aut quãtus: & reſpondeẽ bonus vel magnus, & hoc nõ ſolum ſatiſfaciendo interrogãti: ſed etiã interrogatio nib[9]. Hoc autem nõ fit niſi ſuppoñedo ꝙ ille de quo interrogaẽ ſit qualis vel quãtus. ergo &c̃. ¶Scđo ſic. Cui attribuiẽ ſpecies, ei attribuiẽ & quicquid eſt de eſſentia & ꝑfectione ei[9]: quia qđ eſt de ratione perfectionis eſſentię rei, deo maxime attribuiẽ. genus eſt de eſſentia & perfectione ſpeciei: quia ſpecies ex genere & differentia conſtituitur. ergo &c̃.

C
Queſt.III.
Argu.1.
2
In oppoſi. primum.
2

¶Ad hoc dicũt aliqui propter dictã auctoritatẽ Auguſtini.v.de tri. ꝙ genus in ꝑ dicamẽtis accidẽtiũ, qualitas.ſ. & quãtitas, a quibus ſpecies deo attribuunẽ, rationẽ inhęrentis & denominãtis ĩportat: & hoc vel vt informãtis, ſicut qualitas: vel vt mẽſurãtis, ſicut quanti tas. qđ quidem eſt ratio imꝑfectionis, quæ omnino deo repugnat. Et ideo (vt dicũt) genera iſta deo nõ attribuunẽ, ſed ſpecies: quia talem imperfectionẽ nõ ĩportat. Qđ reuera dicũt vere: ſed ſer mone nõ perſcrutato. Quicquid eñ in genere eſt, deſcendit in quãlibet eius ſpeciem, ꝑterꝙ̃ illa intẽtio ꝙ̃ genus denominatur generaliſſimũ vel ſubalternum. Quare cũ ratio inhęrentis, & de nominãtis, ſiue vt informantis, ſiue menſurantis non ſit in ꝑdicamento qualitatis aut quãtita tis, illius intentionis ratio qua eſt genus. Tunc eñ eſſet ratio inhęrentis in ꝑdicamento ſubſtã tię, quia in illo eſt ratio generis: ſed iſtud falſum eſt. Cum igitur quicquid eſt ĩ genere quocũꝗ ꝑter illã intẽtionẽ qua diciẽ genus, deſcẽdat cũ re generis in quãlibet ei[9] ſpeciem: igiẽ res tota generis deſcẽdit in ſpeciem ſub omni ratione ſua, excepta ratione illa intẽtionis ſecũdę qua di citur genus. Ratio igiẽ illa inhęrentis & denominantis ſicut eſt in genere: ſic & a genere deſcẽ dit in quãlibet eius ſpeciem: & ita quęcunꝗ imperfectio ex hoc eſt, in genere: ſimiliter eſt & in ſpecie. Nam ſicut qualitas in creaturis ſignificat per modum inhęrentis & informantis, ſimili ter & ſapientia & bonitas: & ſicut quantitas ſignificat per modum inhærentis & menſuran tis, ſimiliter & magnitudo & multitudo quæ ſunt eius ſpecies. Si ergo ratione illius imperfe ctionis genus qualitatis & quãtitatis deo non poſſit attribui, eadẽ ratione neꝗ ſpecies: & ecõ tra ſi ſpecies attribuitur, & genus, niſi aliud obſiſtat. ¶Dicendum eſt ergo: ꝙ quia ſpecies in ſe habet totam naturam generis, & non habet eſſe genus niſi in ſpeciebus: ita ꝙ ſemper eadem ſit natura rei in ſpecie & in genere: Idcirco oportet ꝙ ſi res ſpeciei ſit aliquid quod eſt melius omnino ipſum ꝙ̃ non ipſum, & ſimiliter res generis & econuerſo. Hoc autem facit (vt di ctum eſt) ꝙ res alicuius prędicamenti deo poſſit attribui per proprietatem, de qua attributio ne loquimur in hac quæſtione. Abſolute igitur concedendum ꝙ non poteſt ſpecies alicuius prędicamenti deo attribui quin ſimiliter ei attribuatur & genus. Dico quo ad rem ipſam gene ris, non autem quo ad rationem informantis vel menſurantis, quæ eſt propria ratio generis:

D
Opi. quorũ dam.
E
Reſponſio.

licet ipsa descendat in speciem cū re generis: vt dictum est. Cuius ratio est, quia res speciei in se duo cōtinet: videlicet genus & differentiā, & rationes proprias vtriusq₃: quę sic se habēt, ꝙ ratio differentię a qua species cōstituit̄ in esse specifico, aliquādo est ratio nobilitatis, vbi ratio generis est ratio ignobilitatis. Verbi gratia: Ratio mēsurandi quæ est ꝓpria ratio quātitatis, quia limitationē dicit, quid ignobilitatis est in qualibet quātitate inquantū quātitas est. Ratio vero eminētię dicit quid simpliciter nobilitatis in magnitudine inquantū magnitudo est, & est propria ratio differētię quātitatis in magnitudine. Propter qđ cū nihil ignobilitatis, sed solū id qđ est simplr̄ nobilitatis, deo attribuēdū est, vt dictū est, & res vna simplex ē res generis & differētię in qualibet specie accidētis: tota igitur res generis quantitatis in specie sua quæ est magnitudo, attribuitur deo scđm rationem differentię, non autem ſm rationem generis.

F
Ad primū prin.
¶ Nunc autem quia sic in specie genus & differentia se habent, ꝙ genus est materiale in ipsa, differētia autem formale, ꝑpter hoc species tenet rationē differētię, nō aūt generis. vnūquodq₃ em̄ semper sequit̄ rationē formalis i se: queādmodum cōpositū ex materia & forma tenet rationē formę: vt dicatur esse aliquid in actu propter formā, cuius ratio est ꝙ sit actus, & non in potētia ꝑpter materiā, cuius ratio est ꝙ sit in potētia. Licet ergo res generis tota cū sua ratiōe descēdat in speciē, sequit̄ tn̄ species rationē differētię principaliter. Idcirco ergo dicit̄ species deo attribui, non autē genus: licet in specie attribuitur eidē res generis, sicut & contingit aliquādo ecōuerso: ꝙ propter rationē ignobilitatis quā dat speciei differētia, ipsa deo nō attribuitur, sed genus quia ex se habet rationem nobilitatis, bene ei attribuitur: vt patet in agere & currere. Agere em̄ attribuimus deo: nō autē currere. Q₃uis ergo in creaturis om̄is alia ratio generis ab illa qua genus dicitur, cū genere descēdat in speciem: quia tamen species non sequitur, neq₃ tenet illam rationem generis: sed differentię: idcirco species potest attribui deo, nō autem genus, & econuerso. Et hoc intellexit Augustinus dicens ꝙ deus est sine qualitate bonus. qđ nō dixit propter rem qualitatis, sed propter rationē quam habet: vt per se significat̄ sub nomine qualitatis: non autē vt descēdit in cōpositionem speciei sub ratione differētię. Et sic patet

G
Ad secūdū
responsio ad primū. ¶ Ad secundū: ꝙ si res generis cum re speciei attribueretur deo: tunc in deo essent vniuersale & particulare: Dicendū ꝙ verum est si vniuoce & sub eadē ratione reifieret attributio, qđ nō est verū: vt dictū ē, & amplius infra dicet̄. Quia ergo nō sub eadē ratiōe rei sed sub alia sunt in deo & in creaturis: & sub illa ratiōe qua sunt in creaturis habēt rationem vniuersalis & particularis: & ponunt aliquā compositionē in specie: in deo sunt sub esse omnino simplici etiā quæ de diuersis ꝑdicamentis ei attribuunt̄: vt bonitas & magnitudo, sine omni

H
Ad primū in opposi.
ratione vniuersalis & particularis: vt inferius declarabitur. ¶ Ad primū in oppositum, ꝙ ad interrogationē de deo per qualis & quātus respondet̄ ꝙ est bonus & magnus: ergo pōt dici qualis & quātus, & sic genus deo attribuitur sicut species: Dicendū ꝙ in illis interrogatiōibus qualis & quātus aut solūmodo supponunt res generū ratione rerum absq₃ suis propriis rationibus aut respōsio licet satisfaciat interrogāti quo ad ipsas res, nō tn̄ quo ad ipsas rationes. immo falsum supponerēt q̄stiones, īplicando res sub suis rationibus. sicut cū Pilatus q̄siuit de Christo: Quid em̄ mali fecit? si aliquis discipulorū respondisset, ipse docuit deū colere: satisfecisset interrogationi quo ad rem quæsitam, siue quo ad substantiam facti, non autē quo ad modū facti, per hoc insinuando ꝙ questio quo ad hoc falsum supponit. ¶ Ad secundum patet ex dictis.

I
Que. IIII. Argu. 1.

Irca quartū arguitur, ꝙ attributa deo nō significāt aliquid positiue, & absolute, sic. attributa omnia, esse dei & eius essentiam presupponendo, deo attribuuntur. Vnde dicunt̄ attributa, quia esse vel essentię eius tributa. & est essentia vel esse dei, quasi subiectū attributorum & ꝓprietatū diuinarū. sed nihil absolutū pōt essentię dei attribui positiue, ꝑpter perfectionē & simplicitatē eius. Perfectioni em̄ repugnat additio, & simplicitati repugnat alietas: vt patet ex supra determinatis de simplicitate, & ex infra determinandis de perfectione. ergo &c.

2 ¶ Q₃ similiter nō significant aliquid positiue in respectu, arguit̄ sic. verius esse habet quid in se absolutū q̄ respectiuū solū. propter qđ relatio debilius esse habet q̄ substātia, qualitas, aut quātitas. sed attributa deo a creaturis verius esse habēt in deo q̄ in creaturis: vt dictum est supra, & dicet̄ infra. Sed in creaturis significāt aliqđ esse absolutū: vt bonitas, sapiētia, veritas, & huiusmodi. ergo &c. ¶ Preterea si significarēt aliquid in respectu: tūc intelligēs aliquod attributū

3 in deo non staret in absoluto: sed qđ intelligeret ad alterū referret: quia aliter non esset intellectus verus qui sequit̄ cōditionē intellecti. illud aūt falsum est: vt videtur. Intelligēs enim deum

verum,bonum,sapientem,& huiusmodi,stat in absoluto.ergo &c. ¶Q₂ non significant negatiue: 4
arguitur sic.quia tunc verius prędicarent de creaturis:cū in eis aliquid positiue dicunt:q̄ de deo.
¶Item cum negatio pura nihil dignitatis ponat:nihil igitur dignitatis notaretur circa deum:cū 5
diceretur bonus,sapiens,& huiusmodi.Consequens est falsum:quoniam hoc est contra intentionē
omnium enūciantium talia de deo.ergo &c.¶Item si deus diceretur sapiens:quia non est ignorās: 6
tunc similiter dici posset asinus:quia non est lupus.

¶Quæstionem istam de significato attributorum diuinorum sub nominibus im positis creaturis a quibus assumuntur & transferūtur ad deum,possumus intelligere generaliter: & de illis attributis quæ attribuuntur deo per quandam similitudinem:& de illis quæ attribuuntur eidē per proprietatē.Si ergo loquamur de attributis per similitudinē:Dicēdum q̧ planū est illa significare positiue rem aliquā in creaturis:sed non significāt illā inesse deo: sed solū significāt eidem inesse similitudinem eius:vel quę pertinet ad diuinam perfectionem cōtinentem omnium rerum perfectiones in se:vel quę pertinet ad aliquam eius proprietatem:vt patet ex præcedentibus. Pondus ergo huius quæstionis totaliter vertitur circa ea quæ attribuuntur deo per proprietatē: & est dicendum q̧ significatum nominis est quadruplex.Aut enim nomē significat positiue & absolute:aut positiue & in respectu:aut negatiue & absolute:aut negatiue & in respectu. Et secūdū hoc q̄stio ista de significato attributoꝝ.iiii.habet mēbra:& quodlibet eorum sc̄dm varia attributa habet multiplicari in tria:& sic habet mēbra.xii.an.s.oia attributa significant positiue & absolute: an nullum:an aliquod sic & aliquod non: & sic de aliis tribus membris principalibus. Vnde perplexa est quæstio:& procedendum est in ea distinguendo:& in membris distinctionis diuersa dicta doctorum circa eam exponendo.¶Ad propositam igitur quęstionem credimus dicendum distinguendo q̧ in significato nominis aspiciendum est ad duo: & ad rem ipsam ad quā significandam imponitur:& ad rationem impositionis ipsius, hæc enim differunt inter se. Si enim inspiciamus ad rem significatam,omnino idem significant lapis & petra:Si vero inspiciamus ad rationē impositionis nominis,lapis imponitur a proprietate agēdi.dicitur enī lapis quasi lædens pedē:petra vero a proprietate patiendi : quasi pede trita. Si igitur in significatis nominum deo attributorum aspiciamus ad rem per nomina significatam, subdistinguendum:quoniam aut aspicimus ad rem quam significatam per nomē distincte & in particulari intelligimus:aut aspicimus ad rem quā significari per nomen distincte & in particulari intendimus. Primo modo nullum nomen omnino significat positiue aliquid eius q̄d est in deo.Si enim per nomen aliquod positiue de deo significatū intelligamus,hoc est valde in generali:& incomplete: & hoc quantum ex creaturis elici potest: secūdum supra determinata. Vnde Dionysius de diuinis nominibus.cap.ii. Omnia diuina quęcūq̧ nobis manifestantur, in participibus solis cognoscuntur:hæc autem qualia sunt secundū principium & fundamentum,super intellectum sunt & omnem scientiam.& post modicum subdit.Ipsum vero iuxta omnium intellectualium operationum absolutionem desideramus : nullam ostendentes deificationem,aut vitam,aut essentiam: quæ diligenter similis est omnium remote: iuxta omniū rerū sup eminentiā causę.& infra statim.Quomodo autem hęc sunt,neq̧ dicere,neq̧ intelligere possibile est:sed vsq̧ ad hęc est oīs nostræ intellectualis actionis virtus.Vnde & dicit in epistola ad Caium. Siquis videns deum intellexit quod vidit:non ipsum contemplatus est : sed quid eorum ab ipso existentium & cognitorum : ipse autem super animum & essentiam supercollocatus,vniuersaliter non cognoscendo neq̧ videndo cognoscitur:& ipsius secundū q̧ melius pfectissima ignorantia:scientia eius est super omnia cognita. Vnde dicit & Rabi Moyses.iii.lib.cap.xxxiii. Non est via ad demonstrandum ipsum nisi per creata sua:aliquo tamen modo generali & confuso pes rationis fixus in creaturis vltra creaturas quasi collum erigens se eleuans conspicit ipsum sub ratione generalium attributorum.quæ sunt verum,bonum,& huiusmodi:vt supra determinatū est. Vnde quia id quod per huiusmodi nomina deo attributa distīcte & in particulari intelligimus,non est nisi q̄d in creaturis cōspicim⁹: hoc ergo mō attributa in deo nihil positiue & absolute significant:nisi valde confuse & imperfecte : immo omnia (vt dicit Rabi Moyses)imposita sunt ad negandum aliquid ab eo:aut ad indicandum aliquem respectum in eo.Q₂ autem in particulari attributa nihil significant in deo positiue & absolute, quod significari per nomen distincte & in particulari intelligimus : sed solum aliquid in creaturis : dicit Rabi Moyses libro primo cap.lii. loquens de attributis.Intentio (inquit) omnium istorum est ad significandum perfectio-

k Resolutio.q̄

L

M Responsio

N

nem in creatore: non ad tribuendum aliquid substantiæ eius. Dico secundum ꝙ inuenitur in re: vnde (vt dicit) istæ dispositiones non conueniunt ei cum intendimus in substantiam eius: sed cum intendimus in creata ipsius. Q: tamen in generali, licet imperfecte, significant aliquid in deo positiue, & absolute, dicit consequenter in capitulo. lvii. Enunciatio (inquit) de creatore per verba negatiua est vera, in qua non cadit dubitatio: sed enunciatio per verba affirmatiua partim est in æquiuocatione: partim in imperfectione. Intelligo in æquiuocatione, habendo aspectum ad illud quod per huiusmodi nomina in deo significari intendimus. Aequiuoce enim dicitur bonum de deo & de creatura: vt infra videbitur. Vnde dicit idem capitulo. lix. In enarratione ipsius per affirmationes est magnum periculum: quia quicquid credimus esse perfectionem in agnitionibus secundum sensum credentium, non est de genere perfectionis quam nos opinamur: sed dicitur æquiuoce solummodo: nec conuenit creatori: & ideo de necessitate oportet procedere ad rationem abnegationis. Intelligo autem in imperfectione habendo aspectum ad illud quod per huiusmodi nomina de deo significari intelligimus. Per illud enim quod in speciali intelligimus ex creaturis: saltem manuducimur ad credendum, licet non ad intelligendum perfecte quid exprimere intendimus. vnde dicit in capitulo. lvii. Abnegationes communicant cum affirmationibus: quia non potest esse vt non terminentur per aliquem terminum: licet nihil sit determinatiuum. Vnde negationes sunt necessariæ intellectui vt per eas demonstretur primo quid oportet non credere de creatore: quod est præparatio ad illa quæ oportet credere. Et sic patet ꝙ attributa ex creaturis: vt significantia sunt rem quam distincte & in particulari per nomina intelligimus: etsi negatiue aliquid de deo significant: hoc est vt per negationem verissima affirmatio nobis incomprehensibilis credenda insinuetur. Vnde dicit Augustinus. xv. de Trinitate capitulo quinto. Incorruptibilis vel immortalis ideo deus dicitur, vt spiritus credatur. Et Dionysius septimo capitulo de diuinis nominibus. Non intellectuale & non sensuale per excellentiam non per defectum in deo ordinandum: quia consuetum est theologis contrario mentis affectu in deo quæ sunt priuationes repellere. sic inuisibilem aiunt claram lucem. Et Rabi Moyses libro primo capitulo. lix. Cum dixeris ꝙ creator scit ea quæ scit scientia inuariabili quæ non multiplicatur: & quæ semper variantur sine renouatione scientiæ: iam ostendisti ꝙ est sciens non scientia simili nostræ: & ita sequitur vt sciat non eo modo quo nos scimus. Iã ergo induxisti negationes necessario: nec inuenisti veritatem agnitionis substantialis: sed inuenisti ꝙ credis, ꝙ habet scientiam: & ꝙ habet agnitiones quæ non sunt scitæ. Ex quo concludit dicens. Necessarium est igitur vt credas ꝙ omnia ex agnitionibus dicta sunt ad demonstrandum ipsius perfectionem: vel sunt agnitiones operum quæ proueniunt ex ipsius virtute. & quomodo hoc statim inferius explicabimus. Sic ergo patet quid sentiendum est de significato attributorum aspiciendo ad rem quã per nomina significatã distincte & in particulari intelligimus. Si vero aspiciamus ad rem quã per nomina attributorum significari intendimus, hoc modo oĩa attributa per proprietatem accepta a creaturis: vt sunt illa quæ important aliquid qđ est dignitatis simpliciter iuxta regulam supra expositam, significant aliquid de deo positiue: quod scilicet per eminentiam deo conuenit super id quod velut simile eius, licet æquiuoce, est in creaturis. Propter quod motus est Dionysius dicere de deo: ꝙ non est bonus vel sapiens: sed ꝙ est superbonus & supersapiens: & huiusmodi: per hoc proculdubio intendens significari aliquid positiue in deo: in quo supereminet creaturis: licet illud vt homo intelligere non potuit: & hoc quemadmodum hoc nomine deus omnes significare intendunt quod cæteris omnibus anteponendum est: & tamen quid significare intendunt non perfecte intelligunt, vt determinat Augustinus libro primo de doctrina Christiana: cum dixisset ibidem. Res quibus fruendum est, pater & filius & spiritus sanctus, eademq; trinitas vna quædam summa res. Si tamen res non rerum omnium causa sit: si tamen & causa. Non enim facile quod tantæ excellentiæ conueniat potest inueniri: nisi ꝙ melius dicitur trinitas vnus deus. Postmodum subiunxit interrogando dicens. Dixi ne aliquid, & sonuimus aliquid dignum deo? immo me aliud dicere q̃ voluissem sentio. Si autem dixi, nõ est qđ dicere volui: hoc vnum scio, ꝙ deus ineffabilis est: qđ autem a me dictum est: si ineffabile esset, dictum non esset: ac per hoc quidem nec ineffabilis dicendus est Deus: quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur: & fit nescio quædam pugna verborum: quæ silentio cauenda potius q̃ voce pacanda est. Ecce quomodo Augustinus aliquid de deo significare intendit: sed non nisi imperfecte intelligere potuit. & illud intentum est id quod omnis catholicus per attributorum nomina deo tribuere

intendit:non vt aliquid inhęrens & superueniens substantiæ eius: sed quod est re ipsa substantiã est: vt infra melius patebit. Et hoc est illud etiam ad cuius intellectum aliqualem nititur ascendere qđ necesse est fieri primo per abnegationem omnium eorum quæ inueniuntur in creaturis:& deinde per eminentiam ad illud qđ est perfectionis in creatore:secundum ꝙ supra determinatum est secundum doctrinam beati Diony. Et secundum hoc quanto quis plura scit primo a deo remouere:& secundo per eminentiam ipsi attribuere:tanto cognitioni diuinorum magis appropinquat: iuxta hoc qđ dicit Rabi Moyses ca.lviii. Si non extat via ad apprehendendũ veritatem substantiæ creatoris:nisi quoniam nominationes attributiuæ remouentur ab ipso:qđ ergo apprehẽdit Moyses magister noster & Salomon,idẽ apprehendit vnus ex discipulis:nec erit superadditio. Notũ autem est ꝙ magna præeminentia est vnius hominis ad alium in hac re. Et scias ꝙ ita est. quicquid enim addideris agnitionibus negatiuis:erit magis determinatum:& appropinquabit apprehensioni illius:& eris propinquior q̃ ille qui ignorat remouere agnitiones quę debẽt ab eo remoueri. Igitur tanto perfectior eris: quanto de pluribus probare poteris ꝙ abnegari debent a creatore. Quicquid autem attribuitur ei quasi superadditum,elongabit te a scientia veritatis eius. Ergo necesse est vt comprehẽdatur inquisitione per abnegationem: donec sciatur remotio eorũ quę ab eo sunt remouenda: non ꝙ attribuatur ei aliquid quasi additum super substantiam eius: velut id qđ attribuitur sit perfectio in ipso:sed quia inuenitur perfectio in nobis.quicquid eñ ei attribueris:nobis est perfectio:& nihil aliud est in eo:sed sua substantia est sua perfectio. Et quoniam quilibet sentit ꝙ non apprehendimus de creatore quid est nisi per abnegationem:abnegatio autem non facit scire aliquid de veritate rei a qua fit abnegatio:idcirco conuenerunt sapientes: ꝙ scientiæ nõ comprehenderunt creatorẽ: & ideo non apprehendit quid est nisi ipse:& apprehensio nostra respectu illius est defectus. Quicquid eñ laudis vel exaltationis dicimus de eo,inuenimus ꝙ per illud diminuimus id qđ pertinet ad ipsum:& videm⁹ ꝙ defectus est:& tacere melius est: & non expedit vt istud diuulgetur genti. Hęc oĩa vera sunt:sed exponenda iuxta prędeterminata: & concordant dictis Aug.& secundum hoc nullum est nomen attributi quo intelligimus significari aliquid perfectionis in deo,nisi in generali:licet id significare intendimus. In speciali autem nihil intelligimus significari nominibus impositis ab homine: nisi qđ in creaturis videmus:ita ꝙ nomen propriũ diuinæ essentię & naturę qđ respondet veritati & perfectioni rei,homo imponere non potest:q̃a qui non definit & discernit rem non potest ei nomen imponere:quoniam non est notũ ei: vt dicit Philosophus in.vii.Metaph.vbi dicit Cõmẽt. Qui nescit rem non ponet ei nomen. nullus enim ponit nomen rei quã nescit.vnde solus deus põt tale nomen sibi imponere qđ congruit pfectioni naturę suę. Sed tñ etsi vocem noĩs hmõi haberemus,per ipsam in perfectum intellectum rei peruenire nõ possemus. Vnde de hmõi nomine dei ineffabili dicit Rabi Moyses cap.lx. Oĩa nomina creatoris quę inueniuntur in libris,sunt ab operibus sumpta præter vnum nomen appropriatum:& idcirco vocatur nomen separatum:quia significat substantiam creatoris significatione pura in qua nõ est participatio. Alia vero nomina significant cum participatione: quia sumpta sunt ab operibus Et hoc nomẽ Adonai est agnitio alterius nominis qđ est magis abstractum q̃ alia nomina quę sciuntur de deo. Omnia vero alia nomina sicut iudex,iustus, gratiosus,pius,heloin,manifestum est generaliter ꝙ decisa sunt ab operibus. Nomẽ autem appropriatũ est qđ scribitur & nõ legitur nisi in sanctuario a sacerdotibus sanctis dñi tantummodo in benedictione sacerdotali, & a maiori sacerdote in die ieiunii. Et fortasse significat sanctum idioma, de quo habemus parũ apud nos, substantiã creatoris:in qua significatione non participat cum aliquo suorum creatorum: sed alia nomina significant agnitiones quæ faciunt ascendere in cor ꝙ sunt agnitiones adiunctę creatori:hoc est virtutes perfectionis quę sunt inuentę in eo. Nullum aũt nomen apud nos est qđ non sit sumptũ ab ope,nisi nomen Tetragrãmaton,qđ est quatuor literarũ,Ioth,He,Vau,Beth,ex quarũ cõiunctione nihil colligitur significatiuum:sed ex doctrina. De quo nomine subditur continuo in cap.lxi. Mãdatum accepimus ꝙ benedictio sacerdotalis fieret cum hoc nomine qđ est separatum: nec sciebat homo quomodo loqueretur in eo: vel qualiter deberet proferri qualibet literarum ipsius: sapientes autem recipiebant vnus ab alio modum doctrinę:& quomodo loquerentur in eo: nec docebant illud aliquem nisi discipulum idoneum: & hoc semel in septem annis:& non amplius. Et q̃uis secundum iam determinatum modum non est nomen neq; attributi: neq; aliud quo possumus deum perfectum nominare: vt eum perfecte intelligamus:tamen vt dicit Augustinus vbi supra de doctrina christiana,cum de illo nihil dignum dici potest, admisit humanæ vocis obsequium: & verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Nam inde est ꝙ dicitur deus,

Non enim re vera in ſtrepitu iſtarum duarum ſyllabarum ipſe cognoſcit: ſed tñ omnes latinę linguę ſcios cum aures eorum ſonus iſte tetigerit,mouet ad cogitandum excellẽtiſſimam quandam immortalemq; naturã:vt aliquid quo nihil ſit melius atq; ſublimius,illa cogitatio conetur attingere.Sic ergo patet quid ſentiendum eſt de ſignificato attributorum aſpiciendo ad rem ſignificatam per nomina.Si vero aſpiciamus ad rationem & modum ſignificandi & impoſitionis nominis, primo aſpiciendum eſt quid ſit illa ratio.Sciendum eſt ergo iuxta prædeterminata,q; nomina attributorum prima impoſitione impoſita ſunt rebus quæ in creaturis dicunt aliquid quod eſt perfectionis & dignitatis ſimpliciter:qđ melius eſt omino eſſe ipſum q̃ non ipſum:& a creaturis trãſferuntur ad creatorem: non ſecundum naturam rei ſignificatæ:quia illa non habet ineſſe creatori:ſed ſecundum rationem illam nobilitatis quæ ſupereminẽter habet eſſe in creatore circa ipſam diuinam eſſentiam,inquãtum habet in ſe rationes oim pfectionũ,inquãtũ ſimpliciter perfectiones ſunt in creaturis:vt infra videbitur.Cum enim ratio perfectionis ſapientię propria in creaturis inquantũ ſapiẽtia eſt,ſit illuſtrare virtutẽ cognitiuam:& ratio ppria boni allicere affectiuam:rationes iſtę quia ſimpliciter nobilitatis ſunt, ponẽdę ſunt exiſtere in perfectione diuinæ eſſentię:vt ipſa inquantũ ex ſe habet rationẽ illuſtrantis,ſit veriſſime ſapientia:& tanto verius q̃ ſapientia creata:quanto verius illuſtrat cognitiuã virtutem in deo ad cognitionem veri:q̃ illa illuſtret cognitiuã virtutẽ in creatura.& ſic de bonitate & aliis attributis.Et iſta duo.ſ.eſſentia , & hmõi ratio,in vno ſimplici conceptu incluſa conſtituunt attributum:& attributũ ambo in ſignificato nominis ſui continet : ita tamen q; formaliter imponatur nomen ab illa ratione,per quã differt ab eſſentia vt abſolute conſideratur:& a quolibet alio attributo. Vnde & quaſi formaliter eſt conſtitutiua attributi qđ cõtinet in ſe eſſentiã quaſi materialiter. Attributum enim nihil aliud eſt q̃ ipſa diuina eſſentia ſub rõne tali:& ſic ratio attributi eſt quaſi ſecũdum rationem aliquid additum ſuper diuinam eſſentiam.Nunc aũt ita eſt q; additio ſuper eſſentiam alicuius poſitiui & abſoluti,non poteſt eſſe niſi alicui⁹ differentis ab eſſentia re vel intẽtione:qa differens poſitiuũ & abſolutũ neceſſario facit conceptum aliũ ab eo cui additur.Nõ eſt.n.poſitiuũ abſolutũ niſi ſecundũ ſe & abſolute poſſit concipi:quia conceptus ſequitur conditionẽ & naturam rei.ita etiam q; aliquando ratio ſeparat:quę re ſeparari non poſſunt:vt dicit Cõment.ſuper.xii.Metaph.& ita additio poſitiui abſoluti non eſt niſi in differentibus re vel intentione:quæ omnino diuinę ſimplicitati repugnant: vt patet ex ſupra determinatis.Attributa ergo diuina quãtũ eſt de ratiõe impoſitionis nominis attributi a qua habet q; dicatur attributum,non poteſt ſignificare aliquid abſolute poſitiuũ.Cum ergo prętet rationem ſignificandi abſolute & poſitiue nõ eſt niſi ratio ſignificandi negatiue & in reſpectu:ſimpliciter ergo dicendum:q; nullum attributum quantũ eſt ex ratione formali attributi in deo:ſignificat aliqd abſolute poſitiue: etſi res ſignificata ſub ratione attributi.ſ.ipſa diuina eſſentia,ſit quid abſolutum & poſitiui.immo omnia attributa quãtũ eſt de ratione propria attributi: aut ſignificant negatiue:aut in reſpectu.ſecundum q; dicit Auicẽ.in.viii.Metaphyſicę ſuę.Prima proprietas de neceſſe eſſe eſt,quia eſt:de aliis quędam ſunt quibus intentio eſt eẽ cũ relatione:& q̃dam ſunt in quibus eſt eſſe cum negatione. Ecce q̃ expreſſe dicit q; oĩa attributa ſignificant eſſe quod eſt ipſa diuina eſſentia:ſed quædam cum annexa relatione: quędam vero cum annexa negatione.Et qđ amplius eſt: hic ſciendũ eſt q; & ipſę negationes de deo dictę & ipſi attributę nõ ſunt negationes abſolutę:ſed reſpectiuę:ita q; ſecundum hoc abſolute dicendum eſt q; omnia diuina attributa ſiue negatiue ſiue poſitiue dicta ſignificant de deo non aliquid abſolute (dico de ratione formali attributi)ſed tãtũmodo in reſpectu. Vnde dicit Auicen.in eodem.Cum dixerimus & probauerimus q; neceſſe eſſe nullo mõ multiplicatur: & q; eſſentia eius eſt pure vna,puriſſime vera, non intelligimus per hoc q; non ab ipſo remoueantur omnia quæ ſunt : & q; non habet relationes ad ea quæ ſunt.Hoc enim impoſſibile eſt : ab omni eñ qđ eſt negantur multi & diuerſi modi eſſendi:& quicquid eſt,ad alia quæ ſunt habet modum aliquẽ comparationis & relationis:& præcipue id a quo fluit eſſe.Sed p hoc q; dicim⁹ ipm̃ eſſe vnius eſſentiæ quæ non multiplicaẽ,intelligimus q; ipſum eſt in ſua eſſentia:& deinde ſequuntur ipſum relationes vel affirmatiuę vel negatiuæ multæ,& ipſæ ſunt comitantes eſſentiam. Ecce q; reſpectus in deo diſtinguit per affirmationes & negationes:ita q; omnia diuina attributa ſiue affirmatiua ſiue negatiua non niſi reſpectus ſignificant.Sed hoc ſecundum Auicen.viii.Meta.contingit tripliciter: quoniã quędã ſignificant diuinũ eſſe cũ ſola negatiõe cõmixtũ:q̃dã vero cũ poſitiua relatiõe: q̃dã vero ſignificãt ipm̃ cõpoſitũ ex negatione & relatione ſimul.Illorũ aũt q̃ ſignificant cũ ſola negatione:adhuc duo ſũt modi.Quædam eñ ſecũdum nomẽ vocis nõ a negatione ſeu priuatiõe imponũtur: ſed ex vi vo-

eis solum positionem seu affirmationẽ exprimunt. quędam vero ex vi vocis a negatione siue priuatione imponuntur. Secundum primum modum oĩa diuina attributa de deo significant aliquid negatiue, transferendo. s. ipsa a creaturis ad deum: secundum rem quã significatã per nomen intelligim⁹: quę deo cõuenire omnino nõ potest. Et ideo hmõi nomina de deo dicũtur non ad ponẽdũ aliquid in ipso: sed ad remouẽdũ ab ipso imperfectiones oppositas in creaturis: & per hoc ipsa negatio respectiua est. Et hoc non solum habet veritatem de nominibus attributorũ: immo etiã de illis q̃ transferũtur a creaturis ad significãdũ ipsam diuinã essentiã: & sic gñaliter de oib⁹ positiuis nominibus a creaturis ad deum translatis, secundum ꝙ dicit Auicen. viii. Metaph. Quæ commixta sunt negationi, sunt hęc. Si quis dixerit de primo ꝙ sit substantia nolens illũ substantiam esse, sed hoc esse a quo negat̃ esse in subiecto. Cum vero dicitur vnus: non intelligitur nisi ipsum esse negata ab eo diuisione per quãtitatem: & negato ab eo comite. Cum vero dicitur intelligentia, & intellectum, & intellectus, non intelligitur nisi quia ipse est expoliatus in se: & negatur ab eo materiæ cõmixtio & eius appẽdicia. Et quæ tali modo deo attribuuntur affirmatiue: quia affirmatio habet virtutem negationis, oĩa quo ad significatum quod per nomẽ distincte intelligimus: vere remouentur. Et secũdum hoc dictũ est supra: secundũ Diony. de mystica theologia. Deus neq; essentia est neq; vita &c. vt supra dictum est in alia quęst. Et secundum hoc dicit Rabi Moyses cap. lvi. Est, nõ in essentia: viuit, nõ in vita: & potest, non in potentia: & sapit, nõ in sapientia. Et per talem attributionem ex creaturis cognoscitur deus per creaturas via remotionis siue ablatione: sed non vt stetur in negatiõe: sed vt per illam insinuetur nobis aliquid credẽdum in deo qđ supereminet ei qđ sibi simile est & alicuius perfectionis in deo: licet nos illud intelligere nisi in generali nõ possimus: vt iã supra expositũ est. Et ꝑ talẽ attributionẽ ex creaturis cognoscitur de⁹ ꝑ creaturas via eminẽtiæ: & quantum ad illud supereminens insinuatum per negationem, omnia quę nobilitatis sunt simpliciter siue noia essentię siue attributorũ de deo ꝑdicãtur affirmatiue rõne rei significatę quã per nomen significari intendimus: non nominibus simplicibus de vi vocis respectũ non exprimentibus: vt sunt essentia, substantia, bonitas, sapientia & hmõi, sed cum hac præpositiõe sup. vt secundum doctrinam Diony. deus non dicatur substantia vel bonus vel sapiens: & hmõi, propter id qđ in hmõi nominibus significatũ in creaturis intelligimus: sed supersubstantia: supersapiens: supbonus & hmõi: ꝓpter id qđ in hmõi nominibus in deo significari intẽdimus. Et quia huiusmodi ꝓpositio expresse respectum importat ad creaturas, idcirco hmõi attributa non nisi sub ratione positiui respectus ad creaturas aliqđ significant. & sic negationes illę quæ insinuant hmõi affirmationes nõ solũ respectum important negatiuum: sed etiam positiuum: sed secundario. Illa vero nomina quæ a negatione siue priuatione secũdũ vocẽ imponunt̃: vt sunt incorporeum, immortale, & hmõi: quia non negant a creatore nisi ꝙ secundum veritatẽ defectus aliquis est in creaturis (ex eis enim quę in se habet nihil potest ab eo vere negari) patet ꝙ hmõi negatio nõ est nisi respectiua ad creaturas: & cum hoc non est nisi ad insinuandũ alicuius contrarii veram positionẽ. Q

Alia vero noia significãt esse dei cũ aliq̃ relatione: sed ista relatio põt intelligi dupliciter. Vno mõ in respectu ad rem creatam: vt extra deum existentem. Alio modo in respectu ad intellectum: vt esse dei sub alia & alia ratione concipientẽ. Primo modo triplici mõ attributa significant sub ratione respectus ad creaturas: vt ad diuina opera: secundum ꝙ dicit Rabi Moyses lib. i. cap. lii. loquens de diuinis attributis. Sunt autem pro maiori parte dispositiones operum suorum. Nec multum refert ꝙ illę dispositiones & nominationes sunt secundum opera: vel secundum varias cõparationes inter ipsum & operata: vel vt credatur ꝙ sint dispositiones quę demonstrant super perfectione ꝑ viã silitudinis in pfectione rerũ quas intelligimus a nobis. Et dicit pro maiori parte, ꝓpter illa nomina quę de deo significant aliquam negationem. Exemplum de primo modo est ꝙ deus dicitur misericors quia facit nos misericordes: & iustus qa facit nos iustos. & iuxta hunc modũ cognoscit̃ de⁹ per causalitatẽ. Nec tamen oĩa a deo creata per hunc modum possunt ei attribui. Non enim dicit̃ leo quia facit leonem: quemadmodũ dicitur iustus quia facit hominem iustum: & hoc ideo: quia iustitia, bonitas nata sunt ab eo immediate causari, tanq̃ ea quę sunt perfectionis simpliciter: non autem leo, bos, & huiusmodi, sed mediante opere naturæ, tanq̃ ea quæ sunt perfectionis limitatę. De tali attributione per causalitatem dicit Diony. ii. cap. de diuinis nominibus. Supsubstantialem occultum: deum, aut vitam, aut essentiam, aut bonum nominare nihil aliud intelligimus, q̃ in nos productas virtutes deificas, aut vitæ generatrices, aut sapientiæ donatrices. & Auicenna vbi supra. Cum dicitur viuus: non intelligitur esse hoc nisi ex intellectu isto, scilicet vt negetur materia ab illo: & ꝙ ipse est principium dispositionis totius bonitatis: & ꝙ ipe intelligit hoc. Et in isto modo attributionis significant nomina id quod in creaturis intelligimus significari per R

ipsa. Exēplū de secundo modo est ꝙ deus dicit̃ prædestinator, creator, iudex, primus, potens. secundum ꝙ de vltimis duobus dicit Auicē. vbi supra. Si de deo dicitur ꝙ est primus: non intelligitur nisi relatio huius esse ad esse alterius. Cum vero dicitur potens: non intelligitur per hoc nisi quia necesse eē relatū est ad id qđ debet esse aliud a se. Exēplū de tertio mō est, ꝙ de⁹ dicitur bon⁹ vel sapiens &c. huiusmodi: quia ista aliquid perfectionis simpliciter qđ est omnino melius esse ipsum q̃ non ipsum, significant in creaturis: significando in ratione excessus: quemadmodum significant superbonus & supersapiens non id qđ per huiusmodi nomina significatū intelligimus: sed significari intendimus. Et fit ista attributio deo a creaturis: quia omnem rationem perfectionis in se præambit: secundum ꝙ dicit August. ii. de libe. arbi. cap. xvii. Non cessas innuere nobis quæ & quanta sis: & nutus tui sunt om̄e creaturarū decus. Perfectio creaturę siue decus dicitur nutus perfectionis diuinę, siue diuini decoris ꝑpter similitudinis īproportionē. vnde dicit Aug. ibidē cap. xix. Nō enim vlla visibilis similitudo inuisibili rei potest ad omnem conuenientiam aptari. Et Diony. generalius loquitur de di. nomini. dicens. Non est diligens similitudo causatiuis & causalibus: propter qđ in creaturis oīno obscurat̃ effigies creatoris. & post viam causalitatis nō nisi via remotionis: & post illam non nisi via supereminentię est ascendendum. dicente Diony. secundo cap. de mystica theologia. A nouissimis ad principalissima ascensiones facientes omnia auferimus: vt incircūuelate cognoscamus illam ignorantiam in omnibus existentibus circūuelatam: & superessentialē illā videamus caliginem ab omnibus existentibus occultatā. Et licet ab omnibus occultatam: quia nō est aliqua ratio perfectionis alicuius creaturæ quin sit aliquo modo vestigium ꝑfectionis existentis in deo: tn̄ aliqua ꝑpter hmōi rōnē perfectionis suo nomine: vt sapiētia, & bonitas, & huiusmodi, deo attribuunt̃: alia vero non: vt homo, leo, & hmōi. & hoc ideo: qa illa suo noīe significant sub ratione ꝑfectionis simpliciter: eo ꝙ omnino melius est esse ipsum q̃ non ipsum: ista vero non: vt patet ex pręcedentibus. Per hunc ergo modum sunt attributa relationem significantia in deo respectu creaturæ extra ipsum existētis. Alio vero mō attributa sub rōne relationis significant in cōparatione ad intellectum dei sub alia & alia ratione concipiētem eius essentiam. Et hæc est cōmunis
S opinio: ꝙ solūmodo in cōpatione ad intellectū creatū hūanū vel angelicū habent diuina attributa differentiam inter se: vt nulla omnino dicatur esse differentia attributorum in deo: nisi ex comparatione ad intellectum creatum non potentem totum pelagus diuinę perfectionis vna ratione cōcipere & simul. ꝑpter qđ pluries sub diuersis rationibus & modis cōcipiendi concipit eundē: cum tamen ipse suam perfectionem totaliter vnico simplici intuitu concipit sine omni rationum diuersitate. Sed sub illa vnitate ad quā redit omnis rationum diuersitas: sub qua concipitur ab intellectu increato, non concipitur ab intellectu creato: ita ꝙ si non esset intellectus creatus sic diuersos cōceptus sub diuersis cōceptionib⁹ formās de deo, nulla oīno dicēda eēt in deo eē diuersitas attributorū: non solum secundum rem aut secundum intentionem: sed neq̧ etiam secundū rationem Sed quid nobis videatur super hoc sentiēdum, inferius videbitur loquendo de differētia attributorum in deo. Nomina vero attributorum quę significant compositionem ex negatione & relatione, simul sunt: vt dicit Auicen. vbi supra. sicut ꝙ dicit̃ liberalis. Liberalis em̄ intelligitur ꝙ est principium dispositionis totius bonitatis: & ꝙ ipse non intendit intentionem sibiipsi. Cum vero dicitur bonus, non intelligitur nisi quia hoc eē liberum est a cōmixtione ei⁹ qđ est in potētia & inꝑfectione: & hoc est negatio: & ꝙ suum esse est principium perfectionis oīs & ordinationis: & hoc est relatio, verum est causalitatis: de qua iam dictum est. ❡Per iam dicta patet responsio ad obiecta.

T ❡Ad primum ergo in oppositum ꝙ attributa sup essentiā deo attribuunt̃: & nihil absolutum est in ipso super essentiam propter simplicitatem: Dicendum ꝙ verum est: dum tamen differat re vel intentione ab eo cui attribuitur. Si autem differat sola ratione: non oportet. sic enim differūt attributa ab essentia cui attribuunt̃: & abinuicem. Quomodo autem sumatur ista diuersitas secundum rationem, infra videbitur: quomodo aūt sumitur identitas rei, bene exponit Augu. xv. de trini. ca. v. dicens. Vna eademq̧ res dicitur: siue dicatur æternus, siue immortalis, siue incorruptibilis, siue immutabilis. Item cum dicitur viuens & intelligēs: qđ est vtiq̧ sapiēs, hoc idem dicitur. Non enim percipit sapientiam qua esset sapiens: sed ipse sapientia est: & hęc vita: eademq̧ virtus siue potentia eademq̧ species: qua potens ac speciosus dicitur.

Ad pri. pri.

V ❡Ad secundum ꝙ attributa secundum esse quod habēt in creaturis nihil dicunt in respectu, ergo nec in deo vbi habēt esse veri⁹: Dicēdū ꝙ verū est quo ad rē significatā: nō tn̄ quo ad rationē significādi. ne em̄ oīno significent idem sicut synonyma, oportet ꝙ in deo significent sub ratione negationis vel respectus alicui⁹: vt infra videbit̃: quod nō optet in creaturis: vbi significāt diuersa re. Vnde & in creaturis

Ad secūdū.

vbi significant idem re,ens, vnum,verum, bonum & huiusmodi:necesse est ꝙ significāt idem:sed diuersis rationibus sicut in deo vt infra patebit. ¶Per hæc patet ad tertium.cū eīn dicitur ꝙ dicē do ꝙ deus est bonus aut iustus:intellectus stat in absoluto:Dicendū ꝙ verum est quantum est ex parte rei significatę.quātū tñ est ex parte ratiōis illius nois:secundū quā vel sub qua significāt huiusmodi attributa:bene potest stare in respectiuo:sicut & aliquādo in negatiuo:vt infra videbitur Et secundū hoc dicit Rabi Moyses lib.i.ca.lvii. Agnitio attributa creatori vel sumitur ab operatione:vel erit ratio priuationis.igiť non apprehendimus nisi essentiam ipsius tantūmodo & ꝙ est ens. ¶Similiter dicendum est ad quartū: ꝙ etsi illa attributa non significāt negatiue:vt negatio sit alicui⁹ eoꝝ significatū:bñ tamē possunt aliqua illorū significare sub ratiōe relatiōis: vt infra patebit. ¶Ad quintum dicendum ꝙ non est simile de ratione negationis,& affirmationis: qm̄ diuinę simplicitati nō repugnat alia a se remoueri:& hoc maxime id qđ non est dignitatis,per sibi attributū qđ est dignitatis.Ei tamen repugnant multa affirmatiue dicta:generaliter eīn nihil ei attribui potest qđ nō est dignitatis simpliciter,vt visum est supra. Vnde licet aliquo modo dicatur sapiēs qa non ignorans:tamē hoc nō est totū propter qđ dicitur sapiens:sed per hoc aliquid circa eum affirmare intendimus.Non tamē debet dici corpus informatū: qa nō est nuda materia informis: quia p illud nihil potest intēdi affirmatiue circa deum significari. ¶Ad vltimum dicendum ꝙ licet negatio nihil dignitatis iportet:& ideo non potest significari nomine attributi:potest tamen attributum bene significare sub ratione negationis:sine qua non posset attributum rationem dignitatis suę exprimere:& ab essentia & ab alio attributo distinguere.

X Ad tertium Y Ad quartū Z Ad quintū & Ad sextum

Irca quintum arguitur ꝙ ratio aliquorum prædicamentorum possit attribui deo,sic.dicit Augusti.v.de trini.cap.x. Non participatione magnitudinis deus magnus est:sed seipso magno deus magnus est: quia ipse sua est magnitudo. hoc de bonitate & ęternitate & oīpotentia dei dictū est, oībusq; oīno pdicamētis quę de deo possunt pronunciari.supponit ergo Aug.ꝙ aliqua prędicamenta possunt de deo pronunciari. sed nullum prędicamentum de deo potest pdicari secundum rem prędicamenti:vt habitum est supra.non est aūt in prędicamēto nisi res aut ratio prędicamēti.prędicabuntur ergo de ipso saltem secundū rationē prędicamēti. ¶Qꝫ aūt cuiuslibet prędicamenti ratio sit in deo:arguitur sic.verius attribuitur ratio prędicamenti affirmationi qua affirmatur res sua de aliquo:licet secūdum gradum superioris naturę:q̄ negationi qua omnino de aliquo negatur:quia modus rei natus est sequi ipsam rē: & auferri ablata re.sed modus cuiuslibet prędicamenti attribuitur negationi qua negatur res sua de aliquo. dicente Aug.v. de tri. cap.vi.Negatiua ista particula,cū dicim⁹ ingenitū,nō id efficit: vt qđ nō sine illa relatiue diciť,ea pposita substantialiter dicatur:sed id tm̄ negatur qđ sine illa agebatur.i.affirmabatur.Sicut in cęteris prędicamentis cum dicimus homo,substantiam designamus.Qui ergo dicit non homo:non aliud genus prędicamenti enunciat:sed tm̄ illā negat.Sicut ergo secundum substantiam aio cum dico homo est:sic scd̄m substantiam nego cum dico homo non est.& sic de aliis prædicamentis:secundū ꝙ de ipsis inducit exempla.ergo modus prędicamēti attribuitur affirmationi qua affirmatur res sua etiam in gradu supereminentioris naturę de aliquo.Cum igitur res pdicamenti cuiuslibet vel proprie vel translatiue in gradu supereminentioris naturę affirmatur de deo: vt habitum est supra:ergo modus cuiuslibet prędicamenti attribuetur deo. dicetur ergo deus spiritus secundum substantiam:magnus secundū quantitatem:bonus secundum qualitatem:& sic de aliis.ergo &c. ¶Qꝫ nullius prædicamenti ratio deo possit attribui,arguitur sic primo. Ratio prædicamenti nihil aliud est vt videť,q̄ coordinatio prędicabilium in ipso secundum sub & supra.Sed talia non possunt deo attribui:quia nō sunt sine ratione vniuersalis & particularis: quæ in deo cadere non possunt:vt infra videbitur.ergo &c. ¶Secūdo sic.secundū Auicen.ii.Metaph.suę,ca.i. propria ratio pdicamenti substantię est,ꝙ sit id qđ non est in aliquo vt in subiecto:& accidentis inquantum accidens est distinctum ex opposito contra substantiam:ꝙ sit id qđ est in subiecto existens.& vt dicit in.viii. per hoc substantia habet rationem generis:non quia dicit esse non existens in subiecto: sed quia est res aliqua pręter esse cui conuenit esse non in subiecto.& similiter per hoc accidēs habet rationem generis:nō quia dicit esse in subiecto:sed quia res est aliqua pręter esse,cui conuenit esse in subiecto.sed hoc modo esse non cōuenit deo:neq; esse in subiecto neq; nō in subiecto:qa nō est nisi eē,nō res aliqua pter esse cui cōuenit eē:vt supra expositū est.ergo nō solū rō gñis alicui⁹ pdicamētorū accidētis:sed nec etiā ipsius substātię:de qua magis videť:deo pōt attribui. ¶Qꝫ autē in deo non sit ratio prędicamenti substātię arguitur primo sic.subsistere secundū se & absolute est

A Quæst.vi Arg.i. 2 3 4 5

propria ratio substantię: deus non subsistit secūdum se & absolute: sed solum in respectu ad aliud
6 quia non est in eo nisi suppositum relatiuū: vt infra patebit. ergo &c. ¶ Et sicut Augu. dicit. vii. de trini. subsistere de his rebus intelligitur in quibus subiectis sunt ea quę in aliquo subiecto esse dicuntur: sicut color in corpore. Corpus em̄ subsistit: & ideo substantia est. sed deo nullo modo potest attribui sic subsistere: quoniā vt dicit ibidē: quod sic subsistit: inest in eo aliquid tanq̄ in subiecto: & non est simplex. qđ nullo modo conuenit deo: qm̄ vt dicit ibi, nefas est dicere vt subsistat & subsit suę bonitati: & habitū est supra: q̄ est omnino simplex. ergo &c. ¶ Q; autē in eo sit ratio substantię arguitur: qm̄ scđm Phm. vii. Metaphy. esse per se est propria ratio substantię. sed hoc maxime deo conuenit: vt habitū est supra. ergo &c. ¶ Q; solum ratio substantię & relationis habēt deo attribui: arguitur. qm̄ vt dicit August. v. de tri. cap. viii. illud præcipue teneamus: quicquid ad se p̄stantissima illa diuina trinitas dicitur, substantialiter dicitur: quod autem ad aliquid, non substātialiter sed relatiue. sed quicquid deo attribuitur: siue de ipso dicitur: substantialiter de ipso vel relatiue dicit. qa q̄cūq; in deo simul tribus personis conueniunt: substantialiter dicunt: vt dicit Boethius. ii. de tri. cap. i. & quęcunq; de singulis separatim dicuntur: relatiue dicuntur: vt dicit ibidem cap. eodem. quęcunq; aūt de deo dicuntur: vel sic dicuntur: vel sic: quia non est medium. ergo &c.
7 ¶ Q; aūt solūmodo ratio substantię deo attribuenda est: arguitur. qm̄ secundū Auicen. in principio secundi Metaph. prius omnibus diuisionibus eorum quę sunt per essentiam est: quoniam esse duobus modis est. vnum qđ est in subiecto: aliud qđ nullatenus est in subiecto. Ens ergo in se & in alio immediate diuidūt totū ens. & vt vult ibidē: ens in alio est ratio accidētis. Vbi est igitur nulla oīno ratio accidētis & esse in alio, nō est ibi nisi ratio substātię & nō eē in alio. In deo nullo modo est ratio accidentis: vt dicit Augu. v. de tri. cap. v. ergo in deo non cadit nisi ratio substātię: quare non relationis neq; alterius prædicamenti. ¶ Q; aūt in eo cadat ratio relationis cū ratione substātię, arguitur. qm̄ vt dicit Aug. v. de tri. cap. v. in deo nihil secundū accidēs dicitur. Nō tñ omne quod dicitur scđm substātiā dicit. Dicitur em̄ ad aliqđ: ad aliqđ autē est ratio relationis. ergo &c.
8 ¶ Q; autem non solum ratio substātię & relationis in deo cadit: sed & alicuius alterius p̄dicamenti ratio, arguitur sic. quia dicit Augu. v. de tri. cap. viii. Qđ ad faciendū attinet fortassis de solo deo verissime dicatur. Solus enim deus facit: & ipse non fit. facere autē est propria ratio prædicamenti
9 actionis. ergo &c. ¶ Qđ etiam arguitur ratione sic. agere vt agere non dicit rationē motus aut alicuius accidentalitatis in agente: neq; ponit in eo vllam compositionē omnino: sed solūmodo respectus ad passum, qđ ab eo recipit motū. vnde Phs. viii. Physi. probat q̄ primum mouens simplex est omnino & imutabile per se & p accidens. talis ratio autem deo maxime cōuenit: quia ipse est primum agens: & mouens omnia secūdum Boethiū, immobilis manens dat cuncta moueri. ergo &c.
10 ¶ Q; ratio relationis maxime deo repugnet: & ita minime potest esse, aut manere in ipo, arguitur quoniam secundū Cōmēt. super. xii. Metaphy. relatio debile esse habet. sed hoc ignobilitatis est: &
11 tale vt habitū est supra maxīe deo repugnat. ergo &c. ¶ Q; simul non possunt esse ratio substātię & relationis in deo, arguitur: quoniam ratio substantię est esse minime dependens: ratio autem relationis cum sit ad aliud esse: maxime est esse dependens: immo nihil aliud q̄ dependentia quędam quæ maxime sunt repugnantia: talia autem non possunt esse in eodem. ergo &c.

B ¶ Ad quæstionem istam dicēdū secūdum q̄ supra inchoatum est dici: q̄ aliud est
Resolutio. q. res p̄dicamenti, aliud vero ratio p̄dicamēti. Res p̄dicamēti est qđ p essentiā & naturā suā est cōtentum in ordine alicuius prędicamenti. Ratio p̄dicamēti est proprius modus essendi eorum quę continentur in prędicamento. Ex quibus duob⁹. s. ex re prędicamenti: & ratione essendi eius: q̄ est ratio p̄dicamenti: cōstituitur ipsum p̄dicamētū: & diuersificat vnū p̄dicamētū ab alio. Non enim ex hoc q̄ aliqđ sit res & natura aliq̄ siue substantię siue accidētis: quātūcūq; in vniuersali & abstracto intelligatur: habet rationem generis prędicamenti: neq; similiter ex hoc q̄ est esse non in subiecto: vel eē in subiecto: quoniam esse ex se nullo modo potest habere rationem generis: vt habitū est supra: quare & multo minus ratiōe illarum determinationum in subiecto vel non in subiecto: cum non rem: sed modum rei & rationem essendi dicunt. Sed natura generis p̄dicamenti ex vtro
C q; simul. s. ex re & ratione prędicamenti constituitur. ¶ Ad cuius intellectum sciendum secūdum superius determinata: q̄ in deo res quæ ipse est: est ipsum esse eius: & non simpliciter esse: sed est quoddam necesse esse: a cuius simplicitate deficit omnis creatura: scilicet quia ipsa res quæ ipsa est, non est eius esse: sed habet ab alio esse tam essentię q̄ existentiæ: vt supra declaratum est sępius: a quo non habet necesse esse ipsius existentiæ: eo q̄ ex se est possibile esse per indifferentiam se habens ad esse & non esse. Propter quod sicut essentia diuina dicit aliquid quod est necesse esse, sic essentia creaturæ dicit aliquid cui ab alio contingit esse, & est ratio prima constituendi prædica-

mentū in creaturis communis substantiæ & accidenti: & hoc habendo aspectum ad esse essentię: quia secundum essentias rerum est distinctio prędicamentorum & coordinatio vniuscuiusq eorum. Et propter illam rationem rei contingit q nulla res prædicamenti cuiuscunq ad diuina translata, manet, sed mutatur in diuinam substantiā quę est suum esse. Ratio autē ista cōmunis diuidit in duas, quibus distinguit prędicamētū substātię cōmuniter ab oībus prędicamētis accidentium, quarū vna est esse in se, non in alio, alia vero esse in alio: quarū prima est ppria ratio substantię: secunda est rō cōmunis accidentiū. Substantia enī est prędicamentū: qa est res cui cōuenit nō esse in subiecto, & accidens pdicamētū ecōtrario: quia est res cui cōuenit esse in subiecto. scđm enī Auicen. de definitione substantię est: q ipsa est ens non in subiecto: immo q est res de qua dicitur q est ens nō in subiecto: ita vt ens non in subiecto prędicetur de ea tanq de re, siue natura, siue quiditate aliqua, vt homo, lapis, arbor. Sic ergo vt dicit oportet imaginari rem cum ratione esse non in alio, sed in se, ad hoc vt substantia sit genus prędicamenti, & similiter accidens cum ratione esse in alio. Intentio igitur prædicamenti constituitur ex re naturæ subiecta: quæ est res prędicamenti quasi materiale in ipso, & modo quo esse ei conuenit, scilicet non in alio esse, vel in alio esse, quę est ratio prędicamēti circa rem ipsam quasi formale in ipso. Est enim substantia prædicamentū quasi cōpositum quid ex re & esse suo, quod est quasi accidēs ei, vt habitum est supra. Propter qđ etiā accidere possunt ei alia post esse, vt tale prędicamentū non solum dicatur substātia ab in re existendo, sed ab alteri se substituēdo. In quo cōsistit duplex ratio prędicamēti substātię. Prima in se absolute. Secunda in respectu ad prędicamēta accidentium. ¶ Respondēdo ergo ad questionē primo quo ad prędicamentū substantię, Dicendū q si loquamur de ratione prędicamēti substantię secundo modo, sic non cadit in deo res prędicamenti substantię, quia ipsa compositionē facit cum esse qđ in se recipit: Deus autē nequaq, vt habitū est supra. Sic nec ratio prędicamenti substātię pper eandē rōnē. vt enī dicit Boeth. de deo. i. de tri. ca. iii. subiectū fieri nō potest. Forma enim est, formę vero subiectæ esse non possunt. Primo aūt modo bene cadit in deo ratio pdicamenti substantię: etsi nō res, nisi scđm gradū eminentiorē. Sed tamen adhuc alia rōne q substantię creatę, quia illi ratio esse essentię nō cōuenit ratione rei scđm se, sed solum inquantū est diuinum exemplatum. Deus autē est res quę est ipsum esse essentię suę. Est enī deus verissime existens in se, licet nō alii vt accidenti subsistit. Vnde Augu. declarando primā rōnem substātię deo cōuenire, & non scđam, quę solum cōuenit substātię creatę, dicit lib. i. de tri. cap. 4. Sicut ab eo qđ est esse appellatur essentia, ita etiā ab eo qđ est subsistere substantiā dicimus. omnis enī res quę ad seipsam subsistit: substātia dicitur: quāto magis deus! Si tamē dignū est vt deus dicatur subsistere. de his enī rebus hoc recte intelligitur, in quibus subiectis sunt ea quę in aliquo subiecto esse dicūtur, sicut color, aut forma in corpore: corpus enī subsistit, & ideo substantia est. & ita, qa nō est hoc ei esse, qđ illam vel istam formam coloremve retinere. Res igit mutabiles nō simplices proprie dicuntur substantię. Deus aūt si subsistit vt substātia dici possit, inest in eo aliquid tanq in subiecto, & non simplex est, cui hoc sit esse qđ illi est, sicut magnus/oīpotēs/bonus, & siquid huiusmodi de deo nō incōgrue dicitur. Nefas autē est dicere, vt subster deus, vel subsit bonitati suę, atq illa bonitas non substantia sit, vel potius essentia, neq ipse deus sit bonitas sua, sed in illo sit tāq in subiecto. Vnde (vt cōcludit) manifestū est deū abusiue substantiā vocari: vt nomie vsitatiore intelligatur essentia. Ecce quō insinuat q vnus modus subsistendi, qui est ratio substantię vna, nullo modo potest deo attribui, & q scđm illum non potest dici substantia. Est tamē sine dubio substātia. vt dicit in. v. de tri. ca. ii. & hoc a ratione, & modo subsistendi in se, & nullo modo in alio, neq dependens ab ipso, qđ nulli in creaturis cōuenit neq substantię, neq accidenti, vt iam dicetur. Et ita licet res prędicamenti substantię nullo modo deo attribuitur nisi scđm modum eminentiorē, vt prędeterminatū est, neq ratio subsistendi alteri vt sibi inhęrenti, ratio tamē prędicamenti substātię quę est in se subsistere, vel potius existere (pro quo Aug. in dicta auctoritate sua sumit subsistere. nō enī de⁹ subsistit, nisi ad aliud: existit aūt absolute) verissime deo cōuenit: quāto veri⁹ in se subsistit q alia. Et scđm hoc verius & prius deus habet esse substantia q aliqua creatura. Nō dico dicitur. Nomina enī sępius per prius cōueniūt, quibus res cōueniunt per posterius, vt tactū est supra in parte, & infra plenī⁹ exponet. Et sic patet q prędicamētū substātię versum in diuinā prędicationē dupliciter mutat, & vno modo manet. Mutatur enī quo ad rē pdicatā quę in creaturis habet eā ab alio per participationē, in deo aūt a seipso per essentiā. iuxta illud Boet. Nō est substātia in illo vere substantia, sed vltra substātiā. & idem habitū est supra ex dictis Diony. Mutat etiā quo ad rationem & modum essendi in substando alteri vt sibi inhærenti in modum & rationem essendi ipsum alterū: vt deus per essentiam sit ipsum, qđ sibi significatur attribui. Et hoc est qđ di

D Responsio de substātia.

E

F

G

tit Augusti.v.de tri.cap.iiii.In rebus quę participatione magnitudinis magnę sunt,in quibus est aliud esse,aliud magnũ esse,sicut magna domus,magnus mons, magnus animus,in his est aliud magnitudo,aliud qđ ab ea magnũ dicitur.Et infra.Deus aũt ea magnitudine magnus est.qa ipse est eadem magnitudo.& subdit.Hoc de bonitate,& ęternitate,& omnipotentia dei dictum sit,omnibusq; pdicamẽtis q̃ de deo possunt pnũciari,qđ ad seipsum dicit.Nefas enim est vt dictũ est,vt subsistat & subsit deus suę bonitati.Manet autem in deo praedicamentum substantię solum quo ad rationem & modum essendi in se subsistendo,tanto verius & perfectius quanto est ipsum esse purum & simplex per essentiam subsistens:vel potius existẽs.Qualibet autẽ substantia creata habet esse in sua essentia participatum quo subsistit,vt habitũ est in supra determinatis. Talem rationem subsistendi insinuat Hilarius cum dicit.vii.de tri.Nõ ex cõpositis deus qui vita est,subsistit.Manet autẽ in deo sola ratio substãtię,qua habet in se existere.¶Respõdẽdo autẽ ad quęstionẽ

H quo ad alia prędicamẽta,scilicet.ix.accidentium:Dicendum vt dictũ est, q; in ipsis est vna rõ prędicamenti qua cõmuniter distinguũtur prima diuisione sub ente contra substantiã.s.esse in subiecto,vt dictum est,& sunt alię rõnes speciales per quas abinuicem habent distingui : vt iam patebit.Quãtum ergo ad primã rationem omnibus cõmunem:clarum est q; nõ potest illa rõ prędicamẽti deo attribui:qua habet.s.aliqd inesse alteri iuxta rationem prędicamẽti accidẽtis:vt vel ipsum alteri possit accidere vel alterũ ipsi:vt p hoc sit accidẽtaliter i altero,vel aliqd accidẽtaliter in ipso, quorum neutrum potest cõtingere in deo:vt supra determinatum est.Et vt dicit Aug.v.de tri.cap. v.in deo nihil scđm accidens dicit,qa nihil in eo cõmutabile est.Cũ ergo res scđm aliqđ pdicamẽtũ accidẽtis ei attribuitur,nõ solũ res quę est accidẽtis in pdicamẽto illo, in substãtiã mutat,scđm q; dictum de mutatione rei prędicamẽti substantię(scđm q; dicit Aug.de fide ad Pe.In dei substãtia non est aliquid qđ nõ sit substãtia,sed quicquid ibi intelligi potest,dei substantia est) sed & modus inhęrendi necessario mutat in modũ per se subsistendi.Non enim potest esse in inhęrendo modus,vbi nihil est qđ inhęreat. ¶Quãtũ vero ad proprias rationes singulorum prędicamentorum

I sciẽdum q; sicut propria rõ prędicamenti substantię est scđm se existere,& prędicamenti accidentis cõmuniter inhęrere alteri:sic sunt pprię rationes diuersorum prędicamentorum accidentium,inhęrendo diuersimode alteri.Eorum enim prędicamẽtorũ quę significãt id cuius esse est in alio , aut significãt rẽ cuius esse est in alio absolute,aut cuius esse est in alio in respectu ad aliud. Secundo modo est vna ratio cõmunis.vii.prędicamẽtis accidentium. Primo modo est vna rõ cõmunis qualitati & quãtitati:q̃ distinguũtur ab aliis.vii.penes diuersimode inesse alii absolute,sub quo distinguũtur inter se:qm propria ratio prędicamenti qualitatis est subiectum informare,& propria ratio quantitatis est subiectum mensurare : propria vero ratio caeterorum.vii. praedicamentorum, est subiectũ suũ ad aliud referre:sed differẽter.vt infra videbitur. ¶Quãtum ergo ad quantitatẽ

K & qualitatem,Dicendũ q; cum informatio necessario supponit inhęrẽtiã informãtis ad informandum:& similiter mẽsuratio mẽsurãtis ad mensuratũ:sicut ratio inhęrentię prędicamenti accidentis simpliciter nõ põt deo attribui:sed necesse est q; cũ cõuertatur in diuinã praedicationem,mutetur in rõnem subsistendi:hoc similiter necesse est contingere in prędicamẽto qualitatis & quãtitatis,q; scilicet cum aliquid de prędicamẽto qualitatis aut quãtitatis deo attribuitur , non solum res mutatur & transfert in diuinam substantiam. iuxta hoc qđ dicit Boe.de tri.Cum deus iustus dicitur,qualitatem quidẽ significare videmur:sed eam quę sit non solum substantia, sed etiam vltra substantiã.Non enim est aliud q̃ q; iustus est,sed idem est deo esse qđ iustum.Item cum dicitur magnus,quantitatem quidem significare videmur:sed eam quae sit ipsa substantia talis qualem esse dicimus vltra substantiã:neq; est aliud qđ est,aliud qđ magnus est: sed idẽ est deo esse qđ magnum esse.Sed etiã q; propria ratio informandi scđm qualitatem, & cõmensurandi scđm quãtitatem,cõmutetur in rationem subsistendi scđm substantiã.iuxta illud qđ dicit Aug.xv.de tri. ca.v. Si dicim9 ęternus,imortalis,incorruptibilis,immutabilis,viuus,sapiẽs,potens,speciosus,iustus, bonus,beatus,spirit9:horũ oim nouissimũ qđ posui quasi tm̃modo videtur significare substãtiã:cętera vero hmõi substãtię qualitates.Sed nõ est ita i illa ieffabili simplicię natura.qcqd enim scđm qualitatem illic dici videtur:scđm substantiam vel essentiam est intelligendũ. Absit enim vt spirit9 secundũ substãtiam dicat deus,& potens scđm qualitatem: sed vtrũq; scđm substantiam.Sic caetera quę cõmemorauimus.Propter qđ dicit in.v.de trinita.cap.i.Intelligamus deum si possumus sine qualitate bonum:sine quãtitate magnũ.sed nequaq̃ dicit sine substantia spiritũ, & hoc nõ nisi quia substantię prędicamentũ nõ oino mutatur cum vertitur in diuinã prędicationem, sed secũdum aliquã rõnem manẽtem in eo transfertur ad deum.prędicamentũ autẽ quãtitatis & qualitatis oino mutatur nulla ratione eius oino manẽte cum transfertur ad deum:scđm q; iam expo

De q̃litate & quãtitate.

situm est. Quomõ autem habet intelligi q deus dicitur sine qualitate bonus: sine quãtitate magnus, expositum est supra. Vnde quia oĩno mutãtur prędicaméta qualitatis & quãtitatis cum assumuntur in diuinã prędicationẽ, nõ autẽ sic substãtia: ideo dicit Boet. Sicut substantia non est in illo vere substantia. s. qualis est in creaturis: sed vltra substantiam: ita qualitas. & subdit. Cum iustus quidẽ dicitur deus, qualitatem significare videmur: sed non accidẽtalem, sed eã quę est nõ solũ substantia, sed etiã vltra substantiã. Nõ autẽ dicit, quę est qualitas sed vltra qualitatẽ, qa qualitas in deo nullo mõ tenet rõnẽ qualitatis sicut substãtia tenet rõnẽ substãtię. Et simil'r ipsa qualitas & quãtitas, dicunt in deo nõ solum secundum rem substantiam: sed & modum & rationem sui prædicamenti mutant in modum substantiæ. Simile enim est de quãtitate, cum dicitur magnus, imensus, maximus, & de qualitate cum dicit' bonus, sapiens, & iustus. Sic ergo patet de prędicamentis quę prędicant aliquid absolute, quę sunt substantia, quãtitas, qualitas, an ratio eorum deo attribuenda sit. ¶ Sequitur de aliis. vii. quorũ ratio est ad aliud referre subiectũ suum, quę scilicet significant rem cuius esse est in aliquo in respectu ad aliud, an ipsorũ ratio deo attribuenda sit. Hęc eñ (vt dicit Boet. i. de tri. ca. ii.) differẽtia est pdicatiõis primorũ trium prędicamẽtorũ ab aliis. vii. q illa rem monstrant (intelligo absolutũ) alia vero, quasi circũstãtias rei, intelligo formaliter. Materialiter eñ aliqua illorum rẽ significãt, vt iã patebit. vt sic (sicut dicit) ista prędicamẽta aliquid rem esse ostendant, illa vero non esse: sed potius extrinsecus aliquid quodãmodo affigant. Est ergo vt patet ex iam dicto Boet. ratio illorum. vii. prędicamentorũ significare rem cuius esse est in aliquo in respectu ad aliud. In quo nõ est eis propriũ q significãt rem aliquam: hoc eñ est omnibus aliis prędicamentis commune: neq; q significant rem cui conuenit esse in alio: hoc enim conuenit oĩbus accidentibus: sed solum eis est proprium: q esse in respectu ad aliud significant, & hoc nullo modo deo repugnat: sed maxime ei cõuenit. Vt eñ dicit Auicẽ. viii. Metaphy. quicqd est, ad alia q sunt habet modũ aliquẽ cõparatiõis & relatiõis, & pręcipue id a quo fluit eẽ. Et iste modus cõparationis est alicuius rei subiacẽtis vt subiectũ illi respectui: quę in se est aliquid aliud in esse: q qd habet in respectu ad aliud. dicẽte Augu. vii. de tri. Omnis essentia quę relatiue dicit' est etiã aliqd excepto relatiuo. Et inductis plurib⁹ exẽplis subdit. Si nõ est aliqd ad seipm, nõ est oĩno qd relatiue dicat' ad aliud. respect⁹ eñ separat⁹ in se nõ existit. Esse ergo adaliqd ex se nõ põt poni inesse: & si ponat' relatio esse scd'm se pręter subiectũ suũ, ipsa est accidẽs absolutũ, vt quãtitas vel qlitas. Et sic ad aliqd, ex se & sua ppria rõne nõ ponit eẽ qd sit absolute esse: aut qd sit alicui inesse, sed solũmodo ex se ponit esse qd est ad aliud esse. Et ex hoc sequitur vlterius: cum nihil omnino habet rõnem accidentis quin habeat rõnem esse in alio: hoc eñ vt patet ex prædeterminatis est ppria ratio qua accidẽs distinguit' cõtra substãtiã: sequitur q relatio siue ad aliquid, siue respectus quicũq; nõ habet ex se rõnem accidẽtis. Aut ergo nullo modo rõnem accidentis habet: aut per aliud eam habet: & sic solum per accidens. sed non ratione subiecti in quo est: qd p illud ad aliud refertur: quia illud quãdoq; est substantia, sicut homo cum dicitur dñs aut seruus: oportet ergo q sit regulariter ratione eius supra qd fundat', qd necessario est accidẽs aliquod absolutũ ne fiat processus in infinitũ si vnus respectus ponat' fundari super aliũ. Cui quidẽ accidenti qñq; non accidit respectus fundatus super ipsum. Similitudo eñ scd'm albedinem qua sortes est similis Platoni: accidit Sorti & Platoni, quia albedo accidit eis: non autẽ accidit albedini cum dicim⁹ q albedo sortis est similis albedini Platonis. Illa eñ similitudo est eis essentialis: qa i illa cõsistit natura speciei. qa scd'm Boe. super Porphy. Species est essentialis similitudo pluriũ suppositorũ. Qñ q vero accidit illi: vt sunt respectus fundati super ratiões mẽsurę: eo q rõ mẽsurę per se quantitati accidit. Mensurę eñ in quãtitate mutuo sese mensurant. Et scd'm hoc dicit Phs in. v. Metaph. q homo modo accidentali est relatiuus: quia accidit ei esse duplum. s. per quãtitatem suam cõparatam quãtitati alterius. Patet ergo q relatio siue respectus quicũq;, eo q de se nullum inesse dicit: nullo mõ repugnat ei qd est in se esse: atq; p se subsistẽs, cuiusmõi est de⁹, qui est ipsum esse: qd necessario habet plures respectus q aliud ens qdcunq;. Ratione eñ eius q est causa omnis eẽ, ad oẽ aliud ens a se habet aliquo mõ referri. scd'm q Auicen. loquens de necesse esse vbi supra dicit, Cũ ipsum dicim⁹ esse vnius essentię q nõ multiplicat', intelligimus q ipsum est in sua essentia: & deinde sequuntur ipsum relationes vel affirmatiuæ, vel negatiuæ multę: & ipsę sunt comitantes essentiam: & sunt post esse essentię eius, nec sunt constituentes essentiã, nec sunt per se pars eius. Cum igitur de prędicamentis quorũ ratio est ad aliud referri, aliquid deo attribuitur, non oportet q ratio prędicamenti mutet': & hoc pter nullam repugnantiam cõtrarietatis quã habet respectus ad aliud ad modum subsistendi per se, sed manet cum illo propter nullã rationem diuersitatis realis repugnantis ad ipsum. Qd bene insinuat Boet. v. ca. de trini. cũ enumeratis. x. prędica-

L De septem aliis.

M

mentis,ait de substātia,qualitate,& quātitate. Hęc cū quis in diuinam vertit prędicationem,cū-
cta mutātur quę prędicari possunt.& pro aliis.vii. subiūxit. Ad aliquid vero oīno nō potest prę-
dicari.Intellige,quō prędicta tria.s.aliquam ꝓpriā naturam rei accidētalis indicando subiecto in-
esse.& ideo i deo manet sua rō simplr:cū alia re,& rōne quā iportāt i creaturis mutātur cū in di
uinā prędicationē vertuntur:vt iam satis dictum est.Per hoc aūt qđ addit,Quę ꝑdicari possunt:
intelligit ꝙ illa tria prędicamēta,substantia,quātitas,qualitas,in creaturis aliquā rem de subiecto
diuersam ab ipso & ponentē compositionē in ipso prędicant,sed mutanť cum in diuinā prædica-
tionē assumūtur:quia quicqd de creatura diciť vt afficiens eā,si de deo dicatur intelligiť nō esse
in eo vt afficiens ipsum:sed esse qđ ipse est.scđm ꝙ dicit Hila.viii.de Tri.Deꝰ nō est humano mō
ex compositis,vt in eo aliud sit qđ ab eo habetur,& aliud sit ipse qui habeat. Vnde differentiam
huiusmodi prędicamentoꝝ de deo & creaturis,exponit Boet.cum dicit lib.i. de trini.Hęc prędi-
camenta talia sunt:vt in quo sint ipsum esse faciant qđ dicitur,diuise quidē in cęteris, in deo ve-
ro cōiuncte atqͣ copulate hoc modo.Nam cum dicimus,substātia est homo aut deus,ita dicitur,
ꝙ illud de quo prędicatur ipsum,sit substantia:vt homo vel deus . Sed distat,quoniā homo non
integre homo est,ac per hoc nec substantia.Qꝫ ēm est,aliis debet quę nō sunt homo.deus autem
hoc ipsum deus est.Nihil ēm aliud est nisi qđ est:ac per hoc ipsum deus hoc est.homo non est ita
homo, ꝙ nō sit verum dicere esse aliquid aliud qđ nō est esse hominē:sicut deꝰ ita est deus: ꝙ nō
sit verū dicere ipsum esse aliquid qđ nō sit deus.Immo homo est multa quę non sunt ipm esse ho
minē,vt esse substantiā:sicut ipsum esse deum,est ipsum esse substantiā.Deinde subdit de qualita
te & quātitate dicens in capit.x.Rursus iustus quod est qualitas ita dicitur ꝙ ipse hoc sit de quo
prędicatur.id est si dicamus homo iustus,vel deus iustus,ipsum deum vel hominē iustū esse prę
ponimus.Sed differt, qm̄ homo est alter: alter est iustus,deus vero ipsum idem est,qđ est iustum.
Magnus etiā deus vel homo diciť ita quasi ipse sit hō magnus vel deus:sed homo tātū magnus,
Deus vero id ipsum magnus existit.Qđ idē est cū eo qđ dicit.v.de tri.In rebus quę participatiōe
magnitudinis magnę sunt &c.vt supra statim.Quō autē ad aliquid pro reliquis.vii.scđm ꝙ ipse
subdit:neqͣ de deo neqͣ de creaturis prædicari possunt:patet ecōtrario prędictis tribus. quia.s.de
formali significato suo non prędicāt rem aliquā qua subiectū afficitur : sed solū circūstantiā respe
ctus ad aliud extra:scđm ꝙ ipse cōtinue ꝓsequiť inducendo per singula, maxime in capit.xii.vbi
dicit.Hęc omnis prędicatio exterioribus datur,ꝙ omnia hęc quodam modo referuntur ad aliud.
Cuius prędicationis differētiam sic facilius internoscimus:ꝙ homo vel deus dicitur,referť ad sub
stantiā qua est aliquid: ꝙ iustus,refertur ad qualitatem qua est aliqd: ꝙ magnus, referť ad quan
titatē qua est aliquid. In cęteris prędicationibꝰ nihil tale est:qui ēm dicit aliquē eē in foro vel vbi-
qͣ,referť quidē ad prędicamentum qđ est vbi,sed nō quo aliquid est:velut iustitia iustus,magni-
tudine magnꝰ.Et sic ꝓculdubio respectus nihil addit illi rei supra quā imediate fundatur:sed so-
lum dicit subiectū suū ad aliud esse:quātū est de formali suo significato:qđ nō est nisi eē ad aliud.
Hoc enim esse non plus addit de se super id cuius est : q̄ esse in se, vel esse in alio sup illa quorum
sunt.Sed si quid accidētalitatis quo ad esse in subiecto importať per alia.vii.prędicamenta,hoc est
propter id super qđ in ipsis fundať ratio respectus ad aliud.Cū ergo hmōi prędicamēta in diuinā
prędicationē assumunť: illud mutatur in substantiā:& ratio inhęrendi in rōnem subsistēdi.vt di-
ctum est supra de prędicamēto qualitatis & quātitatis,& gn̄aliter de omni prędicamēto acciden
tis.Ratio similiter respectus ad aliud in deo inquātum refertur ad suū fundamentum : quia non
N fundať in deo sup aliquid inhęrens aliud ab ipso: similiter mutať in rōnem subsistendi:& nō ma-
net.Manet aūt solūmodo inquātum subiectū per respectū referť ad aliud.Et sic patet ꝙ quęcunqͣ
deo attribuunť ex rebus.x. ꝑdicamentoꝝ:ad rōnes duas duorū ꝑdicamentorū.s.substātię & rela-
tionis habēt reduci:& similiter relatio ipa ad substātiā: & sic reiecto a diuinis omni modo prędicā
di accidētaliter p inhęrētiā,quęcūqͣ deo attribuunť a creaturis,& ꝑdicanť de ipo,aut dicunť ad se
& scđm substantiā:aut ad aliud & scđm relationē.iuxta illud quod dicit Aug.v.de tri.Nihil in eo
scđm accidēs dicitur:qa nihil ei accidit.Nec tn̄ omne qđ dicitur:scđm substātiā diciť. In rebꝰ ēm
creatis atqͣ mutabilibꝰ qđ nō scđm substantiā diciť, restat vt scđm accidens dicatur.omnia enim
accidunt eis:quę vel amitti possunt vel minui:& magnitudines & qualitates, & quod dicitur ad
aliquid,& situs,& habitus,& loca,& tēpora,& opera,atqͣ passiones.In deo autem nihil quidem se
cundū accidens dicitur:quia nihil in eo mutabile est: nec tamē omne qđ dicitur scđm substantiā
diciť:diciť ēm ad aliquid:sicut pater ad filium & filius ad patrem:qđ accidens non est . Decē er-
go prędicamēta phicę disciplinę:ad duo sapientię theologicę reducuntur.s.ad substantiā & rela-
tionem.Ad substantiā ēm in diuinis reducuntur tria quę sunt in creaturis.s. substātia, quātitas,

& qualitas.de quibus dicit Boet.Illa quę aliquid esse significāt scd̄m rem,ꝑdicatiōes vocanť.Quę cum de rebus subiectis dicunť,vocātur accidentia scd̄m rem. Cū vero de deo qui subiectus non est,scd̄m substantiā rei prędicatio noiatur.Et quō hoc,iā determinatum est.Ad relationē vero in diuinis reducuntur alia.vii.scilicet relatio,actio,passio,quando,vbi,situs,habitus.Et quō hęc,restat adhuc ꝓsequēdum.¶De ad aliqd igiť sciendū,ꝙ cū iuxta ꝑdicta fm Boet.tria prędicamēta, substātia.s.quantitas,& qualitas,tam in creaturis q̄ in deo:rem significant & prædicāt: alia vero vii.quo ad id quo ab illis trib⁹ distinguūtur,tā de deo q̄ de creaturis:nō rē,sed quasi rei circūstātiam monstrant:vt quātū est de rōne formali significati sui nihil rei subiectę dicant:sed potius respectū eius ad aliquid extra assignāt ipm alteri cōparādo:vt sicut nō dicūt aliquid de creaturis ꝑ inhęrentiā,ita nec de deo per essentiā. In hoc tm̄ est differentia quo ad illa.vii.in deo & in creaturis:ꝙ in creaturis respect⁹ & relatio quā īportāt,subiecto accidētalis est: & accidētaliter subiectū ad aliud referūt:in deo aūt nō sic.& ideo rō ꝑdicamēti relationis est in deo,& manet distincta cōtra rōnem prędicamēti substātię,inquātum.s.respicit aliud vt obiectum ad quod est: inquātū tm̄ respicit substātiā vt in qua fundať,transit in rōnē prędicamēti substātię. Et est aduertendū ad distinctionē.vii.prędicamētoꝝ relatiōis in deo:ꝙ ista.vii. ꝑdicamēta licet inquantū nō dicūt nisi circunstantiā rei in deo,nō habēt nisi rōnem vnius prędicamēti:tm̄ in creaturis per illa accidētia super quę fundātur,habēt rōnem verę accidētalitatis:& diuersimode scd̄m illorū diuersitatē distinguūtur scd̄m diuersa prędicamēta accidentiū:quia alia rōne accidētis accidit subiecto respect⁹ in prędicamēto relationis:alia in ꝑdicamēto actionis: & sic de aliis,scd̄m diuersitatē accidentiū sup quę respectus ipsi fundātur diuersimode:ita ꝙ illo accidentali amoto:sicut amoueť cū assumitur in prędicationē diuinā,aufertur oīno accidētalitas a rōne respectus,& similiter ꝓpria rō prædicamenti qua vnū illoꝝ ab altero distinguitur,vt sunt diuersa prędicamenta accidētis, & nō manet nisi ratio respectus puri:& ita solū manet in eis ratio vnius prędicamenti eis cōis:quę est ad aliud esse:qua distinguūtur cōtra illa tria ꝑdicamēta q̄ ꝑdicāt de subiecto rē absolutā:quarū rō est absolute esse.Qd̄ vt perfectius videre poterimus,distinctio illorū prędicamētorū scd̄m diuersitatem rei accidētis supra quā fundať cōis respectus in eis,inspiciēda est. Discurrēdo igiť per singula dicimus ꝙ.vii.prędicamēta de formali significatiōe sua potius ꝑdicāt circūstātias rerū q̄ rē aliquā,cū distinguūtur per accidentale qd̄ subest respectui quē dicūt,& super qd̄ fundať ille respectus. Ergo aut illud accidentale cōuenit rei subiectę scd̄m se & absolute:aut ex connexione quadā cum illo ad qd̄ habet respectū. Primo mō est relatio proprie dicta vnū ꝑdicamētorum. Ipsa eñ accidit subiecto,qa eidē subiecto accidit scd̄m se & absolute id sup qd̄ fundať.Sed hoc dupliciter scd̄m ꝙ prędictū est. Aut eñ relatio accidit subiecto tm̄,& nō illi sup qd̄ fundať,scd̄m ꝙ homini accidit esse simile,nō albedini:aut accidit vtriq̧, scd̄m ꝙ homini accidit eē duplū:qa ei accidit quātitas, super quā per se fundať ratio dupli.quātitas eñ est ꝑ se & primo dupla:& nō ꝑ aliqd̄ aliud accidens qd̄ ei inest,cui prius cōuenit esse duplū. Aliter eñ esset abire in infinitū, reducēdo per accidens ad per se.vt patet inspicienti. Et ipsa relatio quę est duplū aut simile:non est res aliqua alia ab illa sup quā fundať:sed solū respect⁹ ipsius quātitatis & subiecti ei⁹,quo formaliter vtrūq̧ eorū vel alterū referť ad aliud.Aliter eñ sup illā rē primo fundareť ille respectus, & ipsa aut subiectū eius:aut vtrunq̧ primo ꝑ illū respectum referreť ad aliud.& tunc eadē rōne ille respectus adhuc esset res alia quę respectu illo referreť ad aliud,aut subiectum eius,aut vtrūq̧:& esset similiter ire in infinitū, vt patet inspicienti.Sed de hoc debet esse sermo loquēdo in speciali de relationib⁹ diuinis.Scd̄m hoc ergo dicendū de ꝑdicamēto relationis in creaturis:ꝙ cū trāsfereť in diuinā prędicationē nō manet scd̄m ꝓpriā rōnē relationis,qua est vnū.x.ꝑdicamētoꝝ distinctū cōtra alia,sed trāsit in substātiā:sicut & res illa sup quā fundať,si ipsa in diuinā prędicationē trāsferatur:& manet solūmodo scd̄m cōem rōnem respectus ad aliud. In quo conuenit cū aliis.vi. Ille eñ respectus cōis in.vii.ꝑdicamētis cōstituit in ipō vnū ꝑdicamentū qd̄ relatio diciť:& distinguiť cōtra substātiā in ipso,vt dictū est fm Aug.Et sumiť nō tantū ex translatiōe ꝑdicamēti relationis proprie,sed cōmuniter.vii.ꝑdicamētoꝝ ꝑdictorū.Sed illud ꝑdicamentū relationis qd̄ est in deo,distinguiť secundū plures modos:quorū vnus pertinet ad respectū relationis ꝓprie dictę:alius vero ad respectus aliorū sex,vt infra patebit.Si vero accidētale super qd̄ fundatur respectus accidit rei subiectę ex cōnexione quadā cū illo ad quod habet respectū,tūc sunt alia sex ꝑdicamēta.scd̄m ꝙ Boet.loquēs de eis in lib.de tri.dicit.Maxime hęc nō videtur scd̄m se facere ꝑdicationē quę ex alieno aduentu cōstare ꝓspiciunť.Propter hmōi rōnē accidētalitatis in istis sex diuersam cōtractam ab illo super qd̄ fundatur eorū respectus ab accidētalitate in ꝑdicamento relationis contracta ab illo sup qd̄ fundatur eius respectus:in sex principiis dicuntur ista sex accidentia extrinsecus aduenientia:

O
De relatiuo seu ad aliqd.

cum tamen relatio proprie dicta dicatur esse de accidentibus intrinsecus aduenientibus. Relatio enim accidens non fundatur in substantia, nisi super duo predicamenta, que sunt qualitas & quantitas, secundum quod a legente plenam debet declarari. Illa ergo sex praedicamenta habentia propriam rationem accidentis que fundatur super accidens quod contingit subiecto ex conexione quadam cum alio vt dictum est, distincte prosequenda sunt vt hoc declaretur: & quomodo secundum proprias rationes suorum praedicamentorum non manent in deo: sed solum secundum communem rationem respectus: sicut de relatione dictum est. Est autem hic sciendum quod accidentale illud quod contingit rei ex connexione sua cum alio, super quod fundatur respectus eius ad illud, nihil est nisi motus aut dispositio aliqua acquisita ex motu. Motus enim ex eo quod est motus, essentialiter per se & primo respicit plura: quod nulli alii accidenti contingit: scilicet mouentem a quo est: & mobile in quo est: terminum in quem: tempus sub quo est. Vnde motus est accidens quod contingit primo & per se mobili ex conexione sua cum alio, scilicet cum mouente, cum tempore, cum termino ad quem est motus. Secundario autem per motum dispositio acquisita per motum est accidentis quod contingit mobili ex conexione sua cum alio: vt statim patebit. Praedicamenta ergo accidentium que dicunt respectus accidentales subiecto, quia fundantur super accidens aliquod quod contingit subiecto ex conexione eius cum alio, cum illud accidens (vt dictum est) aut est motus aut dispositio aliqua in mobili acquisita per motum: aut ergo fundatur respectus ille super ipsum motum: aut super illam dispositionem acquisitam in mobili per motum: Primo modo sunt duo praedicamenta, actio scilicet & passio. Secundo modo sunt alia .4. vt iam patebit. ¶Circa distinctionem igitur actionis & passionis, sciendum quod ambo accidentales respectus dicunt in creaturis, quia fundantur in motu: & hoc vno & eodem numero: & distinguuntur secundum solos respectus: qui sunt esse ab alio & in alium. & secundum hoc ab illo vno duo diuersimode denominantur: hic quidem agens: ille vero patiens. Et quia motus super quem ambo huiusmodi respectus fundantur: solum est in passo, secundum philosophum .iii. phy. ideo ambo accidentalitatem suam habent ab eo quod est in passo: & denominatur agens ab eo quod est accidentale in alio: non in ipso agente. Vnde si huiusmodi duo praedicamenta ad diuina transferuntur: non manent nisi secundum communem rationem puri respectus: secundum quem etiam denominatur agens omne inquantum agens est. Propter quod & factio que nominat actionem dei circa creaturas secundum rationem sui nudi respectus: famosissime deo attribuitur. secundum quod dicit Aug. v. de tri. Quod ad faciendum attinet fortassis de solo deo verissime dicitur. Solus enim facit & ipse non fit. Quomodo autem ex parte dei differunt agere, facere, & mouere, videbitur inferius. Et sic vt actio manet in deo secundum rationem sui respectus: similiter & passio, absoluta omni ratione motus & pluralitatis distantis ab actu: vt sicut in deo generatio actiua siue generare dicitur vera actio propter verum respectum actionis: sic generatio passiua siue generari dicitur vera passio propter verum respectum passionis. Sed hoc vsus non obtinuit in passione sicut in actione: quia agens in creaturis denominatur secundum motum quem causat in passum: passum vero secundum motum quem habet in se. Et secundum quod dicit Phis. iii. phy. esse vnius se habet ad esse alterius sicut quidam respectus eius qui est in potentia ad id quod est in actu. Si tamen passio nominet purum respectum non fundatum super motum, sed super diuinam essentiam, de qua pater generat filium, nihil absurdum esset intelligenti dicere quod generari est pati: sicut generare est agere. Et hoc siue attribuitur generari subiecto generationis siue termino. Aequiuoce enim in creaturis dicitur generari subiectum generationis quod est ens in potentia: & terminus generationis quod est ens in actu. ¶Sequitur de praedicamentis aliis: quae vt dictum est important accidentales respectus fundatos super dispositionem aliquam accidentalem acquisitam ex motu in mobili: quae contingit mobili ex connexione cum alio. Cum igitur (vt dictum est) mobili contingit motus ex connexione sua cum mouente, & tempore, & termino in quem est, & ipsa essentia: motus est illud accidens quod contingit ei ex connexione sua cum mouente super quod fundatur actio & passio, vt dictum est: oportet quod super dispositionem acquisitam in mobili per motum sit illud accidens super quod fundantur alia quatuor praedicamenta. Sed non est vna & eadem: quoniam huiusmodi dispositio quae est acquisita per motum in mobile: aut est ex conexione sua cum tempore quod est mensura motus, aut cum termino ad quem est motus, qui est locus, aut quodammodo habens rationem loci. Primo modo est respectus praedicamenti quando. fundatur enim in mobili super dispositionem derelictam in ipsum per conexionem quam habet ad tempus, scilicet quia habet esse in tempore. Secundo modo sunt alia tria praedicamenta, vt iam dicetur. ¶De quando, est sciendum quod est praedicamentum accidentis: quia super aliquod accidentale ex tempore per motum in temporali derelicto fundatur: quod accidit rei temporali ex connexione eius cum tempore. Vnde materiali definitione per illud definitur: cum dicitur in .vi. principiis. Quando est quod ex adiacentia temporis derelinquitur. Secundum etiam quod Boet. de trini. dicit de quando. Hoc quidem non esse aliquid dicitur: sed quod ei secundum

[Margin notes:]

P
De actione & passione.

Q
De quando.

tempus accidit, prædicatur. & sic solum quando est in illis: quæ excedunt a tempore. De quibus
dicit Philosophus.iiii. Physic. ꝙ tempus accipitur aliquid plus omni eo qđ est in tempore, & ne-
cesse est contineri sub tempore: & pati aliqđ sub tpe: sicut dicere cõsueuimus quia tabefacit tem-
pus, & senescũt oĩa sub tpe. Propter qđ q̃a (vt ibidẽ dicit) q̃ semp sunt: nõ sic sunt ĩ tpe: q̃a nihil pa
tiuntur sub tempore: ideo quando in ipsis non derelinquitur ex tempore. De se autem quando
non dicit nisi respectum & collationem temporalis ad tempus: a quo impressionem illam recipit
super quã fundatur. Quãdo enim quo ad respectum purum quem dicit: nihil est aliud q̃ collatio
quædam ipsius esse rei in sua duratione: ad temporis durationem. secundum ꝙ Philosophus di-
stinguit differentias quando, secundum talem respectum, cum dicit. 4. Physi. Nunc aliud dicitur
cum tempus quod est huius prope sit: vt veniet nunc, quia hodie veniet: venit tunc, quia he-
ri venit. Sed quę in Ilio facta, non sunt nunc: neq; diluuium factum est nunc: quia non prope. Ip-
sum autem tunc, determinatum ad prius nunc est. Ipsum autem iam, prope in præsenti atomo:
vt quando vadit? iam: quia prope est tempus in quo futurum est. Ipsum autem modo prope
est pręsenti. Repente autem est quod in iperceptibili tempore est propter paruitatem. De quibus
dicit ibi Commenta. Significata omnium istarum dictionum sunt quasi species eorum quę signi
ficat hęc dictio quando. Cum ergo aliquid de prędicamento quãdo deo attribuimus quod est ac-
cidentis in eo ratione eius super qđ fundatur, transit in substantiam manente solo respectu & col
latione ad tempus & temporalia: vt cum dicitur quia deꝰ fuit heri: vel est hodie: vel erit semper
aut cras. & hoc iuxta illum modum, quo supra determinatum est differentias temporis assu-
mi in ęternitate. ¶ Sequitur de aliis tribus prædicamentis, quę (vt dictum est) important accidẽ-
tales respectus fundatos super dispositionem aliquã accidentalem acquisitam in mobili ex conne-
xiõe sua ad terminũ ad quẽ est motus: quæ nõ est nisi dispositio continentię locati a loco: vel eius
quod habet rationem locati ab eo quod habet rationem loci. Quę quidem continentia est disposi
tio in locato vel in habente rationem locati ad locum: vel habens rationem loci. quam (vt patet)
acquirit per motum in locum: vel in id quod habet rationem loci. Primo modo sunt prædica-
mentum vbi & situs. Secundo modo est prædicamentum habitus: vt iam patebit. In duobus
primis locatum habet respectum ad locum fundatum super continentiam passiuam locati a lo-
co. Sed diuersimode: quoniam prædicamentum vbi dicit respectum quem habet locatum ad lo-
cum ratione continentiæ locati in loco simpliciter. Prędicamentum autem situs, dicit respectum
locati ad locum ratione continentium partium locati a partibus loci per ordinem, vt iam pate- R.
bit. ¶ De prędicamento igitur vbi, sciendum ꝙ accidentis prędicamentum est: quia fundatur su- De vbi.
per accidentalem continentiam qua locus ambit locatum: qđ accidit ei ex quadam connexione cũ
loco: vel potius est ipsa connexio. Vnde materiali descriptione describitur per circunscriptionem
corporis locati passiuã, & corporis locantis actiuam, cum dicitur in. vi. principiis. Vbi, est circũscri
ptio corporis (scilicet locati) passiua, a circũscriptiõe loci (hoc est corporis locãtis) actiue ꝓcedens.
Et non oportet hic facere aliquã differentiã de vbi qđ sequitur in locato continentiam loci natu
ralis, qui accipitur ex determinata distantia cõtinẽtis ad medium vel ad circunferentiã: cuius est
influere in locatum ad eius generationem & conseruationem, si sit locus naturalis: vel ad corru-
ptionem & defectionem si sit locus violentus. Locus eñ talis, vel solum agit, vel contra agit. & de
vbi qđ cõsequit̃ in locato ad continẽtiã loci mathematici: vt si imaginet̃ cubus separatus in aere:
cui nullus locus esset naturalis: neq; violentus. neq; eñ impressionem faceret aliquis locus in illũ
ita ꝙ non possit dici ꝙ vbi in tali locato fundaretur super aliquam accidentalem impressionem lo
ci in locatum: super quã posset dici fundari accidentalitas vbi, qđ est in locato corpore naturali.
Siue enim sic siue sic sumatur quando, a continentia scilicet in loco, semp eius accidentalitas fun-
datur super aliqđ accidẽs in ipso ex hoc ꝙ ambitur loco. Ipsum vero quantum est de se, non dicit
nisi respectum quendam & collationem locati ad locum: a quo accidentalitatem recipit per hoc
ꝙ ab ipso ambitur. Vbi enim quo ad respectum purum quem dicit, non est nisi quædam
collatio partium locati ad partes loci, dicente Boeth. Vbi, de deo vel de homine prædicatur. De
homine, vt in foro. De deo, vt vbiq;. Sed ita, vt non quasi ipsa res de qua prædicatur sit id quod
prædicatur. Non enim ita dicit̃ homo esse in foro, quẽadmodũ albus vel longus vel circunfusus
& determinatus proprietate aliqua qua designari scdm se possit. Sed tamen ꝙ illud sit aliis infor
matum rebus per hanc prędicationem ostenditur. Non intellige veluti forma absoluta inhæren-
te: sed vt partibus loci circunfusis vallatum & ambitum: quod non nisi ex collatione ad aliud,
potest intelligi. Et sic patet ꝙ prædicamentum vbi non nisi in respectu quodam & relatione ad

locans perficitur. Vnde & secūdū differentias loci secundū sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum, ante & retro, sumuntur differentię vbi. Cum ergo aliquid de prædicamento vbi assumitur in diuinam prædicationem, id qđ accidentalitatis est in eo & inhærentię transit in substātiam & in rationem subsistendi, manente solum respectu & collatione ad locum: vt cum deus dicitur esse sursum aut deorsum. secundum illud Psalm. Si ascendero in cęlum tu illic es &c. Et hoc non sumendo locum vt continens & ambiens: sed vt natura quędam est & res existens. Ad locum enim vt continens est, respectum non potest habere nisi corpus natum loco contineri. Propter quod huiusmodi prędicamentum nunq̄ proprie: sed solum transumptiue in diuinam assumitur prædicationem. Quomodo autem in deo habet esse respectus importatus per vbi, amplius videbitur declarando quomodo deus habet esse in omnibus rebus, & per hoc vbiq;. Vnde omnino alium modum respectus habet deus secundum prædicamentum vbi ad locum, q̄ habent creaturæ: quo ad hoc scilicet ꝙ creaturæ habent respectum ad locum vt est ambiens eas, deus autem nequaq̄: sed vt locus est res existens. vnde dicit Boe. Q; deus vbiq; est: ita dici videtur: non ꝙ in omni sit loco. quasi scilicet circunfusus partibus loci in eo contineatur. Hoc enim est impossibile. vnde sequitur. Omnino enim in loco esse non potest. scilicet vt circunfusus & determinatus loco. Sed hoc sensu dicitur esse vbiq;: ꝙ ei omnis locus assit: cum ipse non suscipiatur in loco. Et ideo nusq̄ esse in loco dicit̄, quoniā vbiq; est: sed nō in loco. Est ergo sensus. deus vbiq; est. idest vbicūq; habet aliquid esse: siue locus, siue locatum, siue quodcunq; ens, Deus est ibi, nō sicut in loco situatus, sed sicut præsens in intimis rerum inuentus. Prædicamentū ergo vbi de deo prædicat solum respectum ad loca, non ratione qua loca, nisi per similitudinem: sed solum ratione qua entia: & hoc per proprietatem. Hoc enim dignitatis est absolute: vt videbitur loquendo de esse dei in rebus. Et sicut est de vbi in deo respectu loci, similiter est de quando respectu temporis,

S
De situ.

& sic declaratio vnius accipiatur iuxta declarationem alterius. ¶ Sequitur de prædicamēto situs. de situ autem dicit Philosophus in quinto Metaph. ꝙ vno modo situs dicitur in habente partes secundum ordinem partium, aut secundum locum, aut secundum formam. vbi dicit Commēta. Situs inuenitur in omni habente partes, aut per ordinem partium rei adinuicem: & iste est situs qui est differentia quantitatis: secundum ꝙ dictum est in prædicamentis: ꝙ quantitatum aliud est habens situm siue positionem: aliud vero non habet positionem. Isto ergo modo situs non est prædicamentum: sed differentia prædicamenti quātitatis essentialis. Vnde non est nisi in corporalibus: & ideo nullo modo talis situs deo attribui potest, nisi Metaphorice & per similitudinem. Alio modo in aliquo est situs, scilicet per ordinem partium in loco. Et iste est situs qui est prædicamentum: qui supponit ordinem partium in toto: qui pertinet ad prædicamentum quantitatis. Quia em̄ ille situs & ordo in quātitate, consistit in collatione partiū vt sunt in toto absolute: & ita est toti omnino intrinsecus, quasi informatio absoluta in ipso vt respicit totum, licet sit collatiua vt respicit partes: Ideo non est nisi differentia prædicamenti & non prædicamentū. Iste autem situs super ordinem partium in toto addit ordinem earum respectu partium & differentiarum loci. Vnde sequitur prædicamentum situs: prædicamentum vbi. sic prædicamentum vbi, sequitur locum. Sicut enim vbi est prædicamentum propter accidentalem continentiam quam habet locatum a loco: sic situs est prædicamentum propter ordinem accidentalem partium locati ad partes loci. Sicut enim contineri a loco simpliciter facit prędicamētū vbi: sic contineri ab ipso secundum ordinem diuersum partium locati ad partes loci, facit prędicamētum situs. Qđ habet duas species secundum duos modos situs partiū & ordinatiōis earum in loco: quorū vnus est naturalis: alter vero accidentalis. secundū ꝙ dicitur in. vi. principiis. Positio nihil aliud est q̄ naturalis substantiæ ordinatio, quæ vel a principio quidem innata est vt ea quæ asperis vel lenibus inest vel a naturę quodam motu causato: vt sessio, accubitus, & similia. Prædicamentum istud quantum est de se, in quadam collatione & ordine partium locati ad locum consistit. Vnde patet plane ꝙ etiam in creaturis ad relationē pertinet: & habet rationem accidentalitatis eādem quam habet vbi: quia mediāte vbi fundatur super rationem accidentalitatis cōtinentię quā habet locatū in loco: de qua dictum est supra. Cum ergo aliquid de prædicamento situs in diuinam vertitur prędicationem: id qđ accidentalitatis est in eo & inhęrentię, transit in substantiam & rationē subsistendi manente solum respectu & collatione ad locum: vt cum dicitur deus trinitas sedere sup Cherubim: & deus filius ad dexteram patris: vel cum deus dicitur eē supra omnia, vel infra, vel extra omnia: & hoc nunq̄ nisi Metaphorice: quia talis respectus proprie non potest esse nisi in corporalibus. Vnde quia p̄dicamentū situs summam materialitatem importat, sicut prędicamētum passionis importat summam mutabilitatem, quæ maxime deo repugnat: ideo Boeth. de trinita,

iſta duo prędicamenta ſumme repellit a deo dicens. Situm & paſſioně requiri in deo non oportet. Qđ non dicit quin hæc prædicamenta transferātur in deū, vel proprie vel tranſumptiue: ita ꝙ ratio reſpectus eorū maneat in deo, ſicut & aliorum: ſed quia in creaturis dicunt accidētia deo maxime repugnantia. Ideo em̄ cū de. iiii. aliis oſtēdit ꝙ deo nō attribuūtur niſi ſub ratione reſpectus & nudę circunſtantiæ negatiue, quaſi per locum a maiori concludit, ꝙ non oportet ſitum & paſſionem in deo quęrere, quia illa ſuper quę reſpectus eorū fundātur, ſumme ſunt deo indigna: vt ſunt motus ſiue mutatio in paſſione, ordo partium in toto reſpectu loci in ſitu. ¶ Sequit̃ de prędicamēto habitus in quo ſunt veſtitū eſſe aut calceatū aut hmōi. & ſunt veſtitus aut calceatus quaſi contenti a veſtimēto aut calceamēto, & eſt reſpectus eorū adinuicē tāq̄ ei⁹ qđ eſt cōtentū ad continēs & fundatur ſimiliter prędicamentum hoc ſicut & p̄cedens ſuper continentiā, ſed paſſiuam contēti a cōtinente. de quo dicit Philoſophus. v. Metaph. ꝙ habitus vel habere vno modo dicitur qđ poteſt acquirere aliquis ſecundū ſuam naturā aut ſecundū ſuum ſtudium: vt ꝙ homo habet caſtrū, & victores habēt ciuitates. & aliter ſicut dicitur in prędicamētis, vt habere poſſeſſionē, domū. ſ. vel agrum aut aliquid huiuſmodi. Iſte modus habendi pertinet non ad prędicamentū ſed ad poſtprædicamentū. Alio modo dicit̃ habere ſicut diſpoſitionē informantē, vt cuprum habet formam idoli vel corpus habet infirmitatē, & pertinet ſimiliter ad rationē poſtp̄dicamenti, ſecundū ꝙ vniuerſaliter ſubſtantia habet accidentia, vel materia formā. Tertio autem modo dicitur habitus diſpoſitio quędā quā habet cōmunē cōtinens cū contento, & hoc inquantū contētū dicit̃ habere continens, ſicut eſt veſtitio quę eſt diſpoſitio inter veſtientē & veſtitum, & in veſtito qui cōtinetur a veſtimento, & ipſe habet proprie veſtimentum non econuerſo. Alio em̄ modo dicitur continens habere cōtentum, ſicut ſcyphus aliquod humidū, vel ciuitas homines, vel nauis nautas. Et ſecundū Cōmen. ibidem, dicere ꝙ contentum habet continens, ſicut animal habet cutem, & arbor corticem, hoc eſt habitus prędicamentū. Dicere autem ꝙ continens habet contentum, ſecundū hunc modum dicit̃ ꝙ locus habet locatū, & hoc eſt p̄dicamētū vbi. Et vniuerſalter (vt dicit) reſpectus in hoc p̄dicamēto, eſt cōuerſus illi q̄ eſt in p̄dicamēto habit⁹. Et iſti duo modi ſunt ꝓpinqui & eiuſdē generis, hoc eſt maneriei. Eſt em̄ reſpectus cōparationis inter cōtinens & contentū. Si igit̃ fuerit cōtinētis ad cōtentū eſt p̄dicamentū habitus: ſi ecōtrario, erit de vbi. Vnde ſicut p̄dicamentū vbi, qđ eſt reſpectus cōtenti habiti ad habēs & continens, de ſe ſolū reſpectū dicit contenti & habiti ad habēs & cōtinēs: & non habet accidētalitatem, niſi propter diſpoſitionem continentię in contento vt dictum eſt: Sic prędicamentum habitus qđ eſt reſpectus contenti habētis ad habitum continens, de ſe ſolum reſpectum dicit contenti & habētis ad habitum continens: & non habet accidentalitatē niſi propter diſpoſitionem continentię ſuę in alio. Et ideo ſicut dictum eſt de p̄dicamento vbi, cum prędicamētum habitus ſumitur in diuinam prędicationē, vt cum dn̄s dicit̃ veſtitus lumine ſicut veſtimento, & huiuſmodi: qđ accidentalitatis eſt in ipſo & inhęrentię tranſit in ſubſtantiā & ſubſiſtēdi rationem manente ſolo reſpectu & collatiōe ad habitū cōtinēs. ſed hoc nullo modo proprie, quia nō niſi corporalibus conuenit proprie, ſed ſolum tranſumptiue. vnde dicitur in. vi. princi. magis proprie habitus in corpore & circa corpus exiſtentibus ſecundū eam quę eſt partium diuiſionem exiſtere. Sic igitur patet quomodo res omniū prędicamentorum deo quoquo modo attribuuntur, ſed mutatione eius qđ rei eſt in ipſis in ſubſtantiā, & qđ rationis ſimiliter, præter id qđ eſt ratio in ſe ſubſiſtendi in prædicamento ſubſtantię, & qđ eſt ratio ad aliquid & reſpectus in prædicamento relationis. Et hoc eſt qđ inſinuat Aug. cum dicit. v. de Trini. ſic. Intelligamus deum ſi poſſumus ſine qualitate bonū, ſine quantitate magnū, ſine indigentia creatorē, ſine ſitu præſentem, ſine habitu omnia continentem (hoc eſt habentem, quia vt dicit Boethius, ſecūdum habitum cūcta poſſidens regit) ſine loco vbiq; totum, ſine tempore ſempiternum, ſine vlla ſui mutatione omnia facientē. Vbi ſubdit qddā bene aduertendū dicens. Quiſquis deū ita cogitat, etſi nondū poteſt oīno inuenire qd ſit, pie tñ caueat quantū poteſt aliquid de illo ſentire quod non ſit. Nec ergo ratio cuiuſlibet p̄dicamēti nec nullius deo eſt attribuenda, ſed aliquorū ſic, & aliquorū nō, vt ſolū ſubſtantię & relationis, & non alterius, & nō vni⁹ iſtorū tantū, ſed vtriuſq;. & quomodo hoc, viſum eſt. Vnde argumēta q̄ ꝓ hoc ſuperius ſunt inducta, concedenda ſunt. Ad illa vero quę contraria his oſtēdere nitebant̃, eſt reſpondendum per ordinem.

T De habitu.

¶ Ad primū igit̃ ꝙ in deo ſit ratio alicuius prędicamēti, quia nullū eſt in eo ſecundū rē: & tñ aliqua ſunt in eo: dicit̃ em̄ bon⁹ & magn⁹ &c. Dicendū ad formā argumēti: licet em̄ verā cōcluſionē cōcludit: nō tñ vere. Cōcludit em̄ ac ſi ratio qualitatis & quātitatis eſſent in deo. Vñ dicendū, ꝙ hmōi res p̄dicant̃ de deo vt trāſlata a p̄dicamētis: non tñ oportet ꝙ aliquo modo ma-

V Ad pri. principale

X neant:aut secundum rem aut secundum rationem. ¶Ad secundum quod in deo sit ratio cuiuslibet

Ad secdm. prędicamenti:quia ratio cuiuslibet prædicamenti attribuitur negationi qua remouetur res cuiuslibet prędicamenti a deo:ergo attribuitur affirmationi qua deo attribuitur:siue proprie siue per similitudinem dicendum quod verum est:quando secundum eandem rem in natura & essentia res prędicamenti alteri attribuitur affirmatiue.ad illam enim semper sequitur proprius modus siue propria ratio illius rei,quantumcunque in supeminentiori gradu attribuitur vni quam alteri: vt quantumcunque sub eminentiori gradu attribuitur substantię nomen incorporeis creaturis quam corporeis:quia tamen secundum eandem rem in natura & essentia prędicamenti substantiæ attribuitur eis(dico vnitate rationis & abstractionis logicę)ideo modus proprius prędicamenti substantiæ qui est substare accidentibus,conuenit tam corporeis quam incorporeis. Quando autem secundum aliam rem in natura & essentia quod conuenit vni attribuitur alteri:sicut contingit eis quę ex creaturis attribuuntur deo,vt supra expositum est:tunc ratio propria prędicamenti non oportet quod sequatur rem secundum illud prędicamentum alteri attributum: quia omnino repugnat quandoque naturę rei in illo cui attribuitur,vt dictum est supra.Immo negationi qua remouetur res illa cui conuenit, illa ratio magis attribuitur:non ratione negationis:quia ipsa nihil ponit,nec rem prędicamenti,nec rationem eius: sed ratione rei subiectę negationi.Processit autem ratio ac si ratione ipsius negationis ratio prædicamenti ei attribueretur. Vnde sicut substantia vel res cuiuslibet alterius prædicamenti secundum rem qua prædicatur de creaturis:non attribuitur deo:secundum rem enim illam qua prædicatur de creaturis,nulla prędicatio de deo alicuius quod est in creaturis est vera:quoniam secundum Diony.affirmationes incompactę sunt:quia nullam compactionem vel inhęrentiam cum deo substantialem vel accidentalem possunt habere res illæ: & omnes negationes sunt veræ: sic proprietas substantiæ vel cuiuscunque alterius prędicamenti nullo modo deo conuenit.Immo quęlibet res cuiuslibet prædicamenti ipsa vt est prędicamenti sub suo modo,vere a deo remouetur:ita quod illud falso affirmatur quod ex creaturis de deo dicitur secundum substantiam,qualitatem,quantitatem: & huiusmodi. Et sic non oportet omnem rationem cuiuslibet prædicamenti deo attribui: licet res cuiuslibet prædicamenti aliquo modo proprie vel improprie deo attribuitur. Ratio tamen alicuius prædicamenti deo attribuitur: etsi nulla res secundum naturam rei prædicamenti deo attribuatur, vt dictum est.

Y ¶Quod arguitur primo contra hoc,quod ratio nullius prędicamenti deo potest attribui:quia in ipso non

Ad tertium est ratio vniuersalis vel particularis:dicendum ad hoc quod duplex est ratio prædicamenti:vna quæ conuenit toti prædicamento: ita quod cuilibet rei quæ est in ipso in se:alia quæ conuenit toti prædicamento non nisi ex ordine quem habent res prædicamenti inter se secundum sub & supra in linea prædicamentali.Secundum primum modum expositum est supra quod ratio aliquorum prædicamentorum conuenit deo:vt ratio subsistendi in se secundum substantiam:& ad aliud essendi secundum relationem:aliorum autem nequaquam.Secundum secundum modum procedit argumentum:& bene concedendum est sicut probat,quod illa nullo modo cadit in deo secundum aliquod prędicamentum vel rem prędicamenti deo

Z attributam.¶Ad secundum quod ratio prædicamenti est quod sit res cui conuenit esse vel in se vel in alio

Ad quartum. deus autem non est id cui conuenit esse:sed est ipsum esse:dicendum ad hoc quod duplex est ratio prędicamenti:vna quæ est ratio constituendi ipsum prædicamentum:& non distinguendi vnum ab alio:alia quæ consequitur ipsum constitutum,& est ratio distinguendi vnum ab alio.Ratio prædicamenti primo modo est illa de qua procedit argumentum,quæ constituit prædicamentum substantiæ & accidentis,vt dictum est.& bene verum est quod talis ratio substantię aut accidentis deo non conuenit quia nec res ipsa quam talis ratio constituit.Deus enim non est res cui conuenit esse:quasi aliquid extra intentionem rei sit ipsum esse eius:sicut contingit in substantia & accidente:sed est ipsum esse:& non alia intentio quam intentio esse,vt habitum est supra.& sic bene procedit argumentum. Ratio vero prędicamenti secundo modo est illa quæ distinguit prædicamentum substantiæ a prædicamentis accidentium:quia consequitur rem prædicamenti constitutam per primam rationem. Hoc enim est commune substantiæ & accidenti per primam rationem,quod vtrunque significat rem cui conuenit esse,extra cuius intentionem est intentio esse.Sed in hoc differunt,quod substantiæ conuenit esse in seipsa,accidenti vero in alio:& proprietates essendi quæ sunt in se & in alio, dant eis rationes illas distinguentes prædicamentum substantiæ a prædicamento accidentis. Substantia enim quia est ens in se non in alio,est ens subsistens. Accidens vero quia est ens non in se sed in alio,est ens non subsistens sed alteri inhærens. Modus autem inhærendi nullo modo deo potest conuenire: & ideo neque ratio prædicamenti accidentis: qua distinguitur contra prędicamentum substantię,vt supra dictum est. Sed modus subsistendi verissime deo conuenit:& verius quam prędicamento substantię.ipsi enim(vt dictum est)prędicamento substantię ex hoc solo conuenit subsistere quod habet esse non in alio:sed ex hoc non conuenit ei perfecta ratio sub

suum nō habet in alio per vlteriorem inhęrentiam: habet tamen ipsum quodammodo vt ihęrens ipsi rei: & ita vt accn̄s ei: sicut sępe dictū est: & per consequens tanq̄ dependēs ab alio, a quo res ipsa participat esse: & sic conuenit ei esse subsistens: quia non in alio vlteriori existens: sed non pfecte subsistens: quia habet esse quodammodo rei inhęrens, & vt ab alio dependens. Sed deus quia nihil ē nisi ipsum esse in se, nullo modo in alio neq; ab alio dependens, vt habitum est supra: ideo perfectissime subsistit: & quo ad hoc verissime substantia dicitur, secundum propriam rationem substantiæ qua prædicamentum substantiæ distinguit a prædicamento accidentis: ita q; ipsum prædicamentum substantiæ, & omne esse substantiæ creatę, etiam quodammodo accidens est respectu substantiæ & esse dei: & sic deus verius substantia dicit secundum propriam rationem rei substantiæ q̄ ipsa substantia p̄dicamentum: licet forte aliter sit secundum rationē nominis, vt iam patet. ¶Q; autem arguitur primo: q; ratio substantiæ non est in deo: qa deus non subsistit nisi respectiue: substantia autem subsistit absolute: Dicēdū q; ratio subsistendi quæ conuenit substantiæ quæ est prædicamētum in creaturis: nullo modo cōuenit deo. Ad cuius intellectū sciēdū, q; p̄ter subsistere qđ idem est qđ sub alio sistere vt minus cōe sub magis cōi in linea p̄dicamentali: qđ etiā accidenti cōuenit: & nullo modo deo: qa i ip̄o nō cadūt ratio vniuersalis & p̄ticularis: & etiā p̄ter subsistere qđ est sub alio sistere vt subiectū sub suo accn̄te: qđ etiā cōuenit qbuscūq; accidētib⁹ quodāmō, inquātū vnū habet eē in alio: qđ nullo mō deo conuenit, vt iā dicet, i creaturis subsistere vno mō idē est qđ secūdū se sistere: nō in alio: & hoc dupliciter. Vel nō in alio vt in subiecto: hoc mō subsistere est p̄prie p̄pria rō substātiæ: & cōuenit oī substātiæ, & substātię q̄ est i materia, & substātię q̄ est i forma: & substantiæ quæ est compositū: & substantiæ q̄ est q̄ditas siue essentia vniuscuiusq;. His eñ quatuor modis dicitur substantia, secundū Phm in.vii.meta. Substantia eñ quolibet istorum modorū nō est alteri⁹ nisi suiipsius & illius cuius est, vt dicit in eodem. Hoc modo subsistere nō est nisi secundū se existere: vnde & dicit substantia a sic subsistendo. & hoc modo pfectissime subsistit trinitas vnus deus: sicut pfectissime habet esse siue existere. Vnde de subsistere hoc modo loquit August.vii.de tri. vbi dicit. Si aliud est deo esse, aliud subsistere: sicut aliud deo esse, aliud patrē esse: relatiue ergo subsistit sicut relatiue gignit. Iā ergo substātia nō ē: qa relatiuū ē. Sicut eñ ab eo qđ ē eē appellat eēntia, ita etiā ab eo qđ ē subsistere substātiā dicim⁹. Absurdū est aūt vt substātia relatiue dicat. oīs ei res ad seipsam subsistit, quāto magis de⁹? Si tñ dignū est vt de⁹ dicat subsistere. Alio mō in creaturis subsistere idē est qđ nullo mō in alio sistere. Cū ergo i creatura q̄libet sit duo inuenire. s. essentiam siue naturam: & rem naturę subiectam participantē naturā: ex qb⁹ in omni creatura est inuenire compositionē, vt habitum est supra in quadā quęstio. de simplicitate dei: omne eñ qđ est in creaturis est aliquid in re creatum vel g̃natum aut factum participans esse & essentiam ita q; sicut nihil hmōi in creatura est suum esse prædicatione p identitatem: sic nihil est sua quiditas siue essentia sua: Sicut enim homo non est ipsum esse: sed participans esse: sic nō est humanitas: sed participans humanitatem: & similiter est de quacunq; creatura spirituali: quantūcūq; simplici & sic in omni creatura id quod est re & natura, est quoddam exn̄s in composito ex natura & essentia tanq̄ materiale in eo, & similiter ipsa essentia tanq̄ formale: & similiter in composito ex vera materia & forma vtrūq; & materia & forma habēt esse in composito ex eis: Hoc ergo modo subsistendi in nulla creatura subsistere dicitur substantia quæ est essentia: neq; substantia quæ est res subiecta ei: siue sit simplex: siue composita: neq; materia neq; forma ipsum componentia: sed solum participans essentia aliqua vt forma qua habet esse aliquid. Vnde humanitas non est substātia subsistens: quia non habet esse nisi in alio, cuiusmodi est cōpositū ex anima & corpore: neq; illud cōpositum dicitur subsistere: quia non subsistit nisi sub humanitate: neq; similiter anima neq; corpus: quia non habent esse nisi in alio vt pars: sed solum per se debet dici subsistere homo, q; est compositum participans humanitatem & informatum humanitate. Nō dico q; hō per se subsistat vt est compositum naturæ ex anima & corpore non incluso in suo intellectu conceptu humanitatis participatæ: sed vt est compositum ex eo quod est naturæ in ipso: & ex humanitate participata, incluso vtroq; in itellectu vno. & hoc qđ sic subsistit, vere habet rōnē suppositi: nō aūt id qđ est sub hūanitate p̄cipata: nisi ītelligam⁹ subsistere dici a subsistēdo eēntiæ vel q̄ditati p̄ticulatæ. Tūc eñ illđ qđ itelligit subiici eēntię p̄ticulatę, vt res naturę, p̄prie dr̄ subsistere: & hēre rōnē suppositi. & hoc mō vsi sum⁹ noīe suppositi supra i q̄stiōe de deo: vtrū i ip̄o sit cōpositio ex eēntia & supposito. Nec etiā adhuc totū participās essentia, vt includit in se rōnem rei p̄cipantis & essentię participatæ vere ex hoc habet rationē suppositi nisi sit i se separati existēs. Vñ cōpositū ex corpe & aīa rōnali p̄ticipans humanitate assumpta in personalitate Christi, subsistere nō dicitur neq; esse suppositum,

A Ad p̄mū.

B

vt secundum hoc nihil in creaturis dicatur vere subsistere nisi substātia indiuidua ab omnibus aliis separata & distincta. Et secūdum hoc dicitur deus maxime subsistere & verissime substantia: quanto in subsistēdo minime dependet ab alio: non tñ ex hoc habet rōnē suppositi: qa hoc ē subsistere qđ cōuenit deo q est trinitas, ex opposito cōtra subsistere qđ cōuenit creaturis. Trinitati ei nō cōuenit aliq̄ rō cōis suppositi absoluti, vt infra declarabit, nisi extēdēdo nomē suppositi ad rōnē subsistētis & secundum se entis: quo mō extēdit Aug. cū dicit secūdo de trini. ca. xi. Nec aliqd phibet voces factas ad Adā a trinitate factas itelligere: sed etiā psonā demōstrātes eiusdē trinitatis accipere. Q̄ aūt ratio hmōi suppositi non conuenit ei ad modum quo conuenit in creaturis: ex hoc patet: q̄ suppositū ex hoc dicit in creaturis q̄ est res & natura quædam sub esse singularis & determinati, in quo stat diuisio ipsius rei consideratę sub rōne vniuersalis: & q̄ idiuidualiter participat rationē essentiæ, q̄ per se est forma speciei & participat a specie: ita q̄ oēe suppositum creaturæ habet in se naturam speciei per eius separationem ab eadem vt est in alio supposito. Separatione dico nō toti⁹ integri: sed vniuersalis. Habet etiam in se formā quę ē quiditas indiuiduata: & ita per eius separationem ab eadem vt est indiuiduata in alio. Callias enim est iste homo participās hac humanitate. In ipso enim stat hominis diuisio tanq̄ vniuersalis speciei: & in ipso fit humanitatis indiuiduatio tā q̄ singulariter participatę. Homo em̄ nō participat ab isto homine: quia iste hō est homo: nec in ipso indiuiduatur: sed per ipsum diuiditur. humanitas vero participatur ab ipso: quia ipse nō est humanitas. Vnde nec humanitas diuiditur per ipsum: quia ipa de se nec est vniuersalis nec singularis: sed indiuiduatur in hoc & in alio, inquantum singulariter ab vtroq̄ participatur. Non em̄ est pprie hoc nisi qa est hui⁹. Et sic in quolibet tali rō suppositi sumit ex speciei diuisiōe & essentię in diuisione, q̄ aliquā cōpositionē faciunt in supposito, secundū supra determinatū modū. Igitur hoc modo impossibile est cadere rationem suppositi in deo: quia in ipso non cadit talis compositio neq̄ speciei diuisio neq̄ essentiæ participatio: & ita neq̄ cadit in ipso hmōi ratio substantiæ, quæ est. s. sic subsistere. Dico quantum est ex parte diuinæ essentiæ & naturæ. Quātum tñ ad modum significandi deitas significat in deo sub ratione essentiæ, vt qua habet aliquid esse deus. Deus autem significat sub ratione habentis in se deitatem. non dico participātis. Et quo ad hoc solummodo aliqua ratio subsistentiæ absolutæ potest itelligi in deo: similiter aliqua ratio absoluti suppositi: quēadmodum intellexerunt philosophi in deo vnum suppositum absolutum. secundum quam etiam rationem August. loquitur de supposito trinitatis, vt dictū est. In quo quidem supposito ratione simplicitatis q̄ in eo & i eēntia est ęqualis, bñ dicitur q̄ deitas est de⁹ & ecōuerso: licet nō dicat q̄ humanitas sit homo aut econuerso. Nec tamen sub hoc nomine deus oīno significatur deitas, vt absolute: sed vt sub aliquo, ratione respectus, vt patebit loquendo de significato huius nōis de⁹. Et sic absolute dicendum q̄ deo non cōuenit aliq̄ ratio subsistendi absolute: sicut conuenit substantię quæ est prædicamentum: siue quæ est in prædicamento: ita q̄ non conueniat ei alia ratio substantiæ q̄ in se existere non in alio vt in subiecto. q̄ enim subsistit secundum suppositum, hoc non est per speciei diuisionem: neq̄ per essentiæ indiuiduationem: sed essentiæ & speciei quæ omnino idipsum sunt re ratione & intentione, communicatione: quę non potest fieri nisi per relatiuam distinctionem: vt in deo impossibile sit ponere rationem suppositi nisi relatiui, vt exponēdū est loco suo.

C ¶ Ad id qđ arguitur secundo, q̄ deo non conuenit ratio pdicamenti substantiæ: quia ei non conuenit subsistere: qđ est ppria ratio substantiæ: dicendū q̄ substātia dicitur a subsistendo: & hoc potest esse vel in se vel sub altero stando. Secūdum primum modum subsistere ē essentiale prędicamento substantię: & nō potest nō conuenire substantiæ creatæ inquantū substantia est. Vnde conuenit oī substantiæ creatæ: etiam si aliqua esset absoluta ab omni accidente. Subsistere vero secundo modo potest esse dupliciter, vel accidenti, vel superiori in linea. Primo modo accidētale est prædicamēto substantiæ: sicut accidentale est ei q̄ ei inhęrent prædicamenta accidentium. Secundo modo generale est omni prædicamento pter q̄ generalissimo in eo. Et primus modus subsistendi (vt dictum est) verissime deo cōuenit. Secundo autem modo, de quo procedit argumētum, nullo modo ei cōuenit: & forte ab illo facta est ipositio nominis prædicamenti substātiæ. Propter quod licet deus secundum primam proprietatem rei subiectę verissime dicitur substantia, secundum proprietatem tamen nominis a qua ipsum nomen imponitur, substantia proprie dici non potest. dicēte August. vii. de trini. ca. 4. Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia: ita ab eo qđ est subsistere substātiā dicimus. Absurdum est autem vt substātia relatiue dicat. omnis enim res ad seipsam subsistit: quāto magis deus! Si tñ dignū est, vt dicat de⁹ subsistere. De his enim rebus recte intelligitur, in quibus subiectis sunt quæ in aliquo subiecto esse dicuntur: sicut color aut forma in corpore, & cætera. Vnde propter proprietatem rei dicit August. v. de trini. ca. ii. Est sine dubitatione substantia. Et p

Ad sextū.

pter improprietatem nominis subiungit. Vel si melius appelletur essentia, quã greci vsian vocant. Si tñ (vt ait in eodem) nõ translatiue ac per similitudinẽ, sed proprie de illo aliquid dici ore hominis potest. Tertio similiter modo non potest dici subsistere: quia nõ est in prædicamento, vt visum est supra. ¶Q; arguitur ꝙ in deo sit solum ratio substantiæ: quia esse in se vel in alio diuidunt totum ens: & deus nullo modo habet esse in alio: sed tñ in se: & hęc est ratio substantiæ: dicendũ ꝙ hoc verum est secundum intentionem philosophorum qui ꝑdicamentum relationis numerauerũt inter ꝑdicamẽta accidẽtium: quia secundum eos relatio secundum esse nulla est nisi fundata in aliquo accidente substantiæ. Propter quod etiã relatio accidit substantiæ: sicut similitudo fundat super albedinem. Relationem autem nullam realem fundari dixerũt super substantiam: sed omnem relationem fundatam super substãtiã, vt est relatio identitatis & diuersitatis in substãtia, dicebãt relationem esse secundum dici. ¶Secundum veriorem autem sententiam Theologorum qui veram relationem realem fundari vident in diuinis personis super substantiã absq; oĩ accidente, eẽ in se vel in alio non diuidunt totum ens: sed est tertium membrũ qđ est eẽ ad aliud, vt ꝑdicamẽtum relationis distinguatur contra ꝑdicamentum substantiæ & contra ꝑdicamenta accidentium quãtum ad suã ꝓpriã rationem, quæ est alia a ratione accidẽtis vt accidens est: & substantię vt substãtia est: licet in creaturis (in quib⁹ solis Philosophi ponebant esse prædicamentum relationis & relationẽ scđm esse) secũdũ ipsos pħos incidat inter ꝑdicamẽta accidentiũ. Quorũ opinionẽ Arriani in hoc tenẽtes ꝓbare nitebantur in deo distinctionem personarum esse secũdũ substãtiã non secundum relationem: quia in deo nullum cadit accidens. Arguebãt eñ sic, vt dicit August. v. de tri. ca. iii. Quicquid de deo dicit̃ vel intelligit̃, nõ secundũ accidens sed scđm substãtiam dicitur. Quapropter ingenitum esse est patri secundum substantiam, & genitum esse filio secundum substantiã est diuersum autẽ est genitũ esse: & ingenitum esse: diuersa ẽ ergo substantia patris & filii. Vbi Aug. postq̃ ex medio eorum quo supponebãt de deo nihil dici posse nisi secundum substantiam vel secundum accidens arguit contra eos cap. 4. & probat ꝙ nihil de deo possit dici secundum accidẽs: qa in eo nullum omnino cadit accidens: & in fine respondendo formæ argumẽti eorum dicit. Nihil in eo secundum accidens dicitur: quia nihil ei accidit: nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur. In rebus enim creatis atq; mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur restat vt secundum accidens dicatur. omnia enim accidunt eis quæ vel amitti possunt vel minui: & magnitudines & qualitates: & qđ dicitur ad aliquid, sicut amicitię, ꝓpinquitates seruitutes, similitudines, ęqualitates: & siqua huiusmodi sunt, & situs & habitus & loca & tẽpora & opa atq; passiões. In deo autem nihil secundum accidens dicitur: quia nihil in eo mutabile est. Nec tamen omne qđ dicitur, secundum substantiam dicitur. dicit̃ eñ ad aliqđ: sicut pater ad filiũ & filius ad patrem: qđ nõ est accidens. Si vero qđ dicitur pater ad se diceretur nõ ad filium: & qđ dicitur filius ad se diceretur non ad patrem: secundum substantiam diceretur & ille pater & ille filius: sed quia pater non dicitur pater nisi ex eo ꝙ est ei filius: & filius non dicitur filius nisi ex eo ꝙ habet patrem: non secundum substantiam dicuntur hæc: quia non quisquis eorum ad seipsum: sed adinuicem atq; ad alterum ista dicuntur: neq; secundum accidens: quia & qđ dicit̃ pater & qđ dicitur filius: æternum atq; immutabile est eis. Quamobrem q̃uis diuersum sit patrem esse & filium esse, non est tamen diuersa substantia: qa hęc non secundum substantiam dicuntur: sed secundum relationem: quod tamen relatiuum non est accidens: quia non est mutabile. Vnde concludit duos modos prædicandi, secundum substantiam. s. & relationẽ, semper accipiendos esse in diuinis: iuxta ꝙ supra determinauimus rationes duorum prædicamentorum, substãtiæ. s. & relationis, manere in deo. Dicit ergo ca. viii. Quapropter illud ꝑcipue teneam⁹: quicquid ad se dicitur pręstãtissima illa & diuina trinitas, substantialiter dici: qđ autem ad aliquid, non substantialiter sed relatiue. ¶Qđ arguitur, ꝙ non solum ratio substantiæ & relationis in deo cadãt: sed etiã actionis: qa quod ad faciendum attinet, fortasse de solo deo dicitur. Dicendum ꝙ verum est secundum naturam rei quæ est principium a quo est actio: quia ipse solus facit ita ꝙ non fit: & in omnibus quęcunq; fiũt, ipse principaliter agit & immediate: sed in quibusdam natura coagit: sicut eius instrumentum. propter quod apposuit fortassis. Ex hoc modo concessum est ꝙ res actionis proprie de deo dicitur quo ad naturam rei scilicet, nullo aũt modo quo ad rõnẽ prædicamenti actionis, vt supra expositum est. Nec loquitur ibi Augustinus de facere quantum ad prædicamenti rationem. ¶Ad illud quod arguitur, ꝙ ratio prædicamenti actionis debet cadere in deo: quia puram rationem respectus dicit in agente: dicendum secundum Philosophum in primo & decimo Ethico. ꝙ est quædam actio quæ est operatio manens in operante: & talis est omnis diuina actio inquantum actio est: & est æterna & manens semper: quia non est nisi sua substantia: qualis non conuenit alicui

D Ad septimum.

E

F Ad octauum.

G Ad nonũ.

creaturæ. Est autem alia actio quæ est factio alicuius in ipso agente qđ accidentale est substantiæ agentis: vt est omnis illa actio quã Philosophus appellat operationẽ: cuiusmodi actio secundũ Phm est opus beatitudinis. & hęc non cõuenit aliquo modo deo. Alia vero actio est quæ est factio alicuius extra agentem per motum qui fluit ab agente in passum. hęc est actio quæ pertinet ad prædicamentum actionis: qua deus agit de nouo ex tempore non per aliquam transmutationem suam: quia non est hmõi actio re aliđ a sua actione ęterna intra: sed dicit̃ noua inquãtum scđm determinationem per eius voluntatem antiquã & æternam nouus effect⁹ prosilit in creatura: quæ statim realem respectum ex hoc habet ad deum: & deus econuerso respectum secundum rationem solum ad creaturã, quo de nouo dicitur creare vel facere aliquid: & esse creator vel dominus. Q; si creaturam fieri de nouo a deo non ponit aliquam realem transmutationem in ipsa creatura, non pertinet adhuc hmõi actio ad prædicamẽtũ relationis: quia illa actio quæ ꝑtinet ad ꝑdicamẽtũ actionis non fundatur nisi in motu, vt dictum est. Si vero dicat aliquam realem transmutationem ĩ ipa re creata: aut si agat mouendo corpus aliquod localiter vel aliquo alio modo: quẽadmodũ mouentia mota mouẽt naturalia: tunc hmõi actio tam in deo q̃ in creaturis ꝑtinet ad ꝑdicamẽtũ actionis: & habet realitatẽ & accñtalitatẽ suã totã in passo ꝑ motũ vt in quo fundat̃: ꝑ quẽ motũ passũ realiter refert̃ ad agẽtẽ: nõ aũt ecõuerso. & hoc tã in agẽte naturali q̃ supnaturali. Et semp secũdũ realitatẽ suã ꝑdicamẽtũ actio & passio non hñt esse nisi in passo. Propter qđ dicit Philosophus in.3.physi. ꝙ actio est actus huius in hoc: & ꝙ agẽs denominatur ab eo qđ realiter est in alio. Vnde quia actio q̃ est in deo abintra, non fundatur sup motum, illa nullo modo neq; respectus quem importat ꝑtinet ad prædicamẽtum actiõis: & cũ hoc relatio de ꝑdicamẽto actionis vt pura est, cũ trãsfert̃ in deũ cadit in rationem communem relatiõis quę cõtinet respectum septem ꝑdicamẽtorum secũdũ determinationem suprahabitam. Et secũdum hoc ratio prædicamenti actionis vt actionis non cadit in deo nisi sub ratione cõis relatiõis: sicut neq; etiã ꝓpria ratio vel relatio ꝑdicamẽti relatiõis, vt est vnum ꝑdicamentorum in creaturis.

H — Ad decimum.

¶ Ad aliud, ꝙ ꝑdicamentum relationis aut ratio eius nõ potest esse in deo: quia habet esse debile: Dicendũ ꝙ illud nõ intelligitur nisi quo ad suam realitatem & accñtalitatẽ: quia nõ habet eã nisi ꝑ aliquid sup qđ fundat̃ vt dictũ est. Ratione aũt respect⁹ simpliciter nõ habet eẽ debile sed forte. Est eñ ita verũ eẽ in genere suo ad aliud esse, quãtũ in gñe suo secundum se absolute esse.

I — Ad vndecimum.

¶ Ad vltimum ꝙ ratio substantiæ cum sit minime dependens: & ratio relationis cum sit maxime dependens: non possunt esse simul in eodem: dicẽdum ꝙ aliud est relatio siue respectus, aliud vero dependentia: & accidit relationi dependentia propter debile esse super qđ fundatur: qualem habet creatura ad deum cõparata. Ex natura autem relationis vel respectus simpliciter nullam rationem dependentiæ ab alio dicit: sed solum esse ad aliud: nec vllo modo repugnat ei quod est in se esse: immo summe congruit ei. quanto enim aliquid in natura & essentia sua magis est absolutum, tanto minus est dependens ab alio: & magis alia dependent ab ipso: ita ꝙ illud quod est summe absolutum & purum esse simplicissimum, vt est deus, ab eo omnia alia in suo esse habent dependentiam: & omnia realem respectum ad ipsum: & ipse econuerso respect⁹ rationis ad illa: ita ꝙ ad plura vel plures respectus habet q̃ omnia alia: & non solum ad ea q̃ sunt extra ipsum: immo propter simplicitatem & puritatem & absolutionem esse eius, habet in seipso tales respectus, quales in nulla creatura possunt iueniri: vt sunt respect⁹ ꝑsonales, vt infra videbit̃.

Articulus. XXXIII.

Equitur Art. XXXIII. de proprietatibus communib⁹ substantialibus diuinæ essentiæ a creaturis attributis in speciali. Et qa oĩa essentialia attributa diuina pertinent vel ad intellectum vel ad voluntatem in deo, vt patebit ex consequenter determinandis, ideo circa ea quæ sunt diuini intellectus & voluntatis versat̃ tota consideratio de huiusmodi attributis: circa quæ tria sunt consideranda.

Primum absolute de eis quæ pertinent ad intellectum: quia intellectus preuius est ad voluntatem.

Secundum est absolute de illis quę pertinent ad voluntatem.

Tertium de eis quæ pertinent ad ambo, comparatis adinuicem.

Et quia ad perfectionem intellectus quatuor concurrunt, intelligibile vt obiectum, ipe intellectus vt potentia intellectiua, intelligere vt actus ei⁹, notitia siue scientia de intelligibili ex actu intelligendi habita in intellecti tanq̃ habitus: Idcirco circa primum illorum restant quatuor inquirenda.

Primum de intelligibili. Secundum de intellectu.
Tertium de notitia intellectus. Quartum de ipſo intelligere.
Et quia intelligibile inquantum ē intelligibile & obiectum intellectus,habet rationem veri,ideo circa primum iſtorum reſtant duo quęrenda.
Primum,de ratione intelligibilis in ipſo ſimpliciter. Secundum,de ratione veritatis in eo.
¶Circa primum iſtorum quęruntur tria.
Primum:vtrum deus ſit intelligibilis.
Secundum:vtrum deus ſeipſo ſit intelligibilis.
Tertium:vtrum ratio intelligendi deum ſit ratio intelligendi omnia alia ab eo.

Irca primum arguitur q̄ deus non ſit intelligibile aliquid,Primo ſic.Infinitū inquātū infinitū incognitū eſt.ſecūdū Pħm pr̄io phyſi. incognitū inquātū incognitū nō eſt ītelligibile.qa ītelligibile īquātū ītelligibile eſt cognoſcibile.De⁹ aūt ſimpliciter & omnino infinitus eſt,vt infra videbiť.ergo &c.¶Secundo ſic.intelligibile eſt principium formale actus intelligendi in intelligente,vt habitum eſt ſupra.Deus non eſt principiū formale actus intelligendi in aliquo.non in ſeipſo:qa intelligere in deo eſt eſſe:eſſe autem eſt primus conceptus in deo:non habens omno principium.neq̄ in alio:& hoc neq̄ p̄ ſuam eſſentiam:quia ipſa nullius eſt forma īformās, vt habitum eſt ſupra.Neq̄ per ſpeciem aliquam ſuam,eo q̄ nullam poteſt habere,vt infra videbitur.ergo &c.¶In contrarium eſt.qm̄ ipſa eſt ſumma & prima veritas,vt infra videbiť. Veritas aūt eſt p̄ ſe obiectum intellectus.& omne tale intelligibile quoddam eſt.ergo &c. K Quæſt.i. Arg.i. 2 3 In oppoſi.

¶Dicendum ad hoc:q̄ ſecundum Auicen.viii.metaphy.ca.xxxvii.cauſa in hoc q̄ res nō ītelligiť materia eſt.eſſe vero formale eſt eē intelligibile:& hoc eſt eē qđ poſtq̄ qeſcit in re ipa ſit p̄ illud rei ītelligētia in effectu. Quāto igiť aliqđ eſt materiale magis,tāto min⁹ eſt ītelligibile:& quāto magis formale,tanto magis intelligibile.Vnde & Pħus.ii.metaph.vult q̄ materia prima nō eſt ītelligibilis niſi ſcđm analogiā quā habet ad formā:& q̄ illa q̄ ſunt ſepata a materia:& ſi a nobis difficile intelligūtur:hoc eſt non p̄pter ipās res:ſed p̄pter nos.vbi dicit Cōmen.Cū difficultas cōprehenſionis entium ſit duobus modis, rectum eſt vt difficultas in rebus quæ ſunt in fine veritatis.ſ.in primo principio & in principiis abſtractis a materia,ſit ex nobis nō ex ipſis.qm̄ cū abſtracta ſunt,intellecta in ſe naturaliter ſunt:non ſicut formę naturales.Difficultas em̄ in iſtis eſt ex ſe magis q̄ ex nobis.Vnde materialia vt intelligantur egent abſtractione:quia non per ſuam eſſentiam ſicut immaterialia:ſed ſolum per ſuam ſpeciem intelligibilia ſunt,vt infra habet declarari.Quia igitur,vt habitum eſt ſupra,Deus ſumme immaterialis eſt:& in actu:concedēdū eſt q̄ ipſe quātū in ſe eſt ſumme intelligibilis eſt:& ſui manifeſtatiuus apud intellectum.Propter qđ dicitur q̄ deus lux eſt.Sicut em̄ lux inter corpalia ſūme viſibilis ē & manifeſtatiua & declaratiua ſui apud viſum corporis:ſic deus ſūme intelligibilis eſt & manifeſtatiu⁹ & declaratiuus ſui apud intellectum quēcūq̄:etſi deficit intellectus creat⁹ ne poſſit ſplendorem intelligibilitatis ei⁹ ſuſtinere:ſicut deficit oculus veſpertilionis,ne poſſit ſuſtinere ſplēdorem ſolis.iuxta illud Philoſophi. Diſpoſitio intellectus ī anima apud illud quod eſt in natura valde manifeſtum,ſimilis diſpoſitioni oculorum veſpertilionis apud lucem ſolis.vbi dicit Cōmen.Quia diſpoſitio ītellect⁹ de re intelligibili eſt ſicut diſpoſitio ſenſus de re ſenſibili,aſſimilauit virtutē intellectus in cōprehendendo intelligibilia abſtracta,debiliſſimo viſui in ſentiēdo maximum ſenſibile.& hoc pro ſtatu huius vitę.Vnde & de ītelligibilibus rationibus in deo,dicit Auguſt.xiii.lib.de trini.Ad quas mētis acie peruenire paucorum eſt:vt cum peruenitur quātū fieri poteſt:nō in eis manet ipſe peruentor:ſed velut acie reuerberata repellitur & ſit rei non tranſitorię trāſitoria cogitatio.Quomodo autem ſecundū iſtum modum deus intelligitur a nobis in præſenti,expoſitum eſt ſupra.In futuro autem aliter erit, quando videbimus eū ſicuti eſt:quando cognoſcam ſicut & cognitus ſum:ſcđm q̄ dicitur.i.Ioan.iii.de quo inferius debet eſſe ſermo. L Reſponſio

¶Ad primum in oppoſitum q̄ infinitum inquantum infinitum incognitum eſt &c.Dicendum q̄ hoc verum eſt ad literam de infinito corporali:qa illa infinitas eſt a materia,vt īfra dicet:& materia(vt dictū ē)p̄riuat rōnē ītelligibilis.Nō aūt de īfinito ſpūali:cuiuſmōi eſt de⁹:qa hęc infinitas eſt a forma,vt īfra dicet:& forma(vt dictū eſt)eſt pricipiū intelligēdi.Vnde quāto aliquid magis eſt formale & infinitum infinitate formę,tāto ē magis intelligibile quantum eſt ex ſe licet non intellectui indiſpoſito,vt dictum eſt.Vñ ſi illud dictū Philoſophi extēdere velis ad īfinitū M Ad pri. princi.

secundum formam, dicēdū ꝙ infinitum inquantū infinitum incognitū est quo ad intellectū creatum, ne possit comprehendere ipsum quo ad rationem infinitatis eius: quia sic solus seipsum intelligit. Non tamen ita incognitum est ei qn aliquo modo ab ipso cognosci & intelligi potest cōtēperando se sicut vult: quia non naturaliter & de necessitate imutat, sed voluntarie quos vult & quātum vult. Vnde dictam comparationem de intellectu nostro & oculo vespertilionis exponēs Cōmen. dicit ꝙ hoc non demonstrat res abstractas intelligere esse impossibile nobis: sicut inspicere solem impossibile est vespertilioni: sed solum notat difficultatē. Vnde & licet esset omnino simile vt nullo modo posset deus intelligi ab intellectu creato propter excellentiam splendoris eius: sicut neq; videri lux solis ab oculo vespertilionis: immo ꝙ quantum est ex parte naturae, multo magis visibilis est lux solis ab oculo vesptilionis, q̄ naturaliter diuina essentia a mēte creata: nihilo

N minus tamē quantum est ex se maxime esset intelligibilis: sicut solis lux maxime est visibilis. ¶ Ad

Ad scdm. secundum ꝙ deus in nullo est principium formale intelligendi: Dicendū ꝙ falsum est: immo ē principium formale intelligendi omni intellectui immediate videnti siue intelligenti nude deum siue diuinam essentiam: & hoc non p speciem aliam a sua essentia, vt dicetur in quęst. sequēti: sed p puram & nudam essentiam. Et ꝙ arguitur ꝙ nō potest esse principium intelligendi in seipso: quia intelligere eius est eē ei⁹: & esse non habet principium in ipso: dicēdū scdm p̄dicta, ꝙ licet idem sunt re in deo esse & intelligere, differunt tamen ratione: ita ꝙ ratio esse praecedit secūdū rationem intelligendi rationē ei⁹ qđ est intelligere. Omne enim intelligēs est in actu ens nō ecōuerso. Et nō solum ratio eius quod est esse praecedit rationem ei⁹ qđ est intelligere: sed & ratio eius qđ est viuere & qđ est essentia & vita. Ista enim quatuor in deo, esse. s. viuere, vita, & essentia, ptinēt ad vnā rōnē cōem & primā in deo: post quā secūdū ordinē & discursū rōnis nrę intelligēdę sunt oēs alię. Et differunt ab oib⁹ ppriatatib⁹ & attributis. Significāt ei q̄tuor ista eē sub rōne esse simpliciter & act⁹ primi: licet differēter, vt supra determinatū est. Proprietates aūt eēntię & eē dei, q̄ sunt vnitas, simplicitas, immutabilitas, aeternitas, significant rationē cuiusdā vnitatis & idētitatis ipsius essentiae in se: licet diuersimode, vt supra patet ex p̄determinatis. Et sequunť illa immediate ea quę in deo significant sub rōne esse: attributoꝝ autē omniū rōnes sequunť tertio tanq̄ rationes ptinentium ad actus scdos, qui sunt intelligere & velle, & quasi elicitiui ipsorum ex substātia ente & viuēte: ita ꝙ ordine nostri intellectus in intelligendo illę quatuor rationes quę complēt actus scdos q sunt intelligere & velle, in deo sese cōsequunť: & hoc cōtrario modo cum eis quae pertinent ad actum primū qui est esse. In illis eñ ratio summę actualitatis quę significať nomine esse simpliciter dicti, est pria: & illam aliae consequūť vt dictum est. In his autem ratio actualitatis in actu qui est intelligere vel velle non est prima: eo ꝙ se habet actus vt elicitus a substantia. Elicitū aūt inquantum elicitum ab aliquo est elicitū, vt ab intellectiuo & volitiuo tanq̄ a potente itelligere & velle. & potētia hmōi q̄si determinať per obiectum intelligibile & volibile. Vt etiam actus hmōi eliciantur, ratio eliciendi sunt notitia & amor. Ideo eñ rationes obiectorum necessario sunt primę, & potentiarum secundę: & habituum tertiae: & actuū vltimae, vt magis patebit singula exequendo. Propter quod ergo licet ipsum esse sub ratione ipsius esse, eo ꝙ est omnino prima ratio intellecta circa deum, vt habitū est supra, non potest habere aliquid vt principium sui in deo: intelligere tamē sub ratione ipsius itelligere: quia habet alias rōnes praecedentes, bene potest habere aliq̄d in deo vt principiū, cuiusmodi est ipsum diuinum esse siue diuina essentia inquantum habet rationem intelligibilis vel intelligen

O tis, vt dictum est. ¶ Qđ similiter arguitur ꝙ deus non potest esse pricipium in alio per speciem: be

Ad tertiū ne verum est, vt alias exponendum est. Est tñ principiū formale intelligēdi in alio per suam essentiam. s. per praesentiam suam mouentem ad actum intelligendi: licet non informantem. & quomodo hoc, exponendum est loquendo de cognitione creaturae rationalis circa deum.

P Quęst. II. Arg. 1. Irca secundum arguitur ꝙ deus non est seipso itelligibilis Primo sic. qđ seip̄o est intelligibile, pręsens intellectui necessario immutat ipsum ad intelligendum: & hoc secundum omnem modum quo est intelligibile, qm̄ si non, ad hoc ꝙ intelligatur requiritur aliud ab ipso, & ita non est seipso intelligibile. deus praesens est omni intellectui: quia & omni creaturae, vt infra debet ostendi. ergo &c. cōsequēs est falsum vt patet, ergo & antecedens. ¶ Secundo sic. si deus seip̄o eēt intelligibi-

2 lis, cum deus deitate sit deus, deitate esset intelligibilis: quia qđ rei seipsa conuenit, conuenit ei eo ꝙ habet esse id quod est. consequens est falsum. tunc enim deitas esset propria ratio intelligibilitatis, qđ nō est verum. qm̄ propria ratio qua aliquid est intelligibile, veritas est: sicut bonitas qua est amabile. Ratio autem veritatis in deo alia est a ratione deitatis. Deus enim deí

tate deus est:& non veritate:& veritate intelligibilis non deitate:sub ratione qua deitas est.quęad modū secūdū Aug.de⁹ deitate de⁹ est,& non paternitate.paternitate aūt pater est:& non deitate. ergo &c.¶Tertio sic.qđ nō est itelligibile nisi alio a se,nō ē itelligibile seipso.De⁹ est hmōi:qa nō in telligitur etiā a beatis nisi per aliquā speciem sui: qua itellectus beatorum iformatur vt educatur de potentia ad actū:qa ipsa diuia essentia nullius est forma inhęrens.Vñ dicit Aug.ix.de trini.ca. xi.Cum deum nouimus fit aliqua dei similitudo:tamen inferior:quia in iferiore natura est.Et Hugo dicit super primum cap.cę.hier.ꝙ angelici spiritus habent signa & demonstrationes p quas de inuisibilibus dei & valde occultis & secretis & absconditis intus immaterialiter & iuisibiliter & simpliciter erudiunť.quæ quidem quātum ad illam multum inuisibilem lucem & inaccessibilem deitatis quasi foris sunt:& procedunt abintus in demonstratione.ergo &c.¶In contrarium est. cū eñ deus si seipso non est intelligibilis, necessario est alio aliquo intelligibilis,& omne per aliud reducitur ad per se:quia aliter esset procedere in infinitum.esset igitur aliquid aliud a deo seipso intelligibile & deus per illud.consequens est falsum:quia tunc aliquid esset prius & nobilius & simplicius deo,vt patet ex se.ergo &c.

Margin: August. / Hugo. / In opposi.

¶Hic sciendum in principio ꝙ ista quæstio quærit de eo quo deus debet dici intelligibilis esse:tanq̃ eo qđ est propria ratio secūdū quā diciť esse intelligibilis:vtrū.s.deitate debet dici itelligibilis:sicut dř deitate de⁹:vtrū.s.deitas sit ꝑpria ratio q̃ de⁹ dicať intelligibilis:sicut est ꝑpria rō qua dř esse de⁹:& sicut paternitas est ꝑpria rō q̃ dř ēē pater:an cū deitate reqrať aliqđ rōne cuius non seipso vt deitate:sed quodā alio intelligibilis sit.Et sic q̃rit questio:vtrū deus sit per se siue secundum se intelligibilis:seu,vtrum ista propositio sit per se vera,deus est intelligibilis.Cū igiť diuersum & multū nobis noti⁹ est q̃ vnū & idē,vt dicit Philosophus i.x.meta.& seipso diciť aliqđ alteri conuenire,excludendo aliud tanq̃ necessarium ad hoc ꝙ illud conueniat ei: ad inuestigandum igitur veritatem quęsiti:quia plures sinus habet quęstio sic generaliter ꝓposita:oportet videre modos qbus posset poni de⁹ esse itelligibilis alio a se.Alio dico re,vt sic prio via remotionis abnegemus modos quibus non est dignum dici eum intelligibilem p aliquid aliud a se.Deinde secundo via eminentię affirmemus modo contrario ipsum esse intelligibilem ex se.eo eñ mō quo nō est intelligibilis sine aliquo alio a se,re vel ratione, non est intelligibilis seipso: & eo modo quo est intelligibilis absq; omni alio,debet dici esse intelligibilis seipso. Hic est enim rectus ordo & processus ad inuestigādum diuina,vt habitum est supra. ¶Et vt meli⁹ propositum nostrum percipiam⁹ in simili de visibili oculo corporis qđ maxime ꝓportionatur itelligibili oculo mentis:Sciendum ꝙ aliquid dicitur esse visibile aliquo alio a se,nō seipso pręcise,triplici modo.Primo mō tāq̃ specie actū videndi in oculo pficiente.Secundo modo tanq̃ medio ad actū videndi disponēte. Tertio modo tāq̃ obiecto actum videndi inchoante.& est quilibet istorū modorum subdistiguēdus,vt patebit i ꝓsecutione.Visibile enim esse nō seipso solo:sed & alio a se tanq̃ specie informante visum ad perficiēdum actum videndi,contingit dupliciter:aut tanq̃ specie siue forma qua videns eleuatur & roboratur vt visibile videntē attingere & inipso aciē visus figere possit:aut tanq̃ specie siue forma qua videns actum videndi elicit.Primo modo color non est visibilis seipso:sed per formam sanitatis & potentiæ naturalis in oculo.De qua dicit Philosophus secundo de anima,ꝙ sensitiui prima immutatio fit a generante & secundum actum producente in ipso potentiam videndi & dispositionem naturalis sanitatis sine q̃ non imutareť. Secūda vero sensitiui imutatio fit a sensibili obiecto retinēdo in se impressionem suæ speciei:& sic color non est visibilis seipō ab oculo corporis:sed per speciē suā quā oculo imprimit vt imaginem eius qua ipsum educit de potentia videndi ad actum.Si igitur quæstionē istam de intelligibilitate dei generaliter intelligam⁹ respectu cuiuslibet intelligētis:& præcipue creati:qa respectu suiipsius i intelligendo seipsum ipse seipso pręcise itelligibilis est a se ipso,vt patebit in q̄stionib⁹ quō deus intelligit se:sic inquam respectu intellectus creati intelligendo questionem pro isto modo & pro aliis sequentibus:Sciendum ꝙ si deus dicitur non intelligibilis seipso:sed aliquo alio:hoc non contingit nisi ratione excellentiæ & nobilitatis in sua intelligibilitate:& ratione defectus & imperfectionis ex parte intelligentis.Vnde quia in omni alio a se inuenit aliquem defectū & iperfectionē ad itelligendū se simpliciter & absolute,a solo seipso est seipō intelligibilis,& a nullo alio nisi per aliquid aliud qđ requiritur in intelligente super eius dispositionem naturalem, quantūcūq; sit creatura in gradu naturali eleuata.Vnde secūdum primum modum intelligendi per aliud supernaturalia intellectus cuiusq; creati,vt deus intelligibilis sit ab ipso requiritur aliqua dispositio supernaturalis sanitatis, qua tanq̃ dono alicuius gratiæ supernaturalis intellectus vigoratur,& acumen visus purgatur supernaturaliter.secundum ꝙ infra vide-

¶Ad istam quęstionẽ oportet respondere aspiciendo ad significatũ termini: quæ videlicet sit ꝓpria ratio quã addit verũ sup ens. Et potest q̃stio ista esse generalis ad veritatẽ creatã & increatã: sicut & q̃stio sequẽs. Ad huius ergo q̃stionis intellectũ sciẽdũ: ꝙ sicut in intellectu cõplexo oportet fieri reductionẽ in aliquod primũ principiũ cõplexũ omnino intellectui p se notũ: Aliter eñ ꝓcederet ĩ infinitũ: Sic in conceptu ĩtellect⁹ incõplexi de eo qđ quid est: qđ dicitur per nomẽ: qđ est propria ratio termini a qua imponiꝛ ad significãdũ: oportet oẽs hmõi cõceptus reducere ad aliquẽ conceptũ incõplexũ primũ & notissimũ, in quẽ omnes aliĩ habent reduci: & qui includitur in omnibus aliis. Et est iste conceptus entis inquantũ ens est. scđm Auic. in primo Metaph. vt sępius habitũ est supra. Et hoc est qđ significat certitudinẽ qua est vnũqđq; id qđ est in natura & essentia sua absolute absq; omni cõditione & additione. Ita ꝙ omnis alius conceptus rationẽ aliquã addit super iam dictam rationẽ entis: quæ tñ non potest esse extranea ab ente: quia ratio entis omnes rationes subintrat. Vnde & ens propterea non potest habere rationẽ generis, vt supra expositum est. Quicquid eñ quocũq; modo addit super rationẽ entis: hoc est ratio aliqua, vel modus essendi: quæ nomine entis non explicaꝛ nec P intelligitur. Et quia tales rationes non discernit neq; distinguit natura rei extra, sicut neq; distinguit diuina attributa ipsa diuina essentia vt essentia est in seipsa: sed solũ ratio intellectus quæ indiuisa & indistincta diuidit & distinguit, scđm Cõm. sup. xii. Metaph. nihil autem est nata ratio intellectus distinguere, nisi inquantum cadit vel natum est cadere sub eius apphẽsione: Ratio autem entis non determinat in re aliquam rationẽ apphensibilis ab intellectu vel non apphensibilis: sicut neq; sensibilis aut non sensibilis: Licet scđm Auicẽ. in primo Metaph. de nullo potest formari conceptus menti, nisi habeat rationem entis: Oportet igitur ꝙ super rationem entis, vt determinetur ad rationem intelligibilis, sit ratio apphensibilis: qa ens respectum habet ad intellectum vt motiuũ intellectus: Ita ꝙ ratio entis apprehensibilis ab intellectu non esset, nisi hmõi rationis in se esset susceptibilis. Hæc enim ratio est in ente p hoc ꝙ est natum sibi assimilare intellectum. Assimilatio enim intellectus ad cognitum, est causa & ratio cognitionis. Prima ergo ratio qua ens scđm rationem suam absolutam absq; omni conditione assumit supra se intellectus considerationem, est ratio conformandi sibi intellectum. Conformatio autem hmõi, adæquatio quædam est & rectitudo qua intellectus per id qđ concipit de re ipsa, rei adæquatur & correspondet. Hęc autem est ratio illa a qua imponitur hoc nomen verum siue veritas: & addit eam super ens: vt verum nihil aliud sit q̃ ens assimilatiuũ: vel æquatiuũ: vel declaratiuũ eius qđ est apud intellectum: & hoc vel actu, vel habitu: scđm ꝙ habet perfectiorem vel minus perfectam rationem veri, vt amplius patebit in sequenti quæstione. Et sic ratio entis non includit ex suo nomine rationem veri ĩtelligibilis: vel declaratiui sui apud animam: sed econuerso ratio veri includit rationem entis: quia licet primus conceptus intellect⁹ obiectiue sit ratio entis: non tñ concipitur nisi sub ratione veri. Et licet ratio veri sit prima ra-

tio concipiendi:non tamẽ eſt ratio quæ primo concipitur. Obiectiue enim & vt concipitur id qđ eſt ens inquantum eſt ens,primus conceptus eſt:& deinde verum:vt tamen ens in ſe includit.Diſpoſitiue autem & vt ratio ſcđm quã concipitur id qđ obiectiue concipitur, verum eſt prima ratio concipiendi & ſola,vt dictum eſt ſupra:ita ꝙ circuit totum ens & ſeipſum & oẽs rationes entis:quia nihil concipitur niſi ſub ratione veri,neq; ens,neq; verum, neq; bonũ,neq; pulchrũ,neq; aliquod cęterorum.Tñ cũ concipiť ratio entis vel boni vel pulchri vt obiectum circa ens:non oportet ꝙ concipiatur ratio veri. ¶His viſis patet quid dicendũ ſit ad quęſtionem.Cum enim verum de ſuo nomine & impoſitione qua addit aliquid ſuper ens : non dicit niſi rationem manifeſtatiui vel declaratiui eius quod eſt apud intellectum: & ratio talis non eſt aliquid ſup ens abſolutũ:ſed ſolũ ratio reſpectus:Dicẽdum eſt abſolute ꝙ veritas ſicut neq; in aliis rebus:ſic nec ĩ deo eſt ratione ſuę eſſentię abſolute: ſed ſolũ ex aliquo reſpectu ad aliud, vt ad intellectũ,ſicut dictũ eſt: & hoc nõ ex reſpectu ad aliquẽ intellectũ extra deum creatum cui imprimit notitiã ſuam:quia talis reſpectus ei accidit : quemadmodum & omnes alii quos habet ad creaturas,vt infra dicẽdũ eſt: ſed ex reſpectu ad ipſum intellectum diuinũ non vt ad ſuam cauſam:quemadmodum veritas per ſe non eſt in aliqua re naturali creata niſi ex reſpectu ad intellectum increatum:vt patebit loquendo de veritate creaturę: ſed ſolum ex reſpectu ad intellectum diuinũ vt abſolute cōphendentem id qđ eſt in natura & eſſentia ſua ſcđm rationem veritatis,vt amplius patebit in ſequenti quęſtione. Q

¶Ad primũ in oppoſitum: ꝙ diſpoſitio in eſſe conuenit deo ratione eſſentiæ ſuæ abſolute:ergo & in veritate:Dicendum ꝙ illud dictum philoſophi intelligitur nõ quo ad modum & rationem quib⁹ res habet eſſe,& eſſe verum : ſcđm ꝙ nititur procedere obiectio: quo ad hoc eñ alia eſt diſpoſitio rei ĩ eſſe & in veritate:quia vt dictũ eſt ,& amplius diceť in ſequẽti quęſtione, diſpoſitio rei in eſſe:eſt ex ratione abſoluta : diſpoſitio vero in ſua veritate eſt ex diſpoſitione reſpectiua:Sed intelligitur quo ad gradus eſſendi in eſſe & ĩ veritate: vt id qđ eſt ſuperioris gradus in eſſe:ſuperioris gradus eſt in veritate,& ecōuerſo:& qđ inferioris,inferioris.Vnde dicit ibi phs.Neceſſe eſt principia rerum quę ſunt ſemper,ſint in fine veritatis. vbi dicit Cõm.Cauſa in quolibet genere entiũ magis digna eſt ĩ eſſe & in veritate,q̃ illa quoꝝ eſt cauſa in illo genere.Et manifeſtum eſt ꝙ ſi hęc eſt cauſa prima omniũ entium,illa eſt magis digna in eſſe & veritate q̃ alia entia . Oĩa enim entia nõ acquirũt ſibi eſſe & veritatẽ niſi ab illa. Ex quo concludit aſſumptũ in argumẽto:ꝙ diſpoſitio &c. Vbi dicit Cõm.Ideſt, ꝙ quãto magis fuerint perfecta in eſſe:tanto magis ſunt perfecta in eſſendo verum.Et (vt dicit) intẽdebat per hoc notificare nobilitatem veritatis:in qua conſiderat iſta vniuerſalis ars:quę cõſiderat de principiis vltimis.¶Ad ſecundum ꝙ verum eſt id quod eſt:Dicendum ꝙ aliqui volentes ſubtiliare, dicunt ꝙ litera Auguſt.quæ ſic iacet,Verum mihi videtur eſſe id qđ eſt:ſic debet ordinari:id qđ eſt eſſe,mihi videtur verum:vt ſit de dicto:non de re. & vocat propoſitionẽ eſſe veram quę enunciat qđ eſt eſſe.Sed ſic nõ intenderet ibi Augu.definire verum:qđ falſum eſt. Vñ pręmittit:Dico,& ſic definio. Nec ſimiliter valeret inſtantia quã ſtatim infert contra ſuã definitionẽ,cum ſubdit .Nihil ergo eſt falſum, quia verum eſt quicquid eſt. Sed dicendum ꝙ Auguſtinus intendit definire verum:& eſt propoſitio ſua de re:ſed eſt materialis per id circa qđ habet eſſe verum:non formalis per id qđ formaliter eſt de ratione veri.¶Ad tertium:ꝙ veritas quę reſpicit intellectũ:eſt diminuta rei entitas,quę non cōuenit deo:Dicẽdum ꝙ veritas quæ eſt diminuta rei entitas,eſt illa quę habet eẽ ĩ intellectu de re per aliud ab ipſa re itellecta abſtractum ab ipſa:vt lapis per verbum formatum in intellectu creato de lapide:quod eſt quodammodo lapis:& non vere lapis: ſed diminute. Et eſt talis veritas ſolummodo in intellectu creato de re per verbum qđ eſt aliud ab ipſa re quã concipit:non autem in intellectu icreato qui ſuam eſſentiam per ſeipſum apprehendit : & ideo tam perfecta entitas eſt vt capitur a diuino intellectu,q̃ in ſe eſt.Nec etiam intelligitur de veritate qua res vera eſt ĩ ſe ex ſola ratione reſpectus ad intellectum abſq; eo ꝙ actu intelligatur. Illa enim veritas eſt perfecta rei entitas.de qua dicit Aug.in ſol.Si dixeris nihil eſſe verum per ſe:nihil erit p ſe. Vnde enim lignũ eſt hoc,inde etiam verum lignũ eſt.vnde ſumptũ fuit quartum argumentũ.¶Ad quod dicẽdum,ꝙ Aug.ibi loquitur cõtra illam definitionẽ veri apparẽtem quã poſuerat,quę dicit: verum eſt quod ita eſt vt videtur,& ꝙ falſum eſt qđ aliter eſt q̃ videtur. contra quas ſtatim arguit . Quod ſi ita eſſet : ablato ergo cui videtur:nec falſum quicq̃, nec verum eſt : nec lapides veri lapides eſſent qui ſunt in abditiſſimo terræ gremio : vbi non ſunt qui ſentiant.Et

R Ad primũ princip.

S Ad ſecũdũ.

T Ad tertiũ.

V Ad quartũ.

sic ly per se, nō excludit in dicto suo rationē respectus ad intellectū quem habet ex sua natura: nō p aliquod additū ei: sed excludēdo adminiculū exterioris cognoscentis, explicat φ veritas potest esse in re: etsi nullus actualiter eius notitiā habeat. Vñ subdit imediate. Nec fieri potest: vt p seipm (.i. sine cognitione) lignū sit: & verū lignū nō sit. Ex quo vlterius statim cōcludit definitionē pdictā. Verū est id qđ est. vbi clarū est, φ ibi appellat qđ est: rē absolutā ab actu cognoscentis: q̄ḡ includit in se respectum ad ipsam, vt dictum est.

A Quest. IIII. Arg. 1. Irca Quartū arguit̄ φ veritas dei nō sit in eius essentia: quia veritas est adęquatio q̄dā rei & intellectus scđm Isaac de definitionibus. Sed adæquatio talis nō est in ipsa quiditate & essentia: sed in ipsa cognitione qua capit̄ intellectū in ipso intellectu. ergo &c. 2 ℭQ; autē nō sit in eius intelligentia arguitur. quia pħs dicit in. vi. Meta. de cognitione in qua dicit esse verum vel falsum: φ nō est de simplicibus, & de eo qđ qd est. Sed intelligentia siue cognitio diuina nō est nisi de simplici & de eo qđ qd est: quia nō nisi suā essentiā simplicē intelligit, vt habitū est supra. ergo &c. ℭQ; sit ī vtroq; arguit̄ sic. qm̄ qcqd est verū, veritate q̄ est in ipso est verū. De inelligētia diuina bene dicit̄ φ ipsa est vera intelligētia: & sīlr de ei⁹ essentia φ est vera essentia. ergo veritas habet esse & in dei intelligētia: & in eius essentia.

In opposi.

B Responsio. ℭDicēdū. cū scđm pdicta tūc verū dicitur esse vnūquodq; qđ habet qđ sua natura requirit, nec deficit in hoc, vt verus lapis dicit̄ qui habet qđ ad naturā & essentiā lapidis reqritur: & hoc sub ratione qua declaratiuus est apud intellectū sese esse hmōi: Deus aūt & in essentia sua, & in sua intelligētia habet qcqd habere pōt: & quicqd natura ei⁹ requirit quo ad oēm rationē pfectionis ei⁹: Idcirco dicēdū est φ veritas est in deo tā in eius essentia, q̄ in eius intelligētia, q̄ in omni eo qđ in ipso est: sed aliter & aliter. Ad cuius intelligētiā notandū: vtēdo manuductione ex creaturis: φ cū scđm pdeterminata, veritas est propria ratio rei siue quiditatis siue essentię q̄ est obiectū qua respicit ītellectū: potest aūt respicere quiditas vt obiectū ipm intellectū dupliciter: Vno mō sub rōne potētię: vt ītelligibile est potētia ītellectū: & ītellect⁹ est potētia ītelligēs: Alio mō sub rōne act⁹: vt ītelligibile ē ītellectū actu, & ītellect⁹ actu ītelligēs: vbi fit quasi vnū cōpositū cōstitutū ex ītellecto & intelligēte: Veritas ergo est ratio quiditatis respiciētis intellectū: & vt est ī potētia vtrūq; eoꝝ, & seorsum existētia diuersa: & vt ī actu est vtrūq; eoꝝ: & vnū ex ambobus: quoꝝ vnū est sicut forma, vt intelligibile: alterū sicut materia vt intellectus. Et sic primo mō veritas est ratio rei: vt res est existēs scđm se extra ītellectū. Secūdo mō, vt est forma intellectus existēs ī intellectu. Necesse est ergo ponere scđm hoc, φ veritas in creaturis respectu intellectus creati, in q̄bus scđm rē differūt id qđ est intelligibile extra & ipse intellectus, habeat esse duplr̄: & in essentia rei scđm se: & ī ītellectu in actu: siue ī ītelligētia q̄ est de ipsa. In deo igit̄: q̄a licet re nō differāt ītellect⁹ & intellectū, differūt tñ rōne: ideo

C etiā sm̄ illos duos modos veritas ponēda est eē ī ipso. s. & ī ei⁹ essentia: & eē ī ei⁹ ītelligētia: & p eius essentiā in oī qđ diuinā essentiā ī se īcludit: vt sunt attributa & psonę diuinę. Essentia eñ diuina vt deitas, vera deitas est: & bonitas, vera bonitas ē: & pater, ver⁹ pater est: vt veritas dicat̄ esse in oīb⁹ illis eo mō quo deitas. Et p hūc etiā modū habet esse ī diuina intelligētia sicut in quodā attributo. Ipsa eñ vera intelligētia est: & oīa hęc vera sunt: quia re nō sunt nisi deitas: & pprię rōnes q̄s nomināt supra deitatē, ī deitate vt deitas ē fundatę sunt, vt patet ex supra deteriatis. Sed sup modū essendi veritatē ī oīb⁹ q̄ sunt ī deo: est specialis mod⁹ quo veritas habet esse in ei⁹ ītelligētia: nō. s. scđm iā dictū modū: vt ipa intelligētia est natura cognitiua in se: sed vt est cōtinēs in se notitiā rei cognitæ. Primo eñ mō nō est veritas aliter in ītelligentia dei q̄ in volūtate, vel ī essentia, vel ī bonitate, & cęteris q̄ deo attribuūtur. Singula eñ hoꝝ vera sunt in natura & essentia sua qua sunt id qđ sunt. Secūdo aūt mō est specialis modus essendi veritatē in dei ītelligētia, quo nō est in aliquo alioꝝ: inquātū. s. veritas q̄ est in natura & q̄ditate cogniti, relucet in cognoscētis ītelligētia: vt sic diuina intelligētia nō solū dicat̄ esse vera veritate qua est in re ipsa diuina natura & essentia: sed veritate qua dicit̄ eē vera verā notitiā siue cōphēsionē habēdo de ea. Quę q̄dē notitia ī ītelligētia creata est forma ei⁹ īhęrēs ei, dās ei esse tale quodāmō: q̄le habet res extra: vt p hoc sint idē quodāmō ītelligēs & intellectū & eadē veritate vera. In deo aūt est forma intellecta re eadē cū intelligēte: differens sola rōne.

D Per hūc ergo pdictū modū generaliter verū est φ veritas cuiuslibet rei duplex eē habet. vnū in se & in sua natura q̄ est id qđ est. Alterū ī ītelligētia q̄ est ī ei⁹ actuali notitia. Et sic absolute dicēdū φ veritas dei q̄ est ipse deus, & habet esse in ei⁹ essentia vt essentia est & natura, & in eius ītelligētia: nō tñ vt forma inhęrēs: qđ amplius patebit ex q̄stione sequenti.

¶ Ad primũ: ꝙ nõ est in eius essentia: quia est adequatio quedã &c. Dicendum ꝙ illud dictũ nõ intelligit nisi de veritate scd̃m eius esse perfectissimũ & principalissimũ: qđ est illud qđ habet in intellectu, vt patebit in q̃stione sequẽti: nõ aũt de esse eius vl'r. ¶ Ad secũdũ: ꝙ veritas nõ est in dei intelligẽtia: qa intelligẽtia dei nõ est nisi simplicis, & ei⁹ qđ qd est: circa cuiusmõi intelligẽtiã nõ est veritas: Dicẽdũ est scd̃m iam dicta, cũ vnũquodq; dicit esse verũ quãdo habet qđ natura eius reqrit inquantũ hmõi est: necesse igit est ꝙ intelligẽtia dicat esse vera inquãtũ cognoscẽs est in actu, dũ habeat qđ natura eius requirit inquãtũ hmõi. Hoc aũt habet fieri ab itellecto simplici i simplici itelligẽtia, sicut ab intellecto cõplexo in intelligẽtia cõponẽte & diuidẽte. Qđ manifeste explicat phs assignãdo differẽtiã inter intellectũ simplicẽ & cõponẽtẽ ac diuidẽtẽ: cũ dicit i. iii. de aĩa. Dicto qdẽ aliquo de aliquo: sicut affirmatio aut vera aut falsa oĩs est: itellect⁹ aũt nõ oĩs: sed q ẽ ipsi⁹ qđ qd erat esse: ver⁹ est: & nõ ẽ aliqd de aliquo: re vera ver⁹ ẽ cõphẽdẽdo qđ verũ ẽ, cõphẽdẽdo ipm̃ sub rõne itelligibil': queadmodũ sensus ver⁹ ẽ cõphẽdẽdo qđ verũ ẽ sub rõne sensibilis. Nõ tñ dicẽdo verũ: & cõphẽdẽdo veritatẽ. Et hoc qa simpliciũ ẽ: & nõ alicui⁹ de aliquo. Sigula. n. eoꝝ q̃ fm seipsa, fm nullã cõplexionẽ dicũt: neq; vera neq; falsa sunt: vt hõ, albũ, currit. Horũ aũt ad seiuicẽ cõplexione affirmatio fit. Videt aũt oĩs affirmatio vera vel falsa vt dr̃ i p̃dicamẽtis. vbi Cõm. de tali veritate & falsitate dicit. Nec i reb⁹ ẽ veritas aut falsitas: sed i itellectib⁹ atq; opinionib⁹: & post hec i vocib⁹ atq; sermonib⁹. Nõ. n. rerũ cõplexiõe fit affirmatio vl' negatio: sed sermonũ. Et vt dicit phs i. iii. de aĩa, cõplexio intellectuũ ẽ verũ. Prię ergo veritati, icõplexę. s. i intellectu, rñdet veritas icõplexa i re: sed secũdę. s. cõplexę, neq̃q̃. Ortũ tñ trahit a re. fm ꝙ dicit Ansel. de verita. Veritas q̃ est i rerũ existentia, est effectus summę veritatis. Ipsa quoq; cã est veritatis q̃ cognitionis est: & ei⁹ q̃ ẽ in ꝓpositiõe: & istę duę veritates nulli⁹ veritatis sunt cã. Propter qđ (vt dicit phs i p̃dicamẽtis) eadẽ oratio vel opinio sine sui mutatione ad mutationẽ rei mutat a veritate in falsitatẽ: & ecõuerso. Patet ergo ꝙ aliqua veritas habet esse in simplicium intelligẽtia, & aliq̃ nõ. Dicẽdũ igit ad argumẽtũ, ꝙ licet i diuina itelligẽtia nõ sit nisi simpliciũ intelligẽtia: veritas tñ bene habet esse i ea. s. ei⁹ qđ qd est i ei⁹ essentia. fm quã de oĩbus iudicat & cõphẽdit atq; cognoscit q̃cũq; vera sunt tam complexa q̃ incomplexa: & veritates eorum quibus scd̃m proportionẽ suã sunt diuino exẽplari cõformata, etiã veritatem suiipsius quã intellectu nostro nõ nisi cõponẽdo & diuidendo concipimus: q̃uis in ipso non sit compositio aut diuisio vlla, vt inferius declarabit. Aliter autem dictum verbum phi exponi potest. Cogitatio non est de simplicib⁹: & eo qđ quid est. i. nullum entium quæ sunt in cogitatione dicitur ens simpliciter: scd̃m ꝙ est extra animã: vbi. s. habet esse simpliciter: in anima autem habet diminutum esse. & sic argumentum ꝓcedit ex falso intellectu. credo tñ ꝙ illa expositio melior sit, & responsio scd̃m eam.

E
Ad primũ princip.
F
Ad secũdũ.
G

Irca Quintũ arguit: ꝙ veritas diuina ꝑfectius & principalius habet esse in ei⁹ essentia q̃ in eius intelligentia. Primo sic per illud qđ dictum est supra. Dispositio vniuscuiusq; in esse &c. Sed esse ꝑfectius habet res i sua essentia q̃ in itelligẽtia: quia primũ est eẽ naturę: hoc secũdũ, esse rõnis. qđ fm phm vt dictũ ẽ, diminutũ ẽ eẽ. ergo & ꝑfecti⁹ esse habet veritas diuina i dei essentia q̃ i ei⁹ itelligẽtia. ¶ Secũdo sic, vt iã dictũ ẽ fm Ansel. Veritas i existẽtia causa est veritatis quę est in cognitione. verius autẽ esse habet vnũquodq; in causa q̃ in causato. ergo &c. ¶ Tertio sic. veritas omnis in diuinis non est nisi essentialis, vt supra habitũ est: q̃ nõ habet per se esse nisi in essentia: & in nullo alio, nisi p hoc ꝙ essentia habet esse in illo. veri⁹ autẽ vnũqđq; habet esse i illo i quo habet esse p se, q̃ i quo habet esse p aliud. ergo &c. ¶ Cõtra veritas est p se obiectũ & motiuũ intellectus: mouens solũmõ eñ in habitu & in potẽtia vt est in re ipsa: actu aũt vt est in ipso intellectu. vnũquodq; autẽ perfectius habet eẽ in dispositione qua est in actu, q̃ qua est in potentia. ergo &c. ¶ Secundo sic. cum aliquid denominatur ab eo quod est in alio: illud quo denominatur verius est in illo alio q̃ in denominato. Verbi gratia, cibus denominat sanus a sanitate q̃ est i aĩali: & verius habet esse sanitas in aĩali q̃ in cibo. Res autem vel essentia dicitur vera a veritate quæ est in intellectu. Probatio: quia veritas est q̃dam adæquatio propter quã dicitur vera res: & similiter intellectus. Adequatio autẽ est in intellectu: non in re. Intellectus eñ adæquatur rei: & est adæquatio in eo qđ adæquatur: non autẽ in eo cui adequatur. ergo &c. ¶ Tertio sic. veritas nõ dicit in re nisi respectum ad intellectum. Res aũt scd̃m suã essentiã non dicit nisi potẽtialẽ respectũ: quia est intelligibile: siue natũ intelligi. vt vero est in intelligẽtia: est intellectũ in actu. verius aũt habet eẽ vnũquodq; scd̃m ꝙ est in actu, q̃ scd̃m ꝙ est in potentia: quia scd̃m ꝙ est potentia non est. ergo &c.

H
Quest. V.
Arg. 1.
2
3
In opposit. primo.
2
3

I Resolu.q. In quæstione ista de veritate diuina oportet coniicere quid dicendum sit ex eis quæ experimur circa veritatẽ creaturę, de qua debet esse sermo loquẽdo de creaturis: q̄q̄ multo aliter & aliter habet esse veritas ĩ deo, & in creaturis: vt iã patebit ĩ pte. Dictũ eñ est supra: ꝙ veritas nominat in quiditate ipsa quæ est obiectum per se intellectus, respectũ quendã eius ad intellectũ: & hoc vt est declaratiuũ eius qđ est: quemadmodũ econtra falsum est simulatiuũ eius qđ non est. Dictũ est etiã ꝙ istũ respectũ potest dicere circa intelligibile obiectũ intellectus diuini quod est ipsa diuina essentia: vel sub ratione qua diuina essentia est apta intelligi: & quasi in potentia se habeat vt intelligatur: similiter & intelligentia diuina vt in potẽtia est ad hoc ꝙ eam actu intelligat (Dico scđm rationẽ intelligẽdi: quia in se nõ est nisi actu intelligẽs, vt infra patebit). vel potest dicere illũ respectũ sub ratione illa qua iam actu est intellecta ab intelligentia actu intelligente. Scđm hoc enim dictũ est in pcedẽti q̄stione: ꝙ veritas & habet esse in diuina essentia, & etiã in eius intelligentia. Sed ad intelligendũ in quo illorũ verius cõsistit qđ q̄rit q̄stio psens: ne lateat in ipsa ęquiuocatio: oportet primo scire ꝙ in intelligentia habet esse quadrupliciter veritas, siue quatuor modis, & duobus primis sicut in subiecto, duob[9] aliis sicut in cognoscente: de qua scđm quẽlibet modũ q̄stio potest intelligi, vt patebit. Intelligẽtia enim de ratione sua propria qua est attributũ in essentia diuina diuersum ab aliis, dicit respectum quẽdam ad intelligibile diuinũ: ĩquantũ. s. ipsa diuina essentia sub ratione respectus q est importatus nomine intelligẽtię, nata est seipsam p cognitionẽ siue per actũ intelligendi comphendere: quẽadmodũ econuerso intelligibile diuinũ dicit respectum quẽdam ad diuinã intelligentiam: inquantũ. s. ipsa diuina essentia sub ratione respectus qui est importatus nomine intelligibilis, nata est per cognitionẽ ab eius intelligentia comphendi: Et similiter quẽadmodum veritas nomine suo dicit respectũ eũdem: inquantũ. s. diuina essentia sub ratione eius. s. veritatis, est suiipsius apud intelligentiã p intellectualem cognitionẽ manifestatiua, vt rationẽ manifestationis addit veritas nomine suo super rationẽ quæ importat̃ nomine intelligibilis quã ĩ se includit. & scđm hoc intelligentia dicit respectũ quẽdã diuinę essentię vt subiecti vel fundamenti ad intelligibile diuinũ sub ratione intelligibilis. Potest ergo intelligentia diuina sub ratione qua intelligentia est, cõsiderari & sub cõparatione ad essentiã, vt ad suũ subiectum siue fundamentũ: & sub cõparatione ad intelligibile: vt ad terminũ & obiectũ. Primo modo diuina intelligentia ab essentia quã sub suo respectu ĩ significato suo includit, habet ꝙ sit vera intelligentia: quemadmodũ bonitas ꝙ sit vera bonitas: & æternitas ꝙ sit vera æternitas: & cætera omnia quæ in deo considerantur. Et sic in diuina intelligentia habet esse veritas essentialis: q̄ eadẽ est cum veritate omniũ aliorꝝ quę ĩ deo cõsiderant̃, vt patet ex supra determinatis. et est primus modus quo veritas habet esse in diuina intelligentia. Et si de hmõi veritate q̄stio ppo sita intelligat̃, vtrũ. s. veritas principalius, dignius, siue verius sit in diuina essentia: an in eius intelligentia: patet ꝙ scđm rationẽ intelligẽdi principalius & digni[9] habet esse in essentia q̄ in intelligentia: qa intelligẽtia nõ est vera intelligẽtia: nisi quia essentia quã in se continet, est vera essentia. Et similiter intelligendũ est de veritate in omnibus aliis q̄ sunt in deo. Et similiter intelligendum de veritate in essentia & intelligẽtia creata: quia intelligentia suo nomine non nominat nisi potentiã: & ita purum respectũ super essentiã cuius est, vt infra patebit. Et respectus inquantũ respectus est, nihil realitatis aut veritatis habet nisi a suo fundamẽto, vt habitũ est supra. Secũdo modo habet intelligẽtia propriã rõnẽ veritatis ab obiecto, quã alia attributa nõ habẽt: eo. s. ꝙ veritas in deo vt obiectũ ppriũ scđm rõnẽ sui respectus respicit intelligẽtiã & non aliud attributum in deo. Rationẽ autẽ veritatis ab intelligibili, habet intelligẽtia dupliciter: scđm ꝙ ĩ intelligentia cõparata ad intelligibile duo considerant̃. s. intelligẽdi ratio: & intelligendi actio consistẽs circa intelligibile vt est intelligenti psens. Ratio intelligendi in intelligẽtia est esse formale illud quo intelligibile facit intelligẽtiam talẽ in actu quale ipsum est: cũ de se inquantũ intelligentia est, nõ est nisi in potẽtia tale. Quæ in deo sola ratione differũt: in creata autẽ intelligentia differunt aliquãdo re. Res eñ existens extra animã notitia sua existente in intelligentia informat intelligẽtiam: & facit eã quodãmodo esse talem qualis ipsa est.

K Scđm hunc eñ modũ anima per intellectũ quodãmodo est omnia intelligibilia, sicut scđm sensum omnia sensibilia, vt determinat phs. iii. de aĩa. Similitudo aũt illa ĩ ĩtelligẽtia re differt abeo qđ est extra: quia est accidens in intelligẽtia creata. Vnde sicut inter se sunt diuersę ipę res sic habent diuersas veritates: & illa veritas rei in anima diminuta est respectu veritatis quæ est in re extra: quemadmodũ & ipsa est res diminuta respectu illius quę est extra. & est veritas signi respectu veritatis rei. Vnde & hac veritate dicit̃ ĩtelligẽtia vera inquãtũ ipsa est quodã

modo cōformis rei extra tāq̄ suo exēplari primo: sicut tabula per imaginē in ea depictā cōformis & similis dicit̄ rei exēplari ad quā depicta est in ea tāq̄ exēplatū quoddā. Si ergo de hmōi veritate q̄stio ꝓposita intelligat̄, Sciendū ꝙ veritas hmōi quia in se continet actū qui est in cognoscente vt in subiecto: & obiectū qd̄ est īformans actū: & ī intelligēte sicut in cognoscēte, nō autē sicut in subiecto: potest igitur cōparari ad intelligētiam vt habet esse in illa sicut accidēs in subiecto, ratione actus in ea eliciti: vel sicut obiectū in cognoscēte. Si primo modo: sic est secundus modus principalis quo veritas habet esse in intelligentia. Et patet ꝙ loquendo de isto modo existendi veritatē: dignius & principalius habet esse veritas in essentia q̄ ī itelligētia. Et hoc siue fuerit veritas simplicis intelligentię: qua intelligentia cōpḧēdit id qd̄ verum est in re, aut in eius quiditate sub ratione incomplexi: siue fuerit veritas intelligentiæ collatiuę, qua cōpḧendit id qd̄ verū est in re sub ratione cōplexi. Nisi scd̄m opinionē dicentiū ꝙ res in veritate sua sequit̄ æstimationē: quā reprobat pħs.iiii. Meta. vt tactū est supra in q̄stione disputationis nostrę. Vnde quia hmōi cōpḧensio in sua veritate sequitur veritatē rei: ita ꝙ in itelligentia cōplexa sine omni sua mutatione ad mutationē rei cōtingit eā mutari a veritate in falsitatem & econuerso, quādo est falsum & verū possibile siue contingēs: scd̄m ꝙ dicit pħus de opinione sicut & de oratione in ꝑdicamētis: non autē econuerso ad mutationē cōpḧēsionis aliquo modo mutatur veritas ī re: scd̄m ꝙ dicit pħus in li. Peri her. Propter nostrum affirmare vel negare nihil mutat̄ in re: Ita ꝙ scd̄m hoc veritas rei nullo modo dependet a veritate hmōi cuiuscūq; intelligētię createę: sed econuerso: verius & dignius est vnūquodq; ī esse absoluto q̄ depēdēti. Et sicut est in creaturis, ita est in deo inquātum ī ipso scd̄m rationē differūt actus intelligendi & obiectum: & scd̄m rationem nostri intellectus actus intelligendi format̄ a ratione obiecti. Si vero q̄stio intelligatur de veritate extra rem in intelligētia secundo modo. s. vt obiectum in cognoscente, in quo obiecto cognoscens percipit ipsam rem: quæ scd̄m se vt extra est, solū in potentia est intellecta: inquantum vero vt obiectum est in intellectu, actu est intellecta: cum manifestum est ꝙ hmōi veritas fundatur in ratione intelligibilis per duplex esse suum vnū in re extra: aliud obiectiue in intellectu siue in intelligentia: & etiā est manifestū ꝙ vt est in intelligentia, est actu mouens ipsam: & declaratiua sui apud ipsam: qd̄ facit solummodo in potentia vt scd̄m se est extra in sua essentia: quare cū in tali actu mouendi intellectum ad declarationem sui consistit scd̄m prædicta ratio veritatis: perfectius est aūt scd̄m dispositionem actus cum scd̄m illum est in actu: q̄ cum scd̄m illum est in potētia tm̄: Res igit̄ ipsa inquantū est ī intelligentia obiectiue actu mouens ipsam, perfectius habet rationem veritatis q̄ scd̄m ꝙ est scd̄m se in sua essentia extra. Quare cū scd̄m istum modum intelligendi dicitur vera veritate ipsius rei vt est obiectiue in ipsa: hoc igitur modo dicendum est ꝙ veritas perfectius habet esse in intelligētia q̄ in ipsa essentia. Sed continet iste modus essendi & veritatem pfectius in intelligentia q̄ in essentia: continet enim in se tres. quoniā veritatē existere in intelligentia isto modo, nihil aliud est q̄ ipsam veritatē esse in intelligētia vt obiectum actualiter intellectū: quę veritas nō est existēs in subiecto nisi in ipsa re: sed denominat ipsam rem scd̄m ꝙ est scd̄m se existens extra intelligentiā: & etiā vt est existens in ipsa intelligētia: & silr̄ ipsam intelligētiā inquantū ꝑ cognitionē res consistit in ipsa sicut obiectū in cognoscente: in quo potest esse ipsa veritas vt obiectū cognitū dupliciter. Et sic duplr̄ intelligentiā debet denominare. Vno modo cognoscendo siue intelligendo id qd̄ verū est. Alio modo intelligendo ipsam veritatem qua & res extra: & existens ī intelligētia: & similiter ipsa itelligētia habēt esse vera. Hęc veritas q̄ vno modo in essentia rei extra vt in subiecto ipsam denominādo: dupliciter habet esse ī itelligētia. Vno mō inquātū habet esse vt in subiecto in re ipsa: scd̄m ꝙ obiectiue habet esse ī intelligētia ipsam denominādo vt subiectū suū. Alio modo inquātū habet esse in ipsa intelligētia: nō vt in subiecto: sed vt ī itelligēte tm̄ & determināte intelligētiā: nō sicut subiectum: sed sicut cognoscēs. Et vtroq; modo verius habet esse in intelligētia q̄ in essentia: hoc est ī essentia vt est in intelligētia, q̄ ī essentia vt est scd̄m se extra: & in itelligētia vt cōtinēs ī se obiectiue essentiā, q̄ in ipsa vt est extra. Perfectior em̄ est ratio veritatis vt denominat essentiā ī itelligētia, & ipsam intelligentiā, q̄ vna est & eadē, q̄ sit ratio eiusdē veritatis vt denominat rem extra. & hoc quia (vt iam dictum est) essentia rei vt est scd̄m se, est solum in potētia intellecta: & ita vt est in potentia mouens: vt vero est in intelligentia, est scd̄m actum intellecta: & ita vt ipsa est actu mouens. Quare cum veritas fundatur in essentia inquantum habet vim manifestatiui & declaratiui suiipsius apud intelligentiam: dicente Auicenna, ꝙ veritas est proprietas vniuscuiusq; rei inquantum nata est de se veram æstimationem facere: dicente etiam beato Hilario

L

q veritas est manifestatiuũ esse: & manifestũ est q tunc vnũqdq habet pfectius esse scdm quã cũq rõnẽ: iquãtũ fm ipsam habet eẽ i actu, q̃ iquãtũ fm ipsam habet solũ esse i potẽtia: & silr fundat sup aliqd: & sup aliquã ei9 rõnẽ pfecti9 habet eẽ iquãtũ fundat sup illud fm q habet scdm illã dispositionẽ esse in actu: q̃ inquantũ fundat sup illud scdm q scdm illã dispositionẽ habet esse in potentia tm̃. Quare cũ, vt dictũ est, veritas fundatur super essentiã rei: inquantũ habet naturã siue vim intelligibilis, & manifestatiui, & scdm se est intellectum in potentia tm̃ & similiter manifestatiuũ siue mouens in potentia tm̃: vt vero est i intelligẽtia est actu intellectũ & actu mouens: Absolute ergo dicendũ est scdm hmõi intellectũ q̃stionis: q veritas quęcunq diuina & alia perfectius & principalius & dignius habet esse in intelligentia: hoc est in ipsa re scdm esse qd habet in intelligentia cognoscente, denominãdo verã & ipsam rẽ, & ipsam intelligentiam: q̃ in ipsa essentia scdm se, denominando solum ipsam rei essentiam: quia perfectius habet esse in ipsa essentia, vt iam actu intellecta & actu mouens: q̃ habet esse in eadem vt potentia est intellecta & potentia mouens, sicut dictum est. Et sic in creaturis contrario modo contingit de esse rei & sua veritate scdm istum modum: quoniam veritas rei in anima est perfecta veritas: & esse in eadẽ est esse diminutũ: esse vero in re extra est perfectũ esse & diminuta

M veritas. Sed iste modus quo veritas habet esse in intelligẽtia, non vt in subiecto, sed vt obiectũ in cognoscẽte, duplex est, scdm q dictum est: quoniã veritas obiectũ est intellectus Vno modo mouens ipsum ad cognoscẽdum p se id qd verum est: & est tertius modus principalis quo veritas habet esse in intelligẽtia. Alio vero mõ ad cognoscẽdũ per se ipsam veritatẽ. Primo modo (vt iã dictũ est) verius esse habet i itelligẽtia vt i cognoscẽte, q̃ i re extra vt i subiecto: Sed ęqliter habet esse in intelligẽtia, & in essentia vt est in itelligẽtia: qa scdm eãdẽ rõnẽ manifestatiui. Si tñ in aliquo illoꝝ habet esse verius: hoc est i intelligẽtia: qa actualitatẽ manifestatiui habet ab eo q est i itelligẽtia, nõ aũt ab eo q ẽ i essentia: nisi qa essentia est i itelligẽtia. Si vero veritas moueat itelligẽtiã ad itelligẽdũ ipsam veritatẽ significatã noĩe absoluto: vt est quartus mod9 principalis quo veritas habet esse i itelligentia: q̃ qdẽ veritas licet non existit nisi in re subiecta vt in subiecto: tñ per se est in intelligẽtia vt obiectũ apphensum ab ipsa: & hoc nõ nisi in intelligẽtia collatiua. Non eñ est sic cõstituta veritas aliud q̃ veroꝝ q̃dã cõformitas: & ratio declaratiua suiipsius & illoꝝ apud intelligẽtiã: in qua conformitate cõsistit perfecta ratio veritatis: Ita q sine eius perceptione ex collatione vtriusq conformiũ adinuicẽ, a nullo intellectu diuino potest esse perceptio perfectę & syncerę veritatis: licet ipsum verũ qd est res ipsa aut quiditas

N sine vlla collatione percipi possit, vt dictum est. ¶ Ad cuius intellectum sciendum q sicut simile inquãtũ simile dicit respectũ quo res vna alteri similis est, similitudine q̃ fundat in re sup aliqd absolutũ: puta albedinẽ: & cõsistit i cõformitate scdm albedinẽ vni9 ad albedinẽ alteri9: vt silitudo sit ipsa cõformitas qua sunt similes & cõformes adinuicẽ: nõ sunt aũt illi vel eorũ albedines ipsa similitudo aut conformitas: sed pticipãt eã: Sic verum inquãtũ verũ dicit respectum quo res vna alteri rei conformis est: veritate quę fundat in rei essentia & natura: & habet esse in essentia rei: & in intelligentia: ambo denominãdo, vt dictum est, vt conformitas illa sit ipsa veritas qua ãbo dicunt eẽ vera: nõ aũt sunt ipsa veritas. hoc eñ nõ est verũ nisi in ipso deo solo: in quo nõ est alicui9 pticipatio, sed habẽs est id qd habet. Queãdmodũ ergo similitudo dupliciter habet cõsiderari: sicut etiã quodlibet esse quiditatiuũ cuiuslibet rei creatę: Vno modo sub ratione esse impticipati: vt. s. scdm se cõsiderata nõ est nisi silitudo tm̃: sicut humanitas scdm se nõ est nisi humanitas tm̃: Alio modo sub ratione pticipati: vt. s. in hoc albo & i illo est hęc silitudo in isto simili, & illa in illo, quia pticipata est ab hoc albo & ab illo, vt supra dictũ est de humanitate: Similiter ergo & duplr habet cõsiderari veritas. s. & scdm rationẽ pticipationis in creaturis penes diuersitatẽ rerũ & veritatũ in vtroq cõformiũ: & fm rõnẽ abstracti & impticipati. In deo aũt scdm rõnẽ idẽtitatis penes diuersitatẽ ipsoꝝ cõformiũ scdm rõnẽ

O vt statim patebit. Nũc aũt ita est: q veritas non dicit in eo qd habet veritatẽ in esse naturali quocunq, nisi a veritate quiditatis suę. Non eñ dicit aliqs verus homo nisi quia habet veram humanitatẽ: neq verũ simile nisi quia habet verã similitudinẽ. Siliter ergo nõ dicit aliquid verũ vt res vel natura vel essentia aliqua, nisi quia habet veritatẽ: hoc est cõformitatẽ sui ad aliquid, siue p idẽtitatẽ vt i deo, siue p pticipationẽ vt i creaturis. Cũq duo ab aliqua dispositiõe denoĩata sunt: quoꝝ vnũ denoĩat tale ab illo inquãtũ habet esse in alio: illud aliud dignius habet illã denominationẽ. Verbi gra: Cũ cibus dicit sanus a sanitate corporis aĩalis p quãdã attributionẽ. s. quia est effectiuus illius: dignius denominari habet a sanitate corpus aĩalis q̃ cibus. Quare cũ q̃cũq res vt est natura & essentia dicit vera veritate vt ab ipsa pticipata: tanq̃

qua est alicui cõformis: verius ergo & dignius attribuẽda est ratio veritatis ipsi⁹ cõformitatis vtriq; communi vt est in esse quiditatiuo secundũ se considerata, q̃ ipsis conformib⁹ vt ab eis est participata: nõ quidẽ vt ẽ huius cõformis & illi⁹: sed vt ipsa est scd̃m se cõformitas vtriusq;: queadmodũ ratio similitudinis verius attribuit̃ sĩlitudini vt secũdũ se cõsiderat̃ in esse quiditatiuo q̃ alicui cõsimiliũ. Quare cũ veritas considerata vt est conformitas absoluta sup vtrũq; conformiũ: nõ habet esse nisi ĩ consideratione actuali intelligẽtię, quę ex collatione vtriusq; conformis pcipit ipsorũ conformitatem inter se, intelligẽdo cõformitatẽ iter se quasi ĩ esse quodã quiditatiuo: cũ in vtroq; cõformiũ intelligit̃ quasi ĩ esse naturę: perfectior ergo & dignior est ratio veritatis vt cadit ĩ actuali pceptione intelligẽtię, pcipiẽdo. s. eam (vt dictũ ẽ) scd̃m se & absolute, q̃ vt habet esse ĩ re cõformata alteri: & hoc siue hm̃õi res cõsideret̃ vt ĩtelligibile quoddã nõdũ actu intellectũ: siue vt ipsa iam actualiter sit intellecta. Si ergo secũdũ hoc ꝓprie velim⁹ loqui, & dicamus veritatẽ vt cõsideratur scd̃m se absolute quasi in esse q̃ditatiuo, esse ĩ intelligẽtia: secũdũ vero ꝙ cõsiderat̃ vt in hoc & in illo existens. s. in vtroq; conformiũ dicamus esse eam in essentia: & hoc aut vt scd̃m se cõsiderat̃: aut vt est actualiter itellecta in ipsa ĩtelligẽtia: secundũ hoc debem⁹ pricipaliter ĩtelligere q̃stionẽ q̃ q̃rit̃ vtrũ veritas principalius & dignius habet esse in diuina essentia an in eius intelligentia. ¶ Et ẽ dicendũ simpliciter & absolute, ꝙ in eius intelligentia. q̃m in essentia secũdũ se nõ habet esse veritas nisi quia est eius q̃d verũ est: sĩlr̃ neq; in essentia vt in actuali consideratione intelligentiæ est exñs: vt sicut in essentia nõ existit nisi q̃d est verũ: & ita veritas vt est huius cõformis: non ipsa veritas absoluta: sumẽdo veritatẽ ꝓ rõne respect⁹ puri: queadmodũ nũc loquimur de ipa: sĩliter vt ab itelligẽtia apphẽdit̃ exñs ĩ essentia nõ pcipit̃ nisi q̃d est veritate verũ: & ita veritas vt hm̃õi, nõ vt absoluta. In ĩtelligẽtia autẽ habet eẽ veritas vt ẽ ipa cõformitas cõformiũ: sicut similitudo est cõformitas q̃dã similiũ. & sic pcipit̃ nõ solũ q̃d verũ est intelligẽtia simplici q̃ pcipit̃ vtrũq; verorũ secũdũ se & absolute: sed ipsa secũdũ se veritas q̃ est forma vtriusq; verorum: & hoc intelligẽtia collatiua vnũ eorũ alteri cõferẽdo. Per hũc ergo modũ, pfectũ eẽ veritatis nõ habet veritas nisi ĩ actuali pceptiõe itelligẽtiæ: & sic ĩ intelligentia habet esse nõ vt in subiecto: sed vt in pticipãte: pticipãdo. s. eã non vt habet esse in aliquo sicut in subiecto: sed secũdũ esse quiditatiuum abstractũ a quolibet subiecto: nõ abstractione vniuersalis a particulari logice: sed formę & q̃ditatis ab eo cuius est metaphysice. Et secũdũ hoc bñ definit Ansel. veritatẽ: cũ dicit ꝙ ẽ rectitudo sola mẽte pceptibilis: & per hoc secundum prædictum modum in sola mente existens: ita ꝙ nisi sit in perceptione actuali: non habet esse in sua perfecta ratione absoluta. Et ad horum euidentiam & similiter illorum q̃ dicuntur in prima & tertia ratione ad hanc partem: sciendum ꝙ res quæcũq; considerata in se secũdum eẽ naturale aut quiditatiuum nullum omnino respectum dicit ad intellectum inquantum hm̃õi: sed solum ex hoc ꝙ habet in se rationem intelligibilis: hoc est ꝙ sit manifestabile intellectui: & hoc passiue: sed ex hoc primo habet rationem veri ꝙ est sui manifestatiuũ apud intellectum: & hoc actiue. Et hęc est ratio veri in re imperfectissima, priusq̃ manifestans est se intellectui secũdum actũ: & actualiter intelligitur. Sed cum est secundum actum se manifestans intellectui: tũc habet rationem veri perfectam, sed vt in concretione & sub ratione participati perfectissimam: vt quãdo se manifestat sub ratione veritatis vt in abstractione considerat̃, quæ non habet esse nisi in actuali perceptione vt obiectum in cognoscente, vt cõformitas & coęquatio vtriusq; verorum: sine cuius perceptione non percipitur veritas: sed solum id quod verum est siue veritatem habens aut participãs. Nec potest illa veritas percipi sine perceptione & collatione adinuicẽ vtriusq; veroꝝ scd̃m correspondẽtiã: sicut nec potest percipi veritas imaginis Cęsaris sine inspectione vtriusq;. s. & Cęsaris & imaginis, & collatione eorum inter se secundũ correspõdẽtiã, secundum ꝙ supra expositũ est in q̃stionib⁹ an contingit aliquid scire. Hęc autem vera, inter q̃. s. debet fieri hm̃õi collatio: & quæ debent sic sibi correspondere, sunt res ipsa quæ est vera res extra in sua essentia & natura, & ipse intellect⁹ qui est verus ex vero conceptu illius rei. Quæ quidẽ collatio fit p actum intellectus cõsiderantis si cõcept⁹ in itellectu nec plus nec min⁹ cõtinet q̃ cõtinet natura rei extra: ita ꝙ isti⁹ collatiõis res extra sit vnum extremorum: & ipse conceptus de illa re sit aliud. vt si intellectus inueniat ꝙ concept⁹ eius nec plus nec min⁹ cõtineat q̃ cõtinet natura rei extra, iudicat ꝙ ver⁹ est itellect⁹ cõcept⁹: & econuerso si inuenit ꝙ conceptus eius plus aut minus contineat q̃ natura rei extra, iudicat ꝙ conceptus est falsus & diminutus: & simile iudicium facit circa rem. Et sic ex collatione vtriusq;, scilicet rei & conceptus: secundum huiusmodi conformitatem concipitur veritas in abstractione quæ est forma vtriusq; verorum inquantum vera sunt: & hoc non nisi intellectu complexo quo vnum comparatur alteri secundum correspondentiam & conformitatem, dicente intelligentia quoniam hoc est conforme illi: & econuerso (q̃d tñ venatũ est ex illo intellectu cõplexo collatiuo) cõcipit̃ itellectus incomplexus. s. conformitatis, quæ est inter illa extrema collationis. Quemadmodũ eñ com

Margin: P — Respõsio. (beside "Et ẽ dicendũ simpliciter")
Margin: Q (beside "an contingit aliquid scire")

parans hoc album illi albo:& ecōuerso:& cōcipiens quoniā hoc est conforme & cōsimile illi: & ecō uerso: abstrahit ab vtrisq rationem similitudinis & conformitatis tanq̄ formam & quiditatem cō munem vtrisq: inquantum similia sunt:sic comparans verum qđ est in intellectu ad verum qđ est in rebus:& concipiens qm̄ hoc est conforme & cōsimile illi ī veritate:& ecōuerso:abstrahit ab vtris q rationem communis conformitatis & veritatis tanq̄ formam & quiditatem communem vtris q inquantum vera sunt & cōformia.Non dico abstractiōe logica qua abstrahitur vniuersale a pti cularibus,vt homo ab hoc homine & ab illo:sed metaphysica qua abstrahitur forma siue quiditas ab eis quorum est quiditas:vt humanitas ab hoc homine & ab illo: a quib[9] participatur.Per hunc ergo modum veritas dignius habet esse in intelligentia q̄ in essentia.Hoc tamen non conuenit eq̄ liter cuicūq veritati:neq respectu cuiuscūq intelligentię indifferenter. ℂAd cuius euidentiā sciē
R dū,q duplex ē veritas,sicut duplex res ē in q̄ fundat̄:veritas.s.creata & increata. Et creata duplex est.s.naturalis & artificialis.Intellectus autem in vniuerso non est nisi duplex.s.creatus human[9] vl' angelicus,& increatus:& non se habet aliqua illarū veritatū equaliter ad hos duos intellectus.Qđ primo inspiciendū est circa veritatem rei naturalis createę.Secūdo circa veritatē rei artificialis.Ter tio circa veritatē rei increatę.ℂCirca primū ergo sciendū:q veritas rei naturalis createę ad intelle
S ctum increatum refertur essentialiter tanq̄ ad illū a quo habet causari,& a quo essentialiter depen det i suo esse naturali:ad intellectū vero creatū quēcūq refertur accidētaliter tanq̄ ad illū a quo p eius similitudinem intellectus habet informari:& per hoc rei extra in veritate conformari: & ita a quo habet quodammodo causari,vt patebit:& a quo dependet in suo esse cognitiuo.Vnde cum se cundū pdeterminata,veritas i re dicit respectum eius ad intellectū: veritas igitur rei naturalis eēn tialem respectum siue essentialiter respectum dicit ad intellectum increatum:accidentalem aut ac cidentaliter ad intellectū creatum.Cum igit̄(vt iam conclusum est) veritas pricipalius & pfectius esse habet in intelligentia q̄ in rei essentia:essentialiter igitur veritas rei naturalis perfectius habet esse in intelligentia intellectus creati q̄ in sua essentia:& hoc secūdū modos praedeterminatos,in q
T bus supra cōcessum est veritatē dignius esse in intelligentia q̄ in rei essentia.ℂSequitur considera re de veritate artificialis quō se habeat ad intellectum increatum & creatū.Circa quā sciēdū,q ipsa ad vtrūq intellectum refertur essentialiter tanq̄ a quo habet causari:& a quo essentialiter depēdet in suo fieri:& in suo esse.Essentialē ergo respectum habet ad vtrūq:sed essentialiorē ad intellectum increatum.qm̄ artificiale secūdū naturam & formam simul habet esse in intellectu increato ratio ne diuinę essentię:quēadmodū dictū est de re naturali.Et ideo veritas artificialis rei sicut & natu ralis verius & pfectius habet esse in diuina intelligentia q̄ in propria essentia.In intellectu vero crea to artificiale non habet esse nisi secundū formā tm̄:& hoc rōne similitudinis alicuius, illius secūdū quā eam habet producere in materia extra,vt secundū Philosophum in.vii.metaphysicę,fiat simi le a simili,domus in materia a domo in mente. Quā etiā formā non habet ex se naturaliter:sed sibi formatam in generali vel in speciali ab aliquo artificiali vel ab aliqua similitudine accepta ex re na turali inquantum ars imitatur naturam.Et secundum hoc veritas rei artificialis inquantum ipsa habet fieri ab intellectu artificis,verius habet esse in eo q̄ in re ipsa est.Inquātum vero similitudo ar tis in artifice accepta est ab aliquo artificiali,verius habet esse in illo & primo,& secundario in arti
V fice,& tertio in artificiato ab ipso.ℂSequitur de veritate rei increatę quomodo se habeat ad intelli gentiam creatam & increatā. Ad itellectū qdē creatum sic se habet,q ex puris naturalibus nullus potest huiusmodi veritatem comprehendere : siue quae consistit in conformitate diuinae essentiae ad itellectum humanum:siue ad diuinum:siue ad creaturas.cū his em̄ tribus habet cōformitatem vt iā patebit.Et hoc ideo:quia vt dictū est,huiusmodi conformitas non potest comprehēdi sine col latione conformium cognitorum:& diuina essentia ex puris naturalibus a nulla creatura potest i telligi.Si vero intelligatur ab intellectu beato:licet non potest comprehendere perfecte conformita tem infinitam diuinę essentiae cū diuina intelligentia:& similiter quae est diuinae essentiae ad crea turam:quantum tamen ad id conformitatis qđ comprehēdit, quo ad hoc dignior est ratio verita tis illius vt est in intelligentia sicut obiectū cognitum in cognoscente:q̄ ī diuina essentia.qa.s.ab i telligētia cōphendit̄ vt est vtriusq cōformitas cōformiū.In diuina vero essentia nō est nisi vt habi ta ab altero eoꝝ.Et quia in intelligētia est vt iā actualiter itellecta,in diuina vero essentia vt possi bilis intelligi:& semp in pfectiori rōne veritatis est vnūqđq iquātū est sub rōne actualiter itellectī q̄ sit iquātū solū intellectū potētialiter,aliis eisdē retētis: licet sic & absolute qoqd est i deo iquātū ī ipo ē,digni[9] habet eē q̄ i creatura quocūq mō ponat̄ esse i ipa:Silīter ēt si cōsideret̄ hmōi veritas re spectu intelligētię diuinę,semp dignior rō ei[9] est vt habet eē i intelligētia q̄ i eēntia:qa in itelligētia h3 eē vt itellectū i actu: i eēntia aūt vt itellectū i potētia.Propi qđ oēs pfectę definitiōes & rectę veri

aut veritatis dantur ex ordine aliquo siue comparatione ad intellectum: ita q accipiant intellectum licet oblique in se: & hoc cum ratione manifestationis illi faciende vel adaequationis cu ipso: vel cum ratione vtriusq. s. manifestationis & adequationis. Primo modo dicit q verum est declaratiuu esse, scilicet apud intellectum, secundum Hila. vel natum facere de se veram aestimationem secundum Auicen. Secudo modo dicitur adequatio rei & intellectus, secundum Isaac. Tertio modo dicitur rectitudo sola mente perceptibilis, secudum Ansel. Vnde qd dicit August. q veritas est id qd res est: non est nisi definitio materialis, per id. s. super qd veritas fundatur. vnde corrigẽs defi nitionem dicit. Cui saltem manifestum est falsitatem ee qua res id putatur esse qd no est, itelligat veritatem esse qua ostenditur id esse quod est.

¶ Per hec patet responsio ad illud qd arguebatur primo: q esse in intelligentia est esse cognitiuum & ronis non verum, quale est esse nature qd est in rei essentia. Dicedu q licet non sit in intelligentia vera & perfecta ratio entitatis: sed in re extra: quia Philosophus in. vii. meta. esse rei in anima vocat esse eius diminutum: esse vero rei extra vocat esse verum: est tn in ea pfecta ratio veritatis: quia in actu cognitiuo est motus rei in intelligentia secundum rationem veri: qui pficitur in intelligentia vt in suo termino: queadmodum ratio grauis perficit deorsum, ad qd inclinat motus grauis: & similiter ratio boni perficit in re extra, in quam terminat motus in actu affectiuo. Non em vniformiter sese cosequunt ratio entitatis & veritatis: queadmodum neq ratio bonitatis & veritatis. Qd bene notauit Philosophus cum dixit in eode: q verum & falsum no sunt in rebus sicut bonum & malum: sed in cognitione. Bonum enim no habet perfectam ratione boni nisi in rebus: in intelligentia vero non nisi diminutu: queadmodum neq esse: veru aut ecouerso. Et qd assumitur in argumento q dispositio vniuscuiusq i esse &c. Dicedu q illud dictu Phi, Dispositio vniuscuiusq i ee, est sua dispositio in veritate: debet verificari quia quanto aliquid est pfecti[9] in ee: & in veritate: & ecouerso. sed no sequit ex hoc, q vbi res habet pfectu[9] ee, ibi habet pfecti[9] veritate. Immo est fallacia figurae dictionis, comutado qd in vbi, sicut patet. ¶ Ad secundu q veritas q est in intelligentia causatur a veritate quae est in rei essentia: Dicendum q hoc non est veru de veritate quae est in diuina intelligentia respectu creaturae. ipsa em veritas q est in rei essentia ta naturalis q artificialis, causatur ab illa quae est i diuina intelligentia. Veritas enim creaturae consistit in conformitate & adequatione quadam secundum gradum pfectionis & nature sue ad id perfectionis qd ei respodet in diuina essentia tanq in suo exemplari primo: queadmodu veritas imaginis i speculo consistit in conformitate quadam ad suum ptotypu. Nec similiter habet veritate de veritate quae est in intelligentia creature respectu rei artificialis quo ad forma artificii. Respectu vero rei naturalis aut diuine essent ç: licet veritas in intelligentia causet a veritate que est in ipsa essentia, qa tn pfectiori mo habet ee in intelligetia q in essentia: qa scdm actuale apphesione in intelligetia, scdm potetiale solu in ipsa essentia: scdm hoc quodamo pfecti[9] habet ee in intelligetia, vt supra dictu est. Et quod assumit, q vnuqdq pfectius habet esse in ca q in causato: veru est qn secudu eunde modu habet esse in vtroq. Quoad hoc tn q veritas in intelligetia increata respectu intelligibilis increati: & in intelligentia creata respectu rei naturalis create vel increate vel artificialis, maxime quo ad materia, ca habet aliquo mo a veritate existete i essentia rei itellecte: bn veru est q veri[9] habet ee in rei essentia q in ipsa intelligetia. ¶ Ad tertiu, q no est in deo nisi vna veritas fundata in essentia &c. Dicedu q veru est: tn ista eadem dicimus ee verius in intelligetia q in essentia: qa in itelligentia e actu itellecta: in essentia aut in potetia intellecta solumo, vt dictu est supra. ¶ Ratio scda ad oppositu. s. q adeqtio in q cosistit veritas, e in itellectu: qa ipe adequat rei: no ecouerso: ergo & veritas &c. sophistica est. Qm adequatio vno mo est coequatis actio & coequati passio. Alio aut mo est corregulatio & correspodetia inter coequans & coeqtu. Ideo dicedu ad rone: q sup coequatione primo mo dicta no fundat veritas: qa tuc no eet in deo vllo mo: sed fundat sup ea scdo mo. Et prio mo est coeqtio in itellectu creato, qn veritas in ipo causat a re extra. Scdo mo est coequatio in ipso ex seipo ex collatione vtriusq verorum pcepta ab intellectu: no qa illa coequatio sit ipa veritas: sed fundat in ipa. Dicit em coeqtio pcise ex hoc q vnu veror alteri correspodet. Veritas autem est in ipsa coequatione, qua manifestatiua est apud intellectum q sit talis.

Margin: X. Ad pri. princip. — Y Ad scdm. — Z Ad tertiu & Ad oppo.

Irca sextu arguitur q falsitas sit in deo Primo sic. sicut veritas ponit acceptionem rei adaequatam, sic falsitas acceptione rei non adaequatam. sed in deo est acceptio de creaturis non adaequata. Non enim adaequatum in creaturis adequat artem in deo. ergo &c. ¶ Scdo sic. conceptio vniformis de eo qd est & qd no est, vera ee no pot: qa cotrarior oppones necessario sut cotrarie: q n possut sil ee vere, sm Phm scdo Peri her. Io neq acceptioes coceptionu. qa ols oppo coceptio q

Margin: A Quest. vi. Arg. 1

dam est:& quo ad hoc eadem est ratio in vna acceptione & in omni.Deus autem habet conceptionem vniformē de eo quod est & qđ non est.dicente Apostolo.Vocat ea quę non sunt tanq̄ ea quæ sunt.Sua autem vocatio non est nisi sua conceptio:quia ipse dixit & facta sunt.ergo &c.

In opposi. ¶In contrarium est.qm̄ deus non solum est verus:sed est ipsa veritas.Nunc autem q̄q̄ verum compatitur ꝙ aliquando fiat falsum,vt album potest esse aliquando nigrum:veritas tamen nunq̄ compatit̃ secū falsitatem,vt albedo non compatit̃ secum in essentia sua nigredinem.ergo &c.

B Responsio ¶Dicendum ad hoc:ꝙ cum secundum prædicta diuina veritas summa est & maxima & in fine veritatis,oportet ꝙ sit immunis ab omni falsitate & actuali & potentiali: & hoc vt in ipsa nulla omnino sit falsitas nec vt in re:nec vt in cognitione.Et vt expressius videamus quomodo hoc habet esse in deo creatore iuxta ea quæ videmus vera & falsa esse in creaturis: Sciendū ꝙ veritas & falsitas in creaturis hn̄t eē in aliquo dupliciter:aut vt in re existente:aut vt ī intellectu cognoscente.Primo modo.vt in vnoquoq; ente tātū est de ratione veritatis quātum & de ratiōe entitatis:quia vnūquodq; sicut se habet ad esse:& ad veritatē. Et hoc modo vt in re,quædam veritas est in ipso intellectu,inquātū res & natura q̄dā est:sicut ē in aliis rebus q̄ non sunt intellectus:& vt existunt extra intellectum,vt expositum est supra.Et secūdū hoc in nulla re est inuenire falsitatem:licet veritas maior sit in vna re q̄ in alia secūdum ꝙ in ipsa est perfectior gradus entitatis. Ex hoc enim non dicitur aliquid falsum ꝙ non cōsequit̃ perfectionem illam quam non est natū consequi secūdum suam naturam,vt non dicitur esse falsitas in plūbo:quia non cōsequit̃ gradū nobilitatis quæ est in auro. Neq; similiter aliquid dr̃ eē falsum:quia nondū cōsequit̃ omnē pfectionem quā natū est consequi in sua natura:quēadmodū non dicit̃ albedo remissa,falsa albedo:ex eo.s. ꝙ non habet perfectam albedinis intentionem.Vnde etsi in rebus creatis aliquo modo dicatur esse falsitas,illa non oritur ex ipsis rebus quantum ex se est,quasi ex se fallentibus ex eo ꝙ res sunt:cū ex se nihil aliud ostendunt q̄cūq; res q̄ suam speciē quā ꝑ suę pulchritudinis gradu acciperēt: quēadmodū visus corporis non dicitur esse falsus remū ꝑ parte submersum in aqua apphendens curuum:sed dr̃ falsa assertio mentis sequens oculorū apparentiam.Tali eñ causa existente non debent oculi aliter nūciare:& sic iniustū est ab oculis exigere plus q̄ possūt.Vñ quicquid videre possunt oculi: verum vident. secundum Augustinum in libro de Acad.Sed omnis falsitas quæ potest dici in rebus,illa non accidit nisi quia ad imitationē alicuius rei alterius se habet q̄ nō est ipsa:sed per imitationem simulat se esse illam. Et sicut veritas est in re quacūq; eo ꝙ ipsa est declaratiua ei⁹ esse qđ habet:sic & falsitas est in re,eo ꝙ ipsa ī se ē simulatiua ei⁹ esse qđ in se non habet.Et fundatur ista falsitas in re vna in comparatione ad aliam rem:& hoc super id quod in ipsa est veritas in se & absolute.Vnde secundum August.in sol.falsus equus nō esset falsus equus nisi esset vera pictura.Et accidit quoddam mirabile,qđ tamen ita se habere nemo ambigit:omnia.s.hęc quę falsa dicunt̃,esse in quibusdā vera , vnde in quibusdam sunt falsa:& ad suum verum hoc solum eis prodesse ꝙ ad aliud sunt falsa. Nunq̄ (inquit) esset vera hominis imago, si non esset falsus homo.Et secundum hoc omne qđ se habet per rationem imitationis ad aliud:& ipsum in identitatem essentiæ non cōsequitur:secundum hunc modum cum eo ꝙ habet in se rationem veritatis vno modo : alio modo rationem falsitatis quodammodo habet in se.Et sic etiam omnis creatura inquantum se habet per imitationem ad deum,cuius naturę & essentiæ non est,cum eo ꝙ habet rationem veritatis in eo ꝙ est vera dei similitudo,etiā habet rationē falsitatis in eo ꝙ deficit ab eius natura. Et secundū

C hoc species rei in intellectu inquātum est rei similitudo,vera est:falsa est tñ inquantū non ē eius naturę.& per hanc similitudinem,vt ipsa habet esse in intellectu non sicut in cognoscente:sed vt accidens in subiecto:intellect⁹ iste est quemadmodum tabula depicta in ipsa q̄ est similitudo rei. Et est secundum hoc quodammodo verus veritate rei extra: & quodāmodo falsus. Vnde in diuinis solummodo inest similitudo q̄ veritas est,absq; omni falsitate.vt est fili⁹ similitudo & veritas eadē perfecta quæ est pater.dicēte August.de vera rel. Veritas quæ implere potuit vnū est, summa est similitudo principii sine vlla dissimilitudine:&.xv.de tri.ca.ix.Tanq̄ seipsum dicens pater genuit verbum sibi ęquale per omnia: vbi summe agnoscitur est est, non non. Et ideo verbum hoc veritas est:quia quicquid est in ea scientia de qua est genitum , etiam in ipso est: & falsum habere hoc verbum nunq̄ potest : quia immutabiliter sic se habet vt se habet de quo est . Loquendo ergo de falsitate quæ habet esse in aliquo vt in re existente , Sciendum ꝙ in deo nullo modo omnino habet esse:neq; secundum actum , neq; secundum potentiam.Non secundum actum: quia vt dicit Augustinus in soliloquiis exponendo quid sit falsum in rebus, video tentatis omnibus rebus quātum potuimus non remansisse quod falsum in re dicatur , nisi quod se fingit esse quod non est: aut omnino esse tendit quod non est . De quo subdit exemplum dicens . An non tibi videtur

imago tua de speculo quasi tu ipse velle esse: sed ideo falsa esse q non est: scilicet id qd tu es. Diuina aut res vel essentia nullo mo fingit ee qd no est, quia qd tale est, necessario deficit ab eo qd imitatur in eo scdm qd imitat. In quo quidem veritas imitati cosistit, a qua deficit imitans. dicete August. in eodem. Quicquid falsum dicimus, non recte dicimus nisi habeat veri alicuius imitationem. Diuina aut essentia a nullo deficit: aut deficere potest: nec aliquid extra se imitatur aut imitari potest: quia est primum entium, vt habitum est supra: & perfecti⁹ habet in se naturaliter sub esse eminentiori, quicquid est vel fieri potest in rebus extra, q ipsae habeant vel habere possint in seipsis: quia quod factum est in ipso vita erat. Ioan. i. Vniuersaliter enim receptum est in recipiente p modum recipientis: non autem per modum recepti. Vnde qd recipitur in natura inferiori, nobilius es se habet in seipso q in illa: qd autem in natura superiori, econuerso. Secundum q de primo dicit August. ix. de tri. cap. xi. Cum deu nouim⁹ q̄uis meliores efficiamur q eram⁹ anteq nosceremus: maxime q cum ea notitia verbum est, fitq aliqua dei similitudo: illa tamen notitia inferior est: qa in inferiore natura est. Creatura quippe aius: Deus aut creator est. De secundo aut dicit lib. eodem cap. iiii. Notitia si minor est q est illud qd noscit & plene nosci potest, perfecta non est. Si aute maior est: iam superior est natura quae nouit q illa que nota est: sicut maior est notitia corporis q ipm corpus qd ea notitia notum est. Illa enim vita quaedam est in ratione cognoscentis: corpus aute in se non est vita: & vita qualibet corpore quolibet maior est non mole sed vi. Qd intellige specialiter de cognoscente increato. de quo super dictum verbum Ioan. primo dicit August. in originali Qd in se non est vita: in ipso est vita: & ideo ipm omnia alia imitantur: & deficiunt ab eius imitatione. Et in hoc quodammodo non sunt vera: sed falsa omnia entia creata in natura sua & essentia: ita q sola diuina veritas pura sit & liquida veritas: in qua etiam nec secundum potentiam potest esse falsitas: quia omnino intransmutabilis est a statu naturae in quo est, vt habitu est supra. Nihil aut est in potentia ad aliquid nisi transmutabile sit ad illud. Et ideo diuina veritas non solum est pura veritas nihil habes falsitatis admixtum: sed etia est solida veritas a veritate sua cadere non valens. In deo ergo vt in re & in natura siue in essentia, aliqua falsitas nec est: nec esse potest: similiter neq vt in cognoscente: eo q sua cognitio solum est suiipsius quae equatur cognito. Ille enim se & tatu & talem cognoscit esse, quis, quantus, & qualis est. Propter qd sicut nec est nec esse potest falsitas omnino in eius essentia, vt dictum est: similiter nec in eius de seipso notitia: & sicut non de seipso: sic nec de aliis: quia non cognoscit alia nisi per seipsum & in seipso, vt infra declarabitur. In ipso autem omnino intransmutabilia inuariabilia sunt & necessaria quantumcunq in seipsis variabilia sunt transmutabilia & contingentia: & sic contingentium & transmutabilium habet notitiam necessariam & intransmutabilem, vt infra patebit. Nulla igitur falsitas est in deo, propter qd vere dictum est q deus lux est, & tenebre in eo non sunt vlle. D

¶ Ad primum in oppositum q notitia dei de rebus, non equatur cognitis: Dicendum q duplex est notitia: quaedam causata a rebus: quaedam vero causans res. In creaturis rationalibus maxime in homine causata est a rebus, vt ipsae res sint mensura notitiae eius: qa ex hoc intellectus est verus quia sic est in re vt eam concipit: & non econuerso. Vnde multum errabant illi contra quos disputat Philosophus quarto metaphysicae, qui ponebant res in veritate sequi estimationem nostra: quasi veritas itellectus creati esset causa veritatis rerum. Dico naturalium: qua capit intellectus speculatiuus a rebus. Moralium enim & artificialium causa est notitia intellectus practici: ita q veritas intellectus est ca veritatis rei: & mesura eius. In deo aut notitia ca est reru: & veritas i ipa, veritatis in rebus & mesura eius: sicut ars artificiatorum. Propter qd vnuqdq entiu intantum falsum est in esse, inquantu arti & exemplari illi non concordat nec conforme est ad qua facta est. vt sic talis sit comparatio itellectus diuini ad omnes res, qualis rerum est naturalium ad intellectum humanum: quo ad hoc scilicet q veritas in itellectu diuino est causa veritatis rerum: & veritas reru ca est veritatis nostri itellectus, vt dictu e supra. Nuc aut ita est secudu pdeterminata: q veritas in qda adequatione cosistit: q etsi sit relatio, cu tn est iter itellectu & re creata, p actu adequadi pcedit i esse. Intellectui em diuino quodamo adaequant res: & illis itellect⁹ creat⁹. Huiusmodi ergo adequatio cum sit quaedam relatio per actum adaequandi causata in creaturis: & ee relationis non solum dependet ab eo in quo est: sed etiam ab illo ad qd est: potest ergo causari defect⁹ hmoi adequationis vel ex parte intellectus, vel ex parte rei: quéadmodum & ipsa relatio quadoq fit de nouo in aliquo subiecto ad mutationem ipsi⁹, subiecti vel ad mutationem i eo ad qd est sine omni sui mutatione. Et est regula q cum relatio causatur per transmutationem inter causam & causatum, q illa trasmutatio est in causato non in causa. & p hoc relatio illa procedit ab eo quod est catu in ca: & no ecouerso. Cu igit veritas rei & itellect⁹ se hut sicut ca & causatu, dicta adeqtio E Ad pri. princi. F

nunq̃ causatur per se ab eo qđ est causa alterius:sed ab eo qđ est causatum . & ideo falsitas annexa dicto defectui,non est secundum rem in eo qđ est causa,sed tm̃modo in eo quod est causatum. Verbi gratia:defectus adęquationis ad rem in intellectu humano,causat ab ipso intellectu aliter concipiente ab ipsa re q̃ existit in re . Et ideo falsitas annexa hmôi inæquationi in itellectu humano est secundum rem:nõ autem in re ipsa nisi secũdũ ratioñe:ita q intellectus noster semper verus ẽ cũ enũciamus & concipimus sicut est in re,& falsus cum modo contrario. Vnde dicit August.in sol. Intelligo multũ interesse inter illa q̃ dicimus,& inter illa de qb⁹ dicimus aliquid.Et intelligit q ea de quibus dicimus sunt res extra:ea vero quæ dicimus sunt conceptus mẽtis. Vnde & subdit differentiam quo ad hoc dicens.Quis enim lapidẽ falsum argentum dicens nõ iure rideatur? quasi dicat,re vera irridendus est:quia non falsum est argentum:eo q nullo modo prętendit imitationẽ veri argenti:sicut falsum plumbum vel stannum.& sic simpliciter hmôi intellectus falsus est:& tamẽ etiã falsus est intellectus dicentis q est verum argentũ:qm̃ neq verum argentum est neq falsum

G Vnde subdit. Tamẽ si quisq̃ lapidem argentum esse dicat:dicimus falsum eum dicere.i.falsam sententiam pferre.Stannum autẽ vel plumbum non absurde(vt opinor) falsum argentũ vocam⁹:eo q illud ipsa res velut imitat:nec ex eo falsa est nostra sententia:sed illud ipsum de quo enunciatur. Defectus autem adęquationis ad rem extra in intellectu diuino nunq̃ causat ab ipso intellectu aliter concipiente q̃ existit in re:quia nec a re aliqd accipit:sed in seipso & ex seipõ intelligit oĩa. Vnde semper intelligit de re quod est perfectionis naturæ eius in se, eminentiori tñ modo q̃ habeat eẽ in ipsa re,quãtũcũq res ipsa deficiat ab illo.Et ideo semper est adęquatio diuini intellectus quãtũ in se est,ad illa:licet non econuerso.Propter qđ falsitas annexa hmôi inęquationi,in re ipa est:nullo autem mõ in intellectu diuino:& intãtũ in re est falsitas,inquantum deficit:& veritas,inquantum aliquãtulum attingit.Qq̃ ergo acceptio diuinæ cognitiõis de creaturis nõ est adęquata ipsis creaturis:hoc tamen nullam ponit falsitatem in deo,neq etiam cognitionis suę imperfectionẽ:sed summam perfectionem.Et hoc ideo maxime:quia deus non cognoscit creaturas nisi cognoscendo perfectiones suæ essentiæ:neq per aliud aliquid nisi per illas & in illis:inquantum sunt rationes ideales creaturarum in sapientia dei existentes.dicẽte August.xv.de trini.ca.ix.Nunquid deus ea quę scit aliunde didicit?non vtiq. ad oĩa quippe scienda quæ scit sufficit sibi sua perfectio.quæ ęqua ẽ diuinæ acceptioni siue cognitioni: in quorum adęquatione consistit perfecta ratio veritatis,vt dictum est:& iam in parte dicetur. Vñ econtrario inęquatio intellectus creati ad intellectũ,min⁹ cõcipiendo de re intellecta per cognitionem q̃ sit cognoscibilis,p tanto imperfecta est:& similiter falsa:dũ tñ simulet se eẽ id qđ perfectum est:quẽadmodũ hmôi simulatio requiritur ad falsitatem reH pertam in rebus,vt infra dicet.¶Ad secundum q deus vniformem habet cõceptionẽ de eo qđ est

Ad scdm. & de eo qđ non est:quia vocat ea q̃ nõ sunt tanq̃ ea q̃ sunt:Dicendum q vocare dei est aliquid spirituali cognitione voce spiritualis notitiæ in mente dicere. Sed hoc contingit dupliciter:vel intellectu componente & diuidente:vel simplici.Primo mõ non contingit vocare ea quę non sunt tanq̃ ea q̃ sunt.i.de eis affirmando vel negãdo,vt procedit obiectio:nec sic intelligitur dictum Apost. Roma.4.quia nec in deo est intellectus componẽs & diuidens:sed solum simplicium intelligentia qua suam essentiam solum per se cognoscit:& per illam & in illa vna simplici intelligentia omnium essentias simplices & simplicium etiam complexiones,vt infra videbit. Secũdo autẽ modo verum est deũ vocare ea q̃ non sunt tanq̃ ea quæ sunt:quia vt ibi dicit Glos.ea q̃ futura sunt in rerũ existentia,iam apud deum sunt pręsentia in eius essentia.Apud deum quippe iã factũ est:quod in eius dispositione futurum est. Vnde alibi dicit.Qui fecit quæ futura sunt. Vñ & dicit August.4. de tri.Ibi nec fuerũt nec futura sunt:sed tm̃mõ sunt,& oĩa vita sunt,& oĩa vnũ sunt.&.xv.de tri. Vniuersas creaturas non quia sunt ideo nouit : sed ideo sunt quia nouit.Non aliter scit creata q̃ creanda . Non enim eius sapientię aliquid accrescit ex eis:sed illis existentibus sicut oportet & qñ oportet illa manet vt est: & non aliter anteq̃ crearentur & postq̃ creata sunt ei nota sunt.& Ambro.de trini.Ea quę sunt futura,præsentia sunt ei cui pręcognita sunt oĩa. Vẽtura pro factis sunt. & non solum quęcũq ventura sunt:sed & quæcunq ventura non sunt:quæ in natura & essentia nata sunt esse aliquid & effectus dei,vt infra videbitur loquendo de ideis.Non enim est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Oĩa autem nuda & aperta sunt oculis eius.Heb.4.Et isto modo vere omnia bene contigit intelligere:qa sine affirmatione & negatione.Sed in simplici intelligẽtia eius qđ quid est,vocat ea quę non sunt tanq̃ ea quæ sunt.Comprehensio enim quiditatis & essentiæ creaturarum non dependet ab esse vel non esse rei multo minus in deo q̃ in creaturis:vt alibi declaratum est,& dictum est sæpius supra.

Art.XXXV.de potentia dei.

Iſo quomodo debet poni in deo ratio intelligibilis tanq̄ ob I
iecti cognitiõis intellectiuæ: ſequitur quomodo debet poni in eo ratio Articulus
intellectus tanq̄ potentię qua agit ſuam operationem intellectiuam.Et XXXV.
occaſione eius q̄ intellectus eſt in deo quaſi potentia quędã, circa hoc
quęrenda ſunt duo.Vnũ de potẽtia in generali. Aliud vero in ſpecia-
li de potentia quæ eſt intellectus. Et circa primum iſtorum quærenda
ſunt octo.

Primum:vtrum in deo ſit potentia aliqua.
Secundum:vtrum in deo ſit aliqua potentia paſſiua.
Tertium:vtrum ſit vna tñ an plures.
Quartum:vtrum in deo ſit potentia actiua.
Quintum:vtrum ſit vna an plures.
Sextum:vtrum potentia dei actiua ſit infinita.
Septimum:vtrum ſit differens a ſubſtantia & etiam ab actu.
Octauum:vtrum dicat quid,an ad aliquid.

Irca primũ arguitur q̄ in deo non ſit aliqua potentia Primo ſic.potentia & actꝰ K
ſecundum Philoſophum.ix.meta.ſunt cõtraria.Nũc aũt in contrariis ita eſt q̄ i Queſt.I.
quo ineſt vnũ contrariorum naturaliter vt igni calidũ, nõ ineſt reliquũ neq; po Arg.1.
teſt ineſſe:vt igni nõ poteſt ineſſe frigidũ,ſicut dicit Phus in p̄dicamentis.Sed in
deo naturaliter ineſt q̄ ſit actus purus omnino non admixtus.potẽtialiter enim
nõ eſſet oĩno ſimplex,vt habitũ ẽ ſupra.ergo &c.¶Scđo ſic.ſicut ſe habet primũ 2
& ſumme ens in potẽtia ad actũ,ſic ſe habet primũ & ſũme ens actu ad potẽtiã,
ſed ens primũ & ſũme in potẽtia cuiuſmodi eſt p̄ria materia,ex ſua natura i ſe cõſiderata nullũ oĩ
no i ſe habet actũ,vt debet oſtẽdi loquẽdo de p̄ria materia.ergo primũ & ſũme ens i actu:cuiuſmo
di eſt deus,vt habitum eſt ſupra:ex ſua natura in ſe nullam omnino habet potentiam.¶Tertio ſic 3
Philoſophus vult.viii.metaphy.q̄ potentia nobili,nobilior eſt actus.Multo fortius ergo & potẽtia
ignobili.ſed ſolum id quod eſt nobilius in rebus deo attribuendum eſt,vt habitum eſt ſupra.ergo
&c.¶Quarto ſic.Philoſophus etiã ibidẽ.In eodem numero ſemper potentia præcedit actũ. Deꝰ eſt 4
vnus & idem numero,vt habitum eſt ſupra.Si ergo potẽtia ẽ in ipſo,præcedit actũ.Sed actus eiꝰ
in quo omnes diuini actus fundantˀ eſt eſſe.aliquid ergo in deo vt potentia præcederet eſſe.hoc au
tem eſt impoſſibile:quia eſſe in quolibet eſt intentio prima & primus conceptus,vt habitum ẽ ſu
pra.ergo &c.¶Quinto ſic.Phus dicit.viii.meta.Nullum æternorũ eſt in potentia.vbi dicit Com- 5
men.Potentia enĩ non eſt niſi in generabilibꝰ & corruptibilibꝰ.Deus aũt eſt ſumme ęternus, & iõ
ingenerabilis & incorruptibilis,vt habitũ eſt ſupra.ergo &c. ¶Cõtra Iob.xxxv. Deus potẽtes non In opposi.
abiicit,cum & ipſe potẽs ſit.& Eccle.iii.Magna eſt potentia dei ſolius.Sed non ẽ potẽtia alicuius ne
q; aliquis eſt potens,niſi in eo ſit potentia.ergo &c.

¶Secundum q̄ ſupra determinatum eſt circa modũ cognoſcẽdi deum:& ea quæ L
cognoſcẽda ſunt circa ipſum:in cognoſcẽdo deum & alia circa ipſum quæ ei ſunt attribuẽda, ma Reſol.q.
xime oportet p̄cedere via remotionis:q̄a etiã via cauſalitatis & eminẽtiæ fundatˀ ſupra viã remo-
tiõis.Remouẽdo enĩ a deo omne qđ cauſatũ eſt ab eo i creaturis,ſub rõne illa q̄ eſt i creaturis pro
pter eiꝰ iperfectionẽ:ecõtrario tanq̄ cauſæ & ſupeminẽti attribuitˀ q̄cq̄d p̄fectionis inuenitˀ i eis,ſed
modo ſupeminentiori,vt ſupra determinatũ eſt. Via igitˀ remotionis a deo eius qđ eſt oppoſitũ po
tẽtię,oportet videre quõ neceſſe habemꝰ ponere q̄ i deo ſit potẽtia.Eſt igitˀ ſciẽdũ q̄ potẽtię priua M
tiue opponitˀ ĩpotẽtia ſiue carẽtia potẽtię:cõtradictorie vero nõ potẽtia,ſiue negatio potẽtię.Impo
tẽtiã aũt ſiue priuationẽ aut carẽtiã alicuiꝰ potẽtię ĩpoſſibile ẽ ponere i deo:q̄a priuatio & carẽtia
nõ ẽ niſi eiꝰ qđ natũ ẽ habere:& nõ habitũ p̄ tp̄e p̄ quo natũ eſt habere.ſcđm Phm i p̄dicamẽtis:&
in.v.&.ix.met.qđ eſt magnę iperfectiõis:& iõ nihil priuatiue ponẽdũ ẽ deo ieſſe. Vñ nec ifinitꝰ po
terit dici priuatiue, vt ĩfra videbitˀ. Aut ergo oportebit nos ponere potẽtiã aliquã deo ieſſe:aut q̄
potẽtia oĩno nõ ẽ nata eſſe i deo:ſicut nec ĩpotẽtia:veluti lapidi neq; viſio nata ẽ ieſſe neq; cęcitas;
& q̄ ſic negatio potẽtię ſimpliciter vere deo attribuatˀ:vt ſicut lapis dr̄ nõ vidẽs,Deus dicatˀ nõ po
tens.Etenĩ licet nõ de quolibet priuatio vel habitus:ſed ſolũ de p̄prio ſubiecto p̄ tempore in quo al
terum eorũ natũ eſt ineſſe: de quolibet tñ ſiue enti ſiue nõ enti:affirmatio ſiue negatio cuiuſcũq;
& nõ ſimul de eodẽ.Deꝰ ergo ſi nõ dicẽdus ẽ eſſe potẽs habẽdo in ſe potẽtiã,vere dicẽdus eſt eẽ nõ N

potens,negando ab eo oēm rationem potentię.qđ oīno absurdū est & inconueniens dicere,ac contra rationē.Qđ declarari habet ex diuinis actibus,tā ex illis qui sunt vt forma & habitus q̄ ex illis qui sunt vt agere & operari.His em̄ modis dicitur actus,vt habitum est supra. quoniā potentię cognoscuntur per actus, secundū Philosophū secundo de anima. & vt dicit Cōmen.super.ix. Meta. possibile non intelligit̄ nisi respectu actus:qm̄ actus & potētia sunt relatiua. Si em̄ deus est sapiēs, bon⁹,et ille sapit & si itelligit,generat & generat̄,& cętera hmōi,q̄ in ipso sunt,vel q̄ in seipso vel extra se agit:& nullā oīno habet in se potentiam:tunc est bonus & sapiens non habendo potentiā vt sit talis,& similiter intelligit nō habendo potētiam vt intelligat,& sic de cęteris hmōi. qđ oīno est impossibile:qm̄ vt dicit Philos.ix.Meta. qui dicit ꝙ illud qđ non habet potentiā vt sit, est aut erit mentit̄:qm̄ non habere potentiā significat hoc.i.secundū Cōmē.cū dicimus aliqđ nō habere potētiam,intendimus hoc.s.nō habere potentiā ad esse.& iterū ibidem dicit Philos.Nihil erit ad qđ nō potest:et si moueat̄ aut mouebit,aut erigat̄ aut eriget aliud,aut est aut erit,aut nō est aut nō erit. vbi dicit Cōmen.i.illud qđ non habet potentiā ad aliquid,non disponet̄ ꝑ id ad qđ non potest.verbi gratia,in ꝑdicamēto actionis:qm̄ qđ nō potest ambulare, impossibile est ꝙ in aliqua hora ambulet:& oē qđ est aliquid,potest ad illud.

O Respōsio. ¶Quia igit̄ deo simpliciter attribuunt̄ act⁹ huiusmodi.s.cē sapere,intelligere,& cęteri qui sunt tanq̄ dispositiones diuinę substantię,secundū ꝙ habitum est supra,& infra amplius dicet̄:necesse est ponere respectu omniū eorū potentiam in deo.Et ideo absolute dicendū ꝙ in deo est potentia.qđ claret nobis ex hoc ꝙ multa agit.Non em̄ agit nisi qđ potens est agere:nam qđ non potest agere,impossibile est agere: & qđ impossibile est agere, necesse est nō agere,& similiter de intelligere & intelligi,generare & generari.& de cęteris huiusmodi.

P Ad pri. principale ¶Ad primū in oppositū ꝙ potentia & actus sunt cōtraria:& esse actū naturaliter deo cōuenit:dicendum ꝙ duplex est potētia.quedā distincta re vel intentione ab ipso actu,quędā vero ratione solum.Potentia primo modo est in creaturis solū:in qua est duo cōsiderare, habilitatē.s.ad actū,& etiā imperfectionē secūdū quā deficit ab actu & in qua nata est perfici per actū.iuxta illud qđ dicit Phs in.ix.Meta.Est aūt act⁹existere rē nō ita sicut dicim⁹ potestate.vbi dicit Antiq. trāsl.Qđ est in actu,est vt sit res non in dispositione qua dicit̄ esse in potentia. & hoc cōmune est tā potentię actiuę q̄ passiuę.Quo ad primū potentia dicitur relatiue ad actū:quo ad secundū, priuatiue,propter priuationem potentię annexam,& ita quodāmodo contrarie extendendo nomen cōtrarietatis ad priuatiua.Et ideo si talis potentia debeat deduci ad actū,oportet ꝙ sit per aliquā trāsmutationē qua id qđ imperfectū est in ea,ad perfectionē actus deducatur siue perfectiōe formę q̄ dicit̄ actus respectu potētię passiuę,siue perfectione actiōis siue operationis q̄ dicit̄ actus respectu potētię actiuę.Vnde de potentia passiua & suo actu dicit Phs.ix.Meta. Nō est homo illud in potētia ex quo est,sed res qn̄ perficit̄ sua generatio & non fuit tale:& definitio ei⁹ qđ in actu secūdū perfectionē:ex illo est qđ est in potētia.Idē in eodem.Quia materia est in potentia,non est impossibile vt veniat ad formā:& cū fuerit in actu tūc erit in forma.vbi dicit Cōmē.Materia dū est in potētia nō est pfecta p formā:& cū puenerit ad actū,tunc perficit̄ per formam. In isto aūt actu quo perficit̄ potentia passiua,fundat̄ potētia actiua q̄ perficit̄ per actū qui est agere siue operari. Est em̄ primus actus sicut habitus & sciētia:secūdus vero sicut cōsiderare ex habitu.De quo & perfectione potentię suę p ipm̄,statim subdit Phs dicēs.Queadmodū quādo docentes faciunt addiscentē agētem vident ꝙ iam venit ad perfectionē,similiter est de natura.Etiā(vt dicit Cōmen.) anima nō proprie disponit̄ p scientiā,nisi qn̄ fuerit sciens in actu,& maxime qn̄ fuerit in sui vltima pfectione.s.qn̄ vtitur sciētia.Quia igit̄ i deo nulla potest cadere trāsmutatio aut imperfectio,vt habitū est supra: potētia isto modo,quę.s.re vel intentione potest distare ab actu,nullo modo pōt esse in deo.vt infra videbit̄ amplius.Potentia vero secūdo modo est illa q̄ est in deo:a qua vt est in deo amouet̄ oīs ratio imperfectionis ꝑ quā cōtrariari habet ad actū manēte solo respectu ad actū differēte etiā sola ratione ab ipō:& in idē re coincidit cū actu,vt ifra dicet̄.& sic cū hoc ꝙ est prim⁹ actus,sine oī repugnātia contrarietatis potest ei simul inesse potentia, vt infra declarabitur clarius.

Q Ad scđm. ¶Ad secundum ꝙ ens summe in potētia de se nullū habet actū,ergo ens summe in actu nullā habet in se potentiā:dicendū ꝙ verū est de potentia q̄ perficit̄ per formā,& re vel intentione differt ab actu: qualis est oīs potentia in creaturis.Deus em̄ quia non est nisi esse,& ita perfectio summa in forma & agere, nullam oīno potest in se habere potētiā perfectibilem per actū.ꝑpter qđ necessario pręcedit omne illud qđ habet aliquā potentiā perfectibilem per actū,vt generabilia quæ sunt in potētia ad formam,& corpora coelestia.quę secundū Philosophū nō sunt in potentia nisi ad sitū & ad qualitatē illuminationis.secundū ꝙ dicit Cōmē.ix.Meta.Substantia & actus sunt ante potentiā. & semper præcedit tempore,ergo pręcedit actus qui est ante id qđ semper mouetur:qđ alio modo est pricipium verū

Aeterna eñ secũdũ substãtiã sunt añ illa q̃ corrũpunt̃ scd̃m substãtiã:& nihil ẽ ęternũ in potẽtia. vbi dicit Cõmen. Alludit hoc ad primũ motũ:& ad primũ motorẽ in quo nõ est potẽtia. Qd̃ intẽdebat illud qd̃ declaratũ est in physicis, ꝙ oĩa mota reducunt̃ ad primũ motorẽ:in quo nõ est potẽtia oĩno. Potẽtia eñ nõ ẽ nisi in gñabilib⁹ & corruptibilib⁹. Sed quõ hoc vltimũ habet veritatẽ: exponendum erit loquẽdo de creaturis. Et sic loquendo de tali potẽtia qualem habent materialia, Deus nullam habet in se potẽtiam:sicut materia ex se nullũ habet actũ. Loquẽdo aũt de potẽtia q̃ coincidit in idẽ re & intentione cũ actu,non est verum:quia nisi esset talis potentia non esset talis actus,vt dictũ est. ¶ Ad tertiũ ꝙ solũ nobili⁹ deo est tribuendũ:cuiusmodi est actus: Dicendũ ꝙ verũ est:sed hmõi nobilitas actus nõ excludit potentiã q̃ nõ dicit aliqd aliud re vel intẽtiõe ab actu tanq̃ perfectibile secundum rem per ipsum:sed solũ aliquid semper perfectum sub actu differens ab ipso sola ratione. Huiusmodi eñ potẽtia suo nomine dicit solum respectum quẽ actus nomine suo nõ dicit. Respectus aũt solus qcũq; sit:nihil pfectioni derogat:qa neq; simplicitati,vt infra videbit̃. R Ad tertiũ

¶ Ad quartum ꝙ in eodẽ numero semp potẽtia praecedit actum:dicẽdũ ꝙ verum est:sed diuersimode secundũ diuersitatẽ potẽtię. vbi eñ potẽtia est pfectibilis p actum,natura vel tempore praecedit actum in eodẽ:sed necesse est praecedere actu in alio:per quem illud qd̃ est in potẽtia in illo deducatur ad actum. verbi gratia:vt in homine qui est in actu,materia est ante secundum tempus: sed necesse est alium hominem in actu esse:qui generet hominem de potẽtia in actum. Similiter si aliqua creatura fuisset facta a deo ab ęterno,prius natura fuit eã possibile fieri q̃ facta:sicut natura non eẽ p̃cedit esse eius:licet non tempore,vt exponendũ est loquendo de creaturis. Vbi vero est potentia nõ pfectibilis p actum:sed omnino idẽ re & intentione cum ipso, differens ab ipso sola ratione:tunc non praecedit potentia actum nisi sola ratione, & quo ad actũ nostrum intelligendi:vt cõtingit in potentia & actu circa deũ. & quomodo hoc est,videbitur inferius. ¶ Ad quintũ patet iam ex predictis. S Ad q̃rtũ. Ad q̃ntũ.

Irca secundum arguit̃ ꝙ in deo non sit potentia passiua Primo sic. Nihil habet i se potẽtiã ad aliquã dispositionẽ quę impossibilis est ei inesse:tum quia qd̃ impossibile est esse,non possibile est esse:& necesse est non esse:tum quia frustra esset illa potentia:sicut secundum Commen. sup principium secundi metaphysicę,frustra esset aliquid factum itelligibile qd̃ a nullo intellectu posset itelligi. sed dispositio passionis ad quã ordinat̃ potentia passiua,impossibilis est deo inesse,dicente Aug. v. de tri. Intelligam⁹ deũ si possum⁹ quãtũ possum⁹ sine q̃litate bonũ. & seqtur. Sine vlla sui mutatiõe mutabilia faciẽtẽ,nihilq; patiẽtẽ. ergo &c. ¶ Scd̃o sic. Phs dicit. 5. &. ix. meta. potẽtia passiua ẽ in ipso passo pricipiũ trãsmutatiõis ab alio secũdũ ꝙ est aliud:qa vt ibi super. ix. dicit Commen. hoc eñ recipit transmutationem in se:& nihil patitur ex se. sed deus omnino ab alio transmutari non potest:quia ipse omnino est immutabilis:ergo i ipso nullo modo potest esse principiũ trãsmutationis ab alio,cuiusmõi est potentia passiua. ¶ Tertio sic. scd̃m Phm. ix. metaphy. omnes potentię habent definitionem primę potentiae & substãtię. vbi dicit Commẽ. Oĩes eñ potentiae passiuę recipiunt in definitione sua potentiam primę materię:& similiter in definitione oĩs potẽtię actiuę accipit̃ definitio primę formę que est abstracta a materia. Sicut ergo nihil habet in se potẽtiã actiuã nisi a virtute potentię actiuę primi agẽtis:neq; potentiã passiuam nisi a virtute potẽtię passiuę. s. primę materię. illa aũt nihil habet nisi habeat i se materiã:Deus aũt oĩno materia caret,vt habitum est supra. ergo &c. ¶ Quarto sic. Cum potẽtia passiua est qua res habet pati:sicut potentia actiua est qua habet agere:& non est passiua nisi respectu actiuę:nec potẽtia actiua nisi respectu actionis:Deus ergo si habet potentiã passiuã qua habet aliquid pati: aut ergo ab alio a se:aut a se. Nõ ab alio:quia semp agens est patiẽti nobili⁹:sicut forma materia,vt vult Phus. ii. de aĩa. & deo nihil potest esse nobilius. Nõ etiam a se: quia dicit Phus. ix. meta. Nihil patit̃ per se qd̃ est vnum & non aliud. vbi dicit Commen. Nihil patitur per se secundum ꝙ est vnũ si non est illic aliud ex quo transmutatur. quia si sic,esset in potentia scd̃m ꝙ est in actu. Et intendebat declarare ꝙ in simplici non est talis potentia omnino:& ꝙ illud in quo est talis potẽtia,est compositũ. De⁹ autem est vnum:& non est in eo aliud omnino simplex:& nullo modo compositum,vt habitum ẽ superius. ergo &c. ¶ Contra primo sic. vt dictum est in questio. praecedenti:nihil disponit̃ p aliquid nisi habeat potentiã ad illud. In deo cadit dispositio passionis:sicut & actionis. Ipse eñ sicut intelligit sic intelligit̃:& quantum eũ intelligimus tãtũ est itelligibilis. sed vnum eoꝶ non conuenit ei nisi per potentiam actiuam,vt infra patebit. ergo reliquum non conuenit ei nisi potentia passiua. habet eñ vnum eorum rationem passionis:sicut alterum actionis. & si sic, ergo &c. ¶ Secundo sic. in deo non solum est actio ad exterius ex tempore qua transmutat aliquid circa creaturam:sed etiam

Margin: T Quest. II. Arg. 1. — 2 — 3 — 4 — In oppo. 1. — 2

ad interius ab aeterno qua aliquid agit: licet sine transmutatione circa suã essentiam, vt infer⁹ patebit. sed cuilibet actioni inquãtũ actio est rñdet passio aliqua, q̃ sunt relatiua. Passio em̃ nõ est nisi illatio actiõis, & vnũ relatiuorũ nõ põt eẽ sine altero. Sicut ergo in deo ab îteri⁹ ẽ dispositio actiõis filii erit & passiõis. sed nõ est passio sine potẽtia passiua, sicut neq̧ actio sine potẽtia actiua. ergo &c.

V Respõsio. ¶ Dicendũ ad hoc: ꝙ de ratione potẽtię inquãtũ potẽtia, est ꝙ dicat̃ ad actũ: ita ꝙ nihil sit absolutũ, sed solus respectus fundat⁹ in re super aliquo absoluto, vt infra patebit. Qđ autẽ cõuenit alicui ex ratione naturę & essentię suę, conuenit & omni contento sub eo, inquantum habet in se huiusmodi naturã. Potentię ergo passiuę inquantũ potentia est, cõuenit ꝙ de ratione sua dicat̃ ad actũ. & hoc secũdũ modũ & rationẽ qua cõuenit ei ꝙ sit potẽtia: ita ꝙ sicut sub rõne potẽtię simpliciter differt ratio potẽtię passiuę a potẽtia actiua, sic diuersimode cõuenit dici ad actũ ei & potẽtię actiuę. Et cũ potẽtię actiuę inquãtũ actiua est cõuenit dici ad actũ, ipm̃ agẽdo: & potẽtię passiuę cõuenit dici ad actũ, ipm̃ recipiẽdo: vt potẽtia passiua dicat̃ esse in aliquo, ex eo ꝙ est susceptiuũ alicui⁹ act⁹: & hoc vt quo pficiat̃: ad quẽ se habet vt pfectibile inquãtũ dicit̃ eẽ in potẽtia. Sed hoc modo se habere p potentiã ad actũ cõtingit intelligi dupliciter. Vno modo vt potẽtia & actus circa idem differunt vel secundũ rem, vel secũdũ intentionẽ, & nõ sola ratione: queãdmodũ cõtingit in creaturis, vt materia est in potẽtia passiua ad formã, & vadit ad ipsam p transmutationẽ & motũ, & similiter genus est in potẽtia ad differentiã, & vadit ad ipsam p cõpositionẽ secundũ actũ & motũ rationis. Alio modo vt potẽtia & actus differant sola ratione, & nulla trãsmutatione oĩno intelligit̃ transitus in re a potẽtia in actũ: immo nec oĩno transitus: sed fixa permanẽtia perfectionis potentię per actũ. Loquendo de potẽtia passiua primo modo, illã oĩno remouem⁹ a deo, quia nõ est nisi in mobili & trãsmutabili, nec in simplici, sed composito: vt cõuincũt argumẽta primo inducta vt patebit pscrutando ipsa. Secũdo modo nõ remouem⁹ potentiã passiuã a deo, immo talẽ potentiã passiuã necesse habem⁹ in ipso ponere, & respectu actus vt habit⁹, q̄ est forma, & respectu actus vt agere, q̄ est opari. Cũ em̃ secũdũ actũ vt habit⁹ dicit̃ deus bonus, sapiẽs, & hmõi, necesse est vt dicat̃ in se habere potẽtiã passiuã ad esse bonũ sapiẽtẽ & hmõi, vt patet ex dictis in pcedẽti q̃stiõe, & amplius patebit ex dicẽdis in sequẽti. Similiter cũ secũdũ actũ vt agere, imo poti⁹ vt fieri dicit̃ gñari & spirari, necesse est ꝙ in deo sit potentia passiua ad posse generari & spirari. Quia tñ non est vsitatũ

X sic loqui, ad huius intellectũ sciendũ: ꝙ secundũ supra determinata cum passio secundũ ppriã rationem qua prędicamentũ est, nõ dicit nisi quendã respectũ ad actum, vt in quo recipit̃ trãsmutatio illata ab agente, & fundatur sup motũ siue transmutationẽ qua agit agens in passum, & ab illo habet rationẽ accidentalitatis suę, quę quidẽ transmutatio non pertinet ad naturã passionis nisi secundũ dicentes ꝙ motus est in pdicamento passionis, sicut neq̧ ad pdicamentũ passionis pertinet dispositio p transmutationem acquisita in passo, vt albedo vt nigredo, vel ponendo ꝙ passio non sit nisi respectus fundatus in motu, motus nõ est plus de essentia & natura passionis q̃ albedo de essentia similitudinis fundatę super ipsam: Nullo tñ modo passio vt est prędicamẽtũ potest esse in aliquo nisi in quo sit motus: sicut neq̧ similitudo nisi in eo in quo est albedo vel aliquid hmõi super qđ fundat̃. Passio em̃ pdicamẽtũ necessario duo dicit, & respectũ, & ipm̃ in motu fundatũ. Ergo secũdũ ista duo de pass͠õe possum⁹ loq̧ dupliciter, & sic de potẽtia passiua: vno modo quãtũ ad rationẽ respectus pcise: alio modo quãtũ in motu aut trãsmutatione aliqua fundat̃. Hoc secũdo modo loquẽdo de passione determinatũ est supra ꝙ passionis pdicamẽtũ nullo modo in deo cadit: & ideo similiter dicim⁹ hic, ꝙ neq̧ potẽtia passiua respectu passionis vt fundat̃ in motu siue trãsmutatiõe qua acquiritur dispositio perficiens hmõi potentiã passiuã. Vnde etiã secundũ Phm̃ talis potentia passiua nõ est nisi in natura passiui qđ transmutat̃ a cõtrario in cõtrariũ secundũ substantiã qualitatẽ aut quantitatẽ aut vbi. Quã definit Phs in. v. &. ix. Meta. ꝙ est principiũ transmutationis ab alio secundũ ꝙ est aliud. qm̃ secundũ Cõmen. nihil patit̃ ex se passione respõdenti tali potentię passiuę nisi trãsmutatione versionis in nihilũ: quã secũdũ veritatẽ & fidẽ catholicã oĩs creatura ex se deficiẽdo pateret̃, nisi manu diuina in eẽ cõseruaret̃. de qua nihil ad psens. Si autẽ considerem⁹ passionem praecise quantũ ad rationem respectus, hoc modo dictum est supra ꝙ ratio pdicamenti passionis cadit in deo sub ratione cõmuni relationis abstractę a respectibus. vii. prędicamentorũ respectiuorum, sicut dictũ est supra. Et secundũ hoc bene cõueniens est ponere potẽtiã passiuam in deo respondentẽ tali passioni q̃ est respectus ad id ad qđ habet terminari talis passio, & p illud habet pfici. Et sic generari dicit̃ passio, queãdmodũ generare dicit̃ actio: & posse generari potẽtia passiua, sicut posse generare potentia actiua, & hoc sine omni trãsmutatione & imperfectione. Et est talis potentia idipsum re qđ suus actus, non vadens ad ipsum per aliquam transmutationem, sed ęternaliter existens id qđ ipe. Vnde huiusmodi potentia passiua nullo modo est principium trãsmutatio

nis neq; a se neq; ab alio a se.Et secũdũ hunc modum potẽtię passiuę dicit̃ potentia passiua esse in mathematicis in.v.&.ix.metaph.a Philosopho. Verbi gratia(vt dicit Cõmẽ.sup.ix.)in geometria dicit̃ ꝙ diameter põt duo quadrata duorum laterum: sed exitus eius de potentia ad actum nõ ꝑ transmutationẽ.& super.v.dicit.Quę dicũtur potentia in geometria:nõ vere dicunt̃:sed trãsumptiue.illa aũt q̃ dicunt̃ potẽtia i rei veritate,sunt res mobiles. Vnde habẽdo respectũ ad hũc modũ potentiaꝙ vsitatum i mobilibus & trãsmutabilibus:non vere sed transumptiue potest dici esse potẽtia passiua in deo:qm̃ ad rõnẽ respectus solum nihil ꝓhibet vniformiter poni in deo potentiã passiuam sicut actiuam:licet non sit ita vsitatum.Qꝫ autem illum modum passionis necesse est ponere i deo,manifeste ex hoc apparet:ꝙ in deo necesse est ponere actionem non solum in respectu ad extra,in quod agit ipsum transmutando : sed etiam in respectu ad intra sine omni transmutatione.Nunc autem non est ponere actionem sine passione sibi respondente:quia correlatiua sunt. Sicut igitur omni actioni qualiscunq; sit respondet potentia actiua : sic omni passioni qualiscunq; sit respõdet potentia passiua.Sicut eñ(vt dictũ est supra)nulla actio ꝓuenit ex eo qđ nõ habet potẽtiam ad illã: verbi gr̃a,qđ habet potẽtiã ad sedendũ illđ possibile ẽ vt sedeat:& qñ sedet nõ agit actionem ad quã non habet potẽtiam:sic nulla passio fit in illo qđ nõ habet potentiã ad illam. Nec debet absurdum videri ꝙ nomen passionis & potentię passiuę sane intelligendo ponant̃ in deo: q̃a non omnis passio & potentia passiua dicuntur modo motus,secundũ ꝙ vsitata sunt ista vocabula Immo passio vt ex ratione sui prædicamenti dicit purum respectum ad agens inquantũ hm̃oi,rõnem motus nõ importat etiã in creaturis:licet in eis fundat̃ sup motum.Quare & multo fortius in deo, in quo fundat̃ super diuinam essentiam:quæ habet rationem actiui & passiui sine oĩ rõne motus & transmutationis,vt infra patebit.Et consimiliter est de potẽtia passiua. Vñ dicit Phs.ix. metaphysicę.Potentia & actus dicunt̃ multipliciter magis q̃ illa q̃ dicunt̃ scđm modũ motus tm̃. Y Z

¶Per hęc patet ad primum in oppositum:ꝙ secundũ August.passio nõ potest eẽ in deo:quare nec potẽtia passiua. Dicẽdũ ꝙ verum est de potentia mõ transmutatiõis. De tali eñ passione loquit̃ August.vt innuit litera sua.Loquẽdo aũt de passione vt dicit solum collationẽ ad agens,bene conuenit ponere passionem in deo secundum rei veritatẽ:immo necesse est,vt visum ẽ iam:& amplius videbit̃ infra:& similiter potentiam passiuam ei respondentem:licet forte vsus vocabulorum hoc abhorret:quia semper in defectum & debilitatem naturę contrariam sonare videtur,secundum ꝙ de passione dicit Philosophus in Top.Oĩs passio magis facta abiicit a substantia. Idem in secundo metaphysicę. Magis dicunt̃ passiones transmutationes nocentes & magis contristantes.Actiones autẽ maxime delectabilia & contristabilia dicunt̃ passiones.vbi dicit Cõmen.Hoc nomen passio magis dicit̃ in istis q̃ sunt nociua aut cõtristatiua aut detestatiua. Vnde (vt dictũ est supra) i passionib⁹ naturalibus corruptiuis potentia passiua quasi ĩpotentia quędã est:q̃a:ex infirmitate & debilitate quadam ꝓcedit.Et vt dicitur primo cæ.& mun.oĩs mollitio rei est ꝓpter debilitatẽ.Debilitas aũt est accidẽs extra naturã rei.Ecõtrario aũt actio & potẽtia actiua dispositio est quędam secũdum naturã & fortitudo,vt habitũ est supra.& potentia dicit̃ id quo res nata est non pati.secũdũ ꝙ dicit̃.ii.meta.Dicit̃ potẽtia in omnib⁹ rebus quibus res nõ patiunt̃ omnino neq; transmutant̃:aut quibus motus rerũ non inerunt ad peiora. Et secũdũ hoc in p̃dicamẽtis dicitur potẽtia naturalis q̃ est ad facile agendũ aliq̃d & difficile patiẽdũ:& naturalis ĩpotẽtia q̃ est ad facile patiẽdũ & nõ ad agẽdũ:secũdũ ꝙ dicit Aristo.i suis p̃dicamẽtis. Molle & durũ cũ dicit̃:durũ q̃dẽ ondit naturalẽ potẽtiã,ꝙ firmitate suę naturę corruptionẽ sui nõ facile admittat.molle,i quo ẽ natura ĩfirmior ad cõtraria repellenda. Vñ scđm ip̃m ibidẽ,ĩpotentia est q̃dã diminuta potẽtia. A Ad pri. princi.

¶Ad secundum ꝙ potentia passiua est principium transmutationis recipientis in se transmutationem: & deus est intransmutabilis:dicẽdũ scđm p̃dicta ꝙ illud verũ est nõ de quacũq; potentia passiua: sed solum de illa quã viderunt ph̃i in rebus naturalibus & corruptibilib⁹,q̃ est principiũ trãsmutationis a cõtrario in contrariũ:non aũt de illa quę est a contradictorio in cõtradictoriũ in qualibet creatura:neq; etiã de illa quæ est i substãtiis spiritualibus a contrario in contrarium:quarum neutrã viderunt,vt alibi habet declarari. Multo minus ergo habet intelligi definitio illa de potentia passiua quã in deo posui:quę nec a se nec ab alio est principium transmutationis:sed magis alicuius respect⁹ & relationis,vt ĩfra videbit̃. B Ad scđm.

¶Per idẽ patet ad tertiũ:ꝙ oẽs potẽtię passiuę recipiũt i definitione potentiam primæ materiæ. Dicendum ꝙ illud solum habet veritatem de illa potentia passiua quam viderũt philosophi, q̃ est principium naturalis transmutationis ꝑ naturalem cõtrarietatem ab alio secundum ꝙ est aliud:& de nulla alia.illa enim non habet esse nisi in eo i quo est materia.qm̃ oportet imaginari materiã in re mota,vt dicit̃.ii.metaphysicæ.In quo etiã bñ est alia quæ est principium transmutationis a contradictorio in contradictorium per seipsum. Vnde de C Ad tertiũ

potētia q̄ est in separatis a materia siue a cōtrario in cōtrariū,siue a cōtradictorio in cōtradictoriū
D & maxime de illa q̄ est in deo,nullo modo itelligi pōt. ¶ Ad quartū ꝙ de⁹ē vnū in quo nō est aliud,
Ad q̄rtū. & ideo nō patit̄ a se,nec ab alio,q̄a nihil est nobili⁹ eo:nulla ergo potētia passiua est in eo:dicēdū ꝙ
absolute verū est,q̄a nullo modo patit̄ ab alio a se,& ideo nullo modo habet in se potētiā passiuā re
spectu potētię actiuę ad patiēdū aliq̄d ab alio,q̄a talis passio nō esset nisi ꝑ trāsmutationē suā,cui⁹
nō est susceptibilis,q̄a ē prim⁹ motor,vt habitū est supra. Q; ergo patit̄,hoc est a seipso,& habet in
se potentiā passiuam respectu potētię actiuę sui in seipm̄. Et ꝙ arguit̄ ꝙ nihil vnum patit̄ a se secū
dū ꝙ vnū:sed si patit̄,hoc est secundū ꝙ aliud:& ita est compositū:dicendū ꝙ in eodē vno possunt
itelligi aliud & aliud distincta re absoluta, vel distincta ratione solū,vel re respectiua. Primo modo
oportet differre ea quę patiunt̄ a se per transmutationē naturalē a cōtrario in contrariū, in quib⁹
agēs vt agēs debet est in actu,& patiēs vt patiēs in potētia, nō in actu. Potētia em̄ vt dicit Cōmē.
est non esse,& actus est esse:& talia tanq̄ cōtraria non possunt simul esse in eodem omnino simpli
ci re absoluta. Agens em̄ in principio est contrariū:in fine vero simile,& tunc cessat actio. Differūt
autē secundo modo agens & patiens in deo:quorum diuersitas nullam compositionem facit omnī
no,vt iam videbitur.

E
Quęst.iii.
Arg.i.

Irca tertium arguitur ꝙ in deo sit tantū vna potentia passiua.primo sic.Cum po
tentia & actus sibi inuicē respondeant,vbi non potest esse nisi vnus actus, neq; ni
si vna potentia.In deo autē non est nec potest esse nisi vnus actus, quia ipse non
est nisi purus actus,& singularitas quędā in natura essentię suę, vt habitū est su
2 pra.ergo &c. ¶ Secundo sic.Magis differt potentia passiua ab actu q̄ vna potētia
ab alia.quia alia semper est ratio actus vt actus,& potentię vt potentia est.diuer
sarum autem potentiarum vt potentiæ sunt, semper vna & eadem ratio est. sed
in deo potentia & actus sola ratione differunt & non re.ergo in deo vna potentia ab alia nec ratio
In opposi. ne differt.sed tales omnino sunt vna & eadem potentia, & nullo modo diuersæ. ergo &c. ¶ In con
trarium est,quoniam in deo est potentia intelligendi generandi & spirandi.sed potentia intelligen
di est potētia quędā passiua,quia secundū Philosophū intelligere pati quoddam est.Potentia simili
ter generādi vt generet̄,& spirandi vt spiretur,nō sunt nisi potentię quędā passiuę,quia generari
& spirari vt passiones quędam sunt in deo principiatæ ab actionib⁹ generandi & spirandi actiue,
F vt amplius infra exponetur.ergo &c.
Responsio ¶ Dicendū ad hoc:ꝙ licet omnia q̄ sunt & cōsiderantur in deo, idipsum sunt in re
naturę & essentię:differūt tn̄ rōne quadā & respectu,sicut videbit̄ ifra loquēdo de differētia attri
butorū,& de distinctione personarū: & ꝑ hoc ꝙ sic differunt,diuersis & ꝓpriis vocabulis exprimū
tur penes proprias rationes & respect⁹ a quib⁹ fit nominū impositio,licet eadē sit res cui fit imposi
tio in oībus diuinis nominibus.Q̄ñcunq; ergo fit q̄stio de aliquo vel aliquibus q̄ reperiunt̄ in deo
propriis vocabulis expressa,intelligēda est habendo respectū ad ꝓpriā rationē ei⁹ a quo fit nominū
impositio:nō aūt ad identitatē rei.Nūc aūt de ratione potētię & actus ita est, secundū ꝙ dicit Phi
losophus.ix.Meta.ꝙ oportet considerare ea secundū conuenientiā & proportionē quandā,sicut est
ꝓportio ędificatoris ad ędificatum,& non quærere in eis definitionē simpliciter,sicut in absolutis.
vnde dicit ibi Cōmen.Non oportet quęrere definitionē in omnibus rebus eodem modo.Definitio
nes em̄ rerū nō relatiuarū debent esse alio modo a definitionib⁹ rerū relatiuarū: cū significatio de
finitionis debet esse ęqualis significationi nōis.Secūdū hoc ergo cū q̄rit̄ hic de diuersitate vel plu
ralitate potentiarū passiuarū,quę sunt relatiuę ad suos actus,& vtrūq; eorum accipitur in defini
tione alterius,nihil ad questionē de natura rei,in qua oīa quæ in deo sunt,idem sunt. & sic omnis
potentia in deo vna potētia est.sed referenda est quęstio ad potentiam passiuā sub ratione qua po
tentia passiua est.i.ratione sui respectus a quo fit hmōi nominis impositio & non alteri⁹ in diuinis.
Vnde cum ratio respectus importati nōie potentię sit ad actum,idcirco potentia passiua debet di
stingui & diuersificari ex diuersitate actuū ad quos sunt,& cognoscenda est diuersitas & definitio
potentiarū passiuarū.Nunc autem ita est,ꝙ in rebus naturalibus potentia passiua respicit duplicē
actum quo perficitur,vt iam dictum est supra:vnum qui est ipse motus & transmutatio,cuius est
per se & primo principium susceptiuum:alium qui est ipsa dispositio acquisita per motum,vt for
ma substantialis vel accidentalis qualitatis aut quantitatis, aut situs in vbi. Et consimili mo
do, licet in deo non sit motus aut transmutatio in qua fundetur actio & passio,quæ tamen sunt
G in potentia secundum rationem respectus & collationis, veræ actiones & passiones essentiales &
personales sunt. Sunt enim veræ actiones essentiales in deo intelligibilis ad intellectum,volun
tatis ad volitum, Sunt etiam veræ actiones personales generare,spirare. de quibus erit sermo in

ferius. Econtra sunt verę passiones in deo scdm modū prępexpositū: licet non bene sonat nomen passionis in deo: essentiales, vt intelligere: personales, vt generari & spirari, quę magis ꝓprie q̄ alię passiones in deo esse dicuntur. Vnde & potētia intelligendi, generandi, & spirandi, minime trāslatiue dicit̄ potētia passiua in deo. Sunt p̄terea vt verę formę in deo, virtus, bonitas, sapientia, & huiusmodi: quibus singulis respōdet in deo potētia saltem ratione differens ab ipsa. Non em̄ inest alicui aliq̄ dispositio, cui nō inest potētia ad ipsam. Nō em̄ est iustus, sapiēs, bon⁹, & cętera huiusmodi, nisi qui potēs est esse ista. Quibus quia tanq̄ actu qui est forma pficitur potentia hmōi, ideo quęlibet illarū potentia passiua dici potest, etsi nomen potētię passiuę nō nisi metaphorice suscipiat̄ in deo. Et ista potētia summe dicit̄ metaphorice passiua, & largissime extēso noie, quomodo & deus quia est esse potest esse essentia. & potest talis potētia replicari supra seipsam in infinitū, dicēdo ꝙ deus pōt esse essentia, & habet potētiā vt possit eē essentia, & hoc in infinitū: quia hmōi potētia est ꝑm rationē nostrā intelligendi tm̄, ad modū quo actus rationis & intelligēdi possunt super se replicari in infinitum: vt qui intelligit se, potest intelligere se in infinitum: & similiter se posse intelligere. ¶Pręterea in diuinis personis ipsa essentia quodam modo est in potētia passiua ad ꝑsonales proprietates. scdm rationē em̄ intelligēdi nostrā, vt infra patebit, persona est ꝓprietate ꝑsonali in ipsa diuina essentia subsistens, qđ nō esset nisi ipsa essentia quodāmodo esset in potētia quasi passiua ad ipsas ꝑsonales ꝓprietates, quarū duæ per actiones ꝑsonales quasi habent̄ in ipsa diuina essentia, habita in personis per easdē actiones quibus & personę ipsę producunt̄ de ipsa diuina essentia quodāmodo, vt est filiatio in filio, & spiratio passiua in spiritu sancto: licet paternitas habet esse in patris essentia sine ꝓductione propter suā paternitatē. Et sic etiā ipsę personę ꝓductionis filius & spūs sanctus dicunt̄ habere potētiam passiuā, filius. s. vt generet̄, Spiritus autē sanctus vt spiret̄. Et hoc per ipsam diuinam essentiā quā habet in se tanq̄ ens quodāmodo in potentia ad ꝓprietates ꝑsonales ipsarū, & similiter ad filii generationē, & spūs sancti spirationē de ipsa. secūdū ꝙ inferius suo loco ampli⁹ pertractabit̄. ¶Dicēdū igit̄ ꝙ ꝑm p̄determinatū modū ponēdi potētiā passiuā in deo, ponēdę sunt plures potētię passiuę i deo, & solūmō differētes ratiōe a suis actib⁹: vt īfra patebit. Et ideo sicut diuersi sunt adinuicē act⁹ in deo q̄bus huiusmodi potētię pficiunt̄: similiter & ipsę potētię abinuicē: & quot sunt actus numero, siue sunt actus vt forma, siue actus vt agere, tot sunt passiones. Vn̄ sicut differūt abinuicē in deo essentia, sapientia, bonitas, & cętera hmōi attributa, & sil̄r itelligere, generari, & spirari, paternitas, filiatio, & spiratio: Cōsimiliter & potētię passiuę q̄b⁹ deus potest habere essentiā, & esse bonitas, sapiētia, & hmōi, & intelligere, generari, & spirari, & quibus diuina essentia potest esse receptiua per idētitatem essentię ꝑm diuersitatē rationis, paternitatē, filiationē, & passiuā spirationē. Et similiter de ipsis noibus & oibus diuinis relationibus. Et sicut est ordo originis vel rationis intelligendi inter actus, secūdum ꝙ inferius declarabitur, similiter & inter ipsas potentias passiuas perfectas secundum actus. H I

¶Ad primum in oppositum, ꝙ in deo solum vnus est actus, vt diuina forma & essentia, Dicendum ꝙ verum est secundum rem: in quo omnes actus diuini coincidunt. Omnia enim hęc, sapientia, bonitas, intelligere, velle, generari, spirari, & cętera huiusmodi, nihil sunt re nisi ipsa diuina essentia: differūt tamen ab ipsa, ratione. & secundum eundē modū oēs huiusmodi in vnū ꝑm rationē coincidunt. Sicut enim esse sapientiā, bonitatē, & huiusmodi, est esse diuinam essentiam re, differentē sola ratione, sic potentia qua deus potest esse sapientia, bonitas, & hmōi, est ipsa potentia qua potest esse differens sola ratione. ¶Per idem ad secundū dicendū ꝙ reuera in deo potētia & actus sola ratione differunt: & minus differt potētia sub ratione qua potētia est ab alia potētia, q̄ a suo actu. Dico ratiōe qua potētia est, nō ratiōe qua est actu pfectibilis. Non tn̄ idem est re & ratione potentia cum potentia: sed minor differentia scdm rationē bene pōt esse inter eas. Differētia em̄ ꝑm rationē, in deo pōt esse scdm magis & minus. Minus enim scdm rationem differunt in deo veritas & sapientia: quia ambo respiciunt intellectum, q̄ sapientia & bonitas, quia alterum respicit intellectum, & alterum voluntatem. K Ad primū prin. L Ad secūdū

Irca quartum arguitur, ꝙ in deo non sit aliqua potentia actiua: quoniam potentia actiua est principium productiuum actionis medium inter substantiā & operationem. Est enim in naturalibus potentia actiua principium trāsmutādi aliud secundū ꝙ aliud est. sed in deo nihil potest esse principiū actionis suę, quia eius actio est ipsa eius substantia: vt infra patebit. & q̄a substātia ipsa nullum habet in deo principiū: quia omnino principiata nō est, & ꝓpter idē M Quęst. 4. Argu. 1.

nō potest aliquid esse mediū inter substantiam & eius operationē:quia deus ipse agit per suam
3 essentiam immediate.aliter ipsa de se nō sufficeret sibi.ergo &c̄. ¶Secūdo sic.vt iā dictū est,potētia actiua est principiū transmutationis in aliud,secundū q̄ aliud est.sed deus quia nihil prę
In opposi. supponit in qd̄ agit,p̄ducit ex nihilo.ergo &c̄. ¶In contrariū est, q̄ nihil agit aliquid qd̄ non potest agere,vt habitum est supra.Deus multa agit.ergo illa potest agere.Illud autem quo res potest agere,est potentia actiua in ea.ergo &c̄.

N
Responsio. ¶Dicendū ad hoc,q̄ sicut potentia simpliciter cognoscitur inesse deo ex respectu ad actū simpliciter qui reperitur in deo,& potētia passiua ex respectu ad actum ad quem est:sic potētia actiua cognoscēda est inesse deo ex respectu ad actū ad quē est. Ad cuius intellectū sciēdum:q̄ cū secundū superius determinata duplex sit actus in re: primus qui appellatur forma, comprehendendo motum & transmutationē siue passionē in re sub forma,vt habitum est supra:& secūdus,qui appellatur operatio egrediens a forma:secundū hoc duplex in re distinguit̄ potētia. Vna passiua:cui respondet actus primus,scilicet forma:vt perfectio: quæ secundum q̄ est alia re ab ipsa forma,& p̄cedens eam tempore,in eodem deficiens est,& imperfectum quid.Et ideo omne qd̄ in se habet hmōi potētiā,patit̄ & trāsmutat̄ ab alio p qd̄ ad actū deducit̄ tanq̄ deficiēs & imp̄fectū.Et hoc mō(vt dictū est iā)nō in deo:sed in solis creaturis inuenit̄ potētia passiua:sed alia ratiōe inuenit̄ in deo:scilicet absq̄ omni ratiōe defectus & imperfectionis: vt dictū est.Altera vero dicitur potentia actiua,cui respondet actus secundus,qui est operatio egrediēs a forma,qua res est aliquid existens in actu primo.Vnde quāto aliquid magis perfectū est scd̄m formam & essentiam in actu primo,tanto magis cōuenit ei operari & agere i actu secūdo,& esse principium actiuū.Id autem quo aliquid est principium actiuum,potentia appellatur. Deus autem(vt habitū est supra)purus actus est simplicissimus,&(vt ostendetur inferius)vniuersaliter perfectus ab omni defectu & imperfectione. Ideo in deo simpliciter ponendū est esse potentiam actiuam.
O ¶Ad cuius ampliorem intelligentiam sciendum q̄ licet sint duo modi potentiarum distincti in naturalibus,actiue scilicet & passiue,tamē secundum veritatem rei,& famositatem vocabuli,illa quæ est actiua, verius est & dicitur potentia,q̄ illa quæ est passiua: ita q̄ q̄to aliquid magis elongatur a natura passionis per receptionem alicuius transmutationis in se,& a natura potentię passiuę,quę secundū philosophū,est principiū transmutationis passiui, & scd̄m Cōmen.recipit transmutationem in se:tanto magis accedit ad naturam actionis egredientis a se,& ita ad naturā potentię actiuę. Vnde etsi aliquid secundum se non sit natū agere in aliud,si tamen natum est fortiter resistere passioni receptę ab alio, dicitur potens, secundū q̄ durū dicitur potēs quia habet in se naturalem potentiam qua impulsui alterius resistit. Vnde dicit Auicen.viii.metaph.Inquātum non patitur aliquid nisi parum,vocatur potentia, q̄uis nihil agat.Potentia etiā passiua qua aliquid de facili passionē illatā ab altero in se recipit, & minime resistit,etsi secūdū nomē dicit̄ potētia,secundū rē verius dicit̄ ipotētia.secūdū q̄ dicit Phs in p̄dicamētis,q̄ molle aliqd dicit̄ eo q̄ habet naturalē impotētiā qua de facili pulsui alteri⁹ cedit.& tn̄ hoc nō facit nisi q̄a pōt cedere.Si eīn nō posset cedere,nō cederet,iuxta sup̄ius determinata.Hinc etiam dicit Phus.v.meta.q̄ potentia dicitur in omnibus quibus res non patiuntur omnino neq̄ transmutantur:& in eis quę in sua actione transmutantur, dicitur semp potens magis illud qd̄ transmutatur in melius, q̄ qd̄ in peius. sicut dicuntur potentes homines qui possunt in bonitate sermonis:& illi qui sermocinantur non secundum q̄ oportet,non
P dicunt̄ potētes.Illud ergo qd̄ ex sua perfectione & actualitate omnino natum est agere,& nullo modo ab alio passionem transmutationis recipere, vel impedimētum in sua actione quoquo modo, & qd̄ semper natum est agere id qd̄ melius est,secūdum q̄ est possibilius,& nunq̄ id qd̄ est deterius,illi verissime potētia actiua cōuenit. Inquātū enim non patitur(sicut dicit Auicē. in.iiii.metaph.)signum est intentionis quā vocamus potentiam. Et ecōtra illi qd̄ remotissimū est ab eo in gradu naturę & eēntię,verissime cōuenit potētia passiua.Ille autē solūmodo de⁹ ē, quia est purus actus,& purum esse,oīm continēs in se perfectiones:vt infra dicetur.Ista autem est prima materia,quę est pura potētia,& nihil in actu eorum quæ sunt, q̄tum est de se omniū imp̄fectiones in se continens.inquātum scd̄m Phum.xii.metaphysicę,formę omnes quę sunt in primo motore in actu,sunt in prima materia i potētia.Propter qd̄ dicit Philosophus.ix.meta. q̄ omnes potentię habent in se definitiones primę materię & substātię primę: quia oēs potētię actiuę causandi aliquid in alio sunt attributę eidē potētię,q̄ est principiū actiuū oīm, & prima forma absoluta ab omni materia: ita q̄ quicquid pōt agere,potest per virtutem & influentiam

illius:& omnes potentię passiuę recipiendi in se trāsmutationem naturalem ab alio,sunt attribu-
tę eidem potentię quæ est principium receptiuum omniū:& est prima materia absoluta ab omni
forma. Verissime igiť in deo est potētia actiua : qa nulli oīno potentię vt potentię passiuę quę est Q
trāsmutationis principium,est admixta: sicut potētię actiuę cuiuslibet creaturæ: quæ frequenter
impeditę sunt in suis actionibus:& non nisi per motū aut transmutationem disponuntur vt sint
in tali statu in quo natæ sunt agere: vt in solo deo potētia actiua sit pura:& ideo proprie dicatur
potestas:cū in creatura qualibet dicať solū possibilitas quędā. Potestas eñ purā recipit actionem:
possibilitas vero aliqualē passionē. Vnde hoc nomen potentia primo fuit impositum ad significā
dum potestatē hominū:secundū ꝙ in hominibus dicebantur potentes qui potestatē sup alios ha-
bebant faciendi qđ voluerūt.& hinc translatū fuit ad principium actiuum in rebus naturalibus:
& postmodum ad principium passiuum. R

¶Ad primum in oppositum,ꝙ in deo non potest esse actionis principiū:neq; me- Ad pri.prīci
dium inter substantiā & actionē:qa sua substantia est sua actio:Dicunt aliqui ꝙ sm p̄hm.ix.Meta.
actio omnis est opatio quędā:& opatio est cōplementū & finis siue pfectio operantis. Et hoc dupli
citer:quia dicitur operatio & ipsa operātis actio:& aliquid pueniens ex ipsa actione.vt habetur in
primo Ethi.vnde ibidē sup.ix.Meta.dicit Cōment. Omnia entia cōueniūt in hoc ꝙ cōplementum
& perfectio eorū est in operatiōe propria qua vtiť vnaquęq;:& in q̄ nō cōuenit cū alia re.Sed quę
dā sunt quorū finis est operatio:quę est agere tantū:vt in visu inspectio siue consideratio: in quo
non est aliquid aliud operatū ab ipsa inspectiōe omnino.Oia enim(vt dicit p̄hs ibi.)quę nō habēt
aliam operationem pręter actum , actus est in eis vt consideratio in considerante : & vita in ani-
ma.Et quędam sunt quoq; finis est aliquid actum:vt in ędificatiua arte,domus:quę est aliqd aliud
ab actione ędificandi.Dicunt ergo ꝙ in rebus creatis potentia actiua nō solum respicit tanq̄ prin
cipium ipsam operationem:sed etiā effectum ex actione derelictum.In deo vero solum respicit ef-
fectum & non actionem:vt in deo saluetur ratio potentię actiuę solūmodo quātum ad hoc ꝙ est
principiū effectus: non aūt quantum ad hoc ꝙ est principium actionis,quæ est diuina essentia:vt S
procedit obiectum.Qđ nō potest stare:qm̃ nihil est effectus nisi fiat ab agente.Nihil autem fit,ni
si actione agentis.Proculdubio ergo tā in deo q̄ in creaturis semper potentia actiua actionis prin
cipiū est.Dico rōne qua actio est.actio eñ sub rōne qua actio est:semp reqrit aliquod principiū eli
citiuū eius.Est igitur dicendū ad obiectū:ꝙ in actione diuina est considerare duo:& ipsam rē sub
iectam cui nomen imponitur:& ipsam ppriam rationem actionis a qua nomē imponitur. Primo
modo quicqd in deo est,substātia siue essentia diuina est:quę est omniū eorum quę in deo conside
rantur fundamētum:siue sint attributa,siue notiones,siue relationes,siue actiones.Et sic actio dei
est omnino ipsa diuina essentia indifferens ab ea: & sic actio dei principium nō habet, nec mediū
inter ipsam & substantiam,quia est ipsa substantia non principiata. Sed secūdum hanc considera
tionem actio non habet rationē actionis,sed substantię:& secundum substantiam dicitur Secūdo
modo alia est ratio substantię in deo,& alia actiōis. Actio enim vt actio est,semper dicitur secūdū
relationem, non scđm substantiam & rationem relationis importatæ ad principium elicitiuum.
Omnis eñ actio vt actio est,est aliquid elicitiuū ab aliquo vt a principio.Ista aūt relatio etsi sit ra
tionis tantū:actio eñ in deo nō nisi rōne & relatione scđm rōnē,nō aūt scđm rē,siue fuerit essen-
tialis,siue personalis,differt a diuina substantia, vt infra videbitur: tamē ita est de rōne actionis:
ꝙ nullo modo sit ratio substantię.Et ideo licet sint idem re in deo actio & eius substantia: tamen
actionis vt actio est, potest aliquid esse principiū licet nō substātię vt substātia est:& iterū si illud
priucipium secundū rem sit ipsa substantia:quia deus agit per suam essentiam,tamē non est sub-
stantia sub ratione qua substantia est:sed solū sub ratiōe qua est potentia. & hoc propter eandem
rōnem:quia substantia de rōne substantię quid absolutū dicit,& nullo mō vt ad aliud se habens:
& ita non importat de se solā rationē principii elicitiui actus determinati: quia principiū vt prin
cipiū,nō diciť scđm substantiā:sed solū scđm rationē, & relationem importat ad aliud:vt ad prin
cipiatum.Principiū eñ vt dicit p̄hs in principio Phy.cuiusdam aut quorūdam est. vbi dicit Cō-
menta.Si eñ est principiū,est illud cuius est principiū. Potentia aūt vt potentia est,rōnem huiõi
principii importat.Nihil eñ elicit aliquam actionem nisi potēs est elicere eam. Vnde dicit Auicē.
iiii.Metaph.Intellectus in essentia,ad amplius qđ est principium actionis ab ipsa,est qđ vocať potē
tia.Et quia omnis potētia inquantū potentia,fundatur in aliquo vt respectus ad aliud: sicut infra
videbitur:ideo potentia actiua in deo quia scđm propriam rationē considerať vt fundata in sub-
stantia,& vt principium elicitiuū actus a substantia: necessario scđm rationem intelligendi ratio-
nem medii habet inter actionem & substātiam:q̄q̄ ipsa actio idem re sit cū substantia, & ipsa sub-
F

T stantia scdm rem est elicitiuũ actionis. ¶ Ad scdm, ꝙ deus nõ est principium transmutationis: Di
Ad secundũ cendũ ꝙ illa definitio potẽtię actiuę non est generalis ad quãlibet potentiã actiuã: Sed solũ ad illã quę est agentis in subiectã materiã, quę est in potẽtia passiua ad alicuius trãsmutationis susceptionẽ. Nõ enim est ꝓprie transmutatio, nisi circa aliqđ subiectũ preexistens a termino in terminũ variatio, per abiectionẽ.s. vnius, & acquisitionẽ alteri⁹. Vnde dicit Phs.ix. Metaph. Illud aũt qđ possibile est vt fit additio, & diminutio, & transmutatio. Cõmẽ.i. in quo possunt esse hęc tria. Necessarium est eñ vt aliqđ diuidatur a sua natura, & necesse est vt aliquid addaẽ ei, & additio & diminutio nõ erũt siue transmutatione. Et nõ posuerũt phi aliquã potentiã ad actionẽ oĩno nisi p trãsmutationẽ talẽ quã ponebãt primo in corporib⁹ cęlestib⁹ ad sitũ factã a suo motore: & p illũ in inferiobus ad formã. Ita vt motor primus aut etiã ipse deus nõ posset aliqđ trãsmutare in hęc inferiora nisi mediãte motu cęlestiũ corporũ. Sed hoc nõ oportet, imo dicendũ ꝙ vera potẽtia actiua est in deo sine omni trãsmutatione, & sine modo transmutationis, tã in suis actibus interiorib⁹ essentialibus q̃ ꝑsonalibus: & etiã sine trãsmutatione reali in actu creationis, & cũ transmutatiõe reali in rebus creatis ab ipso immediate trãsmutatis vel possibilibus trãsmutari. Q̃q̃ eñ agit mediantibus aliis causis, omnia tñ immediate agit. & etiã potest agere sine aliis causis quicquid agit mediantibus illis, vt patebit loquendo de creaturis.

V
Quęst. V.
Argu. i.

Irca. v. arguiẽ ꝙ nõ sunt in deo plures potẽtię actiuæ. Primo sic. qm̃ fm Augu. de trini. in deo sunt idem posse & esse. sed esse nisi deo nõ est vnum & idem: qa in ipso oĩa diuina attributa tanq̃ in simplicissimo vniuntẽ. ergo &c. ¶ Secundo
2 sic. in. xv. propositione de causis dicitẽ, ꝙ quanto virtus est magis vnita, tanto est magis infinita. sed dei virtus siue potẽtia actiua est summe infinita, vt iam patebit. Virtus eñ scdm phm est vltimũ de potẽtia: ergo maxime debet eẽ vnita, & minime multiplicata, ꝗđ nõ põt esse nisi sit tm̃ vnita. ergo &c. ¶ Cõtra. potẽtię distinguuntur scdm actus. sed deo cõuenit diuersitas actuũ. agit eñ actus essentiales & in se, vt intelligere, velle, & respectu creaturę, vt creare, gubernare. Similiter & agit actus personales: vt generare, spirare: qui in deo dicuntur esse diuersi. ergo &c.

In oppositũ.

X
Responsio. ¶ Dicendũ ad hoc secundũ supra determinata de distinctione & diuersitate potẽtiarũ passiuarũ ex respectu ad actus ad quos sunt: ꝙ distinctio & diuersitas potẽtiarũ actiuarum cõsimiliter debet sumi ex respectu ad actus ad quos sunt, qui nõ sunt actus vt habitus: sed actus vt agere egrediẽs ab habitu. Id eñ qđ actus est respectu potẽtię passiuę, potẽtia est respectu agere. agere eñ, formę ꝓpriũ est inquãtũ hmõi. Q̃q̃ ergo potẽtia in deo cõsiderata scdm id qđ est in radice sua prima: cuiusmõi est ipsa diuina essentia: sit vna tm̃, sicut est ipsa eẽntia, debẽt tñ dici potẽtię actiuę diuersę esse in deo ꝓpter diuersitatẽ actionũ ad quas sunt, quę sunt velle & intelligere, & illę quę sequunẽ ad istas, quarũ diuersitas patebit inferi⁹, loquẽdo de diuinis actionib⁹. Patet ergo ꝙ multũ peccãt dicentes ꝙ potentia actiua in deo simplr est vna, & absolute: quia ipsa diuina essentia in qua omnis diuina potẽtia radicaẽ, est vnũ & idẽ principiũ oĩm diuinorũ actuum: quoquo aũt mõ plures: iquãtũ.s. respicit plures act⁹ ad quos referẽ & magis & veri⁹ cõuenit rei qđ ei cõuenit ex se & i se absolute, q̃ qđ ex ordine & cõpatiõe ad aliud. Qđ nõ est verũ oĩno nisi i illis q̃ de rõne sui nois dicũt qđ absolutũ. Illis eñ quę de rõne sui nois nõ dicũt nisi qđ respectiuũ, qa rõ respectus est eis essentialior q̃ rõ absoluti, veri⁹ & magis cõuenit, qđ cõuenit eis ex cõpatiõe & respectu suo ad aliud, q̃ ex rõne sua absoluta. & de nũero taliũ est omnis potẽtia, vt dictũ est supra.

Y ¶ Ad primũ in oppositũ ꝙ in deo sunt idem esse & posse, & nõ ẽ in eo nisi idẽ eẽ,
Ad pri. ptin. Dicendum scdm ꝙ inferius declarabiẽ, ꝙ esse est prima actio diuina, quę diciẽ operatio manens in ipso agẽte, vt visio in vidẽte, & viuere in viuẽte, in qua cõsistit eius summa ꝑfectio cõtinẽs oĩm rerũ perfectiones, quę includit in se oẽm aliã actionẽ diuinã, & a qua ꝓcedit: siue sit operatio manens intra, vt sunt intelligere, velle: siue actio in aliud trãsiens, vel infra suã substãtiã: vt sunt generare, spirare: vel extra suã substantiã, vt sunt creare gubernare: & in qua omnis hmõi operatio posterior scdm rõnem nostram intelligendi reduciẽ, vt oĩs actio diuina sit ipsum esse diuinũ. Quare cum in deo idẽ sit omnino re, potẽtia & actio: & ideo posse esse in eo idẽ est re ꝙ suũ esse. Iuxta etiam qđ dicit Phs de omnibus perpetuis in. iii. Phy. Cõtingere ab eẽ nihil differt in perpetuis. Inquãtum igitur omne posse reduciẽ ad posse esse in deo: sicut oĩs diuĩa actio ad eẽ eius: oẽ posse in in deo vnũ & idẽ est sicut sua essentia, & hoc vel scdm rẽ qua est ipm̃ eẽ qđ est ipsa diuina essentia: vel in ratione respectus vnius, inquãtum omniũ posse diuinorũ respectuum reducuntur ad posse esse dei qđ habet in eius esse. Nihilominus tamẽ diuersa bene possunt eẽ in deo scdm diuer-

sos respectus suos quos habet ad diuersos actus sibi correspondentes reductos ad actum essendi dei.de quibus infra videbitur. ¶Ad secundum q diuina virtus siue potentia maxime est infinita,ergo debet esse maxime vnita: Dicendum q verum est in natura & essentia, & sic est ipsa.cum omnis enim diuina potentia & actio in simplicitatē esse & essentiæ eius reducitur,& ab ipsa manat, vt infra videbitur.Sed ex hoc non repugnat multitudini respectuum: immo sequitur ex hoc q propter omes ratiões perfectionũ omniũ plurimos habeat respectus, vt infra videbitur.Et ideo cũ potentia suo nomine non dicit nisi rationem respectus super diuinam essentiam quã ipsa nõ importat de se, vt dictum est iam,nõ obstante virtutis & potẽtiæ infinitate,possunt & debẽt esse in deo plures potentię actiuæ. Z Ad secũdũ.

Irca.vi.arguitur q potentia dei actiua non sit infinita.Primo sic.frustra est potẽtia quę nõ potest in id ad qđ ordinatur:vt intelligibile esse aliquid si nõ posset esse a quo intelligať.scđm Cõmenta.super principium scđi Metaph. potentia actiua ordinať ad actum,& effectum.aut ergo frustra est:aut potest in effectum sibi proportionalẽ & correspondẽtem:qui non est nisi effectus infinitus. in talẽ aũt nõ potest,qa nullus põt esse talis. Frustra ergo esset hmõi potẽtia in deo.Sed nihil est ponere frustra.scđm phm primo cęli & mundi.ergo &c. ¶Secundo sic. actio agẽtis virtutis infinitę improportionabiliter mouet actionem agentis virtutis finitę.agens virtutis finitę mouet in tempore corpus,ergo deus si esset virtutis infinitę posset mouere corpus in non tẽpore:quia motus in tempore cuilibet motui facto in tẽpore est comparabilis. cõsequẽs est impossibile,quia non potest esse motus nisi in tempore.ergo &c. ¶Tertio sic.potẽtia agẽtis per instrumẽtũ debet esse pportionabilis potentię instrumẽti.aliter enim in vnica actiõe nõ cõcurrerẽt. Natura est instrumẽtũ dei in actionib[9] suis circa hęc inferiora.Ergo potẽtia dei debet eẽ pportionabilis potẽtiæ naturę.Sed potẽtia actiua naturę est finita.& sic finitũ nõ est pportionabile nisi finito,qa secundũ phm finiti ad infinitum nulla est proportio.ergo &c. ¶Quarto sic.agẽs potẽtię ĩfinitę põt agere immediate quicquid potest agere alio mediãte:quia potentia sua per aliud non augmentať. Deus nõ potest agere immediate quę agit circa inferiora mediãte cęlesti corpore. dicente Cõmẽ. q si non essent corpora cęlestia media: impossibile esset q a principiis ęternis proueniret aliqua actio temporalis.ergo &c. ¶Contra est quod dicit Hila.viii.de trini.Deus est immẽsę virtutis. immẽsitas autem non est nisi in infinitate.ergo &c. A Quest.VI. Arg.1. 2 3 4 In oppositũ.

¶Dicendũ q quãtũcũq antiqui philosophantes errabant in natura & substantia primi principii:qđ nos deũ appellamus:in hoc tñ omnes cõcordabãt,q esset infinitũ potẽtia & virtute.Dicẽtes enim ipsum eẽ primã materiã attribuebãt ipsi potẽtiã infinitã passiuã,receptibilitatẽ.s. omniũ formarũ in infinitũ,quas casu ponebãt trãsmutari circa materiã. Illi enim efficientẽ causam & finalem non videbant.Dicentes vero deũ esse substantiã corporeã infinitam:dicebãt ipsum habere potentiã infinitã actiuã,cũ in corpore infinito nõ potest eẽ nisi virtus infinita. Nos vero qui primũ principiũ qđ deus est,non ponimus nisi formã simplicẽ & purã,secundũ supra determinata infinitatẽ potentię non debemus ei attribuere nisi quę cõuenit formę purę. ¶Est igitur sciendũ q scđm prędeterminata in deo considerãtur circa ipsam formã diuinã quę est ipsa diuina essentia:quędã vt actus primus, & vt perfectio in actu primo, vt sunt diuina attributa, sapientia,bonitas & hmõi:& relatiões diuinę oẽs : sicut paternitas,filiatio,& hmõi.qdã vero vt actus secũdus egrediẽs a pfecto scđm actũ primũ,vt sunt intelligere, velle,generare,spirare,creari,gubernari,& hmõi. & respectu vtrorũq actuũ,necesse habemus ponere in deo potentiã fundatã in ipsa diuina essentia: vt potentiã qua põt esse bon[9],sapiẽs,& hmõi,& qua potest generare,spirare, & hmõi.ita q potentia respectu actus primi in deo dicatur potentia passiua : respectu vero actus secundi dicatur potentia actiua:secũdum modum prędeterminatum. Et in vtroq genere potentiæ oportet modum infinitatis considerare.Sciendum ergo,cum potentia sit quasi medium in deo inter essentiam & actum ad quem est,secundum q supra dictum est: Potẽtia ergo in deo tam actiua q̃ passiua potest cõsiderari respectu diuinę essentię,vt scilicet in ipsa fundatur:vel respectu actus:vt ad quẽ terminať.De potentia ergo passiua in deo dicẽdum,q cum non sit aliud in eo cuius est:q̃ receptibilitas eius ad qđ est, receptibilitas autem semper est in eo in quo est respondens secundum gradum perfectioni quæ recipienda est:vt quãta sit pfectio recipiẽda, tanta sit & receptibilitas in recipiente:perfectio autẽ omnis quę recipitur in ipsa diuina essentia ad quã est potentia passiua, in deo infinita est,siue fuerit absoluta,vt bonitas,sapientia, & hmõi: siue respectiua,vt paternitas filiatio & hmõi:omnis ergo potentia passiua in deo simpliciter infinita est:& hęc vigore recipiendi id qđ infinitum est, largo modo loquendo de receptione secundũ modũ intellectus nostri,quo B Responsio. 1 C D

intelligit diuinas perfectiones diuinę essentię in esse,& secundū hoc ab ęterno quasi receptas esse in ipsa.De potentia vero actiua dicēdum q cum fundatur super actum primum:& perfectionem formalem eius cuius est: ita q gradum perfectionis illius in natura & essentia sua sequit gradus perfectiōis in vigore,(perfectiorem enim caliditatem sequit pfectior potentia calefaciendi)omnis igitur formalis perfectio in deo super quā fundat potentia actiua,est infinita perfectione:qa re penitus est idipsum qđ diuina essentia,vt habitum est supra: & illa omnino est infinita perfectione, vt infra videbitur.Omnis igitur potentia actiua in deo vt comparatur ad subiectum cuius est:& in quo fundatur:infinita est perfectione:sicut est & ipsa diuina essentia,& cætera huiōi attributa.Sed præter istum modum infinitatis cōmunem cum essentia & aliis attributis eius,habet aliū modum infinitatis respectu actus secundi,ad quem est vt principium eius:& non solum ex respectu ad ipsum actum,sed ex respectu ad ipsum productum per actum,quando ipsum procedit ex actu qđ recipit mediante actu.Si igitur cōsideretur potentia dei actiua in respectu ad actū,& mediāte actu in respectu ad productum per actum:possumus secundū hoc distinguere duplicem respectum potentię: Vnum ad actum,alium ad productum per actum.Si primo modo,aut ergo ad actum manentem intra diuinam essentiam:aut transeuntem extra ad creaturas. Si primo modo cum actiones omnes illas cuiusmodi sunt intelligere, gubernare,spirare, necesse sit ponere infinitas:cum re sint idipsum quod diuina essentia quę est infinita,vt infra patebit : necesse est ponere q potentia dei ordinata ad huiusmōi actus eliciendos,sit infinita perfectione & vigore, sicut ipsa essentia,& alia eius attributa. Actum enim infinitum perfectione elicere non potest nisi potentia infinita vigore.Ista enim quatuor potētia, virtus,intensio,vigor,in eodē differūt in hoc q actiua potētia nominat simpliciter id quo res potest agere siue actum elicere. Virt⁹ autem nominat potentiam secundum gradum suum vltimatum perfectionis suæ quam habet in subiecto,siue fuerit remissa siue non : Intensio vero nominat potentiam secundum gradum aliquem perfectionis quem habet in sua essentia, Potentia enim si in gradu vltimato perfectionis quam habet in suo subiecto , non sit in aliquo gradu perfectionis in sua essentia secundum q in formis recipientibus magis & minus ponimus gradus in latitudinem ipsius essentiæ , non dicitur intensa : Et sic intensio nominat dispositionem circa potentiam quasi absolutam. Vigor autem nominat efficaciam quandam in modo eliciendi actum: vt vigor addat super intensionem respectum quendam ad actum, quo scilicet ad modum eliciendi ipsum . Si vero potentia dei actiua consideretur in respectu ad actum transeuntem extra:aut ergo est actus quo creatura producitur in esse:aut est actus circa creaturam iam secundum actum in esse productam. Actus ille primus est actus creationis.Nunc autem ita est in actibus eliciendis per potentiam actiuam agentis, q quāto actus magis distat a potentia passiua ordinata ad ipsum: tanto maior requiritur vigor in potentia agentis ad absoluendum illam potentiam, & ad educēdum rem illam de potentia in actū. Verbi gratia,potentia qua glacies dissolubilis est vt liquefiat,minus distat ab actu liquefactionis: q̄ illa qua dissolubile est plumbum: & illa min⁹ q̄ illa qua dissolubile est argētum,& illa adhuc minus:q̄ illa qua dissolubile est aurum.Virtus ergo maior requiritur in vigore ad dissoluendum aurum q̄ argentū,& argētum q̄ plumbum,& plumbum q̄ glaciem.Cum igitur in infinitum plus distet potentia qua aliquid est productibile ex nihilo,a quacūq; potētia qua aliquid producibile est ex aliquo,oportet q potentia qua elicitur actus producendi aliquid ex nihilo, in īfinitum sit maior in vigore quacunq; potentia finita eliciēte actū producēdi aliqđ ex aliquo. Talis nō est nisi potentia infinita vigore:Idcirco dicendum est,q potentia dei actiua ad producēdum aliquid ex nihilo per creationem, necessario est infinita vigore.Si vero potentia dei actiua consideretur respectu actus circa creationem iam productam in esse:ille potest esse actus temporalis trāsiens:vt est motus lapidis de loco ad locum:aut est actus æternaliter perseuerans. Ex primo actu nullo modo argui potest infinitas vigoris in diuina potentia:eo q talis actus finitus scilicet est & determinatus, & limitatus in perfectione sua: & nullum tale inquantum huiusmodi,potest attestari super aliqua infinitate in sua causa.potest tamen in scđo actu:vt iam dicetur.Si vero potentia diuina consideretur in respectu ad productum per actum:tunc distinguendum est sicut iam distinctum est de actu.Aut enim consideratur respectu producti intra se,vel extra.Si primo modo : tunc dicēdum q respectu illius ponendū est potentiā dei esse infinitam vigore:quia productum est infinitū pfectione,vt est quelibet diuina persona,sicut dictū est de ipsa potentia cōparata ad actus quos intra deum elicit.Si vero cōsideretur in respectu ad pductū extra.s. in creaturis, aut ergo ad singulū pductorū scđm se,aut ad vniuersa pducta & pducenda scđm ordinē vnū post alterū in infinitū,

Si primo modo,cū qdlibet pductum in creatura sit limitatū in sua essentia,& nullum tale potest attestari super infinitate vigoris in sua causa efficiente: respectu talis igitur pducti, nullo modo possumus conijcere infinitatem vigoris in diuina potentia actiua.Licet enim diuina potētia vnica sit,simplex,& infinita:& super tanta infinitate vigoris eius attestatur pductio minimi vermiculi,q̄ supremi angeli quo ad actum producendi ex nihilo:tamen quanto creatura pducta est in superiori gradu naturæ & essentiæ,tanto attestatur super maiore vigore in potētia agentis.Ita ꝙ scdm maiorem gradum vigoris intelligimus productā superiorē creaturā,ponendo gradus vigoris in diuina potentia: sicut & gradus perfectionum ad essentias productas & pducendas in creaturis.Propter qd̄ propheta potentiam diuinam exprimit pluraliter,cum dicit.Quis loquetur potentias domini? Vbi dicit glo.Iste impletur consideratione diuinorum operum, & admirans ait. Quis loquetur.idest quis sufficiat loqui.Potētias dñi. idest opera quę potēter operatur. Vnde dicit alibi.Q̄ꝫ terribilia sunt opera tua dñe,in multitudine virtutis tuę.Vbi dicit potentiā dei esse infinitam:quam tamen propter eius vnitatem & infinitatem,sapiens in ecclesiasti. dicit magnā. Q̄ꝫ magna est,inquiens,potentia dei solius. Et secundum hoc penes hmōi gradus potentię deus creaturas producit in esse. Vnde dicit Diony.xiii.ca.de di.no.Extentum in omnia simul & super omnia est,non deficientibus augmentis & infinitis operibus.Non deficientibus augmentis. Ecce gradus perfectionum & intensionum in essentia & potentia. Sed per hoc quod addit,Infinitis operibus: vtrum intendit gradus creaturarum in infinitum secundum species productibiles secundum gradus perfectionum essentię & intensionum potentię:an pręcise multitudinem operū secundum numerum sub finitis speciebus,non est certum.Et non producit secundum naturalem impetū suę potētię,quēadmodū generat filiū:sic em̄ nihil pōt produci extra ipsum in diuersitate substantiæ:sed solum intra in vnitate substantię:Sed producit eas secundū dispositionem sapientiæ & voluntatis determinātis potentiam in sua actione respectu producti. Si vero diuina potentia actiua consideretur in respectu ad diuersa successiue producta & producenda in infinitum, tunc dicendū est ꝙ ex respectu ad hmōi producta & producenda similiter,& ex respectu ad actus circa creaturas æternaliter perseuerantes, vt est actus gubernationis & conseruationis creaturarum,aut iteratos & iterādos in infinitum circa creaturas: Dico ꝙ ex hmōi respectibus iudicare debemus potentiam agentis vigore essentiæ infinitam, ex infinitate in perseuerantia eius in sua actione,qua ex se & ex propria virtute sufficit sese & alia a se secundū esse in infinitum conseruare,& actiones suas & rerum productiones in infinitum continuare,ad qd̄ nulla virtus finita vigore sufficit ex se:immo ad hoc ꝙ conseruetur in esse, oportet ꝙ sit virtute potentię alterius,iuxta hoc qd̄ dicit Cōmen.de corpore cęlesti in libello suo de substantia orbis,vt statim videbit. Et ideo oportet ꝙ illa virtus influens aliis perseuerantiam in esse,excedat quācunq̄ virtutem finitam vigore quā possibile est dari,qualis non est nisi īfinita vigore.Et hoc duplici via habet declarari.vna a priori ex comparatione ad ipsam diuinam essentiam: & hoc quo ad infinitatē eius in intensione: alia a posteriori ex comparatione ad eius actionem circa mundanam creaturam: & hoc quo ad infinitatem eius in duratione.Primo modo apparet manifeste infinitas vigoris diuinę potentię immensę,ex hoc ꝙ infinita & immensa est eius substantia,terminum bonitatis substantialis,& virtutis non habens,vt infra declarabitur. Potentia enim actiua sequitur magnitudinem substātię rei, & maxime spiritualis:quāto illa magis est formalis.Vnde & in substantia potentia tanto est maior:quanto ipsa magis formalis est,& existens in actu.Nunc autem ita est,ꝙ magnitudo substantiæ infinitę secundū quantitatem molis quæ materialis est, vt in corpore infinito,non potest esse nisi potentię infinitę in qualitate vigoris:quia in infinitum excedit vigorem potentię cuiuscunq̄ substantię corporeę quātitatis finitę,vt probat Phus in fine.viii.Physi.& in secundo cęli & mundi.Quare multo fortius magnitudo substantiæ infinita secundū quantitatē bonitatis & virtutis quæ est omnino formalis,& imponitur actu vt est in deo,secundum ꝙ infra determinabitur:non potest esse nisi potentiæ infinitæ vigore:quę in infinitum excedit vigorem cuiuslibet potētiæ finitæ.Sicut em̄ in magnitudine corporali mole infinita non potest esse potentia corporalis vigore,sine intensione finita,vt probat Phs in fine.viii.Phy.Sic nec in magnitudine spūali imensitate infinita,esse pōt potētia spūalis intēsione vel vigore finita. Qd̄ pōt ostēdi virtute illarū duarū demōstrationū:quib⁹ ostēdit illud de magnitudine corporali.Ex prima sic. Potentia illa quę in minori tpe q̄ quęcunq̄ potētia finita vigore quæ potest dari, agit ęquale,est infinita vigore: quia semper potentia illa quæ agit æquale in minori tempore, est maior.Et non potest esse aliqua potentia maior quacunq̄ potentia finita data,nisi potentia quæ est infinita.quia qualibet potentia finita data & possibili dari,potest aliqua potentia finita maior dari per alicuius additionē.Potentia magnitu

Right-margin letters: I (beside lines 3–4), K (beside "tia actiua consideretur…"), L (beside "ior:quanto ipsa…"), M (beside "tpe q̄ quęcunq̄…").

dinis infinitę siue corporalis siue spūalis est hm̄ōi:quia potētia magnitudinis infinitę siue corpo-
ralis siue spiritualis semper est maior vigore quacunq; potentia finita quę potest dari,& potentia
maior semper agit ęquale in minori tempore,secūdum regulam quādam Phi in fine.vii.Physico.
Sed Philosophus aliter hanc minorem probat in.viii.Physico.describendo agentia,actum,& tem-
pus,in literis.Sit enim a.b.magnitudo siue spiritualis, siue corporalis īfinita.Sit autem b.c.magni
tudo aliqua finita siue spiritualis,siue corporalis: habens potentiam vigore finitam quæ moueat
aut aliquo modo trāsmutet ipsum d.in tempore finito,quod est e.z. Si ergo accipio duplum eius
qđ est b.c.in magnitudine & potentia in medietate tēporis quod est e.z. mouebit ipsum d.sic aūt
in infinitum procedendo,& b.c. semper duplicando nequaq̄ transibit excrescens vsq; ad quantita
tem infinitam a.b.& e.z.dimidiando nequaq̄ transibit,omne tempus finitū : quia per medietates
diuisibile est in infinitum.Sed semper b.c.duplicatū in tēpore finito dato & accepto mouet d. Sed
quolibet tpe sic dato & accepto semper est aliquod minus accipere in infinitū, in quo potest agere
idē magnitudo infinita a.b.excellit ergo in vigore potentia a.b.omnē finitā potentiā datam: quia
actionis magnitudinis finitę cuiuscunq; date per duplicationē b.c.necesse est temp⁹ esse finitū: &
N semp in minori pōt agere illa magnitudo infinita. Necesse est ergo vt eius potentia non sit finita
vigore,sed infinita.Hāc demōstrationē expresse ponit phs,vbi dicit.Sed tū neq; īfinitū finitā &c.
Ex secūda autē demonstratione:quā innuit cum dicit,Est autē hoc demonstrare &c.arguit idem
sic.Si in magnitudine īfinita eēt potētia vigore finita: potētia aliqua in magnitudine finita posset
mensurare potentiā existentē in magnitudine infinita:& ęqualis esse ei,immo maior: qa magnitu
do finita,siue spūalis,siue corporalis alicuius potētię finitę in vigore,si fuerit duplata, habebit du
plo maiorē potētiā in vigore.Quodlibet aūt finitū aliquotiēs acceptū adęquari pōt cuilibet finito
dato,& ipsum mensurare,immo potest ipsum excedere.Illud autem est impossibile,scilicet q potē
tia in magnitudine finita posset mensurare potentiam magnitudinis infinitæ : vt ęqualis esset ei,
aut maior.Impossibile est ergo q in magnitudine quacūq; infinita sit potentia vigore finita.Cum
ergo diuina substantia sit magnitudinis spiritualis infinitę,in qua scđm Aug.id maius est qđ est
melius,& hoc propter immēsitatem bonitatis & perfectionis suæ substātiæ naturalis,vt infra pa-
tebit:patet euidentissime q propter infinitatem suæ immensitatis in eius substantia, oportet eā
ponere infinitæ potentiæ vigore.Idem secundo probari potest ex eius actione qua potest agere tē
pore infinito circa creaturas,sic.Qđ ex se potest agere durando in actione,& eam cōtinuando se-
cundum tempus infinitum:est infinitę potentię vigore. Deus est hm̄ōi in actione sua circa crea-
turas,vt infra videbitur:Qđ etiā supponit Phs in fine.viii.Phy.ex ęternitate motus,& tēporis.vt
dicit Auer.v.cap.de substantia orbis. vbi philosophus per hoc probat q primus motor, quē nos
solum deum ponimus:non est aliquod corpus finitum,neq; virtus in corpore: sed simplex,impar
tibilis,& absq; omni magnitudine.Ergo deus est infinitæ potētię vigore.Maior propositio patet.
O quoniam q aliquid agit & durat in actione,immo etiam in esse, hoc procedit ex potentię suę vi-
gore.Semp eñ qđ scđm potētiam maioris est efficacię & vigoris diutius perseuerare potest in sua
actione & duratione in esse:& ita qđ ex se potest durare in continuādo actionem secundum tem
pus infinitum:oportet q sit infinitę potentię in vigore: & ita excedens vigorem omnis potentiæ
finitę in actione & duratione scđm tēpus,qualis est quātū est ex se omnis potentia substantię limi
tatę,siue fuerit spiritualis,siue corporalis:q̄q̄ aliqua ex eis infinitatem hm̄ōi capere posset per cō
tinuum influxum virtutis,durandi & agendi ab alio,vt contingit in corpore cęlesti.Et generali-
ter in omni qđ est magnitudinis finitæ:cum sit spiritualis ex limitatione solius essentiæ:siue cor-
poralis,ex limitatione essentiæ,& corporalis extensionis:quicquid est finitum & limitatum ī ma-
gnitudine essentiæ corporalis vel spiritualis,ex se non potest habere potentiam durandi & agen
di secundum tempus infinitū: sed solū ab alio,scđm q dicit Auer.de corpore cælesti.iii.c.de sub-
stantia orbis.Quoniā(inquit)etsi sit simplex:& non habet potentiam ad corruptionem: tamē est
finitę actionis necessario:quia est finitarum dimensionum & terminatarum a superficie continen
te ipsum.Et omne tale cū posuerit intellectus esse existens per se absq; eo q aliud largiatur ei per
manentiam & ęternitatem: necesse est vt ita sit de finitate suæ permanentiæ sicut est de finitate
suæ actionis.Et ideo necesse est,esse potentiam largientem ipsi permanentiam æternam:quemad-
modum ipsi largitur motum æternum.Et sicut hoc est verum de limitato in essentia sub quali-
tate:sic etiā verum est in essentia limitata sine quātitate:licet talē nō posuit phs nisi illā q̄ est cor
pori pportionata & cōiūcta vt motor,vt īfra videbit̄. Vñ btūs Dion.vi.c.de di.no.Laudāda est vi
ta ęterna p seipsam vita:a qua in oīa vitā participantia viuere exseminatur. Igit̄ & immortalium
angelorum vita & immortalitas ex ipsa, & per ipsam est & subsistit:idcirco & viuentes semper

& immortales: & nō imortales iterum, quia nō a seipsis habēt immortaliter esse & eternaliter viuere, sed ex viuifica & totius vite factrice & cōtinuatrice causa. Qđ idem est oīno cum illo dicto publico Platonis. Dii deorū &c. Et sic patet plane ꝙ substantiam ex se infinitam actione & duratione secundum tempus, quia oportet eam esse infinitam vigore oportet esse illimitatā & infinitā secūdum magnitudinem substantie vel spiritualis vel corporalis. Vnde & sup hoc fundat Phs suam demonstrationem: qua probat in fine. viii. Phy. ꝙ primus motor quia mouet ex se scđm tēpus infinitum, nō potest esse corpus aliqđ finitū, neqȝ virtus in corpore finito: quia nullum corpus finitū ex se potest mouere scđm tempus infinitū. Supponit eñ ꝙ nō potest aliquid esse ex se infinitū scđm tēpus & duratonē in actione, nisi sit in se infinite virtutis vigore: qualis non potest esse in corpore finito: neqȝ in aliqua substātia finita & limitata. Semp eñ oportet ꝙ potentia & scđm tempus, & scđm vigorē sit finita vel infinita, scđm ꝙ ipsa magnitudo substantiæ vel spūalis vel corporalis finita est vel infinita: vt si magnitudo substātie sit finita, & potētia: & si infinita sit ipsa & infinita sit illa. Ita ꝙ in magnitudine substātie finita non possit esse potentia infinita, neqȝ eōuerso in magnitudine īfinita potētia finita. Quod bene insinuat eius probatio ex parte magnitudinis finite corporalis, quādo probat ꝙ non potest mouere scđm tēpus infinitum per partes mouentis & mobilis, & temporis in cuius partib⁹ partes mouētis habēt mouere partes mobilis, hoc modo. Si a. sit corpus finitū, mouens mobile finitum b. ꝑ tēpus infinitum c. ergo d. quæ est aliqua pars ipsius a. mouebit e. partē aliquā ipsius b. & hoc in aliqua parte finita ipsius infiniti qđ est c. & sit illa pars. z. quia nō potest d. mouere e. in toto c. in quo mouet a. ipsum b. Semp eñ maius corpus mouet sibi proportionale in pluri, & longiori tempore continuando suū motū. qđ nullo modo haberet veritatem: nisi quia in toto est maior vigor virtutis ad permanendū diutius & continuandū motum totius q̄ in parte ad cōtinuandū motū partis: eo ꝙ virtus vnita fortior est seipsa separata. Vnde per idē spatium & equaliter quo potest mouere pars partem, potest & totum totum: & forte in minori ꝑpter maiorem vigorem. Quo supposito cōcludit intentum. D. igitur nō potest mouere e. nisi per partem c. quæ est. z. Sed quātitas ipsius d. aliquotiēs ablata ab ipso a. & addita ipsi d. cōsumet aliquando totū a. & similiter quātitas ipsius e. aliquotiēs ablata ab ipso b. & addita ipsi e. cōsumet aliquādo totū b. quātitas autē ipsius. z. totiens ablata ab ipso c. & addita ipsi. z. in quo mouet totum ablatum ab a. totum: ablatū ab ipso b. tempus finitū est: & nō cōsumit ipm c. Non ergo corpus finitū a. mouebit corpus finitū b. ꝑ tempus infinitū c. sed ꝑ tempus finitū, per aliquā. s. partē ipsius c. Et ideo corpus finitū nō habet virtutē infinitā mouēdi. s. ꝑ tempus infinitū duratione. Et patet plane ꝙ virtus demōstrationis suæ trahitur ex eo ꝙ ponit ꝙ maius corpus semper mouet in pluri tēpore. Et hoc nō nisi propter maiorā vigorē, cuius vigoris partes cōtinēt partes corporis: q̄ finities sumpte cōsumūt vigorē cuiuslibet corporis finiti. Vnde supponit plane ꝙ corpus finitū propter finitatē sui vigoris non pōt mouere per tempus infinitum. Vnde & secundum ipsum Philosophū: corpus qđ ex se & ex propria virtute potest mouere secūdū tempus infinitum: tale debet esse: vt secundum diuisionem partium temporis accipiendiꝗ in infinitum, in quibus partes mouentis possent mouere partes mobilis, posset procedere diuisio partium eius in infinitum, quale non potest esse nisi corpus actu infinitum, de quo clarum est ꝙ cū hoc ꝙ est infinitū extensione & duratione, oportet ꝙ sit infinitum vigore. Qđ probat Philosophus in duabus demonstrationibus pretactis, tanq̄ id qđ suppositū est in hac eius demonstratiōe. Et sic aperte patet ꝙ Philosophus per hoc ꝙ probat ꝙ motor primus nō potest esse corpus finitū, aut virt⁹ in eo, eo ꝙ potest mouere per tempus infinitū: qđ potest motor primus (qđ alibi probauit in. viii. Phy.) implicat ꝙ motor primus est virtutis infinite vigore, qualis esset corpus infinitū si esset in rerū natura. Ita ꝙ sicut infinitas vigoris corporis īfiniti diuidi posset per infinitas partes vigoris finiti, secundū diuisionē corporis illius materialem, sic īfinitas vigoris primi motoris diuidi potest scđm rationē intelligendi, per infinitas partes vigoris finiti. Sic ergo plane patet ꝙ demōstratio phi quā ponit versus finem. viii. Phy. cum dicit. Horum autem vnū quidē impossibile &c. ad probandum ꝙ corpus finitum non habet potentiam mouendi tempore infinito, fundatur super duo. Quorum vnum est ꝙ corpus finitum nō potest in se habere potentiā infinitam vigore. Secundum vero est ꝙ corpus infinitum qđ potest mouere tempore infinito, & diuidi secūdum eius diuisionē in infinitū, sit infinitū vigore. Propter qđ ꝓposita demōstratōe iam dicta statim inducit tres alias demōstrationes. Vnā ad ꝓbandū primū, cū dicit. Qꝫ autem oīno infinita magnitudine nō contingit infinitam esse potentiam ex his manifestum est &c. Sed quia nō pertinet ad propositū ipsam omitto. Ad scđm vero inducit duas alias supratactas cū dicit. Sed tamē neqȝ infinitum finitū. &c. Et sic patet plane ꝙ virtus demonstrationis Philosophi in fine. viii. Physicorum ad probandū ꝙ primus P

Q

R

S primo: & eius gratia de ente simpliciter & de omnibus partibus entis, secũdum q entes sunt: licet nõ secũdũ pprias rõnes qbus sunt hęc entia vel illa. Sic etiã(vt ibidẽ declaratũ est) sciẽtia theologica maxie dicẽda est vl'is: & magis q̃ metaphysica: qa descẽdit ad cõsiderãdũ de toto ente & q̃libet parte entis: non quia ens: sed quia tale ens: & hoc vsq ad minima cuiuslibet entis: considerando & inspiciendo in seipso oĩes rationes essentiæ suæ & cuiuslibet entis generaliter. Vñ cum(vt ibidẽ determinatum est) in hoc scientia theologica sequit sciam q̃ est in mente diuina, qua deus secum

cognoscendo seipso in seipso oīa alia a se vsq ad minima cognoscit, vt infra declarabitur loquēdo de tali vniuersalitate: dico q scientia dei verissime debet dici vlis, vt patet ex ibi declaratis.

¶ Per hęc patēt obiecta. Primū em̄ & scđm ꝓcedūt de vlitate primo mō dicta. illa em̄ facit maxime scire, quia est de primis pricipiis, & in illis quodāmō scit oīa alia. secundū q dicit Philosophus primo metaphysicę. Scire maxime est habenti vniuersalem sciētiā. hoc em̄ modo scit quodammodo omnia subiecta: & hoc maxime in diuina scientia: qua in vno simplici cognoscitur oīa impfite & īmaterialiter. qđ appellat Diony. cognosci vliter. ¶ Per idē patet ad tertiū q nō dr scientia particularis propter subiectum vel obiectū: sed ꝓpter illa ad quæ se extendit notitia subiecti vel obiecti. T Ad obiecta.

Irca secundum arguit q in deo duplex sit scientia seu notitia, essentialis. s. & personalis. Primo sic. præter essentialem sciām in deo ex qua elicitur actus intelligēdi siue sciendi essentialis, quem supponit actus diuidendi patris, vt infra dicetur est in deo notitia siue scientia concepta ꝑ intellectualē actionem cum vi diuina concepta in mente paterna quę est verbum. talis notitia non est nisi personalis. ergo &c. ¶ Secundo sic. sicut se habet amor ad spiritū sanctū: sic se habet notitia siue sciētia ad filium: qa sicut ille ꝓcedit ꝑ modū voluntariæ opationis q̄ consistit in amore, sic iste ꝓcedit ꝑ modū intellectualis opationis quæ cōsistit in scia siue notitia. Sed amor nō tm̄ est essentialis cōis tribus ꝑsonis, sed etiā est ꝑsonalis ꝓpri⁹ spiritui sancto. ipse em̄ amor est, q est nexus pris & filii, q nō est amor essentialis q nex⁹ est triū ꝑsonarū iter se. ergo &c. ¶ Tertio sic. secūdū Aug. pater nō est sapiēs sapiētia a se genita sed nō genita: qđ nō eēt (vt videt) nisi in deo distingueret duplex sapientia, vna genita, alia nō genita: quarum vna est ꝑsonalis, alia vero essentialis. ergo &c. ¶ In contrarium est. qm̄ illud qđ est cōe tribus ꝑsonis, & non conuenit vni potius q̄ aliis nisi ꝑ appropriationem, nō est nisi essentiale: quia appropriatum nō est ꝓpriū, vt infra patebit Scientia siue notitia in deo est de appropriatis filio, vt patebit infra. ergo &c. V Quest. II. Arg. 1. 2 3 In opposi.

¶ Dicendum ad hoc secundum dicta superius in consimili questiōe de veritate dei q non distinguitur aliquid penes essentiale & ꝑsonale, nisi quia alia & alia ratione conuenit ꝑsonæ & essentiæ: secundū q res & vnitas sic distinguunt, vt expositum est de re in illa questione de veritate & vnitate dei: & in quadā questione de bonitate dei, ita q illud qđ secundum vnam & eandē rationem conuenit ꝑsonæ & essentię, nullo modo potest dici ꝑsonale: quia non conuenit ꝑsonę ex ꝑsonali ꝓprietate sua, sed ex ratione essentię. quia cum ꝑsonalis ꝓprietas est propria ratio personę, qđ conuenit ei ratione ipsius, conuenit ei secūdum ꝓpriam rationem: quēadmodū ibidē declaratum fuit de veritate. Nūc aūt q sciētia siue notitia cōuenit deo siue personæ alicui diuinæ, hoc est quia natura diuina omnino immaterialis est & forma pura. secundum q dicit Auicen. viii. metaphysicę. Cum dicitur intelligentia & intellectus, non intelligitur nisi quia ipse est expoliatus ex se, & negatur ab eo commixtio materię & eius appendicia. Et preterea ratio scientiæ in deo non est nisi respectu ad actum intelligendi qui ex ipsa elicit, & ad obiectum qđ est scibile ꝑ ipsum. Actus autem intelligēdi in deo nō est nisi essentialis, vt infra patebit: & hoc ad qđcunq terminet. Non ergo notitia siue scientia est in deo nisi essentialis: & nulla ꝓpria: licet sit ꝑsonæ filii appropriata, vt infra dicetur: & hoc secundum modum quo in quæstione ꝓcedente de veritate determinatum est q veritas non potest esse ꝓpria filio: sed solum appropriata, maxime in solutione argumentorum. X Respōsio.

¶ Ad primum in oppositum q in deo preter notitiam essentialē quæ est ratio eliciendi actum intelligendi essentialem, est alia scientia siue notitia concepta per actum dicēdi quæ est verbum: Dicendum q falsum est. q enim verbum notitia quędam est siue ars, hoc nō est nisi qa in ipso communicata est essentia sub ratione qua ars est & notitia. s. per intellectualē operationem. Vnde q filius dicitur ars vel sapientia patris, hoc non est quia ei conuenit alia ratio sapientię vel artis q̄ illius quæ est essentialis: sed quia diuina essentia sub ratione artis & sapientiæ ei communicatur. Propter qđ & ei appropriatur, vt infra videbitur loquendo de appropriatione. vt nō solū nomine dicatur sapientia verbum: quia de sapientia procedit: quēadmodum opus procedens ab habitu iustitiæ, iustitia dicitur, vt aliqui solent dicere: sed quia est vere sapientia. Vnde q etiam dicit sapientia genita, hoc nō est nisi ꝑ appropriationē contrahēdo secūdū nostrū modū intelligendi cōe ad proprium per personale qđ importat noīe geniti: quēadmodum cum dicitur sapientia ingenita, consimili modo noīe ingeniti sapiētia essentialis appropriat patri. sapiētia em̄ nō solū appropriat filio qa ꝓcedit a patre mō itellectualis opationis: licet qdā hoc opinant: sed cōsiliter appropriat pri qa ab ipso ꝓcedit fili⁹ ꝑ itellectualē opationē: ita q vtriq sil' appropriat respectu spūs sancti, vt infra Y Ad pri. princip.

patebit loquendo de appropriationibus. Et ꝑpter hmõi appropriationẽ dicitur sapientia de sapientia, ars de arte, nõ propter aliqd proprium: ita ꝙ si ex pte filii esset aliqua scientia siue sapientia, vt ars psonalis, quæ esset ꝑducta: & similiter ex parte patris esset sapientia personalis quæ esset producens, vt sic triplex esset scientia vel sapientia in diuinis, genita in filio, ingenita in patre, quæ essent personales: & non genita communiter in tribus personis, quę est essentialis.

Ž Ad ſcdm. ¶ Ad secundũ de amore in spiritu sancto & notitia in filio: Dicendum ꝙ amor non plus essentialis est in spiritu sancto q̃ scientia siue notitia in filio. Vnde quod hic dictum est de scientia, ꝙ non est nisi essentialis: etiam intelligendum est de amore: ne super hoc oporteat inferius mouere propriã quęstionẽ. Quia tñ nomina sunt magis imposita emanationi per modum intellectualis operationis qua producitur fili⁹, q̃ emanationi per modum amoris qua producitur spiritus sanctus: ideo etiam magis sunt nobis nomina imposita ad significandum ea quæ pertinent ad illam emanationem q̃ ad istam. In illa enim habemus ꝑpria nomina processionum actiue & passiue dicta, quę sunt generare, gñari: & personas ipsas quæ sunt pater, filius: & qđ amplius est, nomina propria emanationum exprimẽtium intellectualem operationem & ipsam personam productam, vt sunt dicere, dici, verbum. in ista est vnum nomen emanationis ex parte vtriusq; personæ. s. spiratio: q̃ approprïat̃ p circũlocutionẽ, cũ dicit̃ spiratio actiua & passiua: nec sunt oino nomina exprimentia modum voluntariæ emanationis neq; personam emanantem: sed circunloquitur dicendo amor procedens: sicut circũloquit̃ persona filii cum dicitur sapientia genita: & talis persona circũlocuta: quia ipsa est nex⁹ patris & filii, dicitur amor procedens nexus vtriusq; non ratione amoris simpliciter qui est communis nex⁹ trium personarum: sed ratione personalis adiuncti. Circũloquitur autem spiritus sanctus nomine amoris potius q̃ alio noĩe, sicut persona filii potius circũloquitur nomine sapientię q̃ alio. Quia sicut ĩ intellectuali opatione q̃ cõcipit̃ fili⁹, concipit̃ notitia in mẽte intelligentis: q̃ cũ includit̃ ĩ vno significato cum personali proprietate dicitur verbum: Sic in voluntaria operatione qua cõcipitur spiritus sanctus concipitur amor in voluntate volentis: qui cum proprietate personali circũloquitur personam spũs sancti. & si sub vnius vocabuli significato cum illa proprietate includeretur, illud simplex vocabulum esset nomen illius personæ: quod quia non est impositum, vtimur nomine amoris in circũloquendo personam spiritus sancti: & ideo vsitatius vocatur spirit⁹ sanct⁹ amor q̃ filius notitia, vt potius videatur amor proprium spiritui sancto q̃ notitia filio. qđ tñ non est nisi propter appropriationem vt dictum est.

& Ad tertiũ ¶ Ad tertium: ꝙ pater non est sapiens sapientia genita sed non genita: Dicendũ ꝙ hoc non dicit̃ qn sapiẽtia sit essentiale: sed quia vt est genita filio appropriatur, & consideratur vt est in filio. vt vero est non genita cõmunis est, & considerat̃ vt est cõmunis tribus: ita ꝙ licet pater non intelligit sapientia genita hoc est sapientia essentiali vt est in filio, vt. s. sit ei ratio intelligendi secundum ꝙ est in filio (tunc non esset ratio intelligendi vt est in seipso) intelligit tamen sapientia quæ est in filio, quia eadem est in patre & in filio: quæ est ratio intelligendi patri vt est in patre: & filio vt est in filio: non autem econuerso. Illud ergo dicit August. non propter aliquam sapientiam propriam: sed ꝑpter sapientiæ communis appropriationem vt dictũ est. Vel dicẽdum verius ꝙ hoc non dicit August. supponendo ꝙ sit aliqua sapientia genita personalis: sicut est verbum: sed quia oĩno est inconueniens ꝙ sit aliqua sapientia genita psonalis. secũdũ ꝙ hoc multum pertractat circa principium. vii. de trini. vbi dicit concordando primę solutioni. Intelligentia dicitur sapientia de sapientia: & vtrunq; vna sapientia.

Art. XXXIX. De actione dei in generali.

Articulus XXXIX

Iso de veritate & intelligibilitate dei vt de obiecto intellectus: & sibi de ei⁹ itellectu & de intellectiua potẽtia, & de eius scientia, vt de habitu in ĩtellectu ad eliciẽdũ actũ ĩtelligẽdi, sequit̃ quarto de ipso actu intelligendi qui est intelligere quasi elicitum de potentia & ex habitu per obiectum. Et quia intelligere est sic quasi actio in deo, ideo circa hoc queruntur duo. Quorum

Primum est de actione dei in generali.

Secundum de actione quæ est intelligere in speciali.

Circa primum quæruntur octo.

Primum: vtrum deo conueniat agere.

Secundum: vtrum actio dei sit ipsius essentia.

Tertium: vtrum aliquam actionem agat diuina essentia.

Quartum: vtrum diuina essentia sit ratio agendi omnem diuinam actionem.

Quintum: vtrum diuina essentia sit per se terminus alicuius diuinę actionis.
Sextum: vtrum omnes diuinas actiones communiter agunt omnes personæ.
Septimum: vtrum actiones communes agant personæ omnes vniformiter.
Octauum: vtrum deo conueniat aliqua actio in se manens.



Irca primum arguitur: q deo non conueniat agere aliquid. Primo sic. Philosoph⁹ dicit. ii. meta. Nihil incipit agere aliquā actionē nisi intendendo finem. deo autem non cōuenit finē intendere, vt pbat Auicen. ix. meta. suę. ergo &c. ¶Secundo sic. agere assimilatur motui: habitus autē quieti. Melior autē est dispositio quietis q̄ motus: qa motus est actus imperfecti iquatū imperfectum, secūdū Philosophum. quies aūt ē dispositio pfecti: quia in ea sistit & terminaẽ motus acquisito eo qđ p motum acquiritur. Philosophus autē dicit in Top. Quod similius est meliori in eo q melius est: & non in ridiculosioribus: melius est & magis eligendū. Melior ergo est dispositio habitus q̄ agere siue actus. sed quod melius est scđm pdeterminata deo est attribuēdum. Deo ergo est attribuēdum esse in habitu, non autem in agere. ergo &c. ¶In oppositum est. qm̄ formę & eius qđ in actu est, pprium est agere: sicut pati ppriū est materię & eius quod est in potentia: sicut scri bit. ii. de generatione. Deus autem pure forma est & summe in actu, vt habitum est supra. ergo &c. A Quest. I. Arg. 1. 2 In opposi.

¶Dicendum ad hoc: q agere ponendum est deo conuenire. Et hoc duplici via habet declarari: vna ex pte ipsius principii actionis reperti in ipso: alia ex pte dispositionis ipsius actionis. Prima via patet. s. q deo conueniat agere, qm̄ scđm supradeterminata, in genere causę efficientis omne agens & mouens, ad deū vt ad primū principiū in gn̄e causę agētis & mouentis reducitur. Nunc autem ita est q in omni genere causę quod est primum in eius coordinatione verissime participat rationem illius causæ. qm̄ vt dicit Philosophus. ii. metaphy. vnūquodq; principiorum ppriе est causa. secundum q sunt aliæ res quæ conueniunt in nomine & intētione, vt dicit Commētator. Et cum ita sit, manifestum est q primum in quolibet genere magis est dignum habere nomen q̄ ea quorum sunt causæ: & omnium intentionum quæ sunt in illo genere. verbi gratia, quoniam ignis est causa in rebus calidis, ideo est magis dignus habere hoc nomen calidum & eius intentionem q̄ alia. & similiter quod primū est in genere formarum, verius habet esse forma. & similiter est de fine & materia. Et similiter i genere causę efficientis qđ est primum in illo, verissime debet dici agens & mouens. agere ergo verissime deo conuenit. ¶Secūda via hoc similiter patet. qm̄ secūdū Philosophū pri. Ethic. differt non parum in habitu optimum existere vel in operatione. Vt enim vult ibidem, res est in digniori dispositione cum est p actionem in opatione existens, q̄ in habitu sine ipsa. vnde p hoc pbat q beatitudo non est virtus vl' habitus: sed actus siue operatio. Hic etiam dicit. xii. meta. de operatione intellect⁹. Si nihil intelligit, quid est illud nobile qđ inest ei: non enī est ei nisi sicut dormiēti. Nūc aūt scđm supradeterminata, nobili⁹ semp deo tribuēdū ē. Simpliciter ergo dicēdū q deo conuenit agere: & hoc etiā large sumendo actionem: q cōtinet sub se actionem pprie dictā & factionem, & etiā operationē pprie dictam. Est ei actio pprie dicta circa aliquid extra: quę scđm se quęriẽ vt finis: nō aliqua res alia operata: vt est citharizatio. Vnde diciẽ in. vi. principiis. Actio non quęrit quid agat: sed i quid. Est autē factio opatio artis: & vniuersaliter agentis: q̄ pter actionem agētis requirit aliquid factum seu operatū. de qua erit sermo iferius cū loq̄mur de creaturis, & silr de actiōe pprie dicta. Opatio pprie dicta actio pfecta ē manēs i agēte, vt speculatiōis secundū intellectū: & dilectionis secundū voluntatē: in qua consistit perfecta felicitas intellectualis naturę: de qua erit sermo in quarta questione sequēti. Vnde quantum pertinet ad psentem q̄stionem, sufficit scire in generali q actio communiter accepta actiōe secundū modum quo prędicamētum actionis poni debet in deo, conueniat deo. B Responsio. C

¶Ad primum in oppositum q deo non conuenit agere, quia non intēdit finem: Dicendū q illud dictū Auicen. de intentione, non intelligitur nisi de intentione qua agens intēdit finem alium a se, qui est nobilius eo: & illa est intentio pprie dicta: qua. s. agens intendit aliquid vt finem quo in aliquo esse perficitur. secundum q dicit Auicen. in eodem. Intendens est minoris esse q̄ quod intenditur: cum id quod intenditur dignius est intendenti esse q̄ non esse ab eo. Deo autem non est dignius non esse cætera ab eo q̄ esse: quia nihil dignitatis ex hoc acquirit q creaturæ habent esse ab eo, vt infra patere poterit. Hoc enim (vt dicit Auicen. ibidem) induceret multitudinem in sua essentia. Hoc ergo modo deus reuera nihil agit per intentionem. Loquendo tamen communiter de intentione, qua scilicet agens non intendit finem alium a se, Deus agit per intentionem: quia in omni actione sua intendit seipsum vt finem, vt infra declarabitur. D Ad pri. princip.

Hãc aũt intentionẽ non intendit Auicẽ. remouere a deo. Vnde Auicẽ. loquẽs de pductis a deo dicit ibidem. Non potest esse vt esse omniũ ab illo sit secundum viam intentionis: quemadmodum est nobis intentio in omnibus his quæ sunt a nobis: tunc enim ipse esset intendens propter aliquid aliud præter se. Philosophus autem in dicto suo loquit de intentione communiter ad omnem modũ intentionis. Intentio enim cõmuniter dicta est voluntas directa in finem, sine qua nulla actio omnino inchoatur. Et sequũtur sese inseparabiliter ista duo, finis & actio: quia non est actio nisi vbi est finis qui intendat. dicente Philosopho in secundo meta. Habens intellectum non agit nisi ppter aliquam rem quę est vltimum actionis. vltimum enim est finis ad quem intẽdit. Et idem vult de agẽte p naturam in fine secũdi physi. Et ecõuerso nõ est finis nisi vbi est actio. secundũ q dicit in. 3. metaphysicę. Impossibile est vt ista causa sit in se quæ non moueretur. Et sumit ibi motum large, cõcludens ex hoc q in mathematicis non sit demõstratio per illam causam: quia. s. mathematica sunt separata a motu. Quare cum in deo oportet ponere rationem finis & boni siue perfectionis, vt infra videbitur: necesse est ergo ponere in ipso actionem qua mouet seu agit aut operatur intendens in seipsum vt in bonum & vltimum omnium perfectionum. Vnde dicit Philosophus. x. Eth. Viuere omnes suspicati sunt deos. ergo & operari: non autem dormire secũdum q dixit Thales Endimiona Philosophus: qui negauit vitam inesse diis: & amouit ab eis omnem operationem, tanq̃ nõ eẽt opatio nisi dispositio iperfecti: & p opationẽ pfectionẽ sibi acqrentis, secũdũ q pcedit secda rõ. ¶ Ad quã dicẽdũ tã de actiõe quã agit res ĩ seipsa tanq̃ opationẽ, q̃ de actiõe quã agit tãq̃ factionẽ trãseũtẽ in rẽ extra: q vtraq duplex est. Actio em̃ q̃ est operatio nõ ppter aliqd operatũ: sed ppter se: aut

E Ad secundum. est aliud re ab ipso agente: aut est ipsa substantia agentis. Primo modo reuera assimilatur motui. Est em̃ quasi emanatio vel progressus ab agente: vt calere in calido: & splendere in luce: quo agẽs acquirit sibi esse perfectum: & sine quo esset imperfectum. Propter qđ est q̃si motus & actus imperfecti secundum q imperfectum est. Vnde si in sua essentia esset perfectum simpliciter, impossibile esset ei conuenire talem actionem. Q m̃ simpliciter perfectum, sine omni motu & actione perfectionem suam habet: & qđ nõ est hmõi, per motum vnum vel plures necessario pfectionem suam sibi acquirit: & quod simpliciter & omnino est imperfectum: & non potest nisi modicam perfectionem acquirere: quasi est in quiete: & sine motu & operatiõe: vel modicam habet. secũdum q determinat Philosophus in secundo cę. & mũ. Et secundũ hoc operatio secundo modo, qualis est opatio dei vt infra patebit, nullo modo assimilatur motui, sed magis vacationi: vt perfectio simpliciter sit opatio quæ est vera vacatio opposita operationi secundo modo. Vnde quãto minor est opatio primo modo: & magis ad simplicitatem operationis accedit secundo modo: tanto est operans perfectius & beatitudo eius maior: ita q omnis operatio primo modo ordinatur finaliter ad operationẽ secundo modo: & quanto operatio primo modo magis habet de distantia a simplicitate operationis secundo modo, tanto magis distat a perfectione finalis beatitudinis, & a remotiori ad ipsam ordinatur. Propter quod perfectio omnis in vita actiua & virtutibus moralibus ordinatur finaliter ad perfectionem vitæ contemplatiuę quæ consistit in virtutibus speculatiuis. dicente Philosopho. x. Eth. Videt felicitas in vacatione esse. non vacamus em̃ vt vacem⁹: & bellamus vt pacem ducamus. Politicę autem operationes non vacantes sunt, & finem aliquem appetũt. Intellectus autẽ operatio differre videtur ab aliis honorificẽtia & nobilitate: & præter ipsam nullum appetere finẽ præter complementum suiipsius. Vnde & secundum gradus dictorum modorum operationis distinguũtur gradus rerum in ordine vniuersi. secundum q Commen. exponit prædictam determinationem Phĩ dicẽs. Ordines vident quatuor: & quilibet ordo habet latitudinem pręter vltimum.

F Ordo ergo primus est ordo entium quæ comprehendunt nobilitatem perfectam sine operatione: & diuersificantur secundum magis & min⁹. hæc autem sunt entia abstracta. Quod dicit sine operatione, intendit de operatione primo modo. Vnde aperte ponit in qualibet substantia abstracta non aliud eẽ operationem q̃ eius substãtiam: & sic quãlibet earum esse deũ quẽdã, vt dictum est supra: ita tamen q sit gradus & ordo deorũ: quorũ vnus est primus. aliter enim iste ordo non haberet latitudinem. Secundus ordo est eorum quæ appropinquant pfectę nobilitati p operationem: & hęc sũt duobus modis: aut per modicam operationem: & hæc non inuenitur nisi in motibus cælestibus: & est primus orbis: aut p multam: & hęc inuenitur in aliis corporibus cælestibus & in homine. Tertius ordo est eorum quæ non possunt comprehendere nobilitatem propinquam nobilitati perfectę: neq multa operatione neq modica: sed statim cõpr̃hendunt nobilitatem minorem propinquam pfectę nobilitati: & hoc p modicam opationẽ. & est in aliis animatis. Et quilibet istorum triũ latitudinem habet. Quartus vero est terræ: quæ nõ potest cõphẽdere nobilitatem p opationẽ: sed fere per quietem tm̃. & iste ordo valde distat a primo, q̃uis vterq eorum sit sine operatione: & in

primo fuit propter nobilitatem sui & sui finis. quia sicut finis nobilis quanto est nobilior, tanto comprehenditur minori operatione: ita & finis vilis quanto magis fuerit vilis tanto magis comprehenditur minori operatione: ita quod id quod est valde vile comprehenditur sine operatione omnino. Et ideo in omnibus cælestibus illud quod est pauciorum actionum est nobilius, quam quod plurium: & in eis quæ sunt sub corporibus cælestibus, illud quod est plurium actionum, est nobilius quam illud quod est pauciorum: & ideo nobilissimum omnium hic est homo: & vilissimum est terra. Sic ergo operatio dei quia non est nisi sua essentia, minime assimilatur motui: sed maxime vacationi oppositæ motui & tamen vera operatio est & perfectissima: & ideo dispositio perfecti vt perfectum est: & vnumquodque quantum appropinquat magis tali operationi: tanto est perfectius: & sua operatio magis assimilatur vacationi non motui. Similiter actio quæ est factio duplex est: vna quam dignius agenti est aliquid fieri ab ipso quam non fieri. alia quam non est dignius ei fieri aliquid aliud ab eo quam non fieri. Factio primo modo habet modum motus in agente: quia est quasi defluxus imperfecti inquantum imperfectum in aliud vt perficiatur in esse per illud. & talis factio deo non conuenit: quia vt dicit Auicenna quod potius est agenti esse quam non esse, illud est sibi vtile. Deus autem quia perfectus est in sua essentia, ideo non est sibi aliquid vtile. Factio autem secundo modo quia agenti nihil acquirit ipsa est perfecti inquantum perfectum est: & ideo non habet modum motus: & talis est perfectio dei in productione creaturæ: vt videbitur loquendo de productione creaturę: & similiter in productione diuinarum personarum, extendendo nomen factionis (si vsus pateretur) ad simplicem productionem. Et ista differentia factionis est ratio quare quędam dicitur facta per intentionem, quędam non. secundum quod dicit Auicen. Si fuerit per intentionem: & propter vtilitatem. Notum est autem, quod illud cuius esse & non esse agenti ęquale est, non est per intentionem.

Irca secundum arguitur quod actio dei non sit sua substantia. Primo sic. essentia dei est principium a quo procedit actio diuina tanquam principiatum eius, vt infra patebit. Si ergo actio dei esset eius essentia, idem respectu suiipsius esset velut principium & principiatum. consequens falsum est & impossibile. ergo & antecedens. ¶ Secundo sic. actio vt actio est non est nisi dispositio agentis vt agens est, iam constituti in esse secundum actum perfectum, et ad quem actum se habet vt aliquid egrediens ab ipso. agens autem vt agens non est nisi suppositum, vt infra patebit. ergo actio vt actio est, est dispositio suppositi iam constituti & perfecti secundum actum egredientem ab ipso. Substantia autem vt substantia est: non est dispositio suppositi iam constituti in actu perfecto vt egrediens ab ipso: sed magis est in supposito existens, vt dispositum eius proprietate, & per quam constituitur in esse, vt infra videbitur. ergo &c. ¶ In contrarium est. quia in deo non differunt potentia & actus siue actio ad quem est: immo sunt idem re, vt habitum est supra. sed potentia (vt habitum est ibidem) est ipsa diuina essentia. ergo & actio dei est ipsa diuina essentia: quia quæcunque vni & eidem numero sunt eadem, & inter se sunt eadem. H Quest. II. Arg. 2 In opposi.

¶ Dicendum ad hoc: quod omnia quę circa deum considerantur: & sunt aliquid in ipso, fundamentum habent in ipsa diuina essentia: ita quod singula in ipsa radicatur: etsi in aliquo differant & distinguantur ab ea, vt inquantum ex ipsa quasi educuntur, trahunt ab ea & eius vnitate rationem suæ differentię: & inquantum in ipsam reducuntur, eandem rationem differentię suę in eam & in eius vnitatem resoluunt. Quia enim diuina essentia in fine simplicitatis & actualitatis est, & purum esse in quo consistit omnium actualitas: oportet ex hoc quod rationes omnes actualitatis & perfectionis omnium in se habeat, vt infra dicetur: vt cum in creaturis res non habeat ex se quod sit sua actualitas in esse: aut sua operatio aut aliqua dispositio & proprietas in esse: sed omnia huiusmodi ponunt in numerum quodammodo cum re ipsa: et faciunt compositionem cum ipsa: ita quod ipsa ex se non est aliquid illorum: sed potius subiectum eis, vt in parte dictum est supra: & amplius declarabitur infra, loquendo de creaturis: in deo autem essentia ipsa ex se habet quod sit sua actualitas & suum esse: et sua bonitas: et sua veritas & sic in omnibus aliis siue sint essentialia siue personalia: ita quod ipsa essentia id quod est sine omni addito, subintrat rationem esse bonitatis, veritatis, et omnium aliorum: vt ipsa sit ipsum esse ipsa bonitas: non autem illa: sicut aliquid additum ei et econuerso: omnia huiusmodi in ipsa id ipsum sunt quod ipsa sub ratione summę simplicitatis absque omni compositione. Et ita sicut est de omnibus aliis generaliter quæ in diuina essentia considerantur: sic dicendum est de ipsa actione diuina inquantum aliquid est in ipsa quod non est re nisi ipsa essentia. Et hoc clarum est de actione manente in deo, siue fuerit essentialis siue personalis. Similiter verum est de actione transeunte in creaturam quæ dicitur factio. illa enim inquantum in deo est vt denominans ipsum secundum rationem alicuius respectus ad factum ab ipso, non est nisi ipsa diuina essentia supra quam omnis respectus G I Responsio K

in deo fundatur: immo subintrat & assumit ratioñe respectus cuiuscūq;. Qȝ autē diuersitas sit aliqua huius actionis ab ipsa diuina essentia, hoc est inquantū est vt eius dispositio denominās ipsum deū tantūmodo vt agēs est, in altero tñ existēs vt in subiecto, secundū q̄ actio est dispositio agētis in passo tñ: vt determinat Phs.iii.phy. Vnde si actio dei vt est in deo differat ab ipsa diuina essentia hoc est nō re absoluta, quia nō est alia in deo ab ipsa diuina essentia: sed vel sola ratione si sit actio essentialis: quēadmodū differūt alia attributa essentialia, quorū vnū est ipsa actio essentialis, qualis ē intelligere vel velle: vel sola re relationis & respectus si sit actio personalis: quemadmodū differunt ab ipsa essentia, cetera personalia, vt infra declarabitur.

L Ad pri. principale ¶Ad primū in oppositū, q̄ esse dei est principiū diuinarū actionū: ergo non sunt ipsa: Dicendū q̄ principiū nō est idē principiato re vel ratione, vt si secundū rē absolutam se habēt aliqua sicut principiū & principiatū, vt in creaturis, re absoluta differūt inter se. Si vero se habent adinuicē sicut principiū & pricipiatū secundū rē respect⁹ vt cōtingit in deo, re respect⁹ differūt inter se. Si aūt secundū solā rationē se habent inter se sicut principiū & principiatū, ratione sola inter se differūt. Dicendū ergo q̄ diuina essentia secundū aliā rationē est id quo p̄cedit diuina actio vt ratio agēdi, & forma qua agit suppositū, vt infra dicet: sed in actione essentiali vt est essētia simpliciter: in actione vero p̄sonali vt est essentia existēs in p̄sona determinata quo ad actū generādi, vel in p̄sonis determinatis quo ad actū spirādi, sicut ampli⁹ infra videbit. ¶Ad secūdū, q̄ actio vt actio, est dispositio suppositi nō aūt substātia: dicendū q̄ hoc verū est p̄pter rationes suas diuersas, nihilominus tñ re actio idip̄m est qđ substantia, vel absoluta dico respectu actus essentialis, vel respectiua respectu actus personalis, vt iam dictum est.

M Quest.iii. Arg.i. Irca tertiū arguit̄ q̄ oēm diuinā actionē agat diuina essētia. prio sic. fm Phm.ii. de gñatione, agere p̄priū est formę, pati aūt alteri⁹ potētię. s. materię. Nō est aūt alia forma in deo q̄ diuina essētia aut rō respect⁹: q̄ fm Phm p se nec est pricipiū actionis nec termin⁹. ergo &c. ¶Ex quo ad idē arguit̄ secūdo sic. nihil in diuinis

a pōt eē agēs nisi sit absolutū & respectiuū, q̄a i deo scdm duo p̄dicamēta q̄ sūt in ipo, nō est nisi res absoluta aut respectiua, vt patet ex supra determinatis. Sed respectiuū inquātū respectiuū: nō agit, q̄a respect⁹ nō est pricipiū actionis, sicut neq; termin⁹ fm Phm ergo i deo nihil agit nisi absolutū iquātū absolutū. tale aūt nō ē i deo nisi ipa diuia essētia vt hitū ē

3 supra. ergo &c. ¶Tertio sic. in essētialiter ordinatis qđ est causa prioris, & oim eorū q̄ sunt post. qđ eñ est causa mot⁹ primi mobilis, est causa oim aliorū. actus prim⁹ q̄ est esse, & actus secūdi q̄ sunt opari, sunt essentialiter ordinati, q̄a nihil opat̄ nisi existēs, & in deo nō est esse in aliqua p̄sona nisi ab ipa essentia, vt sit vnū esse triū p̄sonarū, q̄a vna est essentia earū vt ifra patebit, & habitū est supra 1

4 p̄te. ergo neq; opari. ¶Quarto sic. Aug. dicit. vii. de Tri. Pater & fili⁹ sunt sigillatim sapiētia de sapiētia, sicut essentia de essentia. sed in deo nō est hoc de hoc, nisi p actionē p̄cessiuā ab vno egrediētē,

In opposi. & in alterū terminatā. ergo &c. ¶In cōtrariū est. qm̄ illud qđ nō habet esse nisi in alio vt forma ei⁹ nihil agit, sed illud in quo & cuius est. verbi gratia, calor non agit calefactionem, sed calidū: neq; aīa intelligit, sed homo p aiam, secūdū Phm. i. de anima. essentia diuina nō habet esse nisi in aliquo supposito. ergo ipsa nihil agit, sed suppositum.

N Responsio ¶Dicendū ad hoc q̄ in eis q̄ sic se habēt adinuicē q̄ vnū eorū est aliquid alterius, & reliquū est sicut id cuius est alterum, & hoc qualitercunq; ponant̄ differre siue ratione, siue intētione, siue re, semp id qđ sic se habet vt qđ est aliquid alteri⁹, se habet respectu eius cui⁹ est vt aliqd impfectū, & ens in potētia, qđ ordinat̄ ad illud cui⁹ est, sicut ad ens pfectū in actu. verbi gfa, in eis i qb⁹ est realis diuersitas partiū cōcurrētiū ad cōstitutionē toti⁹. Siue eñ sint partes integrātes rei essentiā vt sunt materia & forma, siue itegrātes rei quātitatē vt sunt partes organicę, semp pars aliquid impfectū & in potētia est respectu totius. Propter qđ dicit Phs. viii. phy. q̄ pars aut nihil est, aut in potētia. Totū vero semp est vt aliquid perfectū actu existēs: in quo suā actualitatē & perfectionē habēt oēs partes ei⁹. Nūc aūt sic se habet in actiuis q̄ sunt principia actionū vt agentia, & in passiuis q̄ sunt termini recipiētes in se alteri⁹ actionē vt patiētia, q̄ agēs oē inquantū agens, est aliquid pfectū in actu existēs. Propter qđ actio ois agētis aliquo modo impfecti ad agēs pfectū reducit̄ & est dispositio nobilis in eo in quo est, vt dictū est supra in prima q̄stione huius articuli: & ecōtra

O oē patiēs inquātū patiēs & in se recipiēs actionē alteri⁹, impfectū, & aliqd ens in potētia est. In deo aūt licet nihil sit nisi idip̄m qđ est diuina essentia, & q̄cqd in ipo est simpliciter in fine pfectionis & actualitatis est absq; oi impfectiōe & potētialitate admixta differēte ab actu re vel intētiōe, vt habitū est supra loquēdo de potētia dei: tñ est in eo cōsiderare aliqd vt qđ est alteri⁹, & aliqd vt cuius

est.verbi gratia: deitas forma quædam est: q̃ quis ex se sit singularitas quædã, vt patet ex quęstionibus p̃habitis circa vnitatẽ dei: ipsa tamen i se vt deitas est, nõ subsistit vt habeat rationẽ suppositi absoluti: sed solummodo subsistit in supposito relatiua ꝓprietate constituto, scd̃m ꝙ infra determinabit. In quo quidẽ supposito deitas ipsa & ipsa relatiua proprietas se hñt vt quæ sunt alicuius: & ip̃m suppositũ se habet vt cuius sunt illa. & hoc sine oĩ cõpositiõe: qa respect⁹ cũ eo sup qd̃ fundat nullam ponit cõpositionẽ. Et ideo licet totum perfectum & actuale est, inquantum tñ in ip̃o cõsideratur aliqd vt quod est alicuius: & aliqd vt cuius est: illud nõ cõsiderat secundũ rõnem perfecti & actualis: sed scd̃m rationem impfecti & potẽtialis: nõ ponendo imperfectionẽ & potẽtialitatẽ in ipso cõsiderato: sed in modo considerandi. Hic vero cõsiderat scd̃m rationem actualis & pfecti. Cũ ergo in diuinis ad veritatẽ locutionum, siue p̃dicationẽ in agẽdo & patiendo: & vniuersaliter hoc illi negatiue vel affirmatiue attribuẽdo: nõ tã attẽdi debet identitas rei significatę omniũ q̃ considerant in diuinis, q̃ modus significãdi & cõsiderandi idipsum diuersimode, secundum ꝙ inferius planius apparebit, ideo dicẽdũ simpliciter ꝙ i diuinis nulla actio põt aut debet attribui illi quod se habet vt alicui⁹: & sicut existens in alio: sed solum quod se habet vt cuius est aliquid. hoc aũt est solũ suppositũ. Cętera eñ omnia diuina se habent vt aliquid suppositi seu aliqd existens in supposito: vt sũt ip̃a diuina essentia, relatiua ꝓprietas, & vniuersaliter oia essentialia attributa, veluti sunt potentia sapiẽtia &c. hmõi. Ideo dicẽdũ simplicit: ꝙ nulli taliũ ꝓprie loquẽdo debet attribui actio aliq̃ vt agẽti: & ita ꝙ diuina eẽntia nullã agat actionẽ, sed suppositũ omnes: vt non ꝓprie dicit ꝙ deitas intelligit: aut vult: aut gñat: aut spirat: aut creat: sed vt agenti, oia hmõi tñmõ personę debẽt attribui: & hoc aut p nomẽ qd̃ imponit ad significãdũ psonã determinatã determinate, sicut significat hoc nomen pater: dicẽdo pater intelligit, gñat, aut creat: aut p nomen quod imponitur ad significãdũ psonã indeterminatã indeterminate: sicut significat hoc nomen deus vt patebit inferius: dicendo deus intelligit gñat aut creat. per nomen eñ impositũ ad significãdũ essentiã non significat psona sub rõne psonę: & ideo neq̃ aliqd sub rõne agẽtis. propter qd̃ significato p tale nomen nullo modo põt attribui actio siue agere. Et similiter est de noie imposito ad significãdũ relatiuã ꝓprietatẽ. P

¶ Ad primũ in oppositũ: ꝙ formę proprium est agere: patebit respõsio ex determinatiõe q̃stionis sequẽtis. ¶ Ad secũdũ: ꝙ respectiuũ nõ agit: quia respectus nõ est principiũ actionis &c. Dicẽdũ scd̃m ꝙ ampli⁹ exponet in sequenti q̃st. ꝙ actio dupliciter attribuit alicui. Vno mõ vt agenti. Alio mõ vt illi qd̃ in agente est agendi rõ. scd̃m ꝙ calefacere attribuit calido & calefaciẽti calori quo informatur vt rationi agendi: & intelligere attribuit homini vt intelligenti: aĩę vero vt rationi qua intelligit: secundũ determinationem Philosophi primo de aĩa. Primo modo (vt dictũ est iã) actio attribuit soli supposito. Scd̃o mõ attribuit alicui qd̃ est formale i supposito. Tale autem in psona diuina duplex est, secundũ duo q̃ cadũt in significato psonę. s. diuina essentia & psonalis ꝓprietas. Est eñ psona diuina habens in se essentiã sub psonali ꝓprietate, secũdũ ꝙ infra declarabit. Formale qd̃ est proprietas constitutiua psonę vt hmõi, nec est agens, qa est alicuius, nec est ratio agendi: eo ꝙ ipsa respectus est: q non est pricipiũ actionis. Et ideo (vt assumit in argumento) respectiuũ inquantũ respectiuũ, hoc est p rationẽ sui respectus, non agit. Formale vero qd̃ est eẽntia est sola rõ qua psona agit in diuinis, vt patebit in sequẽti q̃stione. Agẽs tñ nõ ẽ nisi ip̃m suppositũ respectiuũ. Nec est hoc solũ i diuino supposito: ꝙ rõ formalis qua suppositũ habet eẽ suppositũ nõ est rõ agendi in ipso: sed est etiã in supposito creaturę. Ratio eñ suppositi in creaturis super essentiam cõmunem, vt in isto hoie sup rõnẽ humanitatis, non est nisi rõ suæ indiuiduationis, q̃ non est nisi ratio negationis: nõ qua dicit aliqd indiuisum in se, vt iste homo vel hęc humanitas: hęc enim negatio est ratio suę vnitatis essentialis: & circũloquit verã affirmationem, vt dictũ est supra de significato vnius in q̃stione de vnitate dei: & ĩfra dicet ampli⁹: sed q̃ dicit aliqd diuisum ab alio: qua diuisione mõ affirmationis importat pura negatio, vt supradictũ est ibidẽ, & ĩfra dicetur amplius. Est eñ illa ei⁹ ab alio diuisio, qua nõ cõicat ei vnitas singularis formę suæ, secundũ ꝙ inferi⁹ loquẽdo de rõne psonę in deo declarabitur. Nũc aũt sicut respectus nõ potest esse ratio principiãdi actionem, ita nec negatio: & multo minus, quanto magis recedit a natura entis. Vnde sicut iste homo nihil agit ratione qua iste, quo ad rationem dico suæ indiuiduitatis: sed solũ ratione qua iste quo ad rationem suæ humanitatis quæ est hęc humanitas: sic iste qui est deus, sicut pater, nihil agit ratione qua iste, quo ad rationem suę singularitatis psonalis, quæ est psonalis ꝓprietas: sed solum ratione qua iste, quo ad rationem suę deitatis, quæ est hæc deitas: quæ in psona non est indiuiduata: sed singularis, & in eadem singularitate alteri cõmunicabilis sub rõne alterius respectus. Sicut ei in creaturis persona siue suppositũ sit p hoc ꝙ natura cõis & vlis de se indiuiduat in supposito p diuisionẽ ei⁹ ab alia i alio supposito in quo forma eadẽ cõis alia idiuiduatiõe indiuiduat sine mu-

Margin notes: Q — Ad pri. princi. — R — Ad scd̃m. — S

tua cõicabilitate suarũ formarum idiuidualiũ:Sic i deo persona siue suppositum habet esse ꝑ hoc
ꝙ natura eadẽ singularis de se in nullo supposito indiuiduat̃,qa nullã cõmunitatẽ vniuersalis ha
bet.Nihil ei est idiuiduabile nisi ex se vniuersale:cui nõ cõuenit esse hoc nisi qa est hmõi,vt habitũ
est supra.Sic inquã ꝑsona in deo habet esse ꝑ hoc ꝙ hmõi natura cõicat̃ ꝑ relatiuas ꝓprietates indi
stictis suppositis.Qđ ei est cõmunitas in forma creata,hoc est cõicabilitas in forma icreata: & qđ ẽ
indiuiduatio in illa,hoc est cõicatio in ista:qđ est diuisio ꝑsonarũ in illa,hoc est distictio earũ in ista
& qđ est negatio in illa,q̃ est cã diuisionis qua dicit̃ ꝙ hoc suppositũ nõ ẽ illud,q̃ facit suppositoꝝ
indiuiduationẽ,hoc ẽ relatio in ista,q̃ est cã distictiõis qua dr̃ ꝙ hoc suppositũ est ad illud,& ꝑ hoc
nõ est illud :q̃ facit suppositorũ plurificationẽ.Et sicut illa negatio ꝑ hoc ꝙ facit suppositi illiꝰ idi
uiduationẽ,facit ipm̃ suppositũ vt subsistẽs,& in quo subsistit illa forma vt idiuiduata,q̃ i alio sĩlr̃
vt idiuiduata alia idiuiduatiõe subsistit:sic ista relatio ꝑ hoc ꝙ facit huiꝰ suppositi incõicabilitatẽ
facit ipm̃ suppositũ vt subsistẽs,& in quo subsistit illa forma vt cõicata: q̃ sĩlr̃ vt cõicata subsistit
in alio.Sed est aduertẽdũ:ꝙ cũ in forma creata negatio dr̃ esse cã diuisiõis suppositoꝝ,& idiuidua
tiõis eorũdẽ:in ista vero relatio cã distictiõis suppositoꝝ & incõicabilitas eorũdẽ:hoc itelligẽdũ est
formalr̃ nõ effectiue. Effectiue ei illđ solũ facit agẽs gñando vel creãdo circa formã creatã,& gñan
do vel spirãdo circa formã icreatã.Et nõ est differẽtia quo ad hoc in aliquo circa formã illã & istã,
nisi ꝙ forma creata in nullo supposito habet eẽ nisi ꝑ agẽs aliđ a se.In prio aũt diuio supposito.s.in
pr̃e,hꝫ esse ex se, & ab illo hꝫ eẽ in aliis,cõicata.s.in filio & spũ sc̃tõ. Et sic patet in creaturis ꝙ rõ &
causa indiuiduitatis suppositi,& eiꝰ indiuiduationis,& sĩlr̃ indiuiduatiõis formę in ipo,formaliter
est negatio licet effectiue sit agẽs:in deo aũt relatio formaliter:nullũ aũt agẽs effectiue quo ad per
sonã patris,sed ipse pater quo ad ꝑsonã filii & spũs sc̃i. Patet etiã ꝙ in creaturis ratio suppositi &
multiplicatio suppositorũ sistit in formę cõis indiuiduabilitate. In deo aũt icipit ratio suppositi &
suppositoꝝ multiplicatio a formę diuinę singularitate.& hoc.s.in creaturis ꝓpter formę illiꝰ indiui
duę incõmunicabilitatẽ:& huius formę.s.diuinę singularis cõmunicabilitatẽ:q̃ cõuenit ei ꝓpter eiꝰ
ieffabilẽ simplicitatẽ & fœcũditatẽ.dicẽte beato Diony.de di.no.c.i.Sacrã theologorũ hymnologiã
inuenies aliq̃d beneficas deitatis ꝓcessiones manifestantẽ,& laudantẽ diuinas noiationes,ꝓparantẽ
& monadẽ quidẽ & vnũ ꝓpter simplicitatẽ & vnitatẽ naturalis impartibilitatis: vt trinitatem ve
ro ꝓpter subsistẽtis supessentialis fœcũditatis expressionẽ,& oĩs paternitas in cęlo & in terra noiat̃.
T ¶Ad tertiũ ꝙ in qualibet diuina ꝑsona est esse ab essẽtia,ergo & opatio secũda:dicẽdũ ꝙ ꝓprie lo
Ad tertiũ quẽdo,in deo esse scđm nostrã rectã rationẽ intelligẽdi ꝓcedit essentiã,vt patet ex ꝓdeterminatis,
& sic falsum assumptũ est.Potius em̃ dicendũ est ꝙ essentia vna cõicata est tribꝰ ꝑsonis,quia vnũ
esse est eis cõicatũ,inquantũ essentialis deitas nõ est nisi esse quoddã & actꝰ purus: q̃ ecõtrario ꝙ
esse est eis cõicatũ:qa essentia eis est cõicata.Sed esto ꝙ ita sit:dicẽdũ ad argumẽtũ ꝙ esse est ab ipa
essẽtia formaliter in deo,quẽadmodũ florere in arbore a flore,nõ aũt pricipiatiue aut effectiue, Vñ
& in creaturis nõ est formaliter ab ipsa essentia nisi earũ inquãtũ ipa est effectus,vt sępius exposi
tũ est.Et cũ assumit̃,a quo est esse & opari:verũ est,a quo est effectiue esse:ab eo est effectiue opari.
V sed a quo est esse formaliter,ab eo est opari vt a ratione qua opans effectiue opat̃.& hoc modo oĩa
Ad q̃rtũ. diuina opa sunt ab ipsa diuina essentia.vt dicet̃ in q̃stione sequẽti.¶Ad quartũ ꝙ filiꝰ est sapientia
de sapiẽtia sicut essentia de essentia &c.dicendũ ꝙ ad veritatẽ cõceptuũ cõplexoꝝ & locutionũ de
rebꝰ diuinis,nõ tã debet attẽdi identitas rei:quẽadmodũ significãdi & intelligẽdi simplicia. Vnde
qa hmõi noĩa sapiẽtia essentia nõ significãt rationẽ suppositi & cuius est aliq̃d & ꝑfecti in actu,sed
potius rationẽ ꝙ est alicuiꝰ vt aliq̃d eiꝰ,& ita nõ secũdũ rationẽ actualis & ꝑfecti: qđ requirit̃ secũ
dũ iã determinata:vt vere dicat̃ ꝑ actionẽ aliquã hoc de hoc,vt patet ex iã determinatis: ideo oẽs
hmõi locutiones quãtum est de ꝓprietate sermonis falsę sunt,sed a sanctis dictę sunt ad exprimen
dũ vnitatẽ essentię in ꝑsonis,& ipsiꝰ essentię ad personas,cõtra infestationẽ hereticorũ q substantiã
diuersificabãt,& in ꝑsonis cõpositionẽ ponebãt.Et est in oĩbꝰ locutiõibꝰ talibꝰ excessus ad latus im
proprietatis,ad excludendũ excessũ ad latꝰ falsitatis:sicut q virgã nimis incuruatã in vno latere in
curuat eã nimis in latus oppositũ vt sic eã ad ęqualitatẽ ꝑducat.Sed est aduertẽdũ ꝙ in eis est im
proprietas maior & minor:secũdũ ꝙ ratio a qua attributũ in potẽtia,magis appropiquat ad natu
rã actiui.scđm hoc ei magis appropiquat ad naturã suppositi cuiꝰ est ꝓprie agere. Vnde qa essẽtia
est summe absolutũ in deo absq̧ significatione oĩs respectus,& fundamentũ attributorũ q̃ a ratio
nibꝰ respectiuis iponunt̃,vt patet ex ꝓdeterminatis, quorũ q̃dã significãt rõnẽ respectꝰ ad actionẽ,
2 vt natura q̃ de suo noie significat rationẽ eiꝰ in quo est,vt sapiẽtia declaratiui, & lux illustratiui,
ideo istę sunt magis ꝓprię,natura de natura,sapiẽtia de sapiẽtia,lux de luce,q̃ ista,essentia de essen
tia,q̃ ipropriissima ẽ. Oẽs tñ cõmuniter sunt iproprię.Propter qđ etiã nõ cõpleta locutiõe dixerũt

sapiētia gñat sapientiā:lux generat lucē: sed dixerūt hoc de hoc: quia pōt intelligi vel quia hoc generat hoc:vel qa p gñationē habet hoc de hoc:nō φ vnū eorum sit generans,alterū vero generatū Vnde & sic deberet exponi sapientia de sapientia.i.filius qui est sapientia est de patre qui est sapiētia:essentia creat.i.deus trinitas q est essentia creat,& sic de ceteris.

Irca quartum arguit φ diuina eēntia nō sit in deo ratio agendi omnem diuinā actionem Primo sic.qd maxime habet rationem materialis & subiecti receptiui i aliqua natura entis,minime est ratio agēdi actionem aliquam q̄ conuenit illi enti. Vnde in genere entis naturalis materia quia est subiectū receptibile oīm formarum naturalium,nullo modo est rō agēdi aliquā actionē naturalem:sed ratio patiendi & recipiendi tm̄.secūdū φ dicit Phs.ii.de generatione.Pati pprium est materię,agere autem alterius potentię.In natura autem entis increati diuina essentia maxime rationem materię habet,& quasi subiectū existit receptiuū oīm dispositionū formalium in deo:vt sunt rationes attributorum & pfectionū & idearū & oīm pprietatū atq; relationū ergo &c. A Quęst.iiii. Arg.1.

Secundo sic. actio respondet proportionaliter rationi agendi eam ab agente:vt si calidū calefacit calore:sicut calor est vna simplex qualitas principiū existens & ratio actionis calidi: sic calefactio est vnica & simplex actio:& secundum φ calor intensus est in gradu caloris,sic proportionaliter calefactio est intensa in gradu calefactionis:quia generaliter a magis & minus in qualitatibus actiuis,secūdum Philosophum,causatur magis & minus in actionib⁹ quarū sunt ratio.si ergo diuina essentia esset ratio omnium diuinarum actionum:sicut ipsa simplex est & vnica nullam habens omnino diuersitatem:vnica ergo & simplex esset omnis diuina actio nullam omnino habens diuersitatem.consequens falsum est.differunt enim inter se generare,creare,spirare,intelligere,velle:quæ sunt diuinę actiones.ergo &c. 2

Tertio sic.agens secundum aliquam rationē in se non pducit p actionem nisi simile sibi in illa rōne:vt si calidū calefacit calore,nō pducit in calefacto nisi calorem,generando calidū sibi simile in calore.Similiter si homo generat hominē in humanitate sua q̄ est forma sua,nō generat nisi sibi similē in humanitate.Si igit diuina essentia sit ratio agendi oēs diuinas actiones,agēs nō pduceret sua actione nisi sibi simile.cōsequens est falsum:qd patet in creatione q̄ est diuina actio,qua nō pducit sibi simile i deitate.ergo &c. 3

Quarto sic.cum (vt iā dictū est)actio debet esse proportionalis rationi agendi, sicut ergo se habet actio ad actionem:sic se habet ratio ad rationē.sed in deo actus siue actio q̄ est esse,se habet ad actionem q̄ est generare siue spirare,φ est differens ab illa: quia esse est actio ad se dicta: generatio autem vel spiratio est actio ad aliud dicta.secundū eñ φ dicit August.vii.de tri.ca.4.aliud est deo esse,aliud patrem esse.qd eñ est ad se dicitur:pater aūt ad filiū, & relatiue gignit.ergo ratio actionis q̄ est esse in deo, differens erit ab illa q̄ est ratio actionis q̄ est gñare aut spirare:ita φ ratio esse sit absoluta & dicta ad se:ratio vero generare aut spirare sit relatiua & ad aliud dicta.Cū ergo diuina essentia omnino sit absoluta & ad se dicta:& ratio ei⁹ qd est esse:qa eē est actus entis a forma q̄ existit.secūdū φ dicit secūdo de aia. Causa ipsius esse omnib⁹ substantia est.non ergo potest esse ratio eius qd est gñare aut spirare:immo illud debet aliquid esse respectiuum & ad aliud dictum. 4.

Quod confirmatur arguendo.Quinto ad idem sic.illud est ratio agendi ppriam actionem in vnoquoq;,qd est vltimū formale & constitutiuū illius:vt si calor est vltimum formale cōstitutiuū calidi in natura calidi,calor ergo est ppria ratio in calido agēdi actionē calefaciendi.Cōsimiliter intellectus quia est vltimum formale constitutiuum hominis:est ratio agendi ppriam actionem hoīs,vt determinat Philosophus primo Eth.Sed generare est ppria actio patris inquantū pater est, pprietas vero relatiua est quasi vltimum & formale in diuia essentia qua cōstituitur psona patris.pater eñ paternitate dicitur pater:non aūt deitate q̄ est diuina essentia.ergo &c. 5

In oppositum arguit primo sic.in deo nihil ē reale aut positiuū nisi essentia & relatio,vt patet ex supra determinatis.Ratio aūt agentis qua procedit actio ab agente,debet esse in ipso aliqd reale positiuum.aliter enim actio non esset aliqd reale neq; positiuum:quia principiatum & causatū nō habent verius esse q̄ principium & sua cā. relatio autem nullius actionis ratio potest esse:qa ratio actionis est p se actionis pricipium,qd nō potest esse relatio,sicut neq; terminus.scđm Phm.v.physi.& tactum est in pcedenti quæst. ergo &c. In oppo.1.

Secundo sic.sicut materia prima est primum omniū principiū passiuum: sic de⁹ est primū oīm pricipiū actiuū.dicēte Philosopho.xii.meta.φ ea quæ sunt in prima materia in potētia:sunt in primo motore in actu.sed prima materia sua essentia nuda est ratio passiua oēm formā & transmutationem recipiendi.ergo de⁹ sua essentia nuda est ratio actiua oēm diuinā actionem in se eliciendi. 2

Dicendū ad hoc:φ secūdū supra determinata,in deo sup ipsam puram essentiā deitatis nihil addit neq; secūdū rē neq; secundum veridicā intelligendi rationem,nisi rō respect⁹ si B Responsio

operatur nõ solũ per se & imediate:sed etiã per filiũ.Illos vero de scdo genere,quęlibet diuinarũ personarũ per se & imediate operatur,& non mediãte alia neq; per aliã.Pater em̃ p se & imediate creat,gubernat,& reuelat:& similiter fili9 & spiritus sanctus,licet nõ a se,sed a patre,vt dictũ est. Similr etiã pater creat,gubernat,& reuelat mediãte filio,& per filiũ,& fili9 & pater cõiter per spiritum sanctũ,& mediãte spũ sctõ.Sed non ecõuerso filius per patrẽ,neq; spũs sanctus aut per filiũ aut per patrẽ.¶Verũtñ circa hoc distinguẽdũ,q̃ eo qđ est per,vtimur.v.modis scdm.v.gña circũstantiarum quę notat circa suum casuale cui deseruit. Aliquãdo em̃ notat circũstantiã auctoritatis:qa scilicet ab eo habetur illud quo agit aliquis illud, super quẽ habet auctoritatem.Iuxta illud qđ dicit dñs deus.Prouer.viii.Per me reges regnant,& legũ conditores iusta decernũt.A deo enim est regnãdi & decernẽdi potentia.iuxta illud Ro.xiii.Nõ est potent a nisi a deo. Penes hũc modum dicitur filius agere per patrẽ quęcũq; agit,siue sint actus essentiales,siue notionales, & similiter spũs sanct9 per patrẽ & filium,& nõ ecõuerso pater dicitur aliquid agere per filium, neq; aliqs eorũ aliqđ per spũm sanctũ.Et hoc ideo,quia quęcunq; agit fili9 vim agendi habet a patre,& spũs sanct9 ab vtroq;.Sed nõ ecõuerso.Pater em̃ nihil habet a filio:& filius, & pater nihil habẽt a spũ sctõ.Et nõ solũ dicunť per patrẽ agere,sed viuere.iuxta id qđ dicit Hilar.viii.de tri.Quõ nõ naturaliter scdm spũm san.in se habet patrẽ,cũ viuat ipe p patrẽ?Per patrẽ aũt ipe viuit,dũ natiuitas nõ alienã ei intulit diuersam naturã,dũ qđ est & ab eo est.Vñ etiã p hũc modũ & fili9 diciť esse p patrem.Et similiter est de spiritu sancto respectu patris & filii. Aliqñ vero p notat circunstantiã habitudinis,quia scilicet aliud vel alius nõ habet esse nisi ex respectu & habitudine ad suũ casuale. Quẽadmodũ vniuersaliter vnum relatiuorũ scdm esse non habet esse nisi per aliud.Vnde quia diuinę personę relatiuę sunt non absolutę,ideo mutuo dicitur vna esse per alteram.Iuxta qđ dicit Hilarius.viii.de trin.Quisquis negat filiũ,negat patrem,cum pater non nisi per filiũ pater sit.Et similiter econuerso non habet filius nisi per patrem q̃ sit filius. & similiter est de vtroq; respectu spũs sancti.Tertio modo notat circunstantiã principii formalis elicitiui actus, quia scilicet est forma qua agens actũ producit.Sic omne agens agit per suam formam, vt calidũ calefacit p suũ calorẽ.Hoc mõ in diuinis nulla persona agit per aliam:neq; aliquis actus,siue prim9 qui est esse,siue secundus qui est operari, cõuenit vni per alteram: sed per diuinam essentiam inquãtum est principium formale omniũ diuinarũ actionum,vt habitum est supra. Et hoc modo sumitur per,in modũ dicendi p se.Vnde cũ diciť q̃ pater intelligit p se,vel creat,vel spirat,vel generat, intelligitur q̃ hoc sit per aliqđ formale principium in ipso.& similiter est de filio & spiritu sancto respectu suorũ actuum,vel primorũ,vel secundorũ.Quarto modo notat circũstantiam principiati formalis,quia scilicet est forma scdm quã non elicitiue, sed cõsummatiue dicitur actum producere.quẽadmodum in creaturis,tanq̃ per effectum formalẽ dicitur arbor florere per flores, vel pictor dicitur depingere parietem per albedinem.Licet enim vsitatius in hoc casu vtimur ablatiuo pro accusatiuo cum prępositione quę est per , dicendo florere floribus,vel depingere albedine,vniuersaliter tamẽ retẽta & intellecta eadem circunstãtia,semp ablatiuus resolui potest in accusatiuũ cum prępositione per,& ecõuerso. Hoc modo non dicitur aliqđ agere per aliud, nisi sit principiũ productiuum eius,& actionis illius qua producit ipsum.Propter quod bene dicitur q̃ pater dicit per verbũ se & alia:sicut & verbo & pater & filius diligũt se & alia per spiritũ sanctũ, sicut & spũ sancto,resoluendo ablatiuũ in accusatiuũ.non aũt ecõuerso diciť fili9 aliqđ agere p patrẽ,neq; spũs sctũs p patrẽ aut per filiũ. Quinto vero modo notat circunstantiã mediati principii actiui:quia.s. actum producit per principiũ qđ habet ab ipso,quo actũ elicit.Sed hoc contingit dupliciter:quẽadmodũ hmõi principium potest aliquid ab alio habere dupliciter. Vno modo per motũ nouum & influxũ. Alio mõ per actum quo recipit eẽ.Primus modus solũ cõtingit in creaturis:in quibus agens principale dicitur agere per instrumentũ,& agens vniuersale per agens particulare,& vniuersaliter causa primaria per secundariã.Hoc modo in diuinis non agit vna persona per aliã: qa quęcũq; in diuinis cõiter habent plures personę,oĩno ęque per se & primo habent.& non est differentia in aliquo,nisi q̃ pater habet illa a se & ex se:filius autem nõ a se nec ex se:sed a patre & ex patre,& similr spũs sctũs a patre & filio.Propter qđ diciť Io.v.Sicut pater habet vitã in semetipso: sic dedit & filio vitã habere in semetipso.& propter hoc ęque primo & p se suas actiões cões agũt. Vnde Aug.exponens illud Io.vim faciendo in verbis,in Sermo.xxii.dicit. Aliquid intelligere nos voluit in eo q̃ ait in semetipso,vt non participatione viuat,sed icõmutabiliter viuat , & oĩno ipse sit vita.Quid interest:quia ille dedit,iste accepit.scdm q̃ dicit Ioã.vi.Sicut viuens misit me pater, & ego viuo propter patrem.Vnde secũdus modus locũ habet in diuinis, in quibus persona a qua est principiũ elicitiuũ actus,agere dicitur per illam quę ab illa habet illud principium.Hoc modo H I K L M N

pater aliqua agit per filiũ:& ambo p spũm sanctũ.Sed eque principaliter quãtũ est ex parte actus precedentis:licet principalius agat persona que agit per aliã:quo ad hoc q illã virtutem agẽdi habet per ipsam.

O ¶De tali mõ agendi per,intẽdimus in ꝓposito inuestigare in quib⁹ actionibus vna persona dicat agere per aliã:& in quibus non:& quare:& ita quõ quo ad hoc q vna persona agit per aliã,non econuerso,non omnino vniformiter agunt diuine persone omnes actiones essentiales. ¶Ad cuius intellectum sciendum scdm supradicta,q licet oĩa opera trinitatis essentialia indiuisa sunt,quo ad hoc scilicet q qcqd agit & operat vna psona,simul idẽ & eodẽ mõ opatur qlibet aliarum quãtũ est de substãtia operis & virtutis elicitiue simpliciter dicta:quia tñ virtus illa aliquo modo habetur ab vna persona & ab alia,quo ad hoc non oĩno eodẽ mõ opantur,& eque primo:qa pater sicut q est pater hoc habet ex se,nõ ab alio,alie vero persone id qđ sunt in persona, & in omnib⁹ aliis substantialibus,hoc non habẽt nisi ab alio:similiter & q agãt aliquã actionẽ siue operationẽ essentialẽ siue notionalem.Secũdo vero qa sicut pater habet oĩa ex se,alii vero ab ipo: sic p se & immediate operatur eadẽ & similiter quae & alii. Attñ inquãtum alii virtutẽ actiuã & actionis elicitiuam habẽt ab ipso,ipe etiam operatur aliqua mediãtibus ipsis, & per ipsos,vt act⁹ essentiales transeuntes extra terminos ad effectus in creaturis,sicut patet ex iam supra determinatis. Vnde nisi esset aliqua diuersitas in personis quo ad alios actus,essentiales scilicet, q sunt intra manentes:non autem ad aliquẽ effectum extra transeuntes,& illos qui transeunt ad effectum extra sicut istos vna persona dicit operari per aliam:vt pater per filiũ creare & gubernare: similiter dicet per eundẽ intelligere & velle.qđ nullo modo conceditur. iuxta illud qđ dicit Aug.vii.de tri. ca.i.Si hoc est ibi eẽ qđ sapere,nõ per illã quã genuit sapiẽtiã,sapiẽs est pater : alioquin nõ ipe illã: sed ipsa eum genuit:quia quae illi causa est vt sapiẽs sit,ipsa illi causa est vt sit. Sapientia autẽ quã genuit pater siue sapiẽtia genita,verbum siue filius est.vt dicit ibidem ca.ii. Quare cum idem sit omnino deo patri sapere & intelligere:sicut non est sapiens sapientia genita siue filio,sic non intelligit sapientia genita siue filio aut verbo:quare neq per filium aut per sapientiam genitam.Quia constructio de accusatiuo cum prepositione per:semper habet resolui in constructionem de ablatiuo sine prepositione in eadẽ ratione circumstantie & causalitatis.Oportet igitur q sit aliqua ratio,quare essentialia intra manentia non dicantur fieri a patre per filium:sicut essentialia terminata ad effectum extra.Et qđ dicitur de patre respectu filii,idẽ intelligatur de vtroq respectu spiritus sancti . Non ergo sufficit dicere q pater creat per filium, quia actus creandi terminatur ad effectum extra,& non dicitur q intelligit per filium, quia actus intelligendi manet intra.hoc eñi est illud de quo querit.Et ideo nõ est rõnis assignatio:sed eius qđ querit petitio.Quae est ergo rõ

P huius diuersitatis? ¶Et est dicẽdum q actionũ diuinarũ essentialiũ precisa rõ qua pater agit,aut est in filio,aut non. Si sic,tunc semper pater bene dicitur actionem agere per filium. Si non, nequaq̃.Primũ cõtingit in omni actione que tẽdit in aliquid productum per actionem,siue intra,vt in actione spirandi:siue extra,vt in actione creandi.Secundũ contingit in omni actione quae manet intra,& non tendit in aliquid ex actione productum : vt in actione intelligendi aut volendi. Idcirco dico q vniuersaliter in omnibus actionibus de primo genere, preter hoc q pater dicitur agere immediate & per se,dicitur etiã agere mediate,& per filium, vt spirare,creare,& hmõi. In omnibus vero actionibus quae sunt de secundo genere,pater,etsi mediate illas actiones dicit agere,nullo tñ modo illas dicitur agere per filium.nõ eñi (vt dictũ est)dicit intelligere aut velle per

Q filiũ. ¶Ad cuius intellectũ aduertenda sunt aliqua . Primo ex parte actionũ transeuntiũ in aliqđ principiatum vel intra vel extra. Secundo ex parte actionum manẽtiũ intra omnino absolutarũ. Circa primũ igitur aduertendum est, q preter omnẽ rationem ordinis inter se, pater & filius & spũs sanct⁹ vt vnũ agens se habẽt ad actus essentiales terminatos extra ad effectũ in creatura : cuiusmõi sunt creare,gubernare,& hmõi.& hoc iquãtũ respiciũt effectũ extra,& terminãtur i ipm. Similiter pater & filius,ad actũ notionalem terminatũ in spiritũ sanctũ:cuiusmodi est spirare , & hoc inquãtu respicit spiritũ sanctũ,& terminatur in ipsum. & hoc quia simul oĩno & absq omnĩ ordine rei & rationis inter se ad hmõi actus producentes cõcurrunt: per ordinẽ tamẽ durationis agentium ad actus terminatos ad creaturã, inquantum terminantur ad ipsos: & per ordinẽ originis agentium actũ spiratiõis, inquãtum terminatur ad spũm san.Propter qđ vna est & eadẽ ratio precisa omnino,scdm quã agunt oẽs, & vt est in singulis tanq̃ principiũ quo agũt,cuiusmodi est deitas,q̃ sub rõne qua deitas,est cõmunis patri & filio & spũi sancto,qua pater creat sub rõne qua est deitas simpliciter & cõmuniter in tribus personis,non sub aliqua alia ratione qua singularitas est in patre q̃ sub ea qua est in filio & spũ sancto:& similiter qua filius creat sub eadem ratione, non sub aliqua alia ratione qua singulariter est in ipo filio.& similiter est de spiritu sancto.Ex

quo aperte sequit, q precisa ratio qua pater creat, est equaliter i filio & i spiritu sancto, sicut & in patre, vt possit dici de patre, Quare pater creat deitatē que est in seipso & sua: nō sub ratiōe qua sua est, & in ipo (& idē de filio & spū scō) sed q oēs simul & singuli creāt deitate que est in singulis sub rōne qua singulorū est, nō vt sunt singuli, sed vt sunt vnū principiū creature. Et similiter quodā mō de pre & filio i spirādo spm sanctū. Qñcūq; aūt rō illa qua vna psona agit ab ipa, est in alia sub illa rōne qua illa agit: tūc ipa dicet agere p illā actionē quā illa alia psona agit. De quocūq; em de quo verū est dicere q agit aliquā actionē ablatiue sine ppositiōe aliqua rōne q ab ipso habet eē precisa in alio, verū est dicere q agit illā accusatiue. s. p illud aliud i quo ab illo est illa rō, vt si radi9 calefacit hoiem calore quē causat in aere, sub ea rōne qua est in ipso aere: verū est dicere q calefaciat ipsum p aerē. ¶Ex parte vero actuū oino absolutorū manētiū itra, est aduertēdū q pater & filius & spūs scūs nō se habēt penit9 vt vnū agēs ad actus absolutos essentiales manētes intra, cuiusmodi sunt intelligere & velle: quēadmodū se habēt ad actus essentiales trāseuntes extra: sed actus hmōi agunt vt singuli. & hoc ideo: quia ordine quodā rationis inter se huiusmodi actus agunt: sicut ordine quodā ipsi habēt agēdi rōnem. Propter qd etsi eodē scdm rōnem absolutam agunt eos, nō tamē penitus scdm eādem rationē respectiuā rōnis. Licet em ipsa deitas siue diuina eēntia in trib9 psonis existēs vna & eadem re & ratione absoluta sit ratio agendi oēs diuinas actiones in omnibus diuinis personis, vt determinatū est supra: tñ habet aliquā differentiā respectus scdm rōnem vt est in vna psona, a seipa vt est in alia, inquantū. s. vna persona habet ipsam in semetipsa ex semetipsa: alia vero habet ipsam in semetipsa nō ex semetipsa: sed a quadā alia psona Verbi gratia, cū deitas sub rōne sapientie seu veritatis simpliciter sit ratio eius qd est sapere aut intelligere simpliciter: hoc tamē nō vna & eadem ratione vt est in patre, & ratio sapere & intelligere patris scdm q sunt patris, & vt est in filio, & rō sapere & intelligere filii scdm q sunt filii, quia vt est in patre, & est ratio intelligēdi aut sapiendi patris vt patris est: habet rōnem ingeniti: & elicit in pre intelligendi actū vt patris est, sub ratione qua est perfectio solius patris, scilicet sub rōne qua est sapiētia ingenita. Vt vero est in filio: & est rō intelligēdi aut sapiendi filii, vt filii est: habet rationem geniti: & elicit in filio actum intelligēdi vt filii est, sub ratione qua est perfectio propria filii, scilicet sub ratione qua est sapientia genita siue habita per generationē. Et similiter vt est in spiritu sancto: & est ratio intelligendi siue sapiēdi, vt spiritus sancti est, est sapientia sub rōne qua est spirata, siue habita p spūs scti spirationē. Propter qd scdm determiationē Aug. v. de tri. c. vii. licet memoria, intelligentia, voluntas sic conueniant tribus personis vt non sit patri tantum conueniens memoria, & filio intelligentia, & spiritui sancto voluntas, sed singula horum trium conueniunt oibus: quia sequeretur obscuritas predicta, vt pater non sit sapiens aut intelligens ex se ipso, sed ea sapia quā genuit: tñ (vt dicit ibidem) pater est sapiens ea que ipse sua est sapientia: & filius sapiēs sapiētia de sapientia quae est pater. Et similiter (vt dicit) est de memoria: quia sicut sibi meminit pater, ita & fili9: & sicut filii & sui meminit pater memoria non filii, sed sua, ita sui & patris meminit filius memoria non patris sed sua. Et sicut est de memoria, sic est de intelligentia & voluntate. Vnde subdit de filio. Sicut nec pater ei meminit, nec spūs sanct9 ei diligit, sed ipse sibi: Sua enim est & ipse memoria, sua intelligentia, sua dilectio: sed ita se habere, de patre illi est de quo natus est: Sic etiā spūs sanctus: quia sapientia est pcedens de sapientia &c. Et sicut est de istis tribus, memoria, intelligentia, voluntas, sic est & de essentialibus aliis. Ista enim essentialia sunt & cōia sicut & alia. Vnde qd dicit, q pater meminit memoria non filii, sed sua: non est hoc accipiendum quasi alia sit memoria patris & filii. Immo illa eadem est memoria patris qua memoratur pater: & filii qua memoratur filius: & vniuersaliter omnia essentialia eadē sunt trium. Attamen quia alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus: & secundū hoc alia ratione patri omnia essentialia cōueniūt, alia filio, alia spūi sancto, inquātū. s. pater oia habet a se & sub ratione ingeniti: fili9 autem omnia habet a patre & sub ratione geniti: spūs sanctus similiter omnia habet, sed a patre & filio, & sub ratione spirati, siue habiti per spirationem. Licet enim eius qd est memorari simpliciter, vt cōmuniter est trium personarum, ratio sit memoria simpliciter vt est trium cōmuniter & eius qd est intelligere, sapere, aut scire simpliciter, vt est cōmuniter trium personarum, ratio sit intelligentia siue veritas, seu sapientia aut sciētia simpliciter vt est trium cōmuniter: & similiter est de velle & diligere respectu voluntatis & amoris: tamē vt memorari est patris singulariter, ratio eius non est memoria nisi sub ratiōe illa qua est patris, scilicet qua est ingenita. Et similiter est de intelligere & sapere: q vt patris est singulariter, non est eius ratio intelligentia aut sapiētia nisi sub ratione qua patris. Et eodē modo est de actibus essentialibus attributis filio vt filii sunt singulariter: & similiter de spiritu sancto: quia nihil est ratio illorum nisi sub ratione qua istorum

sunt. Quod Aug. expressit illis verbis suis prędictis. Et sic licet pater creat deitate quę sua est & filii & spirit⁹ sancti: & similiter filius & spūs sanctus creant eadem, quia tamē pater nō creat illa vt sua est, neq; vt filii, neq; vt spiritus sancti: neq; vt in se est, neq; vt in filio, neq;, vt in spiritu sctō: sed vt cōiter est triū & in trib⁹: & similiter est de filio & de spū sancto: intelligit tñ aut sapit intelligētia aut sapiētia vt sua est, nō aūt vt filii aut spūs sancti: & similr est de filio & de spū sancto: Idcirco pater cōueniēter dicitur creare illa rōne ablatiue qua fili⁹ creat, & vt illa creat. Nō aūt dicit̄

V cōueniēter intelligere illa rōne qua filius intelligit, & vt illa itelligit. Propter qd̄ etiā actum creandi cōueniēter dicitur agere p filiū: non autem actum intelligendi: eo q̄ semper vniformiter constructio ablatiua de eo qd̄ indicat rationem actus, resoluitur in accusatiuā cum praepositione per, de eo quod est agens actum. Illius autem modi cuius est creare, sunt omnes actus essentiales terminati ad aliquid productum. Istius autem modi cuius est intelligere, sunt omnes actus essentiales, sic manentes intra vt non terminentur ad aliquid extra: vt ad effectum productum ex tempore. Non enim est differentia, etsi terminētur ad creaturam tanq̄ ad obiectum purum: vt cum dicitur deus intelligere aut diligere creaturas: simplici dico intelligentia & dilectione. Vnde patet veritas communiter dicti: q̄ actus essentiales significantes per modum egredientis ad aliquid extra, vt ad effectū per illos, pater dicitur agere per filiū: & ambo per spiritū sanctū: non aūt actus essentiales non significantes per modum egrediētis ad aliquid extra, vt ad effectum per illos. Sed dictum illud non declarat causam seu rationem. Immo quia actus transeuntes ad effectum extra fiunt secundum eandem rationem pręcisam ab omnibus, non autem illi qui manent intra: vt iā expositum est: haec est ratio quare in illis habet locum constructio de per, in aliis autem non, vt dictum est. Vt sit regula generalis artis Theologicę talis. Quādocunq; in diuinis psona aliqua habet ab altera rationem qua agit: & eadem ratione praecisa vtraq; agit eandem actionem: persona a qua habet altera illam rationem, per illam alteram conueniēter dicitur agere illam actionē: praeter hoc q̄ etiam eam agit immediate. Quādo autem non agūt illam actionem eadem ratiōe pręcisa: secundum iam expositum modum: tunc non dicitur conuenienter illam actionem agere per illam alteram personam: licet simpliciter habet esse ab ista per illam: inquantum illa rationem agendi habet ab ista. vt si propterea illa, pater intelligit per filium, dicatur simpliciter esse recipienda: hoc non est nisi resoluendo istam, pater intelligit per filium, in illam, actus intelligendi filii habet esse a patre per filium: ex quo nullum inconueniens sequitur. Licet enim idem sit patri esse & intelligere seu sapere: quia ambo penitus absoluta sunt: non tamen idem est patri esse, & ab ipso actum intelligendi filii esse, quia illud est penitus absolutum, illud autem relatiuum. Esse autem absolutum & respectiuum aliud & aliud sunt in deo. Sicut scd̄m Augusti. patri aliud est patrem esse, aliud deum esse. Q2 autem actus transeuntes in effectum extra secundum eandē rationem praecisam procedāt a tribus personis: non aūt manētes intra: huius adhuc alia ratio est, q̄ videlicet illę actiones vt transeūtes extra, quia ordine naturę & durationis sequitur esse triū personarum agentium eas, vt dictum est supra: idcirco personę illę nullum ordinem omnino habent inter se in agendo hm̄ōi actiones. Propter qd̄ necesse est q̄ eas agāt nō scd̄m aliquas proprias rationes vt sunt singuli: sed secundum vnam rationem communem, vt ipsi sunt vnum: licet illud commune sub ratione qua essentia, non sit pręcisa ratio respectu actus creandi: quia requiritur ratio verbi vt est vniformiter perfectio actus intelligendi trium: & similiter ratio amoris procedētis vt est vniformiter perfectio actus amandi trium: secundum q̄ declaratum est in quadā quaestione de quolibet. Istę vero actiones manentes intra, eo q̄ nullo ordine sequuntur esse trium personarum agentium eas: sed cuilibet personę conueniunt secundum modum quo habent esse in se deitatis, vt est ratio illas actiones eliciendi: idcirco personae ipsę in agendo hm̄ōi actiones eundem ordinem rationis habent inter se quo habent illam rationem agendi. Propter qd̄ necesse est q̄ huiusmodi actiones agant scd̄m suas proprias rationes praedictas vt singuli sunt: & non secundum

X vnam rationem communem: neq; vt vnum sunt in ea. ¶Ad cuius intellectum sciendum est q̄ omnia essentialia patri ex se & non ab alio conueniunt: de quorum numero sunt ratiōes actuum essentialiū manentū intra: & etiā ipsi actus: cuiusmodi sunt intelligere seu sapere: & velle seu diligere. Super ipsum autem intelligere vt est actus essentialis, fundatur dicere vt est actus notionalis. Et similiter vis dictiua notionalis super vim intellectiuam essentialem. Quis enim dicere non sit praecise ipsum intelligere: dicere tamen non est sine intelligere, nec potest esse. Sed intelligere essentiale quantum est de se, est sine dicere notionali in aliquo. Intelligere enim essentiale conuenit filio & spiritui sancto: non autem dicere notionale. Propter qd̄ dicere & intelligere necessario non solum differunt ratione, sed cum hoc habent aliquem ordinem rationis inter se;

vt intelligere sit quasi primũ,dicere vero quasi secundũ. Cũ vero per actũ dicendi procedat a patre filius vt verbum dictum & conceptum in mente paterna vt paterna est siue patris scilius,similiter necesse est vt non solũ dicere & verbũ differant rõne,sed q etiam habeant ordinem aliquem ratiõis inter se. In verbo aũt vt iam productum est,& existit persona filii per generationẽ & actũ dicendi:habentur cõmunicata filio a patre omnia essentialia patris, & quæ pertinẽt ad actiuã spirationem.iuxta illud Ioã.xvi.Omnia quęcũq; habet pater mea sunt.& Ioan.xvii. Omnia mea tua sunt,& tua mea sunt. Et propter hoc a verbo producto per vim intellectiuam quam habet a patre,procedit actus intelligendi idem qui a patre, & similiter actus volendi essentialis a voluntate sibi cõmunicata a patre:q necessarie(scilicet actus volẽdi & intelligendi filii)rõne differunt a persona hmõi actus eliciẽte:& similiter ordinem quẽdam rõnis habent inter se.Et sic ista quatuor,intelligere patris vt patris est,dicere patris,verbum ipsum productum,& intelligere, necessario inter se differunt ratione,& ordine quodam rationis:& eodem modo velle essentiale cõmune patri & filio,& spirare, & persona spũs sancti producta, & ipsum velle essentiale aut intelligere eius vt spiritus sancti est.Et sic omnia hæc differentiam & ordinem rationis habent inter se:pater,intelligere aut velle essentiale patris vt patris est,dicere patris,verbum dictũ:intelligere aut velle essentiale verbi vt filii est,spirare patris & filii.psona spũs sancti,velle aut intelligere vt spũs sancti est. Ad cui⁹ differẽtię & ordinis intellectum anteq̃ descendamus & applicemus iã dicta ad propositum , aduertenda sunt primo quędam pertinentia ad ordinem:deinde quędam alia pertinentia ad modum explicandi vnumquodq; secundum propriam rationem suam quam habet in suo ordine, per quam habet differentiam a quolibet aliorum ordinatorum in eodem ordine. ¶De primo igitur sciendũ, q in creaturis quadruplex ordo inuenitur,scilicet gradus naturalis,successionis,originis,& rationis . Ordo gradus naturalis est in partibus vniuersi: quemadmodum mundus secundum Phm.xii.Metaphy.est vnus ordine partium inter se & ad primum principium:sicut exercitus est vnus.A prima enim materia quę est in infimo in creaturis,vsq; ad primam formã separatã quę deus est, omnia intermedia secundum gradus naturæ ordinem habent supra gradũ primę materię,& citra gradum primę formæ.Ordo successionis triplex est,scilicet successionis naturalis,situalis,& durationis.Primo mõ est ordo inter nõ esse cuiuslibet creaturę & eius esse. Secũdo modo est ordo illorũ q̃ sitũ habẽt in magnitudine aut in loco. Tertio mõ est ordo vel vnius durationis ad aliam:vt æternitatis ad ęuũ,& ęui ad tẽpus: vel eorũ q̃ sunt in tpe inter se.Ordo vero originis est lucis ad splendorem in igne.Ordo autem rationis est inter ens,verum, bonum, in vnoquoq; ente.Et in quolibet horum modorum vt sunt in creaturis,sine vlla contradictione reciplũtur prius & posterius.In ordine enim secundũ gradus naturæ semper est prius qđ est gradus superioris, & posterius qđ est gradus inferioris.In ordine vero successionis naturalis prius est nõ esse vniuscuiusq; creaturę q̃ eius esse. In ordine autem successionis situalis illud semper est prius qđ est propinquius alicui termino determinato: vt respectu circũferentię illud est prius qđ superius est.respectu vero centri illud est prius qđ est inferius.In ordine durationis vnius ad aliam:illa est prior quę est simplicior & permanentior: vt ęternitas ęuo:& ęuum tempore.In ordine vero durationis temporalis illud est prius quod est propinquius signo determinato in tempore: vel præterito,vt illud quod magis distat a præsenti:vel futuro, vt illud qđ est propinquius præsenti sicut dicit Philosoph⁹.iiii.Phy.In ordine autem rationis illud est prius: qđ prius natũ est mouere intellectum vel rationem vt de se formet conceptum . Quẽadmodum in qualibet creatura prior est ratio entis q̃ ratio veri,& ratio veri q̃ ratio boni,secundum q sępius tactum est supra.Horum autem quatuor modorum ordinis primus & secundus nullo modo reperiuntur in diuinis.Non gradus:quia in diuinis non est nisi vna natura simplex,vt patet ex supra determinatis.Non successionis:quia non est in diuinis nisi simplex ęternitas fixa manens.Tertius aũt modus indubitanter ponitur in diuinis:quia ibi est qui a nullo & a quo alius,& qui ab alio,& a quo nullus.Est eñ pater a nullo sed ab ipso filio,& a patre filius & spiritus sanctus, & ab illo nullus. Quartus vero modus qui est ordinis rationis non multum consuetus est poni in diuinis:qui etsi nullo modo ponatur in diuinis ex parte ipsorum,scilicet inter attributa comparata inter se,neq; inter attributa essentialia vt comparantur ad personalia: neq; vt eadem essentialia comparantur ad seipsa vt habent inesse in diuinis personis , neq; etiam vt considerantur in aliqua illarum trium comparationum in respectu ad intellectum diuinum,de quo tamen debet esse sermo inferius: necesse tamen habemus eum ponere ex parte intellectus nostri. & hoc non præcise & omnino ne vanus sit hmõi intellectus,si nullo modo ortũ sumet a reb⁹: immo ortũ habet ordo ille in intellectu ab eis quę cõsiderat i diuinis.Ex natura eñ differẽtię suę scđm rõnẽ quã habẽt vt cadũt i cõsideratiõe i

tellectus,est in eis aptitudo vt creatus intellectus i intelligendo discurrat ab vno in alterũ,ordinatim ea concipiendo:& per hoc sit ordo per se conceptuum de eis formatorũ in intellectu: & nullo modo eorũ quę cõcipiũtur,nisi inquãtum cadunt in hmõi conceptibus ordinatis.vt scḋm hoc queadmodũ in diuinis personis est ordo originis in seipsis ex parte rei nõ ex respectu ad aliquem intellectum:quia ab isto habet esse ille:sic in eis quę in diuinis differũt sola rõne est ordo ratiõis, etsi nullo modo in natura rei, tñ vt cadunt in ordinatis cõceptib⁹ nostri intellectus,vt infra declarabitur ostendendo quõ talis ordo essentialiũ est in omni intellectu discursiuo nõ simplici, vt est intellectus diuinus. De eis vero quę pertinent ad modũ explicandi vnũqdq; ordinatorum secũdũ
B propriam rõnem quã habet in suo ordine, Sciendũ ꝙ licet dictiones impositas ad significandũ ea quę inueniunt circa creaturas,trãsferimus ad diuina,scḋm ꝙ patet ex supra determinatis: Rationes tñ proprias ordinatoꝝ quę exprimũtur huiusmõi noĩbus prius,posterius, superius,inferius, & hmõi,in hoc oẽs cõcordant,ꝙ in diuinis nõ sit ponere eas, sicut neq; magis & minus seu maius & minus. Tñ difficile est quibusdã intelligere, ꝙ in aliquib⁹ sit ordo, quin eo modo quo ponitur in eis ordo:etiã ponatur in eis prius & posterius:vt si in aliquibus sit ordo scḋm locũ, & pri⁹ & posterius scḋm locũ:si scḋm tempus,& duratione,aut scḋm naturam:& similiter prius & posterius scḋm tẽpus & duratione,aut scḋm naturã:si scḋm origine: & similiter prius & posterius scḋm origine:si scḋm rõnẽ tñ,simil̾r prius & posteri⁹ scḋm rõnẽ tñ.Sed reuera etsi prius & posterius ex se nõ significarent nisi circunstantiã rationũ quibus differunt ordinata vt inter se ordine habẽt:& hoc indeterminate ad rõnes differentes cuiuscũq; ordinis & nõ determinatur eoꝝ circũstantia ad rationes deitatis differentię ordinatorũ nisi per ordinem cui adiungerentur scḋm modum iam dictum:nullo tñ modo in ordine rõnis qui ponitur circa attributa essentialia,qualicũq; modo ponenda sunt prius & posterius:ante & post: sicut nec in ordine originis:sed pręcise in cõceptibus nostris,vt infra videbitur.Vnde qñcunq; & vbicunq; aliqñ circa ea quę sunt in diuinis mentionẽ facimus aut faciemus de ante & post, siue de eo qḋ est prius & posterius,siue in dictis siue in scriptis,semper illa intelligimus vt sunt determinationes actus intelligendi in nobis : non autẽ alicuius ex parte rei intellectę.Circunstantię vero quę explicantur hmõi dictionibus:q̃ sunt primũ,secundũ,tertium,quartũ,& deinceps: nõ tantũ abominarent in diuinis quãtum quę explicãtur illis dictionib⁹ quę sunt prius & posterius:ante & post:& hoc quia illa sunt cõiora q̃ ista. omne em̃ qḋ est prius aut ante,est primũ,& non ecõuerso.Vnde sciendũ ꝙ quãtum ad propositũ
C ptinet:primũ dicit̃ aliqd dupliciter,aut quia ante aliud:aut quia ab ipso est alius,vel aliud.Et eodem mõ dicũtur dupliciter,secũdũ,tertiũ,quartũ,& deinceps. Dicit̃ em̃ secũdũ,aut qa est post aliqḋ vnum qḋ est prius:& tertium,quia est post aliqua duo quę sunt priora: & sic deinceps:aut dicitur secundũ quia est ab aliquo vno primo:& tertiũ quia est a duob⁹,& sic deinceps.Primo modo primũ synonymũ est cũ eo qḋ est añ:& secũdũ,tertiũ,& deĩceps,cũ eo qḋ est post. Vñ si nulla eẽt alia significatio eius qḋ est primũ,secũdũ,tertiũ:queadmodũ nõ recipim⁹ in diuinis prius neq; posterius,nec ante,nec post:sic nullo mõ reciperem⁹ in diuinis primũ,secũdũ,tertiũ,nec aliqḋ hmõi. Scḋo aũt mõ primũ,secũdũ,tertiũ & deinceps oĩno alterius significationis sunt q̃ pri⁹ & posteri⁹. Vnde qa differẽtia ordinatoꝝ ordine originis sumit̃ penes a quo est alius,& qui est ab alio,& q est ab aliis:ideo isto scḋo modo primũ,secũdũ,tertiũ compeẽter assumunt̃ in ordinatis ordine originis:vt psona q̃ nõ est ab alia,sed a qua alia,dicat̃ prima:q̃ vero est ab alia,& ab illa alia,dicat̃ scḋa & media:quę vero ab aliis & a qua nulla,dicatur tertia.& hoc nõ solũ ex respectu ad intellectũ quẽcunq;:sed ex natura rei in se.Sicut aũt primũ & secũdũ recipiunt̃ in ordine originis ꝓpter eorũ significationẽ qua dicũt ab hoc esse hoc : sic cõpetenter accipi possunt in ordine rõnis,& hoc in
D quibuscũq; est ordo rõnis,ꝓpter cõgruentẽ eoꝝ significationẽ quã possunt habere in cõnotãdo ꝑgressum actus intelligendi ab hoc in hoc.& hoc nõ pcise & oĩno ex parte intellectus nostri,vt iam dictum est de ordine rõnis:sed aliquo modo ex parte rei.s.originaliter: & hoc qa ipsa ordinata nata sunt sic concipi ab intellectu nostro discurrẽdo ab vno in aliud.Quę em̃ sic se habẽt:vnũqdq; eorũ natũ est mouere intellectũ scḋm rõnem suã quã habet in ordine vt intelligit illa intellectus discursiuus,qui diuersos cõceptus nõ format nisi in tẽporis successione,siue discreti,vt intellect⁹ angelicus, siue cõtinui,vt intellectus hũanus.sm ꝙ dicit phs:ꝙ intelligere nostrũ est cũ cõtinuo & tpe:& ita nõ format diuersos cõcept⁹ nisi vnũ post aliũ.Talis inquã intellectus sicut quãtũ est ex parte ordinatiui cõceptorũ ab ipso:nat⁹ ẽ discurrere ab hoc i illud & nõ ecõuerso:sic qḋ ab eo natũ est cõcipi primo,non est natũ cõcipi scḋo,nec ecõuerso.Ita ꝙ etsi concipiat prius id qḋ natũ est concipi secundo, & ecõuerso:qḋ tamẽ cõcipit prius non concipit primo:neq; qḋ concipit posteri⁹ cõcipit scḋo:qa posterius cõceptũ nõ cõcipitur a priori cõcepto:queadmodũ principiũ nunq̃ cõci

piť a cõclusione,licet id concipiat post cõclusionẽ.Nũq̃ aũt dicetur aliquid concipi primo nisi vt ab illo cõcipitur aliud:neq; secũdo,nisi vt cõcipitur ab alio:vt sic omnino differat primum & secundũ a priori & posteriori:& in ordinatis ordine rationis secundũ modum p̃dictũ,possit accipi primũ & secundũ modo iam dicto,scilicet cõpletiue ex parte intellectus,& originaliter ex parte rei intellectę:Prius autẽ & posterius, nõ nisi ex parte solius intellectus nostri:vt illud qđ est prius,possit esse posterius,& ecõuerso:illud autẽ qđ est primũ,non possit esse secundum aut tertiũ,nec ecõuerso,nec in ordine rationis ex parte intellectus, sicut neq; in ordine originis ex parte rei,secundũ q; amplior erit de hoc sermo inferius. ¶Sic ergo q; ordo ratiõis & primũ,& secundũ,& huiusmodi circa diuina sint ex parte intellectus nostri, hoc nõ cõtingit nisi quia intellectus noster ea quę cõsiderantur in diuinis nõ est natus cõcipere nisi per discursum Nõ dico solum discurrẽdo post vnũ in alterum,vbi primũ non est ei naturaliter via trãseundi in cognitionẽ alterius: quemadmodum post conclusionẽ potest discurrere ad conceptũ principii,in cuius cognitionẽ cognitio conclusionis non est via: sed discurrẽdo ab vno in alterum vt cognitio vnius sit via transeundi ad cognitionẽ alterius:quia illius secũdi cognitio cognitionẽ primi includit.Et ideo sicut ĩ ordine originis primũ est illud a quo aliud,& secũdũ quod ab alio:Sic in ordine rationis primũ est illud a quo discurritur in aliud:& secũdũ in qđ discurritur ab alio.Quę etsi nullo modo reciperẽtur in diuinis ex natura rei nisi originaliter,tamen recipi debẽt in eis ex parte & ex natura intellectus nostri:vt cõsiderenť sicut determinationes actus intelligẽdi intellectus nostri discurrẽtis dicto modo:non autẽ alicuius ex parte rei. Et secundũ hunc modũ intelligimus in oĩbus dictis nostris & scriptis,primũ,secũdum,tertiũ,& sic deinceps,vbicũq; mẽtionẽ fecimus aut faciemus de eis: vt secundũ hoc si dicamus q; in deo intelligere est primũ,& velle secundũ:aut q; verũ est attributum primũ,bonũ vero secundũ : vt q; essentia diuina est prima,respectus vero vel relatio fundata in ipsa est secunda:aut q; patri intelligere & oĩa essentialia cõueniunt primo,filio vero secũdo,spiritui sancto autẽ tertio, hoc nõ intelligimus nisi vt primũ,secundũ,tertiũ,sunt determinationes solius actus intelligendi nostri:non autẽ alicuius ex parte rei intellectę.Vnde si quis omnino talia remouere velit a modo loquẽdi ĩ diuinis: hoc nõ oportet facere propter aliquod inconueniens ex parte rei:sed solũ ex parte vsus incõsueti ipsorũ nominũ.Sed valde irrationabile est vim magnã de nominib9 facere,cum certum est de rebus quas per illa exprimere intendimus. dicente Diony.iiii.c.de di. no.Irrationabile arbitror & stultum non virtuti intẽtionis intendere: sed dictionibus . Et non est diuina intelligere volentium propositũ:sed sonos leues percipientiũ, & nolentiũ scire quid quidem qualis dictio significet, quomodove eã oporteat & per alias æque potentes & manifestiores dictiones declarare &c. Vnde quia loqui non possumus de diuinis nisi nominibus translatis a creaturis:& illa proprietatem rei nõ possunt exprimere pfecte: aut omnino oportet nos tacere & nihil omnino loqui de diuinis:aut loqui aliquãdo ĩproprie aliquãtulũ.iuxta illud qđ dicit Aug.sup Io.serm.xix.exponẽdo illud Io.v.Non potest filius a se quicq̃ facere,dicens.Et si nec explicatũ aliquid dixerimus: quia nec explicatũ aliqd intellexerimus : aliqñ quippe sermo deficit,vbi intellectus pficit:quãto magis sermo patiť defectionẽ,qñ intellectus nõ habet perfectionẽ?¶Ad propositũ igiť redeuntes dicimus:q; quia diuinę psonę in agendo actiones transeũtes in productum extra, nullũ oĩno ordinẽ habent inter se:ideo eas agunt nõ vt singuli:sed vt vnũ,& ideo scđm vnã pcisam rationẽ. Actiões absolutę manẽtes intra nõ trãseũtes in aliquod productũ intra vel extra:quia diuinæ psonæ eas agũt ordine quodã rationis intellectus nostri, ideo eas agunt vt singuli,non vt vnũ:& ideo neq; scđm vnam pcisam rationem.Propter quod persona a qua alia persona habet q; illas agat : non dicitur q; agit eas per illam : sicut dicitur q; per illam agit illas præcedentes. Et sicut est de intelligere essentiali: similiter est & de velle essentiali:& sicut est de velle & intelligere essentiali patris respectu filii: sic est de intelligere essentiali & velle patris & filii cõmuniter respectu spiritus sancti. Ille autem ordo in actionibus manentib9 intra,patet ex iã dictis:qa eñ intelligere eẽntiale patris,vt patris est,fundamẽtũ est actus dicendi: a fundamento in id qđ fundať super ipm,intellectus noster natus est ordine naturalis rationis discurrere,& nõ ecõuerso.Et similiter qa dicere est actus pductiuus verbi, q̃si medius inter dicẽtẽ & verbũ dictũ:discurrere natus ẽ ad dicere in verbũ dictũ. Silr quia a verbo dicto agiť actus intelligendi essentialis:& id a quo pcedit est vt principiũ eius:ideo discurrere natus est ab ipso verbo in ipm intelligere.Et sic ordine discursus nostri intellectus q originẽ trahit ab ipsa re,intellectus ipse Primo habet cõcipe intelligere essentiale patris: Secundo dicere patris:Tertio verbũ dictũ:Quarto intelligere essentiale verbi,vt verbi est . vt scđm hoc or-

E F G Responsio.

dine rationis & discursus intellectus nostri se habēt pater ad intelligere essentiale vt patris est & filii⁹ vt filii est. Et sicut ē de isto eētiali, similiter est de oībus aliis, & sicut est de patre respe∣ctu filii, similiter est de vtroq̄ respectu spiritus sancti. Sic ergo patet ex iam dictis quomodo se∣cundū vtrūq̄ articulorū questionis proposite cōmuniter oēs diuinas actiones essentiales, oēs diuine persone vniformiter agunt, & quomodo difformiter. Sed p̄ter hoc est modus vnus quo quelibet diuinarū personarū, immo deus trinitas difformiter agit diuersas actiones cōmunes eētiales, cuiusmodi sunt velle, ītelligere, creare, gubernare, & huiusmodi: In hoc videlicet, ꝙ li cet eadē ratione absoluta eliciente que est deitas, oēs agat elicitiue: aliis tñ & aliis rationibus respectiuis agit aliā & aliā actionē determinatiue ſm modū p̄determinatū: vt sicut pater alio respectu realis relationis generat, alio spirat, & ideo sunt diuerse actiōes notionales generare, & spirare, & diuersimode quodammodo & difformiter generat & spirat: sic deus trinitas alio respectu & alio rationalis relationis intelligit & vult.. vt sint secūdū hoc diuerse actiones essen tiales intelligere & velle: & diuersimode atq̄ difformiter quodā modo intelligit & vult.

H
Ad primū prin.
¶ Qꝫ ergo arguitur primo, ꝙ oēs diuine persone, oēs actiōes cōmunes diuinas & essentiales vniformiter agūt: quia eadē ratione eliciente & determināte, Dicendū ꝙ verū est secundū iam determinata quo ad substantiā actionū, & quo ad ipsam rationē, huiusmodi actio num elicitiuam. Quātum tamen est quo ad rationē determinatiuam, quodāmodo difformiter agunt diuersas actiones singule persone & oēs simul. & similiter quo ad modū eliciendi actio nem per se, & per alium, a se, & ab alio, etiam diuerse persone eandē actionem bene agunt dif∣formiter scdm determinatum iam modum. ¶ Ad secundū, ꝙ diuinarū personarū nulla est di∣

I
Ad secūdū
uersitas in agēdo, dicendū secundū predicta ꝙ verum est q̄tum est ex parte elicitiui, q̄tum ta men est ex parte modi eliciendi & rationis determinantis actū, bene cōtingit diuersitas: vt di∣ctum est. ¶ Per idem patet ad tertiū, quo dicitur ꝙ actio est eadē, quorum natura est eadem.

K
Ad tertiū.
Dicēdum ꝙ verum est quātum ad substantiā actionis, & quātū est ex ratione elicitiui. Quātū tamen est ex parte determinatorū que diuersitatem ſm rationē ponūt in essentia, bene possunt actiones esse diuerse scdm rationem, & etiam difformes quo ad modum eliciendi: vt dictū est.

L
Ad primū & secundū in opposi.
¶ Ad primū in oppositū, ꝙ diuerse p̄sone difformiter agunt, secundū ꝙ quedā agunt a se, que dā vero ab alia: Et similiter ad secundū, ꝙ quedam agit per se, quedā vero per aliam: Dicendū ꝙ verum est quo ad hoc: sed hoc nullam ponit difformitatem in substātia actionis neq̄ in mo∣do eliciendi q̄tum est ex parte elicitiui, in quibus consistit conformitas simpliciter.

M
Que. VIII
Argu. 1.

Circa octauum arguitur, ꝙ in deo nulla sit actio manens intra, non terminatā ad aliquid extra. Primo sic. Pħus dicit. ii. ce. & mun. Res bona cōpleta est exi stēs absq̄ operatiōe. vbi dicit Cōmē. Et est in rei veritate illud cuius actio est sua substātia, scilicet intellectus abstractus, qualis maxime est intellectus dei: vt habitum est supra. Sed si haberet actionē manentē intra, non esset bona & cōpleta absq̄ operatione. quoniā (vt dicit in primo eiusdē) omnis res cuius est operatio, sit propter operationem suam. Omne autē q̄d est propter aliud, bonitatis sue com plementū recipit ab illo. Illud enim propter q̄d finis est, & bonū & finis idem. ii. meta. ergo &c̄.

2 ¶ Secundo sic. Omnis actio est aliquid per se & immediate elicitū a principio elicitiuo. Et si eñ aliquid sit principiatum ab agēte, immediatius tamen elicit actionē q̄ principiatum quod pro∣ducit per ipsam: quia actio semper est media inter principium & principiatū. In deo autē nihil potest elici per se & immediate a principio elicitiuo, manēs intra: quia principium elicitiuū oīs actionis possibilis in deo est diuina essentia: vt habitū est supra, scdm quā in deo nihil potest se habere per immediationē, nisi respectus aliquis: quia p̄ter essentiā nihil est in deo nisi respectus: vt dictū est sepe. Respectus autē per se elici nō potest a principio elicitiuo: quia tūc esset substā∣tia ipsius actionis: quod nō est verū. qm̄ ſm p̄hm. iii. physi. eadē est substātia actionis & passio∣

In opposi.
nis, q̄ est aliquid in passo, nō aūt respectus in agēte. ergo &c̄. ¶ In cōtrariū est ꝙ nobilius est esse in actione, q̄ non: quia ocium est sicut somnus, actio vero sicut vigilia. deo nobilius semper est attribuendum: vt habitum est supra. ergo &c̄.

N
Resolu. q.
¶ Ad sciendū que & qualis actio sit in deo manens intra, est hic aduertendum, ꝙ ista sex, motio, mutatio, factio, productio, actio, operatio, si secundū proprias rationes cōsideren tur, differūt abinuicē, q̄uis quo ad quasdā rationes cōmunes ipsorum cōmuniter quedā acci∣piuntur pro quibusdā. Motio eñ mutatio quedā est cōmuniter accepta mutatione, pro varia∣tione cōtingente in subiecto: sed proprie sumēdo mutationē ne: utra est alia. Sed cōmuniter ac∣

cepta factione,ambę, scilicet & motio & mutatio,factiones quędam sunt,quib⁹ fit aliqua dispositio quę prius non erat,a mouente & mutante in aliquid aliud ab ipso. Idem enim secundũ ꝙ idem nõ transmutat aliquid in seipso.Et cũ illa dispositio introducitur nõ tota simul: sed successiue pars post partẽ: dicitur motio.Cũ vero tota simul,dicit̃ mutatio.Factio autẽ secundũ propriam rationẽ non potest dici secundũ dictum modũ motio aut mutatio, quia scilicet etsi aliquid per eã fiat:non tñ semper requirit in qđ fiat:vt quãdo aliquid fit de nihilo,& nõ in alio sed in se existẽs:vt est substãtiarum creatio. Et secundũ hoc dicit Phus primo de generatiõe,ꝙ facere amplius.i.in plus est q̃ mouere.Factio autem scđm omnem rationem suam productio q̃dam est:quia factione semp aliquid fit vel in pręexistẽti subiecto,vel in se subsistẽs de nihilo:sed nõ est sine innouatiõe. Productio aũt ẜm aliquã rationẽ sibi ꝓpriã nõ põt dici factio:quia qđ ꝑ ipsam ꝓducit̃,nõ ꝓducit̃ in pręexistẽti subiecto,nec de nihilo:sed de substantia ꝓducẽtis, & est oĩno sine innouatiõe:vt ẽ ꝓductio diuinarũ ꝑsonarũ ĩ deo. Productio aũt ẜm oẽm rationẽ suã, actio est cõmuniter nomine accepto actionis. Actio autẽ scđm aliquam rationem propriam nõ est productio:quia per eam nihil aliud vel alius in se omnino,sed alteri perfectio in esse acquiritur.iuxta illud qđ dicit̃ in sex prin. Actio nõ requirit qd agit:sed in quid.qualis est generaliter actio qua agit forma in dãdo esse proprię materię quã informat.iuxta illud qđ dicit̃ in lib.de generatione. Agere proprium formę est,pati aũt alterius potẽtię.scilicet materię. Actio autẽ secũdum omnem rationẽ suam est operatio cõmuniter accepta operatiõe,quia dissoluit otium,cui contrariatur operatio.Operatio autẽ scđm propriam rationem nõ est actio scđm aliquã dictarum rationũ,neq; scilicet secundũ quã productio est actio,neq; secundũ quã informatio ad perfectionẽ in esse actio est:sed operatio proprie est actus perfectus rei existẽtis in actu suo perfecto & est proprius vnicuiq; secundũ suam speciem, iuxta illud qđ dicit Phus in fine.iiii.meteoro. Vniuersa sunt determinata opere.Quę enim possunt facere, suiipsius opus est singulũ:quẽadmodũ oculus videt:qđ vero non potest,ęquiuoce:quẽadmodũ mortuus aut lapideus. Vñ operatio est perfectio cuiusq; existẽs in esse perfecto: vt est sentire operatio sensus existẽtis secundũ actũ sensitiui,& intelligere operatio intellectus existẽtis scđm actum perfectũ intellectiui. Cõmunissime autẽ accepto nomine actionis hmõi operatio actio dicitur.& sic p̃dicta omnia actiones & operationes cõmuni nomine dici possunt:sed nõ econuerso. ¶Ad quęstionẽ igitur descẽdẽtes dicimus ꝙ nulla actio q̃ est motio aut mutatio intra,cadit in deo ꝓpter suã immutabilitatẽ:vt habitum est supra:nec similiter factio propter suam ęternitatẽ quę est sine omni innouatione:vt habitũ est supra similiter.Sed actio quę est productio scđm propriam rationẽ productionis,quę nullo modo est factio, illa est in deo quo ad intra, quo ad ꝑsonę filii & spũs sancti productionẽ: vt declarabitur inferius.& similiter actio quę est operatio scđm propriam operationis rationẽ,& cõmunissimã rationẽ actionis,& cõsistit in actionibus essentialibus personarũ,quę sunt velle & intelligere,de quibus cõtinuo determinabitur in sequẽtibus.Secundũ hoc ergo cõcedendũ est argumentũ ad istam partem. O Responsio.

¶Ad primũ in contrarium ꝙ res cõpleta est existens absq; operatione: Dicendũ ꝙ est ęquiuocatio operationis.Est enim quędã operatio quę est actus perfectus rei propter qđ habet esse,& est finis eius in esse:& alia operatio qua acquiritur rei sua perfectio in esse vt perfecte possit in illam operationẽ primã quę est sua perfectio in eẽ. Operatio Primo modo est operatio in sua perfectissima significatiõe accepta,qua distinguitur cõtra alia quinq; p̃dicta. & istã dicimus ꝑfectissime eẽ in deo,& in ea cõsistit sua beatitudo:vt determinabit̃ ĩfra. De qua dicit Phus in primo cę.& mun.Omnis res cuius est operatio,fit propter operationẽ suã.& operatio rei diuinę est perseuerantia & ꝑmanẽtia. & hęc est vita sempiterna:quia vt dicit.xii. metaphy. Actio intellectus est vita.Operatio secundo modo est operatio cõmuniter accepta pro actione, productione,& aliis supradictis,de qua loquitur.ii.cę.& mun.Qđ plane ostendit litera sequẽs illud quod diminute acceptũ est in argumẽto.Iacet enim litera sic.Res bona cõpleta est existẽs bona absq; operatione,& nõ cũ operatiõe qua acquirit bonitatẽ suam.& infra.Res aũt integra bona nõ indiget operatiõe qua fit bona.vbi dicit Cõmen.Cuius substãtia est actio. Vnde exẽpla ponẽs de tali operatione in hoĩe,operationes hominis dicit exercitiũ,venationẽ,& alia multa quibus acquirit sanitatem. Et ꝙ assumitur in argumẽto de prima operatione ꝙ res fit propter illã,& recipit ab ea cõplementum suę bonitatis,qđ nõ cõuenit deo:Dicendũ ꝙ huiusmodi operatio aut est ipsa rei substãtia & essentia,differens sola ratione ab ipsa:vt cõtingit in deo aut est aliquid ꝑter eã:vt cõtingit in creaturis. De prima operatione.s.in deo,nõ intelligit̃ il- P Ad primũ prin.

lud dictū Phi, qd̄ exprimit per illud qd̄ dicit, fit propter operationē. quia in deo nullū cadit fieri. Dicit ergo illud solū de operatiōe in creaturis. ¶Secūda ratio ostēdit ꝙ in deo nulla cadit interius actio seu operatio omnino, eo ꝙ actio vel operatio si est in deo manens intra, fundaē sup diuinā essentiā, cui nihil additur manēs intra nisi respectus. qd̄ verū est secundū supra determinata. Et sic actio vł operatio ī deo nō esset nisi purus respect⁹, qd̄ nō est verū: vt ꝓcedit obiectio
Q Ad secūdū

Et est dicendū de actione siue diuina operatiōe manēte intra, sicut dictū est supra de aliis attributis, ꝙ in significatione eorū nō cadit ꝓcise respectus tanꝗ aliquid ꝑter diuinā essentiam, immo in significato cuiuslibet eorū cadit ipsa essentia sub ratione respectus: & sola ratione vt est significata sub noīe respectus, differt a seipsa vt est absolute significata: vt in actiōe diuina ipsa substātia actionis diuinę sit diuina eēntia: sicut motus est substātia actiōis in creaturis. Et propter omnimodā simplicitatē ipsa essentia habet rationē fundamēti ex quo elicitur diuina actio & rationē substātię actionis quae elicitur: vt magis patebit infra loquendo de actionibus diuinis intra manentibus.

R Artic. XL.

Sequitur Arti. XL. de actiōe dei quę est intelligere, in speciali. Et circa hoc quęruntur septem.

Primum: vtrum deus sit intelligens.

Secundum: vtrum intelligat seipsum.

Tertium: vtrum semper & vniformiter intelligat seipsum.

Quartum: vtrum perfecte intelligat seipsum: ita ꝙ intelligēdo se intelligat alia a se.

Quintum: vtrum vno simplici intuitu intelligat seipsum & alia.

Sextum: vtrū intelligere in deo sit tm̄ essentiale, an etiam personale.

Septimum: vtrū ipsi intelligere dei quod nō est nisi essentiale, respōdeat in deo aliquod verbum essentiale.

S Quęst. I. Argu. 1.

Circa primū arguiē ꝙ deus nō sit intelligēs. Primo sic. Intelligere pati quoddam est: vt dicitur tertio de anima. Pati autē minime cōuenit deo inter oīa entia, cum sit summe formalis & abstractus. ergo &c̄. ¶Secundo sic. Nihil intelligit nisi per hoc ꝙ intellectū est forma intellectus in intelligente. Forma enim intelligibilis principium est omnis intellectualis operationis. sed intellectus diuinus nullo mō habet informari, ne ī deo ponaē cōpositio. ergo &c̄.
2

T Respōsio.

¶Quęstio ista determinata est in ꝓcedentibus. Cum enim, vt habitum est, intellectus sit in deo tanꝗ potētia ad intelligēdum, & habitus intellectuales tanꝗ rationes intelligendi: tale autē qd ex habitu ꝑ intellectū habet cōcipere obiecta cognoscibilia, quoꝗ in se habet habitus, qd̄ est intelligere siue esse intelligentē: Ideo oportet dicere simpliciter ꝙ deus sit intelligens. Vnde & deus dicitur a θεωμαι qd̄ est considerare, quia omnia intellectu suo considerat. Qd̄ maxime apparet ex hoc ꝙ in deū reducit oīne agēs & mouēs motū, tanꝗ in agēs & mouēs primū nō motū. Cū igiē sub ipso sit quoddā agēs mouēs seipm̄, qd̄ nō mouet se nisi ꝑ apprehēsionē & appetitū: multo ergo forti⁹ de⁹ primū mouēs mouet vt appetēs & intelligēs. Aliter enī mouens per intellectum esset instrumentū eius qd̄ mouet non per intellectum: & nō intelligēs finē pręstitueret intelligēti, & imperfectū prius esset perfecto, & esset aliqua imperfectio in deo, quę omnia sunt inconuenientia.

V Ad primū prin.

¶Ad primū in oppositum, ꝙ intelligere pati quoddā est, qd̄ non cadit in deo: dicēdū ꝙ duplex est modus intelligēdi. Vn⁹ ad quē intellect⁹ quātū est de se ē ī potētia tm̄, & nō in actu, nisi ꝑ agēs qd̄ est obiectū ītelligibile, qd̄ nō est penit⁹ idē sibi, nec semꝑ ē ītellectū ei cōiūctū ī ratiōe mouētis aut motiui: sed qn̄ꝗ sic, & qn̄ꝗ nō. Ali⁹ vero est modus ītelligēdi, scd̄m ꝙ intellect⁹ intelligētis semꝑ est ī actu intelligēdi, & hoc ꝑ agēs intelligibile penit⁹ idē sibi, & ideo semꝑ ꝑsens ei ī ratiōe mouētis siue motiui. Prīo mō intelligit oīs ītellect⁹ creat⁹. Et de isto dicit Phs ꝙ intelligere est pati. Est enī in eo modus verę passionis, per hoc ꝙ intellectiuū de potētia distāte & differēte ab actu ī actū reducit ꝑ obiectū. Scd̄o mō ītelligit solus ītellect⁹ increat⁹: & ideo ī eo nō ē aliqs mod⁹ verę passiōis realis: sed scd̄m rationē tm̄: quēadmodū determinatū ē supra ꝙ ratio passiōis cadit ī deo, & ꝙ ītellect⁹ diuin⁹ habet rationē potētię. Hmōi aūt differētię ī mō ītelligēdi ratio est, ꝙ ītellect⁹ ꝗtū ad actū ītelligēdi ī creaturis passiu⁹ est, & vt passiu⁹ ideo ī actū ītelligēdi nō ꝓcedit nisi ꝑ specie siue formā rei intellectę: q̄ pricipiū formale ē, & ratio eliciēdi actū ītelligēdi ī ītellectu. In deo aūt forma ītellecta nō est nisi sua eēntia, q̄ est ratio ītelli
X

gēdi se & oĩa alia, secundū q̄ est ratio omnium diuinarū actionum: vt habitū est supra. Ipsa aūt essentia diuina penitus est idipsum re cum ipso diuino intellectu, & differūt sola ratione. Quare cum sibiipsi non potest esse absens, non potest secundū rationē nostrā intelligendi diuina essentia esse nō mouens ad actum intelligēdi quęcūq; intelligibilia. Quare cū idem secūdū rem non mouet seipsum, neq; agit in seipsum nisi scdm rationē nostram intelligendi, intelligere dei semper in actu ponit, & non est in ipso intellectus in potētia nisi cōiunctus actui, & scdm rationē nostri intellectus. In creatura autē forma primo intellecta nō est sua essentia: quia ipa nō est prima ratio intelligēdi in intellectu creato, eo q̄ ipsa essentia cuiuslibet rei vt est huius vel illius, singularis est: & ꝓpriū obiectū intellect⁹ creati vniuersale est, qđ est ei ratio cognoscēdi oĩa singularia sub ipso, & ita seipsam, quia est sub aliquo vniuersali: vt sic intelligat se sicut alia. Illa autē ratio vniuersalis intellectum non mouet nisi ex habitu intellectuali, vel ex specie existēte in phantasmate, vt habitum est in quadā quęstione de quolibet. Habitus autē re aliud est ab eo cuius est habitus. Idcirco intellectus creatus quia ad actū intelligēdi semp mouetur aliquo alio a se, vere passiuus est, eductus de potentia intelligēdi in actum intelligēdi. ¶Ad secūdum, q̄ intelligibile est forma intellectus in intelligente, quod non conuenit intellectui diuino: Dicēdum per eundem modum, q̄ intelligibile est forma intellectus: vel vt aliquid distans vel differēs quodāmodo scdm rem ab ipso intellectu: vel vt differēs scdm rationem tm̄. Primū contingit in primo genere intelligēdi, & in creato intellectu tm̄, & nō in diuino: vt procedit obiectio. Secundū vero cōtingit in secundo genere intelligēdi, & in solo intellectu diuino: vt iā patebit. Y Z Ad secūdū

Circa secundum arguitur Primo q̄ deus nō intelligat seipsum. qm̄ intellectū est perfectio intelligentis, & ita nobilius eo. Deus autē secundū nullam rationem potest poni esse nobilior seipso. ergo &c̄. ¶Secundo sic. Actus intelligendi medius est inter intelligentē & rem intellectā: sed inter intellectū diuinū & seipsum nulla cadit mediatio oĩno, quia est penitus idipm̄. ergo &c̄. ¶Cōtra. scdm Phum in separatis a materia intelligens & intellectum idem. Deus autē summe separatus est a materia: vt patet ex pręhabitis. ergo &c̄. A Quęst.II. Argu.1. 2 In opposi.

¶Ad hoc dicēdum, q̄ actio intelligendi est actio intelligētis, non ab ipso in aliquid extra ipsum transiens qđ tanq̄ patiens recipit in se huiusmodi actionē, sicut calefactio ab igne trāsit in calefactum extra: sed est in seipso existēs & manēs, & procedens ab ipso per actū intelligibilis nō trāseuntis ab intelligibili in intellectū, & terminatū ab ipo tanq̄ a mouēte extra, quēadmodū actus calefaciendi transit ab igne in ligna: sed per intelligibile vt per principiū formale existens in intellectu eliciti cōmuniter a cōposito ex intellectu & intelligibili: quēadmodum forma agētis est principiū proprię actionis, licet ex intelligibili & intelligēte non fiat vnū sicut ex materia & forma: vt alias exposuimus in quęstionibus de quolibet. Huiusmodi actus intelligendi sic in intelligēte elicitus, licet nō trāseat in rem aliam extra ab intellectu & forma intelligibilis eliciēte, transit tm̄ & terminatꝰ in ipm̄ obiectū intelligibile: vt in actu intelligēdi sit quasi circulus incipiēs ab intelligibili ī itelligibili, vt a pricipio formali elicitiuo actū intelligēdi in intellectu, & terminat⁹ in idē vt ī obiectū formale ipsius actus, quēadmodū act⁹ vidēdi incipit a visibili extra, & terminatꝰ in ipm̄, ꝑter hoc q̄ p se sensibile nō est p se p̄sens sensui: sed p suā speciem sibi impressam. Per se autē intelligibile seipso obiectiue p̄sens est in intellectu vt obiectum cognitū: licet non vt forma impressa, sicut declarauimus in quęstionib⁹ de quolibet. ¶Ad hoc ergo q̄ intellectus intelligat aliquod intelligibile, non requiritꝰ nisi q̄ intelligibile sit p̄sens intelligēti vt obiectum intelligibile. Cū ergo diuina essentia sit summe intelligibile, & diuino intellectui summe p̄sens: necesse est ponere q̄ deus intelligat suam essentiā. Ipse autē nō est aliud q̄ sua essentia: necesse est ergo ponere q̄ ipse seipsum intelligat. B Responsio. C

¶Ad primū in oppositū, quia intellectum quasi formale respectu intellectus nobilius ē eo, qđ nō pōt cōtingere in deo, Dicēdū q̄ fm̄ rē aut aliquā rationē absolutā, nihil ē ī deo qđ est nobili⁹ altero. Scdm rationē vero nō absolutā, sed respectiuā bn̄ cōueniēs ē ī deo poni rationē magꝭ nobilis & min⁹ nobilis: vt absolute sit tātę nobilitatis ī deo itellect⁹: quātę ē itelligibile. Inquātū tm̄ itelligibile se habet ī ratione formalis respectu itellect⁹, & hoc maxime habēdo respectū & cōparationē ad intelligibile & intellectū in creaturis, nobilior ē ratio itelligibilis q̄ intellect⁹. ¶Per hoc ad secūdū dicēdū: q̄ fm̄ rē tāq̄ aliquo alio a se itellect⁹ diuin⁹ nō habet aliquo iformari: neq; vt forma ipressa & inhęrēte, neq; vt forma exp̄ssa & obiecta: qa nullo alio a se itelligit alia a se: vt habet declarari disputādo quō de⁹ itelligit creaturas: neq; etiā intelligēdo D Ad primū prin. E Ad secūdū

seipm vel alia a se seipso, hoc est essentia sua, quę est sibi ratio intelligēdi se & alia a se: vt iā videbitur de intelligēdo se, & inferius de intelligēdo alia a seipa essentia sua. Seu intelligibile qd est ipse, nō est scdm rem forma intellectus inhęrens vel expressa vllo modo obiecto alia ab ipo intellectu: hoc em poneret cōpositionem in deo: sed solūmodo scdm rationem intelligendi habet rationem formę obiectiue expressę: vt dictum est: quod non est inconueniens.

F
Quęst. III. Argu. 1.

Circa tertiū arguit, ꝙ deus nō semp & vniformiter seipm intelligit. Primo sic. Simplex ad quodcūq; se cōuertit, totaliter se cōuertit. intellect⁹ diuinus simplicissimus est, & cōuertit se qnq; ad intelligēdū alia a se. ergo totaliter se cōuertit. sed qd totalit se cōuertit ad itelligēdū vnū aliqd, nō sil' itelligit aliud. ergo &c̄. ¶Scdo sic. Deus quō itelligit alia a se, itelligit seipm, & ecōuerso: qa aliter mutaret a modo intelligēdi seipsum qn intelligeret alia a se. sed nō vniformiter intelligit alia a se, qa alia & alia ratione, sicut alia est ratio in deo vnius & alterius. qm vnūquodq; aliorū intelligit sua ꝓpria ratiōe, vt hominē sua ratione & equū sua ratiōe. Alia autē est ratio in deo hoīs & equi & singulorū: vt infra videbitur. ergo &c̄. ¶Cōtra. vbi est vna & eadē ratio intelligēdi & vniformis, & semp vniformiter & ęqualiter se habet ad intellectū, intelligens vniformiter & semp per illā intelligit. in deo ratio intelligēdi se est ipsa sua essentia, quia ipsa est ratio omnium diuinorum actuum: vt habitum est supra: & ipsa semper vniformiter se habet ad intellectum diuinum. ergo &c̄.

In opposi.

G
Responsio.

¶Dicēdū ad hoc, ꝙ ratio quare aliqd nō semp idē vniformiter intelligit, est ꝙ obiectum nō vniformiter se offert, aut p̄sens est intelligēti, sicut contingit in intellectu creaturę. In deo autē semper vniformiter obiectū se offert & p̄sens est itellectui diuino. Idcirco iuxta hoc ꝙ procedit vltima obiectio, deus semp & vniformiter intelligit seipsum. Quare autē & in quo hoc aliter contingit in deo & in creaturis, videbitur infra in sexta questione sequente.

H
Ad primū prin.

¶Ad primū in oppositum, ꝙ deus intelligēdo creaturā nō simul intelligit seipsum quia totaliter se cōuertit ad illā: Dicendū ꝙ intelligens diuersa, aut intelligit illa per vnā simplicem & omnino indiuisibilē rationē scdm rem, aut omnino per diuersas, aut diuisibilem quodāmodo ꝑ diuersas. Primo mō solus deus seipm & oēs creaturas vna simplici ratiōe sm rem q̄ est sua eēntia intelligit: sed seipm prīo & ꝑ se. sed in se & ꝑ se, qa ipē est ratio oīm, cognoscit alia a se secūdo, nō ordine naturę aut durationis: quia naturaliter vno intuitu simplici se & alia a se cognoscit: sed solum ordine rationis nostrę: multo tamen alio & diuerso modo a nostro modo intelligendi. dicēte August. xi. de ciui. dei. c. xxi. Non more nostro ille qd futurū est prospicit, vel qd p̄sens ē aspicit, vel qd p̄teritū est, respicit: sed alio mō quodā a nr̄arū cogitationū cōsuetudine longe alteq; diuerso. & infra. Neq; enim eius intētio de cogitatione in cogitationem trāsit, in cui⁹ incorporeo intuitu simul aspicit cūcta quę nouit. Qd igitur illo modo intelligit diuersa, non tm̄ conuertitur ad vnum illorum, quin simul intelligit & aliud. Secūdo modo intelligūt creaturę diuersa, vel per diuersas ratiōes, vel ꝑ diuersas species vniuersales diuersa indiuidua diuersarū specierū, vel ꝑ eandē speciē vniuersalē diuersa indiuidua sub ipsa.

I
Ad secūdū

¶Ad secūdū ꝙ de⁹ nō vniformiter intelligit alia a se: Dicēdū ꝙ ex pte ipsi⁹ modi intelligēdi i se nō est aliqua diuersitas in deo in intelligendo diuersa, licet diuersis rationibus respectiuis propriis rerū ipsas intelligat: quia omnes in natura simplicis essentię diuinę vniuntur: quia se primo intelligit, & per se intelligit omnia alia, inquātum ipsa in se habet rationes idearum.

K
Quęst. IIII. Argu. 1.

Circa quartū arguitur, ꝙ deus nō perfecte se intelligit, distincte intelligendo quęcūq; sunt intelligibilia in se. quoniā intellectus in actu formatur ab intelligibili in actu. ergo & distinctio actus intelligendi ab intelligibilium distinctione. Si ergo distincte intelligit pluralitatem attributorum & idearum & huiusmodi in se, sequitur ꝙ in se, etsi non intelligerētur, haberent inter se esse distinctum. & sic realis esset diuersitas inter hęc. consequens est falsum.

2 ergo &c̄. ¶Secundo sic. Intellectus secundum actum sequitur rationem intelligibilis. sed in ratione intelligibilis quod est diuina essentia, omnia illa sunt vnum & indistincta. ergo &c̄. ¶Cōtra. perfectior est intellectus plurium distinctus q̄ indistinct⁹. cum ergo diuinus intellectus sit perfectissimus. ergo &c̄.

In oppo.

L
Respōsio.

¶Dicendum ad hoc, ꝙ quēadmodum difficultas in comprehensione veritatis fit duobus modis, & propter ipsas res intelligibiles, & propter ipsum intelligentem: vt vult

Philosophus secundo metaphysicę: quoniā vt dicit ibidem Cōmen. difficultas in intelligendo abstracta, est propter nos non propter se: quoniam abstracta a materia quātum est de se sunt naturaliter intellecta. Difficultas vero in intelligēdo formas materiales est magis ex se, quia indigent abstractione, q̄ ex nobis. Consimiliter imperfectio in comprehensione & intellectu alicuius cōtingit aut ex parte rei intellectę, aut ex parte intelligētis, aut quia intelligibile ex se non est natum perfecte intelligi: quēadmodum materia: quę scdm Philosophū non est intelligibilis nisi per negationem aut per analogiam, & scdm Platonem nec plene est intelligibilis, nec plene sensibilis: aut quia intelligens propter debilitatem & imperfectionem sui intellectus non est natus perfecte capere ex se intelligibile: quemadmodum (vt dicit Philosophus) dispositio intellectus in anima nostra apud illud qd̄ est in natura valde manifestū, similis est dispositioni oculorum vespertilionis apud lucē solis. Vbi ergo intelligibile perfecte natum est manifestari intelligenti, & intellectus perfecte natus est capere & cōprehendere qd̄ intelligibile sibi offerť, nō potest in actu intelligēdi contingere aliqua imperfectio circa cōprehensionem intelligibilis, & illorum quorū est ratio cognoscēdi, & quę ī illo sunt sensibilia siue intelligibilia. Intelligibile autem diuinum qd̄ est diuina essentia & diuinus intellectus sunt huiusmodi. Idcirco omnino necessarium est ꝙ deus perfecte se intelligat intelligendo suam essentiam, quia ipsa est qd̄ ipse: & similiter quęcūq; sunt intelligibilia in ipsa: vt sunt rationes attributorum, & rationes perfectionum, & rationes idearum. Quare cum nō est perfecta cognitio nisi sit distincta & propria circa vnūquodq; cognoscibiliū, vlterius omnino necessarium est ꝙ deus oīm taliū distinctā & propriā habeat cognitionē. Propter qd̄ dicit Apost. i. Corin. ii. ꝙ spūs dei scrutať ꝓfunda dei. Scrutari enim cognitionis & intellectus distinctionē importat. Profunda autē dei sunt occultissima intelligibilia in diuina essentia, quorū ipsa est intelligēdi ratio, & in qua oīa illa intelligunť vnico simplici intuitu, vt idē cū ipsa, sola ratione differentia ab ipsa & inter se: vt infra videbitur.

¶ Ad primum in oppositum, ꝙ distinctio actus intelligendi causatur a distinctione intelligibilium: qualia non sunt in deo: ne in ipso ponatur pluralitas realis: Dicendum ꝙ intelligibile dupliciter potest cōsiderari. Vno modo secundū esse qd̄ habet in intellectu: vt actualiter est intellectum ab ipso. Alio modo secundū esse qd̄ habet in re ipsa intelligibili, non secundū ꝙ est actu intellecta. Primo modo verum est ꝙ distinctio actus intelligendi causať a distinctione intelligibilium. Si enim debet intellectus illa intelligere distincte, oportet ꝙ distincte ei obiiciantur. Secūdo modo distinguendū est, quoniā in re intelligibili potest esse distinctio intelligibilium: Vno modo vt illorū quę sunt re diuersa, qualem habent in cōposito materia & forma. Alio modo vt illorum quę sunt idem re: sed diuersa solūmodo ratione aut intentione. Primo modo in diuina essentia nulla est distinctio intelligibilium, nec a distinctiōe intelligibilium prouenit ꝙ distincte deus intelligit plura in diuina essentia. Secundo autem modo in diuina essentia est distinctio intelligibilium originaliter sicut in radice, non completiue, & vt in actu perfecto, eo ꝙ pluralitas intelligibilium non habet esse in diuina essentia vt aliquorum absolutorum: quod contingeret, si vt in actu perfecto absq; omni respectu ad considerationem intellectus ponerētur in ipsa & essent realiter plura. immo solum pluralitas & distinctio illorū habet esse in essentia vt essentia est non nisi originaliter, & sicut in radice: completiue autem & sicut in actu pfecto, in intellectu distinguūtur scdm actū quę in ipsa essentia sunt quasi distinguibilia, & vt plura & diuersa quasi in potētia. Et est simile ex parte intellectus nostri de vniuersali qd̄ in re extra est in potētia, in intellectu autē in actu, & de genere & de differentiis diuersis in specie: quę idem sunt re in forma simplici speciei: sed intellectus noster illa intelligit & accipit vt intētione diuersa, & vnūquodq; illorum extra rationē & intellectū alterius: pręter hoc ꝙ diuersitas illorum in diuino intellectu est scdm rationem tm̄. Istorum vero in intellectu nostro est scdm intentionem: vt habitum est superius. Et ita quēadmodū intellectus noster abstrahendo & componendo & diuidendo, & operatione sua intellectuali format sibi obiectū vniuersale vt actu intelligat, & distinctionem diuersarum intētionum circa eandem formā specificā: Sic intellectus diuinus intelligēdo suam essentiam vnico simplici intuitu in ipsa diuina essentia, distinguit suo actu intelligēdi simplici diuersas rationēs attributorū perfectionū & idearum quas distincte eodem simplici actu intelligendi intelligit. ¶ Per hoc patet ad secundū. Licet enī in diuina essentia omnia illa sunt vnum re, & indistincta perfectione: sunt tamē in illa vt in origine & fundamento plura ratione & perfectione distinguibilia opere intellectus, qd̄ sufficit ad distincte intelligendum illa plura.

M Ad primū prin.

N Ad secūdū

O Quest.V. Argu.1.

Irca quintū arguitur, ꝙ deus nō intelligit vno simplici intuitu seipsum & quęcūq; intelligit in seipso. Primo sic. Intellectus formatur in actu intelligendi ſm rationem intellecti: quia ipm est principium formale eliciendi intellectualem operationē: vt dictū est. Quare cū essentia diuina & intelligibilia in ea, distincta sunt, & distincte intelligūtur: distincti ergo actus intelligendi eis respondēt. quare non vno simplici: sed pluribus illa intelligit.

a ¶Secundo sic. Simplex ad quodcūq; se cōuertit, totaliter se conuertit. Cū ergo diuinus intellectus sit simplicissimus, totaliter se conuertit ad quodcūq; intelligit. sed tale vnico simplici intuitu nō intelligit nisi illud. ergo &c̄.

In opposi. ¶In contrariū est illud qđ dicit Augu. xi. de ciui. dei. c. xxi. Neq; eius intētio de cognitiōe in cognitionē trāsit, in cui⁹ incorporeo intuitu simul aspicit cūcta q̄ nouit.

P Responsio. ¶Dicendū ad hoc, ꝙ cum forma per se intellecta vt per se obiectū intellectus sit ꝑ se & propria ratio formalis actus intelligēdi vt dictum est, ex qua in actu intelligēdi fit vnum inquātum intellectus scđm actū est ipsum intellectū scđm actū, & ecōuerso: vbi igitur est vna simplex ratio formalis intelligēdi pluriū, & vnus simplex intuitus quo illa intelligūtur. & vbi sunt diuersę rationes intelligēdi plura, necesse est ꝙ pluribus actibus intelligēdi intelligantur. Aliter em̄ sequeret̄ ꝙ idē itellect⁹ simul esset plures scđm vnū gen⁹ entis: quia oīe itelligibile inquātum intelligibile, habet rationē vnius generis entis in intellectu, licet extra sit sub diuersis generibus entis. & illud est impossibile: sicut est impossibile ꝙ idem sit informatū pluribus albedinibus. Vnde cū multa in re extra habent vnam rationē formalem in intellectu, illa simul vnico intuitu intelligunt̄: vt partes totius cōtinui, & diuersę vnitates vnius numeri: diuina autē essentia est vna simplex ratio formalis qua deus intelligit quęcūq; in se sunt intelligibilia quia pluralitas intelligibiliū in ipso nō est nisi scđm rationes respectuū qui fundātur in ipsa essentia, & nihil habēt realitatis neq; intelligibilitatis nisi ꝑ ipsam essentiā & in ipsa essentia: quia ipsa simplex subintrat ratiōes oīm respectuū attributorū, & ꝑfectionū, & idearū, q̄ distinguunt̄ in ea ſm operationem intellectus per hoc ꝙ ipsa ab ipso diuino intellectu intelligitur, secundum quod predictum est.

Q Ad primū prin. ¶Ad primū i oppositū ꝙ diuina eēntia & q̄ in ea intelligunt̄ disticta sunt & distincte itelligunt̄: dicēdū ꝙ verū est, nō sicut obiecta formalia diuersa dist icta inter se absolute absq; actu intelligēdi: sed tanq̄ respectus cōcepti circa formale obiectū ꝑ actū intelligēdi cōpletiue distincti. Nūc autē intelligibilia distincta distincte intellecta, nō intelligunt̄ diuersis & distinctis actibus, nisi quantum secundū se absolute absq; conceptione intellectus sunt formalia obiecta diuersa. Quādo vero in vno formali obiecto realiter conueniūt, in quo nullā habent distinctionē sed vnitatē: sed tamen habēt radicē secundū quā completiue distingui possunt in ipsa operatione intellectus, vno simplici intuitu possunt intelligi distincte vnico actu intelligēdi omnino indistincto.

R Ad secūdū ¶Ad secundum ꝙ simplex vnico simplici intellectu non conuertit se simul nisi ad vnum: dicendū ꝙ verū est sicut ad per se & formalem rationē obiecti. potest tamen ad plura simul se cōuertere, sicut ad concepta in illo: maxime quando non distinguuntur nisi scđm rationes respectuum, sicut cōtingit in proposito: vt patet ex iam predeterminatis.

A Quest.VI. Argu.1.

Irca sextū arguitur, ꝙ intelligere in deo nō tantū sit essentiale, sed & personale. qm̄ actio illa qua persona ꝓducitur, est personalis. actiōe intellectus producitur filius, eo ꝙ verbū est, & verbū non procedit nisi actione intellectus. Intellectus autē nulla est actio nisi intelligere. ergo &c̄.

a ¶Secūdo sic. Ille act⁹ est notionalis, cuius origo est propria vni personę & non alii. Intelligere autem cuiuslibet personę est huiusmodi. scđm Augusti. xv. de tri. c. viii. vbi dicit, ꝙ sicut sui & filii meminit pater memoria non filii, sed sua: ita filii & patris meminit filius memoria non patris, sed sua. & sicut est de memoria, ita est de voluntate & intelligentia, quia pater intelligit se & filiū intelligentia non filii, sed sua. & similiter de intelligentia filii, & spiritus sancti. ergo &c̄.

In opposi. ¶In contrarium est. quoniā scđm Augusti. sapere seu intelligere in deo, idē est qđ eē: sed eē in deo nō ē nisi eēntiale nō notionale: vt patet ex supra determinatis. ergo &c̄.

B Respōsio. ¶Dicendum ad hoc: ꝙ in hoc distinguūtur actus notionales ab essentialibus, ꝙ actus notionales nō conueniunt iisdem tribus personis: sed vel vni tm̄, vel ad plus duabus: & terminātur per se ad personā: & oriuntur a proprietate ꝓpria vni personę: aut ad plus cōmuni duabus tm̄. Actus aūt essentiales dicūtur qui cōueniūt tribus personis cōmuniter, & terminātur indifferēter ad essentiā & personā: sicut patet inducēti in singulis. Quare cū intelligere

cõmuniter cõuenit tribus perſonis,& indifferẽter terminaẽ actus intelligendi ad eſſentiã & pſonam:& ipſa etiã eius cõmunis ratio eſt eſſentia in qualibet perſona,& vnus cõmunis intellectus in tribus perſonis,vt iam amplius patebit ex dicẽdis.Ideo ſimpliciter ponẽdũ eſt ꝙ intelligere in deo ſit actus eſſentialis,& nullo modo notionalis.

¶ Ratio prima in oppoſitũ difficultatem inducit latentem circa verbi diuini productionẽ modo opationis intellectualis. Et vt nobis circa hoc magis veritas clareat, a noſtro C
intellectu & angelico in cõcipiẽdo verbũ,ad diuinũ intellectũ in cõcipiẽdo verbũ,prout poſſi Ad primũ princip.
bile eſt pcedamus.¶ Eſt igiẽ ĩtelligẽdũ ꝙ intellectus cõmuniter loquẽdo de ĩtellectu ad creatũ D
& increatũ,dupliciter põt cõſiderari.Primo mõ vt cognitiua potẽtia. Secundo mõ vt natura. Prĩo mõ intellect⁹ ĩ creaturis ẽ vis paſſiua.In deo aũt eſt q̃ſi vis paſſiua,vt habitũ ẽ ſupra,nata deduci ad actũ intelligẽdi p formã intelligibilis obiecti:q̃ ĩ ipſo ĩtellectu ẽ prĩcipiũ ĩtellectualis opatiõis,vt iã dictũ ẽ.Secũdo mõ eſt vis actiua tã ĩ deo q̃ ĩ creaturis.Intellectus em̃ vt potẽtia cognitiua,eſt tã ĩ deo q̃ in angelis q̃ in hoĩb⁹,inquãtũ natus eſt p formã intelligibilis obiecti deduci ĩ act ĩ ſimplicis ĩtelligẽtię ſiue notitię.q̃ qdẽ notitia eſt ab vtroq̃.ſ.a cognoſcẽte & cognito,vt dicit Aug.in fi.ix.de tri.inquãtũ.ſ.intellectus & ĩtellectũ ſcdm actũ,ſunt idẽ,ſcdm pħm Per hoc.n.cõcurrũt ĩ vnitatẽ effect⁹:cui⁹ prĩcipiũ elicitiuũ prĩcipale,eſt ipm obiectũ formale ĩ intellectu,& ĩtelligẽs ſecũdariũ:qa p ipm obiectũ.Et hoc quẽadmodũ ĩ creaturis totũ cõpoſitũ agit p ſuã formã.Intellect⁹ aũt vt natura ĩ deo ẽ ipſa potẽtia ĩtellectiua ſiue diuina ĩtelligẽtia exiſtẽs in actu ĩtelligẽdi ſimplici notitia p obiectũ formale,ipſam.ſ.diuinã eſſentiã:in quam vlterius vi ſua actiua naturaliter format in ſe cõceptũ ſimillimũ ipſi diuinę eſſentię intellectę in ſimplici ĩtelligẽtia.Qui qdẽ cõceptus verbũ eſt declaratiuũ & manifeſtatiuũ eius qd intellectũ eſt in ſimplici ĩtelligẽtia:& actus quo cõcipiẽ,dicere eſt:cui⁹ principiũ elicitiuũ principale ipſa intellectiua potẽtia eſt & obiectũ,p hoc ꝙ q̃ſi informat ipſam potentiã ad actũ intelligẽdi ſimplicis notitię:qui neceſſario q̃ſi ſubſtratus eſt actui dicẽdi. Pater em̃ ĩtelligẽdo ſuã eſſentiã actu dicẽdi cõcipit verbũ ſimillimũ ei,vt infra declarabiẽ magis.Ita vt ſcdm iã dicta,q̃ſi cõtrario mõ ſcdm modũ noſtrũ intelligẽdi ſe habẽt ad actũ intelligẽdi ſimplicis notitię, & ad actũ dicẽdi,ipſa paterna intelligẽtia & diuina eſſentia.Quia actũ intelligẽdi ſimplicis notitię elicit principaliter ipſa eſſentia vt eius formale principiũ : actũ vero dicẽdi elicit principaliter ipſa potẽtia intellectiua vt eius principiũ actiuũ.Intellectus aũt vt natura ĩ angelo,eſt ipſa potẽtia intellectiua ſiue angelica intelligẽtia exiſtẽs in actu ſimplicis notitię ĩtelligẽdi obiectũ formale vt ſuã eſſentiã,vel cuiuſcũq; alterius,ĩquãtũ vi ſua actiua format ĩ ſe cõceptũ ſimillimũ eſſentię rei intellectę ĩ ſimplici notitia. Qui qdẽ cõcept⁹ eſt qd qd eſt ipſius eſſentię:qd eſt ĩtẽtio q̃dã rei intellectę ĩ ſimplici notitia:& ratio ipſius quã ſignificat definitio.Et eſt vltim⁹ termin⁹ intellectualis opationis: cui⁹ ipſa eſſentia intellecta erat principiũ . Ita ꝙ in appħẽſione ſimplicis notitię inchoaẽ oĩs opatio intellectualis p formã obiecti ĩtelligibilis:& in eo qd qd eſt pficiẽ & ſic habeẽ pfecta notitia de re ĩcõplexa. Et habẽt ſe mõ cõtrario ad iſtũ actũ ſecũdũ & primũ intellectiua potẽtia,& ipſa eſſentia formaliter ĩtellectui obiecta ſcdm iã dictũ modũ in deo.Iſtũ aũt actũ.ſ.cõcipiẽdi qd qd eſt ſecũdũ,opaẽ ĩtellect⁹ angelic⁹ vt natura,nõ vt rõ:qa naturaliter intellecta rei eſſentia in ſimplici ĩtelligẽtia,abſq; omĩ diſcurſu ſtatim cõcipit qd quid eſt de ea. Intelligit em̃ ſtatim qd qd eſt in ipſa rei eſſentia:nõ via ĩueſtigationis ſcdm artẽ ĩueſtigãdi definitiue qd qd eſt,traditã in ſecũdo poſteriorꝝ.ſ.primo diuidẽdo ſpeciẽ p gen⁹ primũ & primã differẽtiã:& vlterius ſubdiuidẽdo,et differẽtias ex vno latere abiiciendo: & ex alio latere colligẽdo cũ genere:quẽadmodũ cõtingit ĩ intellectu noſtro.Propter qd in cõcipiẽdo de re qd qd eſt.ipm nõ cõcipit ĩtellect⁹ niſ vt eſt natura ſimplr̃,ſed vt eſt rõ naturalis. Deſcendẽdo igiẽ ad E
aſſumptũ ĩ argumẽto,ꝙ filius pduciẽ actione intellect⁹ q nõ eſt niſi intelligere: Dicẽdũ ſcdm iã dicta:ꝙ intellectus diuinus poteſt cõſiderari vt cognitiua potẽtia, vel vt natura. Et primo mõ eius actio eſt ĩtelligere:q̃ nõ eſt niſi eſſentialis & ſimplicis notitię.Secũdo vero mõ ei⁹ actio eſt dicere:qd nõ eſt niſi actio notionalis:qd alia actio eſt q̃ ſit ĩtelligere,ſcdm modũ iã determinatũ.Quẽadmodũ etiã alia actio in angelo & ĩ nobis eſt intelligere ſimplici notitia eſſentiã rei & formare de ea qd qd eſt.Formare em̃ qd qd eſt,nõ eſt ĩtelligere:q̃uis ſit actus ĩtellect⁹:qa in actu intelligẽdi intellect⁹ ſe habet in patiendo, & obiectũ formale in agẽdo.In formatione vero eius qd qd eſt, principaliter ſe habet in agẽdo.Formare em̃ qd qd eſt,nõ eſt obiectiue ĩtelligere qd qd eſt,ſed facere id in quo pfecte intelligiẽ eſſentia cui⁹ eſt,q̃ pfecte ĩtelligebaẽ ĩ ſimplici notitia.Et cõſilr̃ dicere ſiue verbũ cõcipe aut ſoſare nõ eſt intelligere ĩ deo:q̃uis ſit actus ĩtellectus:ſed dicere ẽ agere verbũ ĩ quo pater ſeipm & ſuã eſſentiã vt ĩ pfecta ſilitudine & imagine

eius perfectissime intelligit: licet nulla impfectio intelligẽdi se vel suã essentiã fuit in eius simplici itellectu essentiali simplicis notitię. & hoc, ꝙ deo nõ cõuenit definitiua ratio explicãda p verbũ: sicut conuenit essentiis creaturarũ. Falsum ergo assumptũ est i argumẽto: ꝙ nulla est
F actio intellectus, nisi intelligere. ¶ Ad secũdũ ꝙ origo actus itelligẽdi nõ est nisi id qđ est pro-
Ad secũdũ. priũ psonę: Dicẽdũ ꝙ falsum est: immo nõ nisi illud qđ est cõmune tribus psonis, vt est ipsa diuina essentia. nulla eñ alia forma aut specie intelligit deus trinitas quicqd intelligit vel in se vel extra se: nisi ipsa sua essentia, vt patet de eis q̃ intelligit intra se, ex pdeterminatis: & patebit infra de eis q̃ intelligit extra se. Et qđ assumit̃ de Aug. ꝙ pater nõ intelligit intelligẽtia filii: sed sua: sicut neq; meminit: q̃si id quo intelligit pater, sit ꝓpriũ sibi, & similiter filio id quo intelligit filius: Dicẽdũ ꝙ Aug. hoc dicit ibi ad literã cõtra absurditatẽ dicentiũ ꝙ solus fili⁹ per se intelligit: & nõ pater, neq; spiritus sanct⁹: nisi p filiũ: vt ꝙ solus filius intelligeret sibi, & patri, & spũi sancto: & esset intelligẽtia sua, & patris, & spũs sancti: & filr̃ de memoria respectu patris: & volũtate respectu spũs sancti. Ex hoc eñ (vt dicit) redit̃ ad illã absurditatẽ vt pater nõ sit sapiẽs de seipso, nec sapiẽtia sapiẽtiã genuerit: sed ea sapiẽtia dicat̃ pater eẽ sapiẽs quã genuit. Vbi eñ nõ est intelligẽtia, nec sapiẽtia esse põt: & p hoc si pater nõ intelligit ipse sibi: sed filius intelligit patri: ꝑfecto filius sapientẽ facit patrẽ &c. Vñ & scđm istã absurditatẽ intelligere nõ est nisi notionale: qa vt ꝓpriũ, soli filio cõueniret: & filr̃ meminisse patri, & velle spiritui sancto. Vñ ad euellendã istã absurditatẽ, dicit Aug. ꝙ sui & filii meminit pater memoria nõ filii: sed sua. Intellige: nõ filii. s. ꝓpria: sed sua. intellige filr̃ non ꝓpria: sed cõmuni cũ filio: qa illa q̃ est patris, etiã est filii. Vñ subdit. Ita sui & patris meminit filius memoria nõ patris. s. ꝓpria: sed sui. nõ ꝓpria: ne aliã ponam⁹ memoriã patris: aliã filii: sed cõmuni cũ patre. Quia tñ ista memoria cõmuni pater meminit vt i ipso est: nõ vt est in filio, & fili⁹ ecõuerso: ideo expsse dicit ꝙ pater meminit memoria non filii: sed sua: & filius memoria non patris, sed sua. de quo habitum est in septima q̃stione articuli pcedentis. Et qđ dictum est de memoria, intelligitur consimiliter de intelligentia & voluntate.

G
Quę. VII.
Arg. 1.
Irca Septimũ arguit̃: ꝙ intelligere in deo nõ est sine verbo essentiali: & ꝙ in deo necesse est ponere aliquod verbũ essentiale respõdẽs actui intelligẽdi, q non est nisi essentialis. Primo sic. quicqd est in creaturis, est effectus cõmunis totius trinitatis. Imago dei in creatura rationali & intellectuali est aliqd in creaturis. ergo effectus est toti⁹ trinitatis. Quare cũ imago creata nõ sit nisi ad imaginẽ eius qđ est in sua causa: imago ergo in creatura rationali vel intellectuali fit ad imitationẽ ei⁹ qđ est cõmunit̃ in tota trinitate. illud autẽ non est nisi essentiale. imago ergo hmõi fit ad imitationẽ essentialis. sed intelligentia q̃ est pars imaginis in creatura, facta est ad imitationem verbi. in deo ergo verbum est de essentialibus.
2 ¶ Secũdo sic. cũ aliqd seipm̃ cognoscit: notitia illa est proles et verbũ eius, vt dicit Aug. in fi. ix. de tri. Mens cũ seipsam cognoscit, parens est notitię suę: & notitia est proles eius: ac de ipsa verbũ eius. deus aũt trinitas intelligẽdo cognoscit seipm̃. ergo notitia illa verbum eius est. illa aũt nõ est nisi essentialis: quia totius trinitatis. ergo &c. ¶ Tertio sic. Ansel. dicit Moñ. lxii. c. Pa-
3 ter & filius & eoꝝ spiritus vnusquisq; seipm̃ & alios ambos dicit. Sed nõ est dicere sine verbo: ergo omnes verbum dicunt. sed nihil est cõmune tribus nisi essentiale, vt dicit. c. lxi. ergo &c.
In opposi. ¶ In contrariũ est: qm̃ vt dicit Aug. vi. de tri. c. ii. verbum solus filius accipit̃: nõ simul pater & filius, tãq̃ ambo vnũ verbũ. Sic eñ verbũ, quõ imago. Et in li. cõtra pfidiã Arrianorũ. Nõ sicut est filius deus de deo: lumen de lumine: vita de vita: ita põt dici verbũ de verbo: qm̃ solus fili⁹ verbũ: & sicut patri propriũ est generare verbũ: ita filio ꝓpriũ est esse verbum. Sed tale nullo modo potest esse essentiale. ergo &c.

H
Resol. q. ¶ Huius questionis veritatem ex iis quę videmus & experimur in nobis, inuestigare conemur: vt iuxta dictũ Aug. in fi. ix. de tri. ex inferiori imagine in qua nobis familiarius natura ipsa quasi iterrogata respõdet, exercitatiorẽ mentis aciẽ ab humana creatura ad lumẽ incõmutabile dirigamus. Est igit̃ sciendũ, ꝙ aliqui nolẽtes ponere verbũ essentiale in deo: dicũt iuxta illud qđ in. ix. de tri. dicit Aug. ꝙ oĩs res quãcũq; cognoscimus, cõgenerat in nobis notitiã sui. & hoc quia mouẽdo intellectũ sicut ꝓpriũ obiectũ, educit ipsum de potẽtia intelligẽdi i actũ itelligẽdi. Ab vtroq; eñ (vt dicit ibidẽ) notitia paritur, a cognoscẽte. s. & cognito & hoc queãdmodũ expositũ est iã in q̃stionibus pcedẽtibus. Vñ mẽs cũ seipam nouit, ipsa sola est parens notitię suę: cũ vero nouit aliud a se, res illa cũ mẽte parẽs est ipsius notitię. Et est ista notitia ipse actus intelligendi siue opatio q̃dã pcedens ab intelligente: sed tñ nõ recedens ab eo:

sed manens in ipso.Et est iste processus notitia de mente,& hoc in creaturis, nō scdm rationē tm̄,sed scdm rem:quia ipse actus intelligendi in creaturis, aliquid re aliud est ab ipso intelligēte & obiecto intellecto.Et hmōi notitiā, siue vt scdm se est cōsiderata,siue vt est informata obiecto ĩtellecto,credūt intra se habere perfectā rationē verbi:& ꝙ ad hmōi verbi similitudinē est verbū essentiale in deo:eo.s.ꝙ cū deus trinitas intelligit se vel suā essentiam,est ĩ intellectu diuino quędā opatio procedēs:q̄ est notitia q̄dā vt actus intelligendi essentialis:cuius ꝓcessus licet nō sit scdm rem, est tamen scdm rationem : & ꝙ scdm hoc notitia huiusmodi in deo est verbū essentiale in ipso:differēs solū scdm rationē a parente. Quemadmodum mens cum nouit seipsam,notitia quam habet de seipsa,verbum & proles eius est,vt ꝓcedit secūda obiectio. Sed hoc nō potest stare:quoniā nihil dicit̄ verbū existens in intellectu proprie nisi quia procedens est ab ipso:& nō quocūq; modo:sed per actū dicēdi:ita ꝙ verbū dicat non aliquā processionē vel emanationē quę consistit in actu ꝓcedendi vel emanandi:sed ipm̄ ꝓcedēs & emanans vt terminus in quē terminatur actus ꝓcedendi. Si ergo hmōi notitia siue in nobis siue in deo diceretur verbū proprie:oporteret ei assignare actum dicēdi per quē ꝓcederet,qđ nō est dare. Et ꝓterea si hmōi notitia est verbum & ita proles,vt sonant verba Aug.tunc ipsa mens essentialis esset eadē ratione parens:& esset in deo ponere duplicē parentē siue patrē.s.essentialem & personalē:sicut & duplex verbū,qđ omnino absurdū est.Non est ergo dicēdū ꝙ hmōi notitia dicēda sit verbū:& ꝙ ad eius similitudinē sumat̄ verū verbū in diuinis. Est igit̄ sciendū ꝙ ad rationē & naturā verbi mentalis perfecti tā in creatura q̄ in creatore,sex conditiones requirūtur:quibus cōiūctis & ordinatis potest verbū describi hoc modo.Verbū est terminus actionis intellectualis emanans ab intelligente scdm actū,manens in ipso intelligente,alterius declaratiuū.Et per illas sex conditiones excludūtur illa quibus aliquo modo videtur conuenire ratio verbi:sed nō conuenit ratio verbi perfecta:aut nullo modo conuenit. Dicit̄ terminus operationis intellectualis,ad differētiā obiecti intelligibilis, qđ est formale principiū omnis intellectualis opationis,vt iam dictū est supra.Dicitur aūt actionis intellectualis, ad differentiā amoris procedentis,qui est terminus actionis voluntarię.Dicitur autē emanans,ad differētiam rei intellectę simplici intelligentia,quæ est terminus actionis intellectualis,quæ est intelligere simplicis intelligentię:sed nō est emanans & procedēs in esse per illā actionē:sed solūmodo est terminus in quē terminatur hmōi actio & sistit.Dicitur autē ab intelligente scdm actū,ad differentiam actionis quæ est intelligere simplici intelligentia,quæ emanat ab intelligēte nō scdm actum:sed scdm habitū tm̄.Illa eīn est prima actio intelligentis qua fit intelligens scdm actū. Dicitur autē manens in ipso,ad differētiā verbi vocalis,qđ corporaliter extra emittitur:& est signū verbi manentis intra.Vltimo aūt dicitur declaratiuū alterius, ad differentiā cuiuscūq; concepti post primū intellectū simplici intelligentia,qui nō est declaratiu⁹ illius,vt iā patebit. ¶Ad quorū omniū intellectū intelligendū est scdm ꝙ expositū est in ꝓcedenti q̄stione, ꝙ intellectus quilibet siue creatus siue increatus,dupliciter potest cōsiderari. Vno modo vt est potētia cognitiua. Alio modo vt est natura quędā. Et multū refert:vt eīn est potentia cognitiua, est velut virtus passiua per se ordinata ad actū primū simplicis intelligentię: in percipiendo.s. obiectū intelligibile.& hoc non nisi vt mota sit vel quasi mota ab obiecto intelligibili. Vt vero est natura quędā:est velut virtus actiua:quę quasi p̄supposito & substracto actu simplicis intelligentię qui est actus eius primus:elicit actū eius secūdū qui vocat̄ dicere:quo format in se conceptū simillimū illi qđ est intellectū in simplici intelligētia: qui est declaratiuus & manifestatiuus illius,& ideo verbū illius dicit̄. Verbi gratia,intellectus creatus angelicus vel humanus postq̄ intelligentia simplici de re incōplexa intelligibili, vt significata est simplici nomine incōplexo:notitiā habet cōfusam & indeterminatā tāq̄ de quodam toto definibili qđ continet plures ptes.Totū eīn,vt dicit phs in principio Phy. quiddā indefinitū significat, vt circulus: quēadmodū vl'e qđ multa continet vt ꝑtes.Postq̄ inquā intellectus creatus talē notitiā simplicis notitię cōcepit de re aliqua quę ipse est, vel aliqđ aliud ꝓter ipm̄,vi sua actiua format in se conceptū eius qđ qđ est de eadē re, qđ est ratio ei,quā significat definitio distinguēs ꝑ ptes id qđ cōceptū est vt totū cōfusum in simplici intelligētia:& ꝑ hoc hmōi qđ quid est,declaratiuū est & manifestatiuū eius qđ intelligentia simplici cognitum est:propter qđ & verbū verū dicitur.& iam nō concipit̄ vt ꝑ se terminus actus intelligēdi:tāq̄ id qđ principaliter intelligitur: sed vt ꝑ se terminus actus dicendi:tāq̄ id in quo id qđ simplici intelligentia cognitum est,declaratur,seu manifestatur,& apertius intelligitur.Sed cōceptus hmōi qđ qđ est aliter fit(vt dictum est in ꝓcedenti q̄stione) ab intellectu angelico q̄ ab humano.Intellectus enim angelicus

de re quacunq; intellecta intelligentia simplici ipsum quod quid est statim concipit vt naturã simpliciter:non autem vt ratio:quia absq; discursu & inuestigatione : quemadmodum concipit ipsum intellectus noster. Et ideo intellectus noster concipit quod quid est non vt natura simpliciter : sed vt ratio naturalis . Quod quid est ergo de vnaquaq; re simplici intellecta intelligentia simplici, verbum est existens in intellectu non per actum intelligendi qui formatur per obiectum cognitum:sed per actum dicendi, vel cum discursu, vel absq; discursu . Tale ergo quod quid est tanq̃ verum & perfectum verbum in intellectu creato, habet sex conditiones verbi pnotatas. Est enim terminus:quia in ipso perfecte terminatur & perficitur omnis operatio & cognitio intellectualis de incomplexo:quæ inchoatur ab obiecto intelligibili cuius est: quemadmodum in eo quod est propter quid est, terminatur omnis cognitio intellectualis de complexo. Est enim ipsum propter quid est, verbum declaratiuum complexi illius quod concipitur simplici intelligentia : quemadmodum quod quid est, verbum est declaratiuum incomplexi. Est autem specialiter terminus actionis intellectualis : quia non voluntariæ . Est etiam emanans : quia in esse constituitur per intellectualem operationem : & hoc ab intelligente scdm actum. Non enim format intellectus qđ quid est: nisi de aliquo iam intellecto simplici intelligentia. Et cum hoc est manens in intelligente: & declaratiuũ & manifestatiuũ alterius. Secũdũ q scdm plim , Definitio est notificationis gratia. & hoc est cõpletiuũ in ratione
M verbi. Vnde si quid respondeatur ad quęstionem per quid, si non sit declaratiuũ & manifestatiuũ eius de quo quęrit, non est verbum illius: vt si quęratur quid est tunica: & respondeatur vestis: quia vnũ non est declaratiuũ alterius: non est verbũ illius. Et cum hoc quia verbũ declaratiuũ alterius potest comprehendere id qđ quid est, vel perfecte comprehendendo cũ genere oẽs differentias vsq; ad vltimã inclusiue: vel vltimam, vel plures ex eis omittẽdo: scdm hoc verbum formatum in mente de re potest esse vel perfectum: vt si de homine concipiatur quia est substantia corporea animata sensibilis rationalis: vel imperfectum: vt si tm̃ concipiatur quia est substãtia animata sensibilis. Nõ eñ dicitur esse verbũ: quia est in se quid intellectum vt obiectum actus intelligendi : sed quia est declaratiuum eius qđ est per se obiectum intellectus:
N vt in quo intelligitur. ¶ Ascendendo igitur ad verbum in deo, dicimus q nihil debet dici ver
Responsio. bum in deo scdm perfectam rationem verbi, qđ est quasi per se & primũ emanans ab intellectu diuino vt est vis cognitiua, cuiusmodi est actus intelligẽdi simplicis itelligẽtię. Sed verbũ perfectum in deo solũmodo est id qđ est per se emanans ab ipso diuino intellectu vt est natura q̃dã: cuiusmodi est terminus actus dicẽdi, qui est quasi fundatus super actum essentialem intelligendi. Cui quidem conuenit descriptio verbi perfecti prædicta: quia est terminus actionis intellectualis emanans ab intelligente scdm actum, manens in ipso intelligente, declaratiuus illius tanq̃ simillimũ ei. de quo dicit Damasc. i. sententiarum. c. vi. Ex intellectu ens aliud est pręter ipsum: ipsum autem intellectum in apertum ducens . Quare cum tale in deo non est nisi emanans personaliter per actum dicendi, vt patet ex iam dictis: & infra amplius patebit ex determinandis: qui quidem actus dicendi solius patris est: licet actus intelligendi quasi substratus essentialis sit & cõmunis toti trinitati, vt infra videbitur: proculdubio absolute ponendũ est q in deo non sit aliud perfectum verbum q̃ verbum personale productum per actum dicendi: qđ non respondet in nobis alicui qđ in nobis concipitur, nisi ei qđ quid est, qđ est perfectum
O verbum in nobis. ¶ Et sic loquendo de verbo scdm perfectam rationem verbi, simpliciter dicẽ-
Responsio dum est ad quæstionem, q in actu intelligendi dei non est aliquod verbum essentiale. vt nõ sit
absoluta. perfecta ratio verbi nisi personalis in deo, cui maxime conforme est verbum qđ quid est in intellectu nostro . Qđ etiã verbum nostrum q̃uis in aliquo simile sit verbo dei, multo tamẽ est dissimile. Scdm q dicit Augustinus ibidem. Verbum nostrum est illud qđ non habet sonum neq; cogitationẽ soni: sed eius rei q̃ intus lucet: cui magis verbi competit nomen vtcũq; simile est in ęnigmate verbo dei : quoniam sic & hoc de nostra scientia nascitur : quemadmodum & illud de scientia patris natum est. Qđ quantũ etiam sit dissimile non pigeat intueri. Et in quo consistit illa dissimilitudo, in fine. c. xv. dicit. Si concedamus vocandum esse verbum quiddam mentis nostræ qđ de nostra scientia formari potest etiam prius q̃ formatum sit , quis non videat quanta hic sit dissimilitudo ab illo dei verbo qđ in forma dei sic est vt nõ antea fuerit formale q̃ formatũ: nec aliqñ esse potest iforme, sed sit forma simplex & simplr̃ æqualis ei de quo
P est. Et est aduertendum quia dicit Augustinus q nascitur de nostra scientia: insinuans q ad productionem eius substrata est notitia simplicis intelligentiæ : ita q in nulla simplici intelligentia perfecta ratio verbi consistit. Sed quid est: nunquid penitus abnegandum est poni de-

bere aliquam rationem verbi essentialis in deo: scilicet quo ad notitiam simplicis intelligentię. Et videt aliquibus ꝙ sic: qa notitia simplicis intelligētiæ emanans scdm rē i intellectu nostro in ipso intellectu increato habet rationem emanantis. Propter quod dicunt ꝙ habet aliquam rationem verbi: licet imperfectam vt vere possit dici verbum essentiale: qđ est verbum scdm rationem: cum illud verbum personale sit verum verbum reale. Certe de nomine non esset multum curandum: si vsus obtineret ꝙ istud vocaretur verbum: dum tamen non repugnaret rationi, & intellectui eius qđ debet intelligi per nomen verbi: quia si ei repugnat, nullo modo ponendum est. Ad hoc ergo maxime aspiciendum est in hac quæstione de verbo. Et quia nomina imposita sunt eis quæ sunt apud nos: videndum est de vi verbi vocalis: cui primo & scdm famositatem nomen erat impositum: & ab illo translatum ad verbum mentis tam in creatore q̄ in creatura. Et quantum nobis apparet, verbi nomen impositum est verbo vocis ad significandum ipsam rem scdm omnes sex prædictas conditiones, excepta quinta: quia non est manens in ipso intelligente: in quo discordat a verbo mentali: sed præcipue propter vltimam quia est declaratiuum & manifestatiuum illius quod est in mēte conceptum & eius indicatiuum, & similiter extra. Inter omnes enim illas proprietates illa vltima, scilicet ꝙ sit declaratiuum & manifestatiuum alterius, est maxime principalis: quia vltima & completiua sine qua non potest esse ratio verbi: & qua existente, etiam si quædam aliæ desunt, potest esse aliqua ratio verbi. Vnde & nutus, quia quodam modo manifestatiui sunt eius ad quod manifestandum ordinantur verba: quodam modo verba dicuntur. & licet omnes aliæ conditiones desint. Quia igitur in intellectu creato conceptus simplicis intelligentiæ quando est de re quæ non est per essentiam suam ratio intelligendi seipsam, est notitia emanans & manifestatiua illius cuius species & forma est obiectum mouens existens apud intellectum: Ideo in intellectu creato huiusmodi notitia habet aliquam rationem verbi, & potest dici verbum. Si autem intelligeret sese per præsentiam essentiæ suæ: vt ipsa sua essentia esset ratio intelligendi: qđ de nullo intellectu creato credimus ponendum: huiusmodi notitia non haberet rationem verbi: quia non esset alterius manifestatiua: quoniam ipsum obiectum sese manifestaret informando de se huiusmodi notitiam in intellectu: & ipsa notitia non esset manifestatiua ipsius rei cognitę: sed potius ipsa manifestatio ei⁹ quam format in intellectu. Quare cum deus intellectu essentiali simplicis notitiæ non intelligat obiectiue & formaliter nisi suam essentiam, licet in ipsa omnia alia simul intelligat: & ipsa est ratio sese manifestandi intellectui diuino quo ad omnes rationes intelligibilitatis suæ, & formandi in eo cōceptum simplicis notitiæ: Simpliciter ergo dicendum ꝙ habendo aspectum ad formalem rationē impositionis, & vsum huius nominis verbum, nullo modo notitia essentialis simplicis intelligentiæ in deo potest dici habere rationem verbi: sicut neq̧ scdm rem potest dici fore verum verbum. Et propter hoc nullus sanctorum vnq̄ posuit aliud verbum vel rationem verbi in deo, q̄ illud quod est proprium filio. Q R S

¶ Ad primum in oppositum: ꝙ trinitas in imagine creaturę rationalis & intellectualis, quia est effectus essentialis trinitatis in deo: respondet ei qđ est cōmune trinitati, qđ est diuina essentia, & essentialia pertinentia ad ipsam: ergo in essentialibus est ponere rationem trinitatis & ita verbum: & hoc non nisi in actu intelligendi essentiali: Dicendum ad hoc: ꝙ quod quid est in creatura: respondet communi essentiæ diuinæ: quæ est ratio communis tribus personis producendi quod quid est in creaturis: vt debet exponi loquendo de emanatione creaturarum. Et hoc inquantum qualibet creatura habet rationem perfectionis suæ in diuina essentia: & rationem idealem in eius sapientia. In creatura tamen a tota trinitate potest produci aliqua substantia quæ in vnitate substantiæ habeat aliqua tria pertinentia ad substantiam: vt sunt potentiæ, quæ non sunt aliud ab essentia rei, vt determinauimus in quadam quæstione de quolibet: quæ proprie singula respondent singulis personis diuinis inquantum habent in se rationem emanationis. Si enim emanationem abinuicem non haberent: non plus proprie responderent singulis personis diuinis: q̄ illa tria, scilicet vnum, verum, bonum: & haberent illa tria in nobis solum rationem vestigii, sicut ista tria quæ modo habent rationem imaginis. ¶ Ad secundum: ꝙ mens cum cognoscit seipsam, notitia eius verbum est: ergo notitia essentialis qua deus cognoscit seipsum, verbum est: Potest dici secundum iam dicta ꝙ non est simile de notitia mentis de se, & dei: quoniam intellectus creatus non cognoscit se nisi sicut alia a se: scilicet per rationem sui, velut determinatum

T Ad primū princip.

V Ad secūdū.

est in quadam quæstione de quolibet. Nõ sic autem deus: quia in ipso non cadit ratio vniuersalis, vt determinabitur infra. Et cum hoc dicendum ꝙ notitia æquiuocatur. Vno modo notitia appellatur actus noscendi qui est actus intelligendi, qui nõ est nisi essentialis in deo ad qđ cũꝙ intellectum vt intellectũ est aut cognitũ terminetur. Alio modo notitia appellatur illud qđ alterius est declaratiuũ & manifestatiuũ, vt in quo cognoscit̃ & manifestatur, qđ nõ est in deo nisi verbũ personale, vt dictũ est. Vnde qđ dicit Aug. ꝙ mens cũ seipsam nouit, notitia sua proles est: ergo & verbum: Augustinus non sumit ibi notitiam pro actu cognoscendi vel intelligendi: sed pro eo ꝙ mens seipsam intelligendo opere intellectus concipit actionem dicendi de seipsa ꝙ est quod quid est: & verbum est: quod vere respondet verbo personali in deo: vt in generatione verbi sit semper notitia de notitia: vt de notitia impressa in intellectu per obiectum intelligibile: ad quam intellectus se habet passiue, procedat notitia expressa: ad quã intellectus
X se habet actiue, sicut dictum est. ¶Et ꝙ hoc verum sit, patet ex hoc qđ Augustin[9] probat: quia hmõi notitia proles est per hoc, ꝙ illud qđ ꝑtum vel repertum dicitur, iam notitia inuẽtũ est & sępe (vt dicit) procedit inquisitio: eo fine quietatur: & (vt ꝓsequit̃) ista inq̃sitio non fit nisi per amorem rei inuestigãdę: quia vt partum mẽtis antecedit appetitus quidam quo illud qđ nosse volumus q̃rendo & inueniendo nascatur proles ipsa notitia. Sed constat ꝙ istam notitiã inuestigatã & inquisitã ꝑ amorẽ necessario ꝓcedit notitia aliqua simplicis intelligentię: quia omnino incognita amare non possumus: sed solum quæ aliquo modo cognoscimus, per amorẽ inuestigamus vt amplius cognoscamus. Et illa cognitio mentis de seipsa post simplicem notitiam non est nisi notitia qua verbum dicitur notitia: in quo simplex notitia amplius manifestatur. Vnde ꝙ notitia quã Augustinus dicit esse verbum: sit notitia definitiua, bene explicat in eodem li. cũ dicit paruũ ante. vbi dicit. Neq̃ vitiorum notitia nobis displicet: sed ipsa vitia. nam placet mihi ꝙ noui: & definio quid sit intẽperantia: & hęc est verbũ eius. Ex quo patet ꝙ cum partes imaginis assignentur in nobis mens notitia & amor: & ad verbum non pertinet nisi notitia parta siue reperta & per inuestigationem eius inuenta, quæ est eius qđ quid est: ꝙ ad memoriam pertinet etiam ipsa notitia simplicis intelligentię: sicut in generatione verbi diuini ad intellectum simplex notitia essentialis substrata actioni dicendi quo procedit notitia quę verbum est: quoniã non est verbũ vel filius nisi notitia procedens. Et ideo dicit Ansel. ꝙ pater non est filius, licet sit intelligentia: quia non est intelligentia procedens: verbum autem est notitia procedens: nõ vt actus aliq̃s: sed vt terminus actus, sicut dictũ est. Ipse enim actus quo procedit verbũ tã intelligere q̃ dicere, se tenet ex ꝑte parẽtis, & pręcise procedens ab actu
Y habet rationem verbi & prolis. ¶Ad tertiũ, de Ansel. dicendum ꝙ cum verbũ sit emanans ab
Ad tertiũ. alio vt terminus dicendi: & vt ratio declaratiua & manifestatiua alterius: actus dicendi potest respicere ipsum verbum dupliciter. Vno modo vt est terminus eius simpliciter. Alio modo vt est manifestatiua alterius. & sic actus dicendi etiam respicit illud mediante ipso verbo vt terminũ suũ. Et ideo cum vtroq̃ construitur vt cum termino suo in quem terminatur: vt dei dicatur non solum verbum: sed res illa quæ per verbum declaratur & manifestatur: sed per verbum per se: illud autem mediante verbo: & similiter dicens dicat nõ solum verbũ: sed & illud qđ declaratur verbo: sed verbum per se: illud autem mediante verbo. Pater ergo quia intelligendo se & filium & spiritũ sanctum & totam creaturam & vniuersa quæ sua notitia simplicis intelligentię continẽtur, dicit verbum vt omniũ illorum declaratiuũ & manifestatiuũ, non solum dicit verbum: sed & ipso verbo dicto dicit omnia illa: & non solum verbum a patre dicitur: sed etiam omnia illa in verbo. Dicere autem verbum sc̃dm se, & verbum dici sc̃dm se, nõ conuenit pluribus personis diuinis. Dicere enim verbum sc̃dm se, soli patri conuenit: & dici prout verbũ secũdũ dicitur, soli filio conuenit. Et sunt ambo personalia. s. dicere & dici. Dicere autem aliquid verbo & in verbo pluribus conuenit. Sic enim conuenit omni rei creatę & increatę dici: quia verbo a patre producto omnia declarantur & manifestantur. Sic etiam conuenit dicere verbo cuilibet naturę intellectuali actualiter intelligenti ipsum verbum, vt dicere significet quasi formaliter actum manifestationis: & includat quasi materialiter actũ intelligẽdi: & ille ablatiuus qui est verbo, sit ratio dicendi: non quo ad actum intelligendi: sed quo ad actum manifestandi. Per hoc enim ꝙ intelligendo verbum vt aliquid quo intellectus quasi formatur ad actum intelligendi intelligit alia in verbo: illa manifestat cuilibet intellectui: habendo in suo intellectu verbum vt illorum manifestatiuum: vt in eius intellectu sic informato & in verbo quod sic est in ipso intellectu, possit quasi legere quæcunq̃ ipse in verbo intelligit. Et per hoc verbo illo dicit ea illi non suo, vt a quo procedat per actum notionalem dicendi:

sic enim solius patris: sed vt in cuius intellectu habetur in actu intelligēdi: sic eīm est verbū cuiuscūq; intellectus intelligentis ipsum scdm actum: vt vno modo.s.tāq̄ productum ab eo habeat esse verbum solius patris: & conceptū in mēte paterna, non recedens ab eo. Alio autem modo.s.tāq̄ intellectū simpliciter habeat esse verbū cuiuslibet intelligētis: & conceptū in mēte eius. Primo enī modo non dicit verbo nisi q profert verbū: cuiusmodi est solus pater: & dicere hoc modo est pure personale. Propter qd August.vii.de tri.in principio loquens de patre dicit. Illo coaeterno verbo non singulus intelligitur dicere: sed cum ipso verbo sine quo non est vtiq; dicens. Non singulus.i.singulariter & scdm se siue ad se. Quemadmodum singulus ad se sapit & intelligit: non sapientia & intelligentia genita: aut cum illa. scdm q determinat per totum librū. Et ideo sic dicere verbo est personale: & non conuenit nisi soli patri. Secundo vero modo dicere verbo conuenit cuilibet videnti intellectualiter ipsum verbum: & est dicere essentiale sicut & intelligere. Sed in aliquo differunt: quia intelligere pure & absolute quantū est de se essentiale est: & importat solam & pcisam habitudinē intelligentis ad rem intellectā absq; omni respectu ad personale: sed dicere cū hoc q est essentiale importat habitudinē quādam ad personale: quia importat habitudinē intelligentis ad rē intellectam mediante verbo psonaliter producto: vt quo illa res intellecta manifestatur ab intelligente verbū sicut iam dictū est. Vnde vt dictū est nō proprie dicere significat intelligere: sed implicat ipm in suo significato: qa pcise significat eius qd essentialiter intellectū est in verbo manifestationē. s. Quę qdē manifestatio includit actū intelligēdi in verbo illud qd manifestatur. Vnde de tali dicere loquēs Ansel.nō dicit pcise q dicere sit itelligere: sed dicit Moñ.lxiii.c. Nihil aūt aliud est summo spiritui hmōi dicere q̄ cogitando intueri. vt cogitare notet actū intelligendi quē implicat & supponit. Intueri aūt notet actū manifestandi quē significat: quo.s.ipsi cogitāti verbū siue intelligenti manifestantur verbo omnia intellecta in ipso: & similiter cuilibet alteri inspicienti verbū vt est in illius intellectu conceptū. Et sic istud dicere tria habet facere: quia manifestationē principaliter significat: & actum intelligendi in suo significato implicat: & ad verbum habitudinem quādā & respectum notat. Et hoc modo de dicere loquitur Ansel.dicens. Dubium esse non debet: qa pater & filius & eorū spiritus, vnusquisq; seipsum & alios ambos dicit: sicut se & alios intelligit. Et tūc cōtinue q̄rit quaestionē: cuius difficultas implicatur in argumēto, dicēs Q; si ita sit, quomodo nō sunt summa essentia tot verba quot sunt dicētes: & quot qui dicūt? Et est dicendū ad quaestionē & ad argumentum simul: q verbum nō procedit ab ipso dicere essentiali: sed psupponitur in ipso: sed a dicere qd est personale. & hoc modo solum vnus dicit: & ideo solū vnū verbum est quo omnes dicūt essentialiter. Et patet inspicienti q sic intendit Ansel.soluere ad suam q̄stionē: & sumit dicere cōmuniter: verbum autē nō nisi proprie: ipm autē dicere, extendit. et hoc quia ratio actus dicendi sic potuit quantum est de se extendi: qm̄ quicunq; dicit verbum, in verbo dicit quęcūq; significātur ipso verbo. propter qd ad illa etiā terminari potest actus dicendi scdm respectum ad verbū. Vñ etiā illa quę dicūtur verbo, quodāmodo verba solent dici. dicitur enim aliquis fecisse verbum regis qui fecit imperatum verbo regis. Non sic autem potuit extendisse verbum. Quantum enim est de ratione sua non sic potuit extendi: quia de ratione sua est q sit manifestatiuum. Et ideo quantum est de se non potest extendi ad non manifestatiuū: et si extendatur, hoc est omnino contra rationem nominis verbi. vt scdm hoc ipsa diuina essentia intellecta simplici notitia: aut ipsa notitia simplex aut ambo simul, verbum essentiale dicatur in deo in actu intelligendi essentiali: & hoc scdm rōnē intelligendi nostrā solūmodo. scdm hoc enī superius, & silr in quibusdā q̄stionib⁹ de quolibet, insinuauimus q scdm rationem intellectus nostri verbum essentiale sit in actu intelligēdi dei: & similiter in actu nostro simplicis intelligentię: cū tamen quantū est de institutione & proprietate & vsu vocabuli: verbū non dicatur nisi emanans vt terminus actionis intellectualis per quā emanat: qd non est nisi verbū psonaliter subsistens in deo, & cōceptus ei⁹ qd qd est in intellectu creato, vt patet ex iā dictis: licet aliquo modo simplex notitia in intellectu creato possit dici verbum, & non in intellectu dei, vt dictum est.

Finis Articuli.XL.

SVMMAE

Quæstionum Ordinariarum Theologi re
cepto preconio Solennis Henrici A
Gandauo, cum duplici reperto-
rio, Tomos Posterior.

Vænundatur in ædibus Iodoci Badii Ascensii, cum
Priuilegio Regio ad calcem explicando.

Art.LIIII. de modo emanādi quo emanat vna ꝑsona ab alia. cōti. quæst. X.

Art.LV. de notiōibus seu ꝓprietatib⁹ ꝑsonarū diuinarū i speciali, cōt. q. VI.

Arti.LVI. de proprietatibus personarū realibus in comparatione ad ipsas personas: continens. q. IIII.

Ar.LVII. de ꝓprietati. pr̄is, cōt. q. IIII.

Art.LVIII. de proprietate patris, quæ est generare: cont. q. V.

Art.LIX. de proprietatibus peculiaribus personæ filii. cōti. q. VI.

Art.LX. de spiratione actiua, q̄ est ꝓprietas pr̄i & filio cōmunis, cōti. q. X.

Art.LXI. de ꝓprietatibus ꝓpriis spiritui sancto, conti. quæst. X.

FINIS.

Art.XLI.De bonitate Dei.

Iso de proprietatibus communibus diuinę essentiæ ptinentibus ad intellectum, sequitur de ptinentibus ad voluntatem. Et quia secundū quatuor pdeterminata ptinentia ad intellectum: quæ sunt intelligibile, intellectus, intelligendi habitꝰ, & intelligendi actus: quatuor sunt similiter ptinentia ad voluntatē illis respondentia .s. volitū, vt ipm volibile siue appetibile, tāq̄ obiectū volūtatis: ipsa volūtas, tāq̄ potētia volēdi: & volendi habitus, & volendi actus: ideo ad modum quatuor iquisitorum circa diuinū intellectū restant quatuor inquirenda circa diuinam voluntatem. Quorum Art.XLI.

Primum est de ipso volibili siue amabili in deo.

Secundum de ipsa voluntate dei.

Tertium de habitu vel quasi habitu in ipsa voluntate eius.

Quartum de ipso actu volendi eius.

¶ Et quia volibile siue amabile inquantū volibile aut amabile habēt rationē boni, ideo circa primū istorum restant duo inquirenda. Quorum

Primum est de ratione volibilis siue amabilis in deo simpliciter.

Secundum vero est de ratione boni siue bonitatis in ipso.

Circa primum istorum quærenda sunt tria correspondentia illis tribus quæ supra inquisita sunt circa dei intelligibilitatem. Quorum

Primum est: vtrum deus sit volibilis siue amabilis.

Secundum: vtrum deus seipso est amabilis.

Tertiū: vtrū ratio amabilitatis in deo sit ratio amabilitatis circa oīa alia ab ipso. Sed quia deꝰ habet rōnē volibilis siue amabilis inquantum habet rōnē finis & boni: quēadmodum habet rōnem intelligibilis inquantū habet rōnē formę & veri: Ideo de istis tribus questionibus tractandis supsedēdū est: quia earum determinatio patet iuxta determinationē illarū triū eis respondentiū de dei intelligibilitate. Et sequuntur questiōes de bonitate dei. Vtrum aūt dicatur bonus essentialiter tm̄, an etiam personaliter: patet ex determinatis in consimili q̄stiōe de dei veritate. Et quia bonitas habet rationē finis: quē cum res vltimate attingit habet rationem pfecti: & pfectum habet rōnē totius ex eo q̄ omnia continet quæ ad eius perfectionem requiruntur: & ex hoc q̄ hęc continet absq̄ limitatione & termino, dicitur infinitum: ideo circa hęc quęrenda sunt quatuor.

Primum de dei bonitate. Secundum de eius perfectione.

Tertium de eius totalitate. Quartum de eius infinitate.

Circa primum istorum de Dei bonitate inquirenda sunt tria.

Primum: vtrum deus dicendus est esse bonus.

Secundum: vtrum deus dicendus est esse summe bonus.

Tertium: vtrum in deo sit ponere aliquod malum.

Irca primū arguit q̄ deus nō sit dicendus esse bonus, qm̄ bonum addit sup ens respectū ad finē, qa p Boethiū, cuiꝰ finis bonꝰ est, ipm̄ quoq̄ bonū est. Deo aūt nō cōuenit respectus aliquis ad finem: qa nō est ad finē aliquē ordinatꝰ: qa ipē est vltimus finis omniū. ergo &c. ¶ Secundo sic. deo cum sit purū esse: nihil est oppositum nisi purū nō ens. Sed bono est aliquid oppositū pter purū non ens .s. malum, qđ supponit aliquod ens. ergo &c. ¶ In contrarium est illud Psal. Cōfitemini domino quoniam bonus. A Quest.I. Arg.1. 2 In opposi.

¶ Quia ante determinationem cuiuslibet questionis de re quacūq̄ significata p nomē, oportet scire qd significat̄ p nomē: & qs sit intellectꝰ eiꝰ: idcirco hic sciēdū est i pricipio: q̄ cū in rebꝰ creatis a qbꝰ manuducimur ad diuina, videmꝰ duplex bonū: qđdā qđ cōsistit i natura & essentia rei: qđdā vero qđ cōsistit in accñte: & aliquo essentię rei supaddito. Bonū primo mō, appellat Boeth. in fine de hebd. gñale bonū: qa cōsequit̄ oē ens secūdū q̄ ens est. Scđm bonū appellat speciale bonū: & tale bonū vt dicit est iustū esse: accipiēdo iustū a gñali iustitia: q̄ scđm Phm̄. v. Eth. cōphēdit oēs virtutes: & bonū iustitię oē bonū virtutis & supaduenięs essentię rei, p qđ ordiat̄ ad opari: quia virtus est q̄ habentē pficit: & opus eius bonū reddit. Vñ distinguendo primū bonū contra secundū, dicit Boeth. q̄ bonū esse ad essentiā, iustū vero esse ad actū respicit. Et dicit Aug. viii. de trini. cap. 4. Cū audio (verbi gratia) p dicit̄ animus bonus: sicut duo verba sunt, ita ex eis verbis B Resol.q.

duo quędam ĩtelligo:aliud quo animus est:aliud quo bonus.Et quidẽ vt animus esset,nõ egit ipse aliquid:non enim iam erat qui ageret vt esset:vt aũt sit bonus animus, video agendum esse volũtate:non quia idipsum quo animus est:non est aliquid boni:sed nõdum dicitur animus bonus:q̃a restat ei actio voluntaris qua fit prestãtior.Hęc autem duo genera bonorum q̃uis in creaturis differant,in deo tamen idipsum sunt:& in vna ratione boni transferuntur a nobis in deũ.Et cum bonum diuiditur primo ęqualiter in decem prædicamenta,sicut ens,vt vult Philosophus in principio Eth.necessarium est q̄ ipsum differat ab esse siue a natura & essentia rei in qua fundat̃ secũdũ rationem tm̃:quia neq̄ aliud re addit essentiæ,sicut album addit sup corpus:nec aliud intentione sicut sensibile addit super vegetabile:q̃a tũc bonũ cõtraheret ens:sed solum super esse & essentiam rei cuius est , addit aliquid secundum rationem: hoc est aliam rõnẽ q̃ sit ratio eẽ vel entis,q̃ est determinatus modus ipsius entis,ne bonũ sit omnino synonymũ cum esse vel ente.Determinat⁹ aũt modus q est rõnis tm̃, positiuus & absolutus esse nõ potest:quia nihil est tale quid, nisi ponat rem aut intentionem aliquam aliam super id cuius est.Oportet igitur q̄ sit negatiuus aut positiu⁹ respectiuus,secundum q̄ de hoc satis habitum est supra.Negatiuum autem modum nihil potest addere super ens,nisi negando a seipso diuersitatem:quia ens quodcũq̄ ex natura sua ad seipsum idẽtitatem ponit ex eo q̄ est.Et ille modus significatur nomine vnius:& format primum conceptum additum rationi entis.Oportet igitur q̄ bonum super ens & vnum addat respectum rationis tm̃.

C Id autẽ q̃d est rationis tm̃,oportet fundari ĩ eo q̃d est rei, ne sit ratio vana. In re autẽ qualibet tam creata q̃ increata est considerare & speciem & ipsum subsistẽs ĩ forma & specie. Species aũt duo habet agere:& secũdũ hoc duo habet respicere. Scd̃m cõsideratiõnẽ ĩtellectus nostri est species primo rei manifestatiua & declaratiua.s.quia est id q̃d est.Scd̃o est rei ĩ suo esse pfectiua & cõpletiua.Vñ cum res nata est denominari a sua forma & specie secũdũ ea q̃ forma agit circa eã:potest ergo cõsiderari res vt per formam suam & speciem ipsa res nata est manifestari esse id q̃d est. Sic consideratur in ipsa respectus rationis quem habet per suam speciem ad ĩtellectũ cognoscẽtẽ:& denoiat̃ hoc nomine verum:vt patet ex supra determinatis.Potest etiam alio modo cõsiderari res,vt per suam formam,& speciem habet perfici & compleri secũdum se in suo esse. Sic consideratur in ipsa respectus rationis ad ipsam formam & speciem suam:& denominatur hoc nomine bonum.Vnde q̃a verum nominat respectum quem habet res p speciem ad intellectum,in quo perficitur actus manifestandi:Bonum vero nominat respectum ad ipsam speciem,quę rem perficit:Ideo dicit Philosoph⁹ vi.meta.q̄ verũ & falsum sunt in cõsideratione,bonũ vero & malũ sunt in rebus. Et nunq̃ definit̃ verũ nisi p actũ manifestãdi:neq̄ bonũ nisi p actũ pficiẽdi.Et q̃a verũ noiat respectũ quẽ habet res p speciem ad cognitionem in manifestãdo:q̃d facit species ratione qua est species simpliciter:bonum vero nominat respectum quẽ habet res ad ipsam speciẽ in pficiẽdo : quod non facit species nisi q̃a ĩ se pfecte continet ea quę nata sunt perficere esse & essentiã rei:nõ quia est species simpliciter : & sic ratio speciei ĩquãtum pficit,se habet p additionẽ ad rõnẽ speciei simpliciter:Ideo post rõnem entis & vni⁹ est tertio rõ veri:& q̃rto rõ boni.Sic ergo bonũ significat suo noie pricipaliter ens pfectionẽ suã attigẽs:sicut verũ significat ens seipm̃ ĩtellectui manifestãs.Perfectionẽ aũt suã res siue ens põt attigere dupliciter.Vno mõ q̃a pfecte pfectionẽ suã habet in se & ex se oĩno. Alio mõ q̃a illã recipit ab alio & extra se:& hoc vel impfecte,q̃m illã impfecte attingit ꝑpter aliquã distantiã a suo fine:vel pfecte , quoniam illã pfecte attingit ex pfecta cõiũctione cũ fine. Primo modo cadit rõ boni in solo deo.Secũdo modo cadit in creaturis.Propter q̃d dicit Boethi⁹ de hebd. Primũ bonum in eo q̄ est bonũ est.Scd̃m vero bonũ est,q̃m ex eo fluxit cuius eẽ bonũ est. Propter q̃d primũ bonũ est bonũ p

D essentiã:Scd̃m vero p pticipationẽ solũ.Et q̃a oẽ pticipatũ ẽ ab illo q̃d est p essentiã:& oẽ hñs aut recipiens bonũ suũ ab alio tẽdit in illud vt suũ bonũ in illo bono pficiatur: ideo deus bonus dicit̃ vt finis:alia vero oĩa sicut ea q̃ sunt ad finem.Et sicut alia dicunt̃ bona q̃ tẽdũt in primum bonum sicut in finem vt ipsum attingant:sic de⁹ dicitur bonũ quia finis ẽ omnis boni:& in se & ex se habet pfectionẽ & cõplemẽtum omnis boni: vt non sit bonũ hoc aut illũ sicut sunt cætera bona:sed simpliciter bonum:& bonũ omnis boni.dicẽte Aug.viii.de tri.ca.iiii.Bona est terra. & cętera plurima q̃ enumerat tam in rebus corporalibus q̃ spiritualib⁹.vbi subdit.Quid plura?bonũ hoc,bonũ illud & vide ipm̃ bonũ si potes:ita deũ videbis non alio bono bonũ,sed oĩs boni bonũ.Nõ bonus anim⁹ aut bonus angelus,aut bonum cælũ:sed bonũ bonũ.Sic eñ fortasse facilius aduertit̃ q̃d velim dicere.& infra.Cum itaq̄ audis bonũ hoc & bonũ illud,q̃ possunt alias dici & nõ bona,si poteris sine illis quę participatione bona sunt pspicere ipm̃ bonũ cui⁹ pticipatione bona sunt.Simul eñ & ipm̃

E intelligis cũ audis hoc aut illud bonũ. Si ergo potueris illis detractis p seipm̃ pspicere bonũ,pspexe-

Responsio ris deum.Scd̃m hunc ergo modũ preexpositum ponendum est q̄ deus dicendus est esse bonus.

¶ Ad primum in oppositum: q bonum dicit respectum ad finem: qd non conuenit deo: Dicēdū q hoc non habet veritatē nisi de bono in creaturis. In deo aūt dicit respectū formę diuinę essentię vt forma est ad ipsam vt res q deus est: habens in se omnē rationē pfectionis, quę deitati cōgruit: & vterq respectus significat noīe boni ī diuersis, vt dictū est. ¶ Ad secūdū: q bono opponit malū, qd nō cōuenit deo: Dicendū q hoc solū habet veritatē de bono creaturę. Bono eīn dei nullū malū opponit nisi qd est purus defectus, vt in tertia quęstione videbitur. F Ad pri. princi. G Ad scdm.

Irca secundū arguit: q deus non potest dici summe bonus. qm summum dicit gradū determinatū eminentię in eo cui additur. sed deo nō conuenit esse bonū secundū aliquem gradū boni determinatū: quia est bonus scdm rōnē oīs gradus bonitatis: quia (vt dictū est iā) ipse est omnis boni bonū. ergo &c. ¶ Secundo sic. bonū qd habet recipe additionē vt fiat melius, non est summū bonū simpliciter. bonū aūt diuinū est hmōi: qa addito ei bono creaturę melius est vtrūq simul q p se alterum tm. ergo &c. ¶ Tertio sic. bonum illud gloriosius & laudabilius habetur qd habet voluntatis libertate q naturę necessitate. dicēte Hierony. in Homil. sup Missus est angelus. Angelicā gloriam quęrere maius est q habere: dum hoc homo viribus habere nititur qd habet angelus ex natura. & loquit de castitate virginali. Et Philosophus dicit. ii. Eth. q eis q insunt nobis a natura, neq laudamur neq vituperamur, sicut eis quæ nobis insunt voluntate. Deo aūt inest bonū naturę necessitate, non volūtatis libertate: quia non est bonus quia libere vult bonum, sed econuerso quia est bonus, ideo libere vult bonū. Deus ergo non habet bonū quēadmodum gloriosius & laudabilius haberi potest. sed tale non est summū bonum. ergo &c. ¶ In cōtrariū est illud August. primo de trini. ca. ii. Suscipiemus quātum possum9 reddere rationē q trinitas sit vnus solus & verus deus. & infra. Et esse illud summū bonū qd purgatissimis mentibus cernitur. H Quest. ii. Arg. i. 2 3 In opposi.

¶ Dicendum ad hoc, q summum secundum aliquā speciem aut formam dicit aliquid vel aliquis dupliciter: aut compatiue: aut simpliciter & absolute. Et comparatiue dupliciter: aut cōparatione ppria, aut impropria. Primo mō de9 nō pōt dici summe bonus: qa bonitas nō est vniuoce & secundum eādē rationē in deo & in creaturis, sicut neq sapiētia aut aliqd aliorum, vt infra videbit loquēdo de diuinis pdicationib9: & habitū ē supra. Cōpatio aūt pprie dicta nō est nisi in vere vniuocis, vt vult Phus. vii. physi. Scdo aūt mō cōparationis de9 dicit summe bonus: qa excedit oēm creaturā i analogica bonitate: quēadmodū quodāmodo substātia dicit summe ens respectu accidētiū. In analogo eīn fit aliquo mō cōparatio, licet nō in equiuoco. Nullo eīn modo recipitur cōparatio qua dicit q vox est albior colore: qa pure æquoce dicit albū in voce & albū in colore. scdm Phm in Top. Sed ex tali cōparatione nō intelligit immēsitas suę bonitatis pter quā dicitur summe bonus: qa etsi eēt bonū in determinato gradu finitū, adhuc eēt summe bonus in cōpatione. Vn inquirēdū est quō dicēdus sit summe bon9 simpliciter & absolute. Loquēdo igit de summo simpliciter & absolute, dicim9 q de9 pprissime dicit summe bon9 dupliciter, & quātitatiue, & qualitatiue. Quātitatiue, tū ex parte ipsi9 bonitatis, tū ex pte hñtis eā. Ex pte ipsi9 bonitatis: qa i se habet oē bonū & oēm rōnē & gradū pfectiōis i bono, vt videbit infra. Ex pte hñtis bonitatē: qa ifinitas quasi capacitatis suę omni bono repleta est. & sic quātitatiue dicit summe bonus: quēadmodū vas diceret summe plenū liquore aliquo, qd tantum esset repletū q nō restaret neq ex pte capiētis qd posset plus capere: neq ex parte recepti qd recipi posset. Dicit etiam deus summe bon9 qualitatiue: & hoc dupliciter: tum ex parte ipsius bonitatis habitę: tū ex parte modi habēdi. Ex pte bonitatis habitę: qa alteri9 rōnis & in infinitum eminētioris est bonitas illa quæ est in deo: q sit illa quę est in creaturis. Similiter qlitatiue deus dicēdus est esse summe bonus ex pte modi habēdi: & hoc tā ex pte modi habēdi bonitatē naturalē quæ cōsistit in essentia rei creatę qua pficit in esse, q bonitatē qsi supradditam qua perficitur quasi in bene esse. Prima eīn bonitas etsi cōsistat i natura & essentia rei tam creatę q increatę: quia omne qd est, inquantū est p suam essentiā siue essentialiter, bonū est, vt pbat Boethi9 lib. de hebd. nihilominus tñ vt determinat i eodem, quia creaturę esse suū & bonitatē hñt ab alio: ideo creaturę pticipatione bonę sunt. De9 aūt qa ex seipso habet esse bonus: quēadmodū ex seipso habet eē, scdm modū supra determinatū: ideo solus essentialiter bon9 ē: & iō summe. Scda vero bonitas etsi in creaturis re differat a prima, in deo sola rōne differt: & iō in deo essentialis est, & ex necessitate naturę: nō ex aliqua sua actione aut dono alteri9 acqsita aut quasi acqsita. In creaturis aūt habet esse acqsita ex dono & gra alteri9, & merito pprię actionis. Nunc autē in infinitū magis est & nobilius habere bonitatē suā naturaliter & absq vlla opatione, q opatione quātūcūq modica. q eīn eget opatione aliq ad bonū suę pfectiōis acquirēdū: hoc venit ex defectu I Responsio K L

rei & imperfectione,dicente Philosopho in.ii.cæ.& mun.Res bona est completa existens absq; opa-
tione qua acquirit bonitatem:& res propinqua illi recipit eam opatione vna parua: & res lõgin-
qua est res quæ recipit eam operationibus multis.Et dat exemplum de sanitate in hominibus, ꝙ q
dam sunt sani absq; omni operatiõe exercitij diętę aut minutionis:quidã vero acquirunt sibi sani
tatẽ modico exercitio:quidam nõ nisi multis horꝝ.Vnde hõ ꝓpter imperfectionẽ naturę in gñe I
telligentiũ, ꝑfectam bonitatẽ qua supnaturaliter ꝑficiẽ,& appropinquat summo bono, non habet
nisi ꝑ multam operationẽ.Angelus vero qꝛ superioris & perfectioris naturę est,habet eã vnica ope
ratione:quia in primo actu suę cõuersiõis ad deũ.Deus aũt quia ẽ supremæ & ꝑfectissimę naturæ
integrã hñs bonitatẽ, ideo habet eam absq; omni opatione qua sibi eam acquirat.Et ideo vere est
summe bonus naturæ suæ necessitate ꝓpter eius oĩmodam ꝑfectionẽ,vt ꝑfectio naturę suę sit ra-
tio q̃ est bonꝰ ꝑfecta bonitate,nõ aliq̃ opatione volũtatꝭ i ipso,cõtrario ei qđ cõtingit i creaturis.

M

Ad pri. princip. ❡Ad primum in oppositum:ꝙ summum dicit gradum determinatũ:Dicendũ ꝙ
gradus põt dici determinatus ex parte modi comparatiõis,vel ex parte rei comparatę.Primo mo-
do summũ dicit semper gradum determinatum.s.superlatiuũ.Secũdo mõ dicit gradum determi
N natum in solis creaturis,in quibus cõpabilia non habent esse nisi finitum:in deo aũt nequaq̃:quia
Ad scdm. eius bonitas infinita est,vt infra patebit.❡Ad secũdũ ꝙ bonum creaturę additũ bono creatoris fa-
cit bonũ melius:Dicẽdũ ꝙ non est verum:quia ꝙ duo bona coniuncta faciant melius vtroq; sepa-
to:hoc non contingit nisi in pure vniuocis bonis,q̃ sunt nata facere vnum vel vniri in aliquo vno
bono:quẽadmodũ melius est denarius argenteus cum denario cupreo q̃ alter ꝑ se:quia bonũ ꝓcii
vtriusq; natum est vniri in precio denarii aurei:non aũt in ęquiuocis vel analogis:quę sic se habẽt
ꝙ ratio vnius ꝑfecte includiẽ in rõne alterius:qualia sunt bona creatoris & creaturę,ex quibus nõ
est natum fieri vnũ:quia non habẽt rõnem vnã boni,neq; nata sunt vniri in vna ratione boni:quẽ
admodũ neq; album in voce,& album in colore:& ideo non est albius vtrũq; simul q̃ seorsum.Bo
nũ etiã creaturę ꝑfecte includiẽ in bono creatoris:& ideo nõ resultat aliqđ meliꝰ ex ambobus q̃ est
solũ bonum creatoris.Sicut econuerso bonum substantiæ & accidentis, licet sint analoga, simul
O constituunt aliqđ melius q̃ sit aliud per se:& hoc ideo:quia ratio bonitatis accidentis nõ includiẽ
Ad tertiũ omnino in rõne bonitatis substantię. ❡Ad dissolutionẽ tertiæ rationis sciendum,ꝙ est duplex bo-
nũ in creaturis,vt dictũ est supra.Vnũ qđ cõsistit in natura & essentia rei:& ꝑtinet ad rei ꝑfectio-
nem in suo esse primo substãtiali.Aliđ qđ est supadditum naturę & essentię:& ꝑtinet ad perfectio
nem i suo secundo accidentali,siue in suo bene esse.Propter qđ,bonũ primũ est esse rei simpliciter
& bonum secundũ quid.Bonũ vero secũdũ,est bonum rei simpliciter & esse scdm quid. Bonũ pri
mo modo inest cuilibet rei tam createę q̃ increatę necessitate naturę:sed creatori ex se & ꝑ essentiã
& creaturę participatione,& ab alio:& ideo ꝑfectius conuenit deo q̃ creaturę,vt dictũ est.Bonũ se
cundo modo in deo incidit in idipsum cum bono primo modo,quo ad modum habendi:& differt
ab illo sola ratione nostri intellectus:& habetur in deo sola necessitate naturæ: & est in ipso quasi
habitus naturalis voluntatis diuinę,inclinans ipsum ad volendum omne bonum, vt determinabi
tur infra:vt actus diuinæ voluntatis nõ sit aliquo modo etiam secundum rationem nostri intelle-
ctus,ratio qua deus sit bonus:sed econuerso ꝙ est bonus: est ratio suæ voluntatis. Quia id cuius
voluntas est ratio,est quasi acquisitum bonum per voluntatis operationem.Nunc autem perfecti
us est bonum habere absq; operatione qua acquirat illđ sibi.hoc enim est de imperfectione : ꝙ sibi
desit aliquid de sua perfectione in bene esse , vt dictum est secundum Philosophum . Et sic glo-
riosius & laudabilius habet deus ꝙ sit bonus ex necessitate naturę suæ etiam de bono qđ pertinet
quasi ad bene esse naturæ , q̃ habeat creatura illud quacunq; voluntatis operatione.Et de tali bo-
P no qđ pertinet in creaturis ad bene esse:& in deo quasi ad bene esse, procedit obiectio.❡Ad quã di
cendum ꝙ aliquid potest haberi libertate voluntatis vel proprię vel alienę.Si alienę:sic omnino ꝑ-
fectius & nobilius gloriosius & laudabilius habet id qđ habet necessitate naturę proprię,quemad-
modũ habeẽ bonũ vtriusq; modi a deo:q̃ id qđ habetur libertate volũtatis alienæ: quẽadmodum
habetur bonum vtriusq; modi a creaturis,quia a libera volũtate dei,vt infra videbitur.Si proprię
& hoc quẽadmodum in hominibus & angelis habetur gloria merito voluntatis proprię cum gra
tia secundum fidem catholicam:vel quẽadmodum secundum Philosophum,sola operatione pro-
pria illa quæ sunt post bonũ primũ perfectũ acqrunt sibi bonum suum perfectum:tunc distinguen
dum:quia aut bonum vtrunq; (scilicet qđ in vno habetur necessitate naturæ,in alio vero volũta-
tis libertate) pertinet ad bene esse vel quasi:vel vnum in vno ad esse:aliđ vero in alio ad bene esse.
Si primo modo:sic adhuc gloriosiꝰ habetur cum habeẽ necessitate naturę:& est deus gloriosus in

ſtus pius & hmõi,neceſſitate naturę:q̃ creatura,quacũq; operatione volũtatis.Et ſi ſola voluntate propria ſibi bonũ pfectum acquireret,ſic etiá creatura angelica bonum pertinés ad ſuum bene eẽ, qđ habet a deo ex neceſſitate ſuæ naturæ,vt eſt habitus cognitiuus cognitiõe naturali, perfectius habet illud & glorioſius q̃ habet hõ ex acquiſitione. Vnde & ſi angelus habitum glorię haberet neceſſitate naturæ ſuæ:ſicut habet habitus ſciẽtiæ naturalis:quẽ quidẽ habitum gloriæ modo habet ex gratia & ex merito voluntatis pprię:multo glorioſius eum haberet q̃ habet modo: quia tũc eſſet impeccabilis natura:quę multo dignior eſſet q̃ ſit modo cum poſſit peccare:ſed non eſſet eiuſdẽ naturę cũ illa natura angelica q̃ modo eſt. Et forte natura creaturæ nõ eſt capax talis perfectionis ſecundũ fidẽ catholicam,vt declarãdum eſt loquẽdo de bonitate creaturę.Si vero bonũ in vno qđ eſt ei neceſſitate naturę,ptineat ad eſſe:qđ vero eſt in alio opatiõe pprię volũtatis,ptineat ad bene eſſe: hoc modo glorioſius habetur in hominibus bonum virtutis & glorię q̃ in angelis bonũ naturę:& hoc nõ ppter modum habẽdi, ſed ppter rem habitã:quia bonũ qđ pficit in bene eẽ, habet rationem boni ſimpliciter:qđ vero pficit in eſſe,habet rõnẽ boni ſecũdũ quid. De tali aũt bono qđ habeť neceſſitate naturę in angelo cõparato ad bonũ habitum libertate voluntatis in homine,loquũtur Hierony.& Plius. Bonum enim caſtitatis virginalis in angelo pertinet ad bonũ naturę:nec eſt virtus in ipſo:nec habet rationẽ virtutis:quia angelica natura vel volũtas nullo modo ordinatur ad vitium contrariũ illi in ſe ſuſcipiẽdũ, cuiuſmõi eſt luxuria:qa dependet a corpore cui naturaliter vnitur anima:& eſt pure ęquiuoca caſtitas illa in angelo & ĩ homine. Similiter bona naturalia in homine omnino habẽtur ab alio:bonum aũt virtutis aliquo modo ab opatiõe ppria.Propter qđ laus eſt homini a bono virtutis: nequaq̃ autem a bono naturę.Si vero bonum qđ natum eſt acqri a duobus operatione voluntatis:vni dareť a deo cũ operationevolũtatis:alteri aũt ſine opatione glorioſius haberetur ab eo qui haberet illud cum operatione voluntatis ſuę, q̃ qui ſine. Q

Irca tertiũ arguitur:ꝙ in deo ſit ponere aliquod malũ.Primo ſic.nullus facit alteri malum niſi inſit ei malum:qa non eſt malũ niſi a malo.Deus facit alteri malum. quia diciť Amos.iii. Non eſt malũ in ciuitate qđ non faciat dñs.ergo &c. R Queſt.iii. Arg. 1

¶Secũdo ſic.non pcipit mala niſi in quo eſt malũ.qa a bono non procedũt pręcepta niſi bona.deus pcipit mala.qa dr Eze.xx.Dedit eis pcepta nõ bona.ergo &c. 2

¶Cõtra eſt.Deuter.xxxii.De⁹ fidelis & abſq; vlla iniquitate.ergo nõ eſt in eo aliquod malum culpę.Itẽ nec malũ poenę:quia immortalis & impaſſibilis eſt. S In oppoſi.

¶Dicendum ad hoc:ꝙ cum non ſit malum niſi culpæ aut poenę:& vtrunq; eſt ex defectu boni,cuius priuatio eſt ipſum malum,& hoc in alio bono permanente in ipſa:quia non habet eſſe malum niſi in bono,vt debet declarari loquendo de malo in creaturis: quia malum qđ eſt priuatio omnis boni,non eſt in rerũ natura:ſed illud eſt purũ nõ eẽ:de⁹ aũt qa eſt ſummũ bonũ,& ſumme bonus,vt iá oſtenſum eſt,non habet in ſe alicuius boni priuationem aut defectum:ſed magis omnis boni perfectionem:Idcirco dicendũ ꝙ in deo nullum omnino eſt malum:nec ſolum non habet:ſed nec etiá habere poteſt:quia vt oſtẽſum eſt,ipſe eſt de neceſſitate bonus & ſumme bonus, vt nihil ſuæ bonitatis & pfectionis ſuę poſſit amittere:& hoc quia non eſt in potẽtia ad hoc.Nullũ autẽ eſſe ſcđm pfectionẽ ſuam vltimam in quo non eſt aliqđ in potentia:ſequiť malum. Non enim ſequitur malum niſi hoc in cuius natura eſt aliquid in potẽtia,vt dicit Auicẽ.ix.metaphyſicę ſuæ cap.lii.Et ideo (vt dicit ibidẽ)quia res non eſt in potẽtia niſi propter materiam, malum ſequitur materiam.Et quia materiam non poſuit niſi in iſtis inferioribus: ideo dicit ibidẽ ꝙ cauſę mali non inueniuntur niſi in iis quę ſunt ſub circulo lunę.In quo non conſentit ei fides:quia deus in angelis ſuis reperit prauitatẽ,vt dicatur Iob.iiii. T Reſponſio

¶Ad primum in oppoſitum dicendum: ꝙ exponẽdo illud dictum Amos prophetę de malo culpæ,illud dicitur facere permiſſiue non effectiue:quia fieri non poſſet niſi ipſe permitteret.ſed qđ permittit,iuſte permittit:qđ autẽ iuſte fit,bene fit.Et ideo non eſt malus ille a quo iſto modo fit malum culpæ:ſed ſolum ille a quo fit effectiue:quẽadmodum habet cauſam efficiẽtem, ſcilicet in ſuo effectu deficientem, ſecundum ꝙ hæc omnia alias debent declarari ſuo loco. V Ad pri. princi.

¶Exponendo vero illud de malo poenæ:Dicendum ꝙ in malo poenæ eſt aliquid poſitiuum: ſcilicet applicatio inſtrumentorum poenalium, & ordinatio culpæ per poenam ſecundum viam iuſtitiæ: & aliquid priuatiuum,ſcilicet priuatio delectationis & pacis. Quo ad primum,poena eſt a deo:ſed ĩ hoc nullã habet rationẽ mali:ſed boni tm̃:& hoc intendit in poenis quas infligit tanq̃ bonum.Quod vero eſt priuationis,non eſt ab ipſo: quia non intendit eam,licet incidat in eo X

qđ agit & intendit. Nec ĩputari debet ei ꝙ incidat: quia qđ agit & intendit, nõ nisi iuste agit & intendit secundũ omnes boni circũstantias. Nunc aũt peccans licet non intendat ad malum aut defectum, malum tamen incidit in opus qđ agit & intendit non vbi, quando, & quomodo, aut secũdum alias circũstantias boni secũdũ quas debet agere: propter qđ malum incidẽs sibi imputatur. Quomodo aũt defectus qui contingit in malo pœnę, deo non debeat imputari, expositum est in quadam quęstione de quolibet.

Y Ad scđm. ¶Per idẽ patet responsio ad secundum. qm̃ pcepta domini inquantum erant ex domini ferentis vel pcipientis intentione, bona erant: & illi populo congruentia exigente iustitia. sed malitia eorum factum est vt eis essent non bona propter transgressionẽ: scđm ꝙ latius expositum est supra. Nunc autem non est malus nisi qui pręcipit mala: vel ex genere operis: vel ex mala & peruersa intentione pręcipientis.

Z Articulus XLII.

Equit̃ Ar. XLII. de dei pfectiõe. Circa quã duo sũt ingrẽda. Primum: vtrum deus possit dici perfectus. Secundum: vtrum pfectione cuiuslibet creaturę sit perfectus.

A Quęst. I. Arg. 1.

Irca primum arguit̃ ꝙ deus non possit dici perfect⁹. Primo sic. omẽ perfectum est factum: quia ppositio illa p, in pposito non diminuit sed potius auget. Deus non est factus: qa p ipsum facta sunt omnia, vt vult August. sup Ioan. ergo &c.

2 ¶Secundo sic. id cui⁹ natura stat in eo ꝙ supra se recipit omnes conditiones nobilitatis, maxime impfectũ est: quia de rõne pfecti est ꝙ non recipit additionẽ in dignitate & nobilitate: & de ratione imperfecti: ꝙ recipit additionem, vt iã dicet̃. Deus est hmõi: quia non est nisi esse purũ vt habitum est supra. Esse aũt simpliciter & purũ, sup se recipit omnes determinationes dignitatis & nobilitatis,

3 vt sunt sapientia, bonitas, pulchritudo &c. huiusmodi. ergo &c. ¶Tertio sic. quę pfecta sunt p se nihil inueniũt extra illa, vt dicit Philosophus. v. meta. ca. de pfecto. & dicit primo cę. & mun. ꝙ corpus vniuersi ex hoc est pfectũ qa nõ habet aliud corpus extra, qđ tangit ipm. extra deum autem sunt

In opposi. omnes creaturę. ergo &c. ¶In oppositum est: qm̃ imperfectum habet esse ab aliquo pfecto qđ habet esse prius. secundũ eñ ꝙ dicit Philosophus. xii. meta. semina qa imperfecta sunt: sunt ex aliis pceden tibus perfectis. Primum enim non est semẽ: sed aliquid perfectum. verbi gratia: ꝙ hominẽ oportet esse ante sperma. Deus autem habet esse non ab alio sed a se, vt habitum est supra. a quo omẽ aliud habet esse, vt videndũ est infra. ergo &c. Vnde dicitur Matth. v. Estote pfecti sicut pater vester cęlestis perfectus est. qui est ipse deus. Et in symbolo dicitur de Christo qa est perfectus deus.

B Resol. q. ¶Quia vt habitum est ex prædeterminatis, ex eis quæ apparent nobis in creaturis declarantur nobis consideranda circa deum creatorem: vt cognoscamus perfectionem diuinã & qualiter excedit perfectionem omnis creaturæ: oportet hic primo videre modos pfectionis repertos in creaturis: & videre quis congruat deo & quis non. Et quia cognitio nostra ab imperfecto ad perfectum naturaliter procedit: & de imperfecto nata est a nobis haberi cognitio imperfecta: & de perfecto perfecta: In hoc enim secantur scientiæ quẽadmodum & res: vt dicitur tertio de anima: Idcirco incipiendum est a modis imperfectionis repertę in creaturis, vt ex opposito pateant nobis modi perfectionis. Est igitur sciendum ꝙ ratio imperfecti est ꝙ ex se sit diminutum in aliquo: & ideo natum super se recipere additionem alicuius extra se: & econtrario ratio perfecti est ꝙ in se non sit diminutum in aliquo: & ideo nec natum recipere additionem alicuius extra se inquantũ huiusmodi. Hinc dicit August. lib. de natura & gratia. Ibi est summa perfectio vbi nihil additur. & primo solilo. Summa plenitudo est vbi nihil deest. Circa modos igitur imperfecti, & per consequens perfecti, aduertendum: ꝙ imperfectum quia potest recipere additionem, aut est susceptibile additionis itra se in simplicitate naturæ suæ & essentiæ: aut extra simplicitatẽ naturæ & essentię suæ. Primo modo est imperfectum omne qđ intẽtionem capere potest inquãtum huiusmodi: & ex opposito perfectum est illud qđ in naturæ suæ intentione vltimatum terminũ habet. Hoc modo secundum Philosophum. v. metaphysicæ, dicitur perfectum aliquid secundum virtutem & modũ bonitatis suæ, quando nihil aliud potest habere excessum super ipsum secũdum illud gen⁹ naturę & hoc dupliciter: Proprie, & transumptiue. Proprie quando est pfectio secũdũ id qđ est bonũ simpliciter, vt dicit̃ aliquis medic⁹ vel musicus pfectus qm̃ scđm speciem proprię virtutis & bonitatis scilicet medicinæ vel musicę, in nullo deficit aut diminuitur. Et secũdum Commenta. hoc est per

fectum secundum qualitatem, quando nihil inuenitur dignius eo in suo genere. Medicus enim dicitur perfectus a quo nihil diminuitur ex eis quae pertinent ad actionem medicinae: & quo nullus medicus est perfectior. Transumptiue vero dicitur perfectum quando est perfectio secundum id qd est malum simpliciter, inquantum tamē in malo cadit ratio bonitatis ex ordine ad suum finem: licet secundum quid, quia non est ad finem bonum sed malum: qui non est finis nisi secundum quid. Non enim omne vltimum finis: sed optimū, vt dicit. ii. physi. Et per hūc modum secū dum Philosophum. v. meta. dicimus mendacem perfectum & latronem perfectum: quia vocamus eos nomine bonitatis: & dicimus ꝙ est bonus latro & bonus mēdax. Vnde quia pfectio est ipsius finis: quia finis est vltimum in re: finem & perfectionem transferendo a bonis ad praua: quia ambo vltima sunt: dicimus ꝙ aliquis corrumpitur perfecta corruptione & destruitur pfecta distructiōe: quando nihil deest aut diminuitur corruptioni & malo: sed est in vltimo corruptiōis & valde malum. Si autem sit imperfectum: quia susceptibile est additiōis extra simplicitatem suę essentię: aut ergo tanq̄ totum partis intra se: aut tanq̄ pars partis supra se. Primo modo imperfectum est omne totum qd deficit aut diminuitur in aliqua parte quę ad itegritatem suam requiritur. Et ex opposito perfectum est illud secundum Philosophum. v. meta. cuius impossibile est accipere aliam partē extra omino: & hoc dupliciter: vel in se & absolute, vel in respectu ad aliquid aliud. Primo modo secundum Commē. ibidē, hō dicit̄ eē perfectus qn̄ nullum membrū illius est extra ipsum. i. q nō est in aliquo membro diminutus. Secundo modo dicit̄ pfectum tempus periodale cuiuslibet rei naturalis extra. quia secūdū Philosophum nō est accipere tempus aliqd quod sit illius temporis pars. vt em̄ dicit Commē. ibidē, Tēpus vitae pfectū in vnoquoq; ente est id extra qd non inuenit̄ tēpus quod sit pars illius temporis. Et per hunc modum dicitur numerus perfectus ille qui constat ex omnibus partib⁹ suis aliquotis respectu omniū alioꝝ numerorū. nihil em̄ habet extra se qd sit pars eius vel pars suę partis: sicut habēt numerus abundās & diminutus. Si vero sit impfectū susceptibile additionis extra simplicitatem suę essentię tanq̄ pars partis alterius supra se ad constituendū totum: hoc modo impfectum semp est illud qd alterum recipit supra se qa est pars, & pfectum est ipsum totum ex vtroq; constitutū inquantum hmōi. Totum em̄ scdm Philosophū. v. metaphy. dicit̄ a quo non diminuit̄ aliqua pars quibus dicit̄ totū. Qd aūt diminuit̄, semp dicitur pars illius ex quo diminuit̄. Sed ista additio ptis sup partem potest fieri vel translatione in aliud specie, vel appositione eiusdem specie. Primo modo dupliciter: aut additione alicuius quantitatiui: aut qualitatiui Primo modo linea est dimēsio impfecta respectu superficiei: & supficies respectu corporis: & solum corpus ē dimēsio pfecta. Vt em̄ dicit Philosophus, Magnitudo quae habet vnā dimēsionē tm̄, linea est: & quae habet duas, superficies est: q̄ habet tres, corpus est. & post istam non est magnitudo alia. qm̄ vt dicit Cōmē. non est mēsura q̄rta. Propter qd (vt dicit ibidē Philosoph⁹) nō est possibilis pmutatio corporis ad aliud genus: sicut est permutatio lineę ad superficiem, superficiei ad corpus. Nam si est via ad permutationem, tunc corpus non est magnitudo perfecta. ergo est diminuta. Nā nō est pmutatio nisi in diminuto. Perfectum enim (vt dicit ibi Commenta.) est qd nō recipit additionem: nec fertur in aliud genus. Secundo modo materia & omne qd est in potentia p susceptionem alicuius formę ad aliud, inquantum huiusmodi imperfectum est: & totum compositum est pfectum. Secundum enim ꝙ dicit Philosophus. v. metaphysicę, forma complementum est: & cōpletum est qd habet complementum. Si autem sit aliquid imperfectum qa receptibile est alterius supra se in eadem specie, aut ergo hoc fit procedente augmento per totum: aut extensione eius in aliquo latere eius. Primo modo puer est imperfectus secundum quantitatem: factus autē vir est secundum quantitatem perfectus. Secundo modo linea recta inquantum ex vtroq; termino potest additionem recipere, ipfecta ē. Linea vero circularis quia non habet terminū cui potest fieri additio, perfecta est. secundum ꝙ dicit Philosophus. ii. cae. & mun. Cōpletū est illud post qd non est possibile aliquam rem inueniri extra ipsam. Possibile est autem vt addatur in linea aequali additione sempiterna: & non est possibile vt addatur in circulari linea aliquid omnino: est igitur linea rotunda stans perfecta. Si autem aliquid fuerit imperfectum: quia susceptibile alicuius supra se extra simplicitatem naturę & essentiae suae: aut ergo est ista imperfectio propter differentem gradum naturarum: aut propter diuersitatem in natura ipsarum. Primo modo creatura proxima in dignitate naturae primo principio qd de⁹ est, semper perfecta est respectu remotioris: & remotior imperfecta respectu superioris: quia superior aliquid addit dignitatis in esse suo super dignitatem in esse iferioris. Scdo mō triplicit: vl' mltitudine eiusdē specie diuersitate idiuiduoꝝ: vel eiusdē gn̄e diuersitate specierū: vl' diuersoꝝ gn̄e. Prio mō ipfectū ē qdlibet idiuiduū qd habet aliud sibi silē i specie sibi

Margin letters: C, D, E, F

additum in eadem specie:& perfectum qd continet totam suam speciem sub vnico indiuiduo:si aliquod esset tale. Et per hunc modum in primo cae.& mun. Philosophus posuit mundum esse perfectum:qa secundum ipsum nō posset esse alius numero. Vnde dicit ibi Commē. Haec est causa multorum indiuiduorum vnius speciei.s.ꝙ propter diminutionē non fuit natura contenta in esse vni⁹ Secūdo modo omne corpus mundi contētum in toto est imperfectum & diminutum: quia habet aliud extra se qd tangit ipsum, licet sit perfectum secundum tres dimensiones, vt dictum est. Et solum corpus vniuersi est perfectum:quia nullum potest esse extra qd tangit ipsum. Vnde dicit Philosophus.i.cę.& mun. Reliquorū corporū vnūqdqꝫ secūdū suam dispositionem est in termino complementi:quia habet tres dimensiones. Veruntamen est ei terminus quē tangit aliquod corporum quod est post ipsum:& cōmēsurat̃ ipsum. sit ergo ꝓpter illud vnūqdqꝫ eorum multa. vbi dicit Cōmen. Et secundum hūc modū sunt diminuta quę possunt recipere additionem:& non sunt multa nisi quia sunt contingentes:& qd inuenitur in eis plus q̄ vnum, est diminutum : quia si esset perfectum sufficeret esse vnum:& sic est in mūdo. Et hoc est qd cōtinuo dicit Philosophus. Totū aūt cuius corpora ista sunt partes, est completum non diminutum necessario. Commen.i.totus mūd⁹ necessario est ꝑfectus oībus modis perfectionis. Est eñ perfectum:secundum ꝙ omnes partes eius ꝑfectę sunt:& qm̄ nihil continet ipsum:& non est plus vno indiuiduo. Et per hunc modum quilibet numerus minor respectu maioris propter additionem est imperfect⁹. Propter qd dicit Philosoph⁹ v.metaphysicae. Qd diminuit ex quantitate secundum ꝙ est quantitas, semꝑ dicitur pars illius ex quo diminuitur:sicut dicit̃ ꝙ duo sunt pars triū. Tertio modo qdlibet genus p̄dicamenti quo ad omnia quae continet, imperfectum est in natura & essentia sua:quia extra se habet perfectionem in alio p̄dicamento, quā non habet ex natura & essentia sua. Et ꝑfectiōe opposita huic imperfectioni nulla creatura oīno pōt esse ꝑfecta:imo q̄libet est iꝑfecta:qa in sua essentia nō habet qcqd ꝑfectiōis est in q̄libet alia:sed eā oportet inuestigare i solo creatore deo:qa i ip̄o solo iuenit̃, vt habet declarari in quaestione sequenti. ¶ Qꝫ ergo queritur vtrū deus dicendus est esse perfectus, Dicendū ꝙ sic

G secūdū oēs modos ꝑfectionis praedictos, amouendo ab eis illud quod imꝑfectionis eis admixtum

Respōsio. est in creaturis:quia in eis pure & absolute ꝑfectum nihil potest inueniri. Est ergo intelligēdum ꝙ

H secundum determinationem Philosophi in.v.metaphysicę, oēs p̄dicti modi ꝑfectionis ad tres reducuntur. Dicit eñ ibi: ꝙ quę dicunt̃ ꝑfecta per se, secūdū hos modos dicunt̃. quędam quia non diminuitur ab eis aliquid de bonitate, neqꝫ eis est magis: & hoc quo ad primum modū: & etiā nihil inuenit̃ extra illa:& hoc quo ad omnes alios p̄ter vltimū:& quodammō vl'i:ita ꝙ in eis est nobilitas in vnoquoqꝫ genere:& nihil est extra illa:& hoc quo ad vltimū modū, quē (vt in sequenti quęst. patebit) deo attribuim⁹. Vnde exponendo istā vltimā clausulā dicit Cōmen.ꝙ definitio eorum q̄ vl'r dicunt̃ ꝑfecta, est talis:ꝙ ꝑfecta sunt illa quorum nihil iuenit̃ ꝑ qd dicunt̃ imperfecta in eis:aut extrinsecū.& ista est dispositio primi principii.s.dei. Et loquit̃ de sic ꝑfectis i plurali, mō ponentiū plures deos essentialiter, licet secundū veritatem tm̄ vnicus sit talis, vt habitum est ex supra determinatis. Et sic ista definitio ꝑfcte conuenit soli deo:quia in ip̄o solo nihil inuenit̃ per qd dicat̃ imperfectum:nec in ipso nec extra ipsum. Vnde & dicit Auicē.iiii.meta.ꝙ ꝑfectum bonitate est aliqd:quia quicquid debet habere de bonitate habet, & nihil remanet extra. Et ꝑ attributionem ad istum modū perfectionis, dicitur perfectio in omnibus aliis q̄ creaturę cōueniūt. secūdū ꝙ cōsequēter subdit Philosophus dicēs. Alii aūt modi sunt secūdū hūc modū aut in faciendo aliquid tale.s. quale facit primū ꝑfectū: aut in habēdo.s. aliqd tale quale ipse habet:aut in congruendo tali: aut qa dicunt̃ in aliqua ꝓportione qua attribuūt ad illa quę dicunt̃ ꝑfecta primo modo. Vbi dicit Cōmentator.i. alii de quibus dicit̃ hoc nomen ꝑfectum, dicunt̃ ꝑfecta aut qa agūt illa q̄ sunt ꝑfecta aut qa aliqd est in eis istorū ꝑfectorum:aut qa assimilant̃ eis:aut qa eis attribuuntur aliquo modo

I attributionis. Deus ergo simpliciter perfectus debet dici:& primo ꝑfectum ex se: in quo nihil inuenitur iperfecti:neqꝫ i ip̄o:neqꝫ extrisecus. Neqꝫ in ipso, ꝓpter oēs modos ꝑfectionis p̄ter vltimum, q cōueniūt creaturis. Neqꝫ extrinsecus, ꝓpter vltimum modum quem nulla creatura attingit:quia in qualibet inuenitur aliqd imperfecti:quia nō habet in sua essentia id perfectionis qd habet extrinsecus alia creatura:sicut habet deus, vt infra videbitur. Est igitur deus perfectus secūdum primū prędictorum modorum perfectionis:quia nihil diminuitur in eo de bonitate, neqꝫ est aliquid eo in bonitate magis:& hoc propter eius infinitatem, vt infra videbitur. Sed aliter q̄ in creaturis dicuntur aliqua ꝑfecta prio mō. In illis eñ qd ꝑfectū est:cōpositū est ex imꝑfecto & ꝑfectiōe:cui cōuenit ille mod⁹ ꝑfectiōis. qm̄, vt dicit Phus, virt⁹ est qdā ꝑfectio. qdlibet eñ dicit̃ ꝑfectū qñ secūdū speciē ꝓprię virtutis i nulla deficit pte. Et hęc est bonitas cuiuslibet rei substantialis qua ꝑficit̃ in suo eē: & habet opationē ꝑfectā:debitā suę speciei. Si iquā ponam⁹ talē creaturā ꝑfectā eo ꝙ nihil diminuit̃

¶ Dicendum q aliquorum erat opinio, q amor nõ est de diuinis nominibus, neq põt poni in deo, & hoc vna ratiõe, qa sub noie amoris nihil vnq̃ deo attribuiť i sacris eloquiis. Cõtra quos dicit Diony. iiii. de di. no. Audebit & hoc dicere vera ratio, quia ipe oĩm causalis p bonitatis excellẽtiã oĩa amat, oĩa facit & cõtinet. Et est diuinꝰ amor optimus optimi p optimũ. Ipse eñ bñfactor existẽtiũ amor in optimo per excellẽtiã ante subsistẽs. Et respõdet eorũ ratiõi, q licet sub ꝓprio vocabulo sacra eloqa deo amorẽ nõ attribuũt, tñ ei amorẽ attribuũt sub aliis vocabulis, quibꝰ sentẽtialiter deo attribuiť amor. Stultũ eñ est vocibꝰ intẽdere, & nõ sentẽtię. dicẽs eẽ irrationale arbitrio & stultũ, nõ virtuti intẽtionis attẽdere sicut dictionibꝰ: & hoc nõ esse diuina intelligere volentiũ, sed sonos leues pcipientiũ &c̃. Vbi subiũgit. Verũtñ vt nõ hoc dicere putemur tãq̃ diuina eloquia submouẽtes, audiãt hãc amoris noiationẽ criminãtes &c̃. Vbi inducit plures sńias sacrę scripturę, qbus significať & implicať q amor sit i deo. Alia vero ratiõe idẽ ponebãt sumpta ab amore i nobis. Credebãt eñ q amor nõ est i nobis nisi ex passiõe siue affectiõe & cõmotione quadã, q̃ in deo cadere nõ pñt oĩno: quare neq amor secũdũ ipsos. Sed ratio ista nõ cogit. qm̃ nomẽ amoris cõmune ẽ ad verũ amorẽ, & aliũ de quo illi loquunť. Propter qd ad differẽtiã illius theologi istũ appellãt verũ amorẽ. dicẽte Dionysio. Mihi videnť theologi cõe quidẽ dixisse dilectiõis & amoris nomẽ: propterea aũt diuinis magis referre vere amorẽ semp cõsequẽtẽ taliũ virorũ adamationẽ, cũ nõ sit verꝰ amor sed vmbra, aut magis casꝰ veri amoris. Audendũ aũt (vt ibidẽ dicit) hoc p veritate dicere: quia oĩm causalis bono & opeimo oĩm amorẽ. &c̃. Vbi declarat ex diuinis opationibꝰ circa creaturas, deo inesse amorẽ, supponẽs q illa sine amore fieri nõ habẽt. Quõ aũt illud intelligẽdũ sit, in proxima q̃stione sequẽti vi debiť. Quãtũ aũt ad pñtẽ ptinet q̃stionẽ, sufficit scire qa amore large accepto oẽs actiões quibus creaturę inter se in ordine vniuersi sociant, nõ pcedũt ab eis sine amore. dicẽte Dionysio. Amorẽ siue diuinũ, siue angelicũ, siue intellectualẽ, siue aialẽ, siue naturalẽ dicamus, vnitiuam quãdã & cõtinuatiuã intelligimꝰ virtutẽ, superiora quidẽ mouẽtẽ in puidẽtiã inferiorũ, equiformia iterũ i socialẽ vicissitudinẽ: & nouissima subiecta ad meliorũ & suppositoꝝ cõuersionẽ. Vt sic secũdũ. v. modos appetitꝰ supra distinctos in q̃stione de libertate volũtatis dei, qui sunt pricipia oĩm opationũ cõtigẽtiũ i creatore & i creaturis, rñdeãt. v. modi amoris: iter quos supmus & supeminẽs ẽ amor diuinꝰ, sicut ẽ diuinꝰ appetitꝰ. Et sicut diuinꝰ appetitꝰ ẽ ad bonũ simplr, sic & diuinꝰ amor mõ corrñdẽte: vt i hoc differat i deo amor a gaudio, delectatiõe, & hmõi q̃ sũt i deo: vt gaudiũ & delectatio i deo sicut & i nobis, tãtũmodo sint de bono pñti: desideriũ aũt de bono expectato. Sed amor ẽ boni simplr & in cõi, quẽ supponit ois appetẽs. Vñ & affectiones oẽs & passiones in quocũq sint, amorẽ psupponũt. Gaudiũ eñ & delectatio, desideriũ & spes, & cętera hmõi, nõ sunt nisi boni p se amati, quia habeť vel optať haberi. Ira vero, timor, tristitia, & hmõi, nõ sunt nisi boni nõ habiti vel amittẽdi. Vñ nemo timet bonũ amittere, nisi quia amat ipm̃ habere: neq tristať de malo, nisi qa p ipm̃ priuatur bono amato vel desiderato. B Responsio quorũdam C

¶ Ad primũ in oppositũ, q odiũ nõ est natũ deo inesse: quare neq amor: dicendũ q secundum expositionem phi in postpdicamentis, illa maxima, Cõtraria nata sunt fieri circa idem, intelligiť, nisi alterũ determinate insit. Nunc autem determinate ex natura suę bonitatis amor inest deo. dicẽte Dionysio. Oĩbus est bonũ & optimũ & concupiscibile, & amabile, & delectabile, & per ipm̃ & propter ipm̃, & minora meliora conuertibiliter amãt, & sociatiue equiformia, & meliora minora prouide, & hęc semetipsa singula quęq connexione, & esse bonum & D Ad primũ prin.

E Ad secūdū optimum desiderantiā facit & vult oīa quecūq; facit & vult. ¶ Ad secundum q amor determinat voluntatē ad amandū & volendū, dicendū est q differt dicere volūtatē determinare ad volendū, & inclinare. Qđ enī determinat appetitū, ducit ipm in actū appetēdi determinate id ad qđ ipsum determinat: quēadmodū dictū est supra de appetitu brutali. Et sic volūtas nunq̄ aliquo ad volendū determinat. Licet enī determinate vult seipm ita q non possit se nō velle, non tamen determinatur sua voluntas in volēdo seipsum ad seipsum volēdum: quia voluntas sua non ducitur necessitate preueniente vt velit se: sed libere seipsum ducit in volēdo, licet necessitate immutabilitatis cōcomitante: vt dictū ē supra. Quod autē volūtatē inclinat ad volendū, nō ducit ipsum in actū: sed tantū quasi allicit vt seipm ducat: quēadmodū habitus virtutū in volūtate inclināt ipsam ad actus proprios eliciendū, & per consimilem modū quasi trahūt passiones. Et p hūc modum amor vacare nō potest: sed semp allicit voluntatē ad actū volendi bonū, quod est amoris obiectum, & hoc vel simpliciter indeterminate, quādo amor sumit vt simpliciter īdeterminate respectu cuiuscūq; boni: determinate vero quādo est respectu alicui⁹ boni determinati, secundū q de hoc amplius videbitur in questione sequēti.

F Ad tertiū. ¶ Ad tertiū, q amor recipit magis & min⁹, & nihil tale est in deo: Dicēdū q differētia est inter actus ptinētes ad dei voluntatē, & ad dei intellectū: quoniā illi qui ptinēt ad intellectū, ad creaturas nō terminant sicut effectus intellectus, sed solū sicut terminus. Actus vero volendi dei, quādo est in respectu ad creaturas, nō solum respicit eas vt actionis terminum: sed vt eius effectum. Quecūq; enim vult in creaturis, q̄ ptinēt ad ipsarū existentiā in esse & in bn̄ eē, effectus diuine volūtatis sunt: vt declarari habet loquendo de emanatione creaturarū a deo. Nūc autē ita est, q actus aliquis potest deum denominare vel ratione substātie actus, vel ratione effectus qui ex ipso solet cōsequi in creaturis licet nō ratione substātie actus. Verbi gratia, cum deus dicit diligere creaturas, substātia huius actionis est in deo: quia est ipa diuina essentia. Cum vero dicit q de⁹ irascitur creaturis, substātia huius actus secundū q nominat passionem, non est aliquid in deo, sed ab hoc actu nominat quia effectū ad modū irascentis operatur circa creaturas. Et primo modo actus de deo dicit proprie. Secūdo aūt modo nō nisi transumptiue & metaphorice. Et sicut est

G de substātia actus, sic est de magis & minus circa ipm actum. Nā magis & minus possunt intelligi dici de deo circa aliquē actum dupliciter. Vno modo ex intēsione in substātia actiōis. Alio modo ex intēsione in substātia effectus. Primo modo nulla actio omnino dicit de deo secūdum magis & minus: quia actio sua est sua substātia, in qua nō cadūt magis & min⁹. Scđo mō actio volūtatis terminata ad creaturā vt ad effectū eius, dicit secūdū magis & minus. Dicit enī de⁹ magis diligere maius bonū: quia maius bonū est qđ operatur in vno q̄ in alio: ad modū illi⁹ q magis de bono facit vni q̄ alteri: quia magis intēsiue scđm substantiā amoris amat vnū q̄ alterū. Et sic nō ꝓprie sed metaphorice secūdū magis & minus ꝑdicātur de deo actus ptinentes ad volūtatē eius. Quare cū amor sit ratio in volūtate actus volendi & causandi effectus bonitatis in creaturis, dicēte beato Dionysio. ca. iiii. de di. no. Ipse benefactor existentiū amor in optimo, ꝑ excellentiā autē subsistēs nō finit ipsum infecundū in seipso manere. Mouit autē ipm in agēdū, iuxta oīm genitiuā excellētiā. Secundū hunc igit modū amor in deo pōt dici & vere dicit secundū magis & minus, nō ratione substātie sue, sed intēsionis bonitatis in effectu suo: vt vere dicatur deus habere maiorem amorem ad maius bonum, & minorem ad minus bonum.

H Quest. IIII. Argu. 1.

Irca quartū arguit, q amor in deo sit actus ipse amādi. quia sicut se habet in deo notitia ad actū cognoscēdi ex pte intellectus, sic se habet amor ad actum amādi ex parte volūtatis. sed ex pte intellect⁹ notitia est ipe actus noscēdi in ei⁹ intelligētia, nō autē habitus in memoria, neq; aliquid aliud in eo. ergo ex pte volūtatis amor ipe erit actus amādi in volūtate: nō aūt vt habit⁹ vel vt passio.

2 ¶ Q; aūt amor sit in volūtate vt passio siue affectio, arguit. qa eius cōtrariū. s. odiū, passio ē & affectio ī illo cui⁹ est, & cōtraria sunt eiusdē generis. nō ergo est actio aut habitus.

3 ¶ Q; autē sit habit⁹ arguit. qm̄ illud qđ mouet agentē ad agēdū, habit⁹ est in ipso nō actus vel passio, quia est vt principium illorum. amor in deo est huiusmodi, vt patet ex dicto Dionysii in fine questionis ꝑcedentis. ergo est habitus, non actio aut passio.

I Resolu. q. ¶ Hic oportet intelligere in principio: q cū in genere triplex sit appetitus, scilicet pure naturalis absq; omni cognitione: animalis per cognitionem sensitiuam: & rationalis per cognitionē intellectiuā: Quorum primū non est nisi per principium inclinatiuū ad motum: nō autem motiuū nisi per accidēs: Secūdum est per principiū motiuum: sed per appetibilis determinationē: Tertium vero est motiuū libere & ex se, sicut patet ex supra determinatis: Sic aūt est

in essentialiter ordinatis secūdum gradus adinuicem, ꝙ quicquid est pfectionis in inferiori & impfectiori, est & in pfectiori: licet sub ratiōe eminētiori: queadmodū vegetabile est in sensibili, & vtrūq; i ratiōali: sicut trigonū in tetragono & tetragonū in pētagono: vt determinat Phs se cūdo de aīa. Pricipiū igit inclinatiuū ad motū fm appetitū pure naturalē nō motiuū, est i pricipio motiuo fm appetitū aīalē: & pricipiū motiuū fm appetitū aīalē: amoto illo qd ē impfectionis i ipo. s. determinatiuo ad motū p appetibile pdictū, virtute est i motiuo fm appetitū rationalē. Hoc em principiū. s. voluntas, secūdū ꝙ est natura habet principiū inclinatiuū ad motū in se non motiuū: secundū autē ꝙ est appetitus simpliciter, nō mouet nisi quasi indeterminate & qsi in habitu: sicut nō mouet appetitus aīalis priusq̄ determinet per obiectū. Secūdū autē ꝙ ille appetitus est rationalis, seipsum ex seipso determinat ad actū, solūmodo pposito sibi bono p cognitionē in intellectu. Vt in appetitu qui est volūtas, sit tria cōsiderare secūdum rationē differētia scilicet pricipiū inclinatiuū, & principiū motiuū simpliciter, & rationē qua dicit ex se motiuū ex qua habet libertatē: vt dictum est supra: cui in nullo derogat per principiū naturale inclinatiuū: licet principiū motiuū sit quasi cōcomitans principiū naturale inclinatiuū. Qm pricipiū inclinatiuū: eo ꝙ non est motiuū: licet determinet obiectū in qd est mouēdū: & hoc simpliciter & in genere: vt bonū sub ratiōe boni simpliciter: & in illo ad bonū qd est ratio omnis boni: secūdum ꝙ verificat & exponit illud philosophi, Oīa bonum appetūt: nō tamē determinat appetitum ad aliquē motū determinatum in determinatū bonum: quēadmodum determinat appetitus aīalis secūdum predeterminatū modū. Huiusmodi autē principiū inclinatiuū sub ratione qua est inclinatiuū & non motiuū, amor est in oīni genere appetitus: & diuersificat secundū diuersificationē appetitus: vt secundū ꝙ sunt quinq; modi appetit⁹, scilicet naturalis, aīalis, human⁹, angelicus, & diuinus: sic quinq; sunt modi amoris: vt patet ex auctoritate Dionysii posita in precedenti questione. Et (vt dicit in eodem) amor est virtus quedam vnitiua & cōtinuatiua. & non solum vnitiua & continuatiua, sed etiam conuersiua, secundum ꝙ dicit in precedentibus. Est autem ecstaticus diuinus amor, non sinens seipsos esse amantes sed amandorum: vt scilicet amans non maneat ipse amans: sed fiat quodammodo ipse amatus. secundum ꝙ declarat per illud quod dixit Paulus, Viuo ego iā non ego, viuit autē in me Christus: dicens. Vt vere amator & mēte excedēs, sic inquit, deo nō ipsam sui viuēs: sed amati vitam vt nimis dilectissimā. Et secūdum hoc amor tripliciter habet cōsiderari, pcipue ille qui est cum appetitu rationali, de quo principaliter loquimur. Vno modo inquantum habet vim inclinatiuā voluntatis amatiue in actum amandi: & mediante actu in obiectum. Alio modo inquantum in ipso actu vnit amātem cū amato. Tertio modo inquātum per vnionē cōuertit amātem in amatum quodāmodo. ¶ Descēdēdo igitur ad questionē dicimus ꝙ amor cōsideratus primo modo habet rationem habitus tanq̄ inclinatiui potentie ad actum & in obiectum. Vnde dicit Dionysius ꝙ amor mouit ipsum deum ad agēdum, vt habetur in fine precedētis questionis. Secundo modo quodāmodo habet rationem actus: & est amor idem quod ipsa amatio: que est actio amandi, sicut lectio est actio legendi. Tertio autem modo habet quodāmodo rationem passionis. Cōuertendo enim amātem in amatū tanq̄ in summe dilectū, summā concipit delectationē ex praesentia summe delectabilis sibi: & per hoc fit ipsius amoris intensio: & amādi actus. Magis em amamus qd quasi essentialiter & eēntiali amore nobis aliquo genere magis vnitur, aut naturali ppagatione, aut familiari cōuersatione, aut aliquo alio modo. Sed quasi accidētaliter & quasi accidētali intēsione amoris aliqn magis amam⁹ ad tēpus quos amam⁹ ex aliq̄ passione q̄ illos quos amamus ex naturali ppagatione: vel alio modo: licet facilius trāsit: sicut & trāsit ipsa passio. Et intenditur sic amor ex passione: quēadmodū si quis esset naturaliter rubeus, ex passione superuenientis verecūdie amplius fit rubeus. Et sic amor dicitur passio propter intensionē quā recipit in se ex passione: sed magis proprie passibilis qualitas siue affectio. Et licet secundum hec amor vno modo possit dici habitus, alio modo actio, tertio autem modo passio: ex se tamē & ex sua natura nō habet, ꝙ sit passio, nisi quia in ipo fit intēsio ex passione: neq; ꝙ sit actio, nisi quia per actionem vnit amātem amato: sed ex se & natura sua habet solūmodo ꝙ sit habitus. Vnde quia in deo nō cadit passio nisi metaphorice dicta, vt infra videbit: ideo amor dei i sua essentia intensionē nō est natus recipere: neq; in deo habet vllo mō rationē passionis aut affectionis nisi extendendo nomē affectionis, sicut ipsum extendit Augustin⁹, ad nomen habitus. In deo autē quia est vera amationis actio, quodā modo in deo actio potest dici, sicut & in creaturis suo modo: & secūdū hoc ab aliquib⁹ amor dicit primus actus volūtatis: pprie aūt neq; in deo: neq; in creaturis habet aliā rationē q̄ rationē habit⁹: & hoc scdm modū quo ratio habitus pōt poni

K Responsio

L in deo,ſecũdũ prędeterminata.¶Sed eſt aduertẽdum,ꝙ amor vt habet rationẽ habitus,diſtin-
guitur in tres modos amoris,ſecũdum ꝙ reſpicit diuerſos actus amationis quoꝝ eſt principiũ
inclinatiuũ:& ſimiliter in alios tres:ſecũdum ꝙ reſpicit eſſentiã ipſius habitꝰ.Primo modo di-
ſtinguiẗ in amorẽ concupiſcentię ſiue beniuolẽtię:& in amorem beneficentię:& in amorem cõ-
placentię.Amor primo modo eſt illę quo volumꝰ bonũ alicui.Scd̃m quẽ ea q̃ alicui volumꝰ nõ
dicimus proprie amare ſed cõcupiſcere: & illum amare cui bonum deſideramus:quẽadmodũ
vult & amat aliquis vinũ:& hoc improprie & per accidẽs:quia amat ipm̃ ſibi in vſum:& p ſe
amat ſeipſum. Iſte modus amoris non cadit in deo niſi reſpectu creaturarũ quibus vult bonũ
ꝓpter ipſas ſubiectiue,nõ ꝓpter ſe,licet ꝑ ordinẽ ab bonum qd̃ eſt ipſe.Amor beneficẽtię eſt ille
quo nõ ſolum bonũ alicui deſideramꝰ ſed facere diſponimus. Et eſt iſte modus ſimiliter in deo
reſpectu creaturarũ:& nõ differt multũ a primo.Amore cõplacẽtię volumus bonum alicuius
vt eſt eius,quia in ipſo nobis complacet.Et eſt iſte modus veriſſimꝰ amoris: quia eſt boni ſcd̃m
ꝙ eſt bonũ ſiue ſecundum ꝙ eſt honeſtũ,non ſecundum ꝙ eſt vtile aut delectabile.& eſt in deo
perfectiſſimꝰ & reſpectu ſui & reſpectu creaturarum.Vult enim deus bonũ vniuſcuiuſq; ſecũ-
dum ꝙ eius,ſiue ſui,ſiue alterius:licet bonum alterius vult in ordine ad bonum qd̃ eſt eius.Se
cundum vero ꝙ amor reſpicit aut nominat eſſentiam ipſius habitus,diſtinguitur in amorem
naturalem,liberalem,& gratuitum.Et eſt amor naturalis in omnibus entibus iuxta gradũ ap-
petitus in eis,vt dictũ eſt:& eſt etiã in agẽtibus per volũtatem,principiũ & origo omnis volũ-
tarię actionis,nõ ceſſans inclinare voluntatẽ in actum volendi bonũ:ſed indeterminate.dicente
Auguſtino i expoſitiõe tituli pſalmi.xi.Beati quorũ.Ipſa dilectio vacare nõ poteſt.Quid em̃ de
vnoquoq; homine etiã male operatur niſi amor?Vnde iſte amor in nobis origo eſt & fundamẽ
tum amoris liberalis,qui cõſiſtit in virtutibꝰ acquiſitis:& ex cõtrario amoris illiberalis & faci-
noroſi qui conſiſtit in vitiis. Vnde ſecũdum ꝙ eſt principiũ inclinans ad bonũ ſimpliciter,dici
tur Charitas large ſumẽdo charitatẽ.Secũdum vero ꝙ eſt principiũ inclinans ad bonum appa
rens & vt nunc,diciẗ libido vel cupiditas.Et eſt idem in radice naturę.vnde dicit Auguſtinus
ibidẽ.Purga ergo amorẽ tuũ:aquã fluẽtẽ in cloacã,cõuerte ad hortũ.Quales ipetꝰ habebat ad
mundũ,tales habeat ad artificem mũdi.Nõ vobis diciẗ nihil ametis:abſit:pigri mortui deteſta
ti miſeri eritis.Amate.Sed quid ametis,videte.Amor dei,amor ꝓximi,charitas dicitur.Amor
mundi,amor huius ſeculi,cupiditas diciẗ:cupiditas refrenetur:charitas exciteẗ.Et ſic ab amo-
re naturali oriuntur iſta duo,quaſi duę radices virtutũ & operũ virtutis:& radices vitioꝝ &
M operum vitiorũ.Vnde & per diſtinctionẽ amoris in amorem qui eſt in finem:& in eum qui eſt
ad finem,diſtinguũtur pręcepta legis diuinę in pręcepta primę tabulę quę pertinent ad amorẽ
dei:& in pręcepta ſecundę tabulę quę pertinẽt ad amorẽ proximi.Iſte amor naturalis in volun
tate dei eſt vt voluntas eſt natura:& ſecũdum rationẽ & ordinem conceptuũ noſtri intellectꝰ
eſt quaſi pręuius actui volẽdi elicito a diuina volũtate,inclinans ipm̃ in bonũ qd̃ eſt ipſe:in qd̃
ipſa ſemetipſam libere & quaſi eligibiliter mouet volendo & amando ſeipſum. Et quia eſt ſo-
lum principiũ inclinans non mouẽs,nihil derogat libertati diuinę voluntatis: immo magis eſt
in firmitatẽ libertatis.Quę voluntas quaſi inclinaẗ per amorẽ: & ꝓpria quaſi electione tenet ſe
immutabili neceſſitate cõcomitãte i bono amato. In homine autẽ & in angelo tẽpore pręcedit
eius inclinatio in bonum ante oẽm actum volendi electiuũ elicitũ ex volũtate angelica aut hu
mana.Vtrum autẽ actus volendi nõ electiuus in angelo pręceſſit primũ actum volẽdi electiuũ
quo malus angelus erat obſtinatꝰ:& bonus per gratiã cõfirmatꝰ:de hoc nihil ad pręſens.Et q̃a
N iſte amor inclinat in modũ naturę ad vnũ vltimũ:ideo cõparat Auguſtinus eũ ponderi in gra
uibus & leuibus cũ dicit.xiii.libro cõfeſſionũ capite.ix.Te fruimur requies noſtra,locus noſter
amor illuc attollit nos:corpus pondere ſuo nititur ad locũ ſuum:ignis ſurſum, deorſum lapis
ſua loca petunt.minus ordinata inquieta ſunt:ordinãtur & quieſcunt.Pondus meũ amor meꝰ
eo feror quocũq; feror.Amor autem liberalis in intellectualibus eſt:& cõſiſtit in habitibus vir-
tutum includẽtibus in ſe amorẽ naturalem,ſub modo perfectiori inclinans in bonum ſimplici-
ter q̃ ſecũdum ꝙ erat pure naturalis.Et eſt in homine amor naturalis radix & origo amoris li-
beralis & oĩm habituum virtuoſorũ:vt ſint habitꝰ virtutũ nihil aliud q̃ determinatiões amo-
ris naturalis:quibus determinate inclinat ad bonum ſecundum ꝙ eſt finis diuerſarum virtu-
tum: & per fines proprios ad finẽ omniũ bonorum cõmunem.in quo conſiſtit beatitudo & fi-
nis virtutum.dicente Auguſtino de moribus eccleſię capite.xv.Nõ arbitror cum de moribus
& vita ſit quæſtio,amplius eſſe quærẽdum qd̃ ſit hominis ſummũ bonũ quo referẽda ſunt oĩa
niſi quod habere eſt beatiſſimũ:id autẽ ſolus deus:cui hęrere non valemus niſi dilectione,amo

re, charitate. Q si virtus ad beatam vitā nos ducit, nihil oīno esse affirmauerim, nisi summū amorē dei. Nā illud q quadripertita dicit virt⁹, ab ipsius amoris vario affectu, quātū intelligo, dr. vt Tēperātia sit amor integrū se pbēs ei qđ amat: fortitudo amor facile tolerās oīa pp̄ter id qđ amat: iustitia amor soli amato seruiens: prudētia amor ea quib⁹ adiuuat, ab eis quibus impeditur sagaciter eligēs. Sed hūc amorē nō cuiuslibet rei sed dei esse dicimus. Et infra .xxiii. Vt nihil aliud sit bn̄ viuere q̄ toto corde, tota aīa, tota mēte diligere deū, a quo existit, vt incorrupt⁹ in eo amor atq integer custodiat, qđ est temperātię: vt nullis frāgat icōmodis, qđ ē fortitudinis: nulli alii seruiat, qđ ē iustitię: vigilet in discernēdis reb⁹, qđ est prudētię. Et secūdū hoc si virtutē ad amorē cōparem⁹, nihil aliud est q̄ ordo amoris, vel amor ordinat⁹. Quātū em̄ ad materiale in virtute & substātiā habit⁹, virt⁹ nō est nisi amor ordinat⁹: quātū vero ad formale & cōpletiuū virt⁹ nō est nisi ordo amoris. Talis autē amor i deo est: queādmodū & habit⁹ virtutū, scđm modū superi⁹ determinatū. Et qa iste amor scđm diuersas virtutes inclinat ad diuersos fines pprios diuersarū virtutū circa humana bona: in modū ei⁹ qđ mouet pcessiue ad loca diuersa: cuius motus principiū, instrumētū pes est ideo Augustin⁹ hunc amorē cōparat pedi. Exponēs em̄ illud Psalmi .ix. In laqueo suo quē abscōderūt cōphensus est pes eoꝝ. dicit sic. Pes aīę recte intelligit amor: qui cum prauus est, vocat cupiditas aut libido: cū aūt rect⁹, dilectio vel charitas. Amore em̄ mouemur tanq̄ ad locū quo tēdim⁹ Amor aūt charitatis est virtus gratum faciens, diuinitus infusa: q̄ est forma cęterarū virtutū dirigēs ipas ī vnū finē vltimū supnaturalē mō supnaturali: cū ex se nō dirigāt in illū nisi mō naturali & hūano. Et talis amor est i deo: imo est ipe deus, dicēte Ioā. in tertia Cano. sua. Deus charitas est. & in nobis cōparat alis: quia eo ad cęlestia volamus.

¶ Qz ergo arguit primo q amor est actio in volūtate: qa notitia est actio in intellectu: Dicēdū q reuera p actione qnq sumit sicut & notitia: vt cū ptes imagis i nobis distinguunt penes illa tria, mēs, notitia, & amor. proprie tn̄ amor nō est actio sed amatio. ¶ Ad secundum q est passio: quia eius contrarium vt odium, est passio: dicendum q odium secundum q est nomen vitii, passio nō est, sicut neq amor, nisi ex annexa tristitia: queādmodū & amor qnq dicit passio ex annexo gaudio vel delectatione. ¶ Argumētū probās q sit habit⁹, simplr cōcedendum est. — O Ad prī. principa. P Ad scđm. Q Ad tertiū

Equit Arti. XLVII. de actione voluntatis quę est velle siue amare. Circa quam quęruntur quatuor. — Articulus XLVII.

Primo de ipsa actione volūtatis q̄ est velle vel amare secundum se.

Secūdo de ipsa in comparatione ad actionē intellect⁹, quę est intelligere.

Et quia i altera illarū vel in ambab⁹ cōsistit dei beatitudo: ideo tertio q̄retur de dei beatitudine. Et qa beatitudini annexa est delectatio: ideo quarto quęretur de dei delectatione.

Circa primum istorum quęruntur quinq.

Primum: vtrum deus sit volens.

Secundum: vtrum quilibet actus eius volendi sit eiusdem rationis.

Tertium: vtrum deus velit seipsum.

Quartum: vtrum actus volendi seipsum principaliter terminet ad essentiam an ad personas.

Quintum: vtrum deus velit seipsum de necessitate.

Irca primū arguit: q de⁹ n̄ sit volēs. Prīo sic. ab eo qđ se habet p idifferētiā iquātū hmōi, nulla pcedit actio iquātū hmōi. scđm Cōmē. sup. 2. Phy. volūtas diuia quātū ē de se, p idifferētiā se habet ad oīa volita: nec ab aliq̄ h3 determiari, vt habitū est supra. ergo &c. ¶ Scđo sic. oīs volēs ad suā pfectionē idiget volito. aliter em̄ frustra illđ vellet. ī deo nulla ē actio frustra: nec aliquo idiget. ergo &c. ¶ Cōtra. in ęternis nō distāt siue differūt actus & potentia, scđm Phm. Cum ergo in deo sit volūtas q̄ est volēdi potētia, vt hitū ē supra: ipa ergo ē i actu. s3 act⁹ volūtat ē velle. ergo &c. — A Quæst. I. Arg. 1. 2 In opposi.

¶ Dicēdū ad hoc: q cū appetit⁹ sit in re ex eo q ē aliqđ in rerū natura existēs, vt habitū ē supra: quāto ergo aliqđ habet eē pfect⁹ in rerū natura, tāto pfectior ē in eo appetit⁹. cū ergo diuia natura pfectissima sit, vt hitū ē supra: i deo ergo ē pfectissim⁹ appetit⁹. Perfectio aūt vniuscuiusq nō est nisi scđm q ē in actu. Cū ergo pfectissim⁹ appetit⁹ ē volūtas: qa liberrim⁹, vt habitū ē supra: ī deo ergo ē volūtas exn̄s ī actu volēdi. Tale aūt ens ē volēs. deū ergo ponēdū ē esse volētē. & hoc ex rōne pfectiōis suę i eē naturę nō i eē cognitiuo, qa ē pfecte cognoscēs. Licet ei volūtas nō ē secundum actum nisi existente intellectu secundum actum: non tamen cognoscere est ratio eius qđ est velle. Nō em̄ ex eo q cognoscit bonū, habet q vult bonū: licet hoc nō est sine illo, qa vt habitum est supra, bonū cognitū nō determinat volūtatē: sed ex eo vult bonū q pfectionē habet i eē a forma — B Responsio

inquātū habet rōnē boni: et dat rōnē boni eiꝰ cuiꝰ est: queadmodū ex eo itelligit verū ꝙ habet pfectionē in eē a forma iquātū habet rōnē veri,& dat rationē veri ei cuius est:licet hoc fiat cōtrario respectu:qa actꝰ intelligēdi pficit ex habitudine veri ad itellectū quē perficit: actus vero volendi ex habitudine voluntatis ad bonū in quo pficit,vt patet ex supra determinatis.

C Ad pri. princip. ¶ Ad primum in oppositum:ꝙ volūtas est potentia indeterminata: dicendum ꝙ potentia dicitur indeterminata respectu actꝰ & obiecti dupliciter. Vno modo quo ad substantiam actus & obiecti. Alio modo quo ad exitū suū in actū erga obiectū. Primo modo nō est voluntas indeterminata neq3 dei neq3 creaturę,sicut neq3 appetitus naturalis aut aialis:qa nō est voluntas nisi boni per actū volēdi.nō est eñ actus voluntatis,nisi velle. Nihil eñ agit aliquā actionē aspiciēdo ad malū:secūdū ꝙ dicit Dionysiꝰ.iiii.Capite de di.no.Immo volūtas diuia ē adhuc magis determinata q̄ q̄cūq3 alia,qa determinate vult seipm̄ sub rōne boni,nō tm̄ sub rōne boni simplr̄ seu vlīs,s3 sub rōne boni singularis:cū nulla voluntas creaturę ad rōnē alicuius boni sub rōne singularis determinet Et hoc cōtigit voluntati diuinę propter vigorē suæ libertatis:& ecōtra creaturis ꝑpter libertatis debilitatē,vt patet ex p̄determinatis. Secūdo mō volūtas q̄libet inquātū volūtas ideterminata est ecōtrario determinationi appetitꝰ aialis:qa appetitꝰ aialis ꝑ obiectū pticulare sic determinaf vt necessitate p̄ueniēte necesse habet ꝑ ipetū ferri & duci ꝑ obiectū determinate in motū:appetitus vero rōnalis nequaq̄:imo libere seipm̄ facit in actū,vt patet ex p̄determinatis. Ab eo qđ se habet ꝑ idifferētiā prio mō:nulla ꝓcedit actio:queadmodū lapis se habet ꝑ idifferētiā ad moueri sursū versus quālibet ptē circūferētię:& queadmodū aliq dixerūt ꝙ terra est imobilis ꝑpter ęq̄lē distātiā ad oēs ptes circūferētię. Loquēdo de idifferētia scđo mō,distinguēdū:ꝙ est q̄dđā se hñs ꝑ indifferētiā & quātū est de se indeterminatū priuatiue.s.qa ex se est ideterminatū:sed natū determinari ab alio vt exeat i actū. Aliud vero est idifferēs & quātū est de se ideterminatū negatiue:qa nullo mō natū determinari ab alio vt exeat in actū volēdi. Prio mō appetitꝰ aialis i brutis ē indifferēs & ideterminatꝰ priusq̄ sensus aut vis imaginatiua sibi ꝓponat obiectū : quo ꝓposito,determinaf vt necesse habeat impetū facere i actū,vt supra expositū est. Secūdo modo volūtas in quibuscūq3 est indifferēs et indeterminata,& priusq̄ intellectꝰ aut ratio sibi ꝓposuit obiectū,& etiā postq̄ eidē ipm̄ proposuit: qa libere ex seipsa ꝓposito obiecto seipsam ponit in actū tanq̄ primū mouēs & nō motū ab obiecto,nisi metaphorice,sicut finis mouet. Ab eo qđ ideterminatū est prio mō.s.priuatiue nulla ꝓcedit actio nisi determinef ab alio:& hoc modo ponūt voluntatē determinari q dicunt ꝙ libertas eiꝰ dependet a rōne:& ꝙ necesse habet sequi iudiciū rōnis pticularis. Ab eo vero qđ est indifferens & indeterminatū secundo modo.s.negatiue: bene procedit actio:qa seipsum habet determinare libertate ꝓpria:q̄ in nullo dependet a rōne:& sic libertas in voluntate dei nullo modo impedit volēdi actū:sed ponit summā nobilitatē circa modum ꝓcedendi in actū:q̄ tanto maior est,quanto

D voluntas est liberior. ¶ Ad secūdū,ꝙ ois volens ad suā pfectionē indiget volito, Dicendū ꝙ cū secū-

Ad scđm. dū dicta in p̄cedēti quęstione,principium actus volendi amor est,secundū modos amoris ibi distinctos distinguendi sunt hic & modi actus volēdi:quia volens aut vult amore concupiscentiæ,aut cōplacētiæ. Primo modo cū volens vult sibiipsi aliqd:indiget volito: sicut volūt hoies citra statum beatitudinis. Sic autē nō vult sibi aliquid deus:quia nullū bonū sibi acquiritur:nec etiā beati:quia impletum est eorū desiderium,vt exponi debet loquendo de eoꝝ beatitudine. Sed hoc modo deus vult bona aliis a se,non ꝑpter indigentiā suam, quia bonis aliorū nihil sibi accrescit: sed ꝑpter idigentiam aliorū. Secūdo vero modo volēs non vult ꝑpter indigentiā etiam in illis in qbus sic volitū supplet indigētiā volentis,vt patet in beatis,cum volūt amore cōplacētię beatitudinē suam.& hoc modo vult deus quicqd vult in seipso:qđ vult nō ꝑpter aliquā indigētiā: qa bonū in ipso non supplet aliquā indigentiā aut impfectionē: qa nihil est in eo pfectibile:sed quicqd in eo est ipsa sua pfectio & volūtas,re est ipm̄ volitū,licet differāt rōne.& ideo qđ vult deꝰ in seipo,vult ꝑpter sūmā pfectionē eius quæ cōsistit in illo:qđ etiā iam amplius declarabitur in quæstione sequenti.



Irca secundum arguitur: ꝙ quilibet actus volēdi dei nō sit eiusdē rationis. Prio

E sic.potētię distinguunf ꝑ actꝰ,scđm Phm:& actꝰ ꝑ obiecta.diuinę aūt voluntatis

Quęst.ii. sunt diuersa obiecta.vult eñ seipm̄:vult & alia a se.ergo &c. ¶ Scđo sic.deꝰ vo-

Arg.i. lendo vult seipsum: vult & creaturas. & hoc pluribus modis.s.voluntate bene

2 placiti siue cōplacētię,volūtate bñficētię,volūtate cōcupiscētię & añcedēte & cōsēqnte,& volūtate signi,q̄ plures cōtinet modos:isup & volēdo spirat spūm scm̄ i qbꝰ diuersę rōnes volēdi cōsistūt.ergo &c. ¶ In cōtrariū ē.qm̄ actio virtut[is] vna

In opposi. ē & eadē,qñ ē vna & eadē rō obiecti,vt pz de actu vidēdi diuersas species coloꝝ.q nō ē nisi eiusdē rōnis:qa eadē ē rō visibil'i illis.eadē aūt ē rō obi i oī actu volēdi dei.s.bonū sub rōne boni.ergo &c.

F Responsio ¶ Dicendū ad hoc:ꝙ ratio actꝰ potest intelligi eadē vel diuersa dupliciter.vel quo

ad speciem actus,vel quo ad modũ agendi.Primo modo eadẽ est ratio cuiuscũq; actus,cuius ẽ vna & eadẽ formalis ratio obiecti:& alia est ratio actus vbi est alia ratio formalis agendi. Verbi gratia: Eadẽ est ratio actus in omi actu videndi corporaliter,quia vna est & eadẽ formalis rõ,visibilis.s.lux alia vero est ratio actus videndi & audiendi:quia alia & alia est ratio formalis sensibilis i luce & so no.Loquẽdo aũt de tali rõne act⁹,act⁹ volendi dei qcũq;, & similiter cuiuscũq; volẽtis est eiusdem rõnis:quia eadẽ est rõ voliti.s.bonũ sub rõne boni p quã differt act⁹ volẽdi ab actu itelligẽdi q est veri sub rõne veri.& hoc scdm duplicẽ habitudinẽ quã habet res ad naturã intellectualẽ, vt ifra dicetur.Secũdo mõ diuersa est ratio act⁹ volẽdi in deo scdm q diuersimode est circa bonũ volitũ, sub eadẽ tñ rõne volendi secundũ formã & speciem.Bonũ eñ simpliciter inquantũ bonũ,siue fuerit p essentiam,siue p participationem,est obiectũ volũtatis: licet bonũ p participationẽ nõ nisi sub rõne boni imparticipati:quẽadmodũ lux est obiectum visus siue p essentiã suã,siue participata in specie coloris:sed non in specie coloris nisi sub rõne lucis. Hoc ergo modo diuersa est ratio act⁹ volẽdi dei in volendo bonũ finis qd ipse est.s.volũtate cõplacẽtię siue complaciti: & in volẽdo bonũ qd est ad finẽ:cuiusmodi ẽ obiectũ creaturę,qd est qdã participatio boni in creaturis.& hoc aut volũtate complacẽtię siue beneplaciti qua vult id qd in creatura bonum est,aut voluntate concupiscẽtię q optat creaturę bonũ,aut bñficẽtię q facit i creatura bonũ,deducẽdo bonũ optatũ i effectũ.Et secũdũ hoc actus q est eligere in deo,actus volendi quidam est similiter:& actus qui est intẽdere,& si qui alii huiusmodi sunt:quẽadmodũ debet determinari loquẽdo de volũtate dei in comparatiõe & respectu ad creaturas.

¶Ad primum in oppositũ:q voluntatis diuinę diuersa sunt obiecta: dicendum q verũ est materialia non aũt formalia.quẽadmodũ diuersa obiecta visus sunt lignũ & lapis:q tñ vident sub vna rõne formali obiecti:cuiusmodi est rõ lucis aut coloris. Et secũdũ hũc modũ qcunq; vult deus quãtũcũq; diuersa sunt,vt obiecta materialia volũtatis,oia tamen sunt obiecta eius sub ratione vna formali.s.boni,vt dictũ est.Et ideo est eadẽ ratio formalis in omi actu volẽdi dei: & est eiusdẽ rõnis:quia formalẽ rõnẽ act⁹ nõ variat nisi formalis ratio obiecti variata,vt iã ampli⁹ videbit. G Ad pri. princi.

¶Ad secũdũ patet p iã dicta,nisi quo ad volũtatẽ i actu spirãdi,& in volũtate signi.Ex pte aũt act⁹ spirãdi sciẽdũ q quẽadmodũ scdm pdicta nõ est idẽ dicere aliqd eẽ actũ itelligẽdi & actũ itellect⁹, qm dicere, ẽ act⁹ itellect⁹,nõ tñ est act⁹ itelligẽdi:quia act⁹ itelligẽdi nõ est nisi eẽntialis:dicere aũt p sonale,vt habitũ est supra.Sic nõ ẽ idẽ dicere aliqd eẽ actũ volẽdi & eẽ actũ volũtatis:qm spirare est act⁹ voluntatis:non tñ est actus volẽdi:quia actus volendi nõ est nisi essentialis:sicut neq; actus itelligẽdi,vt dictũ est supra.Spirare aũt nõ est nisi psonale,vt ifra dicet.Et ita licet nõ sint eiusdẽ rõnis oẽs actus voluntatis:omnes tamen actus volendi sunt eiusdẽ rationis,secũdũ q iam determinatum est. Et sicut est de actibus volẽdi:ita est de actibus intelligendi:quia ęqualiter locum habet qstio ista de actibus.s.intellectus,sicut & de actibus voluntatis:& vno eodẽ modo soluenda est.Ex parte aũt volũtatis signi sciendũ est:q volũtas signi nõ ponit ppriũ actũ volendi:sed effectũ aliquem in creaturis vel a deo vel ab ipsis creaturis:qui est quasi signũ q deus illũ velit:quẽadmodũ effectus vindictę quã exercet circa creaturas,est signũ quasi in ipso sit ira erga creaturas.Et sic quẽadmodum secundũ metaphoram dicit irasci pter effectũ irę qui fit in creaturis:sic dicit aliqd velle voluntate signi:quia qd fit in creaturis,quasi signũ est q illd velit deus.Et scdm hoc phibitio,pceptũ, cõsiliũ,pmissio,opatio,dicunt esse in deo volũtates signi:licet i deo nullũ actũ volẽdi ponãt pter illum q est boni vt bonũ est. scdm q habet declarari loquẽdo de volũtate dei circa creaturas. H Ad scdm.

Irca tertiũ arguit:q de⁹ nõ sit volens seipm,Primo sic.volũtas est appetitus quidã.de rõne aũt appetit⁹ est q sit respectu non habiti,possibilis tñ haberi.deo ergo cũ a seipo nõ potest esse nõ habit⁹,nõ cõuenit appetere seipsum.quare neq; velle. I Quest.III. Arg.1.

¶Scdo sic.volũtas nihil vult nisi finẽ voluntatis,aut illud qd est ad finẽ:quia pluribus modis nõ habet aliqd rõnẽ boni,& nõ ẽ volũtas nisi boni.de⁹ aũt nõ vult se sicut finẽ,quia nihil ẽ finis sibiipsi:neq; sicut qd est ad finẽ,quia vltra ipm nullus est finis.ergo &c. 2

¶In cõtrariũ ẽ.qm volũtas bona vult qd simpliciter & scdm oẽm respectũ est bonũ. aliter eñ nõ esset bona:quia ex hoc voluntas est bona , q velit bonũ . vnde & si aliqd bonũ nõ vult,hoc est quia scdm aliquẽ respectũ & ordinẽ habet rõnẽ non boni,vt infra patebit loquendo de voluntate dei respectu creaturarum. dei volũtas semper est bona.ergo &c. In opposi.

¶Dicẽdũ ad hoc q id qd est principiũ inclinãs aliqd ad actũ mouẽdi se in aliud cũ distat ab eo,cum est ei cõiunctum est principium tenẽs illud in actu figendi & quietandi se in illo sicut patet in grauibus & leuibus. p id eñ in locis propriis quiescunt,p qd inclinant p motum ad illa. Quare cũ(vt patet ex pdeterminatis) amor est principiũ inclinans voluntatem p actũ volẽdi K Responsio

in bonum,cum ab aliquo non habet:amor ergo cõsimiliter est principiũ tenẽdi rẽ in actu figẽdi & quietandi se in bono cũ ipm̃ habet.Cũ ergo bonũ qđ de⁹ est,semp habitum est ab ipa dei volũtate: quia p̃sens p actum intelligendi seipm̃:amor ergo ad bonũ qđ deus est, sicut voluntatẽ nõ habẽtẽ illud iclinat mouẽdo ipam i illđ,licet libere & nulla necessitate pueniẽte,vt declarari debet loqñdo de volũtate creata:sic amor ad bonũ qđ de⁹ est,volũtatẽ hñtẽ illđ ita tenet in illđ vt volũtas talis velit illud figẽdo & qetãdo se in illo.Quare cũ voluntas dei summe talis sit:deus igit nõ solũ vult seipsum:sed summe vult:inquãtũ volitũ intimũ est voluntati, & est cõiũctissimũ p summã idẽtitatem:quẽadmodũ summe seipsum intelligit,inquantũ intellectum similiter est intimũ & cõiunctissi

L mũ p summã identitatem,de quo habitum est supra.Ex hoc em̃ cõtigit q deus summo amore seipsum diligit,quãto volũtas diuina amãdo suo bono se summe vnit.Amor aũt virtus vnitiua est: quare & summe vniẽs amor summ⁹ est.Ex quo etiã sequit q semp & vniformiter vult seipm̃:& q pfecte vult seipsum,distincte.s.& simul volẽdo quęcũq; sunt essentialiter volibilia in ipso,vt sunt rerum quiditates & eẽntię.& hoc vnico simplici actu se & alia a se volẽdo, secũdũ q ptractatio istoꝝ triũ patet ex ptractatione consimiliũ circa actũ intelligendi dei in tribus q̃stionibus supra positis de intelligere dei:vt nõ sit opus hic sup hoc pprias questiones mouere:quẽadmodũ etiã nõ est op⁹ hic q̃rere:vtrum velle in deo sit tantũ essentiale,an etiã sit in ipso velle notionale.hoc em̃ patet ex consimili questione ibi determinata circa intelligere dei, secũdũ q debet ptractari loquẽdo de productione spiritus sancti opere voluntatis.

M
Ad pri. principa. ¶Qđ igitur arguitur primo:q deus nõ vult seipsum,qa appetitus est respectu nõ habiti:Dicendũ secũdũ q iam dictum est, q p eandẽ vim res se figit in termino & quiescit in ipso cum habet ab ipsa, p quã transfert se in terminũ cũ est extra ipm̃ & expectat haberi.Et talis vis est volũtatis i intellectualibus & spũaliter quiescẽtibus in termino,& spiritualiter motis in ipsum:cuius actus non est nisi velle siue quiescẽdo in termino siue se transferẽdo ad terminũ:licet alius act⁹ volendi sit iste ab illo.& tamen vtrũq; indifferẽter significat actu volẽdi: qđ tñ non cõtigit in gñe voluntatis qđ est appetit⁹.Licet em̃ actus eius est & respectu iã habiti & respectu habendi, ratio tamen vocabuli secũdũ cõmunẽ vsum magis respicit habẽdũ vt pcedit obiectio:qđ nõ cõtigit in vocabulo voluntatis.Et ideo non sequit q licet actus appetendi non est nisi respectu nõ habiti , q similiter neq; actus volẽdi: quia licet secundũ rationẽ rei indifferenter respiciãt habitũ & habẽdum ambo:tñ secũdũ rationẽ vsus nois,appetit⁹ respicit habendũ tãtũ:volũtas vero cõmuniter vtrũq;.

N
Ad scdm. ¶Ad secundũ dicẽdũ:q deus vult se sicut finẽ. licet em̃ in re idẽ sint in deo voluntas & volitum secũdũ rõnẽ tñ differũt:& secũdũ hoc de⁹ vt bonũ & volitũ,est sicut finis & pfectio diuinę volũtatis:quẽadmodũ ipe inquãtũ verũ,est pfectio sui itellect⁹.Qđ ergo assumit,q nihil est finis suiipsi⁹ dicendũ q verũ est scdm rẽ eandẽ & scdm eandẽ rõnẽ. Secũdũ rẽ tñ eandẽ & diuersam rõnẽ bene põt idẽ esse finis suiipsius.qm̃ idẽ inquãtũ volũtas habet rationẽ pfectibilis,indistantis tamen re & duratione a sua perfectione:bonum vero habet rationẽ pfectionis illius. Et sic voluntas dei inquãtũ seipsum vult vt finẽ, est aliqd ordinabile ad finẽ: sed aliter q̃ alia. Q m̃ ad finẽ ordinat aliqd dupliciter.vno modo vt illud cuius pfectio habet esse finis.alio modo sicut illud cuius adminiculo illud cuius pfectio est finis,habet attingere finem.Primo modo voluntas ipsa ordinatur in finem.Secundo modo illa quę sunt eius instrumenta attingendi finem.

O
Quest.iiii.
Arg.1.

Irca quartũ arguit q actus volẽdi dei in volẽdo seipm̃ principaliter terminat in psonã. quia cũ dicit, de⁹ vult seipm̃,cõstructio est reciproca.In cõstructiõe aũt reciproca idẽ agit in seipm̃.cũ ergo velle nõ est principaliter nisi psonarũ:qm̃ nõ sunt actus diuini nisi psonarũ,vt habitũ est supra.ergo nec ipm̃ volitũ est aliqd aliud q̃ psona.

2 ¶Scđo sic.volũtas vt habitũ ẽ,est boni p se.ergo magis & pricipali⁹ est ei⁹qđ magi habet rõnẽ boni.hoc aũt ẽ psona:qa psona habet rõnẽ pfecti & in se subsistẽtis.essentia aũt nõ habet nisi rõnẽ alicui⁹ existẽtis & subsistẽtis i psona,vt infra videbit. & bonitas rei i rõne suę pfectiõis cõsistit,vt habitũ ẽ supra.ergo &c.

In opposi. ¶In cõtrariũ ẽ.qm̃ bonitas i deo nõ ẽ nisi eẽntialis nõ psonalis,sicut neq; veritas,vt dictũ ẽ supra: & determinauim⁹ in q̃dã q̃stione de quolibet:ita q nec veritas cõuenit psonę nec bonitas nisi rõne eẽntię existentis in psona.principali⁹ ergo bonitas habet esse in eẽntia q̃ in psona.Cũ ergo volũtas nõ est nisi boni: cũ deus vult se,actus volẽdi veri⁹ & principali⁹ terminatur ad essentiam , q̃ ad personam.

P
Responsio ¶Consimilis questio potuit supra fuisse mota circa actum quo deus intelligit seipsum:& eodem modo habet terminari vt ista. Vnde dicendum ad vtranq; quæstionem secundum eandem viam simul : q cum (vt dictum est) intellectus non est nisi veri, & voluntas non est nisi boni , Sciendum q verum & bonum dupliciter habent esse alicuius. Vno modo

vt cuius est, sicut subiecti qd per se habet denominari a veritate verum & a bonitate bonum. Alio mõ vt qd est ratio secundũ quã habẽt esse bonum & verum ĩ alio vt in subiecto, & a quo habet de nominari ab illis. Verbi gratia, in creaturis compositis ex materia & forma ratio secũdum quã verum & bonum habent esse in composito, forma est, secũdum modum supra determinatũ. Sunt tamen vt subiecti prĩcipaliter denominati ab eis, compositi ex materia & forma: queadmodũ esse licet sit a forma, tñ est principaliter ipsius compositi, & similiter omnes operationes quarum ratio est forma. vnde & pfectio rei licet sit a forma, tamen ratio perfectionis est principaliter compositi: & forma vt habet esse sicut aliquid in composito, non habet nisi rationem imperfecti. Et cum isto dupli ci modo dicantur verum & bonum esse alicuius, actum tamen intelligendi & volendi non terminãt principaliter nisi secundum ꝙ habent esse alicuius vt subiecti perfecti denoiati p ipsa: non vt quod est ratio qua habent esse in alio & denominare ipsum. Vnde cum aliquis dicitur intelligere verum in composito aut velle bonum, hoc non dicit̃ quia intelligat vel velit formam compositi principaliter: sed potius ipsum compositum. Vnde hunc modum sequendo in deo, cũ essentia habet esse in deo vt aliquid in supposito & sumpto vt p se pfectum subsistens, videret̃ alicui ꝙ verũ & bonũ subiectiue principaliter essent suppositi, & denominarẽt ipsum non essentiam: sed ꝙ ei⁹ essent solummodo vt eius qd est ratio qua habent esse in supposito & denominare ipsum: & ꝙ idcirco cum deus dicitur intelligere aut velle seipsum, actus intelligendi & volendi pricipaliter terminentur ad suppositum non autem ad essentiam, nisi secundum ꝙ habet esse in supposito. Sed non est ita. Cõtrario eñ modo quo ad hoc cõtingit in deo & in creaturis: quia eñ esse verum bonum & huiusmodi sunt de essentialibus & omnino absolutis, non conueniunt nisi singulariter tribus p sonis, & non per se & primo nisi essentię: non solum vt ei qd est ratio esse veri & boni in supposito: sed eius qd quasi subiectiue habet esse & esse verum & esse bonum & denominari ab eis, & nõ suppositum nisi p hoc ꝙ essentia habet esse in ipso. & hoc ideo, quia in creaturis suppositum subsistit vt aliquid absolutũ, cuius aliquid est ipsum formale, & aliquid ipsum materiale, ita ꝙ ab vtroꝗ habet esse & esse bonum & esse verum & esse perfectum: licet principaliter ratione formę. Aliquid eñ realitatis dat materia siue materiale præter id quod dat forma siue formale: ita ꝙ id quod est vni⁹ eorum, non est alterius: sed qd est amborum, est totius compositi. Propter qd principaliter pfectio in entitate veritate & bonitate est compositi, & nullius componentium. In deo vero suppositũ subsistit vt aliquid respectiuũ, in quo respect⁹ quasi formalis est respectu essentiæ: nihil tamen realitatis habet nisi a suo fundamento qd est ipsa diuina essentia: & ideo neꝗ aliquid veritatis aut bonitatis: sed principaliter esse & esse verum & esse bonum sunt essentiæ non suppositi, nisi quia essentia est in ipso: scđm ꝙ hęc oĩa patent ex supra determinatis. Quare cum ad id pricipaliter hñt terminari actus intelligendi & volendi qd principaliter habet rationem veri & boni: dico ꝙ cum deus intelligit & vult seipsum, actus intelligendi & volendi principaliter terminatur ad essentiã & non ad p sonã nisi p essentiã, inquantũ essentia esse habet in psona, & econtrario ei qd contingit in creaturis. Q

¶ Ad primũ in oppositum: ꝙ vbi est reciproca constructio, actio terminatur in ipsum agẽs, cuius non ẽ principaliter nisi suppositum: Dicendum ꝙ verum est vel ratione sui vel ratione alicuius qd est in ipso. Vt cum dicitur, Sortes sanat seipsum, si se sanet secundum oculum tantũ, vera est: nõ tamen terminatur ad totum nisi per accidens: ad ptẽ autem per se. Vnde in ppo sito terminatur actus in agentẽ nõ ratione suppositi & secundũ eam rationem qua est agẽs, sed ratione eius qd habet esse in supposito, cuius est alia ratio q̃ sit ratio suppositi. R Ad prí. princi. ¶ Ad secundum ꝙ p sona in deo magis habet rationem boni q̃ essentia: quia magis habet rationem perfecti: dicẽdum ꝙ est quædam ratio pfecti in essendo: quędam vero in supponendo. In creaturis ratio perfecti vtroꝗ modo magis est suppositi q̃ alicuius existentis in supposito: propter qd similiter & ratio boni & ratio veri, vt dictum est. In deo vero licet in subsistẽdo pfectior est ratio suppositi q̃ essentia: qa ipa ex se non subsistit: sed ipsa est aliquid in subsistente: ratio tamen essendi perfectior est in essentia q̃ in supposito: eo ꝙ essentia habet esse ex se, suppositum autem nõ nisi quia in se habet essentiam. Cum ergo assumitur ꝙ bonum sequit̃ rei perfectionem: dicẽdum ꝙ verum est pfectionem in essendo nõ in subsistendo. Vñ cũ illud qd est pfectius in subsistendo est perfectius in ratione boni, vt cõtigit in subsistentibus absolute: ratio boni non est principalius in ipso propter pfectionẽ in subsistendo sed propter pfectionem in essendo. Licet ergo in psonis diuinis perfectior sit ratio subsistendi q̃ in essentia: quia tamen in eis non est perfectior ratio essendi, nõ terminat principalius actũ volendi psona q̃ essentia: sed poti⁹ ecõuerso. Vñ cũ oĩs actio diuina manẽs intra reducit̃ ad actionẽ volẽdi vel intelligẽdi, oĩs actio diuia ẽẽtialis manẽs intra pricipalit̃ terminat̃ ad ẽẽtiã & nõ ad psonã: nisi qa ĩ ipa habet̃ ẽẽtia: & ecõtrario actio notionalis ad psonã & nõ ad ẽẽtiã, nisi qa p ipam cõicata ẽ ĩ psona. S Ad scđm.

T Quest.v. Arg.1.

Irca Quintum arguitur q deus non vult seipsum de necessitate. Primo sic. qc qd couenit deo, digniori & nobiliori mo ei couenit quo pot cuiq rei couenire. velle aut non de necessitate, est nobilius volutati q velle de necessitate: quia cu vult no de necessitate, habet in sua potestate velle qd no haberet. ergo &c. ¶ Secudo sic. si deus seipsum de necessitate velit, cum necessitatem illa nullus alius seu nihil aliud a se sibi possit imponere: ex seipso ergo illam habet. Quare cu no sit principiu agens p se nisi aut natura aut voluntas, secudu Phm. vii. metaphysi. & Augustinu. v. de ciui. dei, aut ergo illa necessitate habet ratione voluntatis, aut rone nature. Non ratione voluntatis: quia hoc derogaret libertati eius, dicente August. secundu sententiam Stoicoru. v. de ciui. dei. Capite. xi. Stoici laborauerut ita causas distinguere, vt quasda subtraherut necessitati, quasdam subderet: atq in iis quas esse sub necessitate voluerut: posuerut etia nostras voluntates, ne videlicet no eent libere si subderent necessitati. & si de voluntate nostra, multo fortius ergo de volutate dei: qa illa magis libera est q nostra, vt iam dictu est supra. si ergo deus seipm velit de necessitate, hoc e rone sue nature. ide ergo re est deu velle seipm absolute ex necessitate, qd est velle ex necessitate nature simpliciter. coseques falsum est: qa sunt diuerse rones & pricipia voledi: q simul i eode secudu actu eunde no cocurrut. ergo &c. ¶ In cotrariu est. qm si deus no vellet se de necessitate, cu qd no e necesse ee, possibile e no ee, secudu Phm i ii. Peri her. possibile ergo eet deu no velle seipsum. no voledo aut seipsum auerteret a seipso vt a summo bono: a quo no auertit voluntas nisi peccare posset: ergo voluntas dei peccare posset, coseques falsum est. ergo &c.

In opposi.

V Resol.q. ¶ Quin ponendum sit q deus de necessitate sic velit seipsum q non est possibile ipsum non velle seipsum: queadmodu possibile est ipsum non velle alia a seipso: de hoc non est magna dubitatio: qm scdm Philosophu & in physic. & in Ethicis, finis in operandis se habet ad voluntate sicut principiu i speculandis ad itellectu: & ea q sunt ad fine, sicut conclusiones. Sed in speculatiuis intellectus de necessitate assentit principiis, licet non coclusionibus: ergo & fini de necessitate acqescit volutas, licet no eis q sunt ad fine. Cu igit deus est finis volutatis cuiusq: qa est ois boni bonum: voluntas quelibet necessario vult bonu qd est deus, dum tn sit ei cognitu. sibiipsi aut incognitum esse no potest, vt patet ex supra determinatis. Necesse est ergo ponere q deus seipm velit de necessitate: ita q seipm no velle no pot. & hoc eo maxie qa volutas no pot velle nisi boni: ita q in voledo non potest auerti a bono aspiciedo ad non bonum, vt supra dictu est secundu Dionysium. In ipso aut deo est perfecta ratio omnis boni, a qua deficit omne bonu qd est extra ipm. ¶ Sed

X tota dubitatio in questione est, cum voluntas dei sit omino libera etiam in voledo seipsum, quomo cum voluntatis libertate stat necessitas volendi: maxime cu ista necessitas no sit ex suppositione sicut si dicat velle seipm de necessitate qn vult: queadmodu cadit necessitas circa illa q scdm se simpliciter & absolute sunt cotingetia: sed est necessitas simpliciter & absoluta. Et pterea cu i dicta positione, Deus vult seipsum de necessitate, illa determinatio pot determinare actum voledi vel vt terminat in obiectum volitum, vel vt egreditur ab ipso volente: dubium adhuc non est quin deus habeat necessitate voledi seipm put actus terminatur in obiectu. Licet em nulla necessitate vellet seipsum secundum q determinat actu vt egredit a volente: de necessitate tamen videtur velle seipsum secundum q determinat actum vt transit in obiectum: qus hoc modo non velit de necessitate alia, eo q no sunt p se & proprie obiecta volendi. Verbi gratia in simili ex pte actus videdi. si em esset qs in lumine dum tame voluntarie aperiret oculos, de necessitate videret lumen: non aut alia q possent sibi psentari in lumine. Actus etia videndi ab ipo nullo mo necessario: sed mera volutate egrederet. Tota ergo difficultas est, an deus de necessitate velit seipm ex illa coparatioe q actus voledi egredit ab ipsa volutate. Cum em ab ipsa egredit libere (du tn libera sit dei volutas etia in voledo se, vt cocessum est supra) videt aliquibus ipossibile si simul ponat q egrediat ab ipsa necessario: & quasi oppositio in adiecto. s. q egrediat ab ipsa libere & no libere: qa qd est necessariu, no est libere, & econtrario. secundum q dictum est opponedo ab Augustino secundum sententiam Stoicorum.

Y Responsio ¶ Et est dicedu q deus seipsum vult de necessitate determinatioe etiam determinante actu volendi vt egredit a voluntate siue a volente. Distinguedo tn necessitate secudum q distinguit Phus l. v. metaphysice, & Augustinus. v. de ciui. dei, q est quaedam necessitas violentie siue coactionis ab alio, & est quedam necessitas immutabilitatis, que est ex seipsa absq causa alia. Primo modo secudu Augustinum necessitas est q non est in nostra potestate vt possimus impedire quod fit secudum ipsum: sed etiam si nolimus efficit quod potest, sicut est necessitas mortis. Sed sub tali necessitate non cadit actus volendi voluntatis nostrae in volendo recte vel perperam: quare multo fortius neq in volendo absolute. talis enim necessitas non facit reuerti voluntate a sua dispositione in id quod est

cōtrariū motui q̄ fit p voluntatē, vt dicitur. v. meta. Vnde respectu act⁹ interioris volūtas cogi nō pōt, etsi respectu actus exterioris ipediat. Vñ respectu act⁹ exterioris talis necessitas derogat libertati: quia impedit voluntatē, vt dicitur. v. metaphysi. Vñ (vt dī ibidē) talis necessitas contristat voluntatē. Vbi dicit Cōmenta. Volūtas est delectabilis: necessitas autem cōtristabilis. Sed talis necessitas omnino circa dei voluntatem esse non potest: quia in deo nulla cadit violentia, vt dictum ē supra. Vnde solum cadit in ipso necessitas incommutabilis: & est propria ei, vt dicit Cōmentator super. v. metaphysicę. Et de hac necessitate subdistinguendum est in proposito: q̄ potest considerari vt est præuia vel quasi præuia ad voluntatem: vt volūtas ipsa intelligatur cadere sub ipsa necessitate in eo q̄ ab ipsa egreditur actus volendi. Vel potest considerari vt est concomitans ipsam voluntatē: vt ipsa necessitas intelligat̄ cadere sub ipsa volūtate in eliciēdo actū. Necessitas p̄ rīo mō p̄culdubio auferret libertatē in eliciēdo actū: ita q̄ volūtas in eliciēdo actū volēdi nō esset aliud q̄ natura: & sic nō eēt plus libertatis i volūtate vt est volūtas, q̄ i natura vt natura: sed p̄cisa necessitas imutabilitatis: ita q̄ q̄uis volūtas vt volūtas libera esset quātū est de se, tñ p̄pter necessitatē cui associaretur, determinaretur ad actum. quemadmodū appetitus bruti ex se indifferēs determinatur per appetibile, vt patet ex supra determinatis. Vnde de hoc modo necessitatis, vt includit voluntatem, dico q̄ deus non vult se de necessitate: sed libere tantū. aliter enim in volendo nō ageret, sed potius pateret̄ vel ageret. Necessitas aūt imutabilitatis secundo mō cōsiderata dico q̄ non aufert libertatem: sed magis firmat eam in actu suo: eo q̄ voluntas talem actum volēdi delectabiliter & q̄si eligibiliter elicit: licet p̄pter obiecti bonitatē imutabiliter actui suo inhęret. Hoc mō etiā beati in patria in volendo deum libere erunt voluntatis, & liberioris q̄ modo sint: licet necessitas immutabilitatis concomitetur immutabiliter tenens eam in actu suo. Nec erit illa libertas quæ est liberi arbitrii: quia illa non est nisi respectu eorum quæ sunt ad finem, non respectu finis, vt visum est supra: & amplius est videndum loquendo de voluntate creaturæ. Vnde erit absoluta libertas: quali dicimus deum velle seipsum. Nō enim vult seip̄m libertate arbitrii: sed tñ alia a se, vt dictum est supra, & infra dicēdū est, loquendo de voluntate dei in respectu ad creaturas. ℭ Quidam autem non distinguentes circa voluntatem inter libertatem simpliciter dictam, quæ est in omni actu voluntatis, & libertatem arbitrii quæ est solummodo in actu voluntatis circa ea quæ sunt ad finē, dicunt q̄ voluntas dei in volendo seipsum non est libera: neq̄ similiter volūtas creaturæ in volendo finem est libera: sed solum in volendo alia a se ex parte dei, & in volendo ea quæ sunt ad finem ex parte creaturę: quasi non esset rō libertatis simpliciter in volūtate, alia a ratione libertatis arbitrii. Sed non est ita, vt patet ex supra determinatis. Dicimus ergo q̄ simul stant, q̄ scilicet deus libere & necessario vult seipsum: & hoc non solum stando & perseuerando in actū volendi: sed etiam in ip̄m actum simpliciter eliciendo: nec libertas impedit necessitatem: nec ecōuerso. Et hoc quodam modo (quēadmodū infra debet determinari) dicimus q̄ pater & filius spirant spiritū sanctum libera voluntate cōcomitante necessitate, non ab aliquo alio agente q̄ sit ipsa volūtas, q̄d ipsam incommutabiliter teneat in suo obiecto: sed seipso sibi huiusmodi necessitatem immutabilitatis libere imponēte, p̄ idē principiū agens facit se in obiectū, & tenet se quiescendo in ipso: quēadmodū eodē principio graue mouet̄ ad cētrum & quiescit in ipso. Et est ibi illd̄ principiū volūtas libera ex p̄te voluntatis, sicut hic forma grauitatis ex p̄te grauis. Sicut em̄ voluntas siue dei siue cuiusq̄ beati in bonum cognitum quod deus est, delectabiliter & quasi eligibiliter mouet̄: ita tñ q̄ non potest nō moueri in ipsum nulla necessitate naturę p̄ueniente vel cōcomitante voluntatem in suo actu, quasi necessario inclinās volūtatē in actū: sed sibiipsi iponit necessitatē immutabilitatis in affectando motū: & hoc p̄pter firmitatē suę libertat̄. Hęc est em̄ natura talis necessitatis: q̄. s. sit i re absq̄ cā alia, sed ex sua p̄pria rōne, vt determinat Phus. v. meta. & clari⁹ exponit Cōmēt. ibidem. Sic ergo dei volūtas siue cuiusq̄ beati in bono gustato q̄d de⁹ est, delectabiliter & quasi eligibiliter se tenet: ita tamen q̄ non potest se non tenere in ipsum nulla necessitate præueniente aut concomitante voluntatē in isto actu, quasi necessario figens ip̄m in actu & in obiecto: sed sibi ipsi fixionē hmōi seu stabilitionem affectādo necessitatem hmōi sibi imponit eadē de cā qua prius. Et in hoc differt quodammodo necessitas cōcomitans libertatem dei in actu volendi seipsum, & in actu spirandi spiritū sanctū: quia. s. in illo non solū ipsa libertas volūtatis sibiipsi necessitatē imponit sicut hic secundū iā dictū modum: immo etiā in illo voluntatē cōcomitat̄ naturę necessitas: q̄a natura ipsa p̄ducto cōmunicatur per actum, vt infra debet exponi. Hic autem in actu isto nulla necessitas naturæ cōcomitatur: q̄a in ip̄o nō fit alicuius naturę cōmunicatio: sed solū volūtatis adhęsio cū volito & vnio. Et q̄ talis necessitas bene stet simul cū volūtatis libertate i p̄posito, clare patet cōmutādo p̄positionē istam quæ est de re, De⁹ necessario vult seipsum: in illā de dicto, Deum velle seipsum est necessa

rium. vel sic, necessarium est deum velle seipsum. In hac enim clare potest exprimi libertas cum necessitate nullo inconuenienti apparente: dicendo quod necessarium est deum libere velle seipsum: vel, deum libere velle seipsum est necessarium: ita quod in ipsa libertate cōsistit ratio necessitatis quod necessario vult seipsum, iuxta modum iam expositum. quoniam quod non potest nō velle libere seipsum, hoc totum ex firmitate suæ libertatis venit: & solum ex illa: quemadmodum quod ignis nō potest combustibile approximatum non cōburere, hoc prouenit ex sola dispositione suę naturę. Vnde dicit August. v. de ciuita. dei. Si illa definiatur necessitas secūdum quam dicimus necesse est vt ita fiat vel ita fiat: nescio cur eam timeamus ne libertatem auferat volūtatis. Et hoc siue illa necessitas ponatur ab alio in casu quo loquitur Augustinus, siue illa necessitas ponatur in eodē, vt in proposito nostro. Vnde cum dicimus deum necessario velle seipsum, non intelligimus in hoc talem necessitatem qualem intelligimus cum dicimus deum necessario intelligere seipsum: aut necessario viuere. Cū enim dicimus ipsum necessario viuere, necessitas illa oritur ex ratione suę naturę absolutę: quia ipsa non est nisi viuere quoddam & vita, vt habitū est supra. Cū vero dicimus ipsum necessario intelligere seipsum, necessitas illa oritur ex determinatione intellectus per intelligibile, quo necesse est semper quasi informari, vt habitum est supra. Cum vero dicimus eum necessario velle seipsum, illa necessitas nec oritur ex natura diuina, ea ratione qua natura est, neque ex aliqua determinatione in volūtate ex obiecto volito sed solum & mere ex cōditione libertatis in voluntate sua. secundum quod omnia hæc patent ex iam & supra determinatis. Argumenta aūt vtriusque partis pertractāda sunt: quia ambo in aliquo deficiūt.

9 Ad pri. princip. ¶ Quod ergo arguitur primo: quod velle non de necessitate est dignior modus volendi, ergo deo conuenit: Dicēdū quod verum est loquendo de necessitate preueniente voluntatem & tollente libertatem, quicunque sit ille. Loquendo tamē de necessitate concomitante libertatē, & quæ illam cōpatitur: immo quasi causatur ab ea: non est verū: immo huiusmodi necessitas est propter vigorē libertatis, & cōtrariū eius propter libertatis infirmitatē, vt patet ex prędictis. ¶ Ad secundū: quod si deus vellet seipsum de necessitate, necessitatē illam nō haberet ratione voluntatis, quia derogaret libertati illius: Dicēdū quod verum est loquendo de necessitate cui subest voluntas: quę non est nisi necessitas coactionis, de qua ibi loquitur Augustinus ad literam: aut necessitas præueniens voluntatem qualitercunque & qualiscunque sit illa. Loquēdo vero de necessitate concomitante voluntatem, siue ex ratione ipsius volūtatis, quod contingit in proposito: siue ratione naturę, vt cōtingit in spiratione spiritus sancti, sicut dictū est: non habet illud veritatē: & multū differt hac necessitate deū velle seipsum absolute ex necessitate & velle seipsum ex necessitate naturę simpliciter. Quia illud quod fit ex necessitate naturę simpliciter, omnino excludit volūtariū: nō aūt velle seipsum ex necessitate quæ est ex ipsius libertatis perfectiōe, aut quæ est rōne suę naturę cōcomitātis volūtatē.

Ad ad scdm. (marginal: Ad scdm.)

Ad oppo. ¶ Ad primū in oppositū: quod si deus nō vellet seipsum de necessitate, posset ergo seipsum nō velle: Dicēdū quod verū est quod nō pōt nō velle seipsum: sed hoc nō nisi propter necessitatem concomitantem voluntatem secūdū dictum modum: quę (vt dictum est) non impedit voluntatis libertatem. de rōne enim libertatis simpliciter, non est posse velle & non velle (vt quidam putant) sed solūmodo affectāter & quasi eligibiliter velle. Posse enim nō velle quod vult, nō est nisi ex libertatis infirmitate: quemadmodum & posse peccare est ex voluntatis defectibilitate.

Articulus XLVIII.

Equitur Art. XLVIII. de actu voluntatis qui est velle, in cōparatione ad actum intellectus qui est itelligere. Et circa hoc quęruntur duo. Primum: vtrum preter istos duos actus diuinos essentiales manentes intra, sit aliquis alius.

Secūdū: vtrū velle in deo sit actio principalior quam intelligere.

A Quæst. I. Arg. 1.

Irca primum arguitur: quod præter istos actus (scilicet intelligere & velle) sit alius: Primo sic. secundū Philosophum actus distinguūtur per obiecta. vt nō differūt intelligere & velle in deo nisi quia differūt ex parte obiecti in diuina essentia verum & bonum. sed non solum in ipsa considerantur vt differētia verum & bonum: sed etiam alia multa: quæ sunt ens, vnum, pulchrū, & plurima huiusmodi. ergo si diuersi actus sunt in deo quia differunt in ipso bonum & verum ad quę terminātur: similiter erūt in ipso alii actus differētes ab istis, qui terminātur ad eos, vnum, pulchrū, & cętera huiusmodi. ¶ Secundo

a sic. forma quanto est abstractior & perfectior, tanto est plurium actionum principium. Vnde primæ formæ materiales vt elementorum, non habent actum nisi proprium elementorum: vt forma aquę non nisi quę cōperat aquę. Forma vero mixti habet actionē aliquam quæ competit ratione ele

menti quæ virtute dicitur in ipso: & aliam ex natura propria: vt quod magnes attrahit ferrum: & super hęc, forma vegetabilis cum actionibus quas habet ex natura elementi & mixti simpliciter, habet proprias operationes: quæ sunt nutrire, augmentare, & generare: & præter istas forma sensitiua habet actus qui sunt sentire, & tanto plures in animalibus perfectis, quanto in eis perfectior est anima sensitiua: & præter istas habet forma intellectiua proprias operationes intellectuales. Cum ergo forma deitatis sit abstractissima & perfectissima, ipsa plurimas operationes habet, & sic non solum erit contenta duabus. ¶In contrarium est: quod nihil est actus alicuius nisi quia aut est ab eo in aliquid, aut quia est ab aliquo in ipsum. Primo modo est actus alicuius vt actiui: Secundo modo vt passiui, plures enim modi non sunt ponibiles. Sed omnis actus essentialis manens intra in deo, vt ab ipso, est velle: & actus voluntatis vt in ipso, est intelligere & actus intellectus vt patet. ergo &c. In opposi.

¶Dicendum: quod in deo non sunt nec possunt esse plures actus essentiales manentes intra, quam velle & intelligere: & propter idem nec plures potentię quam voluntas & intellectus. Ad cuius euidentiam sciendum: quod cum secundum Philosophum & veritatem, distinctio potentiarum est penes actus, & actuum penes obiecta: & ita tam potentiarum quam actuum distinctio & differentia est penes distinctionem & differentiam obiectorum: non tamen quælibet differentia obiectorum est ratio distinctionis seu differentię actuum aut potentiarum: sed solum illa quę est obiectorum secundum rationem illam qua obiecta sunt: hoc est secundum rationem illam qua per se respiciunt aliquid vt id cui sunt obiecta. Non enim dicitur obiectum ab eo quod est id quod est: sed a respectu quem habet ad aliud in eo quod est. Vnde quęcunque rationes sunt in aliquo secundum quas ipsum non respicit per se aliud: & si respiciat, hoc est solum per accidens: quia ei accidit ratio qua respicit aliud aut econuerso: secundum illas non est accipienda distinctio siue differentia potentiarum aut actuum Verbi gratia: in nutrimento quod est obiectum vegetatiuę, in omnibus suis actionibus est ratio qua est quid & ratio qua est quantum, & ratio qua est dulce aut album & huiusmodi. Quia quid & quantum sunt propriæ rationes secundum quas nutrimentum vt obiectum respicit animam vegetatiuam in nutrito: non autem dulce aut album nisi per accidens: quia accidit ei quod est quid & quantum. Ideo penes quid & quantum differentia in nutrimento & distincta distinguuntur & differunt actiones nutriendi & augendi: similiter vis nutritiua & augmentatiua, & non penes dulce aut album. Similiter respectu animę sensitiuę sensibile secundum rationem sensibilis est per se obiectum ei: non autem ratione qua est quid aut quantum aut aliquid huiusmodi. Et ideo penes diuersas rationes sensibilium diuersimode respicientia animam sensitiuam, diuersę sunt actiones sentiendi: & diuersæ vires siue potentiæ sensitiuę, vt determinat Philosophus secundo de anima: quod non sunt sensus prę ter .v. quia non sunt plura particularia & propria sensibilia. Vnde si diuersa specie in esse rei & naturæ conueniunt in vna communi ratione sentiendi specifica, vt contingit in omnibus speciebus colorum quæ mouent sensum secundum rationem claritatis & lucis, habent vnicum sensum specie sibi respondentem, vt visum. Similiter diuersi gradus in eodem sensibili numero, vt magis album & minus album: quia accidentaliter & non secundum formalem rationem sentiendi differunt: vni respondent sensui. Similiter quæcunque alia sunt quę accidunt rationibus sentiendi vel quibuscunque ipsa accidunt: quæ tamen ex se proprias rationes sentiendi non important: & per hoc non habent respectum aliquem per se ad aliud sub ratione sensibilis: secundum illa non distinguuntur aliqui actus aut potentiæ sentiendi. Et sicut est de rationibus sentiendi respicientibus apprehensiuam, sic est de illis quæ respiciunt affectiuam: quod penes illas diuersas rationes, distinguuntur diuersę species in affectiua sicut per alias in apprehensiua. Ita quod sicut penes rationes diuersas sentiendi in percipiendo & in afficiendo distinguuntur diuersa genera potentiarum in anima sensitiua, scilicet genus potentiæ apprehensiuę a genere potentiæ affectiuę: sic penes diuersas rationes sentiendi apprehensiue, distinguuntur diuersæ potentię apprehensiuę sub eodem genere: & similiter penes diuersas rationes sentiendi affectiue distinguuntur diuersæ potentiæ affectiuę sub eodem genere. Sicut autem est aliquid obiectum animæ vegetatiuę aut sensitiuę: quia habet habitudinem ad ipsam secundum rationem obiecti: & secundum eius distinctionem penes huiusmodi rationes, distinguuntur inter se obiecta, & per obiecta actus & potentię: Similiter ergo ex parte naturę intellectualis cum sit aliquid ei per se obiectum, aliter enim nullus actus neque ratio alicuius potentiæ ei ascriberetur: necesse est quod obiectum ei inquantum est obiectum, per se habeat aliquam habitudinem ad illam: & penes distinctionem illius rationis obiectæ secundum genus aut speciem erit distinctio actuum naturę intellectualis & potentiarum in ipsa. Res autem aliqua inuenitur obiecta naturæ intellectuali in duplici habitudine tantum, vt habitum est supra. Vno modo secundum habitudinem qua nata est esse in ea, & se facere in ipsam

B Responsio

C

D

E

sub ratione esse spiritualis. Alio modo secundū habitudinem qua nata est in se subsistere, & alliciendo eam sibi attrahere & in se quietare. Secundū hoc ergo dupliciter habet res esse obiectum per se naturæ intellectualis: & tantū dupliciter, q non est alia habitudo rei ad ipsam. Et propter idem solum est duplex actus naturæ intellectualis erga res, & non nisi duplex modus potentiæ, duplici habitudini dei & rationi obiecti, & duplici actui respondens. Secundum primam autem habitudinem comparatur res ad naturam intellectualem vt apprehensibile quoddam: scdm secundam vt affectatiuum quoddam. Et secūdum hoc duplex est modus potentiarum naturæ intellectualis tantum, scilicet modus potentię apprehensiuę, quę vocatur intellectus aut ratio: & modus potentię affectatiuę, quæ vocat̃ voluntas. Et ita oportet ponere q in deo differant vt diuersæ potentiæ voluntas & intellectus, & q non sit in ipso potētia tertia quę nec sit ratio siue intellectus, aut voluntas. Et similiter oportet sentire de actibus eorum qui sunt velle & intelligere, q inter se differāt, & q non sit ponere aliquem alium actū in deo differentem ab istis. Et secundū hoc concedenda est ratio ad illam partem adducta.

F Ad primū principale

¶ Ad primum in oppositum q in diuina essentia non solum differunt ratione bonum & verum, sed plurima alia: dicendum q verum est, sed non omnia differunt inter se secundū proprias rationes obiecti: immo omnia alia a bono & vero, etsi differunt inter se ratione, hoc non est ratione obiecti, qua scilicet diuersimode respiciunt naturam intellectualem in deo secundum modum prędictū, sed ratione subiecti, qua scilicet natura intellectualis in deo quasi mota a ratione obiecti, sub ratione obiecti cōsiderat ipsam rem secundum illas diuersas rationes: quæ potius sunt rationes distinctæ in re ex consideratione animæ circa eam, q̃ rationes secundum quas debet distingui aliquid in ipsa eius natura. Sic em̄ differunt in deo rationes entis & vnius, & siqua sunt huiusmodi. Nūc autē (vt dictum est) non quęlibet diuersitas rationū est secundū quā sumit̃ diuersitas actuū aut potentiarū, sed illa quę est per se obiecti secundū q est obiectū. & illæ non sunt nisi duæ, scilicet veri & boni, vt dictum est: penes quas distinguuntur intelligere & velle. Et ideo secundum

G Ad scdm.

rationes alias quotquot sint non distinguuntur aliqui actus, vt dictum est. ¶ Ad secundum: q forma deitatis perfectissima est, ergo plurium actionum principium: Dicēdum q verum est, quod tamen cum hoc q est principium actionū plurium, tāto est principium eorum modo simpliciori & paucioribus intermediis, & minori determinatione. Vnde non cognitiua non agunt neq mouentur in aliqd per appetitum nisi in id ad quod natura determinant̃: & habēt paucas actiones & motus, quia non ordināt̃ur ad magnum gradū perfectionis, & sunt remotissima a primo principio perfecto in qđ motu suo omnia tendunt. Alia autem superiora quia ad maiorem perfectionem ordinātur, plures habent motus: & pluribus motibus ordinantur ad bonum perfectius sibi adipiscendū, sed minori determinatione. vt patet in cognitiuis sensitiuis tantū, in quibus forma determinatur per materiā quo ad suam essentiā & suum esse & suā operationē. Et adhuc sunt plures in cognitiuo rationali a forma indeterminata per materiā secundum essentiam, & sic secundū esse & quodā modo secundū operationē: & adhuc plures formæ omnino abstractæ a materia, limitatæ tamen in natura & essentia, sed plurimę formę oīno illimitatę: quæ operatur omnia in omnibus seipsa solum modo, intelligēdo & volēdo oīa, intelligēdo & volēdo seipsam, vt in parte supra tactū est, & amplius inferius debet determinari. vt sic quātūcūq multę sint eius operationes, omnes tamen debent reduci ad actum intelligendi & volendi, quia intelligendo & volendo seipsam omnia operatur, secundum q ex infra determinandis patebit.

H Quęst. ii. Arg. i.

Irca secundum arguitur q velle sit principalior actio in deo q̃ intelligere. primo sic. illa actio est principalior in superiori natura, quā habet omnino differentē ab actionibus naturæ infimę, q̃ sit illa quā habet conuenientem quoquo modo cum actione naturæ infimę. quia illa prior non conuenit ei nisi secundū rationem qua pręcellit & differt a natura infima. Illa vero secunda secundū rationem qua conuenit cum ipsa. & superius atq principalius in ea est illud quo differt q̃ quo conuenit. vt rationale in homine quo differt a bruto, q̃ sensibile quo conuenit cum eodem. velle autē cum sit quiddam appetere, sicut voluntas est quidam appetitus, est actio in qua quoquo modo conuenit deus cum infimis & inanimatis etiam, quia in ipsis est appetitus, & eis cō-

2 uenit appetere. Et intelligere est actio qua differt ab eis, quia nullū genus cognitionis habēt, vt patet ex supra determinatis, ergo &c. ¶ Secundo sic. actio quanto est circa obiectū simplicius & spiritualius & magis abstractū, tāto est simplicior & spiritualior & magis abstracta, quia secundū Plim,

actio determinatur per obiectum. quanto autem est simplicior, spiritualior, & magis abstracta, tanto est potior & principalior. simplicius em̄ & magis abstractum, potius est semper & principalius. Propter qd vult Philosophus primo metaphysicę, ꝙ demonstrationes arithmeticę potiores sunt q̄ geometricæ: quia de simplicioribus vt de numeris, q̄ simpliciores sunt magnitudie, de qua est geometria. Actio autem quæ est intelligere dei, simplicior est & magis abstracta, q̄ sit actio quæ est velle. q͞a itelligere est rei ꝑut habet esse in itellectu: velle vero ꝑut habet esse in se. & simplici⁹ & magis abstractū esse habet res in intellectu q̄ extra in seipsa. ergo &c. ¶Præterea. obiectū intellectus est verum: voluntatis autem bonum. verum autem simplicius est & magis abstractum bono. ¶Tertio sic. ille actus nobilior est & principalior, per quem potentia nobilius in esse perficitur. iste autem est intelligere, quia per ipsum perficitur intellectus, habendo in se rem intellectam vt nobile qd. non sic velle: quia per ipsum perficitur volūtas vt comparata ad rem nobilem existentem extra se. nūc autem perfectius & nobilius simpliciter & absolute est habere in se nobile quid, q̄ comparari ad nobile extra se. ergo &c. ¶Quarto sic. illud est nobilius qd̄ viliori se minus inficitur. vt patet de luce & aere, cum transeunt per loca fœda. sed intellectus minus inficitur intelligendo viliora se vt corporalia, q̄ voluntas in diligendo inferiora se. ergo &c. ¶Quinto sic. nobilior est potentia quę est ad nobiliorem actum seu productionem. sed intellectus & voluntas in deo sunt principia productionum personalium. quasi nobilior autem est ratio ꝑductiōis quæ est generatio, q̄ productionis quæ est spiratio: eo ꝙ productum ab illa quasi nobili⁹ est q̄ productum ab ista: eo ꝙ ꝑductum ab illa vt filius, habet auctoritatem aut quasi auctoritatē sup productum ab ista vt super spiritum sanctum. ergo &c. ¶In contrarium est. quoniam actio illa potior est & principalior quę est liberior. talis est actio voluntatis, vt patet ex supra determinatis. ergo &c.

3

4

5

In opposi.

¶Dicendum ad hoc: ꝙ de actionibus dei quę sunt velle & intelligere, possumus loqui dupliciter. Vno modo secundum id ꝙ sunt aliquid in re: aut secundum suas proprias rationes quas noiant circa rē ipsam. Primo modo sunt idipsum, & nullo mō differunt: quia non sunt nisi ipsa diuina essentia, vt patet ex supra determinatis. & sic neutra est potior aut principalior altera: nec habet secundum hoc locum quæstio in eis. Si ergo principalitas dicēda sit esse in eis, hoc est considerando ipsas secūdū suas ꝑprias rationes q̄bus inter se differūt sicut alia attributa, secundum ꝙ habitum est supra. Sic enim in ipsis est principalitas secundum rationem in deo, eo modo quo ratione differunt: quemadmodum est principalitas in eis secundum rem in creaturis, eo modo quo secundum rem differunt. Vt enim dicit Philosophus in principio politicę, quæcūq; ex pluribus fiunt aliquod commune, in oīb⁹ est principans & subiectum: quēadmodum in harmonia cō mixtionis elementorum, semper est vnum elementum prędominans siue principans: & in harmonia vocum est vox vna consonantiā aliarum tenens: & in homine anima principans est despotico principatu, corpus vero subiectum: & intellectus principatur appetitui sensitiuo regali principatu. In deo autem ex actu voluntatis & intellectus fit aliquid cōmune, vt beatitudo, quæ ex vtroq; perficitur: oportet igitur ꝙ alterum eorum sit in deo principās, alterum vero subiectum. ¶Vnde suppositis illis quibus in quadam questione de quolibet determinauimus in creaturis volūtatem esse principaliorem & altiorem potentiam q̄ sit intellectus, & per cōsequens actum voluntatis esse principaliorē & altiorē q̄ sit act⁹ intellectus: eisdē possumus hic ostendere velle in deo esse actionem principaliorem & altiorem secundum rationem, q̄ sit intelligere. Sed non oportet ibi dicta repetere: quia non restat nisi ipsa hic applicare. Verūtamen hic sciendum est in summa: ꝙ q̄ñcūq; ex aliquibus fit vnum cōe, ad cognoscendum qd illorū sit pricipalius, oportet (vt dicit Philosophus ibidē) ambo considerare in aliquo optime disposito in eis, & secūdum naturā: & non in eo vt simpliciter considerato, aut vt deficit ab illa dispositione. Verbi gratia (secundum ꝙ ponit exemplū) si velim⁹ videre ꝙ & quō aīa principatur corpori, oportet hoc cōsiderare in homine optime disposito secundum corpus & secundum animam. Qd̄ enim in tali homine principatur, vere dicendum est principari & secundum naturam: & nō in homine simpliciter aut pestilente & male disposito secundum illa. In homine enim pestilēte propter praue se habere & pręter naturā multotiēs inuenit corpus principari animę, & appetitus sensitiuus rationi: in homine vero bene disposito contingit ecōtrario. In homine autem simpliciter, licet secundum naturam dominatur id qd̄ dominatur in optime disposito: non tamen hoc potest sicut in illo discerni. Propter quod simpliciter & absolute in homine & secundum naturam, principalius dicitur esse anima q̄ corpus: quia scilicet principatur in homine bene disposito secundum hoc, licet non principetur in homine nō bene disposito se-

I

Responsio

K

cundum hoc.& hoc quodammodo quẽadmodum cum cibus dicitur sanus per respectum ad sanitatem quæ est in corpore animalis,quia scilicet est conseruatiuum illius,ille cibus dicitur sanus simpliciter qui est sanus simpliciter sano,& corpori bene se habenti, non autem ille qui est sanus
L corpori infirmo & male se habenti.¶Ad videndum igitur quis sit principalior,an actus voluntatis an actus intellectus,& per consequens vtrũ voluntas an intellectus: oportet ambo respicere in eo qđ secundũ ipsa est optime dispositũ secundũ naturam:& non in eo qđ deficit ab illa dispositione optima.Quare cum optima dispositio voluntatis & actus volendi est in volendo summe bonũ & optima dispositio intellectus & eius actus est in intelligendo summe verum. Bonum enim est per se perfectio voluntatis & actus eius:verum autem intellectus & actus ipsius.In eis autem quę sunt per se,sequitur,si simpliciter ad simpliciter,& magis ad magis, & maxime ad maxime.Summe bonum autem & summe verum est solummodo ipse deus siue ipsa diuina essentia.Principalitatẽ ergo inter voluntatem & intellectum & actuum eorum debemus inspicere in quocũq; volente & intelligente secundũ ꝙ vult & intelligit deum.In intelligendo autem & volendo deum principalior est voluntas:quoniam in actione voluntatis perficitur voluntas in ipsa re, vt ipsa habet esse in se:eo ꝙ voluntas actione sua inclinatur in ipsam,& in ea recipitur:non autem eam in se recipit.In actione vero intellectus econtrario perficitur intellectus ipsa re vt habet esse in ipso intellectu.Recipiendo eñ in se ipsam rem intellectã,quodãmodo perficiť ipsa.Magis aũt pficiť volũtas in deo actu suo trãsferẽdo se in ipm,q̃ recipiẽdo ipsum in se:eo ꝙ trãsferẽdo se in deũ sub ratione boni per actum volũtatis,conuertitur quodammodo in ipsum,secundũ ꝙ habet esse in seipso.Amor eñ qui est ratio volendi,est virtus conuersiua & vnitiua transformans amantem in amatum, vt dictum est supra.Recipiendo autem in se deum sub ratione veri per actum intellectus,assimilatur quodãmodo intellectus intellecto secundũ ꝙ habet intellectum esse in ipso intelligẽte. Notitia eñ quæ est ratio intelligendi,non est nisi virtus assimilatiua. Maius autem & nobilius est conuerti in deum & fieri vnum quodammodo cum ipso,secundum ꝙ habet esse in seipso : q̃ assimilari quodãmodo ipsi secundum ꝙ est in intelligẽte. Idcirco dicendum est ꝙ simpliciter in volente quocũq; &
M intelligente deum nobilior & principalior est voluntas & actus volendi q̃ intellectus & actus intelligendi. Et sic propter idem dicendum est ꝙ simpliciter & absolute principalior est volũtas seu actus volendi q̃ intellectus seu actus intelligendi. Vnde licet cum quis vult aut intelligit aliud a deo,maxime qđ inferius est intelligẽte & volente,altior,principalior,& pfectior est intellectus q̃ voluntas,quia dignior est in intellectu cognitio rerum corporalium q̃ amor earum:quia nobilius est eis assimilari secundum esse spirituale quo habent esse in ipso,q̃ transformari in ipsa secũdum esse qđ habent in se:eo ꝙ nobilius esse habent inferiora,secundũ ꝙ habent esse in superiori natura,q̃ secundum ꝙ habent esse in se.dicente Augustino.ix. de Trini.capi.iiii. Maior est notitia corporis q̃ ipsum corpus quod notitia eius notum est.Illa enim vita quædam est in ratione cognoscentis: corpus autem non est vita. Ecõtrario autem superiora habent esse nobilius in se q̃ in natura inferiori dicẽte Augustino ibidẽ capite.xi.Cũ Deũ nouim⁹,q̃uis meliores efficiamur q̃ ante q̃ nosceremus,il li notitia tñ inferior est,quia in inferiore natura est.Hoc tamen nõ obstat quin simpliciter altior sit voluntas,& hoc maxime respectu dei:quia nihil vult neq; intelligit primo & per se obiectiue nisi se ipm:& ꝙ vult & intelligit alia a se,hoc nõ est nisi volẽdo & intelligẽdo se,vt supra dictũ est in parte,& amplius inferius declarabitur.Nec obstat etiã in creaturis intellectualibus, & hoc duplici de causa:quarum prima iã tacta est:scilicet quia volens & intelligens in volendo & intelligendo inferiora non est optime dispositus secundum voluntatem & intellectum,sed deficit a nobiliori dispositione quæ potest esse in eis,cuiusmodi est illa quã habent in cognoscẽdo deum. Et ideo esse nobilius respectu illorũ,est esse nobilius secundum quid. Esse autem nobilius respectu dei in intelligendo & volendo ipm,est esse nobili⁹ simpliciter.& hoc quodãmodo quẽadmodũ dicim⁹ ꝙ homo simpliciter est nobilior leone secundum ꝙ est rationale. secundum quid autem est ignobilior si comparentur inter se secundũ fortitudinem corporalem:eo ꝙ res ab optimo quod est in ea:simpliciter diciť nobilior alia:secundũ quid aũt secundũ illud qđ est deterius in ea diciť min⁹ nobilis illa.Aut secundum aliud exemplum,quemadmodum contingit ꝙ in hoie pernicioso aut male disposito ap
N petitus principetur rationi. Alia vero causa est,quia bonum & verum in aliis a deo sunt obiecta voluntatis & intellectus secundaria,& quasi secundum quid: bonum autem & verum quod deus est,sunt obiecta eius prima & simpliciter. Nobilitas aũt veritatis nõ est iudicãda simpliciter nisi respectu eius quod est obiectum sui simpliciter.secundum ꝙ hæc ratio magis pertractabatur in quęstione prædicta de quolibet.& redit ista causa in idem cum præcedenti, vt patet inspicienti pertra

ctationem ei⁹ ibi habitam. Sic ergo principalis causa siue ratio quare bonitas debet dici simpliciter principalior potentia q̃ intellectus,& actus illius principalior q̃ actus intellectus,est illa quę iam dicta est. Siquæ autem aliæ causæ assignantur huiusmodi vel ex parte potentiæ,vel ex parte habit⁹ vel actus vel obiecti,secundum ꝙ quasdam illarum tetigimus in quæstione nominata,illę sunt secundarię & sequentes ex ista.

¶Ad primum in oppositum:ꝙ intellectualis natura in actu volendi conuenit quodammodo cum inferiori natura,non sic autem in actu intelligendi: Dicendum ꝙ hoc non est ratio quare illud in quo conuenit cum inferiore natura,dicatur minus principale, nisi secundũ eundem gradum naturæ conuenit superiori & inferiori:quemadmodum sensibile conuenit quodam modo homini & bruto. Nunc autem appetitus voluntatis cum importat rationẽ libertatis, multo superioris gradus naturæ est q̃ sit appetitus bruti,vt supra dictum est. ¶Ad secũdum, ꝙ actio intellectus simplicior est & magis abstracta,quia est de simpliciori & magis abstracto: Dicendum ꝙ abstractio non est vnius & eiusdem a seipso,sed differentis a differenti:vt oporteat differre abstractum ab eo a quo abstrahitur. Et secundum hoc sunt diuersi modi abstractionis,& diuersa diuersimode sunt abstracta. Est enim quædam abstractio realis vnius ab alio a quo omnino differt & re & subiecto:qualiter formę separatę vt intelligẽtię dicuntur esse abstractę,quia sunt formę re differentes a materia,a qua realiter sunt abstractę,quia non habent materiam partem sui, nec cadunt in compositionem alicuius tertii cum materia. Est autẽ alia abstractio rationis siue rationalis, & hoc per rationem & intellectum,quæ est vnius ab alio cum quo est idem ad minus subiecto. Et est triplex,secundum ꝙ sunt quædam idem subiecto, & differunt re, quædam vero tantum intentione, quędam vero tantum ratione. Primo modo est abstractio formæ materialis a materia in qua est. Secundo modo est abstractio vniuersalis a particulari. Tertio modo est abstractio veri a ratione boni. Primo istorum trium modorum adhuc est duplex abstractio,secundum ꝙ forma dupliciter habet esse in materia a qua abstrahitur. Quædam enim forma habet esse in materia,vt cui dat esse:vt forma substantialis,quæ cum materia est idem in subiecto q̄d cum ipsa constituit:quę abstrahitur ab ipsa per intellectum abstractione metaphysica. Alia autem forma habet esse in materia,vt a qua recipit esse:vt forma accidentalis,quæ est idem subiecto cũ eo cui accidit: a quo abstrahitur per intellectum abstractione mathematica. Quæ duplex est secundum ꝙ sunt duo genera formarũ mathematicarum. Quędam quę per se & immediate inhęrent subiecto,vt quantitates continuæ. Quędã vero quæ mediante alia:vt sunt quantitates discretę:sicut numeri mediante continua quæ est magnitudo. fit enim immediate abstractio discreti a continuo. Numerus enim mathematicus potentia est in continuo:& non procedit in actum nisi diuisione continui. vt secundũ hoc continua quãtitas sit prior discreta,secundum ꝙ supra determinauimus loquẽdo de natura numeri in quæstionibus de simplicitate dei. Et hoc modo discretũ abstrahitur a continuo abstractione arithmetica. ¶Sunt igitur sex modi abstractionis,quorum prim⁹ est abstractio realis formę ex se separatæ a materia. Secundus rationalis est per rationem & intellectum formæ substantialis a materia simpliciter. Tertius est magnitudinis a materia sensibili. Quartus numeri a magnitudine. Quintus vniuersalis a particulari. Sextus rationis veri a ratione boni. Et secundũ istos modos verũ est ꝙ actio q̃ est circa abstractũ,semꝑ simplicior est & spiritualior & magis abstracta. & sic maior ratiõis vera est simpliciter. Sed cũ assumit̃ in minori,ꝙ actio talis est potior & principalior atq; nobilior: hic distinguẽdum est. q̃m huiusmodi actiones quarum vna est circa abstractum, siue circa magis abstractũ; alia vero vel circa non abstractum,vel circa minus abstractum:aut ambæ sunt eiusdem generis siue rationis:aut alterius & alterius. Si primo modo, sic minor vera est. siue enim sit actus intelligendi siue volendi,potior est ille qui est circa abstractum,q̃ qui est circa non abstractum, & qui est circa magis abstractum q̃ qui est circa minus abstractum,vt patet inducendo per singulos modos abstractionis. Si secundo modo,sic adhuc minor est vera,loquẽdo de potioritate secundum quid: q̃ est in actu intellectus & voluntatis circa alia a primo intellecto & volito. Falsa autem est loquendo de potioritate simpliciter;quæ est in actu intellectus & voluntatis circa primũ intellectum & primum volitum,secundum ꝙ iam expositum est. Et hoc contingit quia verum & bonũ sic se habẽt inter se,ꝙ verum vno modo est ratio nobilior q̃ sit ratio boni. alio autem modo econuerso nobilior est ratio boni q̃ veri. & illa ratio qua verum est nobilius bono, est secundum quid, respectu illius qua bonum est nobilius vero. Est igitur sciendum, ꝙ duplex est nobilitas,scilicet prioritatis,& perfectionis. Nobilius prioritate non perfectione,nobilius est secundum quid,respectu eius q̄d est nobi

O Ad primũ principale

P Ad secũdm.

Q

R

lius perfectione. Quod patet in esse & viuere. Esse enim est nobilius prioritate rationis & intelle ctus, q̄ viuere, dicente Dionysio. v. capite de diuinis nominibus. Ante alias dei participationes esse præpositum est: & est per se esse summum, eo ꝙ est per se viuū esse. & ifra. Sicut existens deus lauda tur vt ex digniore donorum eius. Et tamen constat ꝙ viuere perfectionem quandam nominat cir ca esse, vt supra expositum est in quęstionibus de vita. & hoc quemadmodum in corporibus & for mis corporalibus generabilium & corruptibilium semper qđ pri⁹ est simplicitate, est minus nobile, vt elementum q̄ mixtū: & mixtum q̄ vegetabile: & vegetabile q̄ sensibile: & sensibile q̄ rationale: & hoc quia in talibus vltimum vel quasi vltimum semper addit aliquid nobilitatis super præce dens vel quasi præcedens: licet econtrario sit in ordine illorum. Id qđ prius est simplicitate, simul est prius nobilitate: eo ꝙ in talibus posteri⁹ semꝑ deficit a priori: & qđ est in posteriori, sub ratione nobiliori est in priori. De quib⁹ loquit̃ Philosophus cum dicit secundo metaphysicę, ꝙ prius ī vno quoq̄ genere nobilius est eo qđ est post, quēadmodum nobilius est ens primum vt de⁹, q̄ alia: & ca lidum in igne q̄ in quolibet alio. Quēadmodum autē esse & viuere habent istas diuersas rationes nobilitatis inter se comparata: sic verum & bonum vt comparantur ad intellectum & volūtatem. Verū enim nobilius est bono: quēadmodū intellectus volūtate: inquantū nō est nata voluntas mo ueri in bonum nisi moto intellectu in verum. Perfectior tamen est ratio boni q̄ veri: quia rationem boni habet res ex eo ꝙ est in se perfectam rationem habens perfectiōis: veri autem ex eo ꝙ nata est dare perfectionem alteri vt intellectui. secundum ꝙ hęc patēt ex supra determinatis. Nunc aūt per fectio rei quā habet ex eo ꝙ est in se, simplr̄ est pfectio & essentialis respectu pfectionis quā habet ali quid ex eo ꝙ natum est perficere aliud. Secundum enim ꝙ dicit Auicen. ix. metaphysicæ, non po test aliqua causarum perfici per causatum essentialiter nisi accidētaliter. Per qđ ꝓbat ꝙ cęlum nō acquirit suam perfectionem per suum motum. Vnde quia simplr̄ perfectior & nobilior est ratio bo ni q̄ veri simpliciter & per se: actus terminatus & perfectus a bono est simpliciter perfectior & no bilior q̄ actus terminatus ī vero: & hoc in pri̇o bono & pri̇o vero: respectu cui⁹ actus itelligendi & volendi simpliciter habent comparari secundum perfectius & imperfectius, nobilius & ignobilius, vt dictum est. Qz q̄ ergo simplicior sit ratio rei vt est abstracta ab intellectu & habet rationem ve ri: & sic terminat actū intellectus, q̄ sit ratio rei in se vt habet rationē boni & terminat actū volun tatis: simpliciter tñ nobilior & perfectior est actio voluntatis in bono & in re secūdū se, q̄ sit actio intellectus in vero & in re vt est apud itellectum.

S Ad tertiū ¶Ad tertium ꝙ potētia nobili⁹ perficitur haben do perfectionem nobilem in se, q̄ ad ipsam extra se existentem: Dicēdum ꝙ cōpari ad perfectionem nobilem extra se existētem potest aliquid dupliciter. Vno modo vt omino manēs extra illā, illa o mnino manente extra ipsum: quemadmodum lapis motu suo comparatus ad parietem, a quo re percutitur si fortius impīgit in eum. Alio modo vt subintrans illam. Qđ mō primo comparatur ad aliquid nobile, comparatur ad ipsum vt ad terminū solummodo: non autem vt in quo recipia tur: & ita non vt ad illud a quo perfectionē nobilitatis habeat, quā habet illud quod habet in se per

T fectionem nobilem. Qđ vero secundo modo comparat̃ ad aliquid nobile, non comparatur ad ipm vt ad terminum tm̄, scilicet manentem omnino extra se: sed vt in quo recipitur. & ita compa ratur vt ad illud a quo perfectionē maiorem nobilitatis habeat, q̄ id qđ habet illā perfectionem no bilem receptam in se, absq̄ eo ꝙ ipsum etiam recipiatur in illo. Vnde de illo qđ comparatur ad no bile vt ad terminū primo modo, bene procedit obiectio: nō autem de eo quod comparatur ad nobi le vt ad terminū secundo modo. Perfectius enim est voluntatem isto modo comparari in particu lari vt ad terminū ad nobile increatū, q̄ intellectum nobilitatē illius habere in se: eo scilicet ꝙ intel lectus habet illam in se inferiori modo q̄ habeat esse in ipso. Vniuersaliter enim, superiora imperfe ctius & minus nobiliter recipiuntur in intellectu, q̄ habeant esse secundum se extra: iferiora autem econtrario: quia qđ in aliquo recipitur, in illo recipit̃ ꝑ modū recipiētis: non autem per modum rei receptę, vt dicitur in libro de causis. Et secundum hoc volūtas perfectior est intellectu: sicut vel le aut amare deum est actio perfectior q̄ cognoscere ipsum. Et econuerso perfectius intellectum ha bere nobilitatem intelligibilis creati, q̄ voluntatem comparari ad illam vt ad terminū: eo. s. ꝙ intel lectus illam habet in se superiori modo q̄ ipsa habeat esse in se. vt secundum hoc intellectus perfe ctior sit volūtate: sicut itelligere lapidem est actio pfectior & nobilior q̄ velle lapidem. Et sic cum tripliciter possint comparari intellectus & voluntas: Vno modo respectu intelligibilis & volibilis simpliciter & in vniuersali: Alio modo respectu volibilis & intelligibilis creati seu inferioris q̄ sit in tellectus: Tertio modo respectu superioris & maxime intelligibilis & volibilis increati: Dicunt illi

qui volunt intellectum nobilitare ſuper voluntatem, ꝙ ſimpliciter & abſolute nobilior eſt intellectus voluntate, & actio intellectus actione voluntatis, & ſimiliter reſpectu alicuius obiecti determinati, licet etiã reſpectu alicuius obiecti voluntas poteſt eſſe nobilior intellectu, & actio voluntatis actione intellectus. Nullum enim eſt inconueniens (vt dicunt) ꝙ nobilius ſimpliciter ſit minus nobile reſpectu alicuius obiecti. & in hoc conſiſtit vis & radix poſitionis eorum. Sed non eſt ita vt dicunt & ſupponunt. Non eñ ſolummodo voluntas comparatur ad nobile ſuum, vt ad terminũ in quo ſit ipſa & eius actio, qui extra ipſam omnino maneat, & ipſa extra illum: qđ tamen ipſi ſupponunt: aut nihil eſt quod dicunt, ſicut patet. Immo voluntas comparatur ad obiectum & nobile ſuum, qđ eſt bonum, vt receptum in ipõ: vt nobilitas voliti perfectius habeatur a voluntate q̃ nobilitas intellecti ab ipõ intellectu. Eo ꝙ intellectum non habet eſſe in intellectu niſi ſecundum rationem luminis diffundentis ſe in intellectu, & ſic per modum diſponẽtis intellectum: quemadmodũ lumen in aere eſt ſolummodo ſicut quędam diſpoſitio aeris. Volitum autem habet eſſe in voluntate ſecundum rationem flammę conuertentis in ſe voluntatem, & ſic non per modum diſponentis aut diſpoſitionis, ſed per identitatem & per modum in ſe volũtatem conuertentis, quemadmodũ flamma exiſtens in aere in ſe conuertit aerem vt per identitatem vnum ſit in altero. & ſic voluntas habet eſſe in volito ſicut ei immerſum per amorem: cum intellectus ſit quaſi omnino extra intellectum. dicente Hugone ſuper. vii. cap. cę. Hie. Dilectio intrat vbi cognitio foris ſtat. Et per hoc volitum voluntatem quodammodo conuertit in ſeipſum, ſicut amantem in amatum: & per hoc multo perfectius habet in ſe voluntas nobilitatẽ voliti, q̃ intellectus nobilitatẽ intellecti. Et ita ſi ſecundum modum quẽ ponunt, debeat conſiderari comparatio intellectus & voluntatis ſecundum maiorem nobilitatem & minorẽ, etiam ſecundũ illum modum volũtas ſimpliciter eſt nobilior intellectu, licet reſpectu alicuiꝰ intellecti & voliti vt creati ſeu eius qđ eſt inferius intellectu, nobilior ſit intellectus q̃ volũtas: & actio intellectus q̃ ſit actio volũtatis. Et ſic oĩno ex poſitione illorũ contingit eis contrariũ eiꝰ qđ intẽdũt. Dicimus ergo ꝙ hęc eſt ꝑ ſe & eſſentialis differentia intellectus V
& voluntatis, in qua conſiſtit differens ipſorũ nobilitas. S. ꝙ ꝑfectio & dignitas intellectꝰ in hoc conſiſtit, ꝙ res intellecta exiſtit in intellectu vt formalis diſpoſitio in ipſo, & per hoc ſecundum actum intelligit. Perfectio vero & dignitas voluntatis in hoc conſiſtit, ꝙ ipſa voluntas exiſtit in re volita, vt conuerſa in ipſam: qđ eſt eius terminari in volitum, vt conſiſtit in ſeipſo. Perfectius autem ſe habet aliquid ad nobile vt quodammodo conuerſum in ipſum, & ſic exiſtens quaſi vt natura eius: q̃ habere ipſum in ſe ſolummodo vt diſpoſitionem ipſius. Et ſic voluntas & intellectus etiam comparati ad volitum & intellectum ſimpliciter & abſolute & in vniuerſali, inuenitur ꝙ voluntas eſt perfectior q̃ ſit intellectus, licet intellectus ſit perfectior voluntate cum comparatur ad intellectum & volitum creatum, aut inferius intellectu. Et nullum eſt inconueniens: ꝙ ignobiliꝰ ſimpliciter, ſit magis nobile reſpectu alicuius obiecti. S. reſpectu obiecti nõ pricipalis, ſed ſecũdarii & minꝰ nobilis, vt ſic in male diſpoſito ꝑ intellectũ & voluntatẽ. S. in intelligẽdo, & amãdo, & volendo bonũ creatũ reſpectu illius qui vult & intelligit id quod eſt bonum increatum, & per hoc eſt in optima diſpoſitione ſecundum intellectum & voluntatem, ſolummodo contingit ꝙ intellectus principatur voluntati, quemadmodum in homine male diſpoſito ſecundum appetitum & rationẽ, appetitꝰ principatur rationi, vt ſupra dictũ eſt. Inconueniens vero eſſet ꝙ ignobilius ſimpliciter eſſet magis nobile reſpectu obiecti primi & principalis & magis nobilis, licet illi dicant hoc non eſſe incoueniens & male. quia cui conuenit nobilius primum in vnoquoq; genere, ei ſimpliciter nobilius cõuenit genus illud: vt qđ cęteris eſt nobilior ſubſtantia, cęteris eſt nobilius ens. Vnde quemadmodum ignis quia eſt primum calidorum & cauſa omnium aliorum calidorũ, & caliditatis in eis, ideo eſt maxime calidum: & ideo etiam eſt ſimpliciter calidum: & ſimiliter contingit circa vnumquodq; principiorum in quolibet genere, vt dicit Philoſophus. ii. Metaphyſicæ: Sic cui conuenit nobilius id qđ eſt primum obiectum dignius & nobilius in intellectis & volitis, & cauſa & ratio intelligendi & volendi omnia alia, illud eſt magis nobile & nobilius ſimpliciter. Quapropter voluntas, quia eſt X
nobilior volendo deum in quocunq; volente ſit, q̃ ſit intellectus in intelligendo deum: quod & illi concedunt: ſimpliciter ergo & abſolute volũtas nobilior eſt potentia in volendo q̃ intellectus in intelligendo: & ſimpliciter & abſolute nobilior eſt actus volendi q̃ intelligendi. Et ſic patet ꝙ redit in idem inueſtigare principalitatem inter intellectum & rationem, aſpiciendo ſcilicet ad primum & principale intellectum & volitum, ſiue ad intellectum & voluntatem in optima diſpoſitione intelligendi & volendi, quæ eſt in volendo & intelligendo deum, ſecundum modum quẽ ſupra ſumus ſecuti, & aſpiciendo ad actum intelligendi & volendi ſimpliciter verum & bonum non determinãdo hoc vel illud: penes quẽ illi ſtatuerunt principalitatem inter intellectum & voluntatem debere

inuestigari:& bene: licet in minore propositione & in modo prosequendi deficiant. Et ideo concludebant intellectum principaliorem esse, vt iam dictum est in solutione argumenti. Concludêdo autem ex ea voluntatem esse principaliorem, debemus ex contraria minore prosequi intentum, secun
Y dum q̄ iã declaratũ est. Et patet ex hoc (vt puto) veritas quæsiti. ¶Ad quartũ: q̄ intellectus min⁹
Ad q̄rtũ. fœdatur in intelligendo viliora se, q̄ voluntas: Dicendum q̄ aliquid fœdari viliori se, potest cõtingere dupliciter: aut pure passiue: aut pure actiue. De primo modo ꝓpositio illa habet veritatẽ: qa illa fœdatio ex parte fœdati est propter ei⁹ passibilitatem & materialitatem. Propter hoc enim aer magis fœdatur transeundo per loca fœda, q̄ lumen. Secundo autem modo non habet veritatẽ: qa illa fœdatio ex parte fœdati contingit propter virtutis actiuę vigorem: qua se magis fœdat & magis impingit se in rem fœdam: quemadmodum primus angelus magis fœdauit se i peccato suo q̄ primus homo, propter maiorem vigorẽ liberi arbitrii angeli q̄ hois. propter hoc enim ita impegit in bonũ tẽporale, vt inseparabiliter ei adhęserit, & statim obstinat⁹ est: homo vero nõ. Et isto scdo modo contingit q̄ voluntas magis fœdatur diligendo inferiora se, q̄ fœdatur intellectus intelligendo illa. & hoc ideo, quia voluntas ad fœdari ab ipsis actiue se habet ad illa: intellectus vero passiue, vt patet ex prędeterminatis: & ita plus fœdari contingit voluntati circa viliora se, ex eius nobilita
Z te maiori potius q̄ ecõuerso: & econtrario de intellectu. ¶Ad quintum q̄ intellectus est ad actum
Ad q̄ntũ. nobiliorem q̄ voluntas: quia ille est ad actum generandi: ista vero ad actum spirandi: & actus generandi est habẽs auctoritatẽ vel quasi, in suo producto, respectu illius qđ est productum actu spirandi: Dicendum q̄ in rei veritate non est dignitas maior in vno actu q̄ in alio: nec in vna persona maior q̄ i alia. & si vna persona habet quasi dignitatem super aliam, hoc est ratione auctoritatis quam habet rõne ordinis naturæ siue originis i vna ꝑsona respectu alterius. Et ideo cũ secũdũ ꝑdicta duplex est dignitas, prioritatis, & perfectionis: dignitas vel quasi dignitas ista, nõ est nisi ratione quasi prioritatis: quæ nullo modo est in diuinis, vt infra dicet. Et quo ad hoc concessum est q̄ intellectus dignior vel quasi dignior potentia est q̄ voluntas: sed hoc est secundum quid, cum ecõuerso voluntas sit quasi dignior perfectione secundũ præexpositũ modum, quę est dignitas simpliciter. Propter qđ & voluntas etiam in deo dignior est vel quasi dignior ratio simpliciter, q̄ intellectus: licet quasi prioritate in ordine rationis intellectus sit dignior, & ita secundũ quid. secundũ q̄ omnia hæc patent ex prædeterminatis.

Articulus. XLIX.

Articulus XLIX.

Equitur Arti. XLIX. de Dei beatitudine. Circa quam quæruntur octo.

Primum: vtrum beatitudo sit in deo.
Secundum: vtrum tres personæ vnica beatitudine sint beatæ.
Tertium: vtrum tres personæ sint vnus beatus an plures beati.
Quartum: vtrum beatitudo dei constet in vno, an in pluribus.
Quintum: vtrũ dei beatitudo sit eius essentia an aliqua eius actio.
Sextum: vtrum ęque principaliter constet in actione intellectus & voluntatis.
Septimum: vtrum in se contineat rationes omnium beatitudinum.
Octauum: vtrum ꝓsupponit productionem personarum.

A
Quęst. I. Arg. 1.

Irca primũ arguit q̄ deus nõ possit dici beatus, siue q̄ beatitudo non sit in deo. Primo sic. Beatitudo secundum Philosophum primo Ethicorum, est pręmiũ virtutum. Pręmio autem respondet meritum. Deo autẽ non conuenit aliquid mereri: quia hoc est indigentis. ergo &c.
2 ¶Secũdo sic. secundũ Boethium. iiii. de cõsolatione philosophię. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatiõe perfectus. in deo autem non potest esse aliqua aggregatio: quia ipsa non est sine cõpositione: quæ non est in deo secũdum prędeterminata. ergo &c.
3 ¶Tertio sic. beatitudo finis est eius qui est beatus. deo autem non est aliquis finis: immo ipẽ est omnium finis. ergo
In opposi. &c. ¶In contrarium est illud quod dicit de deo Apostolus primæ Timoth. vltimo. Beatus & solus potens. ergo &c.
B ¶Dicendum q̄ ex hoc dicitur beatus quicũq̄ beatus est, q̄ ꝑfecte attingit & as
Responsio sequitur bonum in quod sicut in vltimum tendit appetitu ex ratione naturę suæ sibi debito.

Vnde dicit Aug. x. & xiii. de Tri. Beatus est qui omnia habet quae vult, & nihil vult male. Nūc aūt licet bonum in qd̄ sicut in vltimū tendūt omnia, siue naturali, siue animali, siue voluntario appetitu, sit summū bonū qd̄ deus est (vt habitū est in parte supra: & inferius debet declarari suo loco) aliqua tamen etsi ipsum attingant secundū q̄ gradus naturae suae requirit, beata tamē esse ex hoc non dicuntur: eo q̄ perfecte illud bonū non attingūt neq̄ nata sunt attingere: hoc est, secundum id qd̄ illud bonum est in sua natura & essentia, sed solum imperfecte: & hoc est, in aliquo gradu perfectionis sibi debitae: qua aliquam effigiem particularem diuinae bonitatis in se assequūt: ad quam suo appetitu naturali tendunt determinate: & in ipso adepto quiescunt, nihil vlterius appetendo. Et talia sunt omnia p̄ter illa quae sunt intellectum habentia. Intellectum aūt habentia ipsum non attingunt secundū q̄ gradus naturę suę requirit, ipsum perfecte assequendo in aliqua effigie & similitudine eius particulari: siue fuerit in seipsis siue in aliis: sed solūmodo ipsum perfecte assequēdo secūdum illud quo habet esse bonum in natura & essentia sua: & hoc quia natura intellectualis in hoc excedit creaturam non intellectualē in appetitu, q̄ oīs alia creatura appetitu suo tendit in aliquod particulare bonum: & ad hoc determinatur vel ex natura, vt habentia appetitum absq̄ cognitione: vel ex obiecti determinatione, vt habentia appetitum aīalem tātū. Natura autē intellectualis ad nullū bonū particulare determinatur vllo modo: sed est simpliciter boni vniuersalis & in vniuersali: quia omnis boni secundum q̄ bonum est, aut aliquā rationē boni habet. Propter quod perfecte talis naturae appetitus quietari non potest nisi perfecte assecuto omni bono. Quare cum illud assequi non potest in aliquo particulari bono: nec etiam in omnibus particularibus bonis simul acceptis: quia extra illa est aliqua ratio boni quod non est particulare bonum: sed est ratio omnis boni: quo habito habetur omne bonum, cuiusmodi est solus deus: illud ergo bonum qd̄ appetit sicut vltimum natura intellectualis, bonum vniuersale est qd̄ est de[9] in seipso. & ideo assequēdo ipsum hoc modo, natura intellectualis dicit̄ beata ex hoc solo q̄ ipsum tali modo assequitur. Quare cum ipse deus bonum qd̄ ipse est perfectissime assequit̄: quia per summā idētitatē: cū alia ipsum non assequūtur nisi p̄ quādā vnionē: vt in sequentibus q̄stionib[9] iā amplius patebit: idcirco dicendū est q̄ deus est beatus: & non simpliciter beatus: sed summe beatus.

¶ Ad primum in oppositū: q̄ beatitudo est praemiū virtutis: Dicēdum q̄ illud dictum p̄hi solum intelligitur de beatitudine acquisita qua quis est beatus beatitudinis participatione, quā quis assequitur merito virtutum & operum eius, vel ex puris naturalibus, secundū philosophos: vel cum gratia, secūdū veritatē fidei. Nō aūt intelligitur de beatitudine naturaliter habita qua beatus est solus deus qui est beatus per essentiā: vt amplius iam infra patebit. ¶ Ad secūdum: q̄ in deo non est bonorum aggregatio: Dicendū q̄ aggregatio plurīū bonorū potest intelligi in vno vel per cōpositionē: quēadmodum vnitates diuersę aggregant̄ in numero: vel per reductionē: quēadmodū oēs numeri & vnitates eorū aggregant̄ in vnitate prima, quę est principiū numeri. Aggregatio bonorū primo modo, ponit compositionē: & nō est in deo. Aggregatio vero bonorū secūdo modo, est in deo p̄ summā simplicitatē: quēadmodū est in centro aggregatio omniū linearū procedentiū a circūferentia. De hac aggregatione dicit Diony. v. de diui. no. In tota oīm natura oēs p̄ singulas naturę rōnes cōuolutę sunt per vnā incōfusam vnitatē. Et inter plures rationes rerum quas exemplificando inducit, subdit. Oīs compactio, oīs discretio &c. Vnde quemadmodum est in deo compactio sic & aggregatio. quod plane exprimit alia translatio quae dicit sic In tota totorum natura omnes naturae vniuscuiusq̄ rationes cōgregatae sunt secūdum vnam & inconfusam vnitionem. ¶ Ad tertium, q̄ deo non est finis: Dicendum q̄ verum est secundū rem differēs a se: quēadmodū ipse est finis aliorum. Finis aūt intra se qui secundū rationem solūmodo differt a seipso, non inconuenienter attribuitur deo: vt infra patebit.

C | Ad pri. p̄tīū
D | Ad secundū
E | Ad tertiū

Irca secundū arguitur q̄ tres p̄sonę diuinę nō sunt vna beatitudine beatę. Primo sic: quēadmodū nō intellectualia, q̄ non sunt nata esse beata, se habēt ad attingēdū secūdū aliquā assimilationē ipsum beatificās: sic intellectualia se habēt ad attingendum ipsum in seipso vt est beatificans. sed illa secūdū diuersas rationes p̄fectionū in natura & essentia sua diuersam ei[9] assimilationē assequūt̄. ergo similiter & ista diuersam beatitudinē in illo assequuntur. sed diuersę personę in p̄sonalitate sua diuersas habēt rationes perfectionum: quia diuersas p̄sonales proprietates p̄sonarū cōstitutiuas. ergo &c. ¶ Secundo sic. Beatitudo est finis beati non consumens sed cōsummās. Dicēte August. xix. de ciui. de. Finē hoīm dicimus nō q̄ cōsumatur vt nō sit: sed q̄ perficiat̄ vt plenū sit. sed cōsummās & perficiēs p̄sonā secundū q̄ p̄sona est, nō est nisi propriū ei: quia essentia deitatis quę cōmunis est vt persona cōstituat̄: quasi recipit in se rationē p̄sonalis proprietatis:

F | Quaest. ii. Arg. i.

Ee

vt infra debet exponi.sed q͂d est propriũ p̄sonę,diuersum siue differens est in diuersis personis.ergo &c. In oppositũ. ¶In contrarium est.q̄m deus non beatificat nisi per suos actus intelligendi & volendi: quibus assequitur ipsum beatificãs:vt iam videbitur. Actus intelligendi & volendi idem est in trib⁹ personis:quia essentiales sunt:vt habitum est supra.per actum aũt eundẽ non assequit̃ nisi idẽ obiectum.idem est ergo beatificans siue quo sunt beatę tres personæ. sed in hoc consistit vnitas beatitudinis.ergo &c.

G Responsio. ¶Notitia vnitatis in hac questione dependet a cognitiõe eius q͂d quid est in beatitudine:quid.s.sit re.q͂d determinabit̃ in sequẽtibus q̄stionibus.Et quãtum pertinet ad presens,vt in summa sit dicere:beatitudo nihil est aliud re q̄ ipsum obiectum volitum:vt summũ bonum:vel ipse actus volendi aut intelligendi ipsum sub ratione summi boni:aut ipsa assecutio illius boni per actũ intelligendi aut volendi.Et quocunq̄ modo contingat aut se habeat res, cum actus intelligẽdi aut volendi vnus sit & idem tribus personis , & actus vnus & idẽ non habet nisi vnum & eũdem terminũ quẽ per actum assequitur ille cui⁹ est actus:vt ipsa assecutio nõ sit nisi vna:sicut nõ est nisi vnũ obiectum, scilicet actus & terminus: necesse ergo habemus ponere q͂ in deo beatitudo sit vna & eadem:& q͂ vno & eodem ipsę tres p̄sonę diuinę beatę sint.

H Ad pri.pri. ¶Ad primum in oppositum:q͂ non beata secundum diuersas perfectiones naturales assequunt̃ diuersas assimilationes ad bonum beatificans:ergo & ipsa beata diuersas beatitudines:Dicendum q͂ licet ratio aliquo modo posset concludere ex parte creaturarum beatarum eo q͂ earum beatitudo consistit in quadam assimilatione ad ipsum beatificãs,vt infra videbitur: illa aũt assimilatio est diuersa & diuersorũ graduũ secũdũ gradus meritorum:& sic in diuersis beatis sunt quodãmodo diuersę beatitudines:quia diuersimode assequunt̃ idem bonum beatificãs:vt infra patebit:tamẽ nullo modo p̄ot concludere ex parte diuinarum personarum:eo q͂ earum beatitudo consistit in assequendo per actum intelligendi & volendi bonum beatificans,non in quadã vnione & assimilatione:sed in plena & perfectissima idẽtitate: vt dictũ est iã,& iam infra amp i⁹ dicetur.Quia cum illud beatificãs in quo est ista idẽtitas personarum in eo q͂ sunt beatę,non est nisi vnũ & idem,neq̄ similiter ipsa idẽtitas in beatitudine:quare neq̄ ipsa eorũ beatitudo.& sic non

I Ad secũdũ. est simile q͂d inductũ est pro simili. ¶Ad secũdum q͂ beatitudo est finis consummãs & perficiens Dicendum q͂ duplex est consummatio:quedam qua perficitur res in esse:& quedam qua perficit̃ & consummatur in bene esse.Consummatio primo modo non est ipsa beatitudo:sed illud quo res habet esse id quod est in se. & talis consummatio in diuina persona est ipsa personalis proprietas eius,& differens in diuersis personis,de qua processit obiectio.Consummatio vero secundo modo est ipsa beatitudo, siue sit rei a qua differt per essentiam : vt contingit in beatitudine creaturarũ siue rei cum qua est idem per essentiam:vt contingit in beatitudine dei.& non est hæc beatitudo alicui personæ p̄pria, sed cõmunis tribus: sicut & bonum essentiale in quo consistit diuina beatitudo:vt infra amplius patebit.

K Quest.III. Argu.i.

Irca tertium arguitur q͂ tres personę non sint vnus beatus:sed tres beati:Primo sic.beatitudo rei cõsistit in suo actu p̄fecto respectu obiecti optimi,secũdũ p̄hm.x.Ethico.q͂ ergo beatus denominetur beatus:hoc est a sua actione.sed denominatio diuinarũ p̄sonarũ ab actione secundũ q͂ est actio egrediẽs,fit in plurali,secundũ q͂ dicimus q͂ pater & fili⁹ & spũs sanct⁹ sunt tres creãtes,nõ aũt
2 vnus creans.ergo &c. ¶Secũdo sic.bene dicit̃ q͂ pater & filius & spũs sanctus sunt beati:& sunt tres:quare sunt tres beati.Vel sic.si sunt beati:aut ergo vnus beat⁹: aut plures beati.sed illa propter incongruitatem non recipit̃ q͂ sint vnus beati.ergo debet dici q͂ sunt plures

In oppositũ. beati.& non nisi tres.ergo &c.¶In contrarium est.q͂ pater & filius & spiritus sanctus non minus sunt vnũ in beatitudine q̄ in æternitate & potestate. sed propter idẽtitatem in illis pater & filius & spũs sanctus dicuntur non tres ęterni vel potentes:sed vnus æternus & vnus potens: vt habetur in symbolo Athanasii. ergo &c.

L Resolutio q. ¶Dicendũ ad hoc:secundum inferius determinãda in q̄stionibus de modo loquẽdi de deo & de diuinis p̄dicationib⁹,q͂ circa p̄dicationẽ eorũ q̄ cõueniũt cõmuniter tribus p̄sonis, regula est q͂ denominationes quę fiunt ab eis p adiectiua noĩa vel participia:q̃ñ illa pure adiectiue tenẽtur:tunc semp pluraliter de trib⁹ p̄sonis dicunt̃:& hoc qa tres p̄sonæ sunt ipsum substantiuũ eius:& adiectiua vt adiectiua substantiuo debẽt cõformari in nũero sicut in gñe & in casu. & ideo bene dicitur q͂ pater & filius & spiritus sanctus sunt æterni:hoc est personę ęternæ: & similiter q͂ sunt beati:hoc est personæ beatę.Quando vero tenentur substantiue,tunc non dicunt̃ de plurib⁹

personis nisi singulariter & nõ pluraliter. Et hoc ideo, qa secundũ eandẽ rationẽ plurib⁹ cõueniũt. Unde nõ bene dicimus q̧ pater & filius & spũs sanct⁹ sunt tres aeterni: sed solũmodo q̧ sunt vn⁹ ęternus. Tunc aũt tenent̃ substantiue, qñ eis adiũgit̃ aliqd̃ adiectiuũ adiectiue tenẽtum, cuiusmodi est vnus duo vel tres vel plures: & nõ excipiunt̃ ab illa regula: nisi duo casus in quibus pluraliter denoiant̃ plures psonę ab eo qd̃ eis cõuenit cõiter: quorũ vn⁹ est: qñ denoiatio significat̃ verbaliter queadmodũ significat̃ in participio. Vñ bñ dr̃ q̧ pater & fili⁹ & spũs sanct⁹ sunt tres creãtes: sicut dicit̃ q̧ sunt tres q creãt. Et forte nõ ita bñ dicit̃ q̧ sunt vnus creãs: sicut nõ bñ dicit̃ q̧ pater & filius & spũs sanct⁹ sunt q creat. Et hoc ideo, qa secũdũ supra determinata oĩs actio diuina vt agẽti attribuit̃ supposito secũdũ rõnẽ suppositi: & ab actu denominat̃ secundũ q̧ ei attribuit̃ & ab ipsa egredit̃ siue pcedit. Quare cũ egredit̃ ab eis vt sunt plures agẽtes, pluralr̃ ab actu significato sub rõne actus denoiant̃, etiã si sit vna rõ agendi in pluribus: vt est diuina essentia sub ratione alicui⁹ attributi, vt habitũ est supra. Alius vero casus est, qñ ratio secundũ quã procedit actio a plurib⁹: non habet penitus & omnino rationẽ vni⁹ & eiusdẽ: immo quodãmodo pluriũ: qualis est ratio cõmunis voluntatis patris & filii in spirando spm̃ sctm̃. non eñ est ratio spirandi ambobus vt est voluntas simpliciter & absolute: sed vt est voluntas cõcors. & sic vt quodãmõ respicit plures: sicut quorũ est: sic quodãmodo habet rationẽ pluris. Propter qd̃ secundũ quosdã nõ bene dicit̃ q̧ pater & filius sunt vnus spirator sed duo spiratores, de quo erit sermo amplior inferius. ¶ Descendendo igit̃ ad ppositã q̃stionẽ: Dico q̧ beatitudo quia significat p modũ habitus non actus: & secundum vnam & eãdẽ rationẽ cõuenit tribus psonis: qa rõne actus intelligendi & volẽdi omnino vnius & eiusdẽ vniformis in trib⁹, quo assequ.t̃ obiectũ beatificãs: vt iã infra dicet̃: Qui etiã etsi ponunt̃ secũdũ quosdã esse de rõne beatitudinis, adhuc cõuenit tribus secundũ eãdẽ rationẽ oĩno. s. ratione diuinę essentię vt habet rationẽ potẽtię volitiuę vel cognitiuę: Idcirco simpliciter & absolute dicẽdum q̧ pater & fili⁹ debẽt dici vn⁹ beatus & non tres beati. M N Responsio.

¶ Ad primum in oppositũ: q̧ beatitudo cõsistit in actu: Dicẽdũ q̧ & licet beatitudo principaliter cõstaret in actu, & ab actu ipso diceret̃ qs beat⁹: qa tñ denoiatio ista significat̃ noialiter: & p modũ habit⁹: & eadẽ est penit⁹ ratio in tribus eliciendo illũ actum: ideo nõ debẽt ab illo actu dici pluraliter tres beati: sed vn⁹ beat⁹. ¶ Ad secundũ q̧ pater & fili⁹ & spũs sanct⁹ sunt beati &c. Dicẽdũ q̧ bñ dicit̃ q̧ sunt beati: qa ly beati pure adiectiue tenet̃: & p eandem rõnẽ bene dicit̃ q̧ sũt tres & hoc pdicãdo vtriq̧ diuisim. Sed tñ nõ seq̃t̃ cõiunctim q̧ sint tres beati: qa nõ secũdũ eandẽ rationẽ habẽt q̧ sunt beati: & q̧ sunt tres: qa sunt bti rõne vni⁹ & eiusdẽ qd̃ est eis cõmune vt dictũ est: sunt vero tres rõne differẽtiũ pprietatũ. Et ideo i pposito nõ seq̃t̃ ex diuisis cõiunctũ sicut nõ sequit̃: iste est albus, & est monach⁹: igit̃ est albus monachus: qa est albus ratione corporalis dispositionis: est vero monachus ratione regularis pfessionis. Est etiã in se falsa ista cõiuncta, pater & filius & spũs sanctus sunt tres beati: qa ly beati tenet̃ substantiue: & ideo significat̃ ipsa beatitudo plurificari in sua essentia secundũ personarũ pluralitatem in earum personalitate. qd̃ falsum est: vt patet ex supra determinatis. O Ad pri. prin. P Ad secundũ

Irca quartũ arguit̃ q̧ beatitudo dei qua ipse dicit̃ beat⁹, nõ cõsistat in vno: sed in pluribus differentibus rõne etsi non re. Primo sic. deus non est beatus nisi intelligẽdo & volẽdo seipsum: quia beatitudo dei consistit in sui fruitiõe: quae nõ est nisi in actu intelligẽdi & volẽdi. Act⁹ intelligẽdi seipsum aut volendi nõ pficit̃ nisi ex intelligẽte & volẽte & itellecto & volito, q̃ inter se rõne differũt: & etiã ab actu intelligendi & volẽdi: vt patet secũdũ supra determinata. ergo &c. ¶ Secũdo sic. si btitudo dei cõsisteret in aliquo vno, illud nõ põt esse nisi summũ bonũ qd̃ ipse est: qa beatitudo habet rõnẽ finis: & summũ bonũ est id qd̃ habet rõnẽ finis respectu oĩm aliorũ a se siue re differũt ab ipso, siue rõne, vnde etiã est finis respectu actus volẽdi: vt iam dictum est supra. Sed in illo bono solo secundũ id qd̃ est nõ cõsistit dei beatitudo: qa oĩno illud est in ipso, & habet illud in se ex natura sua. & nõ cõseq̃t̃ ex actu Itelligẽdi vel volẽdi: imo est mouẽs sicut obiectũ ad eliciẽdũ actũ intelligẽdi & volẽdi: beatus ergo esset deus non p suũ actũ intelligẽdi: qd̃ falsum est: qa tũc in eo q̧ est beatus esset similis dormienti: & ita nõ in nobiliori dispositiõe secũdũ phm̃ .i. Ethico. & .xii. Metaph. qd̃ repugnat beatitudini. ergo &c. ¶ In cõtrariũ est q̧ in illo solo consistit beatitudo qd̃ habet rõnẽ finis & vltimi: qa illud solũ habet rationẽ optimi. Si ergo essent plura aliqua in qb⁹ cõsisteret beatitudo, & haberẽt rõnẽ finis: cũ omnis multitudo reducit̃ ad vnitatẽ aliã ab eis: vel q̃ est alicuius in eis: reducerent̃ ergo illa ad vnã quę haberet rõnẽ finis respectu oĩm illorum. tale aũt dicimus esse id in quo consistit beatitudo. ergo &c. Q Quaest. iiii. Arg. i. i In oppositũ.

R Responsio. ¶ Dicendū ad hoc: q̄ cuiusq; beatitudo in hoc cōsistit, q̄.s. cōsequit̄ finē omniū vltimū, non quocūq; mō. s. in aliqua ei⁹ similitudine, sicut cōsequūt̄ ipsum inaiata: neq; in ratiōe mouētis & influētis aliqd in ipso: sed in hoc q̄ cōsequitur ipsum in eius natura & essentia, non quocūq; mō: sed in rōne beatificantis: hoc est in ratione pficiētis seipso vt cui ipsum illabit̄: & ecōuerso cui ille imergit̄. Illabi aūt beatificās natura (cuiusmodi nō est nisi solus de⁹: vt iā infra videbit̄) pōt creaturę p suā essentiā dupliciter. Vno mō vt naturā cōseruās in esse. Alio modo vt pficiēs ipsam in bene esse. Primo mō illabit̄ omni creaturæ intimādo se essentię illi⁹, inquātū deus intimior est cuilibet creaturę q̄ ipsa sibi: sicut debet declarari loquēdo de modo essendi dei in creaturis. Sic autem non beatificat: quia sic oīs creatura esset beata: immo oportet q̄ beatificans beatificato sic illabat̄ p suū actū: vt vice versa beatificatū possit se imergere & trāsferre p suū actū in ipm beatificans: vt p hoc mutuo fiant intima sibi & idipsum inquantū patitur rerū natura, in quo quietat̄ appetitus beati: quia nihil restat ei ad quod tendat vlteri⁹. & hoc modo illabendo pficit quo ad bene eē. Act⁹ autē quo natura beatificabilis se possit immergere, non est nisi actus voluntatis aut intellectus: eo q̄ secundū prędicta natura beatificabilis non est nisi natura intellectualis: cuius nō sunt nisi duo actus. Vnus voluntatis: & alter intellectus. Ex quibus actus intellectus non pficit per se intēdēdo ad aliud: sed in recipiendo in se aliud. Sed actus voluntatis per se perficitur tēdēdo in aliud vt in finē. Ad hoc ergo q̄ finis beatificet, necessario requirit̄ actus voluntatis quo se beatificatū trāsferre in finē sese quasi imergendo illi & intimando, & idipsum faciendo scd̄m q̄ possibile est: vt iā infra videbit̄. Voluntas aūt in actū suū pcedere non pōt nisi obiecto sibi pręsentato p cognitionē in intellectu: qa volūtas nō mouet̄ nisi ad bonū cognitū. Ad hoc ergo vt beatificās beatificet ad actum voluntatis perficiendū, præexigit̄ actus intellectus quo beatificās sese psentat voluntati: qui cū nō perficiatur nisi in recipiēdo in se obiectū quo mouet̄: vt actus intelligendi ipsum & cognoscēdi ex eo eliciat̄: vt habitum est supra: recipere autem nō pōt ipsum naturaliter: vt naturaliter ei psentet̄ seipso: quēadmodū sensibile extra psentat̄ sensui: aut intelligibile nostro intellectui in phantasmate: aut intellectui angelico per species: aut per habit⁹ naturaliter cōtētos in ipso: oportet ergo vt ipsum recipiat supnaturaliter sese voluntarie visui intellectus aperte per suā speciem psentando: secūdū q̄ dicit Aug. de vidēdo deū. Si vult videt̄, si nō vult nō videt̄. vt sic inquātū beatificās illabat̄ principaliter intellectui naturę intellectualis notitiā suam in ipsum causando. Et secundū hoc dicēdū est ad q̄stionē: q̄ beatitudo dei sicut & cuiusq; alterius nō cōsistit in vnico. s. in psentia ipsius beatificātis: sed reqrit̄ cū hoc duplex actus circa beatificās ex parte beatificati. s. intellectus & volūtatis: q̄q̄ in deo hęc tm̄ differant ratione: in creaturis vero secundum rem. ¶ Et scd̄m hoc

S

T Ad arg. pri. cōcedenda sunt duo argumenta ad primam partem adducta.

Ad arg. i op. ¶ Ad argumētū in oppositum: q̄ id in quo cōsistit beatitudo, habet rationē finis vltimi: & illud nō est nisi vnicū: Dicēdū q̄ beatitudo dei cōsistit in aliquo dupliciter. Vno modo vt in eo q̄d p se & principaliter beatificat. Alio mō vt in eo quo vniūt̄ beatificās & beatificatū. Primo mō beatificās finis est vltim⁹ & tātū vnic⁹: & sic inquātū cōsistit in tali, cōsistit in vnico. Secūdo mō beatificāt aliq̄ quę sunt vt finis sub fine: & sunt duo act⁹ btificati. s. intellect⁹ & volūtatis. Et inquātū beatitudo cōsistit cōmuniter in isto & in illo, btitudo necessario cōsistit i plurib⁹, secūdū rationē in deo, secundū rē in creaturis: secūdū q̄ hęc melius patebunt in q̄stionibus sequētibus.

A Quest. V. Argu. i.

Irca. v. arguit̄ q̄ beatitudo dei sit aliqua actio eius, & non eius essentia. Prio sic Si essentia dei eēt sua btitudo, cū essentiā habeat absq; opatiōe, tūc de⁹ eēt beatus absq; omi sua opatiōe. Cōsequēs falsum est secūdū iā determinata. ergo &c.
2 ¶ Secūdo sic. beatitudo rei cōsistit in optima ei⁹ dispositiōe. in essentia aūt dei secūdū q̄ est essentia nō cōsistit eius optia dispositio: sed in opatiōe, qa dispositio qua res existit absolute, silis est dormiēti: & qua existit in opatiōe, est silis vigilię, & melior est dispositio rei q̄ est silis vigilię, q̄ dormitioni scd̄m phm. i. Ethi. ergo &c. Vn̄ ibidē
3 dicit q̄ felicitas est opatio q̄dā. ¶ Tertio sic. illud ppt q̄d est natura intellectualis, finis est ei⁹ & beatitudo. hoc est opatio ei⁹: q̄m de⁹ nō est sine opatione: vt dicit phs. x. Ethic. Et vt dicit. ii. Cę. & Mū. oīs res cui⁹ est opatio, est pp̄ter suā opationē. ergo &c. ¶ In cōtrariū argui̊t primo sic. Oīs actio pcedit ab eo cui⁹ est. q̄d aut ab alio pcedit, pori⁹ pfectionē suā ab illo recipit q̄ ipsum perficiat. finis
In opposituī primo.
2 aūt rei siue beatitudo ei⁹ ipsam pficit. ergo &c. ¶ Secūdo sic. Sola diuina eēntia fruēdū est. Frui aūt est rei alicui inhęrere pp̄ter se. nulli aūt ppt se ihęrēdū ē, nisi diuinę eēntię: nō aut alicui opatiōi: qa opatio ē id quo ihæret. Solis aūt illis fruēdū est, q̄ nos beatos faciūt: sm̄ Aug. i. de doct. chri. Beatos
3 autem non facit nisi beatitudo: sicut neq; albos nisi albedo. ergo &c. ¶ Preterea id quod non est

nisi propter aliud,nō est finis vltimus.actio siue dei siue creaturę non est nisi propter aliud:vt dicit Cōment.sup.ii.Cę.& Mū.& videbit̃ rńdēdo.ergo &c. ¶Preterea in secūdo Cę.& Mū.dicit Phs 2
Res integra bonitate non indiget operatione qua fit bona:qm̄ ipsa est ppter quā fit oīs opatio & actio & cōplemētū opatiōis.de9 ē res itegra bonitate, secūdū q ibi exponit Cōmēt.ergo &c. ¶Pręterea.Beatitudo est finis vltimus. sed vltimū simpliciter nō est opatio aliqua, sed magis termin9 eius in quē tēdit:& ille in dei beatitudine nō est nisi ipa diuina eēntia.ergo &c. ¶Preterea.finis vltim9 est qđ primū est in intētione.hoc nō pōt esse opatio:qa nihil opat̃ nisi intēdēdo finē.ergo &c.

¶Quæstio ista q̃rit de beatitudine quid sit re,tanq̄ id quo deus dicat̃ esse beat9. B
Dicendū ad hoc,q cū in deo quicqd est idipsum est vt ipsa diuina essentia, re nihil aliud est beatitudo dei q̄ ipsa diuina essentia:qđ nō q̃rit q̃stio.Immo cū de9 dicat̃ beat9,& alia sit ratio beatitudinis qua est beat9:& eius q ipsa beatitudine est beat9:Quęstio est quid sit beatitudo dei re,largissime sumēdo rē pro illa ratione qua dicit̃ beatus.Et est dicendū:q cū beatitudo in creaturis a quibus nomē ad diuina translatū est:& a qua modo nostro ratio beatitudinis deo attribuit̃:consistit in fine suo vltimo quo habet pfectionē & cōplemētū sui esse:vt debet exponi loquendo de beatitudine creaturę:ratio beatitudinis in deo est illud qđ quasi pfectionē & cōplemētū diuini eē importat:qđ etiā habet rationē finis & vltimi respectu oīm eorum quę in deo cōsiderant̃:ad quē etiā oīa alia tendūt vt in vltimū finē:vt eo pficiant̃ quodāmodo quō & ipse deus,quem & naturaliter appetūt,licet diuersimode:secundū q & diuersimode ipsum assequunt̃:vt in sequētibus patebit.Ne tamē in ęquiuoco pcedamus de fine,sciendū est q finis qn̄q; sumit̃ cōmuniter pro vltimo & termino rei quocūq;:quēadmodū pūctus dicit̃ finis lineę,& cutis finis aīalis: vt dicit phs.v.Metaph. Qn̄q; vero sumit̃ pprie p vltio & termino qđ est bonū & optimū rei.secūdū q dicit phs.ii.Physi. Finis est non omne vltimū:sed optimū.& vtroq; modo finis omnium in deo est. Primo enim mō C
finis oīm quę sunt et considerant̃ tam in deo q̄ in creaturis,esse dei est siue diuina essentia: vt simpliciter & absolute considerat̃:& pcise quia est quasi oīm cōtentiuū.dicēte Diony.v.de di.no.De9 nō quodā modo est existēs:sed simpliciter & incircūscripte totū in se esse coaccepit & pręacoepit. ppter quod est quasi principium a quo oīa quasi ordine quodā rationis educunt̃ : & in qđ vt in finē & terminū reducunt̃.Propter qđ Diony.subdit dicens.Ante alias dei ipsius pticipationes esse pręposītū est.Propter qđ prima & dignissima diuinarū rationum in deo dicit̃, secundū Dionysiū dicentē ibidē.Cōuenięter cūctis aliis principalius sicut ens deus laudatur ex digniore donorū ei9. Vbi sequit̃ in antiq̄ trāslatione.Et maxime participationū pria. Secūdo mō est finis oīm quę sunt D
& considerant̃ tam in deo q̄ in creaturis,esse dei siue essentia eius nō secūdū pcisam rationē eē vel essentię:sed sub rōne boni qđ sup rationē absolutā ipsius esse addit rationē respect9 ad appetitum Esse em̄ siue essentia dei secūdū hoc est bonū illud qđ oīa appetunt,vt eo pficiant̃ secūdū gradū & modū naturę suę.secūdū q dicit Dio.iiii.de di.no. Oīa ad seipm bonitas cōuertit: &c.vt habet̃ in q̃stiōe sequēti. Et de fine isto secūdo modo hic loqmur.hoc em̄ modo beatitudo habet rōnē finis: qa cōsistit in adeptione iā dicti boni: qđ dicit respectū ad appetitū inquātū natū est mouere appetitū ad cōsecutionē sui:& hoc per actū pprių suę naturę cōuenietē.Ob hoc,em̄ quęlibet res est ppter suā operationē,q per eam finē suū nata est attingere:vt dicetur in sequētibus. Sed de tali bono qđ sic habet rationē finis,cōtingit loqui dupliciter. Vno modo vt in se cōsiderat̃.tanq̄ attingibile & pfectiuum oīm.Alio modo secūdū q natū est attingi a diuersis diuersimode secundū diuersitatē graduū & naturę suæ.Primo modo est finis p indifferentiā quātū est de ratione sua se habēs ad oīa:nec habet rationē beatitudinis aut beatificati nisi oīa nata essent dici beata in ipsum attingēdo qualicūq; modo.Secūdo mō diuersimode est finis diuersorū:secūdū q diuersimode ipsum assequūt̃:& sunt duo modi in gn̄e:qm̄ quędā eorū assequūt̃ ipsum actione sua pure naturali:quędā vero actione intellectuali.Primo mō consequunt̃ ipm oīa nō intellectualia: & hoc nō attingēndo imediate essentiā illius boni in se & immediate, sed solum in quadā effigie & siītudine ipsius , q̄ est proprius finis illarū intra:sed diuersus secūdū diuersitatē naturarū p quē ordinant̃ vlteri9 secūdū rōnē cuiusdā respect9 i essentiā illi9 boni vltimi.Et illū finē pprių qđdā entiū nō acqrit aliqua sua actione,nisi modica & impfecta:qua & cōseruat ipsum:vt infima creatura:sicut terra.Quędā vero acqrūt ipsum sua opatione pfectiori,& cōseruāt sibi,vt alia elemēta & corpora cęlestia,quātū ptinet ad eorum pfectionē corporalē vt corpora sunt.Sed hoc diuersimode.Quędā.n.hoc bonū cō- F
sequuntur pluribus motibus siue actionibus:quędam paucioribus:& quædam perfecti9,quædam ipfectius,secundū q debet exponi loquendo de creaturis.& de hoc erit sermo in pte iā iferi9. Scđo mō cōsequunt̃ illū finē intellectualia actiōe itellectuali cognitiua & volitiua: & in istis habet p rio

rōnē beatitudinis & beatificātis:sed diuersimode, secūdū ꝙ diuersimode sua ꝓpatiōe intellectuali illud consequuntur.Quædam enim consequunt̄ illud immediate in essentia illius.Quædam vero non immediate in essentia eius:sed in aliqua effigie & similitudine eius.Isto secundo modo ipsum consequunt̄ hoīes ꝓ statu vitę ꝑsentis etiam ex puris naturalibus. Ex qua cōsecutiōe ph̄i ponebāt in hoīe beatitudinē duplicē secundū duplicē consecutionē illius: Vnā politicā circa actionem boni moralis: Aliam speculatiuā:& illā esse supremā circa speculationē veri secundū sciētias speculatiuas.Et in isto mō in superiori effigie & similitudine cōsequunt̄ hoīes illud bonū:sed in infimo gradu beatitudinis.Primo modo consequunt̄ beatitudinē deus & beati in gloria siue angeli siue homines:qm̄ bonū illud qđ est ipa diuina essentia,immediate in essentia eius cōsequunt̄: propter qđ in superiori gradu participant beatitudinem,& sunt quasi dii:vt infra dicetur. Vnde nomine dei oēs sic bonos cōprehendēs ph̄s,distinguit beatitudinē horū a beatitudine hoīm in statu ꝑsenti sub differētia ad illa quę non sunt nata beatificari,cum dicit.x.Ethico. Diis quidem omnis vita beata: hoībus autem inquātū similitudo quędam talis ꝓpationis existit: aliorum autem nullum felix: qa

G nequaq̄ cōmunicāt speculationē. De istis aūt quę istud bonū immediate consequuntur sua operatione intellectuali,subdistinguendū:qm̄ quoddam eorum consequitur ipsum per essentiam ei⁹ & essentialiter:quędā vero ꝑ essentiā eius:sed participatione. Primo modo solus deus trinitas ipsum cōsequit̄:quia consequit̄ sua operatione suā essentiā & essentialiter:quia in reali identitate & vnione naturali.Secūdo mō alii beati:quia licet consequunt̄ imediate ipsam diuinā essentiā sua operatione:hoc tamen fit in diuersitate essentiæ & vnione per gratiam tm̄,de qua nihil ad pręsens: nisi quatenus ꝑtinet ad illa quæ dicēda sunt circa dei beatitudinē in cōsequendo suā essentiā sub ratione boni & essentialiter. De cui⁹ cōsecutiōe sciendū est, ꝙ deus suā essentiā sub ratione boni dupliciter cōsequit̄. Vno modo naturaliter & absolute:īquātum ipse ꝑ essentiam est ipsa bonitas sua. Alio modo per suā operationē intellectualē ex cōsecutione eius.Primo modo non dicit̄ beat⁹:sicut neq; aliqua creatura ex eo ꝙ habet ꝑ naturam:& inquātū eā sic cōseqt̄,non se habet ad ipsum deū sicut finis extra in quē tēdit sua operatione:sed solū sicut forma naturaliter habita absq; oīni actione & operatione.Et ideo q̄uis habet rationē ꝑfectionis formę,nō tamē finis : & propterea nō est in illa cōpleta ratio ꝑfectionis,qualis est in fine.ꝑfectio em̄ quę est ex fine,maioris ꝑfectionis rationem

H habet q̄ illa quę est ex forma:vt iam patebit. Q₂ aūt deus beatus dicit̄, hoc cōtingit ex consecutione ei⁹ secundo mō:qm̄ in illa solūmodo cōsequitur eam secundū rationē finis:qđ nō pōt contingere aliter q̄ ꝑ suā operationē:sicut neq; in quacūq; re alia. Finis em̄ non cōsequitur nisi inquātū est effectus causarū:effectus aūt causarū eē nō potest nisi ordine quodā sit quasi pri⁹ causa causarum neutrum aūt fit sine ꝑpria rei ꝓpatione intellectuali cognitionis & volūtatis: secundū ꝙ explicabitur in q̄stione sequenti. Vñ quia res secundū ꝙ existit,in sua operatione secunda,est velut in actu respectu ei⁹ vt absolute considerat̄ s̄m suā essentiā: qa vt sic, est q̄si aliqđ ī habitu & in potētia:nobilior est aūt dispositio rei secūdū ꝙ est ī actu:q̄ secūdū ꝙ est in potētia aut in hitu: & nobilior est ratio ꝑfectionis qua perficit̄ secundū ꝙ est in actu:q̄ qua ꝑficit̄ secundū ꝙ est in potētia aut in habitu:ideo ꝑfectio q̄ ꝑficitur sua essentia sub ratione boni cōsequēdo ipsam ꝑ suam operationē secūdū quā est vt existens in actu,nobilior est q̄ illa qua consequitur eā ꝑ suā naturā : vt respectu act⁹ est quasi in potētia & in habitu.Et secundū hoc beatitudo dei in hoc consistit,ꝙ finis suus qui est essentia sua,inquātū est vt causa causarum se habens,quasi moueat diuinū intellectū in actū intelligendi sub ratione veri:& sic ipsum informet vt bonū cognitū:& similiter actū intelligēdi eius.Intellectum em̄ inquātū intellectū,est forma intellect⁹,& ipse est quodāmodo intelligibile etiā in illis q̄ intelligūt aliud a se,secūdū ph̄m.iii.de Aīa.Bonū aūt cognitū in intellectu allicit voluntatē:quæ allecta sua actione quasi mouet se in finē,ipsum sibi adipiscēdo sub ratione boni & finis vt est causa causarū:& ꝑ hoc vi amoris quasi trāsformat̄ in finē, & summe eidē conformat̄: in quo consistit btitudinis cōplemētū:vt patebit in q̄stione sequēti.& ideo tanto magis quāto ꝑ maiorē idētitatē vnit̄ sibi secūdū actū intellectus & volūtatis q̄ cuicunq; alteri.maiorē em̄ idētitatē vnionis sequit̄ maior cognitio,maior dilectio:& ꝑ cōsequēs maior delectatio.iuxta illud qđ dicit Auicēna loquēs de btitudine dei in.ix.Metaph.Cui⁹ ꝑfectio ē nobilior & abūdātior & sibi vicinior, & cui⁹ actio est ꝑfectior & nobilior & apprehēsio in se fortior,illius delectatio quam habet est excellētior & gloriosior sine dubio.Propter qđ etiā dicit ph̄s in.xii. Metaphysi. Voluptas est actio illius quia intelligit ꝑ se id qđ est nobilius ꝑ se qm̄ intelligit se. Desideratū autem est valde nobile & voluptuosum . Ex quo cōcludit.Est igit̄ deus in fine nobilitatis.Cōsistit ergo summe beatitudo dei in perfecta cōformitate,& quasi assimilatione ꝑ ꝓpationē intellectualē:intellect⁹.s.& volūtatis ad seipm̄: siue ad suū

I esse:siue essentiā,sub ratione boni & finis omnium vltimi.Nunc autem ita est(secundum ꝙ dicit

Auicē.vi.Metaph.)cum,res in assimilādo alicui rei habet finem sui,& res ipsa finis est,& assimilatio ipsa finis est.hoc est dictu: Res illa per quā & in qua fit assimilatio,finis est,etiam si secundum se consideretur absq; hoc ꝙ sit terminus actus p quē pficit̄ illa assimilatio. Et habet rōnē finis differētis ab eo cuius est finis:vel secundū rē respectu creaturarū:vel secūdū rōnē respectu dei.Et silr finis est actio ipsa qua perficit̄ assimilatio:vt in se comprehendit rē illā vt terminum actionis:& est vtrūq; quodāmodo vt termin⁹ & finis intra.Primo modo secundū pdicta habet rationē finis vniuersalis oim,& nō ppriе beatificātis:sed solū secūdo modo. Et cum in hoc toto,licet sit idem re, in deo sit considerare duo differentia secundū rationē.f.rōnē ipsius actus intellectualis:& rōnē ipsius obiecti:super hoc pposita est qstio psens:cū vtroq; ipsorum simul perficit̄ ratio beatitudinis:ita ꝙ neutrum possit eā perficere sine altero:in quo ipsorum debet dici cōnsistere dei beatitudo:vt possit dici ꝙ ipsum sit principaliter dei beatitudo.Nec potest dici interimendo qstionē, ꝙ in neutro possit dici consistere principaliter,simpliciter & absolute:eo ꝙ non secundū rationē eandē cōsistat in,eis:q̄a in vno eorū cōsistit secundū rōnē act⁹:in alio vero secūdū rationē obiecti.qm̄ quandocunq; aliqua se habent in ratione finis respectu alicuius,cū impossibile est duos fines esse ęqualiter alicuius,siue secundū eandē rationē,siue secundū diuersas,vt patet inducēdo in singulis:oportet igitur ꝙ vnus illorū sit sub altero.In finib⁹ aūt sic se habentibus:licet sunt diuersarū rationū,necessario vnus est principalior:q̄a diuersitas eorū in ratione finis cum se habeat per ordinē,non pōt esse pure ęquoca in ratiōe finis:sed ad min⁹ oportet ꝙ sit analoga.& inter analogice se habentia in aliquo vno bene fit comparatio secundū illud.Nunc aūt ita se habet in finibus ordinatis:quotū vn⁹ est sub alio:vt semper vltimus sub quo est alius, principalis est respectu illius,& formalis & perfectiu⁹.Quare cum prædicta duo in pposito sic se habeant adinuicem, ꝙ ipsum obiectum est vltimus finis & formalis respectu actus siue operationis: quia non est operatio nisi propter illius consecutionē:& in se habet rationem fluxus: & nō quietis nisi inquantū ipsum attingit: licet non sit factiuum illius: quēadmodū est ppter aliud actio quæ dicit̄ factio, secundū pħm in.i.&.x.Ethico. Idcirco dicimus ꝙ principalius beatitudo dei consistat in ipso obiecto,q̄ in ipsa eius operatione intellectuali:& ꝙ ipsa diuina essentia sub rōne boni consecuta a deo p opationē suā,simpliciter & absolute debet dici dei beatitudo:& non ipsa operatio nisi quatenus attingitur per ipsam obiectum,& ipsa illo informat̄. Aliter eñ opatio nullo mō posset habere rōnē pfectionis respectu operantis. Si eñ operatio pręcise consideretur infra limites suos,operatio habet esse perfecta quia procedit a perfecto:& nō ecōuerso.Et ita cū secundū Auicē.vt videbit̄ in qstione sequenti,est quidam finis p essentiā:est & alius finis necessarius:finis per essentiā dicēdus est solū obiectū,& non operatio, nisi sicut necessarius ad illum adipiscēdū.Et sicut hoc dicimus de beatitudine dei, multo fortius & dicimus de beatitudine oim̄ beatorum:quorū operatio non est quid increatū,sicut est operatio dei: vt nullo modo posset esse ęque nobile neq; secundū rē neq; secūdū rationē ipsi obiecto quod deus est:sicut in deo ęqualiter nobile est re actio & obiectum:licet differant in hoc ratione.Magnū autē est incōueniēs dicere ꝙ illud in quo principaliter cōsistit nostra beatitudo,vt quo sumus beati,sit q̄d creatū aut creatura.dicēte Hugone sup.vii.C.ę.Hier.Sim⁹ in ipo & ipse in nobis:vt nō sit aliud extra ipsum in quo beatificemur:sicut aliud nō pōt esse præter ipsum a quo creemur.¶Ad intelligēdū aūt quomodo potius esse siue essentia dei,sub ratione boni debet dici dei beatitudo & finis oim,q̄ alterius rōnis in deo etiā sub rōne boni:vt sapientia vel potentia aut hmōi:Sciendum ꝙ licet omnia quæ in deo considerantur,habent rationem boni:sicut potentia: & q̄cunq; alia habent rationem veri & entis: sicut tñ ratio entis siue esse in deo quasi prima est & simplicissima & amplissima in cōtinētia:super quā prio cadit ītellect⁹ noster:sic & ratio veri & boni vt cōsiderant̄ circa esse dei,rationem veri & boni simplicissimi & amplissimi habent. Sicut eñ esse continet generaliter omnes rationes entis:sic esse,sub ratione veri continet oēm rationem veri:& sub ratione boni oēm rationem boni.Propter quod vt sic consideratur,proprijssime habet rationem finis omniū & voliti simplicissimi vt sicut quēadmodum deus intelligendo suum esse sub ratione veri, intelligit in eo omnes alias rationes essendi in ipso:sic volendo suum esse sub ratiōe boni,vult oēs alias rationes quę sunt in eo sub ratiōe boni:& sic quicq̄d est verū in creaturis, reducitur ad vnū verū secundum rem in deo:in quo sunt plures rationes verorū: quia vera sapiētia,vera potentia,& huiusmodi:quæ omnes reducuntur ad verum in ratione essendi:& quicquid est boni & omnium talium omnes rationes creaturarum inquantum oia habent rationem boni in creaturis,reducūtur ad vnū bonū reale in deo: in quo sunt plures ratiōes boni.Bona eñ est sapiētia,bona est potētia & hmōi q̄ oēs reducūt̄ ad bonū in rōne essendi:vt sic de⁹ dicat̄ Alpha & ω,pricipiū & finis,rōne ei⁹ ꝙ est aliq̄d secūdum rem respectu omnis creaturę, & ratione eius ꝙ est aliquid in ratione essendi

& respectu oīs creaturæ,& simul respectu oīm aliarū rationū q̄ considerant̄ in deo.Et per hūc modū neq; diuina essentia,neq; eē dei,neq; aliqd in deo cōsideratū sub rōne essentię aut eē,aut aliquorū hmōi,habet rationē beatitudinis,aut finis beatificātis deū aut creaturā:sed solū esse diuinū,inquātū habet rōnē veri simpliciter,cōtinētis oēm rōnē veri:& boni simpliciter,cōtinētis rōnē ois boni:non autem proprie loquendo,sapientia diuina etiam sub ratione qua est bona,neq; potentia sub rōne qua est bona:quia talis ratio boni non cōtinet omnem rationem boni: quia ratio boni qđ est sapientia,inquantū est sapiētia non cōtinet q̄si sub se(vt ita loquar)bonū qđ est esse, inquātum est esse absolute:sed econuerso:quēadmodū ratio sapientiæ non continet rationem esse vniuersaliter sed econuerso.Et sic patet q; licet esse dei sit quasi primū & simplicissimū, ad quod reducunt̄ oīa inquantum sunt simpliciter & absolute:inquantum tamen sunt appetentia,non reducunt̄ ad ipsum sub ratione qua est esse,sed sub rōne qua est verum & bonum,& maxime sub ratione qua est bonū:quia in ipsa cōsistit principaliter ratio beatitudinis:vt in sequenti quæstione videbitur.

M
Ad pri.pri. ¶Ad illud ergo:q; essentia dei non est dei beatitudo:quia tunc esset beatus absq; omni actu:patet quid dicendum est secundū iam dicta:quia bene verum est q; diuina essentia nō est dicenda finis dei siue sua beatitudo,vt in se & absolute cōsiderat̄,secundū q; pcedit obiectio:quia sic deus in eo q; esset beatus, esset similis dormiēti,& non esset in ratione melioris dispositionis in qua debet esse inquantū beatus est. Illa enim est ei inquantū existit in suo actu intelligendi & volendi:quēadmodum quęlibet res alia in nobiliori dispositiōe est secundū q; existit in suo actu, q̄ secundū q; existit alio modo.Propter qđ dicit p̄hs in.xii.Metaph.q; voluptas est actio illi⁹.& vigilia & sensus & intellectus sunt voluptuosa.Vnde licet diuina essentia non sit eius beatitudo in se cōsiderata & absolute:considerata tamen vt est terminus diuinę operationis secūdū intellectū & voluntatem:reuera ipsa est dei beatitudo vt dictum est.Vnde non potest argumentum concludere q; aliqua diuina actio vel operatio sit principaliter secundū rē dei beatitudo:sed q; essentia sua nō est eius beatitudo absq; omni sua operatione.¶Per quod patet responsio ad secundum.¶Ad tertium q; p̄hs determinat q; sit operatio,&.i.&.x.Ethico.Dicendū q; philosophus quādo dicit q; felicitas siue beatitudo est operatio:non sumit ibi operationem intellectus aut voluntatis præcise, excludendo obiectum intellectum & volitum:vt secundum prædictam rationem per operationē intelligendi & volendi se habet ad intelligentem & volentem.Aliter eīn diceremus q; bonum increatum esset extra essentiā beatitudinis creaturę intellectualis: qđ falsum est:quia nihil citra bonum increatum creaturā intellectualē satiare pōt:vt declarari debet loquēdo de eius beatitudine Finis eīn eius non est nisi apud quē est quies.Sumit ergo p̄hs in dicto suo operationē vt cōprehēdit in se obiectū intellectū sub ratiōe eius qđ quasi informat intelligētē,& obiectum volitum sub ratione qua in ipsum transubstātiat̄ volens secundū pdictū modū.Sic aūt de opatione loquēdo,verum est q; est ipsa beatitudo & nihil aliud:quia cōprehēdit in se oēm rationē in qua pōt consistere beatitudo secundū triplicem rationem finis:inquantū verum intellectum vt forma intelligentis informat intelligentem:& bonum volitum vt forma volentis transformat in se volentem: qui habet rationē finis vltimi:qui est finis continens finem inquātum verū simpliciter intellectū & bonū simpliciter volitū habet rationē finis:& sibi continēs finē, inquantū actus intelligēdi & volēdi pcise dicunt̄ finis siue beatitudo:vt dictū est.Et hoc modo loquēs de actiōe Cōmētator sup.ii.Cę.& Mū.dicit q; fines sunt actiones tātū.Et sic restringendo operationē quā p̄hs extendit,si proprie velimus loqui de eo qđ vere debet dici beatitudo vt finis vltim⁹ q nō est sub fine, nō debemus dicere q; opatio sit finis aut beatitudo:immo opatio est id cui⁹ est finis:licet aliter q̄ operās est id cuius est finis.Quia id cui⁹ causa fit aliqd,dupl'r dicit̄ eē hui⁹,vt cui⁹ & quo,sicut dicit̄ i p'mo Phy.& expressius.ii.de Aīa.Vt cui⁹,quēadmodū aīa est finis corporis organici cui⁹ est forma. Vt quo, quēadmodū aīa est finis opationis naturalis p quā pducit̄ in corpe organico.Vbi ponit p̄hs dictā ppositionē ad insinuandū q; aīa aliter est finis corporis organici:aliter opatiōis naturę. De quib⁹ immediate pri⁹ pbauit q; respectu illorū duorū aīa est causa finalis siue pter qđ: vt ex hoc clarū sit q; p̄hs intēdit ibi distinguere duos modos ex parte ei⁹ qđ habet causam finalē respectu ipsius causę finalis vnius & eiusdē:secundū quos vno modo dicit̄ esse causa finalis vnius, & alio modo alterius . Non q; intēdit distinguere duos modos ex parte ipsius causę finalis respectu vni⁹ & eiusdē:secundum quos vno modo vnum dicitur illorum esse finis, & alio modo aliud: quemadmodum aliqui solent dicitur q; finis dicitur dupliciter:cui⁹ & quo : idest res in qua inuenitur ratio boni quæ est obiectum voluntatis, & vsus siue operatio eius circa ipsum:& q; secundum hoc obiectum volitum est finis vt cuius:ipsa vero operatio intellectus circa ipsum,est finis vt quo.Immo sic debet dici: q; obiectum volitum est finis volentis & intelligentis:vt cuius est principaliter

N
Ad secūdū.
Ad tertium

finis.Est autem finis operationis volēdi & intelligendi, vt quo intelligēs & volēs acquirit siue adi
piscitur sibi finem in obiecto volito & intellecto. Vnde Phus.xii.Metaph.loquens de beatitudine O
dei,dicit ꝙ sit per acquisitionem intellecti. insinuans per hoc ꝙ in praecisa operatione intellectuali
nō cōsistit nisi inquātū per ipsam ipsum intellectū quodāmō acquirit intelligenti scđm prędeter-
minatum modum. vt sic etiam scđm Phm. pręcise sumendo operationem, ponendū est ꝙ prin-
cipalius consistat beatitudo in obiecto ꝙ̃ in operatione. Qꝫ ꝙ̃ enim sic consistat in vtroq;,vt etiam
aliquo modo operatio poterit dici ipsa beatitudo,& sic ab vtroq; eorū denominet beatus, & vtrū
ꝙ eorum sit finis beatificati,licet diuersimode:vt vnū eorū est finis vt qđ principaliter intenditur
alterum vero vt quo illud obtinetur:licet hoc non pertinet ad intentionem phi in dicto suo, ma-
xime circa felicitatē hominis,quā non potuit ponere in obiecto cognito & amato,vt iam infra pa
tebit:quia tamē qñq; aliquid aliqualiter potest denominari a pluribus, ita ꝙ ab vno principaliter
& ꝑpter se,ab alio autē secūdario,& ꝑpter aliud: cū absolute & simplr quęrit quid sit illud a quo
denominatur tale,debet reddi in respōsione illud a quo principaliter tale denoiatur,& melius re-
sponderetur ꝙ̃ si reddatur alterum. Verbi gratia,Si quis bona facit proximo suo diligenti deum,&
ob hoc dicit bon⁹,ipe pōt denoiari bon⁹,& qa facit ꝑpter ꝓximū,& quia facit ꝑpter deū.Quia tñ
facit ꝑpter deū principaliter & intuitu dei,non autē propter proximū,nisi qa in ipo agnoscit deū
cum absolute quęrit quare ipse est bonus,etsi bene respondet,qa bona facit ꝑpter proximū,meli⁹
respondetur,quia bona facit propter deum. quia etsi faceret proximo nō propter deum,non vere
posset dici bonus.Quare ꝙ̃uis in proposito aliquis potest denominari beatus,& ab operatiōe qua
tendit in finem,& ab ipso fine quem adipiscitur illa operatione,quia tñ a fine principaliter denoia-
tur beatus,tanꝙ̃ ab illo quod principaliter intendit,& ab operatione tanꝙ̃ ab illo qđ intendit ꝓ-
pter finē,& ita secundario,inquātum scilicet ipo finis adipiscit(quia si pręscribat finis a substātia
actionis,non ꝑpter illam posset dici beat⁹) cum quęritur absolute quid sit illud a quo iste dicitur
beatus,etsi quoquo modo bene dicit ꝙ sit operatio eius qua tendit in finē: melius tamen dicit ꝙ
sit ipse finis siue operationis obiectum. *Sicut* enim in genere causę formalis,res magis habet de-
nominari a forma proxima & vltima,ꝙ̃ a prima remota:sic econuerso in genere causę finalis,ma- P
gis debet denominari a fine vltimo remoto, ꝙ̃ a fine proximo : quia sicut forma proxima est per-
fectior in ratione formę ꝙ̃ remota,& est prima in intentione:licet sit vltima in executione:sic finis
remotus est perfectior in rōne finis ꝙ̃ ꝓpinquus:& prior in intentione,licet vltimus in executiōe,
vt sic denominatione quę est in genere causę finalis,qualis est ista qua dicitur aliquis esse beatus
magis debet res denominari a fine qui est extra,ꝙ̃ a fine qui est intra,ꝙ̃uis finis extra nō penitus
manet extra,immo per ipsum actum fit intra : secūdū ꝙ infra amplius videbitur.Quare cū illud
a quo quis dicitur beatus,est sua beatitudo,sicut illud a quo quis dicit albus,est sua albedo:mul-
to melius ergo est dicere ꝙ beatitudo rei sit eius finis vltimus qui est obiectum operationis:ꝙ̃ di-
cere ꝙ sit ipa operatio.Et est temerariū in hoc sequi dictū phi,vt iam patebit.Sic ergo operatio si-
ue intellectus siue voluntatis,non potest esse vltimus finis eius,secundū ꝙ pręcise sumit: vt ideo
nullo modo posset in ipsa principaliter cōsistere beatitudo,vt aperte iam patebit.Qꝫ eñ operatio
vt fruitio vel vsus aliquis circa rē potius est finis oꝑantis,ꝙ̃ res ipsa:vt ꝙ pecunia nō est finis prin
cipalis alicuius:sed potius habere & possidere eam aut expendere aut erogare:hoc contingit in
rebus quę sunt ad finē,nullo aūt modo in re illa quę obiectiue est finis,ad quē sunt oīa alia & ipse
ad nihil aliud a se . ¶Ad quartum ꝙ operatio est finis cuiuslibet cuius est operatio,quia est pro-
pter suam operationē: Dicēdum est distinguendo de rebus quarū est finis,quę sunt subiectę fini. Q
Est enim quędam res quę,tantū habet finem intra se,& nullo modo extra:& est res alia quae non Ad quartū.
tantū finem habet intra sed etiam extra. Quae sic se habēt per ordinem,quia res quę habet finem
extra se,ipsa & sua actio ordinantur sicut ad finem,ad rem quę non habet finem extra,& ad eius
actionem. Res primo modo solus deus est. Res secūdo modo est omnis creatura.Vnde si cōpare
mus multas causas finales quę sunt in creaturis,& illam quae est in creatore,adinuicē, duplex est
ordo in ipis,vel.s.incipiēdo ab vna extremitate,scilicet a fine sūmo:vel ab infimo. Verbi gratia(se
cundum ꝙ dicit Cōment.in expositione dictę propositionis)si dicamus ꝙ motus cęli est propter
actionē rei ęternę diuinę,cum omne ens habeat actionē:& elemētorū cōtrarietas est propter mo-
tum cęli:& generatio est ꝑpter elemētorū cōtrarietatē. Et ecōuerso,si dicamus quare est gñatio?
ꝑpter contrarietatē elementorū:& elemēta cōtraria quare sunt? propter motū cęli?& motus caeli
quare est? propter actionē diuinam.& hic quiescit desiderium humanū.Et de vtroq; genere rerū
verum est,ꝙ oīs rei est aliqua operatio,& ꝙ res est propter suam operationē vt propter finem.
Sed distinguendū est de fine:quia fm Auicē.vi.Metaph.est finis per essentiā qui est finis per se,& R

est finis necessarius ad illum qui est p se, & pertinet ad fines per accidens. Verbi gratia per simile circa causam formalem in serra, vt per ipsam perficiatur incidere, causa per se est q fit dentata. Causa vero necessaria, est q fit durities in materia. Finis primo mõ nõ cõuenit alicui operationi, vt precise accipitur non includens in se terminũ ei⁹ secundũ modum predictum: quia impossibile est simplr, vt operatio precise cõsiderata quecũq, sit finis alicuius vltimus. Qđ patet in actione voluntatis, & intellectus: que ponit esse vltimus finis. Primo ex cõparatione ad obiectũ. Secũdo ex comparatione ad subiectum. In comparatiõe ad obiectũ, hoc est ad intellectum & volitum, hoc aperte patet, quia actus intelligẽdi & volendi necessario terminatur primo & principalius sicut in finem ad intellectũ & volitũ quod est res, q̃ ad seipsa. Quis em̃ aliquis intelligit se intelligere aut velle siue velit se velle & intelligere, primi tamen intellecti & voliti rõnem ad quam terminatur act⁹ intelligendi & volendi, nõ potest habere & intelligere & velle, quia nihil potest intelligere qđ intelligat, aut velit, nisi aliquid intelligat & velit qđ nõ sit ipsum intelligere & velle, quẽadmodum impossibile est q primũ visibile sit ipsum videre, cũ visus videt se videre. Nõ em̃ põt aliqs videre se videre nisi videat aliqđ primo visibile, vt lucẽ vel colorem, quod non est ipse actus videndi. Idẽ patet in comparatione ad subiectũ: hoc est ad intellectũ & voluntatẽ, siue ad intelligentẽ & volentẽ, qm̃ actus intelligẽdi & volendi est effect⁹ & causatũ ab intelligẽte & volẽte, aut quasi effectus & causatũ. Nũc autẽ causatũ & factũ pfectionẽ in esse habet a sua causa p se nõ aũt ecõuerso. Propter qđ pbat Auicẽ. ix. Meta. q motus celi non est finis motoris eius, quia est effectus eius: dicens. Illud quod factum est acquirit suam perfectionẽ ab eo a quo factũ est. Incõueniẽs est ergo vt ecõuerso pficiat substãtiam sui agentis. perfectio em̃ hec, inferior est perfectione agẽtis cause. Id autẽ quod inferius est, nõ acquirit id quod nobilius est & dignius: sed fortasse id quod est inferius, preparat nobiliori suũ instrumentũ & suã naturã quousq ipsum nobilius habeat esse in aliqua rerũ. Et per hoc insinuat q esse finẽ secundo modo, bene cõuenit alicui operationi: sed tñ nõ omni. Ad cuius intellectũ oportet distinguere operationẽ. Est em̃ quedã operatio qua res acquirit suũ finẽ, in qua consistit sua perfectio, sed nõ cõseruatur per eã. Est aũt alia operatio qua finis acquirit & conseruatur. Operatio primo modo motus est qui quiescit puento ad finẽ interum ab agẽte, & hoc siue sit finis ad quẽ puenit motus p se, & est terminus motus: siue sit finis qui non est p se terminus motus, sed aliquid aliud, sed non peruenitur ad illud nisi p motum, scđm q exemplum de primo est (vt dicit Auicen. vi. Metaph.) q hominem aliquando tedet esse in vno loco, & imaginatur formam alterius loci: & quia desiderat esse ibi, mouet tunc ad illum locũ & puenit motus ad illum Exẽplũ vero de secundo est, q hõ aliqñ imaginat amicũ suũ, & desiderat videre illũ. Vnde mouet ad locũ: in quo putat se inuenire illum, & mot⁹ peruenit ad locũ illũ, quod nõ est desideratum: sed aliud, qđ est inuentio amici, qđ est terminus per accidens respectu motus, & nõ finis, sed eius qui mouet. Quia (vt dicit Auicẽna) fine existente propter quẽ res est, & quẽ intendit res, nõ destruit res: sed per eũ perficit res. Motus aũt destruit peruẽtione eius. Tali quidẽ operationi que nõ proprie dicitur operatio: nullo modo cõuenit q sit finis rei mote. Solũ ergo de operatiõe secundo modo & de fine secundo modo intelligit dictũ phi, q res est propter suã operationẽ. & hoc non est propter ipsam operationẽ: sed qa operãs suũ finẽ nõ attingit sine sua operatione, neq ipm cõseruare põt. Propter qđ vult Auicen. q finis vltimus intentus a celo & motore eius, non est motus eius, neq aliquid cui⁹ esse in effectu acquirit per motũ: sed q bonitas pura & nõ aliquid extra a motore intentũ sit vltimus eius finis. De quo sciendũ, q dupliciter potest considerari. Vno modo rõne
S causalitatis sue. Alio modo rõne sui esse, qua est res ens & natura aliqua. Differunt enim he due rationes in eodem. Et licet in aliis generibus cause (secundum q dicit Auicen. vi. Metaph.) res aliquãdo est causata in sua causalitate, hoc est q habet a causa priori q possit esse causa posterioris: aliquando vero est causata in suo esse, hoc est q habeat ab alio q existat: In causa tamẽ finali hoc est generale, q in ipsa causalitate sua est causa omniũ aliarum causarum, scilicet efficientis, materialis, & formalis, & ipsa penitus nullam habet causam respectu sue causalitatis. Esse aũt cause finalis duplex est. Vnũ in intellectu: aliud in ipsa rei existentia. Primo mõ adhuc nulla alia est prior ea sed ipsa est causa causarũ. scđm q dicit Auicẽ. vi. Metaph. In anima finis prior est agẽte: & postea imaginat apud se actionẽ & dispositionem recipientis & causalitatem forme. Secundo modo sub
T distinguit Auicen. in. ix. Metaph. q finis aut ex se habet esse in effectu aut non: sed acquiritur ei per operationem. Secundus modus nullo modo conuenit fini vltimo eadem ratiõe qua ipsa actio non potest esse finis vltimus, vt ostensum est iam: licet conueniat alicui fini inferiori. secundũ q dicit Auicẽ. vi. Metaph. Cũ aliquis fabricat sibi domum vt inhabitet eã, ipsa inquisitio inhabitationis inducit eum ad fabricandum: & est ei prima causa fabricandi inquantum ipse est fabricator: &

est causatum, inquantum ipse est habitator. Primus autem modus est proprius fini vltimo. Vnde dicit Auicen. vi. Metaph. q ista causa non est causa inquantum inuenta, sed inquantum est aliqd. Vnde secundum modum quo habet esse in intellectu est causa causarum aliarum in earum causalitate: secundum modum vero quo iam habet esse in effectu, est causatum simpliciter in sua entitate. Si enim non habuerit esse in effectu, sed suum esse fuerit preter suum esse in effectu: tunc nulla aliarum causarum erit sibi causa, nec etiam agens qui facit ei habere esse. Igitur causa finalis non est causa causata cæterarũ causarum, secundum q est causa finalis: sed secundum q iam est aliquid in effectu. Cum enim non habet esse in effectu, nõ est causata vllo modo. Ex quo concludit. Qđ igitur per essentiam est causa finalis, est causa cæterarum causarum. Sed ex modo quo eius intentio iam habet esse in effectu, accidit ei vt sit causata, non scilicet in se, sed in eis quorum est finis, quo ad eius adeptionem. Est enim alius modus quo finis fit in eis quæ sunt ad finem & subiecta fini, ab eo quo fit in se: sicut alius est modus in causa formali, quo scilicet anima fit in corpore, & quo fit in se. q̃uis isti duo modi sunt vnum subiecto, vt dicit Commen. in expositione propositionis quã exponimus. Vnde & in isto casu subdistinguit Auicen. in. ix. Metaph. de actione. q aut est talis q huiusmodi bonitas possit acquiri per eam, & perueniri ad eam: aut nullo modo: sed fit huiusmodi bonitas omnino remota ab eo cuius est actio. Hoc secundo modo ipsa est finis creaturarum non intellectualium: quæ cum mouentur ad illam acquirendam per motum suum: & non possunt ipsam acquirere: vt perueniant ad essentiam eius: necessario mouentur ad acquirendum in se aliquid quo aliquo modo habetur in se illa perfectio. Aliter enim cessaret motus eorum omnino. Cum igitur (vt dicit) bonitas inquisita per motum sit existens per se, cuius natura est vt non apprehendatur: omnem bonitatem cuius hęc est natura, non inquirit quod mouetur nisi assimiletur ei secundum q possibile est Primo modo est finis intellectualium in statu gloriæ: licet diuersimode hoc conuenit per suam actionem deo & angelis atq hominibus, vt iam videbitur. & secundum hoc in genere duo sunt modi perfectionis, quibus res perficiuntur bono increato, quod est finis per essentiam. Quędam enim perficiuntur ipso per ipsam essentiã boni increati, vt intellectuales naturę deus & angeli & homines in statu glorię. Quędam vero in participatione alicuius similitudinis eius, & hoc dupliciter. Vel per operationem naturalem absq intellectu & voluntate illam sibi acquirendo: quod conuenit omnibus non intellectualibus. Vel per operationem rationis acquirendo illam cum intellectu & voluntate, quod conuenit hominibus citra statum gloriæ. Sed & differenter sua actione acquiritur dicta perfectio deo, & angelis, & hominibus in statu gloriæ, & etiam hominibus, & aliis creaturis in statu pręsentis vitę. Illis enim in gloria sua perfectio, statim acquiritur tota in initio habendi eam, licet hoc non dicatur proprie quo ad deũ vt iã patebit. Istis aũt quia nõ poterit acquiri sua perfectio in initio, perficitur in eis p motum vt perueniat secũdum q perfectius est esse substantię eius in suis dispositionibus consimile illi, & deinde maneat, in huiusmodi assimilatione in perseuerantia: & hoc vel in eodem numero scđm q est ei possibile: vel saltē in eodem secũdum speciem. Et sicut conuenit in generabilibus & corruptibilibus istam perfectionem cõseruare in specie per successionem indiuiduorum: simili modo dicit Auicen. de cælo, q quia perfecta assimilatio sua non potest haberi ab ipso existendo in vnico vbi: ideo habet eam successione perpetua ab vno vbi in aliud, & ita per motum, vt motus non sit ipsa perfectio corporis cęlestis nisi quia p ipsum habet perfectam assimilationē ad primũ quam possibile est ipsum habere per naturã. Et cõsimiliter est de actione voluntatis & intellectus in hominibus secundum statum vitæ præsentis: quia per ipsam habetur perfecta assimilatio ad quam potest homo attingere in præsenti: quæ non est nisi in aliquo gradu assimilationis non attingendo diuinitatis essentiam. Et consistit ista perfectio (iuxta determinata a Philosopho in. i. & x. Ethicorum) in actione hominis secundum virtutem perfectã: a qua propter habitus confirmationem nullo modo possit deflecti secundum exigentiam suę naturæ. Vnde & scđm duplex gen⁹ virtutis, scilicet moralis & intellectualis, posuit huiusmodi perfectionem duplicem. Vnam secundum felicitatem politicam, Aliam vero secundum felicitatem ciuilem: & hanc perfectam & supremam, & illam imperfectam. & hoc (secundum Auicen. ix. Metaph.) inquantum per cognitionem intellectualem in ipso quiescit dispositio totius: vt quanto dispositio huiusmodi in eo est perfectior, tanto est beatior. iuxta illud qđ dicit Philosophus in. x. Ethicorum. Inquantum protēdit speculatio, & felicitas: & in quib⁹ magis existit speculatio: & felices esse. Et hoc maxime quo ad speculationem primi principii sub ratione finis omnium: sed non in nuda eius essentia in vita ista & vt ex scientiis speculatiuis ex puris naturalibus põt cognosci: quia quicqd ex scientiis speculati

uis ex puris naturalibus potest sciri de deo, non cognoscitur ab homine nisi in sensibilibus. Vltra
eñ non possunt se extendere scientię speculatiuę principia, quia ab eis sunt accepta sensu & expe-
rientia, secundum Philosophum in principio Metaphysicę, & in fine posteriorum. Obiectiue ergo
sensibilia non potest excedere naturalis cognitio hominis de deo, quare neq; sua beatitudo. Sensi-
bilia autem cognita vel amata non possunt plus intellectum & voluntatem in homine perfice-
re, q̃ actus intelligẽdi & volendi, & maxime q̃ actus intelligẽdi, immo min⁹. Nobilior est eñ actus
intelligendi ea, & volendi, q̃ sint ipsa in sua natura: eo q̄ sunt in nobiliore natura: quemadmodũ
& ipsa cum per actum intelligendi habent esse in intellectu, nobilius habent ibi esse q̃ in natura
sua. secundum q̄ dicit Augustinus nono de Trinitate dei Capite. iiii. Beatitudo autem semper
debet poni in eo quod est nobilius. Philosophus igitur hominis beatitudinem in praesenti in reb⁹
V intellectis aut volitis ponere nõ debuit, sed in actu intelligendi tantũ, etiam discernendo ab actu
ipsa intellecta vt intellecta sunt, potius q̃ in actu volendi, quia nobilius est sensibilia intelligere q̃
velle, vt habitum est supra. Nec etiam in hoc aliter sentiendum est, si speculetur deum modo su-
premo quo possit ex puris naturalibus, vt modo generalissimo supra determinato, de quo loqui-
tur Augustinus. viii. de trinitate sub ratione veri Capit. secũdo, & ca. tertio sub rõne boni. In qua
quidem speculatione de re non trãsitoria contingit nobis transitoria cognitio. vt dicit libro deci-
motertio Capite. xiiii. In qua etiam Philosophus dicit summe consistere humanam beatitudinem
xii. Metaphysicae, sic inquiens. Aestimatur q̄ intellectum est diuinum magis q̃ hoc. Idest (secun-
dum Comment.) ille intellectus diuinus quia est semper actu, manifestum est ipsum nobiliorem
esse intellectu qui est in nobis. & hoc quia intellectus noster est in continuo actu dicto modo in-
telligendi deum, vt iam dictũ est. Vnde subdit. Si deus est semper sicut nos in aliqua hora (& est,
vt dicit Cõmẽ. qñ diuidetur a potentia) hoc est mirum: et si magis sic est semper q̃ nos in vna ho-
ra. In eo scilicet q̄ ipse nudam suam essentiam contemplatur: nos autem non nisi in effigie crea-
turę. Hoc (inquit) est magis mirum quid sit. Certe verũ est: nec potest sciri citra statum glorię nisi
in generali attributo. de quo cõtinuo subdit. Et est vita: quia actio intellectus vita &c. Et sicut po-
suit hoc Philosophus de homine & bene, sic posuit de corpore caelesti ratiõe suę animę, ponẽdo ip-
sum esse corpus animatum. Sic igitur patet quomodo perfectio secundum finem vltimum con-
sistit in operatione siue actione illorum quae non attingũt essentiam primi, nisi in aliqua eius effi-
gie, & in hoie secundũ statum vitę praesentis. Non quia illa sit vltimus finis, sed quia per ipsam ha-
betur & conseruatur illa assimilatio, quę non ex se, sed ex ordine ad finem extra, quem non attin-
git in substãtia, dicitur vltimus finis. In deo aũt & in beatis cõtingit illa perfectio per hoc q̄ nudã
diuinam essentiam attingunt sua actione intellectuali & voluntaria: sed deus per essentiam & es-
sentialem identitatẽ intelligẽtis & intellecti, volentis & voliti: & ideo ipse solus essentialiter & per
essentiam suam est beatus: quilibet autem alius beatus per eandem essentiã, sed p̄ eius participa-
tionem non per identitatem: & ideo participatiue solum, etsi per essentiam non suam, sed diui-
X nam. Per dicta plane patet quomodo intelligẽdum est illud dictum Philosophi. Omne habẽs actio-
nem siue operationem est propter illam vt propter finem suum. quoniam non habet hoc intelli-
gi de actione qua res non habens perfectionem mouetur ad ipsam acquirendam: si non per eam
simul conseruet acquisitã: quemadmodum deambulatio est actio qua sanitas acquiritur: & cessat
ipsa acquisita. Talis enim actio deo non conuenit: vt dicit Philosophus alibi in secũdo caeli & mũ-
di: vnde ratio vltima assumpta erat & patet per hoc responsio ad illã. Sed habet intelligi de actio-
ne qua acquirit suam perfectionem siue non statim, sed per motum & successionem acquirendo
eam prius non habitam, & similiter conseruando: quemadmodum habẽt eam & acquirũt indiui-
dua generabiliũ & corruptibilium, & similiter conseruant: vel licet non acquirendo prius non ha-
bitam conseruando tamen eam habitam, quemadmodum habent eam corpora caelestia secun-
dum Philosophos: siue statim acquirendo eam sua actione per alium: & per actionis eiusdem im-
mutabilitatem eam conseruando: quemadmodum habent eam beati deo se nõ naturaliter sed vo-
luntarie intellectui eorum praesentando: vel non acquirendo: sed naturaliter eam sua actione ha-
bendo & conseruando: quemadmodũ habet eam solus deus. Nec est intelligendum q̄ res est pro-
pter huiusmodi actionem vt propter suum finem essentialem: sed vt propter finem necessarium
ad illum finem alium, vel qui est ipsa diuina essentia immediate, vel qui est aliqua effigies vel si-
militudo vel imitatio eius, non attingendo illam essentiam secundum modum supra dictum: vt
in sequenti q̃stione amplius dicetur. sine quo quidem fine necessario finis ille essentialis vel alius
sub eo, esse non habet nec cõseruari. Vnde operatio illa est finis sub fine ordinatus ad finem princi-

palem in quo cõsistit ipsa perfectio esse rei. Sed intelligendũ q aliter actio in deo est ad huiusmodi finem, qui est perfectio sua in esse: aliter vero actio in creaturis. Quia (vt dicit Comment. in expositione dictę propositionis) actio entiũ quę nõ sunt semper entia (Verbi gratia hominis actio) prima intentione est propter aliud, secunda propter se. In rebus autem diuinis econuerso actio earũ est prima intentione propter suũ esse, & secunda propter aliud. Et hoc (vt dicit) exponendũ & declarãdũ est in scientia vniuersali. s. in Metaphysica: & debet sic exponi, vt puto: q actio dei essentialis intelligere & velle est deo prima intentione propter suum esse: quia cum sit primũ ens: & ideo in eo q est res & natura quaedam, non ordinatur ad aliud, neq; est propter aliud ad quod ordinatur sicut in terminum & finem: in gradu naturae perfectionem non habet in ordine ad aliud. Et ideo actio sua prima intentione non potest esse nisi propter aeternitatem sui esse. Et quia bonitatis suę est, vt fluat ab ipso esse aliorum entium sua actione volũtaria & intellectuali: & acquiratur eis perfectio sua, secundum q possibile est eis: Quod enim habet actionem ex se, in se habet actionẽ in alio: & non est hoc nisi spirituale & incorporeum vt solus deus: Actio vero non solum generãlis & corruptibilis: sed etiam cuiuslibet creaturę prima intentione est propter aliud a se, quia super ipsam est res & natura alia a se, ad quam ordinatur sicut in terminum vltimum secundum gradum naturae: tale autem necessario est primũ in intentione, & omne aliud sub ipso existens secundum intentionem, vt velit hoc propter illud: quia cum perfectio creaturę non attingentis diuinam essentiam sit aliqua effigies, & non habet rationem effigiei qua est res absolute, sed sub ratione qua est illius effigies, q habet rationem finis, hoc est ei ex ordinatione ad vlteriorem finem: Oportet ergo q ille primo intendatur, & perfectio rei in suo esse secunda intentione. Et secundũ hoc caelum mouetur prima intentione propter suum amatũ & desideratũ, secunda vero intẽtione propter esse sui perfectionem, vt assimilationem ad ipsum sibi possibilem per naturã acquirat, & istę sunt duę eius intentiones per se. Tertio autem, sed per accidens, intendit generationem inferiorum, secundum q determinat Auicen. in nono Metaphysicę. Similiter etiam est in perfectione creaturę intellectualis in gloria, q habet duplicem intentionem praedictam. Cum enim sua perfectio sit similiter in quadam perfecta assimilatione ad diuini esse perfectionem, in eo videlicet q essentiam illam attingit per intellectũ & voluntatem quadam participatione tñ, & vnione gratię non naturę: nec habeat ista assimilatio in eo q est quaedam participatio, rationem perfectionis, nisi quia est effigies quaedam imparticipati quod ei respondet, non secundum aliquam rationem absoluti, quia participatum inquantum participatum ens, respectum quendam ponit ad imparticipatum a quo dependet in esse, quod respectu illius necessario habet rationem finis, & non illud quod ordinatur ad hoc: oportet igitur q talis natura quantumcunq; beata prima intentione agit actionem intelligendi & volendi propter aliud, scilicet propter perfectionẽ in beatitudine dei, secundum actionem illius intelligendi & volendi, & secunda intentione propter perfectionem sibi propriam in esse, & in propria beatitudine. Et propter hoc omnis creatura plus appetit perfectionem quę est in esse dei, q̃ quę est in seipsa: & omnis creatura intellectualis plus appetit & diligit appetitu naturaliter ordinato beatitudinem & bonum dei, q̃ beatitudinem & bonum proprium. Et est beatitudo dei qua sibiipsi perfecte conformatur per actum intelligendi, & in seipsum quodammodo perfecte transformatur per actum volendi (vt magis videbitur in quaestione sequenti) finis vltimus omnis alterius perfectionis quae est in creaturis, & complementum omnis actionis & operationis, propter quam est omnis actio & operatio, siue in deo, siue in creaturis: vt finis iste, qui est diuina perfectio, qua deus ipse est deus sua totalitate & per esse suum in intellectu, sit causa omnium causarum: & in alio genere causę, & in eodem tam in deo q̃ in creaturis sit etiã quodammodo causa suiipsius: vt ipsa sit causatum quodammodo suiipsius, & aliarum causarum: non quo ad esse suum in intellectu: quo ad illud enim sicut quo ad rationem suę causalitatis, semper est prior, & causa causarum: nec quo ad esse suum in natura & essentia, siue existentia sua: hoc enim habet ex se, inquantum est ipsa diuina essentia: quę nisi sic haberet esse in effectu ex se & primo, nec posset in se habere rationem causalitatis primę: sed si haberet oporteret illã habere ab aliquo alio, a quo haberet esse in effectu: secundum q hęc omnia patent ex iam expositis: Sed est solum quasi causatum sui, & aliorum quo ad esse suum in eis quae sunt subiecta ei & perfecta ab ipso sicut a fine, secundum modum praedictum, vt idipsum qđ est finis per esse suum qđ habet in se & ex se, licet p multa media vel secundum rem vel tantũ secundũ rationem differentia, est causa siue principiũ esse sui in eo cuius est finis & perfectio. & sic secundũ aliud & aliud esse secundũ

rationem est causa & causatum suipsius. Vnde & quia causatum semper habet reduci ad causam finis huiusmodi secundum esse qđ habet in sibi subiectis, habet reduci ad seipsum, secũdum esse qđ habet in se. Vt secũdũ hoc ad principalẽ quęstionẽ: dicẽdũ sit ꝙ simplr & absolute btitudo dei, non tm̃ dei, sed & omnium beatorum, sit ipsa diuina essentia sub ratione boni simpliciter: secundum ꝙ est aliquid secundum se, & ex se existens in effectu, habens ex se rationem causalitatis suę, finalis scilicet, quę est prima, & suprema omnium & nobilissima: ita ꝙ si deus habet se in ratione triplicis causæ, finalis, efficientis, & formalis, ratio causę finalis in eo nobilissima est. Propter quod dicit Auic. septimo Metap. Si de vnaquaq; causarum esset scientia per se, nobilior inter eas esset sciẽtia de finali, & ipsa esset sapiẽtia. & hæc etiã nobilior est reliquis partibus huius scientiæ. Et postq̃ diuina essentia scd̃m se, sub ratiõe qua est bonum simpliciter, absolute & simpliciter sit ipsa beatitudo oĩm beatorũ, beatitudo dei habet esse mõ supremo per hoc ꝙ habet esse in eo modo supremo vt perfectio eius. Vnde etiam dicit Philosophus in secundo cæli & mundi: ꝙ bonũ completum est vnum. & vt dicit ibi Comment. omnia alia entia non intendunt nisi vt assimilentur perfecte nobili, quod est deus, secundum ꝙ in natura eorum est acquirere de assimilatione. Vnde & sub perfectione eius est perfectio intellectualium creaturarum in gloria, & sub illa etiam dæmonũ in effigie & similitudine quadam secundum scientias speculatiuas rerum creatarũ, & ipsius dei, quãtũ in creaturis intellectu potentia naturali possit cognosci, & sub illa corporũ cęlestium ratione qua animata sunt, secundum opinionem Philosophorum, & sub illa hominum secundum statum naturę in pręsenti vita, & sub illa corporum cęlestiũ ratione qua corpora sunt & sub illa sensibiliũ, & sub illa vegetabilium, & sub illa mixtorum inanimatorum, & sub illa elementorum, & sub illa primę materię: secundum ꝙ de omnibus istis perfectionibus debet haberi disputatio specialis in propriis locis. Et posuerũt Stoici in gradu quolibet perfectionis in singulis prædictis rationem beatitudinis. secundum ꝙ dicit Comment. versus finem. x. Ethicorum. Secundum Stoicos secundum naturam viuere beate viuere est, vt sit felicitas extremũ naturalis appetitus, qua sortita natura finem habet, & nihil amplius desiderat præter retinere bonum ipsi & non perdere. Hoc autem existit & irrationalibus: participant ergo & irrationalia felicitatem, & eadem ratione omnia alia sub ipsis, vt patet ex dictis. Sed Philosophus perfectionem dictam in
A Ad primũ in oppositũ. nõ intellectualibus, beatitudinẽ esse negat dicens. Diis oĩbus vita bona, hominibus autẽ inquantum similitudo quędam talis operationis existit: aliorũ autem animaliũ nullum felix: quia nequaq̃ cõmunicat speculationem. Sed disputatio super hoc est de nomine tantũ. ¶ Ad primum in cõtrarium: quod procedit ab alio, ab eo perfectionẽ recipit, & non est sua perfectio: Dicendum est secundũ prędicta, ꝙ non est perfectio eius vt finis per essentiam, sed vt finis necessari⁹. Non eñ in alicuius desiderio, siue fuerit creatũ, siue increatum, principaliter intenditur eius actio, neq; aliqđ acquisitum per actionẽ seu operationẽ, qđ scilicet simpliciter per ipsam habet esse in effectu aut in ipso operante, sed ipsum bonum simpliciter, qđ est ratio oĩs boni, cuiusm̃oĩ est ipsa diuina essentia sub ratione boni simpliciter, & vniuersalis boni considerata. queadmodũ posuit & optime Plato: ꝙ vt est boni huius vel illius, vt ipsius dei vel creaturę, ordinatur ad seipsum vt est secũdum se bonum, sicut dictum est. Q₂ eñ est bonũ huius vel illius, hoc consistit in quadam cõformitate & assimilatione secundũ actum vel operationem ad illud secundũ se consideratum qđ principaliter intenditur. Et ꝑpter illud intentio cuiusq; inquãtũ illud est suũ bonũ, est assimilari illi vt ipm̃ sit in illo & ille in ipso, secundum ꝙ possibile est, & perfectius esse habet vel per essentiã & essentialiter, vel ꝑ essentiã & participatiue, vel per similitudinẽ & participatiue tantũ, vt patet ex ꝑdictis. Et quia ista assimilatio nõ fit nisi per rei actionẽ: tertio in intentiõe cadit actio vt necessario ad illã tanq̃ motus quidam atq; trãsitus & seruitiũ siue instrumentum in illud qđ principaliter intẽdit. Ad qđ cũ peruenit per intellectualẽ operationẽ & volũtariã, tũc intellectualis natura omnino occupatur circa hoc & sistit per intentionẽ. Sed tamen ex illo prius secundũ ordinem quendã prueniit hoc quod inferius est in ordine rationis, tanq̃ necessariũ ad perueniẽdũ in illud. & hoc est assimilare illi secundum possibilitatem. vt dicit Auicen. ix. Metaph. Illud autem necessarium etsi pcedat ab eo cuius est, siue sit operatio, siue assimilatio, & ex hoc non potest habere rationem perfectionis, vt procedit obiectio: inquantũ tm̃ assimilatio respicit id cui assimilat, & est quasi ipsum in illo cui assimilat: bene potest assimilatio ipsa, & similiter actio per quam habetur, habere rationem perfectionis eius a quo quodammodo procedũt, etiam et si illa assimilatio omnino accidentalis sit
B quemadmodum in illis quæ diuinam essentiam immediate non attingunt, ex hoc habet ratio-
Ad secũdũ. nem magis nobilis q̃ sit ipsa substantia cuius est vt possit dici eius perfectio. ¶ Ad secundum ꝙ

sola diuina essentia fruendum est, & tale est ipsa beatitudo: Dicẽdum ꝙ verum est tanq̃ id qđ primo intenditur, & in quo vltimo sistit propter se tanq̃ in fine vniuersali omniũ. Sub isto tamẽ ordine beatitudo rei vt est huius vel illius, consistit in modo habendi illam per quandã conformitatem & assimilationem in modo habẽdi illam in se diuersimode in deo & in singulis speciebus creaturarũ, & etiã in actionibus suis quibus acquirunt vel habent hmõi assimilationẽ, vt dictum est: & iam amplius dicetur. ¶Ad illud ꝙ finis pręcedit omnẽ operationem, & ita id quod est ipsa beatitudo: Dicendũ ꝙ verum est maxime de vltimo fine per essentiã, qui nõ tam pręcedit ordine quodã secundũ suum esse in effectu, q̃ & in intellectu omnia alia quibus deuenitur ad ipsum qđ est vnicum desideratum, & omnia alia sunt quasi fluxus ad ipsum, vt dicit Auic. Nihilominus tamẽ alia sub illo fine simul bene possunt habere rõnẽ finis, vt patet secundũ determinata. ¶Ad illud, ꝙ nõ est actio nisi ꝓpter aliud intẽra. &c. Dicendũ ꝙ verũ est de omni gñe actiõis scđm prędeterminata, & ideo nullo modo habet rõnem vltimi, nec rõnem perfectam beatitudinis. Potest tamẽ habere rationem finis sub fine, & sic beatitudinis. vt dictum est. ¶Ad aliud ꝙ res integra bonitate vt deus non indiget operatione qua fit bona: Dicendũ ꝙ duplex est operatio, secundũ prędicta. quędam qua beatitudo habita cõseruatur. talis operatio deo cõuenit, & in tali consistit sua beatitudo, vt patet ex prędetermiatis. Alia vero est opatio qua beatitudo acquiritur siue cõseruetur cum hoc siue non, & siue aliquãdo prius fuerit non habita siue non. Sine tali operatione deus habet suum bonũ & suã beatitudinẽ, quia eam habet naturaliter per realẽ identitatem qua ipse est sua beatitudo, licet sub rõne beatitudinis siue beatificantis & beatificati non habet eã, nisi per suam operationẽ qua sibiipsi vnitur vt differens a seipso secundũ rõnẽ beatificantis & beatificati. Vnde qđ diximus supra ſm phm, ꝙ deus sua ĩtellectuali operatiõe acquirat suã beatitudinẽ: ipse ibi large loquit᷑ de acquisitione, accipiẽdo acquisitionẽ pro actiõis necessitate sine qua deus suã beatitudinẽ habere nõ potest sub rõne beatificantis, vt dictũ est. Quędã aũt alia habent eam per suã operationem qua sibi eam acquirũt meritorie cum gratia, vel perfecte attingendo diuinã essentiã, vt beati in gloria, vel imperfecte attingendo solam eius similitudinẽ, vt homines in pręsenti vita per gratiam fidei, vel ex puris naturalibus secundũ philosophos. & hoc non attingẽdo diuinã essentiam nisi in aliqua eius similitudine. Et hoc bene exprimit philosophus litera sua qua dicit. Nobile perfecte completum est illud quod est nobile sine actione, & sine operatione qua acquirit nobilitatẽ: & illud qđ est propinquũ nobili, est illud qđ acquirit ipsum vna actione parua. Vbi dicit Cõmen. Illud qđ acquirit nobilitatem perfectam sine actione, est illud cuius actio est sua substantia, scilicet intellectus abstractus, & omnia alia quę dicuntur esse huiusmodi nõ dicũtur nisi per similitudinẽ. Aduerte ꝙ dicit acquirit sine actione, loquẽdo de acquisitione cõiter dicta q̃ nõ est sine actione qua habet᷑, & de actione qua ꝓprie acquiritur. Vnde & secundũ diuersos modos habẽdi hmõi bonum secundũ possibilitatẽ suę naturę, distinguit quatuor ordines rerum, quorum quilibet habet latitudinẽ pręter vltimũ: quorũ primus (vt dicit) est ordo entium, quę comprehendunt nobilitatem perfectam absq; operatione, & diuersificantur secũdum magis & minus. Hęc autem sunt entia abstracta, vt sunt intelligentię: quę secundũ Phum, dii sunt, omnes habentes vnum primum & supremum in isto ordine: quem ponit esse perfectissimum: & omnes ponit esse beatos per essentiam & essentialiter, & nullo modo participatiue neq; per acquisitionem, sed tñ per eorũ ꝓpriam intellectualem opationẽ, secundũ ꝙ dicit in. x. Ethicorum. Perfecta felicitas quoniã speculatiua quędam est operatio, & hinc vtiq; apparebit. Deos enim magis suspicati sumus beatos & felices esse &c. Secundus ordo est eorum quæ appropinquãt perfectę nobilitati per operationẽ. & hoc duobus modis. Aut per modicam operationem, & hoc non inuenitur nisi in corporibus cęlestibus, & non est nisi primus orbis qui mouetur motu diurno. Quia enim est nobilius eorum quę sunt illius generis: necesse est vt acquirat nobilitatem quę est in illo genere vnica actione: secundũ ꝙ illud quod est paucarum actionum est melius q̃ illud qđ plurium. Aut per multam operationem, & inuenitur in corporibus cęlestibus aliis, & in nouissimo eorum quæ sunt hic, scilicet in homine. Tertius est ordo eorum quæ non possunt apprehendere nobilitatem propinquam nobilitati perfectę neq; multa operatione neq; modica, sed tamen comprehendunt nobilitatem minorem propinquam perfectæ nobilitati: & sunt alia a corporibus cælestibus & hominibus præter terram. Quartus ordo est terra: quæ non potest comprehẽdere nobilitatem per operationem, sed fere per quietẽ tantũ. ¶Ad duo vltima argumenta ꝙ opatio nõ est vltimus finis, ergo nec beatitudo: Dicendum ꝙ verum est perfectam rationem beatitudinis habendo. Aliquam tamen rationẽ eius habet etiam cum præcise accipitur, vt patet ex iam prædeterminatis.

C Ad tertium

D Ad quartũ.

E Ad duo vltima.

F Quest.VI. Arg.i.

Irca sextum arguitur,ꝙ beatitudo dei principaliꝰ consistat in actiōe intellectꝰs q̄ voluntatis.Primo sic.Ioā.xvii.dicitur,Hæc est vita ęterna,vt cognoscāt te deum verū.vita ęterna est ipsa beatitudo. & cognitio in intellectu consistit.ergo

2 &c.¶Secūdo sic. Phūs ostendit.x.Ethico.ꝙ felicitas consistit in actione specula-

3 tionis,quę non pertinet nisi ad intellectum.ergo &c.¶Tertio sic.vbi est sufficiētia & beatitudo.sed hęc consistit in notitia intellectus.iuxta illud Ioan.xiiii.Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis.ergo &c.¶Quarto sic.Per illā virtutē per quā res mo

4 uetur in finem anteq̄ habeatur, solummodo quiescit in ipso cum habetur:sicut patet de motu grauis deorsum,& de quiete eius ibidem. sed per voluntatē & actum eius mouetur in finem,non habitum.ergo in ipso solūmodo quiescit cum habet.& hoc per actū intellectus.in quiete autē tali non consistit beatitudo,sed ipsa solūmodo est sequela eius.ergo &c.¶Quinto sic.actus ille est per-

5 fectior,quo habito, alio nō indigemꝰ,q̄ ecōuerso.habito actu vidēdi nō indigemus actu amādi,qa cessat desideriū,nō aūt ecōuerso.immo existēte actu amādi p desideriū tēdimus in actū videndi,&

6 illo indigemꝰ.ergo &c.¶Sexto sic.in illo actu pfectiꝰ cōsistit beatitudo quo perfectius assequimur obiectū beatificās. sed pfectiꝰ assequmur obiectū btīficās per actū intellectꝰ q̄ per actū volūtatis,qa perfectius assequitur aliquis rem suo actu qui assequitur illam vt existentē in seipso, q̄ vt existētē in alio.intellectus actu suo assequitur obiectum vt existens in se: voluntas vt existens in alio. er-

7 go &c.¶Septimo sic.in illo actu magis consistit beatitudo,secundū quē magis vnitur obiectū beatificans beatificato.sed hoc est intellectus respectu volūtatis,quia vnitur intellectui actione ipsius dei illabentis intellectui,non vnitur autem voluntati nisi per actum ipsius voluntatis.fortius aūt

In oppositū. vnit se deꝰ creaturę suo actu q̄ creatura deo se vniat suo actu.ergo &c.¶In cōtrariū est.qm̄ beatitudo in eo ꝙ habet rationem finis,est beatitudo:quia finis est nobilissima ratio esse,vt iam visum est supra.Btitudo aūt in eo ꝙ habet rōnē boni, habet rōnē finis.ergo btitudo in eo ꝙ habet rōnē boni,est beatitudo,sed ratio boni non est per se obiectū nisi volūtatis.perfectio aūt ex obiecto ꝓueniēs circa actū,principaliter cōsistit circa virtutem & actum virtutis, cuiꝰ est per se obiectū.ergo perfectio ex beatitudine habita principaliter consistit in voluntate & in actu voluntatis.

G Resolutio. ¶Hic oportet supponere ex determinatis in quęstione pręcedente,ꝙ non intelligimus in ista q̄stiōe beatitudinē cōsistere in actu itellectꝰ aut volūtatis:quasi actꝰ ip̄e sit finis eēntialiter desideratus vt summū bonū & vltimū bonū quo pficiat̄ natura itellectualis per se,vt suo fine vltimo a se adipiscēdo.Qđ em̄ tale est,rōnē primi obiecti habet,& respectu volūtatis,& respectu intellectus:qa ordine quodā primo mouet intellectū ad sui apprehēsionē:& ip̄m apprehēsum p intellectū vt bonū cognitū mouet volūtatē ad sui desideriū & appetitū:ita ꝙ nisi hoc sit primū intellectum & volitū, operatio intellectus aut voluntatis non potest esse intellectū quid & volitū reflectendo scilicet intellectum super actum suum aut voluntatis,vel voluntatem super alterum eorum. Eo ergo ipso ꝙ beatitudo est finis vltimꝰ & primū obiectum volūtatis & intellectus:& p hoc principiū oīm actionum & operationum quæ in beatitudine sunt tanq̄ quædam ordinata in finē:igit̄ neq; actus intellectus, neq; actꝰ voluntatis pōt esse essentialis beatitudo quę debet esse finis vltimus beati,nec pertinet ad ipsam vt obiectum intellectum aut volitum in quo cōsistit.Nec tamen sequitur ex hoc ꝙ non pertinet ad ipsam vt actus eius,per quē attingit finē illum vt obiectū beatificans. Vanum est ergo ꝙ aliqui nitūtur excludere actum volūtatis a beatitudine, quia nō pōt esse primū volitum.Eadem em̄ ratione excluditur actus intellectus,quia nec pōt esse primum intellectum aut volitū.Est ergo sciendū ꝙ actu intellectus & voluntatis,quia non possunt

H esse fines vltimi(nec in hoc aliquis hęsitare debet:visis determinatis in pręcedenti quęstiōe) si ergo in ipsis consistat aliqua ratio beatitudinis:oportet ꝙ illa sit tanq̄ finis sub fine: actio autē vel operatio non est sicut finis sub fine:nisi quia est sicut finis interior,contingens exteriori, vel secūdum rem,vel secundū rationem,primū propter beatitudinē creaturarū,secundū propter beatitudinem dei,vt habitum est supra.Quare cum talis finis interior non pertinet ad beatitudinē, nisi qa ptingat exteriorē,& ei cōiungit intelligētē & volentē:ille igitur actus simpliciter dicetur plus pertinere ad beatitudinem qui magis fini exteriori cōiungit:& maxime sub illa ratione qua beatificans est,ita etiam ꝙ si alter eorum tantum coniūgat fini illi sub rōne qua beatificans est,licet alius sub alia ratione illi contingat: illi qui ille coniungit sub rōne qua beatificans est, solus dicetur pertinere ad beatitudinē,& esse beatitudo quędā vt finis sub fine:alius vero non.Propter hoc em̄ operationes rerū naturaliū dicuntur esse fines earū, quia scilicet per ipsas pertingunt secūdū assimilationem quādam,quæ est earum finis interior,ad diuinam bonitatem, quę est earum finis exterior,sicut omniū aliorum.Et propter eādem rationem in illa virtute principaliter existit bea-

titudo, vel solũ in illa cuius actus principaliter aut solum cum fine vltimo coniungit ipsum at tingendo. Et dicũt aliqui φ fini exteriori vltimo sub ratione qua beatificãs est, plus coniungit actus intellectus q̃ actus voluntatis, & plus pertingit ad illum vt ipsum assequatur intellect⁹ siue natura intellectualis per intellectum, q̃ pertingat ad ipsum actus volũtatis: ita φ si ipsum assequatur voluntas siue ipse volens per voluntatem & actum eius, hoc solum contingit per actionem intellectus, & nullo modo per actionẽ voluntatis, quasi volũtas & eius actio nõ dispo nant ad ptingendum & assequẽdũ beatitudinẽ, nisi meritorie eã pueniẽdo in nobis: & φ ad bea titudinis actum in nobis non pertinet nisi cõcomitatiue. Q̃d ponunt in nobis per hunc modũ, dicendo videlicet φ actus voluntatis non est neq; intelligit nisi vt antecedẽs assecutionẽ finis, & ad coniunctionem cum ipso: velut motus quidam in finẽ quo voluntas ex se finẽ vltimũ asse qui non potest, licet in finem assecutum quiescat, alio modo iam volũtate se habente in finem, q̃ prius, vel econuerso: siue ipso, alio modo se habente ad voluntatem q̃ prius: q̃d non potest face re ipsa voluntas sibi per aliquẽ suũ actũ: sed potius intellectus qui suo actu finem per se assequi tur & attingit: & facit finem sic se habere ad voluntatẽ: vt volũtas quę prius ei⁹ flagrabat de siderio, iam in ipso quiescat. Solus autem talis est finis interior in genere actuũ, qui cõiungitur exteriori, & ita vt in quo solo aut maxime consistit beatitudo, sicut in fine interiore: immo qui est ipsa beatitudo: queadmodum finis interior debet dici beatitudo vt actus sub fine exteriori q est eẽntia prĩcipalis obiecti: queadmodũ si finis alicui⁹ exterior sit pecunia quã actione suę vo luntatis desiderat habere & possidere: nec potest eam actione suę voluntatis sibi acquirere: sed tm̃ alterius dono posset eam accipere & possidere, Finis interior est non aliquis actus volun tatis: sed tantũmodo actus accipiendi & possidendi ipsam pecuniã, quo assequitur finẽ exterio rem, & quo ipsum attingit possidens, per q̃d ipsa pecunia iam sic se habet ad eius voluntatem vt ipsa in illa possit quiescere iuxta illud quod dixit ille in Luca. Anima mea habes multa bo na reposita in annos plurimos: quiesce: epulare &c̃. Q; autem ita sit sicut dictum est, ex par te voluntatis & actus eius, & similiter ex parte intellectus & actus eius, hoc declarant sic. Di cunt enim φ actus voluntatis non est alius q̃ quo quis ordinatur in finẽ vltimũ quem pręsup ponit, non vt iam adeptum: sed vt adipiscendum, & in quẽ fertur per desideriũ & appetitũ vt in rem absentem: & ita nõ potest ex se assequi vt in eum quiescat sicut in iam psentem, eo φ ex desiderio finis siue ex actu desiderãdi finẽ inquãtũ huiusmodi, nunq̃ haberetur finis assecutio: sed tantũ motus quidã in finem adhuc adipiscẽdũ. Et manifestũ est ex se, φ quies & delectatio non potest esse in finẽ, nisi vt iam psens est, & cessat motus vt est ad finem. Cum ergo finis non possit esse psens nisi per eius assecutionem, & hoc per aliquem actum eius cui est psens, oportet φ ille sit actus alius ab actu volũtatis, q non est nisi actus intellectus, scilicet visio dei, qua deũ desideratũ per voluntatem iam ipse desiderans consequitur, attingit, & adipiscitur eũ, & coniũ gitur ei non per suum actum, & vt existentem in ipsa eius voluntate: sed vt existentẽ in intel lectu: scilicet per apertam visionem quę est per se actio siue operatio ipsius intellectus, eo φ omne cognitũ inquãtum cognitum, psens est & coniunctum cognoscenti atq; existens in ipso, & hoc per actum intellectus, nõ vt per se agentis naturaliter φ deus non visus videatur ab intellectu sicut agit naturaliter & per se: vt obiectũ intellectuale existẽs in phãtasmate nõ intellectũ, intel ligatur actu: sed vt naturaliter percipientis dei psentiã cum se voluerit manifestare. Quia secũ dum Augustinũ de videndo deum, si vult videtur: si non vult, non videtur. & hoc quemad modum in exemplo supra dicto de pecunia desiderata, cum alter voluerit eam dare, desiderãs alio actu suo eam accipit & possidet q̃ fuit actus quo eam prius concupiuit. Si eñ per actũ hu iusmodi voluntatis eã habere & possidere potuisset, statim ab initio volũtatis eã cõsecutus fuis set. & sic quia vltimus finis extra, solo actu intellectus vt psens consequitur, qui coniũgit illi vt finis intra: igitur finis hominis intra & beatitudo, ĩ solo actu intellectus cõsistit, & ipse est ipsa beatitudo intra, & nullo modo actus volũtatis: & in eo nullo modo consistit nisi sicut in eo cuius ipsa beatitudo q̃ est finis extra, est obiectum primo appetitũ vt absens, & in quo secundo mediante actu intellectus quietatur: vt in eo q̃d per actum intellectus sibi factum est psens. quę quietatio in fine in ipso quietato est delectatio ex psentia finis: in qua quodãmodo cõpletur bea titudo: vt per hoc quodãmodo possit dici beatitudo. iuxta illud q̃d dicit Augustinus. x. con fessionum. Beatitudo est gaudium de veritate. Gaudiũ scilicet in affectu de veritate visa in in tellectu. Vnde & secundum hoc volunt exponere illud Augustini decimo de trinitate capite decimo. Fruimur cognitis in quibus voluntas ppter se delectata conquiescat: vt volũtas quie scat in cognito vt cognitum est & existens in cognoscente. Et sic per actionem intellectus vo

I (margin, beside "Q; autem ita sit sicut dictum est")

K (margin, beside "ligatur actu: sed vt naturaliter percipientis")

litum vt existens in intellectu se habet ad voluntatem vt in ipso quiescat cessante appetitu nō per actionem suam, neq; vt existens in ipsa. Et sicut hoc contingit per diuersitatem realem inter finem interiorem & exteriorem, & inter actus voluntatis & intellectus inter se, & ab ipso intelligente & volente in beatificatione creaturę intellectualis in gloria: Sic contingit per diuersitatem illorum secundum rationem tantū in beatificatione dei. Quãq̄ enim deitas sub ratione boni simpliciter sit finis omnium, qđ omnia appetunt per essentiā extra omnes creaturas, & specialiter sit finis qui est beatitudo omnium intellectualium in gloria beatorum, siue sit creator, siue creatura, eorum tamen non est finis vt beatificans: nisi per hoc ꝙ ipsam per intellectum & voluntatem assequātur, & attingant, & ei vniantur. Per hoc etiā id qđ generaliter est finis oim & specialiter finis qui est beatitudo intellectualium in gloria, finis est diuersorum diuersimode secundum ꝙ diuersimode secundū diuersum modum vnitatis & vnitionis ipsum attingit, aliter deus, aliter creatura, secundū ꝙ patet ex supra determinatis, & iam patebit. In qua vnione respectu creaturarum beatarum est finis extra differens secundum rem ab eo cuius est: respectu vero dei beati est finis extra secundum rationem tm̄, differens sola ratione ab ipso. Et secundum hoc beatitudo dei quę est vt finis vltimus beatificans: licet sit principaliter ipsa dei essentia qua beatificatur & quodāmodo perficitur: beatitudo tamen beatificans eum vt actus & finis intra cōiungens illi fini, est actus intellectus ipsius, sicut & contingit in nobis. preter hoc ꝙ in nobis omnia ista differunt re: in deo autem sola ratione: vt dictum est. Et secundum hoc isti ad quęstionem dicerent: ꝙ beatitudo principalius, aut solum tanq̄ in actu & in fine sub fine cōsistit in actu intellectus dei non voluntatis, sicut & in nobis. Hęc (vt puto) est positio eorū, firmitas, & modus. ¶ Vt autem videamus huiusmodi dictorum firmitatē, quasi a capite inchoando singula percurramus. Qđ ergo dicūt ꝙ fini exteriori vltimo beatificāti plus coniūgit actus
L Epilogus. intellectus q̄ voluntatis, & plus pertingit ad ipm̄, vel potius solus act⁹ intellectus ad illū dicto modo pertingit, & non actus voluntatis: licet ex illo inquātum pertingit intellectus, aliquid cōsequat̄ in voluntate, vt delectatio & quies, in qua perficitur beatitudo secundum p̄dictum modū: Non est verū: immo contrarium est verū. Volūtas enim suo actu plus pertingit in finē vltimū, & ipsi cōiungit, maxime sub ratione qua beatificās, est, q̄ intellectus sua opatione: vel poti⁹ sola volūtas attingit ad illū sub ratione qua beatificans. Ad cuius intellectū sciendū est, ꝙ quia finis vno modo est causa causarum: alio vero modo effectus causarum, secundum ꝙ determinat Auicenna. vi. metaphy. & habitum est in quęstione precedenti: Idcirco duplex est ordo motionis inter finem & illa quę secundum alia genera causarum ordinātur in finem: & ex illo duplici ordine vnus completur quasi circulus, incipiens a fine vltimo vt est causa causarū, & terminatus in eundem vt est causatū earum. Qđ clare patet circa opus artificiale humanū, quia secūdum primū ordinem finis vltimus qui est extra, primo sub ratione veri mouet efficientem siue agentē: vt ipm̄ apprehēdat sub ratione boni cogniti per intellectū: & sub ratione boni mouet voluntatem alliciendo ipsam ad se desiderādū, & terminatur ordo primę motionis, & statim incipit ordo secundę motionis. Voluntas enim allecta bonitate finis ipsum concupiscit adipisci, & mouet intellectum ad concipiendum formam motionum, & omnium aliorum quę sunt necessaria ad ipsum pertingendum: quibus conceptis mouet in operationis executionem omnia necessaria vt finis conceptus adipiscatur cum effectu, & quousq; adipiscatur non cessat & ipso adepto terminatur ordo secundę motionis. Verbi gratia: Si quis carpentarius existens
M debeat domum facere ad inhabitādum vt defendatur a caumatibus & pluuiis, primo concipit formā inhabitationis in intellectu, & eius bonitate allicitur ad eius amorem & appetitum voluntas: quę mota & concupiscens mouet intellectum ad concipiendū formā domus & dispositionem lapidum & lignorum, & omnium instrumentorum, & motionū necessariarum vt forma domus concepta inducatur in materia: quod est finis inquantum est ędificator: sed est finis sub fine inquantū debet esse inhabitator. Forma autem domus perfecte inducta in materia, iā attingit finem extra, & est domus inhabitatio. Qꝫ si contingeret ꝙ forma domus non esset in materia: sed in intellectu tātū: aut qđ maius est, in se separata potēs se facere i intellectū aliquē si vellet, & nequaq̄ si non vellet, nec q̄reretur ei⁹ corporalis & materialis inhabitatio: sed spiritualis tātum: vt volūtas, vel potius habens voluntatem eam spiritualiter vellet inhabitare: tūc non quęreretur materia, neq; forma instrumētorum & motionum quibus forma domus induceretur in materia: sed forma domus seipsam secundum seipsam non sub aliqua specie aliena faceret se in intellectum, qui eā nō haberet in se naturaliter: sed posset promereri vt in ipsam per essentiam suam veniret: & moueret, & alliceret sua bonitate & fructu inhabitatiōis voluntatē

ad ſe concupiſcendum: quę allecta moueret volentem ad concipiendum formam neceſſariorū ad ipſam promerendam: quibus conceptis moueret voluntas illa in actum quouſq; per eſſentiā ſuam in intellectū in ſe faceret: quo facto ſtatim voluntas vel habens voluntatem per voluntatem ſe transferret in eam, & eam inhabitaret. Q; ſi intellectus naturaliter illam in ſe haberet: ad nihil amplius moueret: ſed per actum voluntatis ſe in eam transferret, & eam inhabitaret.

¶ Quo viſo deſcendendo ad propoſitum dicimus, q; in ordine primo finis non eſt principiū motionis ſub ratione qua eſt finis & bonū: ſed ſub ratione qua eſt forma, & quoddā verū. ſub tali enim ratione mouet primo intellectum, eliciendo ex ipſo vt iam formato per ipſam, actū cognoſcendi ſe & intelligendi, ſicut quoddam bonum. Intellectu vero ſic moto ipſum bonum iam cognitum ſub ratione finis metaphorice mouet voluntatem ad ſe appetendum tanq̄ bonum: & ad proſequēdum ea quę ſunt neceſſaria ad hoc vt ipſum adipiſcatur, & prius non ceſſat: dum tamen per eſſentiam nō ſit naturaliter in intellectu: quēadmodum diuina eſſentia non eſt in intellectu creato ſub ratione cogniti: licet ſub ratione conſeruantis. Si autem per eſſentiam & naturaliter ſit in intellectu ſub ratione cogniti: quēadmodū diuina eſſentia eſt in intellectu diuino, ſtatim voluntas transfert ſe in ipſum. Similiter & voluntas creata cum per eſſentiam ſe pręſentauerit viſui intellectus, & hoc abſq; omni actu appetitus, aut cōcupiſcētię intermedio, immo eadē vi qua in ipſam non habitā mouebatur per appetitū, ipſa iam habita in intellectu vt forma quodāmodo intellectus, ceſſante iā om̄i motu appetitus, fertur in ipſum per actū amādi ſub ratione finis terminantis & complentis & ſatiantis om̄e deſiderium appetitus, iuxta illud Pſalmi. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Cum apparuerit gloria viſionis in intellectu, ſatiabor, completo omni deſiderio in affectu. Et eſt hic opus conſiderare triplicem differentiam in adipiſcēdo tale quid per intellectum & voluntatem, & in coniunctione ſua cum illis. Ex quib⁹ patebit in quo illorum, & in cuius actu principaliter conſiſtat beatitudo. Quarum prima eſt: q; finis ille ſeipſum facit in intellectum creatū, & naturaliter eſt in intellectu diuino increato, nec fit in ipſo: immo naturaliter eſt in ipſo exiſtens: & p̄ hoc q; finis ſub ratione veri exiſtit in intellectu: ipſe intellectus quaſi vnum exiſtens ex intellectu & intelligibili, elicit actum intelligendi ex intellectu per intelligibile, tanq̄ per formale principium exiſtens in eo: vt ordine quodam ratiōis quaſi primo exiſtit illud in intellectu ſicut forma, & quaſi ſecundo elicitur ex intellectu actus intelligendi. Et eſt ipſe actus intelligendi quaſi forma quędam in intellectu ſuper vtrūq; illorum inquantum actū eliciunt: licet ipſum obiectum actus intelligēdi vt eſt terminus eius, eſt quaſi forma ipſius actus. Ecōuerſo aūt contingit in actione voluntatis. Voluntas enim primo allecta ſua actione ſeipſam transfert in ipſum obiectū ſibi pręſens primo in intellectu: & per actum ſuū facit q; illud idem ſit ſibi p̄ſens ſecūdo, verius q̄ ſit ſibi aut intellectui p̄ſens in intellectu: & verius exiſtens in ipſa voluntate q̄ in ipſo intellectu, maxime ſub ratione finis beatificantis: vt iam patebit. ¶ Falſum eſt ergo dictum illorum quo ad illum articulū quo dicunt q; actus intellectus cōiungit fini vltimo, immo finis ſub ratione formę ſe coniungit intellectui ad eliciendum actum intelligēdi. Verū autem eſt q; ipſa volūtas ſe ſuo actu volendi vnit eidē ſub ratione finis, & pertingit ad ipſum: qđ nō facit intellectus per ſuum actum, neq; omnino adipiſcitur ipſum propter eandem rationem. Ex quo ſequitur ſecunda differentia: q; licet illud vltimū vniatur quodammodo intellectui: & pertingat ītellectus ad ipſum: atq; ipſum adipiſcatur licet non actione ſua: ſed ipſo ſeipſo illabendo intellectui creato vel naturaliter in diuino intellectu exiſtendo: perfectius tamen illud adipiſcitur voluntas ſua operatione, & vnitur eidem illo cooperante, q̄ intellectui vniat ſeipſum. quia intellectui non vnitur ſeipſo niſi vt forma quędam intellectus non inhęrens: ſed expreſſa in ipſo, & aſſimilans quodammodo ſibi intellectum ſecundum q; intellectus ſcđm actum eſt intellecta ſcđm actum, ſcđm determinationem philoſophi. iii. de anima. Voluntas aūt vnit ſe illi, non vt formę aſſimilanti: ſed vt fini & bono: quaſi ſeſe vi amoris per actum ſuum in illud quaſi tranſubſtātiādo ſiue transformando & conuertēdo. Amor enim ſiue actus amoris qui eſt actus voluntatis, vim quādam conuerſiuam habet amātis in amatum. iuxta illud qđ dicit Dionyſius. iiii. capite de diuinis nominibus. Omnia ad ſeipſum bonitas conuertit: & optimū eſt in qđ omnia conuertuntur ſicut in propriam ſingulorum ſummitatem, & illud concupiſcunt omnia, intellectualia quidem & rationalia ſcienter, ſenſibilia vero ſenſibiliter, ſenſus autem expertia inſito motu vitalis appetitus, tantūmodo aūt exiſtētia ad ſolam eſſentialem participationem. & infra. Eſt autem eſtaticus diuinus amor, nō ſinens ſeipſa eſſe amantes: ſed amandorum. hoc eſt, non ſinit q; maneant ipſi qui erant: ſed facit vt ſint ipſi qui ab eis amant. Qđ declarat continuo per illud qđ dixit Paulus de ſeipſo, ſubdēs.

N Reſponſio

O

P

Proinde B. Paulus magnus excellentia diuini amoris factus, & mente excedente sua, virtutē assumens di uino ore, Viuo ego ait, iā non ego: viuit aūt in me Christus. Vt vere amator & mē te excedens sic inquit: deo non ipsam sui viuens sed ipsam amatoris vitā, vt nimis dilectissimā. & infra. Dilectū quidē & amatū vocant bonū & optimū, amorem vero & dilectionē, vt mouentē & vt reducentē virtutē in eū qui est in seipsum solū ipm per seipsum bonū & optimū, & amatorium motū simplū per seipsum actiuū preexistentē in optimo & ex optimo in existentib⁹ emanātē, & iterū in optimū conuertentē se. Quid est ergo? nūquid amato pfectius vnit amor in actu volūtatis amātē, q̄ in intellectu vniaꝛ cognitū cognoscēti? vtiq; quāto magis est idē esse quodā modo, q̄ simile. Propter qđ nō diciꝛ de cognitiōe ꝙ sit vis vnitiua: sicut hoc dicit Dionysi⁹ de amore subdens. Amorem siue diuinum, siue angelicum, siue intellectualem, siue aīalem, siue naturalem dicamus, vnitiuā quandam & continuatiuā intelligamus virtutem. Vnde propter illam idētitatem cum fine vltimo qui deus est, tanq̄ in quo cōsistit perfectio beatitudinis, dixit Boethius ꝙ omnis beatus deus est, & hoc per essentiam deitatis, licet participatiue: vt habitū est in pcedēti questione. Qđ bene exprimit Dionysius cum dicit. i. Cap. Ecclesiast. Hierar. Deificatio est ad deum sicut est possibile, & assimilatio & vnitio. Vniuersę autē hic cōmunis Hierarchię finis & ad deum, & ad diuina intenta dilectio diuinitus, & potenter sanctificata. Vnde & quia maior est illa per volūtatem vnitio & intimior, q̄ sit illa per intellectum assimilatio: ideo Hugo super. vii. cap. Coel. Hierarchię dicit. Dilectio superueniēs scientię maior est intelligētia. plus enim diligitur q̄ intelligitur. Dilectio intrat vbi sciētia foris stat. & infra. Nec dissimulare valens, donec ad amatum perueniat, eo adhuc amplius sitiens intrat in ipsum, & est cum ipso, & tā prope: vt si fieri possit, hoc idem ipsum sit qđ ipse. & infra. Vt prę amore illius qđ solū diligiꝛ, ille etiā qui amat, quodāmodo a semetipso despiciatur. Fit ergo miro quodā modo: vt dū per dilectionis ignem in ipsum sustollitur qui est supra se, per vim amoris expelli incipiat & exire etiam a se. Vnde quia perfectio rei consistit in quadam vnione cum suo perfectibili: idcirco quāto maior fit vnio voluntatis bono vt fini per amorem, q̄ fiat intellectus vero vt formę per cognitionem: tanto maior est perfectio rei a fine sub ratione finis, q̄ sub ratiōe formę. Ex quo sequitur tertia differētia: ꝙ magis perficiatur res actione volūtatis qua habet bonum vltimū sibi obiectum sub ratione boni & finis: q̄ actione intellectus qua habet ipsum obiectum sub ratione veri & formę. Et est finis iste quem attingit intellectus, omnino sub fine quem attingit volūtas: sicut finis q est forma domus, sub illo q est inhabitatio domus. Dom⁹ nostra spūalis quā habemus inhabitare, bonum nostrū est. de qua dixit Christus. In domo patris mei māsiones multę sunt. secundū diuersa scilicet genera premiorum in vna cohabitatiōe per premium vnū substātiale. iuxta illud. Q̄ȝ bonū, & q̄ iucundū habitare fratres in vnū. qđ scilicet est idipsum: quia deitas, in qua nulla est diuersitas. Amando enim (vt dicit August. sermo. ii. sup Ioannē) habitamus corde. ¶ Patet igitur ex dictis ꝙ multo perfectius adipiscitur finē volūtas actu suo q̄ intellectus: & etiam ꝙ licet ipsum intellectus aliquo modo adipiscatur, hoc non est sub ratione finis & beatificantis, sicut ipm adipisciꝛ voluntas: sed solū sub ratiōe formę, & ad cōplemētū beatitudinis disponentis propter quā est: quēadmodum forma domus propter eius inhabitationē. Quare cū (vt dicūt) ille actus solūmodo est finis interior qui vnit & coniūgit fini exteriori & ita in quo cōsistit beatitudo ipsa, quēadmodū potest constare in actu secundū determinata in pcedenti questione: idcirco simpliciter est dicēdū, si ita sit, ꝙ in solo actu voluntatis cōsistit beatitudo, & nullo modo in actu intellectus. Et bene verum est ꝙ nullo modo consistit in actu intellectus, vt quo finis adipisciꝛ: aut qui coniūgit fini: maxime sub ratione beatificātis. In ipso tñ consistit inquantū finem attingit sub ratione formę, ipsum quodāmodo informantis. & hoc inquātum actus intelligēdi siue visionis elicitus per illā formā illapsam intellectui ex ipo intellectu, terminaꝛ ad eandē: per qđ ipsa fit pfecte quasi forma intellectus vt est actu intelligēs: & p hoc habeꝛ finis qui est quasi forma domus, q̄ ordinaꝛ ad finē qui est inhabitatio: quē adipiscitur actus volūtatis: vt dictū est: & in illo cōsistit beatitudinis cōplemētū. ¶ Qđ ergo pdicti vlteri⁹ dicūt, ꝙ actus voluntatis non intelligitur nisi vt antecedēs assecutionē finis, veluti motus qui dā ad ipm &c. istud dictū est quasi nō sit ali⁹ act⁹ volūtatis q̄ appetere absens & desiderare. Qđ falsissimū est, tūc eñ volūtas dei & beatorū nullū actū oīno haberēt, & fruitio actio nō diceretꝛ voluntatis: sed passio: eo ꝙ obiectū ibi semp est psens. Est etiā aperte cōtra illud qđ iā dictum est scđm beatum Dionysiū, vbi dicit Amorē esse vt mouētem & reducentem virtutem in eū qui est in seipm, & amatorium motum actiuum preexistentē in optimo & ex optimo in existentib⁹ emanantem, & iterum in optimū cōuertentē se. Per hoc enim ꝙ bonum absens desideratū prę

sens factum est in intellectu secundum actum, non tam ex eo ꝙ est motiuũ intellectus in actũ, sed potius ex hoc ꝙ est terminus intellectualis operationis, ex ipso tanq̃ ex bono cognito emanat actus amatorius in volũtatem: quo iam cessante desiderio, cõuertit se in ipsum altero actu volũtatis perfectiori & nobiliori, quo se fini imprimit, & immergit, atq; inheret, & ipso fruitur, in quo perfectio beatitudinis consistit. Et ad istam consecutionem finis ordinatur illa quæ fit per actum intellectus. Et huic dicto melius cõuenit exemplum de auaro & pecunia. Perfectius enim habetur finis per actum voluntatis, & possidetur, q̃ intellectus. immo nec possidetur, nec habetur per intellectum, aut actum eius sub ratione boni & finis siue beatificantis: sed solũ sub ratione veri: vt dictum est. Vnde August. de morib. ecclesi. Bonorũ summa de⁹ nobis est. Deus est nobis summũ bonum: neq; infra remanendum nobis est, neq; vltra quęrendum. Alterũ eñi periculo fit, alterum nullum. & infra. Secutio dei, beatitudinis appetitus est: assecutio autẽ ipa beatitas. & infra. Id autem est solus deus: cui hęrere certe non valemus, nisi amore, dilectione charitate. & infra. Si sapientia & veritas non totis animi viribus concupiscatur, inueniri nullo modo potest. At si q̃rat̃ vt dignum est, subtrahere sese atq; abscondere a suis dilectoribus non potest. Amore petitur, amore quęritur, amore pulsatur, amore reuelatur, amore deniq; in eo qđ reuelatum fuerit permanetur. & hoc tanq̃ proprietate: cui respondet superior actio. Propter qđ dicit super illud Psalmi. xvii. Ascendit super Cherubim: exaltatus est super plenitudinem scientię: vt nemo ad eum perueniret nisi per charitatem. Vnde cum secundum Dionysium. vi. Cap. Cœlestis Hierarchię, oẽs cœlestes intellectus a deiformibus proprietatibus habẽt denoĩationes altiores circa deum immediate collocare: tãq̃ ab altiori proprietate Seraphim, hoc est ardentes siue calefacientes nominãtur. Q; si forte pręter actum voluntatis imperfectum & pręcedẽtem noticiam imperfectam, qui est desiderare, ponant alium actum voluntatis qui est amare, imperfectum quidem, cum nondum habetur perfecte, vt pręsens per intellectum: perfectum vero cum per intellectum perfecte habet̃: in ipso tamen esse beatitudinem principaliter, negant, dicentes ꝙ amare non potest esse vltimus finis: quia amatur bonum non solum quãdo habetur: sed etiã quando non habetur. Ex amore enim est ꝙ non habitum desiderio quęratur: & si amor iam habiti sit perfectior, hoc causatur ex hoc ꝙ bonum amatum iam pręsens habetur. Hoc autem qđ pręsens habetur, est per intellectum. Aliud ergo est habere bonum qđ est finis, q̃ amare. Sed ad hoc est dicendum ꝙ amare licet non sit vltimus finis simpliciter: est tamen vltimus in genere actuũ. Non autem illud amare imperfectum, quo non habitum desideratur: sed perfectum, quo iam habito, perfecte quis fruitur: ex eo quidẽ ꝙ pręsens habetur, primo per intellectũ vt forma: sed secũdo multo perfectius per voluntatem: vt finis beatificãs: vt dictum est, & dicetur. Et qđ vlterius assumunt, ꝙ voluntas finem suum suo actu non assequitur: quia tunc ex eo ꝙ finem appeteret, iam ei pręsens esset: Nõ est verum: Sicut cupido non ex hoc adest pecunia ꝙ eam concupiscit. Et bene verum est ꝙ isto actu suo imperfecto qui est quasi motus existens in potentia, non potest eũ assequi cum sit absens: vt p ipsum fiat pręsens: queadmodum nec desiderans domum inhabitare, ex hoc desiderio habet domum præsentem ad inhabitandum. Immo oportet ꝙ per intellectum sibi prius formet domum in intellectu secundum exigentiam finis & eius determinationem, qui est inhabitatio: qua formata si non esset domus in materia, statim voluntate ferretur in eam ad inhabitandum: vt dictum est supra: & isto actu solũmodo adipisceretur finem intra, qui est forma domus in mente, coniungendo cum fine extra qui est inhabitatio: & esset vanus ille finis adeptus per intellectum, nisi alius finis adipisceretur per voluntatem. Et ita sicut habita forma domus apta ad inhabitandũ, in fine vltimo qui est forma domus nunq̃ quiesceret ædificator qui eam sibi fabricauit ad inhabitandum, nisi eam adipisceretur sicut finem inhabitãdo in ea: aut vanũ esset & frustra & inutile eam fecisse: sic habito vltimo fine in intellectu sub ratione formę aptę ad fruendũ, in fine isto qui est forma & finis ĩ intellectu, nunq̃ quiesceret qui eam concupiuit: nisi eam adipisceretur sibi vt finem fruendo ea. Et ita modicum esset, multum videre diuinam essentiam, immo quasi vanum, si voluntas modo perfectiori & modo vlteriori non assequeretur eam, & sub ratione finis vlterioris ad quem ordinatur charitas tanq̃ donum supremum. Quod aperte testatur Augustin⁹ de verbis Domini sermo. xi. Vbi loquens de excellẽtia charitatis dicit. Qđ cõmune est patri & filio, per hoc nos voluerunt habere cõmunionem & inter nos & secum, hoc est per spiritum sanctum & donum dei. In hoc enim reconciliamur diuinitati, eaq; delectamur. Nam quid nobis ꝓdesset quicquid boni nossemus: nisi etiã diligeremus? Sicut autẽ veritate discimus, ita charitate diligimus: vt & plenius cognoscamus & beati cognito perfruamur. Reuera charitate diligimus in vita ista: & meremur vt per

T

V

X

speciem plenius cognoscamus, & tunc demum cognito perfruamur, & perfecte per hoc simus beati. Falsum est ergo ꝙ quietatio est in fine vt est presens intellectui, sicut dicunt. Immo posito per impossibile ꝙ sit ita, & non sequatur per actum voluntatis fruitio: qua tanq̄ actione perfecta voluntatis fieret alia & perfectior finis adeptio: nullo modo esset voluntas quietata, & ita nec beata. quemadmodum libidinosi amatores formarum muliebrium non sunt contenti visione, nec quiescunt nisi cum ea fruantur tactu & corporum coniunctione. Vnde qui tollunt illū actum secundum voluntatis, & perfectionem que per ipsum ex coniunctione cum fine vltimo adipiscitur, pfecto negant nos posse esse beatos: aut tollunt qđ pfectius est, & in beatitudine maius, licet hoc non intendant.
Y ¶Et est hic aduertendū: ꝙ voluntas suo actu secundo sibi finem suum assequitur, & sibi facit eum presentem: inquantum actu amatorio quasi transformatur amans in amatū: qui est perfectior modus q̄ quo est presens vt forma in intellectu. Q̄ꝫ si nō esset talis presentia & vnio per actum voluntatis: tunc in visione intellectus esset perfecta beatitudo: quia nō restaret actus aliquis voluntatis quo perfectius ipsum assequeretur. Tunc enī desideriū precedēs nō esset nisi vt videretur per sui presentiam in intellectu: qua habita cessaret omnis appetitus eius & perfecte quietaretur: quia non esset aliter natum ipsum consequi q̄ per p̄sentiam eius in intellectu: & sic nihil de essentia beatitudinis esset in voluntate: sed solummodo concomitans delectatio ex illa presentia, tanq̄ passio quedam superueniens visioni. in quo perficitur sententia illorum. Sed non est ita: quia (vt patet ex predictis) non cessat appetitus nisi volūtas suo actu pfectius finē adipiscat̄ q̄ adeptus sit ipm intellectus. Vñ & appetitus p̄cedens prīcipaliꝰ erat finis vt eēt obiectū i qđ trāsformaret̄ volūtas: q̄ vt esset obiectū quo informaret̄ Itellectꝰ: & etiā prīcipaliꝰ erat ipsiꝰ actꝰ volūtatis vt pfecte bonū amaret, q̄ intellectꝰ vt pfecte verum cognosceret. Semper enim potētia prīcipalius se appetit perfici in suo proprio actu, q̄ aliā in actu suo. Vnde cum eadē est ratio finis & appetibilis, & per cōsequens beatificantis: vt finis ergo principaliter beatificans tanq̄ obiectum, est bonum sub ratione boni: vt finis sub fine, est verum sub ratione veri obiectiue, & principaliter beatificans: & finis vt actus, est actus volūtatis: & finis sub fine, actus intellectus. & sic omnino principalius est beatitudo in voluntate q̄ in intellectu. Vnde quia secūdum Augustinum. xi. de ciuitate dei, ea re frui dicimur que nos nō ad
Z aliud referenda delectat: obiectum autē intellectus & eius actus referenda sunt ad actum volūtatis: & similiter actus voluntatis ad eius obiectū: vt per ipm assequitur: propriissime ergo solo obiecto voluntatis inquantum huiusmodi fruendū est: & in ipso solo vt tale, perfecta ratio beatitudinis consistit. Vnde secundum hoc debet exponi supra posita definitio frui. Fruimur enī visis, &c. non ratione qua visa, & vt in visione consistunt: sed vt preuio actu visionis fertur suo actu voluntas in ipsa, & quiescit in cognito, non vt cognitum est & existens in intellectu: & vt non cesset appetitus in eo vt sic existens: sed vt quiescat in prius cognito, & vt iam amato, existens in voluntate: vel potius volūtas in ipso sua actione transformatur. Vnde illa adeptio per intellectum, non est finis qui est beatitudo: nisi sub fine: qui est adeptio eius per voluntatem, & ita sicut finis necessarius & ministerialis ad finem principalem. Et est prima coniunctio cum fine per intellectum imperfecta, & perfecta per voluntatē: cui superuenit perfecta delectatio in eadem voluntate ex actu fruitionis & degustationis diuine dulcedinis per actum volūtatis, multo maior q̄ posset in ea supuenire ex actu & visione intellectus: vt nullā perfectionē consequat̄ voluntas per redundantiam ab intellectu, & eius actu: sed magis econuerso. Per hoc enim ꝙ secundum p̄dicta amor penetrat vbi scientia preueniens amorem foris stat: illa penetratio quia non potest latere intellectum, facit viam vt vlterius penetret per cognitionem sequendo amorē, q̄ penetrare potuit ipsum preueniendo. Et per hunc modum ex eo ꝙ voluntas suo actu finē attingit, redūdātia q̄dā claritatis fit in intellectu: qua lympidius cōtēplat̄ veritatē increatam pedissequa existens voluntatis, q̄ ipsam contēplabatur existens eius preuia: ita ꝙ si intellectus videns penetrare voluntatem per amorem, foris remaneret stans, anxiaretur, & summo desiderio naturali intus admitti peteret: quia aliter in intellectu actus visionis gloriose compleri nō posset. Vnde sic licet foris stetit: vt amorē preueniēs: & plus diligitur deus amore sequente q̄ intelligatur notitia preueniente, secundum ꝙ dictum est supra secundum Hugo. inquantum tamen sequitur amorem intrat cum ipso, & parificatur ipsi: vt tantū intelligatur, quantū diligit̄. & in ista equalitate beatitudo pficit̄, & in obiecto beatificāte, & ī volūtate ī eo pmanēte. iuxta illud qđ dictū est supra s̄m Augu. Amore reuelat̄, amore deniq̄ in eo qđ reuelatū fuerit pmanetur: bono cognito per intellectū inflāmāte amorē ad penetrādū, & amore penetrāte bono amato illumināte ītellectū ad cognoscēdū: ꝑ qđ semp q̄si iterato inflāmat̄ amor ad penetrādū

& semper quasi illuminatur intellectus ad cognoscēdū: vt notitia inflammans puocando appetitum semper tollat fastidium: & amor penetrans inherēdo ei qđ appetitur, semper inueniat satietatis complementū. Et sicut predicta intelligimus in beatitudine creature penes differētiam realem eorum que ad beatitudinem illius concurrunt: sic intelligenda sunt circa beatitudinē dei penes differentiam illorum secundum rationem tm̄.

¶ Ad primum in oppositum, de Ioannis. xvii. Hec est vita eterna: vt cognoscāt te verum deum: Verum est eo modo quo intelligere est viuere quoddā & similiter velle. Et ideo similiter hec est vita eterna: vt diligant te verum deum. Vnde non arguit hoc aliquam principalitatem: sed ꝙ in vtroq; actu consistit beatitudo. ¶ Ad aliud de Ioannis. xiiii. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis: Dicendum ꝙ sufficiebat pro illo desiderio quod tunc habebant non vsquequaq; relatum, non attendentes perfecte in visione beata inseparabilem esse notitiam personarum. Propter qđ Dominus quasi reducēs eos ad regulā, subiunxit. Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Desiderium autē perfectum vere beatorum non completur in sola visione, nec vnius persone, nec totius trinitatis, & si per impossibile dilectio secludatur: vt dictum est. Q; si forte illud dictū, Philippe. recta & perfecta regula fidei erat solidatum: vt veritatem solidam habeat dictum eius: tūc dictum illud sicut & illa dicta que vidētur ponere beatitudinem in sola visione: vt est illud, Visio est tota merces: debet exponi pro actu vidēdi vt in seipso contineat etiam quicquid necessario ipsum comitatur. Quia enim non potest videri nisi summe diligatur, ideo & in tali visione intelligitur etiam dilectio: sicut & in visione patris intelligitur visio totius trinitatis: quia inseparabilis est. Vel potest dici ꝙ talia dicta possunt intelligi comparando dei visionem ad visionem creaturarum. ¶ Ad secundū de Philosopho, ꝙ felicitatem ponit in actu speculationis: Dicendum ad hoc ꝙ Philosophus ibi sub speculatione cōprehendit actionem totius partis intellectiue. s. cognitiue & volitiue, secundum ꝙ ambe sunt circa diuina & separata, cognitiua in illa intelligēdo, volitiua in illa amando. Sed distinguit ibi speculationē contra factionē que fit per habitum artis, & contra actionem que est secūdum virtutes morales: argumētando sic, secundū ꝙ Commentator dicit ibidem. In quo deo felicem esse, & beatitudo est, in hoc & nobis vt possibile. Deo autem felicē esse & beatitudo eius est in speculatione. ergo & nobis. Deo autem esse felicitatem in speculatione, ostendit dicens, ꝙ omnis operatio vel actiua est, vel factiua, vel speculatiua. Si igitur diuinum operās neq; facit factibilia, neq; agit opera moralia, relinquit ꝙ non est ei operatio nisi speculatio. Et est manifestū ꝙ insufficiens esset eius diuisio nisi sub speculatione comprehenderet operationem voluntatis, que est velle & amare bonum presens diuinum: in cuius speculatione ponit hominis vltimam felicitatem, tanq̄ in nobilissimo speculato. Illud enim velle non est facere per habitum artis ipsa factibilia: vt domū vel scamnū: neq; agere per virtutes morales opera iustitie, tēperantie, aut fortitudinis: & tamen deus non caret illa operatione sue voluntatis in amando seipsum cum se speculatur, quod non est ponere ignorasse Philosophum: & si ipe ignorasset nec posuisset, theologi tamen hoc non debent ignorare: sed supponere. Et ꝙ hoc non ignorauit, sed ꝙ comprehendit volitiuam cum cognitiua sub speculatione, & ꝙ non distinguat volitiuam a cognitiua in attribuendo alicui potentie felicitatem speculatiuam, patet ex hoc qđ dicit in principio illius partis. Si autem est felicitas secundum virtutem operatio, rationabile secundum optimam: hec aūt vtiq; optimi, siue vtiq; intelligit hoc siue illud. qđ quidem vtiq; hoc secundum naturam videt principari & dominari. vbi dicit antiqua translatio. Siue hoc sit intellectus, siue alia potētia cognata ipsi: de qua putatur ꝙ dominatur naturaliter vniuersis volitiue potentiis. Et constat ꝙ illa non est nisi voluntas: que est suprema potentia: vt habitum est supra. Et licet non diuidat operationem voluntatis ab operatione cognitiue in speculando, potius tamen videtur felicitatem attribuere cognitiue q̄ volitiue: quia posuit forte volūtatem de necessitate sequi determinationem rationis, & per hoc actionem voluntatis debere referri ad rationem: ex cuius habitu stabiliuntur operationes & rationis primo, & voluntatis ex consequenti. Vnde in voluntate nullum habitum posuit regulantem ipsam in volendo secūdum opinionem plurium. Licet ergo in actione voluntatis esset perfectio beatitudinis, propter tamen habitum regulantem existentem in cognitiua, potius ei beatitudinē attribuit. Ex quo plane patet q̄ vanum sit theologis sequi philosophum in ponēdo felicitatē in pura speculatiōe intellect⁹ tā in deo q̄ in beatis eo ꝙ philosophus sic posuit eā in hoīe: qui aliter ponere nec debuit, nec potuit, secūdū p̄dicta. Sed forte dicet aliquis: ꝙ p̄lius etiam deorū beatitudinē non minus ponit in pura speculatione

Marginalia: & Ad primū prin. — A Ad tertiū. — B Ad secūdū — C

intellectus nõ volũtatis aut obiecti intellect⁹,q̃ hominũ. Qđ patet ex hoc q̄ p beatitudinẽ dei quã ponit in intellectu,probat beatitudinẽ hoĩm solũ esse in speculatiõe intellect⁹,vt dictũ est. Et põt dici q̄ hoc nõ arguit quin deorũ beatitudinẽ bñ posuisse potuit principaliter i volũtate etiã si volũtas sequeret̃ rationẽ:q̄a etsi poneret beatitudinẽ dei principaliter in volũtate,aliquo tamen modo necesse habuit ponere eam in intellectu,& in actu eius:sicut & nos ponimus eã.Et tunc similitudinẽ suam adducit nõ pro tota beatitudine:sed solũmodo pro portione illa qua cõsistit in intellectu.quod sufficit ei ad suũ propositũ.An vero deorum beatitudinem posuit in sola actione intellectus,an principaliter in volũtate & in obiecto eius, de hoc nihil habemus ab ipso nec in.x.Ethicorum.nec in.xii.metaphy.vbi loquitur de hoc,& nõ alibi quãtum vi
D dere potui.¶Ad quartũ q̄ res solũmodo quiescit in finem adeptũ per virtutem illam qua mo
Ad quartũ uetur in finẽ distantem &c̃.Dicendum q̄ in re qualibet alia a deo differunt eius actio qua mouetur in finẽ distantẽ,& eius operatio circa finem iam sibi cõiunctum.queãdmodum in homine differũt desiderium siue appetitus quo tendit in finẽ,& amor quo fruitur fine: & procedũt ambo ab eadẽ virtute:& ab vtroq̄ istorum differt quies,qua res fine adepto quiescit in ipo,qm̃ vtrũq̄ illorum est ab ipsa virtute rei,quies autem nõ est a virtute : sed a defectu virtutis natę causare motũ sibi contrarium. Verbi gratia,graue cũ est extra cẽtrũ, virtute suę grauitatis habet actionẽ qua mouet̃ ad centrũ & acquirit ipsum sibi:cũq̄ fuerit ei acquisitũ,tunc per eandẽ virtutẽ habet operationẽ qua se tenet in centro, in quo habet perfectionẽ sui esse. Quã quidem operationẽ ex cessatione motus ad centrum concomitatur quies vt illius motus priuatio: quæ nõ est a virtute:sed a defectu illius virtutis,& hoc duplicis.Primo illius qua prius mouebatur ad centrũ nõ in sua essentia:sed a sua imꝑfectione qua erat in potentia,& causatiua motus quã amittit acquirẽdo perfectionem & actum contrarium illi potentię,ex hoc q̄ attingit cẽtrũ. Secundo causatur illa quies a defectu virtutis exterioris, quę violẽter posset ipam mouere extra cẽtrum. Vnde aspiciẽdo ad defectum virtutis isto duplici modo,dicit Auerrois in fine de substantia orbis.Oĩs motus est a virtute, & omne qđ caret causis motus,necesse ẽ habere quietẽ q̃ est eius priuatio:& priuatio nõ est a potẽtia:& terra debet habere quietẽ infinitam,quę est priuatio motus:quia caret agente motum in ea cum quies sit priuatio & non habitus, sicut æstimauerunt quidã,qui dixerunt q̄ quies est in ea,per virtutem:immo inest necessario per priuationẽ virtutis. Falsum est ergo q̄ res solũmodo quiescit in finẽ per virtutem qua mouetur ad ipsum:immo nec quiescit in ipso per virtutem:sed potius per defectum eius, vt dictum est: & per illam virtutem habet operationẽ qua se tenet in finẽ,& perfectionem suam in illo:queãdmodum terra tenet se in centro,& per hoc habet suam perfectionẽ.Propter hoc dicit Philosophus ii.cę.& mun.q̄ terra non mouetur omnino.Vbi dicit Cõmẽtator , q̄ terra non potest cõprehẽdere nobilitatem per operationem:sed forte per quietem tantũ:quia est valde vile.Dicit aũt forte quia vilis est sua operatio qua se tenet in centro, & modica:vt modicum distet a priuatione & quiete . Est tamen operatio aliqua , in qua consistit sua perfectio , differens ab operatione
E sua quę est actio qua mouetur ad centrũ:vt ipm̃ apprehendat cũ est extra ipsum.Consimiliter descendẽdo ad propositũ,dico q̄ voluntate mouetur in finẽ nõ habitũ actione imperfecta,q̃ est actio nõ opatio,& nõ quiescit p ipsam in fine cũ habet̃: sed tenet potius se in fine,& imergit se illi sua operatione in qua cõsistit sua perfectio cessante motu in finẽ.Ex cuius cessatione operationẽ illã circa finem cõcomitat̃ quies quę est priuatio illius motus:& nõ est a virtute:sed potius a defectu virtutis secundũ dictum modum.Vnde licet in ista quiete volũtatis non consistat beatitudo:bene tamen consistit in operatione illa cui est quies ista annexa,per quã volunta
F tẽ potius p̄sens fit finis q̃ p actum intellectus:vt dictum est,& iam amplius dicetur.¶Ad quin
Ad quintũ tum,q̄ habito actu videndi per intellectum,non indigemus actu amandi per voluntatem : sed econuerso:quia habito actu videndi cessat desiderium,non habito autem actu videndi & habito actu amandi,habetur desiderium videndi.sicut cum quis amans amicum non videns eum desiderat ipsum videre:cum autem ipsum videt,nihil vlterius desiderat: Dicendum q̄ duplex est actio voluntatis . Vna quę est proprie motus in finem : vt est actio appetendi aut deside
G randi . Alia quæ proprie est operatio circa finem : vt est actio amandi , quę ante visionem est imperfecta:sed perfecta post visionem.Qꝫ igitur dicitur:habito actu videndi per intellectum, non indigemus actu amandi per voluntatem:sed econuerso: Dicendum q̄ si actus amandi sumat̃ pro actu desiderãdi,verũ est,quia iã volũtas adepta est finẽ nõ tam p actũ intellectus q̃ per actũ ipsi⁹ volũtatis: vt iã dicet̃.& sic bñ cõcludit q̄ actus vidẽdi ẽ p̄fectior q̃ act⁹ appetẽdi siue desiderãdi,secũdũ q̄ pcedit minoris pbatio.Et hic tñ potest distingui maior:q.i.ille actus est

perfectior quo habito non indigemus: q̃ ſit econuerſo ille quo habito indigemus alio. Quia habito vno actu, indigemus alio dupliciter. Vno modo propter illum aliũ principaliter. Alio modo propter aliquem vlteriorem ad quem ille alius diſponit. Ille quo indigemus alio primo modo, verum eſt ꝙ eſt imperfectior: & ille alius perfectior: & ſic non contingit in propoſito, vt iam dicetur. Secũdo autẽ modo poſſet dici, ꝙ non oportet ꝙ ſit verum. Et ſic habito actu deſiderandi, indigemus actu videndi: non propter ipſum principaliter: ſed potius propter actum amandi: qui illum concomitatur. quemadmodũ deſiderans videre amicum: hoc non deſiderat principaliter propter videre: ſed propter actũ amoris feruentẽ qui concomitatur, in quo ſumme delectatur: qui ſi non eſſet delectabilis, viſio modicum delectaret aut potius contriſtaret ſi ceſſaret amicitia, & per conſequens amationis actio. Si vero ſumatur actus amandi proprie, dicendum. ꝙ habito actu videndi non indigeamus tali actu amandi: hoc poteſt eſſe ex duplici cauſa. Aut quia iam ſimul habemus illum: & nihil dicitur indigere illo qđ perfecte obtinet. Sic eſt vera pars iſta: ſed pars cõtraria eſt falſa. ſ. ꝙ habito actu amandi indigemus actu videndi immo neceſſario ſimul habentur. Et ſcđm hoc non valet probatio: quia procedit in æquiuoco de actu deſiderii. Aut quia ſuper actum intelligẽdi nullo modo requiritur actus amandi ad pfectionem intellectualis naturę. Sic pars iſta ſimpliciter eſt falſa ſcđm prædeterminata, & pars contraria eſt diſtinguẽda, ſcilicet ꝙ habito actu amandi indigemus actu videndi: Dicendo ꝙ hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quia actus videndi pertinet ad vlteriorem perfectionem q̃ ſit ille actus amandi: & ſic eſt falſa ſcđm determinata. Aut quia actus videndi eſt de perfectione naturę, quæ eſt perfecta p actum amandi, licet ĩ iferiore gradu: quemadmodum de perfectione beati eſt ꝙ habeat cognitionem naturalem omniũ rerum naturalium, in qua poſuit philoſophus hominis felicitatem: ad quam tamẽ nõ poteſt peruenire niſi in ſtatu beatitudinis glorioſę: licet viſio glorioſa eſt ſuperior perfectio, infra tñ actũ amoris glorioſum. & ſic eſt vera Amans enim finem adeptum neceſſario indiget viſione tãq̃ perfectione inferiori miniſteriali ſicut dominus indiget ſeruo. Sed in neutro modo valet probatio: quia procedit in æquiuoco. Vnde ſi per impoſſibile ponanť actus amandi & videndi ſinguli, videns indigeret actu amãdi & appeteret ipm̃ tãq̃ vlteriorẽ perfectionem. Amans autẽ indigeret actu videndi: & ipm̃ appeteret tãq̃ perfectionem ſibi neceſſariam & miniſterialẽ: & quæ eſt de perfectione naturæ eius: licet ſcđm aliam potentiã. Sic etiam ſi per impoſſibile beatus poneretur corporaliter eſſe priuatus vno oculo, appeteret ipſum reſtitui ſibi: & ſic ſimpliciter pfectius eſſet & beatius deũ amare & non videre, q̃ videre & nõ amare. ¶ Ad ſextum: ꝙ per actum intellectus aſſequitur intellectus obiectum beatificans vt exiſtens in ſemetipſo: & ita perfectius q̃ voluntas quę aſſequiť ipſum vt exiſtẽs in alio, ſcilicet in intellectu: Dicendũ ꝙ verum eſt ꝙ voluntas non aſſequitur obiectum niſi iam exiſtat in alio vt in intellectu: ſed non eſt verum ꝙ nõ aſſequatur ipſum niſi vt exiſtens in alio. Immo obiectum beatificans qđ exiſtit in intellectu ſub ratione veri & formę expreſſa non impſſa, etiã exiſtit in ſeipſo vt natura oĩno ſeparata. Qđ quidem non eſt natũ alliciendo mouere voluntatẽ, vt finis ad ſui conſecutionẽ, niſi prius vel natura, vel ratione exiſtat in intellectu: exiſtens tñ in intellectu mouet volũtatẽ, non vt exiſtẽs in intellectu: quia ſic moueret ipſam non ſub ratione finis: ſed ſolum ſub ratione formę: quia aliter non habet eſſe in intellectu: ſed ſolum mouet volũtatem vt aliquid exiſtẽs in ſeipſa. Vnde & illa quę ſcđm rem habent eſſe extra intellectũ, & non in intellectu niſi per hoc ꝙ ab ipſo apphendũtur ſicut ſpecies & forma quędam, licet non mouent volũtatem niſi quia prius mouerunt intellectũ, & ſunt in ipſo: voluntatẽ tñ non mouẽt alliciendo ipſam ad ſe aſſequẽdũ vt eſt in intellectu, ſed vt habet vel vt nata eſt habere eſſe in ſe vel in materia extra intellectũ. Cũq; volũtas ſic mota fuerit ab obiecto vt eſt exiſtens in ſeipſo: tũc volũtas allecta motu ſuo proprio trãſfert ſe in huiuſmodi obiectum non vt exiſtens in intellectu, ſed vt aliquid exiſtens in ſeipſo: & hoc tali modo vt q̃ſi derelinquens qđ eſt ipſe, conuertatur in id qđ non eſt ipſe: & fiat quantum poſſibile eſt ſcđm naturam quodãmodo idipſum qđ eſt obiectũ, vt prædictum eſt. Ex quo perfectius aſſequitur voluntas obiectũ vt ipm̃ eſt exiſtens in ſeipſo: q̃ ipſum aſſequatur intellectus vt ipſum eſt exiſtens in ipſo: quia magis conſtituitur vnũ in huiuſmodi aſſecutionibus ex volũtate & obiecto volito, q̃ ex ĩtellectu & obiecto cognito. ¶ Ad vltimũ: qđ directe videtur eſſe cõtra hoc vltimo dictum: ꝙ ſcilicet obiectum beatificans magis vnitur intellectui q̃ voluntati: quia intellectui vnitur actione infinita ipſius dei illabentis voluntarie: nõ autem volũtati niſi per actũ finitũ ipſius volũtatis: fortius aũt vnit ſe obiectum ſuo actu infinito illi cui ſe vnit, q̃ ꝙ vniat ſe illi ſuo actu finito: Dicendũ ꝙ obiectum beatificans habet eſſe actu ſuo in voluntate vno modo: &

H

I

K Ad ſextũ.

L Ad ſeptimum.

voluntas actu suo in ipso alio modo: cũ ipsum habeat actu suo vno modo esse in intellectu, & non intellectus vllo modo in ipso habet esse actu suo, sed actus eius solũmodo terminatur ad ipsum. Et illo modo quo obiectum habet esse in voluntate tm̃, actu suo vnitur voluntati perfectius q̃ intellectui. Illo vero modo quo voluntas habet esse actu suo in ipso obiecto: multo magis vnitur ei q̃ ipsi vniatur intellectus actu illius. & sic simpliciter & absolute plus vnitur obiecto beatificanti res per voluntatem & actum eius, q̃ per intellectum & actũ eius quẽcũq̃.

M ¶Ad cuius intellectum sciendum est: ꝙ obiectum beatificans actione sua illabendi vnit se intellectui vt forma: & habet esse in ipso scd̃m illum modum essendi in quo species habet esse in materia, præter hoc ꝙ non habet esse in ipso vt forma impressa, sed expssa: & sic cõstituit vnũ ex eis sicut ex itellectu & intelligibili: licet nõ omnino sicut ex forma & materia, vt alibi exposuimus. Nũc autem quia intellectus & voluntas non distant loco neq̃ subiecto: sed solũ in modo quodã & ordine in diuersimode se habẽdo ad obiectum, vt alibi exposuim⁹ in questione de potentiis animę: Ideo cum obiectum actu suo illabendi vnit se intellectui vt forma mouẽs ipm̃, eliciendo ex ipso actũ intelligendi: simul duratione etsi ordine quodam naturę aut rationis, eodẽ actu vnit se volũtati vt finis mouens ipsam alliciendo ad illud, vt actu suo in ipsum ferat. Et intantum vnit se obiectum actu suo illabendi voluntati vt finis: & habet esse in ipso sicut motiuũ in mobili: quãtũ se vnit actu eodẽ intellectui vt forma: et habet esse in ipso sicut intelligibile i intellectu, aut forma in subiecto. Et nihil operatur ad vnionẽ aliquã obiecti cum intellectu actus intelligendi, sed ipse solũmodo terminatur in obiectũ dicto modo vnitũ: sed actus volũtatis qua volũtas allecta fertur in obiectũ, operat vnionẽ volũtatis cũ obiecto acumine suę penetrationis virtute amoris, multo maiorẽ q̃ erat vnio pcedẽs obiectum, vel cũ intellectu, vel cũ volũtate, scd̃m pdeterminatũ modũ. Et nõ solũ actus voluntatis terminat in obiectũ: immo per ipm̃ voluntas fit in obiecto modo illo quo aliqd habet esse in alio vt in optimo & fine. quo mõ essendi in, pfectior causat vnio & vnitas eius qd̃ est in, cũ illo cui inest: q̃ aliquo alio modo

N essendi in. ¶Et ꝙ assumitur in argumẽto: ꝙ actus infinitatis plus vnit q̃ finitatis: Dicẽdũ ꝙ licet diuina actio ex cõparatione ad agentẽ, & vt ab ipso egreditur, habet infinitatẽ: ex comparatione tamẽ ad id in qd̃ recipitur: & vt in id recipitur: qa non recipit in illo nisi scd̃m modũ receptibilitatis illius, necessario habet finitatẽ, & non vnit nisi ƒm modũ quo subiectũ est receptibile vnionis. Nõ obstãte ergo diuersitate actionũ pdicta, quib⁹ obiectũ se vnit intellectui, & voluntas vnit se obiecto: quia tamen intellectus non est receptibilis tantę profundationis intelligibilis in ipso: neq̃ suo actu tãtũ natus est speculando penetrare ipsum: quãtę profundationis voluntatis in obiectum receptibile est ipsum obiectum, & quantum volũtas suo actu nata est amando penetrare ipsum obiectũ, vt patet ex supra dictis, Idcirco voluntas suo actu amatorio plus vnit se obiecto: & plus ipm̃ penetrat: q̃ faciat itellectus. Nec obsistit in hoc infinitas actus illabendi ex parte eius a quo est: cum sit finitas vtrobiq̃ ex pte eius in qd̃ actus recipiũtur. Et hoc queadmodũ licet lux solis quantũ est ex se, & vt egredit a sole, magis nata est pfundari in visum: & se vniendo illi ipsum mouere ad actũ videndi, q̃ lux candelę: quantũ tñ est ex parte recipientis lux candelę magis nata est profundari in visum cati, & se vniendo illi ipm̃ mouere ad actum videndi: q̃ lux solis nata est profundari in visum vespertilionis, & se vniendo illi ipm̃ mouere ad actũ videndi. Et pterea actus amãdi quo volũtas fertur in obiectũ, nõ penitus caret infinitate ex parte eius a quo egreditur. Dicim⁹ eñ ꝙ actũ amandi gloriosum nõ elicit volũ-

O tas ex se in virtute sua naturali sola, sed in virtute diuina. Et hoc dupliciter. Vno modo, qa p habitũ charitatis creatę quo volũtas iformatur. Alio modo p ipm̃ spiritũ sanctũ, q vt charitas increata existens est in volũtate sicut motor in mobili ad eliciendũ actũ amatoriũ beatificãtem quẽ sine eius impulsu imediato natura volũtatis cũ suo habitu charitatis creatę, etiã p motũ cõem spiritus sancti, quomõ neq̃ mediante habitu ad eliciendos actus aliarũ virtutũ. s. spei & fidei in via, nõ sufficit elicere ꝑpter illius actus excellentiã, & summã efficaciã, in tãtũ vniendo obiecto & ipm̃ penetrãdo, sicut supra expositũ est. Vt sic dicamus scd̃m ꝙ dicit Magister in sententiis, ꝙ alios actus atq̃ motus virtutũ operatur spiritus sanctus mediãtibus virtutib⁹ quarũ actus sunt, vtputa actũ fidei qui est credere, fide media: & actũ spei id est sperare, media spe: ita ꝙ non oportet dicere ꝙ cum hoc aliquo modo speciali pter cõmunẽ modum agẽdi scilicet si moueat immediate ad istos actus eliciendos. Actũ vero diligẽdi seu amãdi. i. diligere operatur, non per se tm̃ sine alicuius virtutis medio (licet hoc dicat Magister sententiarum, in quo non tenetur) sed mediante habitu virtutis quæ est charitas creata: & cum hoc pręter cõmunẽ modum quo mediate & immediate dicitur operari omnia opera creaturarum, ope-

ratur immediate illum actũ eliciendo ex voluntate modo quodam speciali. Ex nullo enim habitu creato scd̃m cõmunẽ cursum actionũ creaturarũ, posset elici actus imediate cõiũgẽs primo principio. Sicut em̃ obiectũ beatificans sub ratione veri & formę immediate illabitur intellectui vt mouens sicut forma, & efficiẽs actũ intelligendi, & sese facit videri: & elicit immediate ex intellectu actũ intelligendi gloriosum, qui terminatur in ip̃m vt in intellectu: licet sit habitus sapiẽtię creatę in intellectu, siue mediãte illo etiã eliciat illũ actũ, siue non: sic obiectũ beatificans sub ratione boni & finis immediate illabitur volũtati vt mouẽs sicut finis alliciẽdo: & sic efficiens motũ amandi, & sese facit amari: & elicit immediate (vt dictũ est) actũ amandi gloriosum: qui terminatur in ip̃m vt in amatũ, licet sit habitus charitatis creatę in voluntate, mediante quo etiam elicit illum.

Circa Septimũ arguitur: ꝙ diuina beatitudo nõ cõtineat in se omnes rationes omniũ beatitudinũ aliarũ. Primo sic. beatitudo philosophoꝝ est ficta beatitudo. dicẽte Augustino ꝙ eã sibi fabricauerunt. in dei aũt beatitudine nihil est fictũ. ergo &c. ¶ Secũdo sic. quidã philosophoꝝ cõstituerũt beatitudinẽ in reb[9] corporalibus, vt Epicurei: qdã in honoribus: & sic de cęteris. in qbus nõ consistit diuina beatitudo. ergo &c. ¶ In contrarium est, ꝙ non est beatitudo aliqua quãtũcũq; vana: quin sit in bono aliquo constituta. Vnde vnusquisq; phoꝝ in eo quod hominis melius esse dicebat, beatitudinẽ ipsius posuit: & ꝑpter illã oĩa alia fore agẽda, tãq̃ ad bonũ vltimũ. Sed beatitudo dei est summũ bonũ: qđ oẽm rationẽ boni i se debet cõtinere, sicut summe perfectum rationem omnis perfectionis. ergo &c. P Quę. VII. Arg. 1. 2 In opposit.

¶ Dicendum ad hoc, ꝙ cum respectu alicuius appetitus est aliquod bonũ vltimũ adipiscẽdũ, qđ primo natũ est ip̃m mouere, & qđ primo & ꝑ se naturaliter appetit quãcũcũq; indeterminato appetitu qcqd appetit sicut finẽ, aut est illud bonũ i seip̃o vt determinate appetit ip̃m, aut in aliqua eius effigie & resplẽdẽtia. Si primo modo, hoc necessario est scd̃m rei veritatẽ ipse finis. Si secũdo modo, hoc est illud qđ appetitus sibi finẽ statuit: vel naturaliter vt nõ intellectualia, vel ꝑ voluntatis electionẽ vt intellectualia a vero fine aberrantia. Et hoc nõ nisi per rationem finis: hoc est ꝑpter aliquã finis effigiẽ aut resplendẽtiã quã in illo conspicit: propter qđ ꝑ fine illud appetit: licet erret, nõ in appetẽdo tale quid: sed in appetẽdo tm̃ vbi & sub tali rõne sub qua vt finẽ appetere nõ debuit. Nũc aũt ita est scd̃m ꝙ supra tactũ est, ꝙ cũ oĩa bonũ appetũt, illud nõ est nisi bonũ vnicuiq; qđ est omniũ bonoꝝ vltimũ, & primo naturaliter omniũ mouet appetitũ, licet q̃dã nõ attingunt ipsum, neq; nata sunt attingere nisi in aliqua eius effigie in qua cõtenta sunt: & per quã in bonũ vltimũ fixa sunt, & ad ip̃m referũtur quãtũ possibile est eis scd̃m suã naturã. Quędã vero nata sunt ip̃m attingere: & ip̃m attingẽdo in ipso beatificari: vt intellectualia, vt habitũ est supra. Quicqd ergo appetit omne appetẽs vt finẽ suũ, aut est illud bonũ in seipso determinate: qualiter debẽt ip̃m appetere intellectualia q̃ nata sunt ip̃m attingere: aut est illud bonũ in aliqua eius effigie in qua naturaliter appetũt ip̃m naturalia oĩa nõ intellectualia: & intellectualia quadã effigie: & resplendẽtiã quãdã in bono inferiori creato pro vero bono increato appetẽtia: & hoc vel ꝑ errorem electionis principaliter, vel principaliter ꝑ errorẽ ratiõis. Primo mõ finẽ & beatitudinẽ suã posuerũt Epicurei i delitiis & bonis corporalib[9], & alii i honoribus, alii vero in diuitiis aut i aliis bonis tẽporalibus ꝑ malitiã electionis: q̃liter oĩs peccãs mortaliter in bono transitorio finẽ sibi statuit. Secũdo modo finẽ & beatitudinẽ hoĩs posuit Phs i opatione itellectus speculatiui i actu existẽtis scd̃m oĩa speculabilia speculãda ex creaturis mediãte sensu scd̃m sciẽtias speculatiuas: & maxime in speculatione primi principii: scd̃m ꝙ possibile erat ex sensibus ip̃m speculari. In cui[9] speculatione etsi homo ad summũ vl' intellectus eius scd̃m talia esset oĩno adeptus & ꝑfecte in actu, ꝑfectio habita in ista speculatione nõ est nisi quid creatũ & effigies illius speculationis q̃ adipiscit̃ in vidẽdo nude ꝑ essentiã ip̃m bonũ increatũ. Vnde esto ꝙ finẽ istũ & quẽcũq; aliũ in quo hoĩes statuũt suã beatitudinẽ, homo aliqs esset adeptus, nõdũ satiatus esset suus appetitus: sed ad vlteriorẽ delectationẽ anhelaret & ad vlteriorẽ speculationẽ: q̃ nõ cõsistũt nisi in nuda deitatis visione & fruitione ꝑ suã essentiã. De qua dicit Boethi[9]. Mentibus hominũ naturaliter isserta est summi veriq; boni cupiditas &c. Quicquid ergo tales appetũt in beatitudine non vera, sed ab ipsis per errorẽ (vt dictũ est) constituta & fabricata, etsi nõ appetũt ip̃m determinate vt verũ & vltimũ finẽ: appetunt tñ ip̃m vt aliquã effigiẽ & resplendentiã illius: in qua per errorẽ cõtẽtos esse se putãt: licet in veritate nõ sunt. Vt effigiẽ aũt & resplẽdẽtiã illi[9] illud nõ appeterẽt, nisi

Q Responsio. R

in illo esset quicquid est appetibilis in eo qđ appetunt: licet modo supeminẽtiori: a quo mouet primo, & p se appetitus: licet cõfuse & in generali. Qm̃ scđm determinationẽ Augustini. viii. de trini. iiii. ca. vsq; ad. vii. quicqd in alio nobis placet, nõ in seipso nobis placet: sed in illa arte diuina: vbi nisi illud diligeremus, nullo modo id diligeremus qđ ex illa diligimus. Ipsa vero (vt dicit) est forma & veritas, nõ quo aliunde diligatur. Pudeat ergo cũ talia nõ amẽtur nisi quia bona sunt eis inhęrẽdo, nõ amare ipm̃ bonũ vnde bona sunt. Quicqd ergo est boni & appetibilis i quacũq; alia beatitudine ab ea q̃ deus in se est beatus, i beatitudine dei totũ est. Illud aũt est ratio beatitudinis illius propter quã q̃ritur. Idcirco dicendũ est simpliciter & absolute

S q; oĩs ratio cuiuslibet alterius beatitudinis propter quã q̃rit, & propter quam dicenda est habere rationẽ beatitudinis, in beatitudine dei qua ipse est beatus, pfectissime continet: & placet atq; delectat in illa quicquid placet atq; delectat in aliis sub modo multo eminẽtiori: qui veritatem boni & delectabilis nõ eximit, sed potius auget. Et (vt dictum est) eodẽ est homo beatus, & deus. Cõsimiliter oĩs ratio alterius beatitudinis in vera hoĩs beatitudine continetur: & simul in summa etiã quicqd extra eã tanq̃ bonũ & delectabile cõtinetur: & spsim a diuersis & variis q̃rit in psenti exterius: qđ in solo vno q̃rendũ est interius. Quã attingũt qui q̃rũt ea in illo pseuerãter, & ab ea repellunt q q̃rũt ea extra ipm̃. scđm q; Augustin[9] exẽplificãs in vno illoꝝ dicit. viii. de trini. ca. vii. Qui q̃runt deũ p istas potestates quę mũdo pręsunt vel ptibus mũdi, auferuntur ab eo longeq; iactantur, nõ interuallis locorũ, sed diuersitate affectuũ. Exterius eñ conantur ire: & interiora sua deserunt, quibus interior est deus : in quo simul omne bonũ habet, dicente dño ad Moysen. Ego ostendã tibi omne bonũ. Hinc etiã dicit Augustinus de sentẽtia Prosperi. Deus tibi totũ est qđ recte desideras, & cętera. vt supra i q̃stiõe secũda de pfectiõe dei. Et hoc est qđ dicit Boethi[9] i pricipio. iii. de cõsolatione. Oĩm mortaliũ cura quã varioꝝ studioꝝ labor exercet, & cętera. p totũ capitulũ multũ notandũ. & cap. sequẽti. Vos o terrena aĩalia, tenui licet imagine vestrũ tñ pricipiũ somniatis: verũq; illũ beatitudinis finẽ, licet minime perspicaci, qualicũq; tñ cognitione pcipitis: eoq; vos ad verũ bonũ naturalis ducit intentio: sed ab eodẽ multiplex error abducit. Et infra in quodam alio capitulo. Quod simplex est indiuisumq; natura, id error humanus separat: & a vero atq; pfecto ad falsum imperfectumq; traducit.

T ¶ Ad primũ i oppositũ: q; aliqua beatitudo ẽ ficta: Dicẽdũ q; est ficta quo ad hoc q; bonũ qđ in ea q̃rit, in re creata aut tẽporali q̃ritur: in qua & finis statuit: & non est in deo scđm modũ quo est in creatura: & quo in ea q̃ritur & finis statuitur. Quo tñ ad id qđ in ea est bonũ & delectabile: scđm modũ supeminentiorẽ totũ est in deo sub ratione veri & perfecti. Propter qđ pbat Boethius post capitulũ iã signatũ p plura capitula, q; vanitas erat ponere in pręditis beatitudinem extra deum: quia extra ipsum sparsa sunt & diminuta. ¶ Et per hoc etiã patet ad secundum.

Ad primũ princip.

Ad secũdũ.

V Irca Octauũ arguit: q; pfecta ratio beatitudinis dei nõ supponit pductionẽ psonarũ. Primo sic. beatitudo dei est i deo de essentialibus: quia est cõis trib[9] vt pʒ ex pdictis. sed essentialia nõ psupponũt psonarũ pductionẽ: qa sunt q̃si fundamẽta pductionũ, vt habitũ est supra, & amplius videbit infra. ergo &c. ¶ Secũdo sic. beatitudo est summũ bonũ. sed diuina essentia vt est summũ bonũ, non psupponit pductionẽ psonarũ : quia nihil bonitatis addit essentię in persona, qa nõ est bonũ in diuinis nisi essentiale. ergo &c. ¶ In cõtrariũ est: qm̃ nõ est ratio beatitudinis in deo nisi qa deus opatione sua intellectuali voluntatis & intellectus cõsequit bonũ qđ ipse est, vt patet ex supra determinatis. ergo nõ est pfecta ratio beatitudinis in deo nisi cõsequat ipm̃ pfecta opatione intellectuali. sed pfecta opatio intellectualis supponit personarũ pductionẽ, vt ostẽsum est i prima q̃stione disputatiõis sextę de Quolibet. ergo &c.

Quę. VIII. Arg. 1.

2

In opposi.

X ¶ Dicendũ ad hoc, scđm q; vltima obiectio pcedit: & scđm q; determinatum est supra: q; Deitas neq; sub ratione qua deitas est, neq; etiã sub ratione qua in se bonitas q̃dã est rationẽ beatitudinis habet. tũc eñ deus beatus esset, & perfectã rationẽ nobilitatis haberet absq; eo q; consideraret esse in actu in opatione intellectuali: etiã cõsideratus vt dormiẽs. Qđ est cõtra phm̃. xii. Metaph. vbi dicit. Si nihil intelligit, quid est illud nobile qđ inest ei? Et sic deus esset beatus non existẽs in quasi digniori & nobiliori sua dispositione, qđ est contra rationem beatitudinis scđm pdeterminata. Sed q; deitas sub ratione summi boni continentis in se omnẽ rationẽ boni, habet in se rationẽ beatitudinis, hoc contingit per hoc: q; ille cuius est, eam con-

Responsio.

ſequitur per actionem ſuam intellectualē vt bonū ſuū ſcđm iam determinatū modū: ita ꝙ ad rationem beatitudinis dei requiritur ꝑ ſe & eſſentialiter actio dei intellectualis: vt qua id ſibi acquirit qđ eſt in ſe ſummū bonū, vt ſit ei ſummū bonū, & hoc ſub ratione veri, vt eſt bonū intellectus, & ſub ratione boni, vt eſt bonū voluntatis, ſcđm modū ſupra determinatū. Quare cū ita eſt, ꝙ quādocūq; aliquid ꝑ ſe requirit ad ratione alicuius, & perfecta ratio illius requiritur ad perfectā rationē eius. vt ſi aliquid requirit in homine vt in eo ſit ratio albi, ad ꝑfectā rationē albi in eo requiritur perfecta ratio illius. Sicut ergo ad rationem beatitudinis diuinæ requirit eius operatio intellectualis, cōſimiliter ad ꝑfectā rationē beatitudinis in eo reqrit ꝑfecta ratio opationis itellectualis. Intellectualis aūt opatio ex pte itellectus nō ꝑficit i deo ſine verbo ꝑducto: neq; ex pte volūtatis ſine amore ꝑducto, vt patet ex dictis i q̄ſtiōe ꝑfata de quolibet. Idcirco abſolute dicēdū, ꝙ ad perfectā rōnē beatitudinis i deo, reqrit perſonarū ꝑductio: ſicut & ad perfectā rationē intellectualis opationis. Et ſic ordine quodā rationis beatitudo dei quaſi ꝑſupponit ꝑſonarū ꝑductionē, vt licet diuina eſſentia ſub ratione ſummi boni ſit in patre ex ſe, & ipſam cōſequat actu ſimplicis intelligētię, quaſi nō ꝑſupponēdo perſonarū ꝑductionē: ex hoc nō habet perfectā rationē beatitudinis, ſed ſolūmodo ex hoc ꝙ eā cōſequitur actu intellectuali perfecto ex verbi et ſpiritus ſancti ꝑductione, vt itellectu nō ſolū ſimplicis eſſentię: ſed ꝑfecto ex verbi conceptione, concipiat q̄libet perſonarū in ſimplici intelligētia & in verbo ſummū bonū ſub ratione veri, & voluntate non ſolū ſimplicis amoris: ſed ꝑfecto ex amore ꝑducto, ferat q̄libet perſonarū & volūtate ſimplicis amoris, & amoris ꝑducti, i ipm ſub ratione ſummi boni: vt cōſimiliter perfectio naturę creatę ſcđm beatitudinē nō ſit ſolūmodo cōcedēda ꝑ intellectū quo intelligit eſſentiā ſub ratione ſummi boni ſcđm ſe: ſed etiā vt intelligitur i ratione verbi, neq; ferendo ſe per voluntatē in ipſam eſſentiā ſub ratione ſummi boni ſcđm ſe: ſed etiam vt diligitur in ratione amoris producti. Eſt enim in verbo perfecta ratio veri cogniti, & in amore producto ꝑfecta ratio boni amati: vt nō ſine verbo ꝑficit opatio intellectualis in aliq̄ triū ꝑſonarū. q̄a eodē verbo ꝑficit itellect⁹ triū ꝑſonarū, licet ab vnica tm̄ ꝓcedat. Et ſilr eſt de amore ꝓcedēte reſpectu opationis volūtatis, vt habitū eſt ſupra. Cōſilr nō ſine verbo ꝑficit opatio intellectualis alicui⁹ creaturę, neq; opatio voluntatis ſine amore ꝓcedēte: ſicut debēt declarari loquēdo de beatitudine creaturę: vt omnes intellectus tā creati q̄ increati non ꝑficiant niſi in verbo diuino ꝑducto: ſimiliter neq; opatio volūtatis niſi in amore diuino producto: vt oīno i vno & eodē dei beatitudo & ſanctoꝝ compleatur: licet diuerſimode illud conſequat: vt propter hoc etiā alia ſit beatitudo dei, alia intellectualis naturę creatę, & diuerſarū intellectualiū naturarū creatarū ſimiliter diuerſę: ſcđm ꝙ diuerſimode ꝑ itellectū & volūtatē eā cōſequūt. Verūtamē ſicut cōtingit diſtinguere de opatione intellectuali: ꝙ poteſt cōſiderari dupliciter: Vno modo vt pure eſſentialis eſt, & conſiderat abſq; ratione verbi aut amoris ꝓcedētis: Alio mō vt cōtinet in ſe rationē verbi & amoris ꝓcedētis: ſic cōtingit diſtinguere de dei beatitudine ꝙ eſt loqui de ea duplr. Vno mō vt cōſiſtit i diuina eſſentia, ſm ꝙ cōſequit eā opatione itellectuali vt pure eſſentialis eſt. Alio mō ſm ꝙ cōtinet i ſe rōnē verbi & amoris ꝓcedētis. Primo mō beatitudo dei nō ꝑſupponit ſcđm rōnē noſtrā itelligēdi niſi ꝑſonā cuius eſt, ſicut neq; actus quo aſſequit. & ſic beatitudo vt eſt patris, nō ſupponit ꝑductionē ꝑſonarū, ſicut neq; eius intelligere eſſentiale: & ſic cōuenit ordine quodā rōnis trib⁹ ꝑſonis: vt patri ex ſe, filio a patre, & ſpiritui ſancto ab vtroq;: ſcđm ꝙ ſupra determinatū eſt de intelligere eſſentiali. Secūdo aūt mō q̄ſi ſupponit ꝑductionē ꝑſonarū: & abſq; omni ordine rōnis cōuenit tribus: quēadmodū cōuenit eis actus creādi abſq; ordine rōnis. Licet eñ ꝙ creet & quo creet filius habet a patre, & ſpiritus ſanctus ab vtroq;: tñ reſpectus ad creaturas nō fundat ſup eā niſi vt iā eſt trium. Primo aūt mō beatitudo dei quaſi imꝑfectā rōnē beatitudinis habet: ſicut & actio qua cōſequit q̄ſi imꝑfectā habet rationē opationis intellectualis. Secūdo autē modo habet ꝑfectā rōnē beatitudinis ſicut & actio qua cōſequit, habet quaſi ꝑfectā rationē actionis intellectualis.

¶ Ad primū in oppoſitum: ꝙ beatitudo in deo eſt de eſſentialibus: Dicendum ꝙ verū eſt: & hoc q̄a cōuenit tribus ꝑſonis rōne eſſentię, q̄ eſt cōis trib⁹: & nō dicit ſup cōmunē rōnē eſſentię cōis niſi rationē cōis cuiuſdā reſpectus. Sed eſſentia pōt eſſe tribus cōis ſub rōne cōmunis reſpectus, duplr. Aut ꝙ ille reſpectus fundatus in eſſentia, cōmunicatur ab vna perſona aliis: ſicut & ipſa eſſentia. Aut non habet eſſe in eſſentia niſi vt iam aliis eſt cōmunicata Primo modo fundātur illa attributa q̄ ſunt ſapiētia, bonitas, & hmōi: quę ordine quodā rōnis cōueniūt tribus: quia patri ex ſe, & filio a patre, & ſpiritui ſancto ab vtroq;. Non ſic autē fun-

Y

Z

& Ad primū princip.

datur in cōmuni essentia ratio beatitudinis perfectę,sed illius tm̄ quę est quasi imperfecta.Secūdo aūt modo.s.inquantū tres personę simul pfecte eā cōsequūtur: nō nisi pfecto actu intelligēdi in verbo, & pfecto actu amādi in amore pcedēte(vt dictū est)fundatur super eam ratio beatitudinis pfectę,vt dictū est.¶Ad secūdū ꝙ diuina essentia habet rationē summi boni absq; eo
9 Ad secūdū. ꝙ supponat pductionē psonarū:Dicēdū scd̄m pdicta : ꝙ summū bonū potest considerari in se, vel vt est cōsecutū a persona, sua opatione itellectuali. Primo modo nō habet rationē beatitudinis,sed secūdo modo tm̄. & hoc duplr̄ scd̄m iā distinctū modū.Et vno modo nō supponit psonarū pductionē.Alio vero modo quasi supponit ipsam,vt dictum est.

Artic.L.

Artic.L.

Equitur Artic.L.de delectatione dei.Et qa ipsa est affectio ideo circa hoc quęrenda sunt duo.

Primū de affectione in generali:vtrū in deo sit ponenda affectio.
Secundū de affectione delectationis in speciali: vtrum sit in deo vt aliquid annexum eius beatitudini.

A Quęst.I. Arg.1.

Irca Primū arguitur,ꝙ in deo sit ponere affectionē.Primo sic.in quo est ponere principiū, & principiatum.Amor autē est principiū & origo oīm affectionū:quia omnis affectio aut est circa bonū vel iā habitū,vt gaudiū, delectatio,& hmōi,aut circa adipiscendū, vt spes,aut circa malū iā habitū,vt dolor vel tristitia,aut circa expectatū,vt timor.& circa ambo nō ē affectio nisi ex amore, qa nō possidet bonū,neq; expectat nisi ex amore:qa ppriū ē obiectū: nec detestat aliqs malū habitū,nec refugit expectatū nisi ex amore boni cōtrarii habiti vel expectati vl̄ dpditi.amor aūt
2 habet esse in deo,vt habitū est supra.ergo &c.¶Secūdo sic.qd̄ voluntatē expedit in sua actione ponendū est esse in deo:quia ipse habet volūtatē summe expeditā.affectio est huiusmodi:quia in idē tendit cum volūtate recta. Vult.n.punire iratus qd̄ vult punire rectus iudex.ergo &c.
In opposi. ¶In contrarium est:quoniā affectiones oēs,passiones sunt absolute:qualem non est ponere in deo scd̄m superius determinata.ergo &c.

B Responsio. ¶Dicendū ad hoc,ꝙ omnis affectio in creaturis siue naturalis siue animalis siue rationalis de genere qualitatis est in tertia specie qualitatis : quia passio dicitur vel passibilis qualitas.Et hoc qa est causatiua passionis de pdicamēto passionis,vel causata ab illa vel mediate vel imediate: & hoc vel large accepto noīe passionis ad illā q̄ est salus & receptio, q̄ est ī natura rei,& p affectionē:vel stricte ad illā q̄ est abiectio scd̄m cōtrarias dispositiōes. Et scd̄m rationē noīs dicit affectio quasi affixio.Et est aduertēdū,ꝙ affectio duplr̄ pōt significari: & hoc
C vel p modū habitus,vel p modū fieri:& in vtroq; modo duplr̄,vel vt firma & de difficili mobilis:vel vt cito transiens,& de facili mobilis.Affectio significata p modū habitus est vt dispositio irrationabilitatis,& verecūdię,& hmōi,quę disponūt ad affectiones significatas p modū fieri:vt sunt irasci,verecūdari,& hmōi. q̄ cū sint īnatę aut cōfirmatę quasi īnatę ne de facili amoueātur,cū sunt significatę p modū habitus,neq; de facili cessant cū significantur p modū fieri: tūc dicunt passibiles qualitates.Cū vero insunt a causa trāseūte cito,& de facili amouent cum significant p modū habit9,nec de facili,neq; cito cessant,cū significant p modū fieri:tūc dicunt passiones,nō passiones de pdicamēto passionis:qa illa passio fundat cū actione ī eodē motu aut mutatione siue aliquo se habēte p modū alicuius cuius esse cōsistit in trāsitu & fieri qd̄ terminat ad aliqd,vt ad substātiā,q̄litatē, quātitatē,aut vbi,ita ꝙ actio & passio in essentia illius cōmunis nō dicūt nisi diuersos respectus scd̄m supius determinata:ita etiā ꝙ nūq̄ est passio ptinēs ad pdicamētū passionis sine actione,& ecōuerso,siue large,siue stricte sumant. Affectiones aūt nō sunt mot9,aut mutationes,aut aliqd existēs ī fluxu aut trāsitu,neq; dicūt respect9 fundatos in tali aliquo:sed dicūt aliqd absolutū cuius esse cōsistit ī facto esse vt p se causatū p motum aut mutationē,vt sunt affectiones significatę p modū habitus: aut consequēs ad aliquid sic causatum,vt sunt affectiones significatę per modum fieri.Irasci em̄ vel verecūdari totū est simul,& consistit in quodā facto esse manenti ad perseuerantiā alicuius ad qd̄ sequit, siue mediate siue imediate:qd̄ est p se terminus alicuius trāsmutationis.Huiusmodi em̄ affectiones nō fiūt nisi ad modū illarū dispositionū q̄ sūt termini trāsmutationū,vel q̄ fiūt ī terio trāsmutationū:vt ad modū illuminationis medii,vel ad modū relationū: & hoc per aliquid in qd̄ fit

per se trāsmutatio. Ad accēsionē enī siue inflāmationē caloris circa cor, sequitur affectio irascē di siue ira scdm actū aut scdm habitū: quæ est dispositio vt de facili quis irascatur scdm actū. & sic de omnibus aliis affectionibus. scdm nullā enī affectionū fit per se alteratio: sicut neqꝫ circa habitus animę aut corporis. Si igitur loquamur de affectionib⁹ scdm idētitatē rei qua sunt in creaturis: Dicendū ꝙ nullo modo habent esse in deo: sicut neqꝫ illa quę p proprietatē trāsferimus a creaturis ad deum, vt sunt bonitas, sapientia, & huiusmodi: quę nō scdm eādē naturā rei attribuūtur deo q̄ sunt ī creaturis: sed scdm naturā supeminētiorē. Propter qđ iuxta determinationē beati Dionysii, Deus nō est dicēdus simpliciter bonus aut sapiens: sed supbonus & supsapiens, & cętera huiusmodi. Vñ si scdm eandē naturā rei aliquid qđ est in creaturis transferatur ad diuina, hoc nō potest fieri p proprietatē sed p silitudinē quādā. An autē aliqua affectionū deo p proprietatē sit attribuēda: & q̄ sic, & quę non: cōsiderandū est scdm regulā supra expositā. Quęcūqꝫ eñi affectiōes de ratione sui nois defectū aliquē aut rationē impfectionis importāt, p proprietatē deo attribui nō possunt: sed solū p quandā similitudinē. Quę vero ratiōe nois & impositionis eius ad significandū, nullā rationem defectus aut impfectionis important: nihil impedit quin p proprietatē ponantur esse in deo: quia simpliciter & absolute illa melius est esse ipm q̄ nō ipm. Quia igiť nomen affectionis, quātū est de ratione nois, dicit quandā affixionē & adhęrentiā quasi p quādā cōpositionē cū eo cuius est, qđ nullo modo cōuenit deo: idcirco quantū est de ratione nominis, nulla affectio oīno potest deo attribui. Et scdm hoc diciť ꝙ affectio ratione generis deo attribui nō potest. Si aūt loquamur de affectione ratione rei cui nomen imponitur, sic ratione speciei, hoc est scdm ꝙ nomine speciei significatur, affectio q̄dam potest deo attribui p proprietatē: & q̄dā non. Illę eñi q̄ ratione rei significatę in creaturis rōnē impfectionis aut defectus īportāt, deo attribui nō possunt nisi p silitudinē, vt sunt ira, tristitia, quia importāt cruciatū, & habēt malū p̄sens pro obiecto. Cruciatus aūt & malū nullo mō p proprietatē i deo possunt esse. Similiter spes aut desideriū: quia dicūt boni nō p̄sentis expectationē Deus aūt nulli⁹ boni habet defectū, quia nullū expectat. Similiter timor, quia est respectu mali expectati: qđ deo inesse non potest. Similiter pœnitētia, quia est respectu mali p̄teriti qđ deo inesse nō potest. Neqꝫ inuidia: quia oībus fauet, & nullius bonū pōt ei derogare. Silr̄ est de ira, & cęteris hmōi: quę maxime habent esse in pte sensitiua. Vnde talia si dicunť esse in deo: hoc solū est metaphorice p silitudinē effectus. Quia eñi interdū volūtas ex ordine sapiētię in eūdē effectū tendit, in quē & passio siue affectio: quēadmodū iudex punit volūtate tranquilla p iustitiā sicut cōmotus p irā: idcirco quia deus agit volūtate trāquilla q̄ nos agimus ex passione, ideo actio sua siue volūtas ī talia agēdo nominať noīe passionis. Et hoc modo passiones siue affectiones p̄dictę solūmodo attribuūtur deo, vt dicať iratus quia ex ordine iustitię volūtarie punit. Et similiter misericors, quia miseriis hominū subuenit ad modū miserentis p beniuolentiā, & sic de aliis. Et p eundē modū attribuūtur ei mēbra & organa corporis, vt oculus, pes, & man⁹, quia agit cōsimilia illis q̄ per illa organa solēt exerceri. Affectiōes aūt illę q̄ ratione sui nois nō important defectū aut impfectionē: neqꝫ similiter rōne rei cui nomē īponiť: bene possunt p proprietatē deo attribui siue i nobis ptineāt ad ptem sensitiuā, siue ad ītellectiuam qualis est delectatio, gaudiū, & huiusmodi, de quibus erit sermo in quęstione sequenti. D E

¶ Qđ ergo arguitur primo, ꝙ omnes affectiones sunt in deo: quia fundamentum omnium in ipso est vt amor, Dicendum ꝙ nomen amoris æquiuocum est. Vno enim modo nominat simplicem actum voluntatis: Et est idem iste amor qđ amatio. Alio vero modo nominat habitum qui est principium elicitiuū actus volendi, & radix atqꝫ origo & fundamentū virtutum, de quo locuti sumus in quadam quæstione superius. Tertio modo nominat affectionē siue passionem in sensitiua parte, aut per modum habitus, aut per modum fieri significatā. Isto tertio modo est origo omniū affectionū in sensitiua parte. Secundo modo est origo passionum quæ sunt in intellectiua parte: quarum quædam dicuntur passiones tm̄, & non affectiones, vt sunt omnes actiones volūtatis & intellectus, siue rationē pfectionis simpliciter importēt, vt intelligere & velle simpliciter dicta, siue rationē impfectionis importēt, vt sperare, desiderare: quorū esse cōsistit nō in fieri, sed in quodā facto esse, nō sicut cōsistit esse actionis aut factionis. Vnde circa hmōi nō cōuenit ī nobis alteratio p se: quia sunt vt perfectiones rei. Dicere autem alteratum esse recipientem finē & perfectionē, ridiculū est, vt dicit phs. vii. Physicoꝝ. vbi dicit Commentator ꝙ cognitio nō fit in cognoscente: ita ꝙ ps cognoscens sit transmutata: sed fit quando aliquid aliud transmutatur: sicut est dispositio in oībus relatiuis. Et dicuntur passio- F Ad primū princip. G

nes: quia sequũtur per se & imediate passionem de genere passionis quocũq; modo fiat:nõ aũt affectiones:quia non se habent ad id cuius sunt,per modum impressionis in illis: sed potius per modum expressionis ex illis.propter qđ etiam significant per modũ actionis:licet nõ significãt aliquid qđ est de prædicamento actionis,aut reducibile ad illud.Quędam vero sunt passiones, & etiam affectiones,vt sunt gaudium,& delectatio,& huiusmodi, scđm q; sunt in intellectiua parte:quorum esse simpliciter non consistit in fieri sed in quodam facto esse.vnde circa huiusmodi non contingit alteratio per se in nobis sicut neq; circa pdicta. Dicunť tamẽ passiones:qa sequũtur aliquam passionem in nobis:sed aliter q̃ prædicta: quia illa sequũtur imediate passionem illã quæ est de genere passionis,qua fit alteratio aliqua: etsi non illa quę est p qualitates sensibiles,nisi a remotis, vt est alteratio per intelligibile receptum in intelligente : ad quã imediate sequiť operatio intelligendi in intellectu: & mediante illa , licet non agente illa, operatio volendi in voluntate.Ista vero sequũtur non immediate passionem illam de prædicamento passionis:sed illam quæ cõsistit in facto esse,& sequitur illam.Delectatio enim intellectualis immediate sequitur actum intelligendi & volendi. Quæ etiam dicitur affectio: quia se habet ad id cuius est,per modum impressionis ab operatione intelligẽdi & volendi circa suũ obiectum:sed principaliter ab ipso obiecto,vt patebit in q̃stione sequenti.Patet ergo quomodo amor est principium quasi scđm genus causę efficientis omniũ passionũ & affectionũ etiam illarum quę important rõnẽ defectus & impfectionis:q bene dr ĩ deo,licet nõ illę affectiones vel passiones,eo q; rõne sui nois aut rei ẽm q; nomẽ iponiť ad ipsam significãdã,nullã rõnẽ defect⁹ aut ipfectiõis importat:sicut faciũt illa principiata.hoc enĩ est pcise quare aliqd diciť esse p pprietatẽ in deo vel nõ:nõ aũt natura rei absolutę. Q; si esset hmõi causa ĩ principio,silr & esset ĩ principiato vt pcedit obiectio.

H Ad secũdũ. ¶Ad secũdũ:q; affectiões expediũt actionẽ:Dicẽdũ q; verũ est:vsi ppter istã proprietatẽ affectio q̃libet potius deo esset attribuenda per proprietatẽ q̃ nõ attribuenda. Sed cum aliqua proprietas defectus aut impfectionis est annexa,illa plus impedit q̃ multę alię possent conferre.Quia ĩ deo non solũ debet esse perfectio oĩs: sed etiã debet esse in ipso absq; omnĩ defectu & impfectione annexa.

Ad tertiũ. ¶Ad tertium:q; omnes affectiones sunt absolutę passiones, quę nõ possunt esse in deo:Dicendũ q; verum est scđm q; habent rationem passionũ quę sunt de pdicamento passionis: aut quæ sunt a passione quæ est de pdicamẽto passionis,causatę,siue mediate siue imediate.Quia illa quæ est de prædicamẽto passionis, scđm id ĩ quo fundatur nullo modo potest esse in deo:licet sit in ipso scđm rationẽ puri respectus quẽ importat, vt habitum est supra. Scđm vero q; habent rationẽ passionũ quasi causatarum immediate & solũmodo a passione quę est de pręđicamẽto passionis scđm rationẽ tm̃:quemadmodum in deo actio intelligendi & volendi quasi sequũtur rationem informationis diuini intellectus a forma suæ essentię: vel causatarũ ab ista mediate, sed immediate ab illa quæ est velle & intelligere: quę habet rationẽ actionis & passionis tm̃ scđm rationẽ sui respectus tm̃:non autẽ eius super qđ fundať in creaturis,vt sunt gaudium,& delectatio: de istis non est verũ,quin bene possint esse in deo: quia nullam rationem impfectionis penitus dicunt.

I Quęst.II. Arg.1.

Irca Secundũ arguitur:q; delectatio non sit in deo. Primo sic. qđ est in creaturis non attribuitur deo nisi sit omnibus & semper melius esse ipsum q̃ non ipsum,scđm regulam Anselmi.Sed in delectatione nõ est omnibus & semper melius eẽ ipsum q̃ nõ ipsum:qa in aliquo actu melius est oĩbus non delectari q̃ delectari,vt in actu fornicationis,adulterii, & huiusmodi : quia quanto in tali actu aliqs plus delectatur,tanto magis peccat,& maiora tormenta mereť: iuxta illud.Quantũ glorificauit se & in delitiis fuit,tãtũ date ei de tormẽto & luctu.ergo &c.

2 ¶Secũdo sic.qđ est cõmuniter in pluribus,est in eis scđm causam cõmunẽ. quare cum delectatio sit in brutis, si esset etiã in deo, esset in eis cõmuniter:ergo & p causam cõmunẽ. cõsequẽs falsum est:quia delectatio in brutis est ex sensu in appetitu sensitiuo.talis autẽ causa nõ habet esse in deo:quia neq; sensus neq; appetitus habent esse in deo.ergo &c.

In opposit. ¶In contrariũ est illud Psalmi.Delectationes in dextera tua vsq; in finem.Et Prouerbioꝝ.ix.dicitur de sapientia increata: Delectabar per singulos dies ludens coram eo. Et phs dicit.vii.Ethicoꝝ.Deus semp gaudet vna & simplici delectatione.

3 ¶Q; autẽ delectatio nõ sit annexa diuinę beatitudini: arguiť Primo sic.qa delectatio est sui gratia, & scđm se non propter aliud eligibilis.dicente phõ in.x. Ethicoꝝ.Maxime eligibile qđ non propter alterum neq; alterius gratia eligimus. Tale aũt cõfessum est esse delectationẽ.talis aũt est ipsa beatitudo vel aliqd ei⁹,nõ aũt annexũ ei. ergo &c.

¶Secundo ſic.perfectio operationis & finis non minus eſſentialiter pertinet ad beatitudinē q̄ ipſa operatio.ſed operatio pertinet ad beatitudinem vt aliquid eius non ei annexum. delectatio autē eſt perfectio operationis.dicēte Philoſopho in eodem.Perficit autem operationem delectatio vt ſu perueniens quidam finis.ſequitur enim operationem.ergo &c. ¶In contrariū eſt.quoniam ſi eſſet aliqd felicitatis,delectatio in omni operatione per ſe quęreretur, quia eſt finis omnis operationis. conſequens eſt falſum. dicente Philoſopho in.x.Ethicorum. Circa multa ſtudium faceremus, etſi neq̄ vnam inferant delectationem: puta videre,recordari,ſcire, virtutes habere. Si autem ex neceſſitate ſequūtur his delectationes, nihil differt. eligeremus enim hęc etſi non fieret ab his delectatio.Quare cum nō habet beatitudo eſſe ſine delectatione,propter qd̄ beatum nomināt a gaudere,vt dicit in.vii.Ethicorum:& cum non ſit aliquid eius:non poteſt inſeparabiliter ſe habere ad ipſam,niſi vt annexum ei. ergo &c. 4 In oppoſitū.

k Reſolutio q.

¶Hic oportet primo videre quid ſit delectatio re,& ex hoc iuxta regulā Anſelmi videre quō deo ſumme attribui debet.Eſt aūt delectatio(vt dicit Philo.in.i.Rhetoricę)mot⁹ qdā animæ & conſtitutio ſimul tota ſenſibilis in exiſtentem naturam. ¶Ad cuius intellectum ſciendum eſt:q̄ quęlibet res exiſtens in rerum natura,ad aliquam diſpoſitionem ſecundum naturam ſuam habet ordinari vt ad ſibi conuenientem,per quam habet ſuam naturalem perfectionem in eſſe ſibi congruentem, aut per quam habet illam ſibi acquirere: ad quam quantum eſt de ſe ſolū eſt in potentia,& ſine illa in eſſe naturæ ſuæ eſt imperfectio:cūq̄ illam ſibi habuerit pręſentem & vnitam, concipit ſuauitatem quādam mulcebram quaſi diſtillantem ex ea in qua quaſi in fine & ſibi ſufficienti quieſcit ſuus appetitus.Id autem quod in ſe ſic concipit, & in qd̄ quieſcit,qd̄ in ſe continet dictam ſuauitatem ſeu qd̄ potius eſt ipſa ſuauitas,ſecundum genus prædicamenti qualitas eſt in tertia ſpecie qualitatis:& eſt paſſibilis qualitas,cū permanens eſt & de difficili mobilis habens cauſam p̄manētem.Eſt aūt paſſio ſiue affectio cum cito tranſit & de facili mobilis eſt.Nec qd̄ hic dicim⁹,delectationem eſſe qualitatē,cōtrariatur illi quod dicit Philoſophus decimo Ethicorū,q̄ neq̄ delectatio,neq̄ virtutis operationes ſunt qualitates. Intelligit enim hoc de qualitate quæ eſt habitus aut virtus in prima ſpecie qualitatis,vt patet inſpicienti : & eſt id in quo conſiſtit delectatio,immo re eſt ipſa delectatio qua delectans delectatur: ſicut albedo re eſt ipſa dealbatio qua quis dealbatus eſt,licet non ſit mot⁹ ille qui eſt dealbatio qua generatur albedo:& etiā ſicut dilectum & cognitum eſt ip̄a beatitudo & beatificatio qua quis beat⁹ effectus eſt.Nihil eñ aliud re additur ſubiecto quo in illo eſt dealbatio formaliter q̄ albedo. Et differūt ſecūdū aliquos dealbatio ſecūdū q̄ nominat diſpoſitionem ſubiecti non motum ad ipſum,& ipſa albedo, ſola ratione,quia quod eſt albedo vt conſideratur ſecundum eſſentiam ſuam, idem eſt dealbatio ſecundum q̄ cōſideraṫ vt eſt diſpoſitio ſubiecti. Vel diciṫ dealbatio,vt eſt in acquiſitione: albedo, vero vt iam eſt acquiſita. Sic & de aliis:vt nō reſtet dicere q̄ album eſt albū albedine & dealbatione:neq̄ q̄ delectans delectatur delectatione aut qualitate illa alias innominata, neq̄ q̄ beatus dicaṫ eſſe beatus aut beatificatione aut dicto obiecto:quorum vtrunq̄ poteſt dici beatitudo.Diſpoſitio aūt huiuſmodi quę ſic diciṫ delectatio,ſi ſit in re nō cognitiua,tunc eſt delectatio pure naturalis,qua res huiuſmodi delectatur appetitu naturali in tali qualitate in ipſam diſtillante ex coniuncto ſibi conueniēti:& hoc dupliciter: ſiue vt in qua habet ſuam naturalē perfectionem,dicēte Auicen. in fine.viii.Metaph.Delectatio cuiuſq̄ virtutis plena eſt perfectionis ſuę acquiſitio.Et ideo ſenſus delectabilia ſunt ſenſata cōuenietia:vt irę vindicta,& ſpei cōſecutio : & vniuſcuiuſq̄ rei,id qd̄ eſt ꝓprium ei.quemadmodum delectatur arbor cum ſecundum actum fœcunda eſt floribus & fructibus.Vnde etiam tunc metaphorice dicitur ridere, quod eſt ſignum delectationis & lætitiæ in proprie ridente.Siue vt ex qua acquirit ſuam perfectionē.quemadmodū delectatur arbor plantata in loco vberi quę luxū & affluentiā habet nutrimenti ſibi pręſentis.quod improprie dicitur delectatio:nec ſapientes nomen delectationis ſolent rei non cognitiuæ tribuere. Si vero delectatio ſit in re ſenſitiua,tūc eſt delectatio animalis:quemadmodū delectatur animal in ſua naturali pinguedine & ſanitatis diſpoſitione in illa exiſtente. Et hoc ex ſenſu quo illam ſuauitatem exinde ſtillantē in appetitu ſenſibili percipit.Et eſt tanto maior iſta delectatio ſenſibilis animalis,q̄ ſi eſſet abſq̄ ſenſu pure naturalis: quanto ſpiritualius vnitur conueniēs conuenienti in ſenſu quo ſpiritualiter in ſe illam concipit & percipit:q̄ ſi ſine ſenſu ſolum materialiter ei cōiungeretur. de qua dicit Auicen.nono Metaphyſicę.Omnis virtus animalis habet delectationem & bonum quę ſunt ſibi propria:& delectatio voluptatis, & bonitas eius eſt : vt perueniat ad eam qualitas ſenſibilis conueniēs. Conueniens autem vnicuiq̄ per eſſentiam, eſt adeptio perfectionis in effectu:vt ſen L

M triat illam fieri,& delectetur secundum eius qualitatem. Si vero delectatio illa fuerit in re rationali aut intellectuali, tunc dicitur delectatio intellectualis: quemadmodum delectatur homo ex cognitione veri in re vnita ei per intellectum,& in fruitione boni vniti ei per voluntatem, quę percipit per intellectum,& circa quę delectatur per voluntatis appetitũ. Et est tanto maior ista delectatio spiritualis etiam circa eandem rem, q̃ sit illa delectatio animalis, quanto perfectius vnitur res conueniens cõuenienti per intellectũ & intellectualẽ appetitũ, q̃ per sensum & sensitiuũ appetitũ. Vnde Auicen. in. ix. Metaphysicę, comparans delectationem animalẽ siue corporalem delectationi intellectuali, dicit sic. Lex nostra quã dedit Mahomet, ostendit dispositionem felicitatis & miserię quę sunt secundum corpus,& est alia quæ apprehenditur intellectu, sapientibus vero theologicis multo magis cupiditas fuit habere hanc felicitatem q̃ felicitatem corporum: quę q̃uis datur eis, tamen non attendunt eam, nec appreciati sunt eam comparatione huius felicitatis quæ est coniuncta primę veritati: & prudens homo non oportet ꝙ omnis eius delectatio sit sicut delectatio asini: & ꝙ prima principia quæ sunt proxima domino seculorũ, careant omni delectatione & gaudio. Rationem vero quare delectatio intellectualis excedit corporalem animalem subdit

N dicẽs. Quõ poterit comparari perfectionibus amabilibus aliarũ virium, in quibus perficitur delectatio apprehendentium? vel quæ erit dispositio eius cuius applicatio est contingentia superficierum, comparatione eius qđ infunditur in substantiam sui receptibilis: ita ꝙ sit vnum id sine discretione? Quoniã intelligentia & intellect[9] & intellectum sunt vnum vel pene vnum. Anima rationalis plura numero comprehendit: & plus scrutatur apprehẽsum & plus expoliat illud ab eis quæ sunt in eo accidentaliter, & ipsa penetrat interiora apprehensi: & exteriora. Quomodo ergo apprehensio hęc poterit comparari illi apprehensioni? vel quomodo hęc delectatio poterit comparari delectationi sensibili vel bestiali? Idem in fine libri. viii. Delectatio non est nisi apprehẽsio cõuenientis secundum ꝙ conueniens est. Vnde sensibilis delectatio est sensibilitas conueniens: & intelligibilis delectatio est vt intelligat conueniens. Oportet autẽ ꝙ apprehensio qua intellectus apprehendit intellectũ, fortior est q̃ apprehensio qua sentiens apprehendit sensatũ: quia intellectus intelligit quicquid potest expoliari ab alio,& vnitur cum eo,& fit ipsum,& apprehendit illud in quantum est ipsum: non autem id qđ apparet de eo: non sic autem sensus cum sensato. Igitur delectatio quę est nobis de eo ꝙ intelligim[9] conueniens, maior est q̃ ea qua sentimus conueniẽs: ita ꝙ non est comparatio inter illas. Cõtingit autẽ ꝙ virtus apprehẽdens nõ delectatur in quo oportet delectari, propter aliqua accidentia: sicut infirmus non delectatur in dulci, sed respuit illud, secundum ꝙ dicit lib. ix. Quia nos in hoc nostro seculo & nostro corpore demersi sumus in multa turpia: ideo non sentimus illam delectationem cum apud nos fuerit aliquid de causis eius. De delectatione prætacta naturali nihil ad præsens, neq; de delectatione sensibili animali: quam videtur philosophus prędicta descriptione definire per hoc qđ dicit ꝙ est motus sensibilis. Sed vt ex-

O tendamus ad illam quę intellectualis est, exponamus illud qđ dicit sensibilis, sic. i. perceptibilis, vt sit cõmunis ad omnẽ delectationem cognitiuam. Et patet ex iam dictis: quõ illa descriptio perfecte explicat essentiã & naturã delectationis. Per illã eñi particulam qua dicit̃ ꝙ est motus, tangit̃ eius genus: vt motum largissime accipiamus pro qualitate impressa delectanti ex pręsentia delectabilis: quę dicitur motus nõ quia sua essentia in motu aut mutatione consistit: hoc enim non est verum, sed potius consistit in ꝑmanentia & perfecto esse, qđ est totũ simul, vt iam dicetur: sed dicitur motus quia fit per quandã impressionem quę est motus, aut verius quasi subita mutatio quędam: vt iam dicetur. In essentia autẽ sua ipsa non est nisi passio siue affectio siue passibilis qualitas vt dictum est. Vnde exponẽdo quid intellexit per motum, dixit Philosophus addens. Et cõstitutio, vt legamus & pro idest. Et nominatur qualitas ista delectatio: quẽadmodum si albedo diceretur albatio: si nõ esset nomẽ hoc impositum, qđ est albedo. Et dicitur delectatio secundũ rationem nominis quasi delactatio, vt per metaphorã sensibilis rei a qua nomẽ imponitur, intelligam[9] occultum quid qđ nomine delectationis debem[9] intelligere. Incidit eñi delectatio a præsentia delectabilis in delectãtẽ, quasi gutta quędã spiritualis dulcedinis, ad modum quo in os paruuli sugentis vbera,& immergentis se in ipsa & cõiungentis, lactis dulcedo destillat: quam sentiendo delectatur ex vberum pręsentia. vt sic dicatur delectatio quasi in virtutẽ cõiunctam cũ suo conuenienti secũdũ modũ ꝑdeterminatũ, quędã descendens de ipso siue de obiecto delectabili lactatio: per quã intelligim[9] illã qualitatẽ quã vocamus delectationẽ, quasi dulcedinẽ quandã, quasi motu quodã lactatiõis impressam. Quę quia (vt dictũ est) nõ est ipse motus lactationis, sed res siue qualitas prędicta cõstituta in esse ꝑ ipsum, exponit se dicẽs Motus & (pro idest) cõstitutio: hoc est res quędam constituta in esse per illum motum. Cętera autẽ quę ponit in illa descriptione sunt quasi

differentiæ quibus discernitur delectatio ab aliis, & quibus explicatur modus quo habet causari in delectante. Vnde per hoc q dicit animę, tangit eius subiectum siue causam materialem in qua fit, ad differentiam delectationis naturalis quę est in inanimatis. Et quia ista qualitas nõ habet inesse animæ secundum id quod est in natura & essentia absolute: sed solummodo inquantum est perfecta suo conuenienti in natura sibi coniuncto: ideo exponendo qđ dixit animę, subdit. In naturam existentem. scilicet in suo actu perfecto per sibi conueniens in natura coniunctum: qđ proprie est esse existentem. Sola enim proprie res illa dicitur existens natura, quæ in suo esse perfecto consistit. Vnde dicit Philosophus primo Rhetoricæ. Necesse est delectabile esse in id quod est secundum naturam. vt hæc sit definitio quam intendit Philosophus. Delectatio est constitutio sensibilis (idest perceptibilis) in existentẽ naturam simul tota. Et est ly constitutio, loco generis: & dicitur constitutio, quia delectatio consistit in quodam facto esse: & hoc quia non cõsistit in solo fieri, & quia non est ipsum fieri: vt ipsa generatio qua fit aliquid, siue mutatio qua fit cõueniẽs cõiunctum conuenienti: sicut posuit Plato sm Phm. x. Ethicorum. Immo est quiddã pductũ manens ad permanentiã suæ causæ, & habet esse in termino motus quo acquiritur cõueniens conuenienti. Fiunt eñi simul in termino illius motus, & ipsa operatio itellectualis qua cõsequit intellect⁹ illud cõueniẽs, & ipa opatio quæ est intelligere & velle, quo consequit voluntas bonũ sibi cõueniens, & ipsa delectatio: quemadmodum subitę mutationes, & illa quę per illas generantur, fiunt in termino motuum: licet operatio pręcedat natura huiusmodi delectationem in creaturis, quę est causa illius. Vnde sicut operatio intelligendi & volendi est q̃dã constitutio tota simul pmanẽs, potius assimilata quieti q̃ fluxui: sic & delectatio. Nec differũt nisi in hoc, q delectatio est quiddã ipressum delectãti. Intelligere añt & velle est quid expssum in itelligẽte & volẽte. Propter qđ delectari significat modo passionis, intelligere autem & velle modo actionis. Propter qđ delectatio dicitur proprie passio, licet accepto nomine passionis vt dictũ est supra: non operatio. Intelligere vero & velle dicuntur operatio proprie non passio: licet secundum Philosophum in secũdo de anima, intelligere & velle passiones quædam sunt: delectatio vero est operatio quędam, vt dicit Philosophus in decimo Ethicorum. Cætera vero in dicta definitione tenent locum differentiæ, vt dictum est. Per hoc enim q dicit in existentem naturam, tangit subiectum siue causam materialem, vt dictum est, quæ communis & generalis potest esse ad naturam creatam in sua delectatione, & ad increatam in sua, secundum q ambę per suas operationes consistunt in suo esse, ex quo sequitur delectatio, secundum supra determinatum modum. Q; vero dicitur sensibilis, hoc est perceptibilis est ad differentiam delectationis quæ est in animatis vegetabilibus. Simul tota, ad differentiã eorum quę per motum acquirunt perfectionem suam, partem. s. acquirendo post partem. Delectatio enim prouenit tota simul, siue fuerit sensibilis, siue intellectualis. De sensibili nihil ad præsens, sed solum de illa quæ intellectualis est, quæ proprio nomine gaudium appellatur, quia gaudium est pprie illa sola delectatio quę est partis intellectiuę: super quam addunt suo nomine quasdam metaphoricas pprietates lętitia, voluptas, exultatio, & cætera quęcũq; ad ipsam pertinentia. Dicit eñi lętitia quasi latitia: eo q delectãs delectatiõe se dilatat, quasi sinũ extendendo vt bonũ illud a quo delectatio procedit & eius influentiam perfecte capiat: per quod delectatione inflammatur desiderium non mouens in non habitum, sed excludens omne fastidium. Dicitur autem voluptas, quia nõ habens ad qđ acquirendũ moueatur, in se quasi voluitur. Est enim delectatio finis quidam passionum in quã omnes alię ordinantur, sicut omnes ab amore oriuntur sicut a principio. dicente Augustino super illud Psalmi. Scrutans corda & renes deus. Finis curę delectatio est, quia eo quis q curis & cogitationibus nititur vt ad suam delectationem perueniat. Dicitur autem exultatio quasi extra se saltatio: eo q dilatatus desiderio quasi seipsum nil reputat, sed suo delectabili omnino se ingerit: & quasi exuẽdo quod est, in illud transit: per qđ impletur omne desideriũ. iuxta illud Esaiæ. lx. loquẽtis de delectatione in visiõe gloriosa. Tunc videbis & affiues: & admirabit & dilatabitur cor tuum. ¶ Ex quo est aduertendum: q cum in causando delectationem duo concurrunt, motus scilicet siue operatio circa obiectum, & ipsum obiectum pręsens & vnitum per huiusmodi operationem, sicut in causando beatitudinem: q sicut ipsum obiectum secundum prędeterminata in beatificãdo est per se beatificans, & ita vt finis perficiẽs principaliter: sic & in delectãdo est per se & principaliter delectans tanq̃ id de quo principaliter est delectatio: & a quo lactatio delectationis principaliter descendit. Operatio autem non est alterius eorũ causa nisi quatenus terminatur in obiectũ: quod dupliciter potest contingere. Vno modo scdm q ipa opatio est mediũ assequẽdi illud obiectũ, scdm pdeterminata. Alio mõ vt ipsa sit obiectũ btificãs de quo cõcipit delectatio. Prio mõ manifestũ ẽ q nõ ẽ cã delectatiõis nisi ministerialiter, sicut neq; btificatiõis, nõ vt

principaliter beatificans, de quo principaliter concipitur delectatio: sed vt ipsum per qđ habetur id de quo concipitur delectatio principaliter, & quod est principaliter beatificans. Secundo autem modo est causa quoquo modo beatificans secundum praedeterminata, & vt id de quo concipitur & a quo influitur delectatio, vt quando aliquis delectatur de ipso actu contemplandi aut amandi deum. Sed in hoc non est causa delectandi principaliter, sicut nec beatificandi. Non enim operatio est obiectum contemplandi aut amandi, vt quis contempletur se contemplari vel amare aut vt amet se contemplari & amare, nisi quia contemplatur & amat aliquid pręter actum quod est per se & primo contemplatum & amatum: secundum ꝙ habitum est supra. Quare similiter non delectatur in contemplando vel amando, nisi propter hoc ꝙ delectatur principaliter in contemplato & amato, qđ tanto magis causatiuũ est delectatiõis, quãto magis est delectabile. Delectabile enim est factiuum delectatiõis, vt dicitur Primo Rhetoricę. Quare cum eodem principaliter beatificatur & delectatur, patet veritas supra determinata, ꝙ beatitudo principaliter consistat in obiecto, & non in actu. Vlterius quia voluntatis est proprie delectari, & magis ex actu proprio & obiecto eius, q̃ ex actu & obiecto alieno, sicut & quælibet alia virtus: patet etiam ꝙ beatitudo consistat principalius in actu voluntatis q̃ intellectus.

S ¶ Viso igitur ex prędictis quid sit delectatio re & definitione, patet ꝙ de ratione rei nominis nihil nisi rationem boni & perfecti importat, qđ omnia appetunt: & licet non vt finem principalem, vt cõcomitans tamen & annexum illi, propter qđ & finis dicitur, secundum Augustinum. Vnde & Philosophus dicit primo Rhetoricę, ꝙ necesse est delectationem bonam esse. Si enim mala est, hoc non est ex genere suo, sed accidit ei ex subiecto in qđ & circa quod est. Similiter si aliquam habeat rationẽ defectus aut imperfectionis sibi annexam, hoc contingit ei secundum esse qđ habet in creaturis. Quare cum talia deo attribuuntur per proprietatem secundum regulam supra expositam, deo ergo attribuenda est delectatio, absq; omni tamen ratione defectus & imperfectionis quæ potest ipsi contingere in creaturis, & hoc quemadmodum attribuuntur ei alia attributa, secundum superius determinata. Et sic delectatio simpliciter est dicẽda eẽ in deo: & hęc pfectissima: tum quia cõtemplatio qua cõprehẽdit se, est fortior: & amor quo diligit se, est feruẽtior: tũ quia perfectio sua qua delectatur, est sibi vnitior. dicente de eo Auicẽna in fine. viii. Metaphysicę. Cum intelligentia intelligentis & intellecti vnum sint certissime: ideo suiipsius est maxim⁹ amator & amatum: & magis delectans & delectatum est excellentior apprehensor cum excellentiore apprehensione excellentioris apprehẽsi, ideo est excellentior delectator cum excellentiore delectatione in excellentiori delectato. & hoc est in quo nihil cõparatur ei. Hinc etiam dicit Philosophus septimo Ethicorũ. Cuius natura simplex est, semper eadem actio delectabilissima erit. propter qđ deus semper vna & simplici gaudet delectatione.

T
Ad pri. prin. ¶ Ad primum ꝙ delectari nõ semper melius est esse ipsum q̃ non ipsum: vt circa actũ fortitudinis: Dicẽdũ ꝙ de delectatiõe est loqui dupli͛. Vno mõ simpli͛ & ĩ genere, nõ determinãdo hãc vel illã, vel huic vel illi. Alio mõ determinãdo hãc vel illã, huic uel illi, determinãdo eã secundũ aliquẽ horũ modorũ. Primo modo dicendum ꝙ delectatio est bonum simpliciter & absolute, quia ipsa simpliciter est bonũ cuicũq; bene disposito secũdũ suam naturam. Et qđ tali bonũ est, simpliciter bonum est, sicut simpliciter est sanum, qđ est sanum sano. Vnde ꝙ omnia delectationem appetunt, hoc signum est non solum ꝙ sit bonum, sed ꝙ sit aliqualiter optimum, vt dicit Philosophus septimo Ethicorum. Et reuera est aliqualiter optimũ: quia (vt ibidẽ determinat) cõsequit͛ ad id qđ simpliciter est optimũ vnicuiq;: qđ quidẽ optimũ principaliter oĩa appetũt. De quo dicit ꝙ omnia habẽt quoddam diuinum, quod. s. est sua vltima perfectio qua attingũt sua naturali operatione bonum diuinum vel secundum eius essentiam, vel secundum participationem alicuius similitudinis, vt habitum est supra. Ex cuius adeptione naturaliter singula bona delectatione delectantur, sed non eodem modo: sicut non sunt naturę eędem: nec illud bonum diuinum in cuius adeptione delectantur, eodem modo consequuntur. Sicut tñ bono proprio ordinantur in bonum vltimum, & illud appetunt, licet stant in proprio bono quieta per naturam, quia illud vltimum nõ possunt aliter attingere: Sic propria delectatione sua ordinantur in illam perfectam delectationem quæ est per essentiam in bono vltimo, & illam appetunt, sed stant in propria delectatione quieta, quia vlteriorem attingere non possunt. Vnde dicit ibidem Cõmenta. Omnia naturaliter habent aliquod diuinum in ipsis seminatum, & diuinam quandam refulgentiam, & cognoscunt delectationem optimum esse. Non potentes autem diuina delectatione delectari,

corporali delectationi immanent:& ea gaudent:diuinam delectationem appellant illam quę procedit ex operatione intellectuali:qua gaudet homo secundum q diuinum aliquid in ipso existit:vt dicitur decimo Ethicorum. Quod diuinum nō solum est substantia intellectus vt dicunt aliqui, sed etiam attingit de deo operatiōe intellectuali.& hoc secundū Philosophos in aliqua similitudine ad illud quod deus de seipso attingit sua operatione intellectuali : sed secundum fideles in ipsa nuda essentia : quam attingit in gloria sua intellectuali operatione,& delectando eadem delectatione illa participatiue qua deus ipse delectatur essentialiter. Secundo autē modo,scilicet vt delectatio est hęc vel illa,hui⁹ vel illius,quia nō eadem delectatione secundū speciem neq eodem proprio bono delectantur omnia,sicut neq eadem est natura, siue naturę dispositio in omnibus eadem: sic adhuc de ea est loqui dupliciter.quia delectatio hęc vel illa aut cōsiderat' circa illum cui competit secundum suam naturam:aut circa illum cui non competit secundum suam naturam. Secundū primū modū delectatio hęc vel illa competit alicui secundū suam naturā,quia sequitur illud qđ pertinet ad perfectionem naturę:aut quia sequitur illud qđ pertinet ad necessitatē & indigentiam naturę. Primo modo delectatio hęc vel illa simpliciter est bona respectu illius cuius naturę competit:licet non respectu illius cuius naturę non competit. ꝓpter qđ secundū hoc adhuc est bona simpliciter,sed praua secundū quid. quēadmodum secundū Dionysium,esse iracundum laudabile est in cane:qđ non est laudabile in hoīe. Secundo modo subdistinguēdum,q̄a aut sequit̃ id quod pertinet ad necessitatē pro quāto pertinet ad eā:aut sequitur in excessu. Primo modo delectatio est bona simpliciter: sed pro tanto secundū accidens ꝓ quāto non pertinet ad naturę perfectionē,sed ad indigentiā. Vn̄ sunt delectatiōes naturales circa necessaria in viuere & bene viuere:vt sunt delectatiōes naturales in cibo & potu necessario, & coitu licito,& huiusmodi.quia per delectationes hmōi annexas melius proficiunt naturę in sua operatione & in acquisitione finis ad quē sunt q̄ sine eis. Vnde de talibus dicit Plīs in.vii.Ethicorum:q sunt medicinę indigentibus & per accidens studiosę. Si aūt talis delectatio sequit̃ excessum, scilicet circa talia assumpta, vltra q̄ sit necessariū naturę,sic illi malę sunt,simpliciter tamen in se bonę,quia per se sequuntur substantiā actionis:& bonę essent illi qui vsq ad illū excessum indigeret illis quibus sunt annexę. Vnde dicit philosophus.vii.Ethicorum. Corporaliū autē bonorū superabundātia,prauū:& persequēdo superabundantiam esse prauas sed nō necessarias. Si vero delectatio hęc vel illa sit circa illū cui nō competit secundū naturā suā:aut ergo nulli alii nata est competere secundū suā naturā:aut nata est alicui cōpetere secundū naturā suā. Si primo modo,illa nō sunt vere delectabilia,sed videntur tantū propter prauā dispositionē delectātis.secundū q mulieres impraegnatae delectant̃ in comedendo carbones:vbi scd̄m rē nulla est delectatio,sed tantū videtur esse:sicut si febricitāti dulce videatur amarū:nō subest tamē aliqua amaritudo sed videtur tantū. De talibus delectationib⁹ dicit phus.x.Ethicorū. Ad pręferētes protosissima delectationē dicit vtiq aliquis quoniā non sunt delectabilia. Nō eīn si male dispositis delectabilia sint, ęstimādū est ipsa esse delectabilia simpliciter tamen his:quēadmodū neq laborantibus sana vel dulcia vel amara.supple simpliciter sunt talia. Si vero nata sunt alicui competere secundū suā naturā & esse ei delectabilia,simpliciter sunt delectabilia,& simplr est delectatio bona:respectu aūt alicuius mala,& ita secūdum quid. vt delectari irasci bonū est cani:licet sit simpliciter malū. Simpliciter ergo & absolute delectatio bona est,& similiter delectatio hęc vel illa: & si sit mala, hoc est huic, quia ipsi non est necessaria , sed abundans:vt est illa quae contingit in fornicatiōe,q̄ etsi forte esset ei necessaria secundū corpus,non tamen talis est ei necessaria scd̄m regulā rectę rōnis.& sic simpliciter & absolute semp melius est delectari q̄ non:licet nō huic,& ita secundū quid nō est melius. Et de eo qđ simpliciter est melius eē ipm̄ q̄ nō ipm̄,tenet regula Anselmi,etiā licet scd̄m qd nō esset melius huic. Et est vn⁹ articulus pertinens ad illā regulā: quē superi⁹ in eius expositione nō tetigimus nisi implicite. Et ita licet delectatio alicui sit mala,nihil obest q̄n deo possit attribui. ¶ Vel pōt respōderi distinguēdo,q q̄dā sunt corporales dispositiones,de quib⁹ dicit phs.vii.Ethicorū,q assumpserunt nois hęreditatem, vt secundum Commē.solę & principaliter delectationes appellarentur,q̄ possunt esse prauę:quas nō semper melius est esse ipsum q̄ non ipsum, quia in ipsis potest esse excessus, vt non sint bonae sicut dictū est. Alię vero sunt delectationes spūales,quas hoies multi esse non putant,quia nō experiuntur eas: q̄ nō sunt nisi bonę:nec recipiunt excessum secundū phm.x. Ethicorū:licet nō sint summū bonū,aut nō habeāt rōnem summi boni:q̄a delectatio nō pōt esse ipsa beatitudo,sed passio in beatificato annexa beatitudini,fluēs a beatificāte inquātū beatificās est,scd̄m ꝓdeterminata & q secundum istas delectatiōes delectari semper melius est esse ipsum,q̄ non ipsum. Et ideo ab istis nomen delectationis attribuit̃ deo,licet non ab aliis. Sed primo mō dicit̃ melius, quia simpl't

& per se & scđm oēm delectationē q̄ delectatio nō est apparēs tantū, meli⁹ est esse ipm q̄ non ipm & ꝙ secundum corporales delectationes melius est nō esse ipsum aliquādo, hoc solum est secundū quid, vt dictum est. Ab omni autem eo qđ simpliciter melius est esse ipsum q̄ non ipsum, siue fue rit dispositio corporalis siue spiritualis, indifferenter potest nomē transferri ad diuina. ¶Ad secū dum ꝙ non est aliquid cōmune deo & brutis, vt causa cōmunis in delectando: Dicendum ꝙ im mo secundum modum quo eis conuenit delectatio, scilicet analogice. Analogice enim dicitur de delectationibus corporalibus & spiritualibus, & est causa analoga appetitus sensibilis & intelle ctualis, quia analogice sunt appetitus. Dicit etiā analogice delectatio, de illa quę est dei, & quę est creaturę. Sicut analogice dicitur appetitus de illo qui est dei, & de illo qui est creaturę, licet maior sit differentia analogię inter appetitum corporalem siue sensibilem creaturę, & intellectualem dei, q̄ inter appetitum dei intellectualem, & intellectuaelm creaturę. ¶Ad illud quod arguebatur pri mo, ꝙ delectatio sit aliquid beatitudinis, quia est sui gratia, & secundum se eligibilis: Dicendum ꝙ aliquid est sui gratia, & secundum se eligibile, qđ ita est eligibile, ꝙ eligibile esset etsi nihil aliud exinde nobis deberet ꝓuenire. Sed sic cōtingit aliqd esse eligibile dupliciter. Vno mōꝙ sic est eligi bile, ita ꝙ nullo modo est eligibile propter aliud, sed omnia alia ꝓpter ipsum. Alio modo ita ꝙ cū hoc est etiam deo elegibile propter aliud. De eo qđ est eligibile sui gratia, & secundū se primo mo do, verum est ꝙ ipsum est beatitudo vel aliquid eius. & sic nihil est sui gratia, & secundū se eligi bile, nisi bonum increatum: & non virtus, neq̧ operatio perfectissima secundū virtutem, neq̧ ipa delectatio, nec vniuersaliter aliqd creatū. Nō aūt est verū de eo qđ est eligibile sui gratia, & secun dum se secundo modo: sic enim virtutes sunt propter se eligibiles, & propter aliud, & simili ter actus earum & delectatio ipsa, etsi singula essent: iuxta ꝙ processit obiectio in contrarium. Quo modo autem est delectatio propter aliud iam dicetur. ¶Quod autem arguitur secundo, ꝙ dele ctatio est perfectio & finis operationis: Dicendū prio de perfectione: secūdo de fine. Quantū est de ꝑfectiōe: Dicēdū ꝙ aliqd est ꝑfectio alteri⁹ dupliciter. Vno modo vt formalis dispositio eius vt il lud propter qđ est. Alio modo vt dispositio in subiecto per quā perfecte habet elici operatio. De eo qđ est perfectio operis beatificātis Primo mō, verū est ꝙ est principaliter beatitudo, q̄a est obiectū formale operationis, & terminus eius. sed hęc nō est delectatio quę est perfectio operationis, q̄a nec est obiectum eius formale & principale, sed solūmodo illud a quo spiritualiter quasi distillat secū dum prędictum modū dispositio illa quę dicitur delectatio. Nec est illud ꝓpter qđ ipa operatio: li cet per operationem habet causari inquantum delectatū attingit per suam operationē id a quo distillat delectatio. De eo autem qđ est perfectio operationis beatificātis secūdo modo, nō est verū ꝙ sit beatitudo vel aliqd beatitudinis, quale ē delectatio. Sed intelligendū ꝙ dispositio in subiecto secūdū quam habet perfici operatio, habet aliquid esse dupliciter. Vno modo oīno pręueniēs opera tionē quo substātia opationis elicit. Alio mō vt sequēs operationē quo substātia actionis intendit & firmat. Primo mō se h3 sensibile ad sensum in eliciēdo actū sentiēdi: & intelligibile ad intellectū aut habit⁹ in ipso ad eliciēdū actū itelligēdi. & sic nō pficit delectatio opationē. Propter qđ cū dixit Phus ꝙ perficit operationē delectatio, continuo subiungit. Non aūt secundum eundē modum & delectatio perficit & sensibile. Vbi dicit Cōmen. Non secundum eundem modū perficit operatio nem delectatio, & sensum sensibile. Sensibile quidē perficit sensum vt ducens ipsum a potentia in actum. Delectatio autē non sic se habet ad operationē. Non est enim extra ipsam & prius hac. Est & alia differentia, quia sensibile perficit sensum vt forma, non vt efficiēs causa. Delectatio aūt per ficit operationem nō vt forma eius, sed vt dispositio subiecti elicientis. Et ideo cum dixit philoso phus, ꝙ non secundum eundē modum delectatio perficit & sensibile, continuo subiunxit. Quēad modum neq̧ sanitas & medicus. Sanitas enim perficit formaliter, medicus vero effectiue. Et sic di cēdū est ꝙ delectatio nō perficit operationem vt forma eius, neq̧ vt dispositio in subiecto elicitiua eius quo ad suam substantiam, sed secūdum Cōmentatorem perficere dicitur delectatio operatio nem vt coaugmētans & confirmans. Propter quod dicit philosophus ibidem. Coauget operatio nem propria delectatio. Vbi dicit Commenta. Et causa in hoc est, quoniam qui faciunt cum de lectatione, actio eorum est vehementi⁹ exquisita. Et postmodum subdit phs. Propria delectatio cō firmat operationes: & diuturniores & meliores facit. Et sic per operationem causatur delectatio inquantum per ipsam comprehenditur delectans a quo distillat in delectatum: qua informatum ardentiori amore fertur in obiectum: & per hoc intēdit operationē: & firmat ipm firmius tenendo se p actū in obiectū: & p hoc etiā coauget & firmat beitudinē in beato: q̄q̄ totum simul fiat in eodē instanti, & q̄q̄ omnia hęc in deo habent considerari: vt sola ratione differentia. Vnde quia sic cō iuncta sunt delectatio & operatio: dicit Philosophus ꝙ delectatio est operatio eius qui secundum

Marginalia: Z — Ad secundū — & — Ad tertium — 9 — Ad quartū.

naturam habitus. Et in.x.dicit, ꝙ delectationes propinquę ſunt operationibus & indiſcretę, ſic vt habeat dubitationem, ſi idem eſt operatio delectationi. Determinat tamen ꝙ differunt: & eſt planiſſima differentia: in hoc ſcilicet ꝙ delectatio eſt quaſi quid impreſſum ei quod delectatur. Operatio vero eſt quaſi qd expreſſum ab ipſo. Et ideo delectatio ꝓprie ſignificat p modū paſſionis: min⁹ proprie vero dicitur operatio, & operatio minus proprie dicitur paſſio. Ambo tamē ſunt de tertia ſpecie qualitatis: quia paſſibiles qualitates, paſſiones ſequentes quæ fiunt ab intelligibili in intellectū in producendo actum intelligendi, & a bono, licet metaphorice, in voluntate ad eliciēdum actum volendi: ad quos ſequitur delectatio, vt finis non principalis neq; principaliter intentus: ſed vt quidam finis ſuperueniens, quaſi naturaliter fini principali annexus. quia inquantum diſtillat in delectantem, fit ſequens actionem, licet quaſi a poſteriori non in anterius habet rationem finis cuiuſdam, inquantum tamē cum diſtillata fuerit, eſt principium & diſpoſitio qua efficacius elicitur actus in obiectum. Et ſic q̄q̄ Philoſophus dimittat in dubio, an delectatio ſit propter operationem an econuerſo: viſis tamen prędictis non amplius manet dubiū, quin delectatio ſit ꝓpter operationem intendendam & firmādam, non autem econuerſo operatio propter delectationem, licet ſit per ipſam. Vnde delectatio nō eſt niſi propter aliud intēta, ſcilicet propter fortiorē finis adeptionem, & vt operans firmius & perfectius perſiſtat in operatione.

¶Artic.LI. De differentia attributorum diuinorum inter ſe.

Ertractatis dubitabilibus quę pertinent ad diuinas proprietates communes ſiue attributa eius, vt conſiderantur in ſe & abſolute: Sequitur de illis quæ pertinent ad ipſa, ſecundum ꝙ comparantur inter ſe & ad ipſam diuinam eſſentiam. Et ſunt duo. Articu.II.

Primum de differentia attributorum inter ſe, & ab ipſa eſſentia.

Secundum vero eſt de ordine ipſorum inter ſe, & ad illa quæ in ipſa eſſentia conſiderantur.

¶Circa primum iſtorum quęruntur tria.

Primum: Vtrum attributa in deo aliquam habeant inter ſe differentiam.

Secundum: vtrum quædam illorum differant inter ſe plus, quędam vero minus.

Tertium: vtrum differentia eorum ponat aliquam compoſitionem in deo.

Irca primū arguitur ꝙ attributa in deo: nullo modo differāt inter ſe, neq; a ſubſtātia ſiue a diuina eſſentia. Primo ſic. Omnis differētia ſiue diuerſitas ponit pluralitatem ſiue multitudinē, quę opponitur vnitati, ſicut diuiſio indiuiſioni ſecundum Philoſophum.iiii.& x.Metaphyſicę. Omnis ergo differentia ſiue diuerſitas ponit diuiſionem vnius. In deo autem non eſt vnū, niſi diuina eſſentia quæ nō capit diuiſionem. ergo in deo nulla eſt oīno differētia ſiue diuerſitas. ¶Secūdo ſic. quicquid eſt in deo, vnum eſt: vbi nō occurrit relationis oppoſitio ſicut dicit Boet. lib. de trinitate. ſed in attributis comparatis inter ſe aut ad ipſam eſſentiam, nulla occurrit relationis oppoſitio, quia ipſa nō occurrit niſi inter illa quorum vnum dicitur relatiue ad alterum. relatiue autem non dicitur vnū attributum ad alterum, neq; ad ipſam eſſentiā. bonitas enim non dicitur relatiue ad potētiā, neq; ad aliquid aliorū, neq; ad ipſam eſſentiam. ergo &c. A Queſt.I. Arg.i.

¶Qꝫ autem inter ſe differant ſecundum rem arguit ſic. ſecundum Philoſophum potentię diſtinguuntur per actus, actus vero per obiecta. In deo vero quaſi potentię ſunt ordinatę ad actus, intellectus & voluntas: quarum actus non ſolum intelligere & velle eſſentialia: ſed etiam dicere notionale & ſpirare, vt habitum eſt ſupra, & amplius videbitur infra. Illorum autem termini ſunt filius & ſpiritus ſanctus. Filius autem & ſpiritus ſanctus realem differentiam habēt inter ſe, quia ſecundum Auguſtinum.i. de doctrina Chriſtiana, pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt res quibus fruendum eſt. ergo realiter differunt intellectus & voluntas. ipſa aūt ſunt attributa cōmunia tribus, vt habitum eſt ſupra. ergo &c. 2

¶Qꝫ autem differunt nō ex comparatione & reſpectu aliquo arguitur ſic. quęcunq; differunt in aliquo ex comparatione & reſpectu, aut hoc contingit ex reſpectu & comparatione quam habent inter ſe, aut quā habēt ad aliqua alia diuerſimode: aut quā habent alia diuerſimode ad ipſa. Nō primo modo: qa vt dictū eſt, nō dicitur relatiue inter ſe, neq; ad eſſentiam neq; ad aliquid exiſtens in ea. Nō ſecundo modo: quia cū reſpectu illius nō poſſunt eſſe 3

adintra,oportet φ sint adextra:quę nõ sunt nisi creaturę,ad quæ nõ habet respectũ & cõparatio-
nẽ deus ab ęterno,qualis debet esse ista cõparatio:cũ attributa habẽt esse in deo ab æterno p aliqd
qđ est intra se,nisi per ideas.Ideę aũt nõ sunt attributa. Neq; tertio modo:cũ illa alia respectũ ha-
bentia ad illa quæ sunt in deo,non sunt nisi creaturæ. Differũt ergo attributa in deo,quia creatu-
rę aut ea q̃ sunt i creaturis,habẽt respectũ & cõparationẽ ad illa. Aut ergo hoc fit cõparatiõe quã
habẽt creaturę ad illa q̃ sunt in deo ab ęterno:aut ex tpe. Nõ ab ęterno,qa ab ęterno nõ habẽt eẽn
tię creaturarũ aliquã cõparationẽ ad deum,nisi quia ipse habet cõparationẽ p ideas ad ipsas.Non
enim,sunt creaturę aliquid,neq; per essentiam,neq; per existẽtiam,nisi ex respectu ad deum vt ad
causam.Effectus autẽ non habet primo aliquem respectum ad causam, nisi quia prius causa ha-
buit respectũ aliquem in causando ipsum.Neq; ex tempore:quia tunc temporale esset causa & ra-
tio æterni: cum attributa sint in deo ab æterno sicut & personę, quia super essentiam & rationes
attributorum fundantur personales emanationes, vt habitum est supra,& patebit infra. Prętcrea
tũc deus nõ diceret bonus,nisi quia creatura esset bona, neq; sapiẽs,nisi quia creatura esset sapiẽs
qđ falsum est:quia contrarium potius est verum.ergo &c. ¶Q; autem non differant ex conside-
ratione intellectus & respectus ad ipsum,arguitur sic. Non enim differunt ex consideratione in-
tellectus creati:quia tunc non essent in deo nisi esset talis intellectus consideratio.cõsequens est fal
sum,secũdũ iam dicta. Neq; etiam ex consideratiõe intellectus increati,quia intellectus increatus
non habet rationem intellectus in deo,nisi quia in ipso differunt ante actum considerandi intelle
ctus & intellectum,& actus intelligendi aliquo modo,quia nõ est consideratio, nisi ipso actu intel
ligendi,vt ratione differt ab aliis.quare consimiliter si attributa aliqua differant in deo,hoc nõ est
In oppositũ nisi sicut aliqua absoluta.¶Contra primum tamẽ arguitur.quoniã si nõ differrent essent omnino
synonyma in deo,qđ falsum est.Aliter enim deus nõ verius diceretur esse intelligens secundũ in-
tellectum,q̃ secundũ voluntatẽ:nec potius diceretur filius procedere a patre modo intellectualis
operationis q̃ voluntarię,quod falsum est,vt infra patebit. ¶Q; nõ differãt re,manifeste arguit.
quia non re absoluta,quia tunc in deo esset realis diuersitas,qđ falsum est: secundum supra deter
minata.neq; re relata,qa sic nõ differunt nisi psonę aut ꝓprietates psonales.qualia non sunt attri-
buta,eo φ sunt cõmunia tribus personis,secundũ supra determinata.¶Similiter φ nõ differãt ab
solute,sed solum ex respectu & comparatione,arguitur sic. quoniã illa absoluta aut differrent in
alio positiue aut negatiue.Non positiue:quia plura absoluta ponibilia nõ sunt in eodem nisi per
aliquam compositionẽ:qualis non est in deo propter pluralitatẽ attributorũ,vt in sequẽti quęstio
ne patebit.Nec negatiue:qa negatio nihil dignitatis ponit:qđ necessario ponunt attributa in deo
quia melius est deo esse ipsa q̃ non ipsa,secundũ regulã Anselmi.ergo &c.

B
Resolutio. ¶Quęstionẽ istã determinauimus anno pręterito in quadam quęstione de quo-
libet:ex qua aliqua succincte capiẽtes,& reliqua ex ibi declaratis supponẽtes, dicimus φ aliquam
differentiã debemus ponere inter attributa ꝓpter tacta i antepenultima rõne. Q; rẽ nõ differãt
re simpliciter dicta,nec re relationis:vt probat penultima rõ.Q; etiã nõ differant aliquo positiuo
absoluto.Et tũc nõ restat nisi φ differãt aliquo absoluto negatiuo aut positiuo respectiuo. Nõ ne
gatiuo,vt probat vltima ratio.& scđm φ supra ostẽsum est in determinãdo de attributis, nihil in
deo habet rõnẽ attributi,etiã qđ negatiõe exprimit, vt ĩmortale,infinitũ,quin oĩa ponãtur in deo
ad exprimẽdũ & mouẽdũ intellectũ ad concipiendũ aliquid positiue. Restat ergo id in quo oẽs
concordant,φ attributa non differant aliquo qđ ponatur in deo,nisi respectiuo:vt aliam rationẽ
respectus importet vnũ q̃ aliud.Et dicũt aliqui φ differunt ex respectu ad ea quæ sunt in creatu
ris:qui moti erant ratione posita in prædicta quęstione de quolibet,φ quęcunq; plura differentia
ratione tantũ habent alia sibi correspondentia re differentia,pluralitas illorum differentiũ ratio-
ne,& eorũ differentia,accipienda est ex respectu & comparatione ad illa quæ sunt plura & diffe-
rentia re,sicut patet de dextro & sinistro quæ ratione differunt in columna. & hoc non nisi ex re
spectu ad dextrum & sinistrum,quę differunt secundum rem & in principio & fine in eodẽ pun
cto nõ nisi respectu diuersarum linearum.Diuina autem attributa habẽt sibi respõdentia in crea
turis re differentia:vt sunt bonitas,sapientia,& huiusmodi . ¶Hoc non potest stare. qm̃ quando
C cunq; dicuntur hoc modo plura & diuersa ratione esse in aliquo ex respectu & comparatione ad
diuersa re in alio,oportet φ illa diuersitas ratiõis sequatur ex illa diuersitate reali propter diuer-
sum modum habendi id in quo sunt diuersa ratione:ad id in quo sunt diuersa re . Nunq̃ enim
columna diceretur respectu hominis esse dextra, nisi situm suum haberet ad illam partem : nec
postmodum sinistra,nisi situm mutaret. Si ergo diuersitas illa secundum rationem est in deo ex

respectu ad diuersa quibus respondent in creatura:oportet q̃ respect⁹ huiusmodi sequãtur in deo ex aliquo modo se habendi ad creaturam, qui non est nisi secũdũ aliquod genus causę, maxime efficientis.nisi em̃ illa diuersa re in illis efficeret,respectum ad illa nõ haberet:vt eis denominaret̃: sicut columna a dextra hominis nõ diceret̃ dextra nisi iuxta eã esset situata. Et sic sequeretur q̃ oĩa hmõi attributa, deo attribuerent̃ secundũ genus causæ efficientis tantũ.secundũ q̃ opinati sunt Auicẽ.& Rabi Moyses:vt patet ex supra determinatis circa significata attributorũ:& sic non diceretur iustus nisi quia facit nos iustos:neq̃ sapiẽs nisi quia facit nos sapiẽtes.Q̃d falsum est:quia cõtrariũ magis est verũ.Non.n.nos faceret sapiẽtes nisi prius sapiẽs esset:& sic de aliis. Et p̃terea ista attributio non fit p̃ proprietatem: sed p̃ similitudinẽ & metaphorã tãtũ.Cõis em̃ attributio qua aliquid attribuit̃ deo propter similitudinem quã habet ad id q̃d est in creatura : vt q̃ deus est agn⁹ q̃a mansuetudinẽ habet quasi agnus:vel quia effectus dei est in creatura:vt dicat̃ aliq̃d scire,quia scire illud nos facit:queadmodũ frigus dicit̃ pigrum:q̃a pigros nos facit:aut quia similẽ effectum agit cum eo q̃d est in creatura:vt q̃ dicit̃ iratus:quia punit ad modũ irati:aut q̃ habet oculũ:q̃a videt res quodã mõ sicut nos videmus oculo:oĩs inquã talis attributio p̃ similitudinẽ & metaphorã fit.Sed attributa vera,deo non secundũ metaphorã sed secundũ p̃prietatẽ debẽt attribui:vt patet ex supra determinatis. Ideo dicunt isti vlterius : q̃ verũ est q̃ respectus illi sequunt̃ in deo ex mõ quodã se habendi ad creaturas,nõ ex se:q̃a hoc nõ esset nisi secũdũ genus causę efficientis:sed ex consideratione intellectus cõparantis & quasi applicantis diuinã essentiam eis quę diuersa sunt re in creaturis:ita q̃ illa nõ dicerent̃ esse diuersa in deo:nisi ex cõsideratione intellectus.Et licet secundum rem in ipsa essentia vt in radice essent ab ęterno:in illa tñ absq̃ consideratione intellect⁹ applicantis diuinã essentiã creaturis, non haberent aliquã rationẽ diuersitatis:sed ista diuersitas habet̃ diuersimode ex consideratione intellectus increati & creati. Ex cõsideratione intellectus increati ab æterno habent esse diuersa siue differentia in deo,applicando.s.diuinã essentiam ad rerũ essentiã:& vt diuersitas illa habet esse in illis habitualr̃.Ex cõsideratione vero intellectus creati,ex tempore:applicando.s.diuinã essentiam ad rerum existentiam:& vt diuersitas illa habet esse in rebus actualiter.Et per hoc respondet̃ ad duo mẽbra in quarta ratione præposita:dicendo de intellectu increato q̃ non habet esse differens in deo ab intellecto & actu intelligendi:nisi ex cõsideratione intellect⁹: sicut neq̃ alia attributa differũt inter se.Q̃uis em̃ actus cõsiderãdi nõ est nisi ex intellectu secundum rõnẽ aliã q̃ sit ratio intellecti:differentia tñ actualis non est nisi ex consideratione intellect⁹.aliter em̃ est in diuina essentia quasi in radice: & q̃si in potẽtia tm̃: vt expositũ est in dicta quęstione.Silr̃ de intellectu creato, q̃ ex eius consideratione non habet distinctio illa ẽẽ in deo nisi ex tẽpore:ita q̃ nisi esset distinctio ab intellectu, nõ ẽẽnt attributa in deo distincta nisi ex tp̃e:nec essent in ip̃o nisi sicut in radice:& q̃si in potẽtia ab æterno.Est ergo dictum illorum q̃ attributa non differunt in deo secundum rationem,nisi ex respectu ad differentia secundũ rem eis correspõdentia in creaturis:& hoc s̃m q̃ ambo cadunt in cõsideratione intellectus:licet in hoc differat: q̃ vno simplici intuitu intellectus diuinus omnium illorum differentias concipit : intellectus vero creatus non nisi successiue:quia pelagus infinitatis diuinę essentiæ simul comprehẽdere põt.Et continet dictum istud duo in summa: quorũ primum est, q̃ differẽtia attributorum non sumitur nisi ex comparatione ad correspondentia eis diuersa re in creaturis.Secũdũ est, q̃ non sumitur etiam secundũ hoc q̃ habẽt res esse in se absolute:sed solũmodo sc̃dm q̃ cadũt in cõsideratione intellect⁹. Nec est litigium de isto:quia bene verum est q̃ absq̃ consideratione intellect⁹ diuina essentia nõ habet habitudinẽ ad ea quę sunt in creaturis:nisi secũdũ rationẽ causæ:secundũ quã nõ sumitur ratio attributorum:vt dictum est.Absq̃ etiam consideratione intellectus & opere eius, quicquid est in deo non habet rationem aliam q̃ simplicis essentię: in qua secundũ q̃ huiusmodi sicut in radice & quasi in potẽtia, habent esse omnia alia & essentialia & personalia:vt supra satis expositum est sępius.Sed totum litigium est de primo.s.an ad distinctionem attributo℞ oportet considerationẽ intellectus deflecti ad illa quę eis respondent in creaturis re differentia.Et est circa hoc aduertendum: q̃ distinctionem attributorum contingit ponere ex intellectus cõsideratione dupliciter: aut quo ad innotescentiã illius distinctionis & diuersitatis apud intellectũ cõsiderantem:aut quo ad ipsorum existẽtiã absolutam in illa. Vtroq̃ modo bene verum est q̃ non habet esse in deo ex consideratione intellectus creati:nisi in consideratiõe intellectus attributa diuinæ essentiæ comparent̃ ad sibi correspondentia in creaturis:quia intellectus creat⁹ nihil oĩno circa diuinam essentiam concipit:nisi ex aliquo modo sibi correspondenti in creaturis:nõ solum rationem attributi:sed etiam nec rationem diuinæ essentiæ:aut esse eius: quia deum esse non conicit:nisi quia conspicit esse in creaturis:similiter neq̃ personarum distinctionem cõicit supposita

fide, nisi ex eis quae considerat circa creaturas. secundū q̄ de hoc tractatū est amplius in praenomi
I nata quęstione. Vñ si nullo mō diuersitas attributoꝝ esset in deo nisi ex cōsideratione intellectus creati: bene verum esset qđ dicit opinio illorum: sed sic (vt dictum est) non diceretur vllo modo sapiens aut bonus aut aliquid huiusmodi ab aeterno nisi secundū genus causę efficientis: & hoc in habitu tantūmodo: vt expositū est in dicta quaestione. Illud autem falsum est: quia formaliter debent poni in deo: & hoc ab aeterno: vt existētia ipsorum in creatura etiam in habitu, non sit ratio existendi ea in deo: sed econuerso magis: tū q̄a in creatura habēt rationem imperfecti: & in deo rationem perfecti (ratio aūt perfecti semp absolute pcedit rationem imperfecti, & est ratio illius, nō autem econuerso) tum quia differētia attributorum fundamentalis est respectu distinctionis personarum: quae nullo modo dicenda est esse in deo ex aliquo respectu ad creaturas. secundum q̄ omnia haec exposita sunt ibidē. Cū is ergo distinctio attributorum non est sumenda nisi ex consideratione intellectus: & hoc non creati: quapropter necessario sumenda est ex consideratione intellectus increati absq̧ omni respectu & comparatione ad illas, vel secundum rem vel secundum
K cōsiderationem. Accipitur autem illa pluralitas ex consideratione intellectus circa diuinam essentiā, vt cadit in eius cōsideratione non quasi simplicis intelligentię: sed quasi cōsiderātis eam sub rationibus quorūdā respectuū ad seipsam, sub q̄busdā rōnibus aliorū respectuū: cōsiderādo. s. ipsam sub ratione veri in respectu ad seipsam sub ratione intellectus: & seipsam sub ratione voluntatis, in respectu ad seipsam sub ratione boni. Verum enim & bonum sunt duę primę ratiōes quasi additę in deo super rationem esse quę dicunt respectus ad intellectum & voluntatem & econuerso: & per hoc ad illa quę se habent in deo per modum habitus aut actus essentialis: per quę oīa obiecta vlterius respectum & ordinem quendam habent ad emanationes personales, ad quas sicut ad diuersa re & distincta quodammodo habet respectum diuersitas attributorum. Secundum tamen rationem magis est diuersitas attributorum ratio diuersitatis notionalium, large loquendo de diuersitate, q̄ econuerso: inquantum attributa diuersa pertinentia ad intellectum & volūtatem sunt fundamenta emanationum: quarum vna procedit modo intellectualis operationis: & alia modo voluntariae: vt habitum est supra: & habebitur amplius infra. Vt secundum hoc licet attributa habeant quendam respectum ad emanationes personales: non tamen diuersitas seu differentia eorum sumitur ex respectu ad diuersitatem emanationum: vt diuersitas emanationum possit dici ratio diuersitatis attributorum: quemadmodum dextrum & sinistrum in homine est ratio quare dicantur esse dextrum & sinistrum in columna: vt secundum hoc debeat dici q̄ differentia attributorum accipiatur in deo ex consideratione intellectus, maxime diuini, scdm iā dictū modū expositū sufficienter in quaestione praenominata: & hoc absq̧ omni respectu & comparatione ad aliqua re differentia vel diuersa. Quomodo autem non est simile de dextro & sinistro in columna, ibidem bene declaratum est.

L Ad pri. prī. ¶ Ad primum in oppositum q̄ omnis differētia & diuersitas ponit vnius diuisionem: Dicendum ad hoc q̄ vnum & multum sunt prima contraria sub ente: & differunt sicut diuisio & indiuisio, secundum philosophum. x. Metaphysi. Et secundum q̄ considerantur circa substantias & essentias rerum, primo sequitur ipsa idem & diuersum siue conueniens & differens & fundatur idem super vnitatem: hoc est super rei indiuisionem quam res habet in se: diuersum vero & differens super multitudinem: hoc est super rei diuisionem vel quam habet vna res in se, a qua dicitur diuersum: vel quā habet vna res ab alia, a qua dicitur differens. In hoc enim secūdum
M philosophum. x. Metaphysicę differunt diuersum & differens: quia diuersum dicitur res absolute quia in se continet diuersa re: siue sint materia & forma: siue partes quātitatiuę: vel quęcūq̧ alia. Quę q̄a in deo eē nō possunt: ideo in ipso nō recipit nomē hoc qđ est diuersum vel diuersitas. Differens aūt nō dicit nisi relatiue sicut & cōueniēs: q̄a nō est differēs nisi ab aliquo differēs: sicut nō est cōueniēs nisi alicui cōueniens. Et illa q̄ inter se differunt: quo ad illa q̄bus differunt oportet re absoluta esse abinuicē diuisa, vt sunt diuersa gñia, vel diuersę species, vel diuersa indiuidua sub eadē specie. Et quia sic plura adhuc non cōuenit ponere in deo: ideo neq̧ nomē qđ est differens, proprie recipi debet in deo, secundum q̄ pcedit ratio ista: immo quia omnis pluralitas in deo consistit in ratione respectus qui fundatur in rei eiusdem simplicitate: ideo comparatio talium pluriū quia est absq̧ omni eorum diuisione, debet habere alia nomina a praedictis, quibus exprimi debet eorum non identitas: quia in ipsis est inquantum in eis est pluralitas: sed nulla differentia proprie dicta aut diuersitas: quae quidem nomina sunt distinctio aut discretio: vt distinctio sit quasi diuersitas plurium secundum relationes reales: discretio vero sit quasi diuersitas plurium: quasi

secundum relationes rationis. Large tamen sumendo diuersitatem & differentiam: secundum q̄ vtútur eis sancti p̄ distinctiōe & discretiōe: possunt accipi in diuinis. Qđ ergo dicit̄ q̄ in deo totū est idem vbi non occurrit relationis oppositio: verū est secundū rē absq̄ omni distinctione personali: non tamen absq̄ differentia rationis, quæ habet esse ex alio genere respectus, q̄ sit ille qui distinguit personas, vt habitū est superius. ¶ Ad secundum, q̄ obiecta actuum intellectus & voluntatis differunt re in deo: ergo & ipsi actus: & similiter voluntas & intellectus: Dicendum q̄ duplex est obiectum: quoddam qđ est ratio constitutiua ipsius actus: vt colorū visus, & sonorū auditus. Aliud vero est obiectum quod est constitutum in esse per actum: vt in proposito personę filii & spiritus sancti per actus dicendi & spirandi. De obiectis primo modo habet veritatem dictum philosophi: & talia in deo non sunt nisi verum & bonum vel quęcunq̄ alia sub ratione veri & boni: quę sola ratione differunt sicut & actus & eorum potentiæ. Non autem habet veritatem de obiectis secundo modo, de quib⁹ processit obiectio. ¶ Ad tertium q̄ ex nulla comparatione aut respectu differunt: Dicendū q̄ falsum est: immo differunt ex respectu & comparatione quem intellectus considerat in ipsis inter se comparatis, non quibus dicuntur relatiue adinuicem: sed quibus quodāmodo sese respiciunt. multi enim sunt modi respectuum: & secundum quosdam sese respicientia dicuntur relatiue adinuicem: secūdū quosdam vero nō, vt habitum est supra. De aliis obiectis quid sit dicendū, patet ex iam dictis.

N — Ad secūdū.
O — Ad tertium.

Irca secūdū arguit̄ q̄ in differētia attributo℞ nō sit accipe magis & min⁹. Primo sic. Vbi est accipe magis & min⁹, nō est summa simplicitas: q̄a nō habēt eē magis & minus nisi in habēte partes: vt habitū est in q̄stione quadā de magis & min⁹. in habēte aūt partes non est simplicitas sūma. in deo aūt quo ad oīa quæ in eo sunt, est summa simplicitas: vt habitum est de simplicitate dei. ergo &c. ¶ Secūdo sic. in symbolo Athanasii dicitur. In trinitate: nihil prius aut posterius: nihil magis aut min⁹. Attributa autem oīa sunt in trinitate: quia sunt in essentia & in singulis personis. ergo sicut in eis non est prius aut posterius: vt infra videbitur: similiter neq̄ magis & minus. ergo &c. ¶ In contrarium est: q̄m attributa illa quæ pertinent ad intellectū, plus differunt ab illis quæ pertinent ad voluntatem, q̄ illa differant inter se. plus eñ differunt veritas & bonitas, q̄ sapientia & veritas.

P — Quæst. II. Arg. i.
ii
In oppositū.

¶ Dicendum ad hoc: q̄ differt quęrere vtrum attributa ipsa in se suscipiant magis & minus: an ipsa differentia qua attributa differunt inter se. Alterius enim generis rerū sunt attributa ipsa, & alterius ipsa attributorū differētia: & hoc non solum in diuinis: sed etiā in rebus naturalibus aliud genus rerum sunt ipsa quę differunt, quę sunt subiecta inter se differētia: vt rationale & irrationale sub aīali: aliud vero ipsa eorū differentia: q̄m ip̄ę res subiectę differētiæ sunt res primę intentionis: ipsa vero ratio quę dicitur differentia eorū, est res secundę intētionis, quæ est q̄ntū vl'e prędicabile. Et iterum, res subiectę differentię sunt res naturę: ipsa vero differētia est res rationis, quæ est quasi accidēs rei naturæ. accidit enim essentiæ & naturæ rei q̄ sit vniuersale aut particulare, vt sępius habitū est supra secūdū Auicen. Quantū ergo ad ipsa attributa in deo non intelligitur ista quęstio habere locum: quia re nihil important nisi diuinam essentiam cū respectu: vt habitum est supra. Essentia autem nō recipit magis & minus propter eius simplicitatē neq̄ respectus: quia secundum phm, proprium est relationi non suscipere magis aut minus. De eo ergo quod est rationis circa attributa ex consideratione intellectus secundum iam prędeterminata, qđ est res secūdę intentionis: intelligenda est solūmodo proposita quæstio, vtrum in ipsa differentia sit accipere magis & minus: vt quædam attributa magis differant inter se q̄ quædam alia. Et est hic sciendum q̄ differentia illorum quæ differunt, fundatur essentialiter in diuisione seu distinctione siue discretione eorum adinuicem. Vnde & secūdum modos diuisionum per se & p̄ accidens, sumit Porphy. modos differētiarum: q̄ quædam sunt per se: quædam vero per accidens. In eis autem quæ recipiunt magis & minus, causa eius qđ est magis & min⁹ ex parte essentię eorum accipienda est: vt declarauimus in dicta quęstione de magis & minus. Ex parte ergo diuisionis siue distinctionis siue discretionis differentium, consideranda est ratio eius quod est magis & minus in ipsa differentia. Diuisio autem non est nisi alicuius in quo vniuntur & quodammodo sunt vnum ipsa diuisa. Et est diuisio contraria vnioni in illo vno: ita q̄ radix eius qđ est magis & minus in diuisione, consistit in eo quod est magis & minus circa vnionem. quia quæ magis sunt vnum, & minus differunt: & quæ minus, magis differunt. Diuisio autē siue distinctio siue discretio aliquorum abinuicē sub aliquo vno, dupliciter potest fieri. Vno modo oīno ex natura rei &

Q — Responsio.
S

originaliter & completiue. Alio modo ex natura rei solūmodo originaliter : sed completiue ex cō sideratione intellectus. Primo modo non est nisi differentia eorum quę realiter differunt inter se. qđ pōt fieri dupli͛r: vel re absoluta, qđ nō fit nisi in creaturis p diuisionē ꝓpria acceptiōe differētiū abinuicē: quoꝝ tāto maior est differētia: quāto magis abinuicē diuidunť, & min⁹ in aliquo in quo cōueniāt vniunť. quēadmodū maior est differētia differētiū gn͞e q̄ differētiū specie: & maior differentiū specie q̄ nūero. & hoc nullo mō cadit in diuinis attributis. Vel re relatiua: qđ nō fit adhuc in diuinis attributis: sed cadit in diuinis psonis non p diuisionē: sed p distinctionē differentiū psonarū absq; omni diuisione & distinctione vnius & cōis essentiæ. Siqua vero fit ratio ei⁹ qđ est magis & minus in differentia seu distinctione eorum inter se: vt vtrum plus differant siue distinguā tur pater & filius a spiritu sancto q̄ inter se, inferius debet declarari. Secundo aūt mō est differētia eorū quæ in vna simplici & indiuisa & indistincta natura rei conueniunt circa aliquā operationē intellectus, cuius est discernere indiscreta: & quodāmodo diuidere adunata, iuxta determinationē

T Cōmentatoris sup. xii. Metaph. Talium autem discretio per intellectum cōpletiue potest fieri dupliciter: vel penes conceptus absolutos, vel penes conceptus respectiuos. Primo modo fit per intellectum generis & differentiæ in conceptu speciei : & fit per distinctionem & diuisionem intellectualem differentium intentionum: quorum tanto maior est differentia, quanto abinuicem diuidunť, & minus conueniunt siue vniunť in aliquo vno: quēadmodum cū in hoīe differunt intentione substantia, corporeum, vegetabile, sensibile, rationale, plus differunt intentione corporeum a substantia q̄ a vegetabili & inferioribus, & vegetabile plus ab vtroq; illorum q̄ a sensibili & rationali, & sensibile plus ab illis q̄ a rationali: quia semper superius inquātum diuiditur contra suum contrarium, sub suo superiori in se continet sibi inferiora. Secundo autem modo fit discretio per intellectum attributorum in deitate abinuicem, & ab essentia, & ab omnibus quæ in ipsa considerank, siue sint ꝓprietates notionales siue psonę. sola em̄ rōne attributa inter se & ab essentia & a ꝓprietatibus notionalibus & a personis differunt: quēadmodū etiā sola ratione differunt essentia, personę, & notiones inter se: de quibus proposita est quæstio.

V ¶ Ad quā dicendū est secundū iā determinata: q̄ sicut illa quæ differunt per diuisionem rerum, minus differunt quæ minus abinuicem diuiduntur: & magis sunt vnum: & magis differūt, quę magis abinuicem diuiduntur : & minus sunt vnū: quēadmodū diuersa genere plus differunt q̄ diuersa specie: eo q̄ cū diuidunť abinuicem secundum differentiam diuersa genere: manent vnum in mēbris diuidentia diuersa specie: sic ista quę sola ratione differunt secundū discretionem rationum minus differunt quę primo discernunť vt differētia, q̄ illa quę manēt discernenda in mēbris illis. Quare cum discernimus ratione absolutū in deo a relatiuo: sub absoluto aūt continentur essentia & omnia attributa essentialia: illud autem absolutum cū discernimus in absolutum sub ratione absoluti : & absolutū sub ratione respectus: & sub absoluto ratione respectus continentur rationes oīm attributorū: & hoc cum discernimus in illa quę pertinent ad volūtatem & intellectum, & sub ambobus plura attributa continentur: minus ergo differunt attributa ab essentia, q̄ ipsa attributa aut essentia differant a personis & notionibus: & minus differunt attributa inter se q̄ ab essentia: & minus illa quæ pertinent ad voluntatem inter se, q̄ differant ab illis quæ pertinent ad intellectum. Et secundū hanc regulam iudicanda est differētia secūdū magis & minus quorūcūq; differētium, & quocunq; modo differentium siue in deo siue in creaturis.

X
Ad pri. prin. ¶ Quod arguitur primo in contrarium: q̄ non est summa simplicitas: vbi est accipere magis & minus: Dicendum q̄ verum est quando accipiuntur in re quæ est primæ intentionis. Sic enim in nullo eorum quæ considerantur in deo, est accipere magis aut minus propter summā eius simplicitatem. Nō autem est verum quando accipiuntur in re quæ est secundę intētionis, quæ est omnino res rationis circa rem naturę vt cadit in intellectus consideratione. In qua intentione secunda bene possunt comparari secundum magis & minus illa quæ sunt in deo: licet nullum eorum in seipso recipiat hm̄oi cōparationē. Quēadmodum licet nulla substātia in seipsa

Y neq; in genere, neq; in specie, neq; in indiuiduo recipiat magis aut minus: vnus em̄ homo secundū numerū nō est quandoq; magis quandoq; minus hō seipso: neq; vnus est magis vel minus homo aut aīal q̄ alter: bene tamen in actu substādi, qui nominat rē secundę intentionis, comparatur vna substantia alteri secundū magis & minus: secundū q̄ prima substātia magis dicit substare q̄ secūda. Et similiter in proposito quædam attributa magis dicuntur differre inter se, q̄ quædam alia: quia pluribus rationibus differunt: quia ratione illa qua attributa pertinentia ad diuinū intellectum differunt ab illis quæ pertinent ad eius voluntatem, non differunt ipsa inter se: sed illa diffe

rentia qua differunt inter se,etiam differunt quodammodo ab illis quæ pertinent ad intellectum quemadmodum differunt bonum & verum:q; verum & alia quæ pertinēt ad intellectum,in hoc conueniunt q; cōmuniter referunt ad actum intellectus:bonum vero & alia quæ pertinent ad voluntatem,ad actum voluntatis cōmuniter referuntur. Verum autem differt ab ipso intellectu:q; verum est motiuum intellectus:intellectus autem non est motiuum suiipsius. In quo etiā differt a bono:quia bonū sub ratione boni non est motiuū intellectus.& sic contingit in oībus aliis si qs inspiciat.¶Per idem patet ad secundum.verū eñ est q; in tota trinitate nihil est magis aut minus quātum est ex parte rei naturæ:quæ est primę intentionis:nullum tamen inconueniens est si sit in ea magis & minus ex parte rei rationis:quę est secundę intentionis:vt dictum est. Z Ad secundū

Irca tertium arguitur q; differētia attributorum & pluralitas in deo ponit aliquam cōpositionē.Primo sic.illud quo res recedit a summa simplicitate, necessario ponit in ea aliquam compositionē : quia a simplicitate non receditur nisi per cōpositionē.sed pluralitate diuinorum attributorum, recedit diuina essentia a summa simplicitate:quia ratio simplicitatis cōsistit in vnitate: & ratio cōpositionis in multitudine.maior autem est vnitas in qua est multitudo neq; re neq; ratione:q̄ in qua est ratione,qualis est multitudo attributorū:ergo & maior simplicitas.hoc autem non esset nisi multitudine attributorum aliquo modo esset recessus a diuina simplicitate. ergo &c.¶Secundo sic.quod facit rem non esse penitus idipsum, ponit in ea aliquam compositionem:quia ponit in ea hoc & hoc, quæ non sunt in eodem fine compositione.pluralitas attributorum est huiusmodi:quia attributa in essentia non sunt penitus idipsum: quia tunc essent nomina eorum synonyma.ergo &c.¶In contrarium est: quia quanto aliquid maiorem habet compositionem,tanto habet maiorem limitationem. quod ergo repugnat omnino limitationi, nullā omnino ponit compositionem. pluralitas attributorum omnino repugnat limitationi . Deus eñ ex hoc q; est omnino illimitatus,habet attributorum pluralitatē ex natura simplicis essentię suę:neq; posset eā sic habere:si aliquo modo esset limitatus:sicut nec pōt eā habere aliqua creatura.ergo &c. A Quęst.III. Argu.i. a In oppositū.

¶Dicendum ad hoc,q; illud qđ in aliquo habet esse,quocunq; modo sit nō potest ponere in illo rationē cōtrariā illi scđm quā habet esse in illo: qa tunc suo esse destrueret seipsum qđ omnino est impossibile. Vnde si nigredo habet esse & causari in aliquo subiecto ex caliditate ipsa,nō potest in illo ex suo esse ponere dispositionē cōtrariam caliditati.s.frigiditatem:sic eñ suo eē suum esse destrueret. Sic autem est in proposito, q; pluralitas attributorum originaliter & sicut in radice habet esse in diuina essentia:licet completiue ab opatione intellect⁹:cui⁹ est vnita vel potius quę sunt vnum,& idipsum,discernere. Aliter eñ attributum esset purum figmētum intellectus si radicem non haberet in re: circa quam operatione intellectus posset discerni . Illud autem qđ sic in diuina essentia est sicut in radice : vt completiue operatione intellectus possit discerni in ea,prouenit ex infinitate simplicitatis & illimitationis eius qua est purū esse,& nihil nisi esse. propter hoc enim oportet q; in se habeat rationem oīs esse:& ita oīs esse perfectionē per essentiā,quæ est in quocunq; alio per participationē:& per hoc sub ratione eminentiori: & ita veriori.secundū q; hęc omnia patent ex supra determinatis circa diuinam perfectionem.Cum igitur omnia diuina attributa,& generaliter quęcunq; diuersas ratiōes important in diuina essentia, rationes perfectionum important:licet aliter attributa,aliter proprietates diuini esse,& ratiōes personales,& rationes ideales, & quæcunq; in diuina essentia considerantur sub aliqua pluralitate:nullo igit̄ modo possunt ponere in diuina essentia aliquid contrarium suę simplicitati & infinitati.Cōtrarium autem esset quicunq; modus compositionis.Idcirco simpliciter dicēdum est q; pluralitas attributorum in deo neq; ponit neq; potest ponere aliquam rationem compositionis, neq; similiter propter idem pluralitas personarum,siue quorūcunq; aliorum quæ in deo considerantur:secundum q; processit vltima ratio. B Responsio. C

¶Ad primum in oppositum:q; pluralitate attributorum receditur a diuina simplicitate:Dicēdum q; falsum est:immo potius fundatur in illa.Et q; arguitur ad eius probationē, q; pluralitate attributorum receditur a diuina vnitate in qua cōsistit eius simplicitas: Dicēdū q; in deo præter vnitatem personalem est duplex vnitas essentialis,qdā rei,quædā vero rationis. Prima est ipsius diuinæ essentiæ:secūdū q; est res & natura aliqua.de qua habitum est supra quomodo est singularitas quædam.Secunda vero est attributorum singulorum, & singulorum quæ in D Ad pri.prin.

deo ponunt differentiam secundum rationem tātū. In prima vnitate consistit diuina simplicitas infinita: propter quod ipsa est origo & fundamentum omnis alterius vnitatis, & etiam pluralitatis secundum ipsam, siue sit personarum, siue attributorum: q(vt dictum est) non derogat primæ vnitati: sed magis attestatur ipsi: nec est minor propter istam multitudinem. Vnde ad illam pro-
E positionē q̄ dicit: Maior est vnitas in qua nulla oīno est multitudo nec re nec rōne: q̄ sit illa in qua est multitudo rōne, etsi nō re: Dicendū ꝙ cū oīs multitudo secūdū p̄lm est vna plura, multitudo existens in vnitate, aut est vnitatū eiusdē rationis, aut alterius. Primo modo habet propositio illa veritatē. & hoc modo in quacunq; vnitate diuina, nulla est multitudo. In diuina enī essentia vna non est multitudo vnitatum quæ sunt ipsa essentia re vel ratione plures. Similiter in diuina veritate quæ est vnica secundum rationem differens ab essentia: nulla est multitudo vnitatum quæ sunt ipsa sapientia re vel ratione plures sapientiæ: nisi per ipsius sapientiæ quæ est essentialis, quasi contractionem ad personale: secundum ꝙ dicitur sapientia ingenita & genita. Differt enim sapientia essentialis secundum rationem vt est in patre sub ratione ingeniti: & vt est in filio sub ratione geniti. Secundo autem modo habet falsitatem: nullo enim modo est maior vnitas realis essentiæ in qua nulla est realis multitudo ratione: immo contrariū verū est: ꝙ quāto maior est vnitas realis essentię: tanto maior est in ipa multitudo rationū. iuxta illam propositionem. Oīs virtus quanto magis est vnita, tanto magis est infinita. Vnde & in creaturis quanto realis vnitas essentiæ maior est & simplicior, tanto plurium rationum virtualium in se est contentiua: & quanto minor, tanto est pauciorum rōnum virtualium contentiua. Hinc contingit ꝙ inferiora naturalia paucas habent rationes virtuales & paucas operationes & viles. Vnde & terra quæ infimum gradum perfectionis habet, habet ipsum quasi absq; operatione: vt dicit Commentator super secūdū Cæ. & Mun. Et superiora elementa magis spiritualia: quia maiorem habent vnitatem & simplicitatem: quia minus de materia: plus habent de motu & operatione: quibus acquirunt suā perfectionē. Et(vt dicit Commentator ibidem) etiā vniuersaliter quanto creatura est superior simplicior & maioris vnitatis: & plus appropinquata prīo pricipio, tāto est pluriū rōnū virtualiū & operationū circa inferiora se: ita ꝙ semper illa quæ agūt inferiora per diuersa re diuisa & dispersa, agit superius per vnicum & perfectius: vt cum planta forma sua tm̄ vegetat: brutū sua forma vegetat & sentit: homo autem sua forma vegetat, sentit, & intelligit: & qđ brutum cognoscit pluribus potentiis sensitiuis, homo cognoscit vna potentia intellectiua. & sic semper quāto est superior ad plura se extendit. Propter qđ dicitur in cōmētario dictę ꝓpositionis. In oīni propinquo vni principio est infinitas plus q̄ in virtute lōginqua ab eo, qđ est: quia quāto magis vnitur, magnificatur & vehementior fit, & efficit operationes mirabiliores, & quanto magis partitur & diuiditur, minoratur,
F & debilitatur, & efficit operationes viles virtus vnita. ¶Ad secūdum ꝙ pluralitas attributorum
Ad secundū facit essentiā nō esse penit⁹ idipsum &c. Dicendū ꝙ sicut iam distinctū est de vnitate essentiali ꝙ est vel rei vel rationis, sic distinguendum est de idipsum: ꝙ aliquid est idipsum re, vel idipsum ratione. Qđ facit rem penitus non esse idipsum re, necessario ponit in ea aliquam compositionem propter diuersitatem secundum rem. De eo vero quod facit rem non esse penitus idipsum secundum rationem, distinguendum, aut secundum rationem absolutam, aut secundum rationem respectiuam. De eo qđ facit ipsam non esse idipsum primo modo, adhuc ponit in re aliquam compositionem propter diuersitatem intentionum. Ratione enim absoluta penitus non differunt nisi diuersa intentione: qualium compositionem est inuenire in omni creatura vt habitum est supra. Secundo autem modo diuersitas rationum in nulla re ponit compositionem: quia respectus nihil realitatis habet pręter realitatem sui fundamenti. vnde super suum fundamentum non dicit rem aliam a suo fundamento: sed solummodo rationem quæ est ad aliquid esse: quæ est alia a ratione sui fundamenti quæ est aliquid absolute esse: sed solummodo ad aliquid esse. Aliter enim necessario faceret compositionem cum suo fundamento: nisi appellemus rem ipsum respectum ad aliud esse. & tunc est solummodo disputatio de nomine. Ipse enim respectus purus qui non est nisi ad aliud esse, siue appelletur res siue non, nullam compositionem facit cum absoluto quod est suum fundamentum. & hoc quia ipsa res fundamenti quasi subintrat rationem respectus: vt quæ secundum se est absolutum quid nullo ei addito omnino: & absq; omni sua mutatione, ex solo modo habendi aliquid ad ipsum, assumit rationem respectus: vt idipsum quod quantum est ex se nihil respicit, aliquid respicit ex solo modo habendi aliquid ad ipsum. Propter quod dicit Augustinus septimo de Trinitate capite primo. Omnis essentia quæ relatiue dicitur, est etiam

aliquid excepto relatiuo: sicut si nummus non esset aliqua substantia, nisi arra, posset relatiue dici. Queadmodum enim nummus fit precium aut arra per alicuius institutionem: vt substantia nummi assumat in se sine cuiuscunque rei additione rõnẽ precii aut arræ, quæ est ipsum ad aliud esse: Sic deitas ipsa quasi fit, imo (vt verius dicã) est cõpletiue sapientia, bonitas, & cętera hmõi per intellectus considerationem & discretionem secundũ prædicta: vt ipsa deitas assumat in se rationẽ bonitatis, sapiẽtię, & cęterorũ absque cuiuscũque additione, secũdũ q supra determinatũ est de significatis attributorũ. Et sicut est de respectibus rationũ in attributis, sic est de respectib[9] realium relationum in personis. prȩter hoc q illarum plurificatio est per distinctionem ex natura rei & diuinarum proportionum: non autem ex consideratione intellectus per ipsius discretionem: queadmodũ constat plurificato attributorum. Pluralitas eñi personarum est distinctione per diuinas productiones: pluralitas vero attributorum est discretione per intellectus discretionem. Nulla aũt est pluralitas in diuinis per diuisionem: propter quod nõ proprie accipiuntur in diuinis huiusmodi nomina, aliud, diuersus, differens: sed solummodo distinctum quo ad personas, & discretum quo ad attributa, & alias diuinas rationes. Vnde quia ista distinctio & discretio non est nisi per rationem respectus, tantę simplicitatis est persona aut attributum, quantæ est essentia: & etiam essentia tantæ simplicitatis est ipsa, cum personis & attributis, quantæ est essentia præter ipsa. Et sic in proposito licet scdm rationẽ non sit idipsum bonũ esse & sapientem esse: sicut qđ amplius est, nec patrem esse: nec filium esse: hoc nullam compositionem omino ponit in deo: sed infinitam simplicitatem eius attestatur, vt dictum est. G

Equitur Articu. LII. de ordine attributorum, qui sequitur eorum pluralitatem. Et circa hoc sunt quatuor dubitabilia. Arti.LII.

Primum: vtrum sit ponere aliquem ordinem in diuinis.

Secundum: vtrũ ille ordo sit rationis tñ, an naturæ tñ, an vtriusque.

Tertium: vtrum ordo in diuinis sit sine priori & posteriori.

Quartum: vtrum ordo in diuinis sit sine primo, secundo, & tertio.

Irca primum arguitur q non sit ordo in diuinis. Primo sic. Augustinus dicit libro. xix. de ciuitate dei ca. xiii. Ordo est pariũ dispariũque rerũ sua cuique tribuens dispositio. sed in deo nulla est imparitas sicut nec inequalitas. ergo &c. ¶ Secundo sic. ordo non est nisi pluriũ & absolutorum. Plurium quia vbi nõ est nisi vnum, non est ordo: quia nihil habet ordinem ad seipsum. Absolutorum: quia in relatiuis non est ordo: quia relatiua secũdũ philosophũ sunt simul natura. vbi autem est simultas, non est ordo. in deo autem non est nisi vnitas essentię, & relationum siue respectuum pluralitas: vt habitum est supra. ergo &c. ¶ In contrarium est: qm̃ quicquid est dignitatis simpliciter vt melius sit esse ipsum q̃ non ipsum, in deo est ponẽdum, secundum regulam Anselmi supra expositam. sed secũdum ordinem melius est cuique siue per possibile siue impossibile q sit in eo ordo, & sit ordinatum q̃ non sit in eo ordo, nec sit ordinatum quid. ergo &c. H Quæst.I. Arg.I. 2 In oppositũ

T tate deus.Præterea si aliquid est in alio per se & primo,impossibile est vice versa q illud in quo est aliqd aliud sit per se & prio in eo qd est in ipso:quia ide esset continens & cotentu per se & primo respectu eiusdem:& esset idem respectu vnius totum exterius & totum interius.quod est impossibile & in corporalibus corporaliter,& in spiritualibus spiritualiter.Et ita si vna persona esset secudu totu per se & prio in alia,vt fili9 in patre,no posset ecouerso pr p se & primo esse in filio secudu totu vllo mo vel salte eode mo.qd no est tenedu i diuinis:qa mutuo & vniformiter singule psone i diuinis ponede sunt esse i singulis.Q2 vero scdo mo aliqd sit in alio,s.p se sed no prio,qa per aliqd sui qd primo & p se habet ee in illo,hoc pot esse dupliciter:aut q illud aliqd sit vni9 & no sit alterius:aut q sit vnius,ita q sit etiam alterius. Primo modo in creaturis habet aliquid esse in alio secudu q auis dr esse in laqo,qa pes ei9 est in laqo, sed isto mo in diuinis no cotingit vna psona esse in alia,quia in diuinis personis nihil est vnius qd non sit alterius, per qd scilicet persona vna habet esse in alia.quia in diuinis personis illud qd est vnius & non alterius,non est nisi personalis proprietas:& pprietas vnius personæ non est primo,& per se in alio, vt per illam persona possit esse in psona illa per se,etsi non primo.non enim filiatio est prio & per se in patre,vt per illa totus filius & diuinitas ipsius sint i patre per se,licet non primo.Quia cu filiatione distinguitur fili9 a patre,ipsa filiatio primo & per se quantum est ex parte sui potius est extra patrem,q in patre:& per eam fili9 extra patrem q in patre:licet intra & extra non recipiantur proprie in diuinis. Si vero sit aliquid i alio per aliqd sui qd sit vnius eoru ita q simul sit etiam alterius,isto modo essendi in,nihil in creaturis habet esse in alio:quia duobus differentibus in creaturis, nihil in re est commune singulare vtrisq; per qd vna creatura possit esse in altera vllo modo. Et hoc modo proprie in diuinis vna psona habet esse i alia & tota i tota: sed no p se & primo tota in tota:imo p aliqd sui qd habet coe cum illa in qua est,qd est in illa per se & primo:& per illud ipsa habet ee tota in illa p se,licet no pri
V mo.& hoc ratione illius quod habet commune cum illa.Dico igitur concludendo ppositum: q in diuinis persona vna habet esse in alia secundum substantiam & secundum relationem simul.Secundum substantiam,vt secundum illud secudum qd pricipaliter persona vna habet esse in alia:quia ipsa substantia eius est in illa primo & per se,& per illa ipsa tota persona:q nec secundum se tota diceretur esse in illa secundum substantiam communem:sed potius diceretur esse vnum & idipsum cum illa, si non esset in ea.Secundum relatiuam proprietatem qua differt ab illa:vt secundum illud secundum quod persona vna habet esse in alia non tamen primo : quia ipsa proprietas vnius personæ non est in alia persona nisi quia substantia quæ est eius in qua fundatur sua proprietas,est in illa persona . Substantia enim vna numero & singularis, non potest esse in aliquo quin in illo simul sit quicquid fundatur in illa substantia. & non solum secundum hoc vna persona est in alia:sed singule mutuo sunt in singulis. Vnde Hila.ista intimius perquirens q alii sancti,qui non exprimunt personam esse in persona nisi secundum substantiam,vt patet in primo Sententiarum distinctione.xix.cap. Et inde est.vbi ista materia tractatur:etiam exponit vnam personam esse in alia secundum relationem, in libro.iii.de trinitate cap.primo,sic inquiens.Cognoscendum itaq; est atq; intelligendum quid sit illud,ego in patre,& pater in me. Si tamen comprehendere ita vt est valebimus:vt qd natura rerum non pati posse existimatur,id diuine veritatis ratio cosequatur.& post pauca subiugit.Qd in patre est,hoc i filio est:qd i ingenito,hoc i vnigenito,alter ab altero,& vterq; vnu no duo vn9,sed ali9 i alio,qa no aliud in vtroq.Ecce vn9 in alio est secudu substatia.& sequit cotinue.Pr in filio:qa ex eo fili9:& fili9 in patre:qa no aliude fili9:vnigenit9 in igenito qa ab igenito vnigenitus.Ecce quia vnus in alio est secundum relationem. & libro.vii.cap.xix.Insunt sibi inuicem dum non est nisi ex patre natiuitas. Ecce in,secundum proprietatem. Dum in deum alterum natura vel exterior vel dissimilis non subsistit.Ecce in,secundum substatiam.Et propterea q vna psona est i altera non solu scdm substatia,sed et secudu pprietate,vt sit tota i tota:cotigit q etiam subsistendo vna est in altera , & subsistit in ea. Propter quod dicit in fine libri,nihil differ-

re esse & inesse:inesse autem non aliud in alio,vt corpus in corpe:sed ita esse & subsistere,vt in subsistente insit:ita vero inesse vt & ipse subsistat.vt secundū hoc eodē modo psona habet esse in persona mutuo & secūdū substātiā & secūdū relationē,nō aliter pr̄ in filio q̄ fili⁹ i pre:licet cū alia relatione pr̄ est in filio.Et hoc ideo:qa substātia p quā psonę ipsę & pprietates suę cū ipsis sibi inuicē insunt,eodem mō est in ipsis quantū pertinet ad modos essendi in.Q; uis eñ p tāto alio mō sit essentia i personis:qa in vna est vt communicata ab alia vel ab aliis:in alia vero vt nō cōmunicata ab altera:hoc non refert ad ppositum.Si autem diuersimode esset in illis, secundum hoc diuersimode esset pater in filio & filius in patre.¶Et est hic aduertēdū,ꝙ licet in patre persona quæ inest & quasi continetur,non inest aut continetur principaliter ratione totius:sed ratione alicuius quod est ei⁹ sicut dictum est:persona tamen cui inest & quæ quasi continet primo & principaliter ratione totius quod est in eo,non autem ratione alicuius eorum propter quod continēs, secundum ꝙ per se & primo cōtinet, quasi excedit contentū scdm ꝙ primo & per se continetur:& est continens quasi extra contentum:& continet per aliquid qđ differt a contento: & excedens id quo primo & per se continetur.Cōtentum vero econuerso est quasi intra continens,& non continetur primo & per se nisi per aliquid in quo conuenit cum continente,& exceditur ab eo quo primo & per se continet. X

¶Secundum hoc soluitur difficultas summe disturbans intellectum intelligendo patrem esse in filio & filium in patre mutuo . secundum ꝙ dicit Hilarius.iii.de trinita.in principio. Affert plerisꝙ obscuritatem sermo Domini cum dicit,Ego in patre,& pater in me est: & non immerito . natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti huius non capit. Videtur enim nō posse effici vt qđ in altero sit eque idipsum sit extra alterū:& cum necesse sit ea de quibus agitur nō solitaria sibi esse,numerum tñ suū in quo sint cōseruantia,non posse se inuicē cōtinere:vt q aliquid aliud habeat intra se,atꝙ ita maneat,manensꝙ semper exterior,ei vicissim quem intra se habeat,maneat æque semper interior.Hęc quidem sensus hominum non consequitur:nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit.& hoc quia talis modus essendi in,non potest inueniri in creaturis, maxime corporalibus.Sed in diuinis quoquo modo cōsequit̃ intellectus.dicente Hila.libro septimo cap.xxiii. Pater in filio est,et filius in patre deus in deo: nō per duplicem cōuenientium generum coniunctionē(vt patet in vino & amphora)neꝙ per infitiuam capacioris substantiæ naturam(vt patet de vapore in aere)quia per corporalem necessitatem exteriora fieri his quibus continentur interiora nō possunt:sed per natiuitatem viuentis de viuente natura dū res non differt dum naturam dei non degenerat natiuitas:dum non aliud aliquid q̄ ex deo deus nascitur.Ex iam dictis plane patet difficultas dicta.

¶Ad primum ergo:ꝙ in diuinis persona non est in persona secūdum aliquē octo modorum essendi in:Dicendum ꝙ verum est secundum ꝙ iam expositum est . Annumerat enim Aristote.sufficienter modos essendi in, qui in creaturis habent inueniri:a quibus omnibus iste est diuersus:qui in creaturis inueniri non potest: sed solum in substantia increata. Voluit tamē aliqui ꝙ ad aliquem illorum reduci possit:sed hoc diuersimode,inquantum persona habet esse in persona secundum substantiam & secundum relationem.Primo modo dicunt ꝙ quia pater est in filio & econuerso:eo ꝙ substātia patris est in filio & econuerso:substantia habet esse in patre & filio secundum modum quo forma communis habet esse in speciebus . q̄uis enim in diuinis non sit genus aut species,quodlibet tamen diuinum suppositum quasi vnam speciem relationis continet:& deitas inquantum est communis tribus differentibus quasi specie, est quasi forma generis, licet alio & alio modo communitatis,vt tactum est superius & adhuc amplius tangetur.Secundo vero modo dicunt ꝙ quia pater est principium originatiuum filii , & filius principiatum quid & originatum ab eo:idcirco filius est in patre sicut originatum in originante:& pater in filio sicut originans in originato.& reducitur ad illū modum quo aliquid habet esse in primo mouente,aut econuerso. Y Ad pri. principa.

¶Neutrum horum sufficit,nec pertinet ad propositum.Non primum,licet enim pater est in filio & econuerso secundum substantiam:& ita eo ꝙ substantia eademꝙ est in vtroꝙ:non tamen secundum eundem modum filius habet esse in patre & econuerso,quo substantia habet esse in patre & i filio:qa substantia est in persona sicut aliqd quod est de cōstitutione eius:non sic aūt persona in psona:sed sicut continens distinctum in continente distincto. qđ nō potest esse secundum modum quo forma ē in supposito:nec pōt (vt dicit Hila.)exemplū inueniri i creaturis: nec est in eis aliquis modus essendi in,sibi i aliquo quantūcunꝙ remota similitudine,ad quē pōt reduci,vt patet ex iā dictis.Similiter secūdū dictū nihil valet ad propositum.hic enim nō q̃rit̃ de esse vnam personam i altera,nisi inquantum vna existit intima alteri, non autem vt emanans ab ipsa.Vnde licet secun

dum ꝙ vna emanat ab altera, modus essendi vnam in altera reducitur ad modum quo aliquid est in primo mouente: aut econuerso: hoc tamen nihil ad propositum: quia hic quæritur modus quo vnus habet esse in aliquo, vt in coexistente. Vnde etsi in diuinis essent duæ personæ quarum vna non procederet ab alia, vt filius & spiritus sanctus: si procederent a solo patre, propter substantiæ identitatem vna posset dici in altera: sicut modo cum vna procedit ab altera. ¶Ad secundum ꝙ vna persona se habet in semper exeundo ab alia: ergo non habet esse in ipsa vt i coexistente qđ etiam est contra iam dictum: Dicendum ꝙ exitus personæ a persona non est intelligendus per locorum aut naturarum distantiam: sicut intellexerunt hæretici nitentes probare ex hoc diuersitatem naturarum generantis & geniti: sed intelligendus est solūmodo per exeūtis & eius a quo exit distinctionem relatiuam, in eadem tamē substantia absolute. Vt enim ait Hila. vii. de trini. ca. xvii. non per defectionem aut ꝑtensionem aut deriuationem ex deo deus est: sed ex virtute naturę i naturam eandem natiuitate subsistit. secundū ꝙ melius patebit infra circa emanationes personarum Primo modo exire ab, & esse in, sunt dispositiōes contrarię: & non possunt simul conuenire eidem. Secundo autem modo non sunt contrarię: sed simul in eodem necessario: quia qđ generatur, est de indiuidua substantia generantis, separatum nullo modo ab eodem. ¶Ad tertium, ꝙ vna ꝑsona non est in altera ratione substantię: quia rōne substantiæ sunt vnum & idem: & non est esse in, sine distinctione: Dicendum ꝙ bene arguit ꝙ nō ratione solius substantię absq; relatione: sed ratione vtriusq; secundum expositum modum vna persona est in alia. Et qđ arguiť ꝙ non ratione relationis: qa ratione relationis opponunť: & scđm ꝙ habēt oppositionē, poti⁹ hñt ꝑsonę nō esse in inuicē q̄ esse: Dicendum ꝙ verum est principaliter & primo. Si eñ primo & pricipaliter nō essent in inuicē secūdū substantiam, nunq̄ essent in inuicē secundum relationem. Postq̄ tamen pricipaliter sunt i inuicē secundum substātiam, sola substantia sine relatione distinguente non faceret eas esse in inuicē: sed potius idipsum, vt patet ex præhabitis. ¶Ad quartum, ꝙ si pater est in filio, deus est in deo: ergo idē est in seipso: cum non sit nisi vnus deus: Dicendum ꝙ deum esse in deo nos oportet cōfiteri, dicente Hila. vii. de trinitate cap. xvii. Vnum & absolutum & perfectum fidei sacramentum est deum ex deo & deum in deo confiteri, non corporalibus modis, sed virtute naturæ. & cap. xviii. Vnigenit⁹ cū ipse deus sit, tamen etiam per naturæ vnitatem cum eo deus, & per id quod ipse deus est & in eo de⁹ est, habens in se & qđ ipse est & quo ipse subsistit. Vt eñ p Esaiā loquiť, in te est de⁹ & nō est alius deus præter te: & indiuiduam & inseparabilem patris & filii diuinitatē ita prophetauit. Nō tamen oportet confiteri eundem esse in seipso licet non sit nisi vnus deus: quoniam cum hoc bene sunt plures personæ quæ sunt in inuicē. Licet eñ hoc nomen deus significat naturam siue essentiā tantum: & hoc in communi secundum modum quo essentia dicta est communis, supponit tamen ex modo significandi pro suppositis: quēadmodum hoc nomen homo aut animal: nec quo ad hoc est aliqua differētia ex parte essentiæ: licet ibi vnica sit in plurib⁹ siue plurificata. Vnde licet de⁹ sit vnus & idem propter significatum vnum singulare: est tamen bene deus in deo propter suppositū aliud & aliud: non tamen alius deus in alio, nec idem in seipso: sed alius in persona in alio, vt expositum est. ¶Ad quintum: si pater est in filio, & filius in patre, ergo pater est in patre: Dicēdum ꝙ verum est: quia nihil potest esse in contento quin sit in continente. Sed non oportet ꝙ eo modo quo est in contento, sit in continente, nisi sit contentū in prīo continente primo & per se: & similiter secūdum contentum in primo contento: vt si ignis est in cęlo, & in igne aer sicut in loco: ergo & aer est in cælo sicut in loco. Non tamen hoc omnino eodem modo: quoniam ignis est in cælo vt in loco proprio & determinato: aer vero est in cælo vt in loco communi & excedente. Verum est ergo in proposito ꝙ quia filius est in patre & in filio pater, pater est in seipso: non tamen sicut filius est in ipso & sicut ipse est in filio. quoniam filius totus est in patre, & similiter pater totus est in filio per se, licet non primo secundum prædicta: pater autem non est in seipso per se omnino: quia etsi totus sit in seipso, hoc non est secundum totum vt est totus: sed secundum illa quæ sunt eius vt aliquid eius sunt: & ita quasi per accidens. Quemadmodum enim in corporalibus amphora vini qđ est quoddam totum compositum ex amphora & vino, secundum Philosophum. iiii. physicorum, est in seipsa per accidens vt per suas partes: quia scilicet in amphora vini est amphora & similiter vinum vt partes eius: sic in proposito pater inquantum est quoddam totum, scilicet substantia ingenita, cuius secundum nostram rationem intelligendi quasi partes sunt substantia & proprietas quæ est ingenita, est in seipso quasi per accidens: quia scilicet in substantia ingenita est substantia, & similiter ingenita, vt quasi partes eius: et hoc sigillatim. Non enim vnum illoꝝ est in patre primo, et alterum per illud consequēter: sed ambo ęque pricipaliter. propter quod nequaq̄ totus est per se in seipso: sed quasi per accidens solū. Quia vero vnum illorum, vt essentia patris

est in filio per se & primo, & per illam cōsequenter ꝓprietas eius, & per hoc tot⁹ pater: propter hoc aliquo modo per se totus pater est in filio. Et sic licet per aliquid sui sit in filio & in seipso: aliter tamen & aliter. Et cōsimiliter intellige de esse filii in patre & in seipso. ¶ Ad sextum: si filius est in patre, ergo filiatio est in patre &c. Dicendum ꝙ esse in, multum equiuoce accipitur in diuinis cum dicitur filius est in patre, proprietas patris est in filio, essentia filii est in filio, ꝓprietas filii est i filio, proprietas filii est in essentia filii, esse filii est in essentia eius: quia ꝙ filius habet esse in patre, hoc est subsistenter: & similiter ꝙ proprietas filii est in patre: aut substantia filii secundum ꝙ est filii. Sed aliter & aliter filius est subsistenter in patre: filius enim non est in patre vt aliquid eius, sicut substantia & proprietas eius: sed vt subsistens in ipso, quia in ipso est subsistendo. Vt per hoc excludatur latens quaestio in hoc dicto, filius subsistit in patre: quia illa determinatio potest determinare ly subsistit ratione actus essendi: q intelligitur in ipso, tanq̄ materialis in quolibet verbo adiectiuo: vel ratione ꝓprii actus, qui exprimitur per participiū subsistēs. Prio mō dictū illd verū est sub hoc sensu, fili⁹ est in pr̄e subsistēs. Scdo mō falsū sub hoc sensu, fili⁹ ē subsistēs in patre. denotaretur eīn ꝙ filius in subsistendo inniteretur patri quasi fundamento suo in subsistendo: quemadmodum dicitur subsistere in diuina essentia. & sic in primo sensu subsistere in, dicit subsistenter siue substātialiter: in secundo vero fundamentaliter. Et sic cum dicitur filius eē in patre, esse in intelligitur subsistēter. & similiter cū ꝓprietas filii dr̄ esse in pr̄e, qa nō posset tot⁹ fili⁹ eē in pr̄e nisi q̄qd est eius illd esset i patre, vt procedit obiectio, hoc intelligitur subsistenter: sed hoc non quia ipsa in patre subsistit: sed quia est per se in filio subsistente in patre inquantum subsistit in eo. Et non solum proprietas filii: sed etiam sua essentia vt sua est, & habita in ipso sub ratione geniti, est in patre subsistēter: quia est in filio subsistente in patre: licet eadem essentia vt est patris in patre est formaliter: quia est forma quasi cōmunis qua ipse est de⁹: quēadmodū proprietas filii est in filio, & proprietas patris est in patre: licet non per inherentiam vt forma ꝓpria qua fili⁹ est filius: & qua pater est pater. Que quidem proprietas & habet esse in essentia secundum alium modum essendi in. s. fundamentaliter: qa in essentia fundatur proprietas, vt infra habet declarari: & per hoc ꝙ proprietas qua persona subsistit habet fundamētaliter esse in substātia vt cui innititur: ideo & tota persona in seipsa dicitur esse quasi per accidens: sed alio modo q̄ prius, quasi scilicet aliqd ei⁹, vt proprietas est in aliquo qđ est eius vt in substantia illius. & hoc quemadmodū in corporalib⁹ amphora vini dicitur esse i amphora vini: quia vinum qđ est pars eius, est in amphora quae est altera pars eius. Et secundum hūc modum etiam deus essentialiter acceptus dicitur esse i seipso: quia sapientia eius & cetera huiusmodi habent esse in substantia eius. Cū ergo arguit vlteri⁹: si filiatio est in patre, ergo pater est fili⁹: patet aequocatio de esse in. Bene eīn sequeret si esset in ip̄o formaliter sicut est in filio: & sicut paternitas est in pr̄e. Nūc aūt nō est in ipso nisi subsistēter, vt dictū est: & qđ sic est in alio, est in ip̄o vt distinctū & discretū ab ip̄o nō denominās ip̄m. Et cōsilr̄ ē de gn̄ari & de aliis q̄ isunt filio formaliter, & pr̄i isunt subsistēter, vt dictū ē. ¶ Ad septimū, ꝙ opposita & repugnātia p vnū & idē nō possunt esse in eodē: Dicendū ꝙ verū est i creaturis vbi ex eadē ꝓxima radice nō oriunt. Ibi eīn opponunt respectu subiecti. Nō autem illud verum est in deo: quia omnes diuine proprietates ex eadem radice proxima que est essentia oriuntur, & in ipsa radicantur. Propter quod & inquantum relationes sunt, opponuntur respectu obiecti, vt non possint oppositae esse in eodem formaliter. Non tamen opponuntur respectu subiecti in quo radicantur, quin per ipsum possunt inesse eidem, vnum eorum formaliter: alterum vero subsistenter, vt dictum est. ¶ Ad octauum, ꝙ proprietas propria personae non conuenit essentiae: quare nec econuerso: Dicendum ꝙ verum est secundum eundem modum. potest tamen ambobus conuenire secundum alium & alium modum, vt in proposito. Licet enim proprietas non conueniat essentiae vt cuius est formaliter: conuenit tn̄ ei vt cuius ē fundamentaliter. Similiter eē in licet non conueniat persone formaliter denominando id in quo est: bn̄ tamē conuenit ei subsistenter, vt dictum est. ¶ Ad nonum, ꝙ diuerse personae non sunt vna persona: licet vna essentia vna sit & eadem cum ambabus: ergo similiter licet vna essentia insit ambabus: non tamen ex hoc sequitur ꝙ vna earum sit in alia: Dicendum ad hoc ꝙ non est simile: quoniam eē vnum cum alio nullam penitus notat rationem differentiae: sed puram identitatem. vbi enim est maior vnitas, & maior idētitas. Propter quod non sequitur omnino etsi vnum est idē ambobus, ꝙ sint inter se idem: quia ex hoc ꝙ sunt vnum & idem in vno, non habetur ꝙ sint vnum & idem in omnibus. Sed esse in aliquo, necessario ponit aliquam differētiam eius quod inest ab eo cui inest, vt dictum est. Propter quod si aliquid inesset duobus in quo conueniunt, si in illo radicantur ea quibus differunt, necessario ex adiuncto intelligūtur simul inesse quibus differunt: & sic personae tote in totis, vt dictum est. ¶ Ad decimum, ꝙ si persone singulae essent in singulis, hoc po-

D Ad sextū.

E Ad septimum.

F Ad octauum.

G Ad nonū.

H Ad decimum.

neret in diuinis summam personarum confusionē:contra illud Athanasii.Neq; confundentes &c. Dicendum q in diuinis singula sunt in singulis tam in essentialib⁹ q̄ in personalibus:ita vt p oīa(sicut iam dictū est)non solum vnitas in trinitate & trinitas in vnitate, sicut dicit Athanasi⁹:sed etiā trinitas in trinitate.s.ratione personarum,venerāda sit.dicente Augustino.vi.de trini.in fine. In se infinita sunt,& singula sunt in singulis,& omnia in singulis,& singula in omnibus,& oīa in oībus & vnum omnia.Est igitur vnitas substātię veneranda in trinitate psonarū.s.in patre & filio & spiritu sancto:& hoc tanq̄ forma cōmunis in suppositis quorum est forma:& similiter trinitas in vnitate psonarū pr̄is & filii & spūs sancti,in vnitate essentię vt in qua subsistunt:& similiter trinitas in trinitate:& hoc dupliciter:vel vt singuli venerēt in singulis,& hoc sex combinationib⁹: vt.s.pater venerēt i filio & spiritu sancto:& filius in patre & spiritu sancto:& spūs sanctus in patre & filio:vel vt omnes venerentur in singulis & singuli in omnibus, & hoc nouem combinationibus:vt pater filius spiritus sanctus in patre & in filio & in spiritu sancto oēs simul , licet secūdū aliū & aliū modū essendi q̄libet personarū habet esse in seipsa & in alia,vt dictū est.Et licet(vt dictū est)psonæ sunt i psonis,& etiā p hoc psonalia q̄ sunt i psonis,sunt i eisdē in qb⁹ sunt ipsæ psonæ:nō tñ isunt sibiinuicē,vt filiatio nō est in paternitate ppter oppositionē quā habēt iter se. Ipsa tñ essentialia cū hoc q sūt in singulis psonis & earū pprietatibus,insunt etiā sibiinuicē: & hoc absq; oī cōfusione tam in psonalibus,q̄ in essentialibus:quia cum hoc q sibi insunt mutuo,retinēt suas distinctiones personalem & realem personalia,& hoc quēadmodum si duo corpora ponantur simul in eodem loco, gloriosum & nō gloriosum, vtrūq; eoꝝ mutuo est in altero,sed tñ absq; confusione:qa sub eadē distinctione quā haberēt si essent extra se:rationalē vero essentialia. Tūc autem solummodo esset cōfusio si ex eo q insunt amitteretur distinctio iter id qđ inest & cui inest:quēadmodū in chaos confuso secundū Anaxa.nulla erat distinctio carnis ab osse & ligno aut lapide & cęteris hmōi.Qui videt hoc vel aperte vel per speculum in ænigmate(vt dicit Augustinus in fine.vi.de trinita.)gaudeat cognoscēs:deū honoret:& gratias agat.Qui aūt non videt,tendat per pietatem ad videndum nō p cęcitatem ad calumniandum , quoniam vnus est deus licet trinitas: nec confuse accipiendum ex

I Ad vndecimum, quo oīa,per quē oīa,in quo oīa.¶Ad vndecimū:si persona per essentiā eēt i psona,nō esset aliter in illa q̄ ipsa essentia &c.Dicēdū q verū est si p solā substātiā vt est substātia simplr̄,vna psona eēt tota in alia.tūc eñ psona nō esset nisi substātia.Aut si nō tota esset in illa,tūc solū eēt i illa p substātiā q̄si p accidēs & q̄si secūdū ptē:quēadmodū si duo corpa eēnt cōiūcta sub vno capite,vn⁹ illoꝝ q caput vnū haberēt cōmune,esset in altero secundū partē,& non secūdū totū:& ideo q sic esset in altero,ipsum totum non denominaret illum in quo esset:sed solū pars illa per quam esset i illo. Nūc autem quia psona non inest in psona p solam substantiam,licet primo & per se sit i per illam:sed etiam per proprietatem licet ex consequenti, vt dictum est , & per hoc non per substantiam vt substantia est simpliciter:sed specialiter vt est sub proprietate eius cui inest: quæ est alia ratio esse substantiam q̄ sit ratio substantiæ vt est eius cui inest : Filius enim non est in patre per substantiam , nisi quæ est sub ratione siue pprietate geniti: quæ in patre vt est forma ipsum denominans , non est nisi sub ratione ingeniti : non enim pater est sapiens sapientia genita:sed ingenita, vt habitum est supra: Et licet substantia simpliciter considerata vt simpliciter considerata est primaria ratio quare persona ē in persona,quia cōmuniter est in ipsis vt forma communiter denominans ipsas:qa tamen secundum q talis non est proxima & perfecta ratio hmōi:sed solum secundū q est sub ratione proprietatis personæ quæ inest:& secundum hanc rationem non inest vt forma denominās i psona cui inest altera: sed solum vt subsistens in illa, inquantum est aliquid subsistentis in illa sicut dictum est:Idcirco,non alio modo inest persona personæ,q̄ inest ei substantia,per quā inest inquantum est proxima ratio essendi i esse:licet aliter insit iquantum ratio est eius prima.Et potest eē exēplum huius manifestum si ponamus Christum vbi modo sedet ad dexteram patris icludere i manu sua corporaliter hostiam consecratam.hoc enim posito verum est dicere q in manu Christi est tota hostia quo ad sacramentum & rem sacramenti:& econuerso tota manus Christi est in hostia quæ est sacramentum:ita q dimensiones manus Christi per concomitantiam ad substantiam quę est vi transubstātiationis sub dimensionib⁹ hostię,sunt sub dimensionibus hostię:& q ecōuerso dimensiones hostiæ sub dimensionibus manus Christi:hoc clarum est . Ecce quia substantia manus Christi est sub dimensionibus manus primo quodam modo; quēadmodum deitas est in patre sub forma paternitatis in patre:& p transubstantiationem est sub dimensionibus hostię quodā mō:quēadmodum per generationem deitas est in filio sub proprietate filiationis,& concomitatiue per substantiā manus dimensiones man⁹sunt sub dimensionib⁹hostię quodā modo:quēadmodum proprietas paterna per deitatem est in filio:& econuerso:licet non quemadmodum dimēsiones sunt sub di-

mensionibus manus,quia illę non sunt ibi per cōcomitantiā,sicut est proprietas filiationis in patre Propter qđ non est mirum si totus pater est in toto filio,quia ex eo filius est,& econuerso quia ipse ab illo est,vt dicit Hil.Cum videmus ꝙ tota manus Christi est sub dimensionibus hostię per actū trāsubstātiatiōis,& ecōuerso tota dimēsio hostię cū substātia man⁹ & ei⁹ dimēsionib⁹ existētib⁹ sub hostia sub manu Christi tota p actū cōprehēsionis,vt p hoc etiā tota man⁹ Christi scđm substātiā & dimensiones sub speciebus hostię quas continet,continet etiā seipsam totā.vt nulli videaꝛ incōueniens si totus pater continens totū filium in quo continetur totus pater,in filio contento contineat seipsum totum.¶Potest autē ad mediū rationis facilius responderi:Dicendo ꝙ nō semp oportet ꝙ ens in aliquo per aliqđ sit in illo,modo quo illud,quoniā totū bene est per accidens in aliquo vt per suam partē,in quo pars ipā est per se.¶Ad Duodecimū:ꝙ pluribus existētibus in eodē vnū eorum per illud non dicitur esse in altero, ergo nec per vnū existens in pluribus illi dicunꝛ esse in inuicem:Dicendū ꝙ plura existentia in eodem per illud non sunt in sese iam:quia illud vnū non est aliquid essentialiter vtriusqꝫ.Si tñ non esset de essentia vtriusqꝫ, per illud vnū illi in quo est, essent quodāmodo in sese:vt dictum est de corporibus iunctis in vno capite.Et sic in proposito,quia vnū quod est in diuersis personis,est aliquid vtriqꝫ,per illud necessario sunt in sese, & etiam scđm totū per concomitantiā proprietatū,vt dictū est.¶Ad Decimūtertiū:qđ in diuinis est in alio,& non est idē illi,facit compositionem:Dicendū ꝙ æquiuocatur esse in.qđ eñ est in alio fundamētaliter siue radicaliter & non subsistenter,si non esset idē cum illo,poneret cōpositionē,vt patet de proprietate & substantia,& hoc quia non distinguunꝛ relatiue inter se. Propter qđ si non essent idē, oporteret ꝙ hoc faceret diuersitatē realem absolute,nō ratione tantū,& talis diuersitas necessario poneret cōpositionē realē. Qđ vero inest subsistenter,quia inest vt manens distinctū,sicut dictū est scđm Hil. tale bene est in,non tñ idē propter relatiuā distinctionē, & hoc absqꝫ aliqua compositione: quia diuersitas relatiuarū proprietatū in eadē substātia nō facit cōpositionē:quare neqꝫ in subsistentib⁹ in illa.¶Ad Decimūquartū:quicquid est in deo deus est,ergo quicquid est in patre pater est: Dicēdū ꝙ non est simile,quia deus nomen est essentię,licet supponat pro persona. Et propterea quia a diuina essentia nihil differt in diuinis nisi sola ratione siue sit essentiale siue personale: idcirco quicquid est in deo deus est, quemadmodum quicquid est in ente ens est. vt sicut propterea ens non potest esse genus ad diuersa entia differentia specie, sic deus non potest esse genus ad diuersas personas q̄ relationibus diuersis quasi secundū speciem distinguunꝛ.Paternitas eñ in creaturis,est relatio suppositiōis,& filiatio suppositiōis:& illa fundaꝛ in potētia actiua,ista in potētia passiua.Pater aūt & psonā significat,& ꝑ psona supponit. Et ꝑpterea q̄a a psona aliqs differt in diuinis plusq̄ sola rōne, q̄ tñ potest esse in ipso scđm pręedeterminatū modum:idcirco non quicquid est in patre pater est, licet q̄cquid sit in deo de⁹ est.¶Ad Decimūquintū ꝙ personę diuinę non insunt sibi eodē modo. q̄a pater est in filio,q̄a ex ipso est fili⁹,& fili⁹ in patre,q̄a ipē est a patre:q̄ sunt modi oino diuersi: Dicēdū ſm pdicta ꝙ hęc non est tota causa essendi psonas diuinas in se.Propter qđ pręmisit ibi Hil.Ali⁹ in alio,quia non aliud in vtroqꝫ.quia eñ nō aliud est in alio,sed vna eademqꝫ substantia singularis hęc est ratio inchoatiua quare vna tota persona est in tota persona alia. Propter qđ in creaturis licet a patre est filius,non tñ in filio pater est:& licet fili⁹ sit a patre,nō tñ in patre filius est, quia alia & alia substātia est in vtroqꝫ.Vnde si essent plures dii diuersi secundū substantiā,vbi esset vnus nequaq̄ esset alter,scđm Dama.i.sententiarū.ca.v. & sic non est vnus in altero. Causa autem siue ratio illius cōpletiua est quia alius est ab alio:quę si non esset,non esset vnus in alio sed penitus idem vt dictū est:quia relatiuis ꝑprietatib⁹ nō distinguerenꝛ:nisi si p impossibile in eadē singulari substātia deitatis ponantur plures ingeniti,quorū vnus non est ab altero.Tunc eñ vnus necessario esset in altero totus,q̄a subsistēter in substātia simplici:& in nullo posset esse substātia,q̄n in ipō esset q̄libet ꝑprietas fundata in ipā,vt dictū est.Vnde Hil.supposito ꝙ nō possint plures subsistere in eadē substātia singulari simplici distīcti ꝑprietatib⁹ nisi vn⁹ esset ab altero:ideo hoc totū īsinuādo dixit, Pater in filio,q̄a ex eo fili⁹.hoc est,q̄a est in ipō p ꝑprietatē,q̄ ab ipō habet esse fili⁹.Et ecōuerso fili⁹ in patre,q̄a est a pře.hoc est q̄a in ipso est p ꝑprietatē qua est ex ipō.vt sic quātū est ex pte substātię insunt sibi ſm idē:quātū vero est ex parte ꝑprietatū insunt sibi nō ſm idē,ꝑpter qđ insunt vt subsistēs in subsistēte.Nec obstat alietas relatiuarū ꝑprietatū secundū quas insunt,vniformitati essendi in,quia ambo sunt in per idē,scilicet per cōmunē essentiā prout pręedictū est:p quā modo eodem filiatio qua filius subsistit in patre,est in patre subsistente & continente in se filiū, & filiationem in filio:vt scilicet fundaꝛ in essentia:& cōsimiliter paternitas qua pater subsistit in filio, est in filio subsistente & continente patrē in se & paternitatē in ipso, per hoc ꝙ fundatur in eadē essentia diuina secūdū modum pdeterminatū. Nec etiam obest isti vniformitati ꝙ pater alio modo habet deitatis

K Ad.XII.
L Ad.XIII.
M Ad.XIIII.
N Ad.XV.

essentiam, quia a se non ab alio: filius autem nō habet eam nisi ab alio vt a patre. Alia enim est ratio eius qđ est habere ab, & habere in. Filius enim licet non habet vitam a semetipso sicut habet eā pater: sed a patre: sicut tamen pater habet vitam in semetipso: sic filius habet vitam in semetipso: licet hoc dedit ei pater, vt dicitur Ioannis. v. Filius enim per se viuit formaliter: licet non a se principiatiue. Et sic q̄q̄ secundum aliam proprietatem pater est in filio & filius in patre, & alio modo substantia communis habita est in patre & alio modo in filio, vt propterea dicat Hila. Pater in filio, quia ab eo filius: & filius in patre, quia ipse est ex patre: vniformiter tamen & vno atq; eodem modo pater habet esse in filio & filius in patre: & per consequens singulæ personæ in singulis, & omnes in singulis, & singulę in omnibus, secundum iam expositum modū.

O Ad oppo. ¶ Ratio & auctoritates in oppositū adductę concedendæ sunt: & patet ex dictis quomodo ratio veritatem concludit auctoritatis: & quomodo veritas auctoritatis intelligenda est.

P Art. LIIII.

Sequitur Art. LIIII. de modo emanandi vnam personam ab alia. Et circa hoc quæruntur. x. Quorum

Primum est: vtrum in diuinis sit ponere aliquam personam quæ non sit ab alia emanans.

Secundum: vtrū persona non emanans ab alia in diuinis, sit tm̄ vnica.

Tertium: vtrum ab illa persona in diuinis quæ nō emanat ab alia, emanet aliqua alia.

Quartum: vtrum ab illa persona quæ in diuinis non est ab alia, emanent plures aliæ q̄ vna.

Quintum: vtrum personæ duæ quæ emanant ab illa quæ non est ab alia, emanent ab ea ęque primo principaliter & immediate.

Sextum: vtrum personarum emanantium ab illa quæ non est ab alia, vna earum emanet a reliqua.

Septimum: vtrum persona quæ communiter emanat ab illa quæ non est ab alia, & ab illa quæ est ab alia, vt spiritus sanctus a patre & filio: emanet ab eis æque primo principaliter & eodem modo.

Octauum: vtrum a qualibet dictarum trium personarum emanet aliqua alia.

Nonum: vtrum actus emanationum notionales generandi & spirandi sunt quædam intelligere & velle, siue quidam actus intelligendi & volendi.

Decimum: vtrum emanationes actuum notionalium generandi & spirandi fundentur in actib⁹ essentialibus intelligendi & volendi, quasi præsupponentes illos.

A Quęst. i. Arg. 1.

Circa primū arguitur: q in diuinis non sit ponere personā aliquā q̄ nō sit ab alia. Primo sic. Persona q̄ non habet esse ab alia, nec quo ad esse, nec quo ad esse psonam seipsa sola est & subsistit. Sed quæ sola seipsa est & subsistit, absolute est & subsistit: quia solum excludit oē adminiculum alterius, ergo &c. ¶ Secūdo sic. qđ ē necesse esse, est tātum vnicum. qđ non est ab alio est necesse esse, ergo qđ non est ab alio est tantū vnicum. Si ergo in diuinis est persona quæ non est ab alia, in diuinis persona est tm̄ vnica. hoc aūt falsum est, ergo & illud ex quo sequitur. s. q i diuinis est persona q̄ nō est ab alia.

In opposi. ¶ In contrarium est, qm̄ si in diuinis nō est psona q̄ non est ab alia nō eēt psona i diuinis oīno: qa nō eēt pria in q̄ ē origo: sed semp vna eēt ab alia pcedēte in infinitū & si non esset primū, nō esset aliquid eorum quę sunt post. secundū Philosophum in secundo meta.

B Responsio ¶ Dicēdum ad hoc: q iuxta dictū Ricar. v. de trinitate ca. iii. in principio, illud qđ dictum est supra de esse dei quo ad diuinam substantiam, scilicet q necesse est ponere in ordine rerum vniuersi aliquam substantiā quæ est de⁹, esse ex seipsa & non ab alia: Similiter dici debet de esse dei quo ad diuinam personam. s. q in ordine diuinarum personarum necesse sit ponere aliquam personam diuinam quæ habeat esse a semetipsa non ab alia. Nā (vt dicit ibidem) si ista persona esset ab illa: & illa ab alia: & sic de cęteris: huiusmodi concatenationis productio absq; dubio in īfinitū pcederet. Intellige, nisi ponamus circulum in emanatione. Sed tunc sequeretur q eadē persona emanaret a seipsa: quod est inconueniens. dicente Anselmo. Nec intellectus capit, nec natura permittit illum qui de alio est, esse illum de quo est. Ne igitur numerū diuinarū personarum in infinitū extendamus, oportet proculdubio vt cōcedamus q aliqua persona ex semetipsa existat & aliunde

C originem non trahat. Sed istam deductionem pręcedit ratio quā Ricar. inducit lib. primo cap. vi. vsq ad cap. xii. de diuina substantia, applicando ad personas sic. Vniuersaliter oē esse triplici distinguitur ratione. Erit enim ab æterno & a semetipso: aut econtrario nec ab æterno nec a semetipso: aut iter hæc duo ab æterno q non tamen a seipso. Nam illud quartum qđ huic tertio mēbro vide

tur ecõtrario respõdere,nullo modo ipsa natura patitur esse.nihil em̃ potest esse a semetipso qđ nõ sit ab ęterno.quãdiu ei nihil fuit,omnino nihil potuit:nec sibi ergo nec alteri dedit vt esset. Sed ex illo qđ nõ est ex seipso siue ab ęterno siue non ab ęterno ratiocinãdo colligitur illud esse qđ est a semetipso,& eo ipso etiã ab ęterno.Nam si nihil a semetipso fuisset,nõ esset oĩno vnde ea existere possent quę suum esse a semetipsis non habent,siue ab ęterno siue nõ ab ęterno:& tunc quidem nulla erit origo & procederetur in infinitũ,vt iam dictum est:secundũ ꝙ processit vltimum argumẽtum. Et per hunc modũ ad huius quęstionis determinationẽ possunt adduci fere oẽs rationes superius adductę ad probandũ aliquam substantiã esse quę deus est,& primã in ordine vniuersi,quę necessario a seipsa habet esse non ab alia,& quę est omniũ aliarum origo in se & a se,primo continens,& quasi pręambiens cuncta quę ad absolutũ esse deitatis pertinẽt: & similiter id qđ pertinet ad rationem personalitatis suæ,& a quo habent quicquid in se habent,oẽs res alię,siue sint diuinæ personæ siue creaturę,vt habitũ est supra,& iam amplius habebitur infra.Et hęc est persona illa quę ingenita siue innascibilis dicitur esse in diuinis.

¶Ad illud ergo qđ arguitur primo in contrariũ,ꝙ persona quæ nõ habet esse ab alia,seipsa sola est & subsistit:Dicendũ ꝙ verũ est formaliter licet nõ effectiue,vel(vt magis ꝓprie, licet nõ vsitate loquar)ꝓductiue.Productiue em̃ ꝑsona q̃ nõ est ab,nec a se nec ab alio habet esse ꝓductiue,sicut nec ipsa diuina essentia,secundũ ꝙ superius hoc circa esse dei declaratum est de diuina essentia:& eędem declarationes hic applicari possunt(vt patet inspicienti)ad diuinã personam. D Ad primũ principale

¶Et cum assumitur in argumẽto:qđ seipso solo est & subsistit,absolute subsistit: Dicendũ ꝙ nõ est verum. quia aliquid potest seipso solo formaliter ita ꝙ a nullo principiatiue esse & subsistere dupliciter. Vno modo ꝙ sicut a nullo alio habet esse & subsistere,sic nec in ordine essẽtiali & naturali ad vllum habeat esse & subsistere.& quod tale est,reuera non nisi absolute habet esse & subsistere. Sed sic in diuinis nihil habet esse nisi diuina essentia,& quę essentialiter pertinent ad ipsam.nihil etiam omnino sic habet in diuinis subsistere,vt iam habitũ est supra. Alio vero modo ꝙ licet a nullo alio habet esse & subsistere:tñ non est nec subsistit nisi in ordine ad aliũ,& qđ tale est,nõ nisi relatiue habet esse & subsistere.& hoc modo persona quę in diuinis non habet esse ab alia, licet a seipsa sola, vt dictum est,habet esse ꝑsonaliter & subsistere:hoc tñ nõ cõuenit ei nisi in ordine ad aliũ q ab ipso habet esse & subsistere,vt iã ampli⁹ declarabit̃. ¶Ad secundũ:ꝙ illud qđ est necesse esse,est tantũ vnicũ &c. Dicẽdũ ꝙ hęc est distinguẽda,qđ est necesse esse est tm̃ vnicũ,ex ꝑte ei⁹ qđ est vnicũ,qa põt teneri essentialiter vel ꝑsonaliter.Siue em̃ ly qđ,teneat̃ essentialiter siue ꝑsonaliter, si ly vnicũ tenet̃ essentialiter:vera est sub hoc sensu.s.ꝙ cui,siue fuerit essentia siue ꝑsona,cõuenit necesse eẽ,ipm̃ est vnicũ in diuina essentia.Si vero ly vnicũ teneatur personaliter,falsa est sub hoc sensu:cui conuenit necesse esse siue fuerit essentia siue ꝑsona,ipsum est vnicũ in ꝑsona.Et qđ assumit̃: qđ nõ est ab alio, est necesse esse:verũ est vniuersaliter de eo qđ non est ab alio effectiue,& solũ tale.Nihil em̃ factum ab alio siue creatũ est necesse esse.Nõ solũ aũt qđ non est ab alio principiatiue,est necesse esse:vt ꝑsona ingenita siue etiã diuina essentia:sed etiam qđ est ab alio personaliter,vt persona filii & spũs sc̃i Cum ergo cõcludit̃,ergo qđ non est ab alio,est tantũ vnicum:verũ est essentialiter,quia non est nisi vnus deus.Sumẽdo vero vnicũ personaliter,sic duplicẽ causam habet veritatis:quia aut tm̃ vnicũ in sua ꝑsonalitate,sic est vera accipiendo nõ ab alio principiatiue.In diuinis em̃ nõ est nisi vnica ꝑsona quę non est ab alia,vt declarabit sequens quęstio. Aut tãtum vnicũ in ꝑsonalitate simpliciter: sic est falsa,siue non ab alio sumat̃ principiatiue siue effectiue:quia ponit tantũ vnicã personã in diuinis esse,vt ꝓcedit vlterior cõclusio falsa ex falsis.scđm em̃ ꝙ ꝓmissę verę sunt, nequaq̃ sequit̃:& maxime nõ ex illa ꝙ in diuinis sit persona q̃ non est ab alia:sed poti⁹ ex illa maiore,qđ est necesse eẽ est tantũ vnicũ,in falso eius sensu sumendo ly vnicũ personaliter:& ex illa prima cõclusione, ergo quod non est ab alio,est tantum vnicum:sumendo ly vnicum pro vnico in personalitate simpliciter vt patet inspicienti. E F G Ad scđm. H

Irca secundũ arguitur ꝙ ꝑsona non emanãs ab alia in diuinis non sit tantũ vnica.Primo sic.productio oĩs sicut requirit terminũ ad quem sit,sic requirit terminum a quo.ergo & diuersę productiones sicut requirunt diuersos terminos ad quẽ,vt generatio & spiratio in diuinis duas ꝑsonas q̃ habent esse ab alio,filiũ.s. & spiritũ sanctũ:consimiliter ergo requirunt duos terminos a quo.sicut est vna persona innascibilis q̃ a nulla habet esse,& a qua est actus generandi:sic similiter est alia persona q̃ a nulla habet esse,a qua est actus spirandi.& sic sunt duę personę in diuinis ad minus quę non sunt ab alia. ¶Secundo sic ꝙ in diuinis non sit tantũ vnica persona quę est ab alia,sed ꝙ sint plures.qđ est dignitatis & perfectionis diuinę naturæ,ponendum est in di I Quest.ii. Arg.i. a

tinis.sed nõ minoris dignitatis est & pfectionis in diuinis q psona nõ sit ab alia,q̃ q sit ab alia:imo potius maioris,vt iam infra patebit.ergo cũ illud qd est dignius & pfectius,potius debet poni i diuinis:cũ ergo in deo necesse sit ponere plures psonas q̃ sũt ab alia,cõsilr necesse est ponere plures p
In oppo.1 sonas q̃ nõ sunt ab alia:& sic plures innascibilitates.¶Cõtra.si in diuinis essent plures psonæ nõ ab alia:cũ q̃libet psona q̃ nõ est ab alia,est inascibilis:essent ergo in diuinis plures inascibiles & silr plures inascibilitates.quare cũ illę nõ eẽnt nisi vni⁹ rõnis,& cõueniẽtes specie,nũero aũt solo differẽtes & diuina eẽntia ẽ vna natura singularis:i vna ergo natura singulari essent plures ꝓprietates eiusdem rõnis & speciei.hoc autem ẽ impossibile,siue fuerint absolutę siue relatiuę,vt patet in creatu-
2 ris.ergo &c.¶Item persona quæ in diuinis non est ab alia, est principium primum omnium alioꝝ. ergo duo essent principia prima si essent duæ personæ non ab alia in diuinis.consequens falsum est & impossibile,secundum superius determinata circa vnitatem dei.ergo &c.

K Responsio ¶Dicendum ad hoc:q non ab alio esse in diuinis secundum Ricar.v.de trinitate cap.iii.incõmunicabile est,nec potest pluribus conuenire.Qd probat Ricar.ibidem cap.4.ex ratione potentiæ principiandi alia a se:quia cum tale sit potens p essentiam non per participationẽ, habet ipsius posse plenitudinem:quare habet in se omne posse: quare & ex ipsa est omne posse & omẽ aliud esse & omnis alia persona:& sic oportet q sit sola talis. Huius alia ratio est assignata ex natura relationis,q̃ plurificat psonas in diuinis,in.vi.Qdlibeto. Vnde sicut secũdũ illud qd supra determinatum est de vnitate dei,debet poni q in vniuerso nõ sint plures q̃ vn⁹ deus: cõsimiliter poni debet hic q non sit possibile ponere in deo plures q̃ vnam personam quæ non est ab alia. Et fere illę eędem rationes per quas ibi declaratũ est q non sit possibile ponere plures deos,possunt hic adduci ad ꝓbandum q non sit possibile ponere in diuinis plures psonas q̃ nõ sunt ab alia,vt plures inascibiles.quoniam si essent plures,necessario haberent plures innascibilitates:q̃ necessario sunt in alia & alia substantia deitatis.Propter qđ egregie dixit beat⁹ Hila.in libro de synodis.Qui confitet̃ in diuinis duos inascibiles,cõfitet̃ duos deos.vnũ eñ deũ pdicari,natura vni⁹ inascibilis dei exigit.

L Ad pri. princip. ¶Ad primum in oppositum:q sicut productio omnis requirit terminum ad quẽ sic & terminũ a quo:hoc verum est:quia sicut non potest esse sine vno illorum,sic nec sine alio. Nõ tamen sequitur vlterius forma argumẽtandi:q sicut reqrit plures & diuersos terminos ad quẽ, sic & plures atq diuersos terminos a quo.imo est fallacia figurę dictiõis cõmutãdo quid in quo.Nec etiam sequitur ex ratione materię:quia maior distinctio requiritur in principiatis q̃ in principiante:eo q ab vnitate nata est procedere omnis multitudo & reduci in ipsam,vt habitum est supra de vnitate dei. Vnde licet sint plures psonæ ad quas terminãtur emanationes diuersę,vt iam infra videbit̃:põt tñ esse vna psona a q̃ plures,& in ipsa plures rõnes pricipiãdi simul,vt iã videbit̃.
M Ad scdm. ¶Ad secundum,q plures esse personas in deo quæ sunt ab alia, est de dignitate & perfectione diuinæ naturæ,vt iam videbitur:bene verum est.& similiter bene verũ est q non est minoris pfectiõis in diuinis,q psona sit non ab alia. Nõ tamen sequitur q sit pfectionis in diuinis plures personas eẽ nõ ab alia:sicut est pfectiõis plures esse ab alia.imo peccat forma argumenti secũdũ fallaciã figurę dictiõis commutãdo quale in quot.ac si sic argueretur. Sicut est in diuinis perfectiõis & dignitatis personam esse ab alia:sic & dignitatis & pfectionis psonam in diuinis non esse ab alia.ergo sicut dignitatis & perfectionis est plures esse ab alia:sic dignitatis atq perfectionis est plures non esse ab alia.quod non est verum:sicut nec dignitatis aut perfectionis esset in diuinis diuinam substantiam posse plurificari in plures deos.Immo quod dignitatis & perfectiõis est ex parte principiantis non oportet q sit dignitatis atq pfectionis ex parte principiati:propterea quia licet non sit nisi vna dignitas atq pfectio in diuinis:tñ est alia ratio eius vt est in pricipio,alia vt est in principiato.semper eñ aliqd in pricipio sub rõne maioris vnitatis vel ęqualis natum est esse q̃ in principiato.

N Quęst.iii. Arg.1. Irca tertiũ arguit̃:q in diuinis ab illa psona q̃ nõ est emanãs ab alia,nõ emanat aliq̃ alia.prio sic.necesse esse(vt habitũ est supra in q̃stiõib⁹ de vnitate dei)nõ cõuenit nisi vni soli:nec põt plurificari.quare cũ nihil sit in deo qn sit necesse eẽ,nõ est ergo magis rõ ei⁹ qđ ẽ necesse eẽ in deo ex pte essentię,q̃ ex pte psonę.cũ ergo de ratione essentiæ in deo est q ipsa diuina essentia plurificari non possit vt emanet ab ipsa alia essentia diuina:quia est in se quoddam necesse esse,vt habitum est supra:similiter & de ratione personæ q̃ non est ab alia in deo,est q ipsa persona q̃
2 non est ab alia,plurificari non possit vt emanet ab ipsa alia persona diuina.ergo &c.¶Secũdo sic.vt dictum est ibidem,impossibile est idem esse necesse esse a se & ab alio.quare cũ in diuinis nõ sit persona quę non sit necesse esse a se:quia tunc ex se posset esse & nõ esse:ergo nõ est in diuinis persona

quæ habet esse ab alia.¶Tertio sic.si a persona quæ in diuinis nõ est ab alia,emanet alia persona,cũ 3
ipsa sit deus,& ab ipa non emanet alia nisi per productionẽ intra manentem,quia ꝑductione trans
eunte extra emanant creaturę,de qua non est hic sermo : illa ergo persona quæ emanat ab alia aut
est deus aut non est deus.sed neutrum est ponere,ergo &c.Non ꝙ non sit deus:cum productio di
uina nihil ꝑducit nisi in ipsa diuina substantia.In diuina aũt substãtia nihil põt ꝑduci,nisi qui deꝰ
est.Non ꝙ est deus:quia tunc deus produceret deum,ergo aut se deum, aut alium a se deũ. Non
se deum,quia nulla res seipsam producit.dicẽte Augustino.i.de Trinita.cap.i.Nulla res est quę se-
ipsam gignit vt sit.& per eandem rationẽ neq; alia aliqua actione ꝑducit vt sit.Non similiter aliũ
a se deum,quia sic non tantũ est vnus deus,qđ falsum est secundũ supra determinata.¶Item si deꝰ 4
producit deum,aut ergo producit deum qui est deus pater,aut qui nõ est deus pater. Si secundo
modo ergo ille qui productus est,deus est,qui non est deus pater:non est ergo vt prius tantũ vnus
deus.Si primo modo:ergo producit seipsum:quod est impossibile.ergo &c.¶Item si persona q̃ non 5
emanat ab alia,producit deũ,aut ergo qa est deus,aut quia est innascibilis & non ab alia producta.
Non quia deus:quia cũ deus(vt dictũ est)non ꝑducit nisi deũ:eadẽ ratione ille ꝑductus deũ ꝑdu
ceret:& ille ꝑductus similiter:& essent ꝑsonæ diuinæ infinitę.Nõ qa innascibilis,qa tũc innascibilẽ
ꝑduceret:quia ꝑductio diuina est perfectissima: cuius nõ est nisi sibi simillimũ ꝑducere. ¶Itẽ verũ 6
in diuinis est necessarium,quia in deo nihil est cõtingens.si ergo hęc est vera,deus generat deũ,ipsa
est necessaria:quia negatiua sibi respondens est impossibilis,deus nõ generat deũ.hoc aũt falsum est
quia sicut illa deus generat deum,est vera pro persona solius patris,& ista,deus nõ generat, ꝑ per
sona filii & spiritus sancti. ¶Item si deus produceret deum,cum producere & produci relationes 7
distinguentes in diuinis importãt circa terminos suos,deus ergo esset distinctus a deo: hoc autem
falsum est.ergo &c.¶Itẽ si deus ꝑduceret deũ, aut ergo voluntate libera,aut natura,aut necessita 8
te,quia plures non sunt modi agendi.Nõ natura aut necessitate,quia deus cum sit agens potentis
simum,perfecte dominatur suę actioni:hoc autem solum conuenit agenti libere & voluntarie non
naturaliter aut necessario.Similiter non voluntate,quia actio productionis personæ in diuinis nõ
potest non esse,quia in ęternis nõ differunt esse & posse.talis actio est necessaria necessitate naturæ:
quare non voluntaria,quia voluntas & natura sunt ex opposito distincta,vt habetur.vii. Metaphy
sicę.¶Item si deus producat deum,aut ergo de nihilo aut de sua substantia aut de aliqua substan- 9
tia aliena,non de nihilo,quia tunc productio personæ diuinæ creatio esset,& esset ipsa persona pro
ducta creatura non deus.non de sua substantia,quoniam id de quo aliquid generatur est in potẽ-
tia ad illud:& per agens exiret in actum.substantia diuina quæ est substantia patris, cum sit pura
forma purus actus est, & ita ad nihil est in potentia, ergo &c. Non de substantia aliena, quia non
D licet non eodem modo: vt iam declaratum est hic. ¶ Qz vero adducebatur ꝙ deus nõ producit deum voluntate siue voluntarie: quia productio talis non potest nõ esse: Potest responderi modo iam dicto distinguendo de voluntate penes diuersum modũ quo voluntas cõcurrit ad actũ generandi & spirãdi, econtrario tamẽ natura. Penes hoc eñ accipit quædã distinctio magistralis, ꝙ est quedã voluntas antecedẽs, quedã vero cõcomitãs: prima in spiratione, scd̃a vero in generatiõe. Sed heretici Eunomiani (vt dicit Augu. xv. de trini. ca. xx.) cum nõ potuerũt intelligere, nec credere voluerũt dei filiũ esse natura genitũ: filiũ voluntatis dixerũt eũ esse, volentes asserere antecedẽtẽ volũtatẽ, qua scilicet vt pricipio elicitiuo gigneret filiũ. Propter qd̃ Magister. vi. distin. ca. vi. appellat eã efficientẽ, & non solũ antecedentẽ ordine vt principium principiatũ: sed tẽpore: intelligẽdo voluntatẽ illã nõ solũ antecedentẽ originaliter: sed etiã antecedentẽ de nouo aut ipsi volenti, sicut nos aliqñ volumus qd̃ antea nõ volebamus: aut ipsi operi siue rei operatę, sicut deus voluit aliqñ creaturã de nouo ꝓducere quã antea ꝓducere noluit. Qd̃ dixerunt: vt ostenderẽt filiũ dei esse creaturã. Cõtra quos dicit Augu. sup epistolã ad Ephesios super illud ca. i. Prędestinauit nos. De dño nostro Iesu Christo dictũ ẽ: quia cũ patre semp fuit, & nũq̃ eũ vt esset volũtas paterna p̃cessit. ¶ Ad sequẽs: si deus ꝓducit deũ, ergo de aliquo, aut nihilo &c. Dicendũ ꝙ nõ de nihilo, sed de aliquo, nec de substãtia aliena, sed de substãtia producẽtis. De aliquo oportet poni esse ꝓductũ omne qd̃ ꝓducit in diuinis. De nihilo autem non potest dici ꝓductum qd̃ in diuinis ꝓducit. Qm̃ ly nihil cũ dicit aliquid esse de nihilo, scd̃m Ansel. mon. c. viii. tripliciter accipit. Vno modo negatiue: sicut esse de nihilo dicit id qd̃ omnino nõ habet esse. secundũ ꝙ tacẽs dicit loqui de nihilo. Hoc igit modo nihil existẽs siue in deo siue in creaturis põt dici esse de nihilo, neqꝫ oĩno id qd̃ habet esse, siue sit ꝓductum, siue non. Contradictio eñ includeret. s. ꝙ haberet eẽ & nõ esset. & ideo isto mõ neqꝫ in diuinis neqꝫ in creaturis põt aliquid dici esse ꝓductũ de nihilo. Secũdo mõ dicit aliquid de nihilo: qa nõ est aliqd de quo põt dici eẽ. scd̃m ꝙ id dr̃ de nihilo, qd̃ habet causam sui eẽ. sic pr̃ i diuinis põt dici eẽ de nihilo: vel ipsa eẽntia diuina: qa nõ habet principiũ aut causam sui esse. sed tunc illa ꝓpositio de, includit sub negatiõe: vt idẽ sit dictu eẽ de nihilo qd̃ nõ esse de aliquo. Et ideo isto mõ nihil ꝓductũ põt dici ꝓductũ de nihilo in diuinis: qa oĩe ꝓductũ in diuinis habet aliquid de quo ẽ & principiatiue, & q̄si materialiter: vt iã videbit. Sed iste modus dicẽdi aliqd eẽ de nihilo, nõ debet vsitari i diuinis: qa s̃m vsũ cõem nõ solũ p̃tẽdit negationẽ eẽndi qd nõ ab alio: sed negationẽ essendi simplr̃. Vñ dicit Ansel. moñ. c. vi. Licet sũma eẽntia nõ sit ꝑ aliqd̃ efficiẽs aut ex aliq̃ materia, nõ tñ per nihil atqꝫ ex nihilo, quia ꝑ seipam & ex seipsa est quicquid est. Sic & pater ex seipso & ꝑ seipsum est quicquid est, nõ ex nihilo. Et ita istis duob⁹ modis dicit ly de nihilo negatiue. Tertio modo dicit de nihilo positiue, & hoc dupliciter. Vno modo, q̄si materialiter: vt nihil ingrediat materiã rei subiectã, sicut ferrum ingreditur substãtiã cultelli qui est de ferro. Sic iterũ nihil fit de nihilo: quia nihil nullius habet esse aliquid. Alio modo originaliter: quia eius substãtia habet esse post nõ esse. & sic sola creatura habet esse ex nihilo: non autẽ aliquid productũ in diuinis: quia nihil est ibi nisi ꝑpetuum: vt infra dicet. De aliena autẽ substãtia ex nihilo tñ cõcreata, dicebant heretici esse ꝓductum quicquid i diuinis ꝓducit. Vnde & dicebãt nihil produci a deo, nisi qd̃ esset creatura, & alterius substãtię q̃ diuinę, & esse ꝓductum post ꝓducentẽ: & dicebãt filiũ creaturã nobilissimã a deo creatã. dicẽte Hila. in principio. iiii. de triñ. Aiunt heretici filium nõ ex patre natũ: neqꝫ deum ex natura: sed ex cõstitutione esse: quia sicut plures dei filii ita & hic filius sit: sicut plures dii sunt, ita & hic deus sit: indulgẽtiore tamẽ in eo & adoptiõis & nũcupationis affectu: vt & prę cęteris sit adoptatus, & adoptiuis sit maior, & excellẽtius cũ c̃tis naturis creat⁹: & creaturis ipse cęteris p̄stet, & ex nihilo vt cętera i ęterni illi⁹ creatoris sui imagine cõstitisse, verbo videlicet de nõ extantibus iussum esse subsistere, deo potente similitudinem sui ex nihilo coaptare. Et dicit hoc contra Arrianos, qui filium dicebãt creaturã spiritualẽ nobilissimã ante alias creatam, & in virgine naturã humanã accepisse. Photinus vero dixit, ꝙ initiũ accepit in virgine cũ carnẽ assumpsit: & ambo dicebãt spm̃ sanctũ creaturã nobilissimã post filiũ: & ambos dicebãt a deo dignitate gr̃ę deificatos: & ideo vtrũqꝫ dici deũ i sacra scriptura. Sed q sic dicũt (vt dicit Ambro. i. de trini.) negãt filiũ diuinitate vnũ cum patre esse. Deleãt ergo euangeliũ: deleant vocem Christi. Ipse enim dicit. Ego & pater vnũ sumus. Eos qui dicũt, erat qñ nõ erat, & anteq̃ nasceret nõ erat, & q ex nihilo factũ aut ex alia substantia, anathematizat catholica & ap̄lica ecclesia. Vñ ad hmõi errorẽ improbãdũ ex textu scripturę poti⁹ q̃ ex vi ratiõis naturalis, inuigilat vt plurimũ disputatio de trinitate Ambrosii & Hila. &

aliorũ catholicorũ:vt patet inspicienti libros ipsorũ. Vnde quia ita fit ex dictis sacrę scripturę q̃ eorũ disputatiõib⁹ sunt declarata,tenere debem⁹:& quõ ĩtelligere possum⁹ q̄ de⁹ deũ de substãtia sua pducat,ĩuestigare debem⁹. Sed(vt dicit Hila.i.de trin.)de natura dei & natiuitate,siue (vt largi⁹ loquar)de pcessione tractãtes exẽpla afferem⁹:qa ĩtelligẽtię nrę infirmitas cogit species quasdã ex inferiorib⁹ tanq̃ superiorũ indices q̃rere:vt rerũ familiariũ cõsuetudine admonẽte, ex sensus nostri cõscientia ad insoliti sensus opinionem educeremur. ¶Est ergo sciendũ q̄ in exemplo pductionis naturalis est inuenire ea quib⁹ vti possumus ad intentũ nostrũ circa pductionẽ diuinã. Est enim in pductiõe cõsiderare tria quodãmodo re differẽtia.s.subiectã materiã q̃ est in potẽtia ad formã,& ipam formã quã agẽs deducit i actũ de potẽtia materię,& cõpositũ cõstitutum in esse ex vtroq̄,qd est p se terminus pductionis naturalis. His trib⁹ differẽtib⁹ in pductione creaturę scdm rem, est inuenire tria correspondẽtia differẽtia scdm rationem tantũ in pductione diuina,videlicet ipsam diuinã essentiã & pprietatem psonalem,& ipm suppositũ siue psonam ambo illorũ in se continẽtem.iuxta illud qd dicit Augustinus.vii.de trini.ca.ii.de psona filii. Quę est nata sapiẽtia.vt per hoc qd dicit nata,intelligamus pprietatem:per hoc vero qd dicit sapientia,intelligamus essentiã. Vnde & sicut in pductione creaturarũ ipm pductũ habet esse p actũ pductionis:& qcquid est in ipso etiã habet esse in ipso p actũ pductionis, ita q̄ scdm determinationẽ Phi.vii.meta.compositũ generatur per se & primo:secũdo vero forma in cõposito:materia vero tanq̃ ingenita & incorruptibilis,in cõposito solum habet esse per generationẽ:nullo tñ modo generatur in ipso,nisi largissime loquẽdo de generatione:cõsimiliter i productione diuina quisquis est pductus,in deo habet esse suũ per actũ pductiõis, &etiã quicquid est in ipso. Propter qd dicit Augustinus q̄ essentiam filio pstat de patre generatio:quẽadmodũ cõpositum in creaturis habet esse suũ & quicquid est in ipso,per actũ generatiõis naturalis. Est eñ persona quid constitutũ in diuinis ex essentia cum pprietate:licet absq̄ cõpositione:vt infra patebit. Et Hila.dicit q̄ filius nihil habet nisi natũ.i.qd nascendo accepit:vt exponit Prępositinus. Licet tñ pprie dicimus q̄ persona pducitur p se & primo,tñ non est cõsuetũ dici a theologis q̄ pprietas & essentia vllo modo pducãtur p accidẽs:sed solũmodo q̄ habẽtur p pductionẽ in persona pducta:licet aliter & aliter: qm̃ proprietas non solũ habet esse in psona producta p ipsam pductionẽ:sed etiã simplr habet esse p illã:qa i illa habet eẽ absq̄ pductiõe:eẽntia vero per pductionẽ habet eẽ in pducto:sed nõ habet eẽ simplr p pductionẽ:quia absq̄ productione passiua habet esse in pducẽte. Propter qd forte aliquo modo posset pprie vel saltẽ magis pprie q̃ de essentia, aut minus improprie dici q̄ pprietas pducatur in psona producta: vt q̄ filiatio generetur nõ simpliciter scdm se,sed tm̃ in filio. Nullo autem modo pprie dici posset q̄ essentia pduceretur etiã in pducto : vt q̄ deitas generaretur in filio:sed solũmodo q̄ haberetur in ipso per generationẽ:& ita q̄ pprie dicit̃ essentia cõmunicari filio per generationem. Hila.tamẽ cõcedit substãtiã generari in filio,cũ dicit.ii.de trini.in principio. Pater quomodo erit,si nõ qd in se substãtię atq̄ naturę est genuerat in filio? Sed hoc minus pprie & vere dicimus:queadmodũ in creaturis minus vere & pprie materia generari dicit̃ q̃ forma. Dicimus ergo q̄ quẽadmodũ i pductiõe naturali materia est subiectũ generationis,inquãtum est in potẽtia ad formã & per hoc ad compositũ generandũ de ea:sic in pductione diuina,puta in generatione filii, & cõsimiliter in spiratiõe spiritus sancti,ipsa diuina essentia est quasi subiectũ generationis, & vt aliquid in potẽtia:licet necessario semper cõiuncta actui ad generandũ de ea psonam cõstitutã ex essentia & pprietate,q̃ est sapiẽtia genita,secundũ q̄ dictũ est: vt sapiẽtia nominet subiectũ, qd in creaturis est materia:nata vero nominet pprietatẽ per generationẽ habitã,qua fili⁹ in esse generati cõstituit̃,& a patre distinguit̃,qui est innata sapiẽtia:cum quo conuenit inquãtum est sapiẽtia simplr & absolute. Sic dicendũ est q̄ deus generat deũ de sua substãtia.s.generantis dicẽte Augustino in sermone de symbolo. De⁹ cũ verbũ genuit,id qd ipse est genuit,nec de nihilo nec de aliqua iã facta cõditaq̄ materia:sed de seipso,hoc est de substãtia sua. Et de fi.ad Pe. Pater de nullo genitus de⁹ semel de sua natura sine initio genuit filiũ. Ad idẽ inducit Magister sentẽ.distin.v.cap:Dicit̃ quoq̄.plurimas auctoritates. Dico aũt de substãtia generãtis cũ reduplicatione inquãtum scilicet generãs est. licet eñ eadẽ sit in tribus,nõ tñ habet rationẽ potentię vt de ea generet̃ aliquis, nisi secũdum q̄ habet esse in patre, vt per hoc excludatur inconueniẽs quod Magister sententiarum inducit ex dicta auctoritate Augustini de fi. ad Pe.distinctione.v.capitulo. Dicitur quoq̄.vbi dicit sic. Ecce hic dicit Augustinus filium genitum de natura patris. Est autẽ eadẽ natura patris & filii & spiritus sancti. Si ergo de natura patris est genitus filius,genitus est de natura filii & spiritus sancti,immo de natura trium personarũ. Propter qd

Magister in ca. Ostēditur quoq, respondēdo huic incōuenienti exponit eā dicens. Filius natus est de substātia patris, vel pater genuit filiū de sua natura siue essentia. i. de se natura siue essentia genuit filiū eiusdē naturę siue essentię. & hoc quasi ly de solū posset dicere circūstantiā qua si causę efficientis nō materialis: qđ non oportet dicere.

G ¶Et q arguitur in contrariū, q diuina essentia purus actus est & forma: quare ad nihil est in potētia, &c. Dicendū q aliquid est in potētia ad aliquid qđ est absolutū, & differt ab ipso re vel intētione, & vadit de potentia in actū p motū & transmutationē rei vel rationis: vel ad aliquid qđ est respect⁹ tantū, & differt ab illo sola ratione, nunq̄ vadēs per transmutationē quācūq de potentia in actum: sed semp naturaliter cōiunctum est actui. Primo modo in creaturis materia est in potētia ad formā tanq̄ ad differēs re ab ipsa, & transiens de potētia ad actum per realē transmutationē in materia: & similiter forma generis est in potentia ad formam differentię tanq̄ aliquid differens intentione ab ipsa, & transiens de potentia ad actum per transmutationem rationis. Nec est tali modo diuina essentia in potentia ad aliquid: de qua habeat veritatem medium in argumento, non autem de potētia secūdo modo: immo de natura formę diuinę inquātum est actus purus, est q sit in potentia ad plures respectus. Vnde pductio diuina ex parte eius de quo pducitur, non solū ex parte modi producendi, differt ab omni modo productionis qui possibilis est fieri in creaturis. Vt em̄ dicit Victorinus in disputatione sua cōtra Arriū, ęterna generatio improportionabilis est omni generatiōi. Vn̄ qui pfecte vult videre modū generationis diuinę, & hoc quātū pertinet ad ppositū, debet aspicere ad modos generationū aliarū: & qđ nobilitatis est isti productioni ascribere, & qđ ignobilitatis est abnegare: & tādem ostendere quomodo in eadē est aliquid nobilitatis qđ in nulla aliarū possit inueniri: vt declarat̄ in Glossa Hebrę. i. super illud, Cum sit splēdor glorię. Differt igitur productio diuina summe a productione qualibet alia. quia illa vadit per transmutationē ad perfectionē, & in ipsa distat potētia ab actu, in ista vero nequaq̄. Differt specialiter a productione naturali quę est generatio: quia illa est de impfecto substātialiter: ista vero est de pfecta substātia. In quo plus conuenit cū productione quę est alteratio, quia in illa subiectum qđ est in potētia, est aliquid existēs in actu: sed differt in hoc, q subiectū in alteratiōe est in potētia ad aliqđ re absolutū differens ab ipso: in pductiōe aūt diuina nequaq̄: in quo diuina productio cōuenit plus cū pductione speciei ex genere: quia in hac pductione genus qđ est sicut subiectū & materia, est in potentia ad aliquid absolutū: vt ad differentiā, quę sola intentiōe differt ab ipso: hic autē subiectū est in potētia ad aliquid respectiuū, qđ differt ab ipso sola ratiōe Et licet ista productio sit magis similis diuinę q̄ alia, ī multis tamē aliis differt: quia productio speciei ex genere per differentiā procedit de incōpleto ad cōpletum, assumendo cōplementi determinationē: vt secūdū aliud & aliud re descēdat in aliam & aliā speciem, & sit tantū vnū cōe secundū rationē. In pductione autē diuina subiectū nō est aliquid incōpletū determinatū p assumptam proprietatē: sed vnū & idem re singulare totaliter habet esse per productionem in diuersis sub diuersis proprietatibus relatiuis: qđ est commune non secundū rationē, sed scdm cōmunicationē.

H Vnde quia illud cōmune est vnum & idem singulare, ideo ista est vera, Tres personę sunt vnus deus, & vna substātia: & quia in constitutione psonę secū habet rationes pprietatū quę non differunt ab ipsa nisi ratione, ideo & conuersa est vera, vnus deus est tres psonę sicut trinitas. secundū q Magister probat hoc auctoritatibus. i. sentētiarū distin. iiii. c. Quidā tn̄. Propter vtrūq vero eorū simul oēs ppositiones cōceduntur in quib⁹ pdicant̄ cōcreta de cōcretis: vt pr̄ est de⁹: vel abstracta de abstractis, vt paternitas ē deitas, vel ecōuerso: vel abstracta de cōcretis, vt paternitas ē de⁹, vel pr̄ ē deitas, vt dictū ē: licet nō sunt sp̄ ęque pprię: & hoc vbiq vbi nō repugnat relatiōis oppositio seu disparatio. illa em̄ īpedit pdicationē: & hoc vel pricipaliter vel ex adiuncto. Principaliter: aut ratione significationis terminoꝝ, propter qđ nō dicitur paternitas aut pater est filiatio, aut filius: aut ratione modi significādi, propter qđ non dicitur essentia generat aut generat̄. Ex adiuncto aūt, vt licet dicat̄ absolute essentia est pr̄, nō tn̄ dicit̄ essentia est pater filii.

I Licet enim Magister Alexāder in summa distinguat, dicēdo q ly pater potest sumi adiectiue vel substantiue: & si substantiue, sic est vera: quia tūc supponit pro tota persona habente filiū, sub hoc sensu, essentia est persona quę est genitor filii: sicut econuerso ista, pater filii est essentia. i. psona generans filiū est essentia: Si vero sumatur adiectiue, sic est falsa: quia dicit q essentię cōuenit proprietas qua refertur ad filium vt generans ipsum: Magister tamē Prępositinus in summa sua dicit eam veram esse simpliciter: & ly pater tm̄ teneri substantiue, sicut hic, essentia est pater. Quod probat: quia sequitur: pater filii est essentia, ergo essentia est

K pater filii. prima est vera: quia pater tenet̄ substantiue: quare similiter & secunda. Item essentia

est pater, hęc est vera: quia ly pater tenetur substantiue: aut ergo est pater alicuius, aut nulli⁹. Si nullius, ergo oino nō est pater. Si alicuius, hoc nō est nisi filii. Sed i rei veritate illa est falsa, essentia est pater filii: & tenetur ly pater tm̄ adiectiue: qm̄ noia q̄ iponūtur a potētia actiua vel passiua, vt sunt magister discipulus, pater filius, aedificator, adiectiua sunt significatione tm̄: & hoc ex respectu quē habent ad aliud, qđ respicit potentia a qua imponūtur. Sed ita est, q cū aliquid habet rationem adiacentis vel adiectiui ex respectu ad aliud, quāto magis est deteriat⁹ respectus: tāto magis habet rōnē adiacētis: & tāto min⁹, quāto magis ideteriat⁹ est respect⁹. sicut pater de modo ifinitiuo: q grāmatici dicūt q potius pōt supponere q̄ ali⁹ modus: qa alii dicūt finitā iclinationē ad suppositum, iste vero infinitam. Et similiter adiectiuū in neutro genere potius substantiuatur q̄ in masculino aut foeminino. Quare cum ly pater, dicendo Pater filii, habet finitā habitudinē & expressam, nō sic cū per se ponit: ideo licet posset teneri substātiue dicendo Essentia est pater: non tamen nisi adiectiue, dicendo essentia est pater filii. Et sic simpliciter est falsa (vt dictū est) illa, essentia est pater filii: hæc tm̄ est vera, essentia est pater. Si ergo obiiciatur Essentia est pater, & non est pater nisi filii: ergo essentia est pater filii aut non est pater: patet q est figura dictionis: quia in prima ly pater per se supponit pro tota persona: in secunda cum dicitur pater filii, copulat proprietatem tm̄ circa subiectum. Patet ergo q nō valet primum argumentum Praepositini, Pater filii est essentia: ergo essentia est pater filii: qa deberet sic cōuertere: ergo aliquid qđ est essentia est pater filii. sicut illa, indiuiduū est homo, nō conuertitur sic: ergo homo est indiuiduum: sed sic. ergo aliquid qđ est homo est indiuiduū. Similiter cū arguitur: essentia est pater: ergo aut alicuius aut nullius: Dicendū q non sequitur propter figuram dictionis: quia statim cū additur alicuius aut nullius, aliter copulat q̄ pri⁹ supponebat: et est dicendum, nullius. i. non alicuius est pater. Et non sequitur ex hoc q non sit pater pper figurā dictionis: sed sequit tm̄, ergo non cōuenit ei proprietas paternitatis. Quia etiam deitas (vt dictum est) siue essentia diuina habet rationem cōmunis, licet per solā cōmunicationem: & persona rationem pprii: & sic quandam rationem totius tenet essentia, & psona quasi rationem partis, licet nec pars nec totum sunt vere in diuinis, vt habitum est supra: propter hoc talis ppositio tanq̄ ppria & vera cōcedenda est, filius est substantiae diuinae aut substantiae patris: quasi participatiua conclusione sub hoc sensu, filius est aliquis substantię patris . i. aliquis in substātia patris subsistens: non autem aliquid. sicut dicimus q Sortes est aliquid substantiae hominis, quia in diuersis hominibus est vera ptitio humanitatis. Per hunc etiam modū conceditur q pater & filius & spiritus sanctus sunt vnius substantiae. i. aliqui quoꝝ vna est substantia. Sed si ille genitiuus substantiae intelligatur construi scđm habitudinem quasi causę materialis, vt de q̄ aliqđ vel aliquis pducitur: sic ista conceditur: Christus est filius substātiae patris vel deitatis. dicente Augustino. xxv. de trinitate. Qđ dictū est filii charitatis suae nihil aliud intelligatur q̄ filii substantię suae. & hoc ideo qa genitus est de sua substantia. quēadmodū dicimus q imago est statua aeris: quia de aere facta. Non sic autem possumus dicere ingenitū esse patrē substantiae diuinae: quia non est de ipa quasi materialiter pductus. Propter qđ dicit Augustin⁹. vii. de trinitate. Tres psonas eiusdem substantiae vel vnā essentiā dicimus tres aūt psonas ex eadē essentia non dicimus. Illa tamē, Christus est filius substantię diuinę, nō debet passim concedi, nisi exprimatur circūstantia quasi principii materialis: quia scđm cōmunem vsum talis constructio solet intelligi penes circūstantiā causę agentis: vt ipa substantia diuina intelligatur filiū pduxisse. Propter qđ Magister talē ppositionē exponit quasi iproprīā in pdicto cap. Ostenditur quoq. dicens. Expone illud filius substantiae patris. i. patris qui est substātia, & cū quo filius est eadē substantia. Sed nō oportet sic exponere: immo sensum habet verū & ppriū. Aliter em̄ ista: Ingenitus est pater substātię filii, aeque vera esset & ppria sicut illa Christus est filius substātię patris, sic exponendo. i. filius qui est substantia. qđ non est verū quia construendo illū genitiuū substātiae in habitudine quasi principii materialis, illa est vera & ppria, Christus est filius substātię patris. Nullo aūt modo illa, Ingenitus est pater substātię filii, vt dictū est. Aliqui aūt dicūt q in talibus ppositionibus Pater genuit filium essentię suę, tres psonę sunt vnius essentię, ille genitiuus in oibus talibus ppositionibus construitur ex vi designationis essentię: quēadmodū si dicat mulier egregię formę: hoc est mulier habens egregiā formā. qđ nō necesse est hic dicere, vt visum est, nec debet: qa talis constructio solūmodo vsitatur apud grāmaticos in formis accidētalibus: nō aūt i substātialibus: sed scđm illū modū debēt exponi oēs illę ppositiones in qbus substātia vel essentia ponit vt termin⁹ a quo, vel terminus ad quē actus psonalis, vt illa Hil. ix. de trini. Nec corporali insinuatione patrem in filio

prædicamus: sed ex eo eiusdem generis genitā naturā naturaliter in se gignentem habuisse naturam. hoc est: nō pdicamus corporali insinuatione. i. queadmodū locatum est in loco, patrem esse in filio: sed supple pdicamus genitam naturā. i. filiū qui est natura genita, habuisse in se ex eo. i. ex patre naturā eiusdē generis naturaliter gignentē. i. quę est pater q naturaliter gignit.

N ¶Et est hic aduertendū ad pleniorē intellectū pdictoꝝ, ꝙ hę tres ppositiones, a, ab, de & ex, si proprie vsitentur, diuersas circūstātias & habitudines nominant: licet proinuicē sępius assumūt: quoniā a, ppositio notat circūstātiā & habitudinē causę efficiētis siue pricipii originātis. vnde illa recipit, filius est a patre: nō autē illa, Filius est a substātia patris. Ab vero notat circūstātiā effectus siue principiati. Propter qđ esse ab alio in diuinis: solū conuenit psonę procedenti. De & ex cōmuniter notāt circūstantiā causę materialis & efficiētis vel quasi. Vnde istę recipiunt indifferenter, filius est de patre, vel ex patre, vel de substātia patris, vel ex substātia patris. Sed differūt aliquātulū tā in circūstātia materiali q̄ in circūstātia causæ efficientis, vel q̄si. In circūstātia. n. materiali differūt: qa de īdifferēter & ęque pprie notat circūstātiā materię q̄ est aliud re a forma eius qđ ex ipsa pducitur, & illius quæ nō est aliud re ab illa. Vnde ęque pprie dicit ꝙ cultellus est de ferro: & ꝙ species est de genere. Ex vero pprie notat circūstātiā materię primo modo, nō secūdo. Vnde magis pprie dr, cultellus ē ex ferro, q̄ species est ex genere. Et scđm hoc in diuinis magis pprie dicimus ꝙ filius est de essentia patris q̄ ꝙ sit ex essentia patris. dicente Augustino. vii. de tri. Tres psonas ex eadē essentia nō dicimus, quasi aliud ibi sit qđ essentia sit, aliud qđ psona est. cuius tñ iam aliā rōnē assignamus. Differūt etiā ī circūstātia causæ efficientis siue originantis: quia ex aliquo dicit siue res sit de illius substātia siue non. Bene. n. dicit quia filius est ex patre, et domus ex artifice. De vero solū dicit quādo alterū de substantia alterius. vñ pprie dicit ꝙ fili⁹ est de patre: nō aūt ꝙ domus est de artifice. Hanc distīctionē ponit Aug. li. de nat. bo. Et habet distinctione. xxxvi. li. i. cap. Illud etiā. Pręter illos autē modos, de & ex sumūtur ordinaliter solū, vt ex mane vel de mane fit meridies. Sed de hoc nihil ad ppositū in diuinis.

O ¶Ad illud qđ arguit vlterius: Si deus pducit deū, aut ergo semp pducit eum: aut nō semp &c. Hic oportet primo declarare ꝙ diuina pductio termīata aditra, æterna ē, semper psistens sine principio & sine fine: & deinde concedere vnū mēbrū diuisionis in argumento & alterū negare. Primū quidē duplici via declarat. Vna. s. deductione ad īpossibile: alia. s. ostensiue. Prima qdē, quia si principium haberet durationis aut finē: tūc aut nō esset anteq̄ esset, aut postq̄ esset: qđ nō posset fore sine aliqua mutatione in deitate & ex pte pducti & pducentis & eius de quo pducit simul, si non esset anteq̄ esset: quia agens actionē q̄ non respicit aliqd extra non agit de nouo nisi aliter se habēdo ad actionē q̄ prius: nec pductio potest de nouo esse post non esse, nisi pductū haberet esse post nō esse: & esset noua dispositio in eo de quo pducit quæ prius nō erat. Mutatio aūt in diuinis oīno cadere nō potest, vt ostēsum est supra. Via ostēsiua idem patet: quoniā pductio nō incipit aut desinit nisi quia agens scđm aliū & aliū modū se habet ad subiectū de quo pducit: aut ipm subiectū ad ipm pducentē. Agente eñ existente in dispositione illa q̄ natū est agere, & subiecto ī illa dispositione qua natū est recipere ī se illius actionem, et sint approximata: īpossibile est actionē non esse. In diuinis aūt psona quę nō est omnino ab alia, quia est purus actus & semper perfecte fœcūdus ad pducendum, & diuina essentia in ipso est ab æterno: & ita non solū quasi approximata: sed summe vnita: est semp perfecte fœcunda vt de ipsa pducatur filius. Deum ergo necesse est æternaliter deū pducere, vt pduct⁹ sit coæternus pducenti. scđm ꝙ declarat Magister Sentētiarū distīctione. ix. primi li. in principio pluribus auctoritatib⁹. & sic concedendū est ꝙ deus pducit deū semp. Et qa assumit ī argumēto: ꝙ actio pducendi nō cessat, hoc non est nisi quia nō est aliqd pfecte pductū: Dicendū

P ꝙ est q̄dā pductio in qua pductū p pductionē accipit esse post nō esse natura aut duratione nō esse pcedente esse. Est etiā pductio in qua pductū p pductionē accipit esse: sed non post non esse pcedens natura aut duratione. In prima pductione res non habet esse nisi per aliquod fieri quo ei acquirit esse. Cui enim acquirit esse p fieri, nullo modo ex se naturaliter habet esse, vt iam dicet. Et de tali pductione verū est ꝙ nō cessat: quia nō est aliqd perfecte pductū in ea, vt patet ī pductiōe p motū naturalē. Scđm eñ expositores phi, Auer. & alios, omnis forma naturalis quę p agens naturale de potentia ad actū reducit, in eo ꝙ de potētia vadit ad actū ꝑ naturalem trāsmutationē q̄ mot⁹ ē, scđm esse & esse diuidit, vt motus ad formā nō sit nisi quędā acquisitio ptis formę post ptē, vt q̄uis idem sit scđm rem & substantiā in animali bruto viuēs spirans sensibile: si tñ p motū in esse producat, primo secūdū esse distēdit in viuū: deinde ex viuo in spirās: deinde ex spirante in sensibile: & nō est mediū trāsmutationis simul cū principio

& fine. Quis em̄ simul habēt esse cōstitutū ī substātia, nō simul tn̄ habēt diuersa esse substātię recepta per motū: quę cōplete nō habētur nisi in vltimo. Vnū em̄ istoꝝ de altero ꝓcedit scd̄m viā gn̄ationis cōtinuę: vt sit illud qd̄ est ante, semp ī potētia ad id qd̄ est post, secūdū Auerro. Si vero sit ꝓductio subita, vt est vera generatio substātiarū oīno indiuisibiliū, & illorum quoꝝ productio est in fine motuum, vt medii illuminatio scd̄m p̄hm.vii. Physicoꝝ, ibi statim cessat productio: quia aliqd statim est ꝑfecte ꝓductū: & tūc agēs nō operaṫ nisi ad ꝓducti cōseruationē: vt sit alia actio qua res ꝓduciṫ & cōseruaṫ: licet agēs esset idē. Propter qd̄ Auer. sup. ii. Physicoꝝ distinguit duplex agens: quoddā est causa fieri rei tm̄, qd̄ semel influit, & statim cessat, vt homo in generādo filiū: quoddā vero qd̄ nō solū est causa fieri rei & esse eius: sed etiā cōseruationis vtriusqꝫ: & hoc nūq̄ cessat, vt sol generās hominē. etsi enī cessat ab actu generatiōis: nō tn̄ ab actu cōseruationis. Vn̄ qa talis est ꝓductio in oībus q̄ habēt esse post nō esse vel natura vel duratione: idcirco oīs talis natura habet initiū sui esse: quia illa ꝓductio cū simplex est & indiuisibilis, in indiuisibili aliquo necessario habet primo esse, & de cętero nō esse, manēte ꝓducto ꝑ actū cōseruationis ī se. Vt fm̄ hoc positio Auicēnę, qua dicit mūdū ab æterno habere esse ab alio, & nō esse ex se natura p̄cedens, implicat incompossibilia. Si vero illa ꝓductio esset cōposita, necesse esset silr̄ eā finitā esse & incepisse: quia aliter infinitæ essent ptes in re ꝓducta per illā ꝓductionē. Si aūt sit ꝓductio in qua productū ꝑ ꝓductionē accipit esse ab alio: sed non post nō esse p̄cedēs natura aut duratione: in tali ꝓductione res nō habet esse per aliquod fieri: qm̄ fieri qd̄ ordinaṫ ad esse, respicit subiectū & materiā: q̄ ex se nō habet eē: sed solū potētiā ad esse: qd̄ acquiriṫ ei in ꝓducto ꝑ fieri. Vn̄ quia in diuina ꝓductione id qd̄ est quasi subiectum & materia de qua fit ꝓductio (vt iā supra dictū est) ē diuina essentia, q̄ habet ex se eē ī actu nō existens oīno in potētia ad esse, vt habitū est supra: licet sit (vt iā supra dictū est) in potētia quodāmodo ad ꝑsonā de ea ꝓducendā: Idcirco talis ꝓductio nō est aliquod fieri rei & esse eius: sed solūmodo est ipsius esse & essentię cōmunicatio: & ipsius rei cui cōmunicaṫ ab alio habere esse relatiuū. Productū em̄ ī esse ꝑsonali relatiuo habet esse ab alio: & esse essentiale ꝑ ꝓductionē sibi habet cōmunicatū ab eodē. Et de tali ꝓductiōe nō est verū ꝙ cessat: licet aliqs ꝑfecte & ꝑfectus sit ꝓductus in ea: sicut nō cessat qd̄ esse suū habet ab alio: sicut in p̄dicta ꝓductione cessat fieri quod habet suū esse. Et sicut nō oportet ꝙ cesset habere esse suū ab alio: sic nō oportet ꝙ incipiat habere esse suū ab alio. Habere em̄ esse suū ab alio, nō repugnat nec ponit pricipiū essendi in duratione, nec p̄cedere illū a quo habet suū esse: scd̄m ꝙ dixerūt hęretici. Qd̄ bene declarat Magister auctoritatib⁹ sanctoꝝ, distictione.ix. prędicta, de ꝓductione q̄ est gn̄atio & natiuitas. Qd̄ etiā bene cōfitenṫ ph̄i in creaturis: ponūt em̄ Mūdū habere esse ab alio: sed ab æterno sine initio & fine fine, nō ponēdo ꝙ mūdus ex se habet nō esse p̄cedens suū esse vel natura vel duratione, vt scd̄m p̄dictū modū posuit Auicēna: sed ꝙ mundus ex se non habuit ab æterno potentiā nisi ad esse: & ꝙ cū hoc bene staret ꝙ ab alio ab æterno haberet esse. Sed hoc non potest poni. Qd̄ em̄ ex se habet solā potentiā ad esse ex se & sua essentia, nullum esse ponit: quia tunc esset necessarium accipere illud esse ab alio. Q̄q̄ ergo ponatur habere esse ab alio ab æterno: tamē ponendū est scd̄m positionē Auicēnę ꝙ habet ex se non esse p̄cedens natura vel duratione & ita ꝑ fieri acquisitū: & habet initiū & finē, vt dictū est. Vn̄ in diuinis solūmodo potest aliqs habere esse ab æterno & ab alio: & hoc absqꝫ omni fieri. Cuius ꝓpria rō est, ꝙ subiectū q̄si materia existēs in diuina ꝓductiōe ex se habet esse absolutū cōmunicabile alteri cui ꝑ ꝓductionē cōuenit ab ęterno suū eē respectiuū: sicut ab ęterno habet oppositū eē respectiuū ille a quo ꝓduciṫ ne ponaṫ esse mutabilis. dicēte Ambrosio. Dic mihi hęretice, fuit ne omnipotēs deus quando pater nō erat & deus erat? Nā si pater cœpit esse deus: ergo pri⁹ erat, & postea cœpit eē pater Quomodo ergo īmutabilis est deus? q̄si dicat, nullo mō. Si aūt semp ē pater: & nō est pater nisi generādo filiū: gn̄atio aūt p̄ris et filii natiuitas simul sunt sine medio: filii aūt natiuitas & ei⁹ eē silr̄ simul sunt: qa ē ꝑfectissima natiuitas: simul ergo ab æterno habēt eē pr̄ qd̄ pater ē, & fili⁹ qd̄ fili⁹ est. qd̄ īpossibile est ponere circa vllā creaturā a quocūqꝫ ponaṫ ꝓduci. Qd̄ bn̄ declarat Mgr̄ distictiōe.ix. p̄dicta, ī fine, auctoritate Hil. Et sic ī diuinis nō cessat nec incipit ꝓductio: sed semp īstat īstitit, & īstabit, & ꝓductū nec īcepit eē, nec desinet eē: sed semp ē, fuit, & erit. Sed quēadmodū dictū est supra, ꝙ æternitati maxime cōuenit p̄sens tēp⁹: licet ꝑ nullū possit ꝑfecte explicari: sic & ꝓductio & ꝓductū si scd̄m se explicētur in sua duratione, magis ꝓprie explicanṫ: dicēdo ꝙ ꝓductio semp est: & silr̄ ipm productū. Silr̄ si cōiunctim expliceṫ eoꝝ duratio, adhuc certū est ꝙ minus ꝓprie explicaṫ ꝑ purū p̄teritū, dicēdo ꝙ ꝓductus semp ꝓducebaṫ, siue semper fuit ꝓductus, aut ꝙ semp ꝓduceṫ, siue semp erit ꝓducēdus: ne ꝑ p̄teritū intelligamus de-

fectionē: & p futurū expectationē. dicēte Augustino sup illo: Ego hodie genui te. In æternitate non pteritū est quasi esse desierit: nec futurū quasi nōdū sit. Sed nec ppriissime explicaē p præsens tm̄: dicēdo semp pducit, ne intelligaē pductio fore in fieri. Sicut em̄ æternę pductioni repugnat desitio pteriti, & expectatio futuri: sic repugnat ei fieri psentis. Vñ etsi pfecte explicari nō possit, expressior tamen modus est quo pfectio productionis exprimitur sine alicuius expectatione, & ipsius pducti istātia sine alicui⁹ desitione, & vtriusq; pmanētia sine fieri & successione. Qđ fit, hāc actiuā, deus pducit deū, cōuertendo in passiuā: dicēdo Deus semp pductus est a deo, vt ly pductus propter tēpus præteritū qđ cōsignificat, pertineat ad pductionis pfectionē, per quā pfectus deus est pductus sine alicuius expectatione. Ly est, qa est psens verbi substātiui, ptinet ad ipsius pducti instātiā sine lapsu i aliquā defectionē. ly semp, quia oēm differētiā tēporis cōphēdit, ptinet ad æternitatis vtriusq; pmanētiā sine fieri & successiōe. Gregori⁹ tñ in sua expositione illa duo, pduct⁹ & est, refert ad psonę pductę pfectionē, vt patet i eius auctoritate quā ponit sup hoc Magr Sētētiarū dist.ix. prędicta in ca. Hic qri pōt. vbi inuenies plures

Q auctoritates de hac materia. ¶Ad vltimū circa mediū pdictū: Si de⁹ pducit deū: aut ergo p essentia aut p supposito: Dicēdū scdm pdeterminata: q p supposito, imo p suppositis: qa princi

Ad nonū. piū esse & terminū actiōis psonalis nō est nisi suppositoꝝ. Et qđ assumiē cōtra hoc: quia in deo nō est nisi suppositū relatiuū, qđ scdm phm.v. Physi. nō principiū nec terminus pōt esse actionis: Dicēdū est q verū est p se rōne relationis. Pōt tñ rōne eius i quo fundaē. cuiusmōi est ipsa diuina essentia: q̄ sub rōne vnius ppietatis relatiuę est principiū vt quo q̄si formaliter: sub rōne alterius relationis est principiū vt de quo quasi materialiter. & ipsa pprietas relatiua est ipsius suppositi ratio ad modū indiuiduationis in creaturis: q̄ est cōditio & modus existēdi quo sup

R positū habet rationem singularis. ¶Ad illud qđ tertio adducitur ad principale: q actus omnis

Ad.X. diuinus est nobilissimus, & ita ppter seipm nō ppter aliqđ pductū: dicendū scdm q superius est expositū loquēdo de diuina actione in generali, q differūt actus q est pprie actio, & q est pprie opatio. Et sicut differūt, sic habēt pfectiones differētes. Sicut.n. opis pfectio cōsistit i actiōe circa obiectū pfectissimū, vt patet in opatione q̄ ē felicitas: sic pfectio actionis pprie dictę ē q habeat aliqd pfectū pfecte pductū. Et ideo licet act⁹ diuin⁹ q est pprie opatio, cuiusmōi est itelligere, ppter suā pfectionē nō est ppter aliud pueniēs ab ipso: act⁹ tñ q pprie ē actio, cuiusmōi sūt generare & spirare, ppter aliū modū pfectionis suę bene pōt esse ppter aliud aut ppter aliū p

S uenientē ex sua actione. ¶Ad qrtū: q emanatio iportat motū quēdā fieri aut exitū quēdā, qliū

Ad.XI. nihil est in deo: Dicendū q verū est p omnimodā pprietatē scdm quā vtimur eis in creaturis. Vere tñ dicunē in ipso p aliquā trāsmutationē. dicēte Hil. in pricipio.iiii. de tri. Nō ignoram⁹ ad res diuinas explicādas neq; hoim elocutionē, neq; naturę hūanę cōpationē posse sufficere. Qđ.n. ienarrabile est, id significātię alicui⁹ finē & modū nō habet: & qđ spirituale ē, id a specie corporū exēploꝝ diuersum est. Tñ (vt dicit) cū de naturis cęlestib⁹ sermo est, ipsa illa quæ sensu mentiū cōtinenē, vsu cōmuni & naturę & sermonis sunt eloquēda, nō vtiq; dei dignitati cōgrua, sed ingenii nostri imbecillitati necessaria: reb⁹.s. verbisq; nostris ea q̄ sentimus & intelligimus locuturi. Et vt ait li.i. siqua nos de natura dei & natiuitate tractātes cōpationū exēpla afferemus: nemo ea æstimet absolutę i se rōnis pfectionē cōtinere. Cōpatio em̄ terrenoꝝ ad diuina nulla est: sed ifirmitas nrę itelligētię cogit species quasdā ex inferioribus tāq̄ supiorū indices qrere: vt rerū familiariū cōsuetudīe admonēte ex sensus nostri cōsciētia ad isoliti sensus opinionē educeremur. Et semp (vt dicit in li.ii.) dicti ratio intelligēda erit ex sensu dicētis. Licet ergo emanatio, pcessio, & hmōi noīa accepta a creaturis in illis significant motū, fieri, exitū corporalē, & cętera q̄ idignitatis sunt: circa deū tñ cū ad diuina trāsferūē, vsitanē solūmō pro eo q dignitatis aliqd & pfectionis simplr est significatum illis noibus etiā circa creaturas iuxta artē supius expositā. Vñ de exitu psonę a psona quē ptendit emanatio, dicit Ambrosi⁹.i. de trinitate. Si vero generationis pprietatē reqrimus, ex deo exiuit: nā cū in vsu nostro id sit exire qđ iā sit, & ex exteriorib⁹ secretis prodire videaē qđ exire phibeē, angustis licet, sermonibus pprietatē diuinę generationis aduertimus: vt nō ex loco aliquo videaē exisse: sed vt de⁹ ex deo. Et li.ii. Neq; cū de patre exit quasi de loco recedit, aut quasi a corpore separaē &c. Sed hęretici emanationē, exitū &c. hmōi spiritualē itelligētiā nō aduertētes oia scdm modū quo vtimur eis i rebus corporalib⁹, iterptati sunt. dicēte Hil. in principio.ii. de trini. Extiterūt plures qui cęlestiū verboꝝ simplicitatem p volūtatis suę sensu, nō p veritatis ipsius absolutione susciperent: aliter interpretātes q̄ dictoꝝ virtus postularet. De intelligentia em̄ hęresis, non de scriptura est. Vnde sup corporalē verboꝝ intelligētiā formabāt oēs suas rationes cōtra sctōꝝ

patrum spiritualem intelligentiam: & interp̃tabantur dicta sacræ scripturæ corporaliter, quæ spiritualiter erant interp̃tãda: vt quia natiuitas in creaturis pręstat esse ei qui prius non erat sic & in deo, & cętera huiusmodi. scd'm ꝙ contra ipsos dicit Damascenus li.i.ca.viii. Non fuit vnq̃ pater quando non fuit filius: sed simul pater, simul filius ex ipso genitus. Et ita impassibiliter & sine tempore, & nõ fluxibiliter generat & sine coitu, neq; principiũ habet. ¶Ad vltimũ: ꝙ si vna p̃sona emanat ab alia in diuinis: ergo p̱ducitur in esse ab illa &c. Dicendũ ꝙ p̃sonam aliquã esse quæ non emanat ab alia: hoc cõtingit quia ipsa ex se formaliter, hoc est ex forma sua quæ est sua essentia, habet esse: quia ipsa est esse: immo ipsum necesse esse. Principiatiue aũt nec essentiã suã, nec ip̃m esse habet ab alio: p̱pter qd' nec p̱ducit̃ in esse. Ecõtrario aũt p̃sona q̃ emanat ab alia principiatiue, suã essentiã & eẽ totũ qd' habet, ab alio habet: p̱pter qd' verũ est dicere ꝙ p̱ducit̃ ĩ esse ab illo. Sed hoc ĩtelligi põt dupl'r. Vno mõ ꝙ ab illo ei cõicetur esse. Alio mõ ꝙ ab illo ei acquirat̃ esse. Primo mõ in diuinis p̃sonæ emanãti ab alia cõicatur esse ab illa: quia totum qd' habet & essentiam suam & esse principiatiue habet ab illa, inquantũ ipsam producẽdo cõmunicat ei suam essentiam de qua illam p̱ducit, & in essentia cõmunicat ei esse suũ, & omnia quæ habet, præter proprietatem suam qua distinguitur a persona ab ip̃a producta. Propter qd' & ip̃a persona producta a se formaliter, hoc est ex forma sua quæ est sua essentia, habet esse: sicut & ip̃a persona p̱ducẽs: quia Ioannis.xvii. sicut pater habet vitam in semet ip̃o: sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Secundo autem modo, persona emanans ab alia in diuinis, nullo modo producitur in esse ab alio: quia qd' sic in esse producitur ab alio, non habet eẽ ex se formaliter: hoc est ex forma sua, q̃ est sua essentia: sed ĩ essentia sua recipit eẽ ab alio existẽte. Propter qd' oportet ꝙ sit aliud ĩ essentia ab eo a quo p̱ducit̃. Talis aũt est essentia vniuersę creaturę: quã etiam p̃hi qui ponebant mundũ ab æterno fuisse, ponebant ab alio habere esse p̱ acquisitionem, quia ex sua essentia non habet esse, eo ꝙ ip̃a ex se non est esse neq; necesse esse: sed possibile esse t'm̃. Propter qd' etsi ab æterno haberet esse ab alio, ęterna nũq̃ diceret̃ esse. ¶Et cũ vlterius quęritur in argumento: Si persona emanans ab alia producitur in esse ab illa, ergo aut de non esse p̱ducit̃ in esse, aut de esse in esse: Dicendũ ꝙ ly de põt dicere aut circũstãtiã prĩcipii q̃si materialis: aut circũstãtiã ordinis circa p̱ductũ. Primo mõ cũ p̃sona in diuinis p̱ducit̃ de ip̃a diuina essentia, q̃ est ip̃m esse qd' cõmunicatur p̱ducto, verũ est dicere ꝙ p̱ducatur de esse in esse: & nullo modo de non esse in esse. Et ꝙ quęritur tũc vlterius in argumento aut ergo de eodem esse in idem esse aut in aliud: dicendum ꝙ non de alio in aliud, vt p̱bat medium ad hoc: sed de eodem in idem: sed alia & alia ratione vt de ipso: & vt in ipsum: quia de eodem vt est patris, in idem vt est filio communicatum a patre. Et propter hoc non sequitur ꝙ persona illa haberet esse anteq̃ produceretur vel non per productionem: quia esse illud non est eius inquantum est de ip̃o productus, sed inquantum est in ipso. Sed hoc modo in creaturis nulla est productio possibilis de esse in esse: quia producens nunq̃ creaturæ communicat suum esse. Si vero ly de notet circũstãtiam ordinis: sic in diuinis nulla persona producitur de non esse: quia producens non producit nisi de sua substantia, quę est ipsum esse: quæ est etiam ip̃a substantia producti. Nihil autem produci potest de non esse in esse, siue non esse sola natura siue etiam duratione ponatur præcedere ipsum esse: nisi sit tale ꝙ eius substãtia est in potentia ad esse & non esse: ita ꝙ ex se ei solummodo conuenit non esse: esse autem non nisi ab alio: quemadmodum posuit Auicenna circa essentiam creaturæ. Vnde & aliqui alii philosophantium qui ponebant ꝙ creatura mundi ex se erat in potentia ad esse: sed nullo modo ad non esse, & de necessitate naturæ a deo haberet esse ab æterno sicut & ipse erat æternus: dicerent creaturam mundi productam fore in esse: sed non de non esse. Similiter secundũ istũ modum in quo de notat circũstãtiam ordinis, nulla persona diuina producitur de esse in esse, nec de eodem esse nec de alio. Non de alio: quia tunc mutatio esset circa ipsam personam productam: sicut quando notat circunstantiam principii quasi materialis circa essentiam de qua p̱ducitur. Nec de eodem: quia absq; producto nunq̃ habuit hoc esse: & tamẽ esset absq; productione sua in esse si ita esset.

T Ad.XII. V X

Irca Quartũ arguitur: ꝙ ab illa persona q̃ in diuinis nõ est ab alia, nõ emanãt plures alię q̃ vna. Primo sic. vbi non est nisi vnũ simplex principiũ emanandi p̃sonã: neq; nisi vna simplex emanatio: & ita neq; nisi vnũ emanãs: q̃a ab eodẽ inquantũ idẽ non p̱cedit nisi idẽ. in persona illa quæ in diuinis nõ est ab alia non est nisi vnum simplex principiũ emanandi, vt ipsa diuina essentia, in qua nulla est diuersitas nisi scd'm rationem t'm̃, vt habitum est supra: ergo in deo

A Quę.IIII. Arg.a.

non est nisi vna simplex emanatio: neq; emanans persona. et si in eis sit aliqua diuersitas, illa erit scd'm rationē tm̄: quę non sufficit ad personarū differētiā siue distinctionē, vt infra dicetur ergo &c.
2 ¶Secūdo sic. quarūlibet duarū emanationū tātū differūt īter se rationes principiorū emanationū, quātū rōnes terminorꝝ. sed duarū emanationū p modū.s. naturę & voluntatis rationes pricipiorꝝ sunt in eadē psona, q.s. nō est ab alia: ergo & silr rōnes terminorꝝ possunt esse in eadē psona q̄ est ab alia, q.s. sit emanās modo naturę & volūtatis. & eadē rōne quotquot sint principia & rōnes emanādi i psona q̄ nō est ab alia, ab illa nō pōt emanare nisi vnica psona siue vnica emanatione siue pluribus.
3 ¶Tertio sic. illa q̄ sunt differētia sola rōne, nō possunt eē prīcipia differētiū re: quia cū plurima sint ī deo attributa differētia rōne vt habitū ē supra, tūc pari rōne fm qd'libet diuinū attributū esset aliqd emanās differēs re ab illo a quo emanat: qd' falsū est. q̄re cū oīa q̄ sunt ī psona q̄ nō est ab alia, differūt īter se in illa sola rōne. ergo &c.
4 ¶Quarto sic. diuersus mod⁹ emanādi scd'm speciē in eadē natura, nō diuersificat emanās fm speciē. dicēte Ambrosio li. de incarnatione verbi. Diuersa initia in plerisq;, et vnā inesse substātiā, de scripturis exēplū pferā. Licet ergo sit diuersa emanatio modo naturę & volūtatis: non ppter hoc erit emanās diuersum specie. In diuinis aūt (vt infra videbit̄) nō est emanātiū diuersitas nisi specie vel quasi. ergo &c.
5 ¶Quinto sic. vnius naturę nō est nisi vn⁹ modus cōmunicādi eā. Scd'm em̄ Cōmētatorē sup. viii. Phy. mures generati vnus ex ppagatione, alter ex putrefactione, nō sunt eiusdē speciei. natura diuina nō est nisi vnica. ergo &c.
6 ¶Sexto sic. de rōne psonę q̄ nō ē ab alia, est q nō sit nisi vnica. ergo & silr de rōne psonę q̄ est ab alia.

In contra. Primo. ¶Q3 vero emanent ad minus tres arguit̄ Primo sic. quia in creaturis videm⁹ tria principia emanationū & actuū elicitiua, q̄ sunt natura, ars siue intellectus, & volūtas. Quare cū ista tria sunt in deo: & duo illorꝝ.s. natura & volūtas, ponant̄ principia emanationū: & p hoc emanare duas psonas ab illa quę nō est ab alia eadē ratione ab arte quę est in ipso emanabit tertia.
2 ¶Secūdo sic. nō magis differunt natura & voluntas in deo, q̄ natura & intellectus. Si ergo voluntas in psona quę non est ab alia est principiū pductiuū alterius personę q̄ natura: ergo similiter & intellectus.

B Responsio. ¶Dicendū q scd'm Ricardū li. v. de trinitate ca. v. personā esse aliūde non est incōmunicabilis existētia. alioqn cū psonā eē nō aliūde sed ex semetipsa (vt iā ostēsum est) sit existētia oīno īcōicabilis: nō essent ī diuinis nisi duę psonę tm̄: vnica tm̄ q̄ habet esse ab alia: sicut est vnica tm̄ illa q̄ nō habet esse ab alia. Et sic illi mō essendi q̄ psona habet eē ab alia, nō repugnat plures eē ab alia in diuinis: sicut repugnat illi mō essendi quo psona habet nō esse ab alia. Et sic nō est possibile plures psonas ī diuinis nō hr̄e eē ab alia: cui⁹ rō habita est supra. Possibile est tm̄ plures psonas in diuinis esse ab alia: cuius ratio est cōis quo ad vtrūq;: q.s. de ratione primi & principii est vnitas: non sic aūt de rōne eius qd' habet esse ex principio. dicēte Dio. iiii. ca. de di. no. Oīs dyas nō est principiū: monas aūt totius dyadis principiū. Etenī (vt dicit ī ca. v.) in Monade oīs numerus ante subsistit. quātū aūt a monade puenit, tātū discernit̄ & multiplicat̄. Et hęc multiplicant̄ & discernūtur differētia absoluta rerū qualis est ī creaturis, siue relationū realiū qualis est in psonis diuinis, siue rōnū tm̄ qualis est in attributis diuinis essentialibus. Et est triplex plurificatio ordine quodā se habēs īter se & ad primā vnitatē. Plurificatio em̄ creaturarū psupponit ordine durationis plurificationē diuinarū psonarū: & illa ordine quodā rationis plurificationē attributorꝝ: de quorꝝ nūero sunt intellectus & volūtas: q̄ sunt duo principia opationū oīs ītellectualis naturę: q̄ cū cęteris oībus essentialibus ad diuinā essentiā prinēt. Persona illa q̄ ī diuinis nō ē ab alia: ex seipa ī seipsa ambit & cōtinet: & ordine quodā ab ipsa habēt īesse aliis. Ex illa em̄, vt dicit Ricar. v. de tri. ca. iiii. est oē qd' est, ex illa oē esse, oīs existētia, oīs psona humana angelica & diuina. Per hoc em̄ q ambo illa principia in se ex se nō ab alio cōtinet: habet illa in se ī plena fœcūditate & nō exhausta ad pductionē duarū psonarū intra semetipam: vt nō solū sit possibile psonā in diuinis esse ab alia, sed etiā ppter duo principia emanationū in diuinis q̄ sunt ī illa, necesse ē q ab illa emanēt duę alię: vna p pricipiū qd' ē ītellect⁹: alia p principiū qd' est volūtas.

C ¶Ad cuius intellectū sciēdū, scd'm q determinatū est ī prima q̄stione. vii. Qd'libet: q ī intellectuali natura intellectus & volūtas pfectionē suā nō habēt nisi ī duplici mō actionis: quarū vna est essentialis actio ītellectus & volūtatis: alia vero psonalis siue notionalis. Nō em̄ habet diuinus ītellectus suā pfectionē quātūcūq; perficiat̄ p actū intelligēdi essentialē quousq; in ipo cōcipiat̄ verbū pcedēs p eius actū dicēdi notionalē. Silr neq; voluntas p actū volendi essentialē, quousq; pducatur in ipso amor pcedēs per eius actum spirandi notionalē, fm q expressius in illa q̄stione declarauimus, & diffusius ab illa pte, Est igit̄ sciendum tāq̄ a principio &c. vsq; ad illam ptem, Vlterius autem est aduertendum.

C Ad primum principium.

¶Ad primū in oppositū:φ in persona quę non est ab alia,nō est nisi vnū simplex principiū emanādi,vt diuina essentia:qre neq; nisi vna simplex emanatio &c.Dicēdū φ licet diuina essentia q̄ est forma vnica,simplex sit i essentia:est tñ multiplex in virtute. Et ideo ab ipa inquātū est penitus idē,& ſm eādē rōnē,nō pcedūt diuersę emanationes:sed solūmodo sub rationibus diuersis diuersarū pprietatū:sine quibus non est pxima ratio eliciendi aliquā emanationem pductiuā psonę:licet ex se sit prima ratio omniū diuinarū emanationū, vt dictū est supra,& amplius declarabit infra.

D Ad secūdū.

I si per aliud nō essent plures filius & spiritus sanctus: per hoc solum essent diuersi. Qđ autem prędicti ponunt in sua rōne: ꝙ ponere filium esse distinctum a spū sancto: si nō ꝓcedat ab ipō: est ponere incōpossibilia: Dicendū ꝙ non est verum: sicut ponere hominem differre a bruto si non esset risibilis, nō est ponere incōpossibile. s. ꝙ differret a bruto, & non differret: sed solū est ponere illud impossibile, ꝙ nō differret a bruto per risibilitatē: aut ꝙ esset hō sine risibilitate. Et similiter in proposito solū ponit impossibile. s. ꝙ filius nō differt a spū sancto spiratiōe actiua si nō ꝓcedit ab ipo, aut ꝙ esset filius absq; eo ꝙ spiraret spūm sanctū, nō tn̄ sequit ꝙ nō differt ab eo oīno: sicut nō sequit ꝙ hō si non sit risibile nō differt a bruto omnino. immo etsi nō esset risibile posito p impossibile ꝙ tamen esset, tn̄ differret a bruto rationabilitate. Sic & in proposito filius a spiritu sancto nascibilitate differret, etsi nō ꝓcederet spūs sanct9 ab eo: posito tamē per impossibile ꝙ esset. Ad cui9 intellectū sciendum ꝙ tunc solum ponitur aliquid p incōpossibile, qn̄ ponitur cum eo qđ principaliter ponit cōtrariū eius. quod non cōtingit nisi quando illud priuat aliquid qđ est de eius significato & essentia, vt si dicatur homo si nō esset rationalis differret a bruto: quia remoto rationali non manet nisi id qđ cōmunicat cū bruto. qn̄ vero non illud implicat qđ est de significato & essentia positi, tunc non ponit principaliter cōtrarium eius: sed solum per quandā cōsequentiam. Et ideo tale positum solūmodo ponitur p impossibile: vt si ponatur homo & ꝙ nō sit risibilis. Risibile enī quia accidens hois est, est extra significatum ei9. Sic est in proposito ponendo filiū & nō ꝓcedere ab eo spūm sanctū. Spiratio enī actiua est extra significatū filii, & quasi cōsecutiua ꝑsonę eius ordine quodā, vt patet ex dictis. Et ideo sicut verū eēt dicere ꝙ hō si nō esset rōnalis, nō differret a bruto: quia nō differt per se nisi rationali qđ priuat: sic verum est dicere ꝙ hō si non esset risibile, differret tamē a bruto: quia differt per se per rōnale: qđ non priuatur nisi per consequentiam quādam priuatione risibilis. quæ tamē consequētia negāda est, quia repugnat posito. Repu-

K gnans autem posito qđ est extra essentiam & significatum suum, semper in falsis positionib9 negandū est, secūdū artem philosophi. viii. Topicorum. Et cōsimiliter verū est dicere in proposito ꝙ filius etsi nō spiret spūm sanctum, tamen differt a spiritu sancto natiuitate secundum prędictum modum, quia non spirare nō priuat natiuitatem a filio, nisi per quandā consequentiam, vt patet ex iā dictis. Pręterea esto ꝙ spirare sit de essentia & significato ꝑsonę filii, vt sit incōpossibile ponere filium, & spiritū sanctum nō ꝓcedere ab ipso, quia tamē non pertinet ad personam filii nisi sicut aliquid qđ est cōmune ei cum patre, cui ꝓprium quo differt a patre est natiuitas, quemadmodū esse animal commune est homini cum bruto, proprium vero est ei rationale quo differt a bruto: sicut ergo verū esset dicere ꝙ homo etsi non esset animal, sed rationale tantū, differret tn̄ a bruto, quia brutū non est rōnale: sic verū est dicere in ꝓposito ꝙ filius etsi nō spiret spūm sanctū, differt a spiritu sancto quia ille non est natus, nō obstāte incōpossibilitate implicata vtrobiq;: sed falsum esset dicere ꝙ spiritus sanctus etsi non spirat, differret a filio: qa spirari est propriū cōstitutiuū personę spūs sancti quo differt a filio, & implicant incōpossibilia. ¶ Sed cōtra hoc arguit scḋm susti-

L Argu. nentes contrarium, sic. Relatio non distinguit in diuinis nisi secundum ꝙ realis est & ratione suę quiditatis. Ratio autem suæ quiditatis & realitatis secundum quam vna est alia ab altera, non sumitur nisi ex eo ꝙ per ipsam suppositum refertur ad suum oppositum. Si ergo spiritus sanctus non procederet a filio, & ita non distingueretur ab ipso secundum aliorum opinionem, nec

M in patre generatio & spiratio distinguerentur vt disparata nisi secundum rationem tantum, sicut nec filius distingueretur a spiritu sancto nisi secundum rationem tantum. Et est dicendum ꝙ illud assumptū ab eis pro principio, ꝙ realitas relationis secundū quam vna est alia ab altera nō

sumitur nisi ex relatione ad oppositum,falsum est:quia relationis realitas non sumitur omino ex respectu ad suum oppositum:sed ex suo fundamento:vt sępius dictum est in aliis quęstionibus,& inferius amplius dicetur.¶Ad ꝓpositum ostēdendum efficacius.s. q̄ spiritus sanctus procedit a filio,est ratio ostensiua explicans causam positionis,talis.Secundū enim q̄ dictum est supra in principio solutionis quęstionis pręcedentis, ab eodem principio per omnimodam æqualitatē absq; omni ordine impossibile est plura procedere:hoc enim non cōtingit nisi in differentibus materialiter & solo numero:quēadmodū vnus faber plures ꝓducit cultellos,nec vnū mediāte altero: vel vna lux plures radios.Sed vt euidenti⁹ illud applicemus ad propositū nostrū,paulo altius inchoandū est. ¶Sciēdū est igit̄ secūdū superi⁹ determinata,q̄ esse est primū & propriū magis oim eorū q̄ deo cōueniūt:qd̄ secundū intellectū ante se in deo nihil ꝑsupponit: sed oia alia esse in suo intellectu includunt.Propter qd̄ dicit Diony.ca.v.de di.no.Ante alias dei participationes esse ꝓpositū est:& est ipsum p se eē maximū.Merito igit̄ aliis principali⁹ sicut ens de⁹ laudat̄:vt ꝑstātiore & digniore aliorū donorū ei⁹:ita vt ꝓpterea quodāmō ordine quodā rōnis & intellect⁹ nsi ex eē q̄si ex prio & pricipio ꝓcedit viuere,& ex viuere intelligere,& ex intelligere velle: sed aliū & aliū modū ordinis in ꝓcedēdo habēt itelligere ex viuere,viuere ex eē,q̄ velle ex itelligere:q̄a illa tria se habēt iter se in essendo vnū ab altero quasi per quandā informationē.Intelligere.n.est qd̄dā viuere,& viuere est qd̄dā esse.Nō sic aūt intelligere & velle se habēt iter se:sed poti⁹ p quādā distinctionē.non.n.velle est itelligere qd̄dā nec ecōuerso.Et silr̄ est de itelligētia & volūtate:& hoc q̄a ordinē quendā rōnis habēt inter se:hoc est,licet ambo sint quasi potentiæ naturales naturę immaterialis viuētis, tn̄ actio voluntatis requirit quasi pręuiam actionē intellectus & non ecōuerso.intelligere eni possum⁹ quæ non volumus:sed velle nō possumus quę non intelligimus siue cognoscimus, secundū Augustinū. Et propter hoc etiā quodāmodo quasi immediatius secundū intellectum nostrum se habet intelligētia ad vitā q̄ voluntas:vt quasi ordine quodam rationis ex vita quasi procedat.Et sicut est talis ordo rationis in ipsis vt habent esse in persona quę nō est ab alia quo ad ipsorum actus essentiales qui sunt velle & intelligere:sic est in ipsis ordo naturæ quo ad ipsorum act⁹ notionales: quí sunt dicere,generare,& spirare.Sicut eni voluntatis ꝑfectio quo ad actū suū essentialē quasi primū requirit quasi pręuiā ꝑfectionē intelligentiæ quo ad eius actum quasi primū & essentialē:sic perfectio eius quo ad actū suū notionalē,quasi secundū quo in sua ꝑfectione consummat̄ vt dictū est supra,reqrit quasi secundā intelligentię ꝑfectionē.s.quo ad eius actū notionalē: quasi secunda aūt ꝑfectio itelligētię cōsistit i ꝓductiōe verbi:q̄si scd̄a aūt ꝑfectio volūtatis cōsistit in amore ꝓcedēte, qui est spūs sanctus, secundū q̄ inferius declarabit̄. Necessario ergo ordine naturę productio spūs sancti quasi pręsupponit productionem filii. Vnde & Damascenus dicit lib.i.ca.vii.spiritum sanctum sequentem cum verbo:neq; deficit pater vnq̄ verbo:neq; verbo spirit⁹.Sed illud potest intelligi sequentem cum verbo non ipsum verbum sed patrem.Quod non potest stare: quoniam pater opere intelligentię producens verbum omnia quæ sua sunt ipsi cōmunicat præter proprietatē suam originis qua generat,& relatiua oppositione se habet ad ipsum. dicente Augustino.xv.de trinita. cap.xiiii. Verbū dei patris vnigenitus filius per omnia patri similis & æqualis hoc est oīno qd̄ pater:nec tn̄ pater:q̄a iste filius,ille pater.Et sequitur post pauca. Proinde tanq̄ seipsum dicēs Pater genuit verbum sibi æquale per omnia:nec enim seipsum integre perfecteq; dixisset si aliquid minus aut amplius esset in eius verbo q̄ in ipso.Quicquid ergo est in patre ꝑter eius proprietatē relatiuā ad filium qua pater est,& filium generat siue verbum dicit:filius habet a patre sibi cōmunicatum per generationē:quare & suam voluntatē fœcundā vi spiratiua. Quare cum in quibus est eadē vis actiua cōis quæ est principium actionis:& eadem actio cōiter ꝓcedit ab ambob⁹: sicut ergo pater vi illa spirat spm̄ sanctū vt ab ipso ꝓcedat: silr̄ & fili⁹ vt ab ipso ꝓcedat sicut a patre: vt sic eo mō quo sequitur patrem,seq̄t̄ & verbū. Et hoc est qd̄ dicit Ricar.li.v.cap.viii.Si idē est posse ambob⁹ cōe,cōsequēs est tertiā in trinitate ꝑsonā ex ambob⁹ & esse accepisse,& existētiā habere.Et post aliq̄ iterposita.De se imediate existēti dedit qcq̄d ab oīpotēte veraciter dari potuit.Est ergo eis cōe illud eē a quo cęterorū oim & eē & posse.Ab hac igit̄ gemina existētia est eētia oīs,oīs existētia,oīs ꝑsona:ergo & illa q̄ est tertia in trinitate ꝑsona.Et sicut ꝑfectio vni⁹ est causa alteri⁹:sic sane ꝑfectio geminę est causa tertię in trinitate ꝑsonę.Propter qd̄ dixit filius de spū sancto Ioan.xvi.Ille me clarificabit,q̄a de meo accipiet.Et ne dicat̄,verū est q̄ accipiet:sed a solo patre:addit. Oia q̄cūq̄ habet pr̄ mea sūt.In quo includit̄ auctoritas pricipii,& vis spiratiua quā fili⁹ hab3 a pr̄e,& cōem cū pr̄e:p qd̄ isinuat etiā a se hēre de suo.Ex quo patet omissū in q̄stione ꝑcedēti:s.q̄ pria ꝑsona q̄a ex se habet potētiam qua producitur tertia, immediate eā ꝓducit & cū secūda:q̄a potētiā illā habet scd̄a a pria: etiā q̄ per illā potētiā secunda imediate ꝓducit tertiā:& q̄ tertia ꝑsona a pria nō solū

imediate:sed etiã mediate pcedit:nullã tñ mediate tm possibile est pduci i diuinis:vt dictũ est ibi. Propter qđ dicit Ric.v.de trinita.cap.vi. In humanis qñq3 pcedit persona de psona tãtũmodo immediate:qñq3 tantũmodo mediate:quãdoq3 autẽ simul mediate & immediate. Tam Iacob q̃ Isaac de substantia Abrahę processit:sed vnus mediate tantũ,alter immediate tm.Sed istis processioni-
P bus non respondent pcessiones diuinæ:sed magis illa qua de substantia Adę processit immediate Eua,& de substantia vtriusq3 imediate Seth,& per Euam mediate de substãtia Adę,vt sic Seth de Adã processerit simul imediate & mediate. Vñ vt concludit in.ix.cap.necesse est vnã existentiã in nascibili immediate esse coniunctã:& aliam tam mediate q̃ immediate:nullam autem mediate tã tũ.Et vt concludit in cap.x.si quarta in deitate psona esse potuisset,proculdubio ex cæteris tribus eam originẽ trahere immediate oporteret.Et si quinta persona esse potuisset, simili ratione de cæteris quatuor immediate procederet.& sic in sequẽtibus quãtũcunq3 series huius progressionis ptrahatur.Sicut em̃ in duabus personis cõmune est illud posse vnde constat tertiam originem trahere:sic proculdubio illud posse cõmune esset tribus:vnde quartam esse oporteret:si quarta in diuinitate locũ haberet.Alioquin duę auarę sibi reseruarent qđ tertiæ salua vtriusq3 proprietate dari posset. Qđ in istis dixim9, proculdubio inuenies in cõsequentibus:nã hmõi differentia proprietatum in numero constat producentium: nam prima habet esse a nulla : altera ab vna sola : tertia vero a gemina:et si numerus in plures abundaret, eũdem progressionis tenorem per om̃es inueniri oporteret.Sic ergo patet veridica ratione q2 ex necessitate naturę diuinæ spm̃ sanctum ne-
Q cesse est procedere a filio quicquid dicant gręci.Nec valet eis q2 secundum Diony.nihil de deitate audendum est dicere pręter ea quę sacris literis sunt expressa.Verum est vel mediate vel immediate.Immediate enim licet sacris eloquiis solum exprimit id ad quod significandũ verba per se sunt imposita,mediate tñ eisdem exprimit qcqd p id qđ verba prio significãt,veridica rõne elici vel intelligi potest.Propter qđ dicit Aug.in sermone illo,Quia profundissime.De assumptiõe vero Marię dei matris tãto q̃ magna sunt cautius tractanda existunt,quãto specialius auctoritatũ testimonüs nõ possunt ad liqdũ roborari.Sed q2(vt dicit cõtinue)quędã scriptura sancta veris indagationum studiis quęrenda relīqt,non superflua ęstimanda dũ vera indagatione fuerint proposita. Foecunda enim est veritatis auctoritas:& dum diligenter discutitur, de se gignere qđ ipsa est cognoscitur. Sæpe enim discussa veram intelligentiam parat:quã manifestis sermonibus abscondit.Ex q bus post pauca cõcludit.Quid ergo dicẽdũ vñ diuina scriptura nihil cõmẽdat, nisi q̃rẽdũ rõne qđ consentiat veritati, fiatq3 ipsa veritas auctoritas, sine qua necesse est ne valeat auctoritas? Q̃q̃ ergo per verba scripturę non sit expressum vt sensus eorum immediatus : est tamen expressum per ipsa vt sensus eorum mediatus veridica ratione eliquandus ex sensu immediate expresso. Ex eo enim q2 dicit scriptura spm̃ sanctũ procedere a patre : non potest procedere ab ipso nisi vim illam ordine naturę filio quasi prius cõmunicet per generationem:quod studio verę indagationis ratio dictat.Ex quibus sequitur vt patet ex ratione præposita , q2 necessario etiã spũs sanctus procedit a patre.Per hunc modũ ex dictis scripturę concludit Aug. xv.de trinita. cap.xxv.spm̃ sanctũ procedere de filio sicut & de patre.vbi dicit sic.De ambobus processit spiritus sanctus:quoniã scriptura sancta eũ dicit spm̃ amborũ.Dicit em̃ spũs filii.Roma.viii.Si quis spm̃ Christi nõ habet,hic nõ est ei9. Et Galat.iiii.Misit spm̃ filii sui in corda nostra.Dicitur etiam spiritus patris.Matth.x. Nõ vos estis q loqmini:sed spiritus patris vestri.Item de ambobus procedere probatur: q2 ab vtroq3 missus legit: qm̃ nõ est mittẽs nisi habẽs auctoritatẽ supra mittentem.dicit enim filius de spũ sancto Ioan.xv. Veniet paraclitus quẽ ego mittã vobis a patre.&.xvi.Quẽ mittet pater in noĩe meo. Vñ pter istũ sensum mediatum sacrę scripturę, generaliter tenendũ est q2 id qđ de vna psona dicit, intelligitur de aliis,vbi non occurrit relatiõis oppositio. Et est multum opus ad hanc regulam frequenter inspicere:quoniam (vt dicit Magister sententiarum)cum dicit spiritum sanctum a patre procedere,non addit solo,& ideo etiam a se procedere non negat : sed ideo patrem tãtũ nominat: quia ad eum solet referre etiam qđ ipse est:quia ab illo habet. Vnde dicit Augustinus. cap. xxvii. Si ergo & de patre & filio processit spiritus sanctus,cur filius dixit de patre procedit?nisi quemadmodum solet ad eum referre qđ ipsius est de quo & ipse est. Vnde est & illud qđ ait. Mea doctrina non est mea,sed eius qui misit me.Si ergo hic intelligitur eius doctrina quam tamen dixit non suam sed patris:quanto magis illic intelligendus est de ipso procedere spiritus sanctus vbi sic ait, De patre procedit : vt non diceret de me non procedit ? Hunc etiam modum consequenter tenuerunt Apostoli.¶Nec est etiam omnino negandum quin scriptura expresserit sensu proprio & immediato spiritum sanctum procedere ab vtroq3, licet sub verbis metaphoricis : vbi dicit Ioan. Apocalypsis.xxii.Ostendit mihi fluuium aquę viuæ candidum quasi glaciem egredientem a facie

dei & agni. Aqua illa spūs sanct⁹ ē: sedes dei & agni cōcors volūtas est patris & filii. Per hoc patet q̄ nec valet eis, q̄ in symbolo Niceni cōcilii soli cōmemoratur spūs sanctus procedere a patre. Per hoc em̄ (vt dictum est) dat intelligere q̄ etiam procedat a filio. ❡ Q̄ addunt q̄ sub Anathemate ꝓhibet conciliū addere symbolo vel subtrahere: verum est q̄ nō licet addere qđ nō latet in verborum intellectu: qđ nō est addere: sed implicatū explicare: qđ non est aliud: sed idem. Illud aūt addere symbolo qđ aliud est: bene etiā prohibet synodus Nicena: quæ dicit in fine symboli qđ cātatur in missa. Qui aliud docuerit, vel aliud prędicauerit, anathema sit. i. cōtrarium vel modo contrario secundum q̄ exponit magister sententiarum. qualiter & apostolus dicit Gala. v. Si quis aliud euangelizauerit vobis pręter id qđ accepistis, Anathema sit. Vbi dicit Aug. sup Ioā. pte secūda ser. xliii. & in ser. iii. super illud. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Non ait plus q̄ accepistis: sed pręter q̄ accepistis: nā si illud diceret, sibiipsi pręiudicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonicēses vt suppleret quę eorū fidei deerant. Sed qui supplet qđ minus erat: nō qđ inerat tollit. Et intellige istud supplere nō respectu sensus immediati, sed mediati. quando em̄ qđ latet in sensu immediato suppletur, nō tollit qđ inerat: nec ꝓprie additur: sed explicatur. Vnde quātūcunq̄ datur sententia contra addentes & diminuētes, non tangit eos qui per hunc modum addunt ad explicationē & declarationē eorū quæ īplicata sunt, nisi in sentētia expresse prohibeatˀ talis declaratio, qualis prohibita est sub excommunicatione latæ sententię in expositionē regulæ fratrum Minorū editę a Nicolao papa. Propter qđ symbolo qđ in Niceno cōcilio sancti patres tradiderūt tēpore Constantini Augusti, timētes sententiam latam in illo concilio de non addendo aliqđ symbolo, postmodum sub Theodosio seniore Constantinopoli symbolo formā dederunt: & cōsubstantialem esse spiritum sanctum patri & filio demonstrauerūt, Macedoniū, qui spiritū sanctū deum esse negabat, condemnantes: vt dicitur Decreto. distinctione. xv. cap. i. R S T

❡ Ad illud ergo qđ primo arguit in oppositū de Damasceno: Dicēdū q̄ etsi in filio terminatur processio spūs sancti: eo q̄ vis spiratiua a patre habeˀ in filio: per hoc non pōt excludi: immo necessario debet includi q̄ propter eandē vim etiā procedat a filio: vt dictum est. ❡ Ad secundū ex dicto eiusdem, Spm̄ sanctum ex filio nō dicimus: Dicendū q̄ Ioan. Damascenus creditur fuisse in principio quando incepit opinio latinorum diuulgari q̄ spūs sanctus procederet a filio, & græci hoc affirmare nolebant: quia hoc non habebant expressum ex scriptura: vt dictum est propter qđ tanq̄ gręcus nōdū foret vidēs pfecte veritatē, sed in dubio posit⁹, nō negauit simplr sic esse: sed dixit nō dicimus: & tñ subdit statim qđ scriptura exprimit: vñ latini ꝓbant spm̄ sanctū ꝓcedere de filio: cū dicit. Spm̄ vero filii noiam⁹. Sed hui⁹ cōtrariū dicit statim (vt obiectū est) ī eplā de Trisagono. vbi dicit. Filii autē & nō ex filio. Et est dicēdū q̄ forte illā eplam lōge ante scripserat quādo firmus erat in opinione, anteq̄ ecclesia latinorū in hoc græcis contrariabat. ❡ Ad tertiū q̄ spūs sanctus scđm Damascenū est enūciatiuus & manifestatiuus filii: talis aūt nō necessario procedit ab eo cuius est enūciatiuus & demōstratiuus: Dicendū ad formā argumenti licet nō ad intentionē Damasceni, q̄ psona est enūciatiua & manifestatiua psonę seipsa interius in diuina natura, vel exterius p effectū in creatura. Qđ prīo enūciat & manifestat psonā, ꝓcedit ab illa. & sic secūdū latinos verbū manifestat patrē & spūs sanct⁹ vtrūq̄. Qđ aūt solū manifestat secūdo mō, nequaq̄: & hoc solum modo gręci & Damasc. ponebāt spm̄ sanctū manifestare & enunciare filiū: q̄a procedit ab ipso: & mittitur (secūdū ipsos) ad creaturas. & in hoc solū secundū eos habet auctoritatem sup eum propter ordinem suarum processionum. Vnde dicit Damasc. ca. x. Credimus in vnū spm̄ sanctū: &c. per oīa similē patri & filio, ex patre procedentē, & p filiū traditum & susceptum ab omni creatura. Vnde Augustinus. xv. de trinita. cap. xxviii. in hoc contradicit gręcis dicens. Spiritus autē nō a patre ꝓcedit in filiū: & de filio procedit ad sanctificandā creaturā: sed simul de vtroq̄ procedit: quis hoc filio pater dedit: vt quēadmodū de se, ita & de illo ꝓcedat. ❡ Ad quartum: q̄ spūs sanctus procedit a filio: hoc non est nisi quia actio voluntatis pręsupponit actionem intellectus: Dicendum q̄ verum est secundum iam determinatum modum. Et q̄ arguitur contra hoc: quia eadem actio intellectus præcedit actionem notionalem eius: & sic illa supposita æque primo voluntas & intellectus possunt in actiones productiuas personarum: vt secundum illud forte intelligere possimus quod dicit Damascenus libro primo capite. x. Simul est & filii ex patre generatio, & spiritus sancti processio: Est dicendum q̄ actio intellectus quæ requiritur quasi præcedens ad emanationem verbi, non est nisi intelligere essentiale: in quo non completur operatio intelligendi: vt supra visum est. Quod reuera etiam requiritur ad actum volendi essentialem: in quo non completur actio volendi: vt supra visum est. Voluntas enim de cognitione procedit

V Ad primum
X Ad secundū
Y Ad tertium
Z Ad quartū
A

dicente Augustino.xv. de trinita.cap.xxvii. Nemo vult qđ omnino quid vel quale sit nescit. Et dicunt greci fundantes se in hoc, ꝙ ille actus intelligẽdi essentialis sufficit tanꝗ preuius ad vtranque emanationem: vt ipso supposito ambe emanationes eque primo procedãt: nec oportet ꝙ vna emanatio sit preuia ad aliam: nec cõmunicari filio vim pductiuã spiritus sancti: sicut nec econuerso spiritui sancto cõmunicatur vis productiua filii. Sed hoc est cõtra dicta & ostẽsa in principio dissolutionis questionis precedentis & istius. Nec etiam sufficit actio intellectus quae est intelligere essentiale, ad producendum actionem voluntatis notionalem: quoniam sicut ad actionem volũtatis simpliciter essentialem preexigitur actus intellectus essentialis: sic ad completã actionem voluntatis quae consistit in actione emanationis spiritus sancti: requiritur completa actio intellectus, quae cõsistit in actione emanationis verbi. Et sic (vt dictum est) vim pductiuã actionis notionalis volũtatis necesse est ordine nature ꝗsi prius cõmunicari filio: & sic ab ipso simul cum patre produci spiritũ sanctũ. vt dicit Ricar.i.de trini.cap.vii. In summe sapientiae bonitate amoris flamma sicut non aliter sic non amplius flagrat ꝗ summa sapiẽtia dictat. Et cũ hoc põt addi: dicẽdo ꝙ hoc est necessarium: quoniã voluntas vt sit foecunda ad spirãdum spiritum sanctum: oportet ꝙ non solum sit voluntas qua quis amat simpliciter: sed ꝙ sit concors volũtas qua quis amat voluntate concordi cum voluntate alterius: vt sic voluntas spiratiua sit nexus quidam duorũ in vnum principiũ actiuum: si debeat spirare amorem fluentem ab vtroq; vt nexum vtriusq;, in vnum principiatum ab vtroq;. aliter enim amor essentialis in voluntate non est perfectus, vt voluntas p ipsum possit esse perfecte foecunda ad pducendum amorem procedẽtem, qui est spiritus sanctus. Propter qđ dicit Ric.iii.de tri.ca.xvi. Inter delitias charitatis & sapientie hoc maxime solet interesse, ꝙ sapientie delitie valẽt & solẽt hauriri de corde pprio. Intime aũt charitatis delitie hauriũt de corde alieno: nã ꝗ intime diligit, & intime diligi cõcupiscit, non tã delectatur ꝗ anxiatur si de dilecti sui corde nõ haurit dilectionis dulcedinẽ quã sentit.

B Ad quintũ. ¶ Ad quintum ꝙ arguitur ꝙ personarum emanantium ab alia neutra procedit a reliqua: quia ambe procedunt sufficienter a patre: Dicendũ ꝙ licet ambe sufficiẽter p immediationẽ a patre procedãt, cõditio ordinis nature ipsarũ requirit ꝙ vna earũ sit ab altera: vt dictum est: & cum hoc natura voluntatis, quae foecunda non potest esse nisi vt concors est et duorum: vt iam tactũ est. Et sic ꝙ spũs sanctus procedit a filio: hoc non est propter aliquam patris imperfectionẽ: sed propter naturae conditionem: qua necesse est filium cõmunicare in ratione illius perfectiõis qua spirat spiritum sanctũ.

C Ad sextum. ¶ Ad sextũ ꝙ si spũs sanct[9] pcederet a filio, pcederet ab ipso iam nato: verũ est ordine quodam naturalis originis: non autẽ alicuius durationis, secundum ꝙ hoc sufficienter expositum est supra.

D Ad septimũ. ¶ Ad septimũ, si spũs sanctus pcederet a filio, cũ pcedat a patre: aut ergo secundũ ꝙ sunt vnus: aut scđm ꝙ sunt duo: Dicendũ ꝙ hic distinguunt aliqui dicentes ꝙ ly vt, vim reduplicationis habet: & ita determinat actum procedendi positum in pdicato in respectu & comparatione quadã ad subiectũ qđ est pater & filius. Potest ergo ly vt determinare actũ pcedendi vt refertur ad subiectum ratione qua est agens: aut ratione virtutis agendi quae est in ipso. Primo modo dicit ꝙ spirant vt plures. Secũdo modo spirant vt vnũ vt iam videbit. Nullo aũt modo spirant vt vnus: sicut pbant media cõtra hoc membrũ adducta. Sed ꝙ ista distinctio pro primo mẽbro sit impossibilis, apparet ex hoc: qm̃ agẽs ratione qua agens dicit elicientem actum vt eliciens est: non aũt rationẽ eliciẽdi vt qua elicit. Nunc aũt reduplicatio circa pdicatũ nõ reduplicat nisi causam siue rationẽ pdicati quã habet i subiecto: qua habet ipsi in esse: non autem ipsum totum: vt patet ex primo Priorum. Qꝫꝗ ergo plures sunt de quo pcedit spũs sanctus: dicẽte Anselmo de pcessione spũs sancti, Quoniã deus est de quo est spũs sanctus, est pater & filius: idcirco vere dicitur esse de patre & filio, qui sunt duo: non tamen vt sunt duo, elicientes. Licet aliquo modo vt sunt duo cõnotati circa rationem eliciendi: vt iã dicet.

E Ad octauũ. ¶ Ad octauũ ꝙ procedit ab eis vt sunt vnũ, aut vt sunt plura: Dicendũ ꝙ nullo modo vt sunt plura, secũdum ꝙ ostendit mediũ cõtra hoc membrũ: sed vt sunt vnũ. Nõ vnũ qđ est essentia: secundũ qđ est pure absolutũ: secundũ ꝙ probat medium adductum contra hoc membrum: nec vnum qđ est notio cõmunis relatiua: secũdũ qđ est pura relatio: quia illa non põt esse actionis principium elicitiuũ: vt supra dictũ est: sed medio modo inter vtrũq;. s. vt sunt vna essentia non modo sub ratione essentie: sed vt ipsa est voluntas: nec vt est absolute voluntas: sed vt est voluntas sub ratione proprietatis relatiue notionalis cõmunis. Sed adhuc nõ vt est essentia sub tali ratione penitus est vna: quia tunc non haberent rationẽ nexus aut cõnexorum pater & filius in spirando spiritum sanctum, secundum ꝙ ex sequẽtibus patebit: immo vt ipsa voluntas est vna cõnotãs distinctionem plurium patris. s. & filii circa illã vnitatẽ: vt sic dicantur pater & filius spirare spm̃ sanctum vt sunt vnum in essentia sub ratiõe cõmunis pprietatis relatiue cõsiderata: & vt ipsi sunt tanꝗ plures circa illud

vnum connotati: licet non vt ipſi ſunt principaliter plures diſtincti actum elicientes, ſecun-
dū φ iam dictum eſt in ſolutione argumenti praecedentis. Et ſecundum hoc licet non ſpirant vt
plures ſunt diſtincti principaliter & elicientes actum propter rationem prędictam: ſpirant tamen
vt ſunt connotati plures diſtincti circa id, in quo ſunt vnum, quod eſt ratio eliciendi actum, & ſic
vt plures vniti in vna ſpiratiua ratione. Vniti intelligo per connotationem circa vnam rationem
agendi: ꝓpter quā qdē cōnotationē in vna rōne neceſſario cōcurrunt in illā vnā actionē. ¶ Ad cu- B
ius intellectū ſciēdū eſt φ ſcđm φ inferius determinabit, act⁹ eſſentiales ſunt praeuii ordine quodā
rationis, & fundamenta actuū notionaliū: & quaſi cōplementa virtutis ſiue rationis elicitiuae eo𝔯
ſub ratione reſpectus: vt ratio dicendi verbum ſiue vis dictiua in patre ſit diuina eſſentia inquā
tum eſt intellectus informatus ſapiētia eſſentiali in actuali actu intelligendi ſub ratione reſpectus
notionalis quē habet pater ad filiū: Ratio vero ſpirādi ſpm̄ ſanctum ſiue vis ſpiratiua in patre &
filio ſit eadem diuina eſſentia inquantū eſt voluntas informata amore eſſentiali in actuali actu vo
lendi ſiue amandi: & hoc ſub ratione reſpectus notionalis cōmunis, quē habēt cōiter pater & fili⁹
ad ſpm̄ ſanctū. Sed in hoc intereſt ex parte intellectus vt ſit foecundus ad dicēdū verbū: & ex par-
te volūtatis vt ſit foecunda ad ſpirandū ſpm̄ ſanctum: quoniā intellectus perfectā foecunditatē ha
bere poteſt ad verbi ꝓductionem vt exiſtit in vna ſola pſona. Voluntas aūt pfectā foecunditatē ha
bere nō pōt ad ſpiritus ſancti pductionē niſi exiſtat in gemina pſona. & hoc quia foecūditas intel-
lectus conſiſtit in plenitudine pfectę ſapientię quę poteſt eſſe in vnico. dicēte Ricar.iii. de trini.ca.
xvi. Nihil definitur cōtrariū naturę: ſi plenitudo ſapientiae dicatur poſſe ſubſiſtere in ſingularita
te perſonę, nā quātum videt, etiam ſi ſola vna pſona in deitate eſſet, nihilominus plenitudinē ſapi
entię habere potuiſſet. Foecūditas autē voluntatis cōſiſtit in plenitudine pfecti amoris: q nō pōt
eſſe niſi in duobus ad minus. dicēte Ric. ibidem, & iam habitum eſt ſupra. Plenitudo charitatis ſi
ue amoris nō haurit niſi de corde alieno. Vt em̄ dicit lib. eodē ca.ii. q̄diu quis nullum alium q̄ ſe
ipſum diligit, ille quē erga ſe habet priuatus amor, conuincit φ ſummum charitatis gradum non
apprehendit. Non ergo (vt dicit cap.iii.) poteſt eſſe amor iocundus niſi ſit mutuus. Quare cum
in amore eſſentiali voluntas ſummę foecunditatis eſſe nō poſſit niſi ſumme perfectus & iocūdus
ſit amor: oportet, vt voluntas foecunda ſit φ amor mutuus ſit: vt (ſecūdū φ dicit ca.iii.) ſit q amo
rē impendit: & qui amorē rependit. Q m̄ (vt dicit ca.vii.) ſumme diligenti nō ſufficit ſi ſumme di
lectus ſummā dilectionē nō rependit. Et ſecundū hoc (vt iā dictū eſt ſupra) ad hoc φ cōis volun-
tas patris & filii ſit foecunda ad ſpirandum ſpiritum ſanctum, non ſufficit φ ſit vna cōmunis am
bobus, & amor eſſentialis in ipſa communis, qua ambo ſimul volunt & amant: ſed oportet φ ſit
voluntas concors & mutua duorum, qua vnus ſummū amorem alteri impendit, & ille viceverſa
eundem rependit: quo exiſtente foecunda eſt: vt ex ipſa neceſſe eſt emanare amorem qui eſt ſpiri-
tus ſanctus. dicente Ric. cap.xi. In mutuo amore multūq; feruēte nihil praeclarius q̄ vt ab eo quē
ſumme diligis, & a quo ſumme diligeris, alium ęque diligi velis. In illis itaq; ſicut dicit mutuo di
lectis vtriuſq; pfectio vt conſummata ſit exhibitę dilectionis conſortē reqrit: & hoc p vim ſpirati-
uā q̄ eſt ipſa cōcors volūtas in mutuo amore ꝓducendo ſpm̄ ſanctū nō ſolū vt ſunt vnū in volūta
te illa ſiue amore: ſed vt ſunt plures inter ſe diſtincti. Quę diſtinctio cōnotat p hoc φ volūtas dici
tur eſſe cōcors & amor mutuus. Q̄ eīn ſit cōcors voluntas & amor mutu⁹, nō poteſt eſſe niſi ſint
pluriū ſecūdū φ plures ſunt. iſeparabilis eīn ppoſitio con, aſſociationē iportat: q̄ nō eſt niſi pluriū
diſtinctoꝝ. Propterea bene dicitur in plurali φ pater & filius vel ſpiritus ſanctus ſunt tres coęter
ni: cū tamen iſta negatur pater filius & ſpiritus ſanctus ſunt tres aeterni. Per hoc etiam φ iſta vo
luntas concors eſt & amor mutuus duorum: licet ſit vnus & idem: nō tamē eſt eadem ratio eius
vt eſt a patre in filium impenſus, & econuerſo a filio in patrem repenſus. Quoniam vt dicit Ric.
lib.iii.cap.xix. quando duo ſe mutuo diligunt, & ſummi deſiderii affectus inuicem rependunt, &
iſtius in illum, illius vero in iſtum affectus diſcurrit: & quaſi in diuerſa tendit: & per hoc φ qua-
ſi in diuerſa tendit, quodammodo ratione diuerſus eſt. Sed iſta diuerſitas rationis eſt & conſiſtit
in pure eſſentiali: qua non obſtante in illa voluntate concordi & amore mutuo exiſtit foecunditas
penitus vna & eadem: in qua pater & filius vnum ſunt omnino: & vniformiter penitus ſpirant
ſpiritum ſanctum: qui a duobus concorditer diligitur, & duorum affectus tertii amoris incen-
dio in vnum conflatur: vt dicit ibidem Ricar. Et ſecūdum hoc in ſpiratione ſpiritus ſancti dupli-
citer conſideranda eſt patris & filii diſtinctio. Vno modo: vt exprimuntur ſicut elicientes actum.
Alio modo, vt intelligūtur eſſe concordes in voluntate & amore mutuo circa rationem eliciendi
actū. Et ex diſtinctione eius primo modo conſideratę & expreſſę nullo mō dicendi ſunt ſpirare vt
plures. Licet eīn ſint plures q ſpirant: non tū ꝓpter pluralitatē q̄ principalr eſt in illis ſpirant; ſed

solum ex distinctione eorum dicto modo connotata. & sic pater & filius non spirant spiritum san ctum vt sunt plures in actionem eliciendo, licet concurrant in vnam rationem qua eliciunt actu: sed vt sunt plures in vna voluntate, quae est ratio eliciendi actum concordando & amorem suum
F in illa mutuando: qd iã patebit amplius. ¶ Ad. ix. aut procedit ab eis vt ab vno principio: aut vt a
Ad. IX. pluribus: Dicendum q in talibus maxime aspiciendũ est ad significatũ termini. Est ergo intelligẽ dum propter significatum huius nominis principium, q in diuinis est aliquod nomen qd pure si gnificat essentiam puram & per modum essentiae: & non supponit nisi pro essentia: vt hoc nomen
G deitas. Est & aliud nomẽ qd significat essentiam non per modum essentiae: sed per modum sup positi: & supponit pro supposito: vt hoc nomen deus. Est autẽ tertiũ nomen qd significat relationẽ purã & per modum relationis: & supponit solũ pro relatione: vt hoc nomẽ paternitas. Quartum est nomen qd significat medio modo, scilicet essentiam principaliter: sed sub ratione & mõ respe ctus siue relationis: vt hoc nomẽ potẽtia, & hoc nomẽ pricipiũ. sed differẽter. Qm potentia signifi cat substantiã sub rõne respectus ad actũ principaliter: hoc nomẽ vero principium sub ratione re spectus ad productũ principaliter. Et iterum potentia significat substantiam sub ratione respect⁹ & per modum respectus quãtum est de ratione formali a qua nomen imponitur ad significandũ Propter qd determinauimus supra habẽdo respectũ ad hoc, q potentia non est quid sed ad aliqd non q significet puram relationem: vt hoc nomen paternitas: sed quia licet significat substãtiam & supponit pro substantia: significat tamen ipsam sub ratione & modo respectus. Principium ve ro significat substantiam similiter & sub ratione respectus: sed per modũ suppositi: vnde & suppo nit pro supposito. Vnde tam hoc nomen potentia q̃ hoc nomen principium significant substan tiam principaliter: sed sub ratione respectus: & hoc sub indifferentia quadam & indeterminatio ne: quemadmodum hoc nomen persona significat suppositum simpliciter sub indifferentia & in determinatione quadã. & determinatur ista determinatio per adiunctum: & cum hoc, hoc nomẽ principiũ supponit p supposito sub indifferentia & indeterminatione quadã: sicut hoc nomẽ de⁹.
H Quia igit hoc nomẽ principiũ principaliter significat essentiã: licet sub mõ relationis: & p hoc di cit de suo significato potius rõnẽ elicitiuã q̃ suppositũ in quo est, qd p ipsam actum elicit: q̃uis eti am pro ipso supponit: ipsa autem essentia vna est in diuinis, & prima ratio elicitiua omnium diui norum actuum: vt habitum est supra: & ratio principii maxime primo attribuitur: quia quanto aliquid habet magis rationem primi: tanto habet magis rationem principii: primum enim & prin cipium idem, secundum philosophum. i. Posteriorum: Idcirco dico q in diuinis non est nisi vna ra tio principii propriissime accepti: & non dicitur nisi singulariter: & hoc siue verificat locutionem significando essentiam sub ratione vnius respectus siue pluriũ: & siue supponat pro vno supposi to verificando locutionem siue pro pluribus simul, duobus aut tribus: licet accepto principio nõ sic proprie, scilicet pro simpliciter primo & remoto, sed p proximo & immediato actui pprio prin cipia dicunt esse plura: sicut & plures dicunt esse potẽtię. Ecõtrario eñ cõtingit in rõne principii, & ratione potentiae: quia tanto vnũquodq magis habet rõnẽ principii, quanto magis habet ratio nem primi & remoti a principiato, vt iam dictum est. Tanto vero vnũquodq magis habet ratio nem potentiae, quanto magis habet rationem proximi & immediati ipsi principiato. Propter qd se cundum philosophum. ix. Metaphy. acetum non est proprie in potentia vinũ: sed aqua existens in stipite. Vnde pater dicitur esse vnum principium filii, spiritus sancti, & creaturarum: quia vna est diuina essentia, quae in ipso est vnica ratio principiandi illa oia: licet sub rõne alteri⁹ respect⁹ est ra tio principiãdi filiũ: & sub ratione alia spiritum sanctum: & sub tertia creaturarũ. Similiter pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti & creaturarũ, licet sub alia ratione spirit⁹ sancti, & sub alia creaturarum, & licet sint diuersa supposita: & hoc quia in ipsis vnica essentia est ratio pri ma illorũ elicitiua: nec referret in aliquo quin dicerentur esse vnum principium spiritus sancti, etiam si sub pluribus rationibus respectiuis in patre & filio esset principiandi & originandi ratio spm sanctũ: queadmodum nõ refert in patre quin dicat vnum principium filii & spũs sancti: q̃uis essentia in ipso secundum diuersas relationes sit ratio originandi ipsos. Et sic pcisa ratio qua pater & filius dicunt principium vnum spũs sancti, est ipsa essentia sub ratione respectus & relatiõis sim pliciter, quem habet ad spm sanctũ in pducendo ipm. Nõ dico sub ratione relationis vnius quę est cõmunis notio vtriusq: hoc eñ icidit q sit vna: qa (vt dictũ est) si nõ eẽt vna sed plures nihilomi
I nus ppter essentiam vnam q̃ habet rõnẽ principii primi, dicerent vnũ principiũ eius. ¶ Ex quo pa tet q̃tuor. Primũ q vnitas principii p se sumit & pcise ex vnitate ei⁹ qd est pria rõ pricipiãdi: licet nõ nisi vt cõsiderat sub rõne respect⁹ & relatiõis ad id cuius est rõ originãdi. Propter qd licet eadẽ essentia sit in principiato: nõ tñ eadẽ ratio principii: qa non est in illo sub rõne eiusdem respectus.

Secūdum est, ꝙ alio & alio modo pater & filius dicūtur spirare spiritum sanctum vt sunt vnum & vt sunt vnum principium: quia spirant spm̄ sanctum vt sunt vnum in essentia: & sub vna ratione relationis cōis qua referuntur cōiter ad spm̄ sanctum: spirāt aūt spm̄ sanctū vt sunt vnum principium in essentia, distincti propriis relationibus quibus inter se referūtur. Propter quod patet tertium. s. ꝙ non bene dicunt ꝙ eadem est notio in patre & filio secundum quā dicuntur vnū principium spiritus sancti. hoc enim incidit vt dictū est: lipet incōmutabiliter. Propter quod dicit Aug. v. de trini. cap. xiiii. Pater ad filium principium est: quia genuit eum. Ex quo cōcludit Magister senten. lib. i. distinctiōe. xxix. ca. Deinde. Qua ergo notione est pater, ea filii principium dicit. i. generatione. Et cap. Vnum autem. dicit sic. Sane intelligi potest & patrem & filium eadem notione vel relatione dici principiū spiritus sancti. vbi multum de hac materia per totam distinctionem. Quartū est, ꝙ cum dicit ꝙ pater & filius spirant spm̄ sanctum vt sunt vnum. i. vnus deus: licet in lib. de spiritu sancto hoc dicat Anselmus, non exprimit ꝑcisa rō vnitatis patris & filii in spirando spm̄ sanctū: qm̄ illud in quo sunt vnū, si ꝑcise exprimat, oportet ꝙ exprimatur sub ratiōe respectus qui soli patri & filio conuenit. Deus aūt etsi supponat pro relatiuis suppositis, tn̄ nō significat aliqd sub rōne relationis: & cū hoc nō significat essentiā vt ꝑcise cōuenit patri & filio: sed etiā vt cōuenit spiritui sancto. Propter qđ etiā cū dicitur ꝙ spirant vt vnū. i. vnum principiū, non exprimitur pręcisa ratio vnitatis eorum in spirando spm̄ sanctum: quia etsi principium significat essentiam sub ratione relationis: non tamen pręcise illius qua pater & filius referuntur ad spiritū sanctum: sed generaliter qua pater refertur ad filium, & ambo ad spiritum sanctum, & tota trinitas ad creaturas: & etiam vna creatura ad aliam. Vnde quia Anselmus ponit ꝑcisam rationē spirandi spiritum sanctum in patre & filio ꝙ sunt vnus deus: per hoc probat ꝙ oportet ꝙ spiritus sanctus sit de filio aut econuerso ęquali necessitate qua pater est de filio & econuerso: & similiter spūs sanctus de patre aut econuerso. Et manifestū est ꝙ non tenēt de forma argumenti. Si enim aliqs dicat ꝙ spiritus sanctus non procedat ratione deitatis simpliciter: sed solum vt est sub ratione notiōis relatiuę: & illa ponatur esse in solo patre: sicut est notio generatiōis actiuę, & cū hoc dicat ꝙ illę duę notiones in patre nullum habent ordinem inter se: talis potest cōcedere ꝙ necesse est a patre procedere filium & spiritum sanctum: ita tamen ꝙ neuter ab altero, non obstantibus rationibus Ansel. vt patet inspicienti. Vnde si consimiles quęstiones fierent de patre respectu filii & spiritus sancti, vtrum produceret eos vt est vnus, an plures, respondendum esset vt prius: ꝙ ipse qui produceret eos, esset vnus. Si vero quæreretur vtrum produceret eos vt est vnum, an vt est plura: Dicendum ꝙ vt est vna essentia sicut prius: sed vt sub rationibus diuersarum relationum siue proprietatum. Si vero quæratur an procedūt ab eo vt ab vno principio, an vt a pluribus: Dicendum ꝙ vt ab vno, ratione vnitatis essentiæ: licet sub diuersis rationibus relationum: ita ꝙ si pater diceretur esse plura principia: pluralitas diuinarum essentiarum implicaretur esse in ipso. Vnde de vnitate principii patris & filii respectu spiritus sancti dicit Anselmus de ꝓcessione spiritus sancti. Sicut nō credimus spm̄ sanctū esse de hoc vnde duo sunt pater & filius: sed de hoc in quo sunt vnum: ita non dicimus duo esse eius principia sed vnum principium: si tamen debeat dici deus habere principium. Principiū namq̄ videt nō nisi rei incipientis esse. Propter qđ innuit ꝙ non sumunt omnia in diuinis vniuoce secundum modum quo vsitantur in creaturis: sed eminentiori. vnde subdit. Si tamen ineffabili quodā modo intelligatur, quoniā aliter proferri nequit, nō incōgrue potest dici principium. Sed est intelligendum dictum illud Anselmi de hoc in quo sunt vnū nō absolute: sed solū rōne respectus. Propter quod etiā nomē principii respectum importat. secundum ꝙ dicit Aug. v. de trini. cap. xiii. Dicitur relatiue pater: idemq̄ relatiue dicitur principium. & cap. xiiii. Fatendum est patrem & filium esse principium spiritus sancti non duo principia: sed sicut pater & filius vnus deus, & ad creaturam dicitur vnus creator & vnus deus: sic relatiue ad spiritum sanctum vnum principium: ad creaturam vero pater & filius & spiritus sanctus vnum principium: sicut vnus creator & vnus deus. ¶Q; arguitur iuxta hoc: si pater & filius essent vnum principium spiritus sancti, aut ergo vnum principium quod est pater, aut quod non est pater: Dicendum ꝙ vtrunq̄ pręcise & separatim loquendo negandum est vt procedit obiectio: sed vtrunq̄ concedendum est coniunctim: quia pater & filius vnum sunt principium spiritus sancti quod est pater pro vno, & quod non est pater pro alio: quia relatio quæ includitur in nomine principii: non est determinata ad vnam singularem vel communem aut ad plures: nec principium determinate supponit pro aliquo suppositorum: vt dictum est: licet determinetur per adiunctum. ¶Ad vndecimum: ꝙ si spiritus sanctus procedit ab vtroq̄, aut ergo vt ab vno spiratore: aut vt a duobus: Dicendum ꝙ in hoc argumento non solum diuersi contrarian

K
L
M
N
O
P
Q
Ad.X.
R
Ad.XI.

tur inter se: immo ex magnis doctoribus idem contrariatur sibiipsi: qui dixit super .i. Sent. ꝙ actus recipit numerum a suppositis: actus autē significaꝰ & in verbo, & in participio, & in nomine verbali: & ideo non possumus dicere ꝙ pater & filius spiret spiritum sanctum: vel ꝙ sint spirans, vel ꝙ sint spirator: sed ꝙ spirāt & ꝙ sint spirātes & ꝙ sint spiratores: q̄uis sit vnus actꝰ quo spirāt. In prima aūt parte summę suę repetit eandem sententiam dicēs. Pater & filius licet sint vnum principium spiritus sancti: sunt tamē duo spiratores propter distinctionem suppositorū, sicut duo spirantes: quia actus referūtur ad supposita. Reuocando autem dictum suum in hoc, statim dicit cōtrarium subdens. Sed melius dicendum videtur ꝙ quia spirans adiectiuum est, spirator vero substantiuum, possumus dicere ꝙ pater & filius sunt duo spirantes propter pluralitatem suppositorum: non autem duo spiratores propter vnam spirationē. ¶ Postmodum autem superuenit quidam alius, qui detestans dictam contrarietatem super .i. senten. scripsit sic. In hac quaestione iidem sibiipsis contrariantur: nam cum prius dixissent patrem & filium esse plures spiratores: postea dixerunt esse melius dicendum, ꝙ pater & filius sunt vnus spirator. Vbi continuo subdit dicens, & bene, ꝙ tota causa quare nos dubitamus concedere patrem & filium esse plures spiratores, est quia sicut vna est potentia spirandi in patre & filio: ita est vna potentia creandi in tribus psonis: sed propter vnitatem potentiae creandi dicuntur omnes tres personae vnus creator: ergo propter vnitatem potētiae spirandi, pater & filius debent dici vnus spirator. Huius autem varietatis ꝙ tres personae dicuntur vnus creator, duae autem non dicuntur vnus spirator, rōnē subdit dicens: ꝙ sicut tres personę non creant in eo ꝙ plures: sed in eo ꝙ vniūtur in aliquo absoluto, puta in deitate: ita pater & filius non spirant in eo ꝙ plures, sed in eo ꝙ vniūtur in aliquo absoluto: sed hoc aliter & aliter: nam prout tres creant sunt vnum in deitate, ita ꝙ ipsa deitas creat: sed duo non sunt vnum in deitate vt deitas spiret. Vt igitur dicit, ratione deitatis cui competit creare, non autem spirare, potuerunt plures personae dici vnus creator, non autem vnus spirator. Sed manifestum est ex supra determinatis circa diuinas actiones in generali, ꝙ principium diuinae actionis vt agēs a qua emanat, non potest esse diuina essentia: licet sit ratio eliciendi omnes: sed solum suppositum subsistens. forma em̄ rei non agit: sed habens formā agit per formā. Vnde nec actum intelligendi (de quo magis videtur) attribuit phs animę cōiunctę sed composito: nō enim differt (secundum ꝙ dicit) dicere animam intelligere, & texere, aut ędificare. Etsi ergo plures vt plures non creāt: vel spirant: sed solum secundum ꝙ vniuntur in vno, scilicet in deitate: non tamen (secundum ꝙ iam declaratū est) vt in penitus absoluta: sed sub ratione alicuius respectus. Non plus tn̄ actus creandi poterit attribui essentiae diuinae: dicendo ꝙ essentia creat: q̄ actus spirandi dicēdo ꝙ essentia spirat: licet de creare validior sit apparentia: eo ꝙ essentia est ratio creandi in tribus personis: nō aūt ratio spirādi nisi in duabus. Vnde si alicubi propterea inuenitur ꝙ creatrix dicatur essentia: aut ꝙ creat: exponēdus est sermo vt essentia stet improprie pro eo cuius est. Aliam ergo rationem diuersę pdicationis creatoris in singulari de tribus, & spiratoris in plurali de duobus, oportet assignare, quae non solum ostendat rationem quare sic possit esse: sed quare sic & nō aliter debeat esse. ¶ Ad cuius intellectum sciendum est: ꝙ licet nomina verbalia eundem actum significent quē verba & participia: vt aedificator & aedificans: creator & creans: spirator & spirans: alio tamen & alio modo significant ipsum: quoniam verbum & participium significāt ipsum vt actu egreditur ab agēte: nomen autem verbale vt solum ab ipso egreditur etiā habitu. Aedificator enim aptus est aedificare: etsi non actu aedificet. Aedificans autē non est, nisi actu ędificet. Et similiter in diuinis: q̄uis ibi actus vt est intra non distet ab habitu: nomen tn̄ verbale de ratione sua nō indicat nisi agentem habitu: secundum ꝙ spirans non est nisi a quo actu emanat actus spirandi: spirator autem etsi semper sit in actu spirādi: nomen tn̄ hoc non indicat nisi spirantē habitu. & secūdū, hoc verbū & participiū aliter cōparātur ad agere debētē: siue aliter respiciūt ipsum: & nomē verbale. Cū em̄ (vt supra determinatū est) actꝰ vt est in agere p se sit suppositi: verbū & participiū nomināt actū vt p se respicientem suppositum prout suppositum est. Propter qđ generaliter ad plurificationem suppositi sequitur in praedicatione plurificatio in consignificatione pluralis numeri verbi & participii: vt infra declarabitur loquendo de modo loquendi de deo. Nomen autem verbale quia significat actum in habitu qui semp per se respicit vim elicitiuā actus, non aūt suppositum: non enim dicitur aedificator nisi qui habet vim & potentiam aedificandi secundum quā aptus est huiusmodi actum elicere: idcirco non generaliter ad plurificationem suppositi sequitur in praedicatione plurificatio in consignificatione numeri pluralis hmōi nominū: sed qn̄q; sic, qn̄q; non. Ad cognoscendū autem quando sic & quando non, est aduertendum ex parte ipsius virtutis vel rationis agendi elicitiuae actus. Aut enim ipsa est diuersa in diuersis: & tunc generaliter nomen verbale pluraliter

prædicatur de ipſis,vt Sortes & Plato ſunt duo ædificatores. Aut eſt eadem in diuerſis,ſicut con
tingit in diuinis reſpectu omnium actionum quæ pluribus perſonis conueniunt.Sed hoc contin- Y
git dupliciter.Aut enim ſunt oino vnũ in illa vi ſiue ratione,vt penitus ſecũdũ eũdem modum ſit
elicitiua actus ſiue ratio eliciẽdi vt eſt in vna & in altera,abſq; omni connotatione diſtinctiõis ſup
poſitorum,& diuerſitatis eorum in modo agẽdi per illã.Aut licet ſint omnino vnum in illa:nõ ta
men eſt penitus ſecundum eundem modum elicitiua actus ſiue ratio eliciendi ipſum vt eſt ĩ vno
& in altero:ſed connotat diſtinctionem ſuppoſitorum,& diuerſitatem aliquam in modo agẽdi per
illam.Nomen verbale reſpiciẽs in diuerſis ſuppoſitis vim elicitiuam primo modo,prędicatur de il
lis nõ niſi in ſingulari:qa licet plures ſint eliciẽtes,ꝓpter tñ talẽ virtutẽ elicitiuã eliciũt actũ vt pe
nit9 ſunt vnũ in illa,& non vt ſunt plures ſecũdũ ſe:vt reduplicatio ĩportata per ly vt,determinet
actum in reſpectu ad perſonas elicientes ipſum,nõ notando conditionem eliciẽtium,inquantum.ſ.
elicientes ſunt:ſed virtutis elicitiuę tantũ inquantum eſt ratio eliciendi omnino eadẽ reſpectu plu
rium in eliciendo actum,& pręciſa ratio qua vna actum elicit & alia:vt licet perſonæ illę ſint diuer
ſæ:non tamen omnino eliciunt actum eo ꝙ ſunt diuerſæ:ſed tñmodo eo ꝙ conuenit eis ratio per
ſonæ:& habent vnitatem in vi actiua dicto modo:ita ꝙ ſi non eſſet niſi vna illarũ,non minus elice
ret actum q̃ ſimul omnes.Tale nomen verbale eſt hoc nomen creator:quia vim creatiuam quæ eſt
diuina eſſentia ſub ratione reſpect9 ad creaturas,reſpicit in diuerſis ſuppoſitis,vt in q̃ ſunt omnia
vnum:& penitus ſecundum eundem modum ipſa eſt ratio elicitiua actus vt eſt in vno & vt eſt
ĩ altero,abſq; omni cõnotatione diſtinctionis ſuppoſitorũ circa eam,& diuerſitatis ſiue difformita
tis eorum in modo agendi per illam.propter quod prædicatur de illis non niſi in ſingulari dicẽdo
ꝙ ſunt vnus creator,ad modũ quo dicitur ꝙ ſunt vnus de9,vt patet ex dictis Auguſtini iam ſu-
pra poſitis.Quis enim ſunt plures creantes,propter tamen talem vim elicitiuam,eliciunt actum
creandi vt penitus ſunt vnum in illa, & non vt ſunt plures ſecundum ſe &c. ſecundum iam di-
ctum modum.Nomen autem verbale reſpiciẽs in diuerſis ſuppoſitis vim elicitiuam ſecundo mo-
do,prædicatur de eis non niſi in plurali , quia propter talem virtutem elicitiuam etiam eliciunt
actum nõ ſolum vt ſunt vnum in illa:ſed cum hoc vt ſecũdum ſe ſunt plures & diſtincti:vt redu
plicatio per ly vt,determinet actum in reſpectu ad perſonas elicientes ipſum,ſimul connotando cõ
ditionem virtutis elicitiuę inquantum eſt ratio eliciendi, & ipſorum elicientium vt ſunt diſtincti
Et licet illa vis ſit eadem talium plurium,non tamen vt penitus eadem,eſt præciſa ratio qua vn9
illorũ elicit actum & alius.Vñ perſonæ illę actum eliciunt ſcdm ꝙ ſunt diſtinctę & diuerſę:non ſo
lum eo ꝙ conuenit eis ratio perſonæ ſimpliciter:& habent vnitatem in vi elicitiua prædicto mo-
do:ita ꝙ ſi non eſſet niſi altera illarum,nullo modo actum illũ eliceret ſine reliqua.Tale nomẽ ver-
bale eſt hoc nomen ſpirator:quia vim ſpiratiuam quæ eſt eſſentia diuina ſub ratione reſpectus cõ-
munis ad ſpiritum ſanctum ſecundum prædictum modum,reſpicit in diuerſis ſuppoſitis vt ĩ qua
ſunt vnum omnino:ſed ipſa non penitus ſecũdum eũdem modum eſt ratio elicitiua vt eſt in vno
& vt eſt in altero,abſq; omni connotatione diſtinctionis illorum circa eam ex connotato circa vim
elicitiuam,ſecundum ꝙ iam in parte dictum eſt ſupra.Aliqua eſt etiam difformitas eorum in mõ
agendi & eliciendi actũ p illã,vt iã patebit.ꝓpter qḋ ꝑdicať de illis in plurali,dicẽdo ꝙ ſunt plures
ſpiratores.Propter tale eñ cõnotatũ & modũ eliciẽdi actũ non eliciũt actũ ſolũmõ vt penit9 ſunt
idẽ in vi ſpiratiua:ſed etiã vt ſunt plures ſecũdũ ſe &c.ſecũdũ iã dictũ modũ.Et ſic pr̃ & fili9& ſpi Z
ritus ſanctus in creando licet plures ſint,tamen quia omnino vnum ſunt abſq; omni differentia ra
tionis & diſtinctionis connotatę,totaliter creant vt vnum ſunt nõ vt plures,& ſunt vnus creator
non plures creatores: vt ly vt determinet actum creandi vt refertur ad rationem agendi ; & nul-
lo modo ad agentes.Pater vero & filius in ſpirando: quia cum hoc ꝙ ſunt plures in ſe, tamen qa
in vi ſpiratiua habent aliquam differentiam rationis,& aliquam diſtinctionem connotatam,licet ĩ
ea ſunt omnino vnum re,non totaliter ſpirant vt vnum:nec totaliter vt plures: ſed vt plures in-
quantum connotatur eorum diſtinctio in vi ſpiratiua, & quandam rationis differentiã habent in
illa:vt vnum vero inquantum realiter in illa ſunt vnum: & vlteri9 vniũtur in vna communi fœ
cunditate: & propter illam diſtinctionem & differentiam rationis dicuntur ſpirare vt duo:& eſſe
duo ſpiratores:Propter tamen vnitatem fœcunditatis in qua ſunt vnum omni diſtinctione & ex-
preſſiõe connotata & differentia rationis reductis in idipſum,etiã bene dicuntur ſpirare vt vnum
& eſſe vn9 ſpirator, vt ly vt determinet actũ ſpirãdi,& vt referť ad agentes,& vt referť ad rõnẽ
agendi.Quia cũ ſpirant vt vnũ,in eo in quo completur vis ſpiratiua,melius dicuntur ſpirare vt
vnum q̃ vt plures:& ꝙ ſint vnus ſpirator q̃ ꝙ plures, vt bene dixit Magiſter prędictus ſeſe corri
gẽdo.non tamen quin etiam bene dicať ꝙ ſint plures.Quod videtur negare ex hoc ꝙ auctoritatẽ

Hila. quæ dicit ꝙ a patre & filio auctoribus procedit spiritus sanctus, exponit: Dicendo ꝙ ibi ponitur substantiuum pro adiectiuo. Qđ non oportet dicere, quia bene dicuntur duo spiratores: eo ꝙ in illa vi spiratiua ꝑpter connotatū sunt plures, & propter principale significatū sunt vnum: vt secundum hoc sint plures vniti: & vlterius quia propter rationis differentiā in amore mutuo sunt sibi inuicem vinculo amoris connexi: idcirco spiritus sanctus procedit ab ipsis vt a connexis: & in quantum duorum affectus amoris incendio in vnum conflatur, vna. s. foecunditate connexorū producendo ipsum spiritum sanctum: ipse spiritus sanctus dicitur nexus amborum: & procedere vt nexus amborum, in quo scilicet ambo perfecte cōnectuntur. vt ratio istius nexus sit ꝙ procedit a duobus, non solum quia vt sunt vnum in vi spiratiua: sic enim creatura diceretur potius procedere a tota trinitate vt nexus, quia procedit a trib⁹ secūdum ꝙ sunt vnum, nullam distinctionem connotando circa illā vnitatem, vt dictum est: sed cum hoc quia vt sunt plures. Nisi enim secūdum dictum modum procederet ab eis vt sunt vnum & vt sunt plures, nullo modo diceretur procedere ab eis per modum nexus. Vlteri⁹, qa procedit ab eis vt sic sunt cōnexi, & in voluntate cōcordes & in amore mutui, & per hoc voluntas & amor habent foecunditatem eliciendi amorem procedētem: ita ꝙ si in huiusmodi voluntate & amore non esset talis associatio & plurium concursus, huiusmodi foecunditatem non haberent: & talis nexus & associatio nullo modo possunt esse circa voluntatem huiusmodi vt est in sola persona patris existens: idcirco patet ꝙ circūscripto filio a sola persona patris impossibile esset ꝓcedere spiritum sanctū, vt non solum sit necesse ponere ꝙ spiritus sanctus procedit etiam a filio, quia propter processionum naturalem ordinem necesse est filio communicari voluntatē a patre, qua necesse habet spirare spiritum sanctum, secundum ꝙ ꝓcedit ratio superius posita: sed etiam ꝙ necesse sit ipsum procedere a filio si debeat procedere a patre: qa in solo patre etsi est ipsa voluntas: quia tamen non esset mutua, non esset foecunda: vt non solum sit impossibile circunscribere filium a productione spiritus sancti, & ponere ipsum sic procedere a solo patre sicut procedit filius: immo sit etiam incompossibile. quia non solum impossibile est filium circunscribi ab actu spirationis: imo hoc posito per impossibile cum hoc est etiam incōpossibile ꝙ spiritus sanctus ponatur spirari a solo patre. Qđ totum euenit ex cōditione sapientiæ a qua procedit filius, cuius perfectio hauritur ex corde proprio: & amoris, cuius perfectio nō hauritur nisi ex corde alieno, vt prædictum est secundum Ricardū. In actu aūt creandi nō sic cōtigit sicut in actu spirandi. Quia enim ratio creandi præcisa est ipsa essentia vt est volūtas arbitrio libera absq; omni connotatione distinctionis & pluralitatis personarum, quæ vniformiter habet esse in singulis personis & in tribus: propter hoc circūscriptis ab actu creandi per impossibile duabus personis, nō est incompossibile ponere tertiam posse creare per se solam. & hoc quia creare non conuenit per-

A sonæ diuinæ ratione qua vna vel plures: sed ratione qua est persona diuina simpliciter. Ita ꝙ si intelligatur in deo solum vna persona absoluta, sicut intelligunt Iudæi & gentiles: ponendum esset illam posse creare. Propter quod dicunt quidam, ꝙ tota trinitas & quęlibet ꝑsona in ea creant, non quia talis: sed quia deus. & hoc non solum quia in deo sunt vnum in substantia, quia substantiæ non conuenit creare, vt dictum est: sed quia deus supponit indeterminate pro persona cum hoc ꝙ significat substantiam. Qđ ergo arguitur contra membra diuisionis in argumento, ꝙ a patre & filio procedit spiritus sanctus vt ab vno spiratore: quia spirator est denominatio ab actu vt egreditur a supposito &c. Dicendum ꝙ verum est: sed non ratione suppositi vt actus ab ipso egreditur: sed ratione virtutis & rationis elicitiuæ qua egreditur. Quare cum illa sit vna, licet connotat

B pluralitatem suppositorum circa se, vt dictum est, propter illam bene dicitur vnus spirator. ¶ Si-

Ad duodecimum militer ꝙ arguitur ꝙ non vt a duobus spiratoribus, quia spirator importat rationem principii: & non spirant vt duo pricipia: Dicēdum ꝙ non est simile de nomine spirator & de nomine principii: licet ambo assumunť ab eodem, scilicet a vi communi elicitiua actus: quia ratio principii sumitur præcise a vi elicitiua vt elicitiua est. Nunc autem (vt dictum est) vis illa completiue elicitiua est, vt supposita in ipsa habent vnitatem. plures enim vt plures omnino nunq̄ possunt principiare vnum simplicem effectum. Ratio autem spiratoris sumitur non præcise a vi elicitiua vt completiue elicitiua est, & supposita in ipsa vnitatem habent: sed vt circa huiusmodi vnitatem eorum distinctio & pluralitas connotatur. Quia (vt dictum est) vis illa quæ est voluntas, actuali amore quasi informata, ratio eliciendi actum spirandi non potest esse præcisa quia voluntas est & amor duorum, sed quia voluntas concors est & amor mutuus: vt propterea q̄q̄ spirator includat in se ratio-

C nem principii, addit tamen in suo significato ordinem ad personas vt sunt distincti non vt sunt

Ad decimūtertiū. elicientes actum: sed vt concordes & mutui in ratione elicitiua. propter quod potest spirator prædicari pluraliter: non autem principium, vt dictum est. ¶ Patet etiam ad illud quod

iuxta hoc assumebatur de creatore, ꝙ secundum prædicta non est simile. ¶Ad illud quod argui- tur, ꝙ spiritus sanctus procedit a filio, non econuerso: concedēdum est, q̄a rō illa explicat bene cau sam illius: quia nisi esset ordo ille principiorum duorum emanantium, non esset ratio quare po- tius spiritus sanctus procederet a filio q̄ econuerso. Aliam autem rationem huius exponit Ansel- mus de processione spiritus sancti, quæ est ad impossibile & a posteriori: quia (vt dicit) si filius procederet a spiritu sancto, esset filius eius. Q͞d proculdubio verū esset si ordine isto voluntas p̄iret intellectum quo voluntatem præit intellectus: tunc enim persona quæ non est ab alia & quæ est ab illa per voluntatem, communi notione essent pater filii: sicut modo communi notione sunt spira- tor spiritus sancti. ¶Secundum eundem modum est concedenda ratio Ricardi, ꝙ vnus eorum ne- cessario procedit ab altero: & hoc ratione prædicta ostensiua exigente: non autem propter rationes Anselmi aut Ricar. nisi tāq̄ propter illas quæ declarant inconueniens nisi sic fieret, vt dictum est. ¶Ad vltimum, ꝙ secundum Augustinum. ix. de trinitate, partū mentis præcedit appetitus: Dicen- dum ꝙ ad literam ibi loquitur Augustinus de partu mentis per discursum & inquisitionem praece dentem: quia (vt dicit ibidem) inquisitio appetitus est inueniēdi, qui procedit a quærente, & pen- det neq; requiescit in fine quo intenditur nisi id q͞d quęritur inuentum quærenti copuletur. Nā voluntas dici potest, quia omnis qui quærit inuenire vult: & si id quod quęritur ad notitiam perti net, omnis qui quęrit nosse vult. vbi sequitur. Ergo partum mentis antecedit appetitus: quo id q͞d nosse volumus quærendo & inueniendo nascitur proles ipa notitia. Sed iste appetitus est amor voluntatis imperfectus: sicut & est cum notitia imperfecta. Sed est alius amor perfectus qui coniun gitur perfectę notitiæ quæ proles dicitur: de qua continuo subdit. Idemq; appetitus quo inhiatur rei cognoscendæ, fit amor cognitę dum tenet atq; amplectitur placitam prolem. i. notitiam: gignen tiq; coniūgit. & est quædā imago trinitatis ipsa mēs, & notitia eius, & amor tertius. Talis autē pro cessus in diuinis non est. dicente Augustino. xv. de trinita. cap. xxvi. Nūq͞d possumus quęrere: vtrū iam processerat de patre spiritus sanctus quando natus est filius, aut nondum processerat, & illo na to de vtroq; processit, vbi nulla sunt tempora: sicut potuimus quęrere vbi inuenim⁹ tempora, volū tatem prius de humana mēte procedere vt quęratur q͞d inuenta proles vocetur: qua iam parta si ue genita voluntas illa perficitur, eo fine quiescens, vt qui fuerat appetitus quęrentis, fit amor fruē tis: qui iam de vtroq;. i. de gignente mente & de genita notione, tanq̄ de parente ac prole procedat! Nō possunt prorsus ista ibi quęri vbi nihil in tempore inchoatur vt consequenti perficiatur in tem pore. Et sic breuiter secūdū Augustinum. xv. de trinitate, illud dictum eius in. ix. de trinitate diui- nis emanationibus non potest applicari ad probandum ꝙ voluntas præcedat notitiam: & per con- sequens spiritus sanctus filium, vt procedat ab illo. ¶Veruntamen intelligendum ꝙ omnibus illis quæ inueniuntur in nobis ex parte intellectus & voluntatis & per discursum temporis, in deo in- ueniuntur correspondentia in permanentia æternitatis. Est enim in deo quædam notitia essentialis in patre: quēadmodum in nobis est prima notitia rei incompleta q̄ omnem appetitum & amorem præcedit: & primo excitat appetitum amoris ad inquirendum de cognito notitiam perfectam. Ne mo enī (vt dicit lib. xv. cap. xxvii.) vult q͞d om̄ino quid vel quale sit nescit. Isti amori in nobis respō det in patre amor essentialis cui complacet in verbi conceptu de mente paterna quasi informata actuali notitia essentiali: et respondet ista complacentia appetitui in nobis inquirenti notitiam per- fectam: qua habita voluntas illa perficitur & fit amor fruentis, & de gignente mente & genita no- titia procedens: cui respondet in diuinis amor procedēs qui est spirit⁹ sanctus. Et sic in diuinis par tū mētis ordine quodā p̄cedit appetitus, scilicet amoris essentialis in volūtate patris vt soli⁹ patris: ille tn̄ nō est amor ille qui est sp̄us sanct⁹: sicut nec amor pfect⁹ est ille amor p̄cedēs: nisi ꝙ ille amor personalis habet in se amorem essentialem: sicut & oīa alia essentialia: & ille amor ī nobis perfectus continet in se illum amorem prius imperfectum, vt dictum est: & sic nunq̄ est amor nisi procedat de notitia sibi correspondente, essentialis scilicet de essentiali, & personalis de personali: ita etiam ꝙ amor personalis procedere non possit nisi pręuia notitia personali de qua eliciatur, vt habitum est supra. ¶Sed intelligendum ꝙ amorem elici de aliquo potest intelligi dupliciter. Vno modo tan q̄ de eliciente actum. Alio mō tanq̄ de illo quod est ratio eliciēdi actū. Primo modo amor proce- dit de notitia ingenita q̄ pr̄ est, & genita q̄ fili⁹ ē. Sic etiā fili⁹ est notitia de notitia, genita scilicet de ingenita. dicente Augustino decimoquinto de trinitate cap. vigesimoseptimo. De horum p̄cessu in nobis quando q͞d scimus dicimus, ex illo q͞d nouimus cognitio nostra formatur: fitq; ī acie cogi tantis imago simillima cognitionis eius quā memoria retinebat. ista duo scilicet velut parentem & prolem tertia voluntate siue dilectione iūgente: quam ostendit de cognitione procedere. Secundo

D Ad decimumq̄rtū

E Ad decimūquītū.

F Ad decimūsextū.

G

H

modo amor procedit de voluntate personali mediante essentiali: sicut & notitia genita de itellectu mediante notitia essentiali.

I Quest. vii. Arg. 1.

Irca septimū arguitur, ꝙ psona q̄ cōiter emanat ab illa q̄ nō est ab alia, & ab illa q̄ est ab alia, vt spūs sanct⁹ a patre & filio, nō emanat ab illis ęque primo: quia qđ conuenit principio & principiato, ordine naturalis originis conuenit eis, vt patet ex habitis supra. spirare spiritum sanctum cōuenit patri & filio vt principio & principiato: quia patri ex se, filio autem a patre, vt similiter habitum ē supra. ergo &c.

2 ❡Q₂ non æque principaliter. quia dicit Augustinus. xv. de trinita. ca. xvii. & xxvi. ꝙ spiritus sanct⁹ principaliter procedit de patre. Itē Hieronym⁹ dicit ꝙ spiritus sanctus ꝓcedit ꝓprie a patre, vt ostendit Magister. i. Sentētiarū distinctione. xii. in ca. Ex eodem, triplici auctoritate. sed non dr̄ ꝓprie ꝓcedere a pr̄e nisi ad differentiam aliquam ꝙ nō ꝓcedit ita proprie a filio. cum autem procedit aliquid a duobus, ab vno proprie, ab alio non proprie principaliter procedit ab illo a quo procedit proprie. ergo &c.

3 ❡Q₂ nō æque immediate, arguit: quia procedit a patre ꝑ filium, vt ostendit Magister distinctione dicta, ca. Forte. plurib⁹ auctoritatib⁹ Hila. Nihil autem ęque immediate ꝓcedit a duobus quando ab vno ꝓcedit ꝑ alterum. ergo &c.

4 ❡Q₂ non ęque ꝑ se. quia qđ ꝑ se cōuenit alicui, cōuenit ei nō ab alio, sed filio cōuenit spirare ab alio sicut & esse, vt a patre, patri autem a se. ergo &c.

5 ❡Q₂ nō eodem modo, arguitur primo sic. quia ꝓcedit a patre amore ꝓcedente in filium, a filio autem econuerso amore procedente a se in patrē, vt dictū est supra. Amor autem est ratio ꝓducendi spiritum sanctum ab vtroq₃: nō autem idem modus iste & ille. ergo nō est idem modus ratione ꝓcedendi spiritum sanctum ab vtroq₃. sed vbi non est ratio penitus eiusdem modi, nec idē modus ꝓcedendi. ergo &c. ❡Secūdo sic. causa primaria & secūdaria non ꝓducunt eodem modo effectum vnum, secundū primam ꝓpositionem de causis. pater in productione spiritus sancti est causa primaria: filius quasi secundaria: quia filius habet a patre ꝙ producit spiritum sanctū. ergo &c. ❡Tertio sic. propter quod vnūquodq₃ tale, & illud magis. si ergo filius spirat ꝓpter patrem a quo habet: magis ergo spirat pater. quare non eodem modo.

In opposi. ❡Contra. quęcūq₃ sunt vnum simpliciter in agendo aliquem actum, agunt ęque primo principaliter immediate ꝑ se & eodem modo. quia opposita horū non habent locum in eodē simplici. pater & filius sunt vnum simpliciter in spirando spiritum sanctum, vt habitum est supra. ergo &c.

K Ad pri. princi.

❡Dicendum ad primum argumentum iuxta prædicta in principio dissolutionis q̄stionis ꝓx̄ie ꝓcedentis, ꝙ sicut multitudinē ꝓcedērē ab vno oportet ordine quodā reduci ad vnū vnde ambo ꝓcedunt: vt ideo non æque primo possint plures procedere ab vno, secūdum ꝙ ibi declaratum est: Sic ex parte ista pluralitatem a qua procedit vnus, oportet ordine quodam reduci ad vnum, vnde ambo procedunt, scilicet & ille vnus qui ab ambobus, & similiter alter illorum a quo ille vnus procedit: vt ideo non æque primo possit vna persona procedere a pluribus. Verūtamen aliter hic q̄ ibi. Ibi enim nullo modo duo sic æque primo procedūt ab vno, quin sit ibi aliquis ordo, vt ibi expositum est. Hic vero quodammodo sic, & quodammodo non.

L Iuxta enim quandam distinctionem in quæstione præcedente positam, ly æque primo potest determinare actum spirandi, vt refertur ad agens vt agens est & præcise eliciens actum, intelligendo potentiam spirandi ex parte actus, & includi sub illa determinatione: vel vt refertur ad agens eliciens actum vi spiratiua vim spiratiuam intelligendo ex pte agentis non inclusam sub illa determinatione. Primo modo dico ꝙ pater & filius non æque primo spirant, sed ordine quodam, scilicet quo habent vim spiratiuā pater scilicet a se, filius a patre. sic eñ conuenit patri primo spirare & filio secundario: & hoc non ratione ipsi⁹ act⁹: sed rōne virtutis spiratiuę intellectę circa actū, quā ordine quodā hn̄t pr̄ & fili⁹, quia filius a patre. quēadmodū scđm Hila. fili⁹ est scđs a pr̄e, inquātū habet eē a pr̄e. Scđo mō dico ꝙ pr̄ & fili⁹ ęque primo absq₃ oī ordine spirant: quia sunt vnū principium in origine spirationis, vt supra dictum est. Argumentum contra hoc inductum solum procedit in primo membro distinctionis, vt patet inspicienti.

M Ad scđm. ❡Ad secundum argumentum de principaliter, distinguendum est distinctione iam posita: & eodem modo est vera, & falsa. Vnde Augustinus cap. xvii. subdens quare dixit principaliter, dicit. Ideo addidi principaliter: quia & de filio spiritus sanctus procedere reperitur: sed hoc quoq₃ illi pater dedit.

N ❡Et cum principalitas dicitur quadrupliciter: scilicet Virtute quēadmodum pater principaliter generat non mater, vt ī creaturis: Actione, quēadmodum forma ignis principaliter generat ignem non calor eius: Dignitate, quēadmodum causa primaria & vniuersalis principaliter agit respectu causæ secūdarię & particularis: Et auctoritate, quemadmodum prīceps prīcipaliter pręcipit respectu Balliui: solum isto modo vltimo sumit principalitas in diuinis

& in pposito,licet non omnino eodē modo,vt infra declarabitur.& sic conuenit principalitas soli patri non solum in spirando:sed in omni actione quā communiter agit cum alia psona vna vel pluribus quia nomen auctoris pprie non conuenit alicui respectu alterius qn habeat ex se q alter procedit ab ipso.dicente Hila.iiii.de trini.Ipso quo pater dicitur eius quem genuit auctor ostenditur,adhibens nomen qd neq ex alio profectum intelligatur,& ex quo is qui genitus est subsistisse doceatur Vnde si pater haberet esse ab alio,nō principaliter diceretur auctor filii.& propter hoc secundum q dictū ē supra,filius ea quæ sibi conueniunt,patri solet ascribere.Extendendo tamen nomen auctoris dicit Hila.q spiritus sanctus procedit a patre & filio auctoribus: appellando auctorem omnē illum a quo habet alius esse : & sic spiritus sanctus non dicitur auctor nisi respectu creaturarum. Et quia in isto mō auctoris non concurrit auctoritas dignitatis: quēadmodum concurrit in principe respectu Baliui: ideo in diuinis auctoritati in vna persona non respondet subauctoritas in altera, secundum q inferius declarabitur: sicut auctoritati in principe respondet subauctoritas in Baliuo : & hoc quia in Baliuo sub inferiori gradu recipitur potentia regis q̄ sit in ipso : in diuinis autem penitus ęqualis virtus ab auctore recipitur i eo qui ab ipso est.& sic patet q in primo membro distinctionis prædictę procedit dictum Augustini. Et similiter potest distingui dictum Hierony.& in sensu eiusdē mēbri pcedit.¶Q̄z̄q̄ pprie tripliciter dicit: Vno mō secūdum q distinguitur contra participatiue: quemadmodum deus dicitur esse pprie quia essentialiter,& omnia alia participatiue: Alio mō contra cōmune:quemadmodū risibile dicitur proprium hoi:quia nō est ei cū alio aliquo cōe: Tertio modo contra ab alio esse:quēadmodū ille proprie dicitur regnare qui ex se habet esse rex,a nullo alio habendo q regnet: nō autem ille qui ab alio habet & tenet regnū sui Et in omnibus istis modis dicit specialem modum habendi aliquid:tn̄ in diuinis nō accipitur nisi iuxta tertium modum eius qd est pprie: & sic solus pater dicitur pprie spirare spūm sanctū:quia a seipso non ab alio habet q spirat eum:non autem filius:quia habet a patre. ¶Ad tertium argumentum de ęque immediate, dicendum secūdum prędictam distinctionem q si refertur ad agētes ratione virtutis in ipsis:sic ęque immediate pcedit ab ambobus:quia illa vnica est & ęque simplex in ambobus,in qua nulla potest cadere mediatio.Si vero ratione qua agentes sunt,sic dupliciter cōtingit loqui de ipsis.Vno modo inquantum vterq illorum virtutem spirandi habet in seipso:& sic ambo æque immediate spirant . Alio modo inquantum filius habet a patre q spirat.sic pater spirat mediāte filio:& secundum hoc non ęque imediate.& nō est cōtradictio neq cōtrarietas: qa est secundum diuersas rationes & considerationes.Et cum medium pluribus modis reperiatur, medium in proposito est solum medium naturali ordine:quia ordine tali filius vim spiratiuā habet a patre,vt patet ex supra determinatis.Vnde etiā cū plurib⁹ modis dicatur aliquis operari p aliū,vt supra declarauimus in quęstione de vniformitate diuinarum actionum,in pposito secundum eandem rationem qua pater dicitur spirare mediante filio,etiam dicitur spirare p filium,vt cōfirmat Magister Sentētiarū.xii.distinctione pdicta auctoritatibus Hila.in cap.Forte.vt pr dicat spirare p filium:quia vis spiratiua sub eadem ratione pcisa qua conuenit patri in spirando spūm sanctum, cōuenit & filio in spirando eundem:præter hoc q illam habet pater ex se,& filius a patre habet eam, vt patet ex iam determinatis,& iam amplius declarabitur.Nec est incōueniens q ab vna persona sic procedat alia mediate & immediate:quia hoc est secūdum diuersum modum:quoniam eādem virtutem quā alteri dat mediāte quo spirat,etiam sibi retinet,vt per ipsam immediate spirare possit.Et p hoc patet ad argumentū contra hoc.¶Est autem intelligēdum ad intellectum huius propositionis,pater spirat vel agit aliquid per filium:q hæc præpositio per semper circa suum casuale notat aliquam rationem causalitatis super actum quem determinat: sed illam causalitatem quādoq notat super actum vt fluit ab agente : & sic etiam aliquam causalitatem circa id per quod agit : & hoc vel finalem , vt cum dicitur q artifex operatur per amorem lucri : vel formalem,vt cum dicitur q operatur per artem : vel efficientem , vt cum dicitur q baliuus aliquid agit per regem: vel materialem,vt cum dicitur homo pati per potētiam passiuam.Et nullo istorum modo rum pater agit per filium,quia filius nullam habet causalitatem super actum aliquem vt egredi habet a patre, vt sit ratio, causa , vel principium egrediendi actum ab ipso.Immo isto modo quasi secundum genus causæ efficientis filius ecōuerso dicitur agere quæcunq agit per patrē,vt expositū est in q̄stiōe ptacta:quia pr est ratio & pricipium q actus quicunq egrediatur a filio,eo q virtutē ad hoc habet ab ipso.Q̄nq vero notat illā causalitatē super actū solummodo vt trāsit in effectū siue in pricipiatū.& hoc cōtigit triplr.Q̄nq em̄ illud p qd alius agit habet virtutē aliquā agēdi ex seipso,quæ fortificatur per virtutē alterius.sic rex dicitur agere per Baliuum.Quādoq autem nihil habet virtutis in agendo ex se sed ab alio.& hoc dupliciter:quia aut recipit virtutem defluen

tem ab illo,& aliam:sicut artifex operatur cultellum per malleum:aut recipit eãdẽ. Isto modo agit
pater per filium,& eisdem modis quibus dicitur aliquid agere per aliud,& mediante illo,& secun
Q dum idem genus cause,vt patet inspicienti.¶Ad quartum de per se, dicendum ꝙ ly per se potest
Ad q̃rtũ. sumi in ꝓposito orationaliter,vt ly se sit pronomẽ reciproci:& dictionaliter & significatiue secun
dum se,vel dictionaliter vt sit quædam aduerbialis circũlocutio determinans prædicatum in rela
tione ad rationem siue ad causam inhęrentiæ prædicati in subiecto,& ly se non sit dictio secũdum
se significatiua:sed solũmodo pars dictionis.Si primo modo,dicendum ꝙ pater & filius eius per se
spirant spiritum sanctum:licet non ambo æque a se:quia vterq; eorum spirat per essentiam diuinã
quę sua est:& ideo per se:licet pater eam habeat a se:filius autem a patre. & propter hoc dicitur ꝙ
pater spirat a se,non sic autem filius. Et secundum hunc modum pater æque per se gñat & spirat
inquãtum ambo immediate agit:licet non sic inquantum alterũ eorum agit ꝑ alium,vt ꝙ spirat
per filiũ:queadmodũ nõ ęque principaliter pater generat & spirat,inquãtũ spirat ꝑ filium,vt habi
tum est supra secũdum Ricardum.Si aũt ly per se accipiatur dictionaliter,dicendum ꝙ cũ(vt di
ctum est in prænotata quęstione)per plurib⁹modis accipiatur,& secundum multiplex genus cau
sę(vt etiã iã expositum est in modis dicendi per se)accipi potest secundum omne genus causę,vt
patet ex primo posteriorũ:sed in ꝓposito non pertinet nisi ad modum per se secundum genus cau
sæ formalis:quia per se est conditio medii siue rationis inhęrentiæ prædicati in subiecto,& hęc ĩ ꝓ
posito est ipsa vis spiratiua, vt habitũ est.Et dicitur aliquid agere per se,quoniã habet essentialiter
in se vt aliquid sui id quo agit:& quæ ęque essentialiter habẽt illud in se,ęque essentialiter dicũtur
agere propter illud per se:vt non habeat hic locum distinctio prætacta prædictis articulis applica
ta.Quare cũ pater & filius ęque essentialiter hñt in se vim spiratiuã spiritus sancti:queadmodum
dicit Ioan.v.Sicut pr̃ habet vitã in semetipso,sic dedit & filio vitã habere in semetipso:Sic põt dici,
sicut pr̃ habet vim spiratiuam in semetipso,sic dedit filio habere vim spiratiuã in semetipso,& hoc
æque essentialiter vtrobiq;.iuxta ꝙ Augustinus exponit prædictum verbum super Ioãnem sermo
ne.xxii.Ait in semetipso,vt nõ participatiõe viuat:sed vt cõmuniter viuat,& ipse omnino sit vita
Quid interest?quia ille dedit:ille accepit.Propterea igitur æque per se pater & filius spirant spiri
tũ sanctum,& hoc iuxta secũdum modum dicendi ꝑ se:quemadmodũ illa est per se,pater est deus
iuxta primum modum dicendi per se.Nulla tamen illarũ, pater est deus,pater spirat,filius est de⁹
filius spirat,est per se & primo:quia nulli illorum ratio inhęrentię prædicati in subiecto propria est
sed cõmunis ambobus:& sic vtriq; conuenit per se:queadmodum in demõstratiuis communis pas
sio per communem causam cõuenit pluribus:queadmodum commutabilis proportio cõuenit nu
meris & magnitudinibus,sicut dicit Philosophus in primo posteriorum.De illo aũt ꝑdicaẽ tale cõ
mune solummodo primo & ꝑ se,qd̃ est cõe vtriq; illoꝝ,siqd̃ fuerit tale.ista enĩ est per se & prĩo,pr̃
generat.& ꝓpter hoc licet pr̃ ęque immediate generat & spirat(vt iã dictũ est)nõ tñ ęque ꝑ se ge
R nerat & spirat,secũdũ ꝙ ꝑ se sumiẽ dictionaliter.¶Ad obiectũ in oppositũ:qd̃ cõuenit alicui per se
Ad oppo. non conuenit ei ab alio:dicendũ ꝙ aliquid conuenit alicui a se siue ex se formaliter siue effectiue si
ue principiatiue.Primo modo cõuenit vtriq; illorum ex se ꝙ sit deus & ꝙ spirat:quia ꝑ id qd̃ ẽ for
ma essentialis in ipsis.Et qd̃ sic nõ cõuenit alicui ex se:sed solũ ab alio:nõ cõuenit ei per se.Scđo au
tem modo filio nihil conuenit ex se:qa non habet nisi qd̃ habet a patre:sed qd̃ sic principiatiue ha
S bet ab alio,bene habet formaliter ex se & ita per se.¶Ad quintum argumentũ de eodem modo,di
Ad q̃ntũ. cendum ꝙ hic non habet locum ꝑdicta distinctio:quia modus actionis solummodo respicit modũ
emanãdi ipsam a virtute agẽtis.Sed est hic distiguẽdũ de ipsa actiõe:qñ dupliciter põt circa ipsam
cõsiderari mod⁹,secũdũ duplicẽ cõparationẽ quã habet.Vno modo secũdũ ꝙ ꝑ virtutẽ agẽtis ema
nat ab ipso:alio modo vt transit in terminũ siue obiectũ.Primo modo non est difformitas ex parte
actionis in diuinis vbi personæ agũt immutabili necessitate secũdum modum virtutis suę,nisi sit
aliq̃ diuersitas in virtute q̃ agũt. Ista autẽ virt⁹ in actiõe spirãdi q̃ est cõcors volũtas duoꝝ in mu
tuo amore vni⁹in alterũ(vt dictũ est supra)põt cõsiderari dupliciter.vno mõ rõne pricipalis signi
ficativoluntatis & amoris.alio mõ rõne cõnotati ex parte volũtatis ꝑ hoc ꝙ intelligiẽ cõcors,& ex
pte amoris ꝑ hoc ꝙ itelligiẽ mutu⁹.Primo mõ cũ volũtas & amor & rõne eẽntialis in ipsis & rõne
respect⁹ notionalis sub quo sunt rõ spirãdi,sunt vnũ & idipsum in patre & filio:& sunt pater & fi
lius vnũ principium secũdũ hoc(vt habitũ est supra)& ex eodem secũdũ ꝙ idẽ nõ est nata ꝓcede
re actio vna nisi vno & eodem modo:dico ꝙ pater & filius spirãt spiritum sanctum oĩno vno & eo
dem modo.dicente Augustino.xv.de trinitate cap.vigesimoseptio. Spirit⁹ sanctus simul de vtroq;
procedit:q̃uis hoc filio pater dedit,vt queadmodum de se ita de illo quoq; procedat. Cui⁹ rationẽ
subdit dicens.Sicut pater cum habeat vitam in semetipso,dedit & filio habere vitam in semet:sic

dedit ei vitam quæ spiritus sanctus est, procedere de illo sicut procedit de ipso. Et Ricardus. vi. de trinitate dicit sic. Prorsus vno eodemq; modo procedit tam a patre q̃ a filio. Siquidem vtrobiq; vna eademq; per omnia ratio. Si secundo aũt modo consideratur ratio spirandi ratione connotati circa voluntatem per hoc q; dicitur concors: cum cõcordia nõ est nisi ĩ vniformitate: quo ad hoc iterum ambo spirant vno eodemq; modo, & propterea spiritus sanctus non plus nec minus aut magis spiratur ab vno q̃ ab altero. Si vero consideretur ratione connotati circa amorem ex hoc q; dicitur mutuus, cũ ratione qua mutuus, respicit diuersos terminos: quia ex hoc q; est mutuus est patris in filium & filii in patrem: quo ad hoc non vniformiter aut eodem modo spiratit. Sed ista difformitas consistit in ratione spirandi solummodo vt est in spirantibus se reciprocatiue amantibus: non autem vt respicit actum: & ideo nec redundat in spirãdi actum, vt aliquo modo plurificeť propter ipsos: sicut nec pluralitas eoꝝ qui spirant. Si vero considereť actus spirãdi vt trãsit ĩ obiectum, hoc potest esse dupliciter. Vno modo vt trãsit in obiectum qđ est terminus actionis constitutus per ipsam. Alio modo vt mediãte illo transit in obiectum quod est terminus actionis tãtũ: & non constitutus per ipsam. Primo mõ ipse spiritus sanctus est terminus actus spirandi ꝓcedens ab ipso vt persona in se subsistens: & hoc modo vniformiter & eodem modo procedit ab ipsis: q̃a nec plenius nec perfectius ab vno q̃ ab altero. Secundo modo terminus actus spirandi sunt pater & filius: qui mutuo sibi spirant, sicut & mutuo se diligunt. Per actum enim spirandi spiritus sanct9 ꝓcedit vt persona in se subsistens: & sic vt terminus actus constitutus per ipsum. Procedit etiã a patre in filium, & a filio in patrem vt in terminũ actionis, q̃ est terminus tm̃ non cõstitutũ per ipsam. & hoc ideo: quia procedit ꝑ modum amoris mutui: & ipse est amor procedens in quo compleť mutuus amor eorum tanq̃ in eo quo mutuo se amant, & sic procedit a patre in filium vt quo pater ꝑfecte amat filium, & a filio in patrem vt quo filius perfecte amat patrem: & ita est nexus amborum quo mutuo perfecte se amant, non est enim amor nisi tendat in alterum. Hoc ergo modo inquantum spirãt spiritum sanctum mutuo vnus in alterum, non omnino eodem modo spirant: sed hæc difformitas nec redundat in spiratum, nec in actum spirandi: quia solum consistit ex parte terminorum. s. patris & filii, inquãtum sibi mutuo spirant spiritum sanctum, vt dictum est.

Irca octauũ arguitur q; a qualibet dictarũ triũ ꝑsonarũ aliqua alia emanat, sic. de ratione ꝑfectionis personæ in diuinis est q; ab ipsa emanat alia persona, vt dictum est supra. Sed æqualis ꝑfectio est in qualibet diuinarum ꝑsonarum etiã cũ emanauerit alia ꝑsona ab ipsa, persona em̃ emanãs nihil diminuit de virtute ei9 a q̃ emanat, ergo a q̃libet diuinarũ ꝑsonarũ emanat alia etiã cũ aliq̃ emanauerit ab eadẽ. A Quæ. viii. Arg.

¶ Scđo q; a q̃libet ꝑsonarũ emanãtiũ emanat alia sibi cõsimilis oĩno, q̃m a ꝑsona a qua alia emanat, cõicatur ꝑsonę emananti substantia illius, vt habitum est supra. Sed non communicatur substantia nisi simul communicetur eius virtus & potentia. eadem autem virtute & potentia natum est simile emanare ab illo in quo est. ergo &c. Qđ confirmatur ꝑ hoc qđ dicit Ap̃lus Hebrę. prĩo de filio dei. Cũ sit splẽdor glorię & figura substãtię ei9, portãsq; oĩa verbo virtutis suæ &c. Est ergo verbũ aliqđ virtutis filii quo oĩa portat. verbũ autẽ quo oĩa portaně nõ põt esse nisi verbũ ĩfinitũ & ĩcreatũ & æternũ: est ergo aliqđ verbũ ĩfinitũ, ęternũ, & increatũ virtutis filii. tale aũt nõ est nisi verbũ ꝑsonale ꝓcedẽs a virtute filii. a virtute aũt filii nõ ꝓcedit verbũ nisi sit verbum filii: non est aũt verbũ in diuinis nisi sit filius. a verbo ergo in diuinis ꝓcedit verbum & a filio filius. ergo &c. Et eodẽ modo põt argui ex parte spirit9 sancti ĩ producendo alium spiritum sanctum. 2 Cõfirmať.

¶ Tertio sic. filius aut potest generare alium filium, aut non potest. nõ est dicendum q; non potest, quia omnipotens est. & dicit Ricardus tertio de trinitate cap. iiii. Omnipotens per impossibilitatem excusari non potest. Item Augustinus contra Maximinum libro primo cap. xiii. dicit sic. Filius non genuit: non quia non potuit: sed non oportuit. hoc autem non esset verum nisi quia potuit generare. si enim non potuit generare verum esset q; non generauit quia non potuit. si ergo potuit generare, ergo generauit: quia in æternis non distant potentia & actus: & eo etiam in eis potentia a nullo est impedita nisi forte a voluntate. & tunc si filius potuit generare sed non generauit, hoc est quia non voluit: quod est impossibile: quia hoc esset magnus beniuolentiæ defectus, secundum Ricardum vbi supra. & haberet pater aliquam voluntatem secundum actum quã non haberet filius. 3 August.

¶ Quarto q; in diuinis a qualibet persona a qua emanat vna persona potest emanare alia consimilis illi in persona, arguitur: quia in diuinis emanans ab alia, per hoc q; emanat ab illa nihil derogat potentiæ per quam emanat in persona a qua emanat. q; si sic, qua ratione producit per illam potẽtiã vnam personam, & eadem ratione illa producta aliã 4

similem illi:queadmodum videmus in patre humano q vno filio producto per suam potentiá generatiuam,nihil minus pducere potest alium.& qua ratione in diuinis psona pducta potest pducere secundam,eadem ratione & secunda pducta potest producere tertiam,& sic in infinitum.ergo &c.

5 ¶Quinto sic.idem actus intelligendi qui conuenit patri,cõuenit & filio,& spiritui sancto,quare & consimiliter id qd super ipsum actum intelligendi fundat ad pductioné alicuius personae.quare cum super actũ essentialẽ intelligendi(vt dictũ est supra,& iam amplius declarabitur i sequẽti questione)fundet act⁹ notionalis dicẽdi:act⁹ ergo notionalis dicẽdi vniformiter cõuenit trib⁹ psonis sicut & act⁹ intelligendi.& si sic,sicut pater actu dicendi pfert verbum quod est filius eius:quare & similiter filius & spiritus sanctus.quare cum secundum Augustinum in principio de trinitate,nihil pfert siue pducit seipsum:filius ergo alium filium a se pducit,dicendo aliud verbum a se:& similiter spũs sanct⁹:quia aliter illũ pduceret a quo pducit, quod est impossibile.Eadem ratione potest argui de spirare super velle,ad probandum q spiritus sanctus producat alium spiritum sanctum,& hoc vtrobiq in infinitum.

6 ¶Sexto arguitur specialiter q a spiritu sancto emanet aliqua alia persona, sic.non minoris efficaciae sunt pater & filius simul in pducẽdo spiritũ sanctum,q̃ sit p se solus pater in producẽdo filium.sed pater per efficaciam suam i pducẽdo filium dat ei q possit aliam personam producere cum patre.ergo & propter efficaciam quã habẽt ambo in producendo spiritum sanctum,dabunt ei q communiter cum ambobus possit producere personam aliquam vlteriorem,& sic eadem ratione deinceps in infinitum.

In opposi. ¶In contrarium est fides catholica.q si alia aliqua persona est emanans in diuinis a praedictis , non est in diuinis praecise trinitas personarum.

B Responsio ¶Quaestio ista petit explicari in speciali ratioñe quare in diuinis sunt tres personae & tãtũ tres,quod declaratum fuit in summa & in generali in questione quadam super hoc mota in articulo pcedẽti.Et est dicẽdũ ad quaestionem ppositã,q ab aliqua dictarũ triũ psonarũ, quarum prima non emanat ab alia:sed ab illa emanat secunda: & simul ab vtraq tertia: nõ cõuenit intelligere emanare aliquam aliam nisi per aliquem alium modum emanationis a praedictis qui sunt modo nature & voluntatis,aut per aliquem istorum duorum modorum,aut per vtrũq ipsorum. Primo autem modo qui principaliter pertinet ad praedictam quaestioné,non emanat ab aliqua illarum trium personarum aliqua alia persona:quia secundum supra determinata non cõuenit ponere in diuinis aliquem alium modum emanationis.q & si aliquis esset possibilis,secundum illũ procederet aliqua alia persona:& si essent plures alii modi,secundum illos pcederẽt plures alię : & hoc non solum ab aliqua illarum:sed ab omnibus simul:quia secundũ pdeterminata diuersi modi emanandi in diuinis non possunt esse nisi ordinem quendam originis habeãt inter se: vt secũdum determinationem superius habitã,a psona vnica quae non est ab alia,p primam emanationem pcederet persona secunda,& ei communicarentur p hoc omnes alii modi quibus a psona vna nata esset emanare alia:& ideo secundum modum emanandi a psona quae non est ab alia,& ab illa quę est ab vnica simul,secunda emanatione emanaret tertia,& eadem ratione quarta ab illis tribus:& sic deinceps.Secundo etiam modo qui pertinet specialiter ad istam questionem,nõ emanat ab aliqua illarum trium personarum aliqua alia:quia ab vnico modo emanationis non potest in diuinis pcedere nisi vnica psona,quotcũq ponant in diuinis modi emanationum,siue duo prędicti tm̃,siue plures finiti aut infiniti.dicente Ricar.v.de trini.cap.x.Iuxta quãlibet differẽtiã ĩpossibile est eẽ plus q̃ vnã psonã.nã a sola vna psona,nõ põt eẽ nisi vnica silr psona.q̃ ẽ tm̃ a gemina,nõ põt eẽ nisi vnica sola:& sic deiceps si essent i diuinis emanatiões plures duab⁹.Et in diuinis a sola vna psona nõ possunt pcedere duę psonę,sed vnica tm̃:& secũdũ vnũ modũ emanãdi:& a solis duab⁹ psonis silr nõ nisi vnica,& secundũ vnũ alium modũ emanãdi.Ex quo concludit vlterius subdens.Sicut ergo in diuinitate non potest esse nisi vnica psona quę sit a seipsa:sic non põt eẽ plus q̃ vna quae sit ab vna tm̃ persona:nec nisi vna sola quae nõ est nisi a gemina.Quare cum in diuinis nõ sunt nisi duo modi emanationum,per quas non emanant nisi tm̃ duae personae: & pręter illas secundum supra determinata non est nisi tm̃ vnica quae non est ab alia:idcirco irrefragabiliter concluditur q in diuinis nõ sunt nisi tres psonae:vna q̃ a nulla emanat:& vna q̃ emanat ab illa sola q̃ nõ emanat ab alia, & tertia a qua nulla emanat,& quae cõiter emanat ab illa quae est a nulla emanans,& ab illa q̃ emanat ab alia.Aliter aũt.s.q a sola vna persona non potest esse nisi vnica,Ricar.ibidẽ assignat rationẽ ducentem ad inconueniens talẽ.Nã(vt dicit)si gemina tãtũ de vna procederet,pro certo procedẽtium neutra alteri immediate adhaereret:quod est ĩpossibile.Et similiter si duae tm̃ de duab⁹.Q̃m (vt dicit ibidẽ)si q̃rta i deitate persona esse potuisset,proculdubio ex caeteris tribus eam originem trahere ĩmediate oporteret:alioquin alicui earũ nõ nisi mediãte germanitate cohęreret. Et si quinta persona ibi esse potuisset,simili ratione de caeteris quatuor immediate procederet:& sic in caete

ris,quantūcūq; series intelligibiliter protrahaţ.Et procedit haec ratio cōmuniter siue de vnica sola persona ponantur duę procedere,siue secundū vnum modum procedendi, siue secundū plures:& sic de cęteris.Sed super eo qđ specialiter pertinet ad ꝓpositam quaestionē,q.s.secundū vnum & eū dem modum procedendi non possunt in diuinis procedere plures personę,siue ab vna persona,siue a pluribus:ad hoc sunt alię speciales rationes. Q; enim secundū vnū modum procedendi siue ema nandi singularem,puta secundū vnam singularem actionem generandi emanarent duae personae, vt duo filii,hoc clarum est impossibile, quia vna actio numero & singularis, non est nisi ad vnum terminū numero singularē:vt haec dealbatio non est nisi ad hanc albedinē,secundū Philosophū.v. phy.Similiter q secundū eundē modū emanandi specie,diuersum numero,puta secundū diuersas generationes aut spirationes,ponantur emanare in diuinis diuersae personae numero in eadē specie conuenientes,vt duo filii vel duo spūs sancti:etiā oīno est impossibile.Qđ declaraţ duplici via.Vna ex parte ei⁹ qđ est quasi materia siue subiectum aut fundamentū super qđ fundatur actus emana tionum,& circa qđ habent esse,& ex quo habent produci personę emanātes,& in quo habēt funda ri ꝓprietates personarū emanantiū.Alia vero ex parte eius a quo procedunt & eliciunţ actus ema nationū.Prima via sic.quicquid est in deo essentiale,vnicū est,singulare, & simplex. Est eñ diuina essentia singularis & vnica:similiter intellectus diuin⁹ & volūtas,& intelligere & velle,in qb⁹ fun dantur,& circa quę habent esse omnia notionalia & personalia.Actus eñ notionales vt dicere siue generare & spirare,fundātur in actibus essentialibus qui sunt velle & intelligere,vt declarabitur in sequenti quęstione.Habent etiā esse circa diuinam essentiā vt circa subiectum & quasi materiam, & ex ipsa habent personę produci,vt habitum est supra:& in ipsa habent fundari proprietates per sonales:paternitas,filiatio,& spiratio. Quare cū illud qđ fundaţ in aliquo, aut habet esse circa ali quid,aut produci ex eo,non potest plurificari secundū numerum simul & in eodem instāti sub ea dem specie nisi plurificato illo in quo fundaţ,& circa qđ & ex quo habet esse. Verbi gratia, in crea turis.Cum eñ actus videndi colorē fundatur super actum immutandi visum a colore, si vnica & simplex est immutatio,simul in eodē instanti non potest esse nisi vnica simplex visio. Similiter cum actus dealbationis est circa corpus,si corpus est vnicum secundū numerū,simul in eodē instāti nō potest esse nisi vnica dealbatio.Similiter cum album fiat ex non albo,si subiectum non albū est vnū numero,in eodem instanti non potest ex ipso fieri nisi vnum album,& vnico actu albationis. Simili ter cum albedo fundetur in corpore,& similitudo in albedine,si corpus illud est vnū numero,non potest albedo fundata in ipso esse plures numero.& si albedo est vna numero,& similitudo fundata in illa,etiam si per illam referatur ad plures: quemadmodū vnicus pater vnica paternitate bene re fertur ad plures filios.Oportet igitur q sicut actus intelligendi & volendi in deo essentiales super quos fundātur actus dicendi & spirandi notionales,simplices sunt & singulares numero non potē tes plurificari:similiter & sicut diuina essētia vnica est & simplex & singularis circa quā habēt esse vt circa subiectū & quasi materiā actus dicendi & spirandi & intelligendi:oportet q cōsimiliter & ipsi actus sint simplices singulares & vnici:Consimiliter etiam personę quę ex ipsa habent produci secundum modum supra determinatum, oportet q sint singulares & vnicae numero, & etiam ipsę proprietates personales quę in ipsa diuina essentia habent fundari: vt sic non sit plus possibile in diuinis esse plures generationes,plures filios,aut plures filiationes, ꝗ̄ q in eadem materia nume ro essent in eodem instanti plures transmutationes numero sub eadē specie, vel in eodem homine numero plures filiationes,vel q ratione esset plures filii vnus & idem homo,& hoc maxime simul in vno & eodem instanti:quemadmodū simul in eodem instanti ęternitatis habent esse quaecunq; sunt in ipso deo.Secunda via idem declaratur sic.in qualibet emanatione diuinę personę tota foe cunditas in persona producente exhausta est omnino in productione vnicę personę,vt nec in pro ducente,nec in producto restet foecunditas aliqua ad aliquā aliā emanationē productiuā psonę cō similis.Aliter eñ illa persona secunda consimilis produceretur absq; foecunditate producentis,& esset principiatū productū absq; ratione principiandi ipsum in principiante:qđ est omnino impos sibile.Illud aūt ex parte intellectus in productione verbi,patet sic,& per simile:qđ intelligaţ ex par te voluntatis in productione spiritus sancti.Nam verbū qđ in diuinis producitur,quia semper ma nens est,& similiter actus ipse producendi & producens ipsum semp vniformiter se habet,ipso pro ducto non posset restare foecunditas ad aliud verbum producendū nisi possent esse duę productio nes omnino eiusdē modi & eiusdē rationis simul,emanantes ex eodem principio,& circa idē omni no vniformiter se habens: cum omnis productio verbi in diuinis necessario est eiusdem rationis si cut est & omne verbū qđ potest esse in diuinis.quemadmodū & oīs actus intelligendi, & omnis ꝓ ductio filiorum in eadem natura,& omnes filii,& oēs filiationes etiā in creaturis. Illud etiam circa

est impossibile. Nam duas ꝓductiones omnino vnius & eiusdem rationis esse circa idem oino vniformiter, impossibile est, vt ostẽdit ratio praecedens, maxime ab eodem agente vniformiter semper se habẽte, quia hoc etiã impossibile est a diuersis agẽtib⁹: sicut impossibile est in creaturis vnã & eãdem naturã numero oino vniformiter semper se habentem simul & semel siue ab eodem agente siue a diuersis pluribus motib⁹ eiusdem speciei moueri. Impossibile est ergo ꝙ eiusdem rationis sint in diuinis plures ꝓductiones, aut plures ꝓducti. & sic omnino secundum eundem modum ꝓcedẽdi non possunt in diuinis plures ꝓcedere ꝑsonę: secundum ꝙ haec omnia amplius ptractata sunt in quadam quęstione de Quolibet, an. s. in deo sint tres personae & tantum tres.

G Ad pri. princi. ¶ Ad primum in oppositum, ꝙ aequalis perfectio est in singulis personis, ergo & aequaliter & vniformiter est personae emanatio a singulis. Dicendum ꝙ in deo differũt perfectio & ratio ꝑfectionis. Perfectio enĩ de puris essentialibus est: ꝓpter qđ eadem est de singulis personis. Ratio aũt ꝑfectiõis est modus habẽdi eam, secundũ quẽ cõtrahit̃ ad personale: q nõ est pluribus semp cõmunis: scđm ꝙ expositum est supra. Vnde ꝙ filius & spiritus sanctus nõ generãt, hoc nõ ꝓcedit ex imperfectione: sed ex perfectionis conditione. nam eadem est perfectio trium, sicut & eadem deitas: & ex eadem perfectione & diuersa ꝑfectionis conditione est ꝙ pater generet, & non generetur, & ꝙ filius generatur & nõ generat. solus enim pater habet eam ad generare: qa sub ꝓprietate primitatis innascibilis: filius autẽ ad generari: quia sub ꝓprietate nascibilis.

H Ad scđm. ¶ Ad secundum ꝙ ꝑsona a qua emanat alia communicat illi quae emanat, suam substantiam: quare & virtutem &c. Respõsio ad hoc dependet a significato huius nois virtus siue potẽtia in diuinis. Ad cui⁹ intellectũ sciẽdũ ẽ, ꝙ large sumendo significatũ, p nomẽ significatur aliqd dupliciter. vno modo vt a quo nominis fit impositio: alio modo vt cui fit. Primo modo potẽtia nõ significat formaliter nisi respectum siue relationẽ: & quasi materialiter in suo significato includit id in quo fundatur huiusmodi respect⁹. Et hoc mõ diximus supra, loquendo de potẽtia dei in generali, ꝙ nõ significat nisi respectũ. Scđo autẽ modo loquendo de significato potẽtiae, & hoc in speciali de potentia quae respicit in deo actiões notionales personarum, sciendũ ꝙ cum in diuinis personis non sunt nisi substantia & relationes reales: potẽtia nõ põt significare nisi aut substãtiam tm̃: aut relationem tm̃: aut vtrũq; simul. Nõ isto vltimo: quia significans substantiam cum proprietate non est nisi persona: & potẽtia de suo significato nõ importat ꝑsonã. Substãtiã tm̃ non põt intelligi significare nisi dupliciter, aut secũdũ se, aut sub ratione alicuius respectus. Primo modo non potest dici significare substãtiam: quia substãtia secundum se nullam habitudinem notat ad actũ, quã necessario notat potẽtia, vt satis declaratũ est supra loquendo de potentia dei in generali. Si ergo significat substantiam, hoc necessario est vt sub aliquo respectu ad actum: qđ necessarium est ponere. s. ꝙ significat substãtiam vt id cui nomen imponit̃: & nõ nisi substãtiã: & hoc vt est sub ratione respect⁹, & nõ nisi vt est sub ratiõe respect⁹. Nõ nisi substantiam: quia non est potentia nisi id quo agens elicit actum, aut id de quo elicitur. Hoc autem non est nisi forma qua agens agit, & natura qua patiens patit̃. Et non nisi sub ratione respectus: ita ꝙ non sit ipse respectus potentia: sed sine quo non habet substantia rationem potẽtię. Propter quod licet substantia sit eadem sub diuersis respectibus: non tamen ipsa est eadem potentia. immo sicut ipsa sub respectu, hoc ẽ qa sub tali respectu, est potẽtia simpliciter: sic quia est sub diuersis respectibus, est diuersae potentiae. & hoc queãdmodum determinauimus alibi ꝙ anima licet sit vna substãtia, tamen est diuersę potentiae, & tamẽ potentia nõ est nisi substãtia animae: & substãtia aiae est suae potentiae. sicut est de prima materia: ꝙ licet sit vna substantia, est tamẽ plures potentiae. Et per hũc modũ dicit Philosophus loquẽs de materia. xii. metaphysicae. Cum agẽs est vnum, si materia esset vna secundum potentiã, & species vna secundum substantiam, generatum ex ea non esset nisi vnum.

Q aliter nihil de prędicamento relationis maneret in diuinis.In diuinis ergo realitas relationis ex ordine ad obiectum non est nisi ipse modus.& sic secundum ꝙ sunt diuersi modi ad aliud essendi,secundum ꝙ sunt obiecta diuersa, sic & diuersę res. Sed tunc non est disputatio nisi de nomine, appellando extenso nomine rem quod alii appellant modum rei. Attamen si sic respectus possint dici res,hoc non est nisi quia ex natura rei fundantur in vera re. Quia enim realiter & ex natura ipsius rei fundantur in re secundū dictum modum vt dicantur res ex ordine ad fundamentum, ideo etiam realiter respiciunt obiectum,& dicuntur res in ordine ad obiectum, non autem ex ordine ad obiectum.Non enim respicere obiectum realiter dat eis ꝙ sunt res etiam in comparatione ad obiectum:immo econuerso.quia enim sunt res ex ordine ad fundamentum, etiam sunt res in ordine ad obiectum, & etiam realiter respiciunt obiectum. Bene tamen verum est si respectus dicatur res, ꝙ sicut diuersi sunt respectus ex comparatione ad diuersa obiecta, sic & diuersę sunt res: sed hoc nunq̄ prouenit vt ex causa propter quam sic, sed solum sine qua non. aliquando enim sunt diuersi respectus ad idem obiectum, vt duorum filiorum ad eundem patrem: vt praedictum est. Vnde ꝙ duorum filiorum sunt duę filiationes ad eundem patrem,causa siue ratio ꝙ sunt diuersi respectus,aut diuersę res, nō est obiectum vnum:sed potius fundamenta: quae sunt diuersae potentiae generandi passiuę in diuersis materiis:ex quibus generantur duo filii:super quorum diuersas potentias passiuas fundātur diuersę filiationes,cum tamen paternitas vnica scdm rem respōdeat eis in obiecto: quia fundatur super vnicam potentiam generandi actiuam quę est in forma substantiali generantis.

R Sic & in diuinis ꝙ respectus sunt diuersi ad diuersa obiecta,non sunt causa aut ratio obiecta,licet non sunt sine illorum diuersitate: quia scdm Philosophum relatiua sunt simul natura:neutrum tamen est causa alterius vt sit: sed causa & ratio per se est ipsa diuina essentia inquantum est fundamentum omnium diuinarum proprietatum,scdm pręractum modum.Licet enim sit vnica re absoluta,propter tamen eiusdem infinitatem & illimitatem ipsa est per se ratio vt quasi fluant ab ipsa diuersi respectus modo actionis & passionis sibi respondentes,& vlterius diuersa producta: vt modo actionis generare & spirare ad producendū actiue filiū & spiritū sanctū, & modo passionis generari & spirari ad producendum quasi passiue filium & spiritum sanctū: vt ipsa essentia simplex & vnica sit per se perfecta ratio eius ꝙ respectus diuersi sunt,non solum ꝙ sunt respectus simpliciter,generare,& spirare,generari & spirari.& per hoc ꝙ sunt diuersi siue distincti ipsi producti non econuerso,diuersitas productorum est ratio diuersitatis eius qd est generare & generari,spirare & spirari.Ex quo patet quoddam suppositum superius,ꝙ scilicet quiditas & realitas secundum quam vna relatio alia est ab altera:non sumitur ex ordine ad suum oppositum:sed potius ex suo fundamento. Vnde ꝙ proprietates emanationum inter se distinguuntur, hoc non est quia vna est ad aliam, aut vna ab alia:neq; quia sunt ad diuersos productos vel a diuersis producentibus:sed quia diuersimode fluunt,vel potius sunt quasi diuersi fluxus ab eadem substantia. Vnde & personae inter se sunt diuersae non tam ꝙ vna procedit ab altera, q̄ quia diuersimode procedunt ab eadem:vt dictum est supra. Vnde cum vna persona ab alia emanat, non tam sunt diuersae quia vna ab altera est, q̄ quia constituuntur diuersis proprietatibus emanationum. Pater enim est alius a filio non tam quia ab ipso est filius: q̄ quia constituitur proprietate qua actiue ab ipso est filius: & filius proprietate qua quasi passiue est a patre: vt constitutio in esse per talem proprietatem in patre sit pręuia secundum rationem rationi emanationis ipsius producti. Sed ꝙ respectus appelletur res, istum modum loquendi non videtur admittere vsus ecclesiae. Cum enim quatuor sunt relationes reales in diuinis,tunc esset pręter rem essentię quaternitas rerum in diuinis: quod non videtur admittere vsus loquendi: licet intellectus veritati non repugnaret. Propter qd si omnino dicēdū sit ꝙ relationes sint diuersę & plures res iam dicto modo, videtur mihi ꝙ melius sit dicere cū determinatione,ꝙ sunt plures & diuersę res relatiōis:q̄ ꝙ sint plures & diuersę res re simpliciter accepta:qa si absq; determinatione diceret res,cū non sit res in se existens: quia non

substantia:neq; in se subsistens:quia nō est persona:neq; alteri inhęrens in diuinis:qa in diuinis non est accidens:neq; similiter in creaturis:quia tunc non trāsferretur manens in diuinis:esset ergo necessario scđm opinionem Porretani res extrinsecus affixa:quēadmodum & ille modus videtur esse quiddam affixum substātię inquātum res est,scđm dictā opinionē: q̄ non ponit ꝙ istā realitatē habeat a subiecto:sed potius ab obiecto,licet aliā realitatē habeat a fundamēto: vt scilicet ꝙ plures respect⁹ habeāt a fūdamēto ꝙ sint res & vna res: sed a diuersis obiectis ꝙ sint diuersę res.Sed(vt iā dictū est)vtrūq; modū realitatis habēt a fundamēto: vnū vt sunt vnū in illo:aliū vt diuersimode quasi fluūt ab illo:multo fortius q̄ ꝙ ab eo fluūt diuersę creaturę.Emanationes enim interiores sunt rationes emanationū exteriorū.Pręterea si quis velit dicere ꝙ in creaturis alia res sit fundamentū relationis,alia vero ipsa relatio:& ꝙ sit accidens inhęrēs subiecto sicut alia p̄dicamenta accidentis,& ꝙ cum hoc sit ibi modus proprius huius p̄dicamenti qui est modus purus & non res,& cōsimiliter in diuinis,obuiabit ei sic.Cū in diuinis duo sunt predicamenta translata a creaturis,substātia scilicet & relatio,ita ꝙ cum assumuntur in diuina prędicatione,quicquid in ipsis rei est vt sunt circa creaturas,non manet:sed totum trāsit in diuinā substantiā : & manent solum duo modi & rationes illorum p̄dicamētorum : qui etiam sunt iidem in creaturis:si ergo in diuinis essent diuersę res, substātię scilicet & relationis, ambo eēnt ibi ex natura deitatis:& vni respōderet vn⁹ modus trāslat⁹ a creaturis, & alteri alius. S

Quare cum modus proprius solum fundatur immediate in re ꝑpria,& nō in alia nisi per rem propriā:quia scilicet habet esse vna earum in alia:sicut ergo in diuinis modus substātię qui est secundum se esse , per se & immediate habet esse circa rem substantiæ & fundari in ipsa, sic & modus relationis qui est ad aliquid esse, per se & immediate habet esse circa rem relationis, & fundari in ipsa . Ita ꝙ in diuinis modus relationis qui est respectus quidam & ad aliquid esse non habeat esse circa rem substātię neq; fundari in ipsa:nisi per rem relationis existentē in substātia,aut circa substātiā:sicut si in creaturis respectus q est esse ad formā,nō dicat esse in essentia materię nisi per rem aliā relationis existentē in ea. Ex quo necessario sequit̄ ꝙ res illa relationis alia a re substātię esset aliquid absolutū:qa respectus ille qui nō est nisi modus & ad aliquid esse,non fundatur nisi in re absoluta:quia quicquid est pręter absolutū esse,non est nisi modus eius:qui est vel secundum se esse,vel ad aliquid esse.Modus autem non habet fundari in modo quia qua ratione vnus eorum fundatur in alio,eadem ratione & ille alius in tertio,& esset abire in infinitum.Stādum est ergo in aliquo qđ est res absoluta, in qua immediate fundat̄ omnis modus. Et sic in diuinis non est simpliciter dicendum ꝙ sit res pręter rem substantię, ita ꝙ cū determinatione dicatur in deo pręter rem substātię esse res relationis , hoc est scđm iam dictū modum appellando rem ipsum modum rei simpliciter dictę : cui nō curamus obuiare:quia nō esset disputatio nisi de nomine:quę non prodest vbi certum est de re.

¶Ad primū in oppositū,ꝙ relatio non potest esse realis a substātia subiecta : quia tunc omnes relationes diuinę essent res & respectus reales: quia omnes fundantur in substantia diuina:Dicendum ꝙ fundari in substantia potest proprietas dupliciter. Vno modo vt perfecte habet esse in substantia fundata ex natura substantię absq; omni consideratione intellectus,& cōparatione eius ad quodcūq; reale alterius rationis: Vel nō absq; consideratione intellectus & cōparatione ad reale alterius ratiōis. Omnis proprietas primo fundata supra diuinā substantiam, realis est.& tales sunt solūmodo proprietates personales.Secundo autē modo nequaq̄. Simile enim & ęquale non sunt relatiōes reales in deo:quia non fundantur in deo super diuinā essentiam absq; consideratione intellectus:vt supra dictum est.Similiter neq; respectus attributorum:quia non fundātur super diuinā essentiā absq; omni cōsideratione intellectus & comparatione ad reale. Secūdum enim ꝙ supra determinatū est, non habent esse in deo nisi ex consideratione intellectus diuini secundū se : aut etiam ex comparatione ad realem distinctionem personarum diuinarum : aut ex consideratione intellectus diuini sub comparatione ad distincta in creaturis:vt alii dicunt.Aliqui etiā ponunt ꝙ non habent esse in deo nisi ex consideratione intellectus nostri,& comparatione ad correspondentia eis in creaturis. ¶Ad secundum ꝙ relatio si est realis est res aliqua, ergo est substantia : Dicendum ꝙ verum est inquantum realis est: alias nequaq̄. Quia hoc nomen relatio vno modo significat respectum vt est in tētio pura & ratio p̄dicamēti.& sic relatio non est res,neq; substātia,neq; accidēs,nec est realis, sed modus ad aliud se habēdi purus,nisi scđm modū p̄ractū,appellādo rem modū rei:vel appellando modum realem:quia sequitur rem.Alio modo significat respectum vt est res p̄dicamēti

T Ad primū prin.

V Ad secūdū

absoluti sup quē fundaẗ,sicut & significant omnia nomina speciérũ relationis:vt paternitas,filiatio,& hmõi.& sic in diuinis significat rē quę est substãtia,& est substãtia,sed sub ratiõe respectus significata.Est enim quo ad hoc differētia inter significationē respectus in nominib⁹ attributorũ quę sunt sapiētia,bonitas, & in nominibus proprietatum quę sunt paternitas, filiatio, & in nominibus psonarum quę sunt pater,filius.Quoniã attributorũ nomina significãt substãtiam sub ratione respectus rationalis,& nõ imponunẗ ad significãdum respectũ: sed ipsam substãtiam sub ratiõe respectus.Nomina vero pprietatum imponũtur ad significãdum respectum fundatũ in substãtia,& non substãtiam sub ratione substãtię:sed solũmodo includunt eã in sua significatiõe.Nomina vero psonarum imponũtur ad significãdum substãtiam sub ratiõe respectus:ita ꝙ etiã significat ipsum realem respectũ,& ab illo imponũtur principaliter.

X
Ad tertiũ. ¶Ad aliud, diuisum in diuinis cõsideratur ratione & cognitione: Dicendum ꝙ in diuinis diuisum duplicem habet cõparationē:vnã ad id qd̄ cõe est:aliã ad suũ cõdiuisum.Primo quidē mõ cõsideraẗ ratiõe & cognitiõe:quia differũt sola ratiõe substãtia & pprietas:non aũt scđo mõ. Sed ista rñsio est cõtraria dicto Damasc.quia cõparat cõtrario mõ cõe & diuisum in creaturis. Dicit eñ expsse ꝙ diuisum consideraẗ re:ita ꝙ diuisa sub cõmuni inter se differunt re.Ergo scđm mentem eius,in diuinis diuisum consideratur ratione.i.ꝙ distincta sub cõmuni inter se sola ratione differunt.

y ¶Ideo aliter dicẽdum:ꝙ licet in deo(vt dictum est)proprietas significat substantiam:non tamen est distinctiua persone vt est substãtia: sed solũ vt est respectus:vt sic sit alius modus substãtię vt est substãtia, & alius vt est sub ratione respectus.Ita ꝙ diuinarũ psonarum differētia penes huiusmodi modos rationis est respectu differētię duarum psonarum in diuinis scđm substãtias absolutas.& ita quo ad hoc scđm intẽtionem Damasceni diuisum cõsideratione siue ratione est.Et hoc modo ad modũ respectus aspiciendo dicit Boethius, scđm ꝙ iã habitum est,ꝙ relatio non dicit rem sed modum solũmodo.

Z
Ad quartũ ¶Ad vltimũ ꝙ relatio psonarũ inter se similis est relationi eiusdē ad se,quę nõ est nisi scđm rationē:Dicendũ ꝙ verũ est quo ad hoc ꝙ relatio ex vtraqꝫ parte fundatur super idipsum re. Differt tamē quo ad hoc ꝙ ibi duplicatio relationis super idem & extremorum relatorum distinctio est ex sola ratione & consideratione intellectus:non sic in proposito:vt visum est supra.

Articu.LVI.

Equitur Artic.LVI.de proprietatibus sed specialiter personarum realibus, in comparatione ad ipsas personas. vbi queruntur quatuor.

Primum est:vtrum proprietates sint in personis.

Secundum:vtrum in eadem persona sint plures proprietates.

Tertium:vtrum sint constitutiuę personarum.

Quartum:vtrum ambo simul constituant personam,scilicet pprietates cum essentia.

A
Quęstio.I.
Argu.1.

Irca primũ arguitur ꝙ proprietates nõ sunt in psonis:Primo sic.Qđ solum cõuenit alicui ex habitudine eius ad alterũ,nihil est in illo,siue eorũ q̃ sunt illius:quia habitudo talis ad ipsum nihil dat ei cum adest,& nihil aufert cũ abest.pprietas relatiua conuenit personę ex sola habitudine eius ad alterum quę cũ adest,conuenit ei pprietas relatiua,& nõ conuenit ei cũ abest. dicẽte Boethio lib.de trini.ca.xiii.vbi loquitur de relationibus pprietatum. Perspicue ex alieno aduentu constare pspiciũtur:si auferas seruum,abstulisti & dominũ.An nõ etiam si abstulisti albedinē,abstulisti quoqꝫ albũ? Sed interest: ꝙ albedo accidit subiecto : sed potestas qua seruus coercetur,quoniam sublato deperit seruo,constat non eam per se domino accidere: sed per seruorũ quodãmodo extrinsecus accessum.nõ igitur vt cõcludit dici potest prędicatione relatiua quicq̃ rei de qua dicitur,vt iam supra.ergo &c̄.

2 ¶Secũdo sic.ita simplex est persona in diuinis vt essentia.sed proprietates essentię,vt attributa eẽtialia,bonitas,veritas,& huiusmodi,propter essentię simplicitatem non dicũtur esse in essentia:sed solũ modi quidam intelligendi circa ipsam.ergo similiter nec proprietates sunt aliquid in persona:sed solũ modi circa psonas.

3 ¶Tertio sic.Proprietas relatiua est in illo, in quo essentialiter fundaẗ.vt similitudo vni⁹ albedinis ad aliam , quia essentialiter fundaẗ in albedine est in albedine.vnde & denominat eã, dicendo ꝙ albedo est similis albedini . proprietas quęlibet relatiua in diuinis essentialiter fun-

datur in diuina eſſentia,vt iã habitum eſt.ergo eſt in illa. nõ ergo proprie dicenda eſt eſſe in perſo‑na.¶In oppoſitũ eſt Gregori⁹,qui dicit in pręfatiõe Miſſę.In eſſentia vnitas,in perſonis proprietas. In oppoſi.

¶In iſta queſtione antiquitus erat via erroris vna dicentium ꝙ proprietates licet ſint aliquid in diuinis.i.inter ea q̃ circa deũ conſiderant,non tñ in pſonis nec in eſſentia,nec ipſę pſonę aut ipſa eſſentia diuia,ſed tm̃ habitudines ab extriſeco pſonis q̃ſi affixę & aſſiſtẽtes.Et erat poſitio Porretani:quã excepit ex verbis Boethii,vt dictũ ẽ. Sed qđ dixit Boethi⁹(vt habitũ eſt iã ſupra) Ex quo appet ꝙ ꝓprietates & relatiões nihil rei dicũt i diuinis:ſed circũſtãtiã & modũ rei extrinſecus aſſignant:Hoc non dixit intendendo ꝙ non ſunt res aliqua:ſed omnino aliud ab eſſentia & perſona,vt putauit Gilbertus:ſed hoc dixit quia non dicunt in diuinis aliqđ re diuerſum ab eẽntia & perſona,ſicut ſignificant accidentia abſoluta,vt manifeſtat per ſua exempla:ſed ſolum modũ ſe habendi & circunſtantiam,non tamen omnino diſtinctam & ſeparatam ab eſſentia & perſona:ſed vt includens in ſuo ſignificato rem & eſſentiam in qua fundatur modus ille,vt dictum eſt:quæ ꝓpterea conuenit perſonę ex natura illius rei:vt ſic circũſtantiam & reſpectum ad alium habet perſona non ſolum quia alius quodammodo ſe habet ad ipſam:ſed ex ſeipſa reſpicit alium cũ ali⁹ reſpicit ipſam.Vnde ꝙ dixit Boethius hmõi circũſtantiã cõſiderari ex aduentu alterius:non dixit hoc quia ex ſolo aduentu alterius, qđ intelligit Gilbert⁹:ſed quia non ſine aduentu alterius.Sic eñ eſt ꝙ oĩs natura perfecta habet ex ſe naturam qua habet ad aliud cõparari:& tãto ad plura quanto pfectior & ſimplicior eſt natura,vt habitum eſt ſupra loquendo de attributis . ſed ꝙ quandoq; actu non refertur ad aliud hoc contingit ex defectu alterius extremi : ſicut contingit in luce ꝙ habet in ſe perfectam naturã qua ſemper habilis eſt vt actu illuminet:& ꝙ nõ ſemper actu illuminat, hoc eſt quia non præſens eſt illuminationem ſuſcipiens:& cum fuerit præſens,ſtatim ſine omni ſua immutatione illuminat.Similiter album in ſe habet naturam qua habile eſt vt alteri aſſimiletur ſecũdũ actum:& vt actu aſſimiletur non requiritur niſi pręſentia alterius extremi.Et ita in talibus id reale quo habile eſt aliquid ad alterum reſpicere,bene eſt in ipſo ex ſe:ſed non ſub ratione reſpectus niſi per præſentiam alterius extremi. & vtrunq; includitur in ſignificato proprietatis relatiuæ,vt habitũ eſt ſupra.Et quo ad hoc ſecus eſt de ſignificato relationis & ſubſtãtiæ quãtitatis & q̃litatis. Cum eñ in quolibet prædicamento eſt duo cõſiderare,& rem ipſius prædicamenti,& rationem generis prædicamenti,ſecundum ꝙ eſt ſuperius expoſitum: alia tria pędicamẽta propriã rem habẽt ſui generis:& ad illam ſignificandam imponuntur:non autem ad ſignificãdum modum ſiue rationem ſui generis quę conuenit ſuę rei.Subſtantia eñ imponitur ad ſignificandum rem cui cõuenit eſſe ſecũdũ ſe:Quãtitas vero imponitur ad ſignificãdũ vnã rem:Qualitas vero ad ſignificãdũ aliã rem:quibus tñ cõmuniter cõuenit eſſe in alio,licet diuerſimode.Relatio vero ad ſignificãdũ ꝓpriã rationem ſui generis imponitur,& nõ ad aliquã rẽ propriam ſui generis:quia illã nõ habet ad quã ſignificandam poſſit imponi:ſed ſolum habet res aliorum pędicamentorum ſuper quas fundatur vt ſępius tactum eſt: ſed aliter q̃ accidens, quantitas ſcilicet vel qualitas, fundatur ſup ſubſtantiã: quia illa fundãtur ſup ſubſtantiam vt res ſup rem cui inhæret:cum in ſe non poſſit eſſe.Relationis vero reſpectus fundatur ſuper rem vt modus quo alter reſpicit.nihil autẽ in ſe ex hoc reſpectu recipit.Et ſic propria ratio quãtitatis & qualitatis eſt ſecundum comparationem eius ad ſuũ fundamentum vt ad ſubiectum cui inhęret:ſed propria ratio relationis non eſt omnino ſecũdum comparationem eius ad fundamentum ſuum vt in quo ſit,ſed potius vt ab ipſo,& ſecundum comparationem ad id quod reſpicit.Et quo ad hoc relationes & reſpectus earum nec ſunt inhærentes nec ſubſiſtentes:ſed aſſiſtentes,& quaſi extrinſecus affixę & quodammodo contingentes rem prout quaſi tendit ad alterũ.Et iſto mõ tm̃ conſiderauit Gilbertus relationes:& dixit eas non eſſe ſubſtantiam nec pſonam nec in ſubſtantia nec i perſona:ſed affixã & aſſiſtentẽ pſonę.Sed licet propria ratio relationis non eſt omnino ad ſubiectum vt eidem inhęrens:eſt tamen ad ſubiectum vt eidẽ innitẽs,nõ quaſi res alia ab ipſa:ſed q̃ſi res eadem ſub ratione modi per quẽ alterũ reſpicit. Et non eſt differentia niſi quia eſt alia ratio eius ſcđm ꝙ eſt in ſe aliqđ, quæ eſt ratio ſubſtantiæ:& alia ſecundũ ꝙ eſt ſub ratione modi per quem ſuppoſitum ſe habet ad aliud,quę eſt ratio relationis.Res enim eadem abſolutiſſime conſiderata,abſolute eſt aliquid in ſe,& ſub comparatione quadam habet modum reſpect⁹ ad alterũ:& eſt vna indifferens ſicut fundamentum ad duos modos,ſubſtantiæ ſcilicet & relationis:& ſub vno mõ eſt res ſubſtantiæ in diuinis & in creaturis quantitatis aut qualitatis:ſub alio vero mõ eſt res fundamentalis relationis.& ſic eadẽ eſt res ſubſtãtiæ,quantitatis,aut qualitatis & res relationis mõ pdicto:& ſignificat noĩe ſubſtãtię,quãtitatis,aut q̃litatis & noĩe relatiõis ſcđm diuerſos reſpectus differens ſolummodo.Et ideo in creaturis relatio fundata ſup quantitatem aut

B Reſol.q.

qualitatem, accidens est: & idē accidēs re sub diuersis rationib⁹ pdicamentorum: vt idem re significent quātitas & aequalitas, & qualitas & similitudo. In diuinis autem vbi nō est relatio fundata nisi supra substantiam, cōsimili modo substantia est & eadē substantia re sub diuersis rationibus pdicamentorum, substantię. s. & relationis. & propterea relatio siue pprietas in diuinis non est affixa & assistens: sed potius insistens essentię vt fundamento psonę vt constituto per ipsam, vt patebit in sequenti questione. Propter qd Magister primo Sētentiarum dist. xxvi. cap. Iam de proprietatib⁹. loquens de proprietatibus dicit. Vocāt relationes quae non sunt deo accidētales, sed in ipsis personis ab aeterno sunt incōmutabiliter: vt non modo appellatione sint relatiuę: sed & ipsę relatiōes siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis, sint.

C Ad pri. principa. ❡Ad primum in oppositum, q proprietas relatiua conuenit personę ex sola habitudine ad alterum, Dicēdum secūdum iam dicta q hoc potest itelligi dupliciter. Vel quia ex solo aduentu alterius: sic non est verum: nec sic est pprietas aliquid in psona pprie loquendo, vt posuit Gilbertus. Vel quia non sine aduentu alterius aut coexistentia eiusdem: sic est verum. & sic pprietas est in psona ex virtute existentiae suę alterū respicientis, vt dictū & expositū est. ❡Ad aliud, q

D Ad scdm. respectus attributorū non dicuntur esse aliquid in diuina essentia propter eius simplicitatem: quare neq pprietates in persona: Dicendū q in pposito aliqd pōt intelligi esse in, vel vt in subiecto: sic nihil est in diuinis: vel sicut in fundamento: & sic omēs respectus diuini sunt in essentia, nec simplicitati essentiae repugnāt: qa quasi ex ipsa pullulant: vel quasi vt constituēs in cōstituto vel determinans in determinato: & sic pprietas non habet esse in essentia: sed tm̄ in psona: nec obstat eius simplicitati. secundum q hoc melius patebit in sequente questione. ❡Ad tertiū, q relatio fundata in al

E Ad tertiū bedine denominat eā, & ita est in ea &c. Dicendū ad hoc, q relatio habet fundari in aliqua re absoluta dupliciter. vno modo secundū id qd est & vt res aliqua est: alio modo vt principium actionis productiuę alicuius est. Primo mō dupliciter. Vno modo vt in se est aliqd: alio mō vt alteri inhaerens. Primo modo relatio fundata in re aliqua est in illa: sed non nisi vt in fundamento: & denominat illam. secūdum qd vna albedo in abstractione dicitur esse similis alteri albedini. Secundo modo relatio fundata in re est i illa nō vt in fundamēto: sed vt in subiecto in illo cui⁹ accidēs est res in qua fundatur. & secundum hoc albedo in subiecto existēs vt in subiecto est nō dicitur similis: sed album & est prima similitudo substantialis: secunda vero accidentalis. Neutro istorum modorum fundatur relatio sup diuinam essentiam. Non primo modo: quia non habet aliam sibi similem. Non secūdo modo: quia pręter hoc q non habet similē sibi aliam, nō est in aliquo sicut in subiecto. Sed iuxta hūc secūdū modū inquātū existit eadem i diuersis suppositis, in qb⁹ differre potest secūdum rationem acceptionis nostrę, sup ipsam fundatur similitudo qua psonę inter se similes dicuntur. Tertio autem modo relatio fundata in re non est i illa nisi secundum q ordinat ad actionem & passionem & hoc pductionis personalis i diuinis: in qua respectū non hn̄t inter se nisi pducens actiue & pductum passiue: q̄ oportet psonaliter distingui. Qd cum in diuinis nō potest esse p substantiam, oportet q illud fit p pprietates relatiuas cōstituentes psonas pducentē & pductam. Relatio em̄ (vt ait Boethius cap. xiii. de trini.) si dici potest quoquo modo id qd vix intelligi potuit, interptatiuū est

F psonarum. Et sic substantia vt in ipsa fundatur talis relatio nō existit in se sed in supposito. Et ideo sicut in relatione accidentali quae fundat super accidens vt est inhęrens subiecto, non denominat id sup qd fundat: sed subiectū ei⁹, vt dictum est: sic relatio psonalis fundata sup diuinam essentiam nō denominat essentiam sed psonam: nec secūdū q dicit Prępositin⁹ est pprietas essentiae sed psonę: & ideo non est determinatiua essentię: sed psonę. & p hoc pprie est in psona nō in essentia, vt iā dicet.

G Quae. ii. Arg. i.

Irca secundum arguitur, q in vna persona non possunt esse plures proprietates Primo sic. Magister dicit primo Sententiarum distinctione. xxxiii, cap. Quorum. In ipsis hypostasibus sic sunt proprietates q eas determinant. sed personam nō determinat proprietas nisi eam constituat: quia determinando constituit: &

2 vna persona non constituitur nisi vna proprietate. ergo &c. ❡Secundo sic. cum proprietas in diuinis secundum determinata res sit, si in vna persona essent plures proprietates, cum proprietates denomināt personam, vna persona esset plu-

In opposi. res res. ❡In contrarium est, quoniam persona non distinguitur a persona nisi proprietate. Cum ergo vna persona distinguitur a pluribus, oportet ponere q in vna persona sint plures proprietates.

H Responsio ❡Dicēdū ad hoc, scd̄m pdeterminata, q strictissime loquēdo de pprietate nō sūt

pprietates plures in vna psona: quia nō sunt plures nisi tres psonales cōstitutiuę triū psonarū. Largius autē loquēdo secūdum q̄ inascibilitas & cōmunis spiratio dicūt pprietates, planum est q̄ duę sunt pprie in patre, innascibilitas & generare: & vna cōiter ī ipo & filio, scilicet cōis spiratio actiua.

¶ Ad primum in oppositum, q̄ non est proprietas in persona nisi eam determinet & tales non sunt nisi tres cōstitutiuę: Dicēdū est q̄ illud dictū est solū de trib⁹ pprietatibus psonalibus. Veruntamē distinguēdū est, q̄ determinare potest pprietas psonam vel in se & respectu alterius psonę simul, vel respectu alteri⁹ psonę tm̄. Tertiū mēbrū, scilicet in se tm̄, est impossibile: quia in diuinis secundum supra determinata non est psona nisi relatiua. Primo mō nō determinant psonā nisi tres pprietates psonales. Secūdo modo potest proprietas determinare psonam dupliciter, aut positiue, aut negatiue. Primo modo determinat communis spiratio personas patris & filii distiguēdo eas a persona spiritus sancti. aliter em̄ non esset in eis principium emanationis spiritus sancti. Nihil em̄ pducit̄ proprietate aliqua, q̄d nō determinat̄ p eam. Vnde Magister primo Sententiarū distinctiōe. xxxii. cap. Quorū. dicit. Licet paternitas & filiatio sint in essentia diuina: cum eam non determinent: non ideo potest dici q̄ diuina essentia generet & generetur: vel q̄ eadem res sit pater & filius. ita enim proprietas determinat psonas, vt hac pprietate hypostasis sit generans: & illa alia hypostasis sit generata. Secūdo modo ingenitum determinat personam patris respectu non genitoris, vt tactum est supra: & inferius amplius declarabitur. ¶ Ad secundum, q̄ plures res essent in eadem persona: dicēdū scdm̄ q̄ dicit Alexander in summa sua, pprietas non dicit rem proprie: sed rationem rei. Et huius ratio est, quia res secundum q̄ sumitur in diuinis, nō dicit̄ a reor reris: sed em̄ a ratitudine: & nō est nisi duplex ratitudo. s. existēdi & subsistēdi. Ratitudine existēdi nō est res ī diuinis, nisi essentia in q̄ existunt psonæ, & q̄cūq̄ sunt in deo. Ratitudine vero subsistēdi nō est res in diuinis nisi psona in qua subsistit essentia, & quęcūq̄ sunt in diuinis. pp̄ter q̄d proprietas licet ī diuinis dicit̄ relatio realis, vt supra determinatū est: non tamen pprie potest dici res nisi cum determinatione: dicendo res relationis. I Ad pri. principa. K Ad scdm̄.

Irca tertiū arguit̄, q̄ pprietas siue relatio ī deo nō sit cōstitutiua psonę. Prīo sic. q̄d refert̄ est aliq̄d p̄ter id quo refertur. dicente Augustino. vii. de trinita. Omīs res quę relatiue dicitur, est aliq̄d excepto eo q̄d ad aliud dicitur. Persona aūt in diuinis est q̄d refert̄: pprietas relatiua est quo refertur. ergo &c. Sed q̄d est aliq̄d p̄ter ipsam psonam, non est cōstitutiuū eius. ergo &c. ¶ Secūdo sic. q̄d est cōstitutiuū psonæ, est distinctiuū eius. pprietas vna non est ab alia distincta: quia in diuinis non est distinctio nisi secūdum originem vnius ab altero: & vna pprietas nō est ab altera. ergo &c. ¶ Tertio sic, scdm̄ Phm̄. 4. physico. Relatio nec est terminus nec principiū mot⁹. imo cōsequit̄ relatio ad illū q̄d est termin⁹ mot⁹. in pductiōe ergo diuina oportet itelligere q̄ est p̄icipiū & q̄ est termin⁹ p̄ter relationē. ergo &c. ¶ Q̄ nō oīs pprietas relatiua sit psonę cōstitutiua, arguit̄ sic. actiōes notionales ī deo. s. gnāre & spirare, pprietates relatiuę sūt psonarū: q̄ nō possūt cōstituere psonas, q̄a sunt elicitę a psonis, & sic psonas supponūt cōstitutas. ergo &c. ¶ Q̄ oīs pprietas relatiua sit psonę cōstitutiua arguit̄ prīo sic. oīs pprietas relatiua est distinctiua, q̄a oppositionē ponit: & nō est oppositio nisi distictoꝝ. nō est ī diuinis distictio nisi psonarū. ergo &c. Sed nō est pprietas distictiua psonarū nisi q̄a ē psonę cōstitutiua: q̄a eodē cōstituit̄ res in eē, & distiguit̄ ab alio. ergo &c. ¶ Scdo sic. relatiōe nō refert̄ ad aliū nisi q̄d p ipsā cōstituit̄, aut q̄d ipsā p̄supponit. p̄supponi em̄ nō pōt ab eo ad q̄d ipsa refert̄: q̄a nō est relatio nisi q̄a referat. in diuinis aūt relatio q̄cūq̄ nō p̄supponit nisi substantiam: quia omnis relatio ī diuinis immediate sup essentiam fundat̄: quia non est ibi aliud absolutū: & non fundat̄ nisi sup absolutū. quare cū nō pōt referre substantiam: quia eā distingueret: refert ergo id q̄d constituit. illud autem non est nisi persona. ergo &c. L Quęst. iii. Arg. 1. 2 3 4 5 6

¶ Dicēdū ad hoc, q̄ secūdū ponentes proprietates non esse res in diuinis, nec insistentes, sed assistentes & modos intelligendi solum, proprietas nec est constitutiua nec distinctiua personæ: immo personæ seipsis sunt, & sunt distinctę: & seipsa vna habet ordinem ad aliam: ita q̄ respectus qui consistit in illo ordine, consequens est ad personas. A quorum dicto in modico distant illi qui ponunt q̄ subtractis proprietatibus per intellectū manēt hypostases. q̄d em̄ illi dicunt de personis, nullā faciēdo differentiam iter psonas & hypostases: hoc isti dicunt de hypostasibus, differentiam assignando inter hypostases & psonas. secūdū q̄ Alexāder ptractat ī summa sua positionē illorum sustinendo hanc opinionem, distinguendo in diuinis quatuor: quorum duo dicit esse extrema, & duo media, sic inquiens opponendo. In diuinis inuenim⁹ aliquid q̄d nec est distinguibile nec distinctū: & hoc est essentia. Item inuenimus distinguibile & distinctum: & hoc est persona. Inter hæc autem duo extrema, intercidunt secundum rationem intelligentiæ duo media, scilicet substā- M Responsio N

tia & hypoſtaſis:ſicut iter duo,ſcilicet quo eſt,& quis eſt,intercidũt qđ eſt & qui eſt.Eſſentia enim
dicit quo eſt:ſubſtantia qđ eſt:hypoſtaſis qui eſt, perſona quis eſt.Et etiam dicit in ſoluẽdo ꝙ verũ
eſt ꝙ hęc duo ſunt media iter illa duo ſecundum rationem intelligentię:verũtamen ita ſe habẽt ꝙ
vnum magis ſe habet cum vno extremorum & reliquum cum reliquo:quia ſubſtantia magis ſe te
net apud nos cum eſſentia,hypoſtaſis vero cum perſona:& dicitur vna ſubſtãtia ſicut vna eſſentia
ſimiliter ſicut dicimus tres perſonas,ita dicimus tres hypoſtaſes.Cũ eñ(vt dicit) paternitas & fi-
liatio ſint oppoſitę relationes reſpicientes ſe inuicem, non poſſunt ſimul ineſſe eidem rei ſubſiſten-
ti:ſed differentibus.Sed res ſubſiſtentes proprietatibus illis vel relationibus ſunt hypoſtaſes : er-
go poſitis proprietatibus vel relationibus differentibus in diuinis , neceſſe eſt ibi ponere differen-
tes hypoſtaſes.Quia igitur ꝓprietates vel relationes in deo ſunt diſtinctæ & incompoſſibiles,ſcili-
cet paternitas,filiatio, & proceſſio,ideo diſtinctas habent hypoſtaſes.Et intendit tamen ꝙ iſta diſti
ctio non fit per proprietates,& ita ꝙ ſeipſis diſtinguantur. Vnde aſſignando quomodo differenter
dicuntur in deo tres hypoſtaſes,& tres pſonę,ſubdit dicẽs.Differũt tñ in hoc ꝙ hypoſtaſis dicit qđ
diſtinctũ:ſed non habet in ſuo noĩe vñ diſtiguit:ſed dicit reſpectũ ad diſtiguẽtẽ.Hypoſtaſis eñ di-
cit rẽ ſubſiſtẽtẽ reſpectu ꝓprietatis:nõ habet ergo in ſuo noĩe ꝓprietatẽ diſtinguẽtẽ:ſed dicit reſpe
ctũ ad illã.Perſona autẽ eſt hypoſtaſis ꝓprietate diſtincta. Vñ in hoc addit quãtũ ad rõnẽ itelligẽtię
nomen perſonę reſpectu noĩs hypoſtaſis:quia pſona dicit diſtinctum:& iterum habet de ſuo intelle
O ctu & de ſuo noĩe ꝓprietatẽ diſtinguentẽ.nihilominꝰ tñ diſtinctũ eſt hypoſtaſis actu ſicut & pſona:
ſed nõ habet de ſuo itellectu ꝓprietatẽ diſtiguẽtẽ.¶Ex dicto aũt Boethii arguit contra ſe hoc mo
do.Subſtantia cõtinet vnitatem,relatio multiplicat trinitatem:auferatur ergo relatio ꝑ intellectũ
non remanebit niſi ſubſtantia quæ continet vnitatem : aufertur ergo multiplicatio. Et reſpondet
dicens ꝙ verbum Boethii non intelligitur ꝙ in deo non ſit diſtinctio niſi relationum:immo eſt ibi
diſtinctio rerum ſubſiſtentium,ſcilicet hoc modo,ꝙ hęc res ſubſiſtens non eſt illa. Verũtamen rela
tio manifeſtat diſtinctionem in diuinis:& reſpectu diuerſarum proprietatum ſunt plures res ſubſi
ſtentes: non ꝙ ſint plures ſolum per illas:immo & ſeipſis:ſed reſpectu illarum non reſpectu eſſen-
tiæ,quia hypoſtaſis dicit reſpectum ad proprietatem:vnde remota per intellectum proprietate per
ſonali eſt intelligere hypoſtaſim: quia adhuc eſt intelligere rem ſubſiſtentem habentem reſpectum
ad proprietatem. Et licet tollatur ꝓprietas per intellectum,non tamen in re poteſt tolli. Vñ adhuc
eſt itelligere res diſtictas actu:ſed nõ ꝑ ꝓprietates perſonales,ſed ſeipſis.Exẽplũ. Petrꝰ & Paulꝰ ſunt
duo homines,vnus pater,alter filius,diſtinguuntur ergo relatione & hypoſtaſi. ſubtrahe ꝑ intelle
ctum paternitatem & filiationem:nihilominus manent duæ hypoſtaſes:immo etiam duę ſubſtan-
tię indiuiduę.vnde non tñ dicuntur duæ res ſubſiſtentes relationibus:ſed etiam duo homines. In
diuinis ſimiliter ablatis per intellectum proprietatibus remanent duę hypoſtaſes ſiue duę res ſubſi
P ſtentes,non tamen duæ ſubſtantiæ ſicut in creatura,& ĩ hoc eſt diſſimilitudo.¶Dictũ iſtorũ nullo
modo poteſt ſtare in diuinis:quoniam quęcunq; ſeipſis ſunt diſticta,toto eo qđ ſunt,diſtincta ſunt
non aliquo ſui, vt prima ſimplicia: ita ꝙ nihil eſt cõmune vtriq; eorum.Si enim aliquid eſſet com-
mune eis,illo non diſtinguerentur: ſed præter illud oportet quęrere aliud diſtinctiuum qđ nõ eſt
commune ſed proprium.Quęcunq; autem ſic ſunt diſtincta vt nihil ſit eis commune,neceſſario oĩ
no & ſecundum rem & ſecundũ eſſentiam ſunt diſtincta.Si ergo hypoſtaſes vel pſonę diuinę ſeipſis
diſtinguerentur,nec eſſet de earum conſtitutione aliquid ꝓprium quo diſtinguerẽtur re,eſſent di-
ſtinctę neceſſario.Cum igit̃ in diuinis neceſſe ſit ponere aliqd cõe in quo nec hypoſtaſes nec pſonę
diſtinguũtur oĩno,aut eſt in eis aliqd de eſſentia & cõſtitutiõe earũ quo diſtiguunt̃ ad hoc ꝙ plu-
res ſint:illđ aũt nõ põt eſſe aliqd abſolutũ:qa tũc ſecũdũ rẽ abſolutã differrẽt:oportet ergo ꝙ illud
ſit aliqd reſpectiuũ vt aliqs reſpectꝰ.Et qđ diceret Gilbertꝰ ꝙ vna pſona in ſeipſa habet reſpectũ ad
aliã : & qđ dicit Alexã,ꝙ hypoſtaſis dicit rẽ ſubſiſtẽtẽ reſpectu ꝓprietatis q̃ eſt extra ſuũ intellectũ
hoc iplicat cõtradictionẽ.Si eñ pſona aut hypoſtaſis aliqd ſit in ſe:& habet reſpectũ ad aliđ ſiue ad
pſonã ſiue ad reſpectũ:alia ẽ rõ eiꝰ qđ eſt ſcđm ſe:alia reſpectꝰ q̃ ſe habet ad aliũ:ita ꝙ ſi abſoluat̃ rõ
reſpectꝰ,nõ eſt niſi abſolutũ ab oĩ reſpectu:qđ nõ eſt in diuinis niſi eſſentia vnica & idiſticta.Si ergo
ſit aliqua diſtinctio & pluralitas pſonę aut hypoſtaſis,oportet ꝙ diſtinctum in ſe includat reſpectũ
& ſic ꝑ reſpectũ cõſtituat̃ vt ſit perſona aut hypoſtaſis diſticta ab alia.Nihil ergo eſt dictu ꝙ pſona
ſeipſa ſiue reſpectu quẽ icludit,reſpiciat pſonã: ſed ꝙ reſpectꝰ cõſeqñs ẽ & aſſiſtẽs,vt dixit Gilbertꝰ
aut ꝙ hypoſtaſis ſeipſa ſignificat rẽ reſpectu proprietatis q̃ eſt extra ſuũ itellectum,vt dicit Alexã.
Immo ille reſpectus quem ambo ponunt extra intellectum perſonæ & hypoſtaſis, neceſſario intra
ponendus eſt:& ille eſt quem vocamus ꝓprietatem conſtitutiuã pſonę:vt in diuinis oĩno nõ diffe-
rant pſona & hypoſtaſis niſi ratione,vt habitum eſt ſupra.vt ſecũdũ hoc dicere ꝙ ſubtractis ꝓprie

ratibus a psonis manēt hypostases,simile sit ei qđ est dicere hoiem remanere hoiem subtracto ratio nali.❡Aliter autem solet dici a quibusdā:ꝙ cōstitutio & distinctio siue pluralitas hypostasum & ꝑ sonarum nō fit nisi per ꝓprietates siue relationes & respect⁹.Dicūt enim ꝙ in diuinis personis cō siderātur & ratio originis:qua haec habet esse a qua alia,& illa quae ab alia:& ratio relationis:ita ꝙ ratio originis significetur verbaliter, vt generare & generari,spirare & spirari:& sic ꝑ modū agere egredientis & transeuntis ab vno in alterum: ratio vero relationis significetur nominaliter, vt pa ternitas filiatio:& ita per modū formę.Attēdēdo igit̃ ꝙ tales formae scđm ratione formę sequūtur actus,dixerunt ꝙ hypostases in diuinis constituuntur per seipsas vt principia & termini actuum,vt pater & fili⁹:qa huius est generare:illi⁹vero generari.Ad hos autē actus consequūtur proprietates quae sunt paternitas & filiatio:vt hic dicatur pater qa generat: ille vero fili⁹ quia generat̃.Et sunt constitutiuę psonae sicut ꝓprietates ad dignitatē pertinentes & manifestantes:non autem causan tes distinctiōes hypostasum:imo ipsis psonis subtractis manēt penes itellectū distictę hypostases.& hoc quemadmodum in creaturis proprietates indiuiduorum manifestāt distinctionem indiuiduo rum ex materia & forma:sed non causant eam:immo ipsis subtractis manet penes intellectum ipō rum distinctio.Sed dictum istorum redit in idem cum dictis praecedentium.Hypostases eñi nō sūt principia & termini actuum nisi per aliquem respectum ad illos qui ipsas constituunt,vt aliquid in ter eas & ipsas distinguūt:qa in essentia oino cōueniūt:nec est differētia realis,siue relatio itelligit̃ vt rō elicitiua act⁹,siue vt sit ipē act⁹,siue vt dispositio ex actu:& nō est vni⁹ psonae ad vnā plus q̃ vna proprietas secūdum rem,vt dictum est:& infra amplius declarabitur.vt nihil sit dictu ꝙ alio respectu distinguitur hypostasis,alio respectu persona:immo hypostasis etiam secundum eos in di uinis non est nisi existentia incommunicabilis naturae intellectualis.& talis non potest esse nisi per sona:ita ꝙ persona communiter accepta tam in natura creata q̃ in increata , principalius dicitur persona ratione naturae intellectualis simpliciter , q̃ ratione proprietatis siue indiuiduationis sim pliciter. nō potest enim natura intellectualis existere nisi in persona: potest tamen esse cōditio indi uidualis vbi non est persona:vt secūdum hoc in diuinis omino nō potest absolui ratio personę a ra tione hypostasis nisi absoluatur omnino natura:vt scilicet hypostasis sit in natura non rationali si ue non intellectuali:quia in diuinis non differt natura & hęc natura.In creaturis vero potest absol ui ratio personę a ratiōe hypostasis,absoluendo hanc naturā secundum quā habetur personalitas, non autem naturam simpliciter:quia in creaturis differt haec natura vt humanitas,a natura sim pliciter:quia abstrahēdo ab aliquo vt a Sorte hanc humanitatem:licet non maneat Sortes,qa non est Sortes nisi ab hac humanitate:manet tamen secundum intellectum hęc animalitas,haec corpo reitas,& huiusmodi:in quibus manet ratio hypostasis licet non personę.Et sic in creaturis abstra ctis ꝑ intellectum proprietatibus personalibus & naturis scđm quas dicitur persona, remanent hy postases secūdum intellectū. Sic ergo simpliciter dicendum est ꝙ relatio in diuinis constitutiua ē & distinctiua suppositi:sed intelligēdum ꝙ non quaelibet, sed aliqua sic & aliqua non. ❡Ad cuius intellectum sciendum est,ꝙ sicut in creaturis inuenimus duplicem rationem formarum:quaedam enim forma est in materia,quę consistit in dādo esse supposito,vt est forma substantialis,quędā quę consistit in adueniendo iam constituto in esse:Similiter dicimus ꝙ in re increata duplex est ratio relationum siue respectuum aut ꝓprietatū, quae quasi formae sunt. Quaedam enim dat esse suppo sito:quędam consequitur suppositum constitutum ratione suppositi.Proprietas primo modo illa est constitutiua & distinctiua simul:& sunt tm̃ tres,quę dicuntur personales,scilicet paternitas,fi liatio,& spiratio passiua.dicente Ricar.iiii.de trinitate cap.xvii.Proprietas psonalis est ex qua vnus quisq; habet eē is qui est:per quā quilibet vnus est,& ab oibus aliis discretus.& cap.xviii.Et quantū est ad diuina,nihil aliud est psona q̃ incōmunicabilis existētia,habēs esse supsubstātiale ex proprieta te personali. & cap.xix.Significat autem substātiale esse ex aliqua singulari ꝓprietate:quia sunt plu res habentes vnum & indifferēs esse ex differēti ꝓprietate.& li.v.cap.i.Nam etsi plura habet incō municabilia,sufficit tñ vnū solū ad ꝓbādū ꝙ sit psona.nā ex eo cōstat ꝙ sit aliquis solus ab aliis oi bus ex illa proprietate discretus.Proprietas secundo modo est communis spiratio actiua:nec est ꝑ sonae constitutiua,licet sit duarum a tertia distinctiua. Q R S

❡Ad primū in oppositum,qđ refert̃ ad aliud est aliquid ꝓter relationē,secūdū Au gustinū:Dicēdū ꝙ verū est:sed hoc in diuinis nō est nisi ipsa essentia deitatis. Persona enim q̃ refer tur ad aliud praeter respectū,est ipsa essentia deitatis:qa ambo cadūt in significatione psonae,vt pa tebit in sequēti q̃stiōe:& ipsa essentia est aliqd ꝓter respectū,vt habitū est supra:licet ipsa illa relatio ne non dicat̃ relatiue:sed psona quā constituit. Secus eñi est de istis ꝓprietatibus i diuinis & aliis relatiuis.Aliae enim relationes psonarum adueniunt supposito qđ referūt, vt similitudo,aequali T Ad pri. principa.

tas in deo, dominium & seruitus i creaturis. In deo aũt ꝓprietates psonales supposita referunt quę cõstituũt. Vnde alię relationes ꝓprie respectu istarum quodammodo dicunt assistẽtes: istę vero ꝓ
V prie dicuntur insistentes. ¶ Ad secundum ꝙ psonę non possunt proprietatibus distingui, quia ipsæ
Ad secdm. ꝓprietates inter se non sunt distinctæ: quia non oriuntur abinuicem: Dicendum ꝙ est duplex distinctio. aliqua eñ in seipsis distinguũtur vt ꝓprietates & vniuersaliter rõnes distinctiuę alioꝝ. alia vero aliquo sui. Et de istis verum est ꝙ non distinguuntur nisi quia oriuntur abinuicem. aliter enim non habent suos respectus personales. de illis quæ dicuntur primo modo, nequaq̃. Potest tñ aliquo modo concedi ꝙ vna ꝓprietas oriat ab altera, inquantum scilicet proprietas pr̃is est ratio generandi in ipso, & ꝓprietas habet in filio per generationẽ. Vnde dicit Prępositinus. Cõcedimus hanc, filiatio est a patre, & ꝑ generationem a patre: nõ tamen sequit, ergo est genita a patre. Sed tamen (vt dicit) Magistri nostri non concedunt hanc filiatio est a patre: sed hanc filiatio est in filio a patre. sicut
X in simili hęc ecclesia est isti ab episcopo, non tñ est ab episcopo. ¶ Ad tertiũ, q̃ est vna de rõnib⁹ Ale
Ad tertiũ xandri: relatio nec est terminus nec principium motus: ergo in generatione est aliquis vnde motus ꝑter respectum relationis: Dicendũ ad hoc, ꝙ relatio non potest esse terminus aut principium motus in creaturis: similiter nec actionis psonalis in diuinis vt ꝑ se ꝓducens & ꝑ se ꝓductũ. Tale enim solum est suppositũ aut vt forma q̃ elicit actio q̃ est ꝓductio, aut q̃ acquirit siue communicat ꝑ se ꝓducto ꝑ ꝓductionẽ. talis enim est forma aliqua absoluta i creaturis, & forma deitatis i deo. Nihil tñ in deo põt eẽ ex pte ꝓducẽtis rõ determinãdi ad actũ vim actiuã: aut ex pte ꝓducti rõ determinãdi vim q̃si passiuã vt forma ꝓducẽtis cõicet ꝓducto, nisi respect⁹: & ꝑ hoc ꝑ se i diuinis tã ꝓducẽs
Y q̃ ꝓductũ psona relatiua est: qd̃ nũq̃ cõtigit aut cõtigere põt in creaturis. ¶ Ad q̃rtũ ꝙ gñare gñari spirare spirari sunt ꝓprietates relatiuę & nõ cõstitutiuę psonarũ: Dicendũ ꝙ in rei veritate eędem ꝓprietates intelligunt ꝑ istas generare generari, & ꝑ illas pater filius, secundũ rẽ, differẽtes sola ratione, vt infra videbit. Et sic secundũ rem oẽs constituunt psonas & distinguunt: sed nõ sub rationibus suorum nominũ. Actus enim originales generare generari spirare spirari non significãt aliquid vt in re existens: sed vt a re vel vt ad rem. generatio enim communiter actiue & passiue dicta est quasi fluxus quidam ꝓgrediens a generante inquantum est actio, ad genitum inquãtum est passio. Vnde quia in diuinis constitutio personæ non habet fieri nisi ꝑ aliquid intrinsecum ei, neque se habet aliquid vt constituẽs nisi significetur vt intrinsecũ: ideo actus notionales vt actus nõ possunt dici constitutiui psonarum: sed solum ꝓprietates significantes vt aliqua forma in eis existens: licet i ordine ad aliud mediãte actu. Vnde quia rationes istarum ꝓprietatum paternitas filiatio quasi præcedunt actus originales generare & generari, eo ꝙ fundantur sup ipsos: non enim est pater nisi quia generat, nec filius nisi quia generatur: ideo saltem ex parte patris paternitas non potest dici in patre ꝓprietas constitutiua personæ generantis vt est principium: sed proprietas innoiata: quæ
Z tamẽ realiter idem est qd̃ paternitas vel generare, vt infra videbitur. ¶ Ad quintum, ꝙ omnis pro
Ad q̃ntũ. prietas & relatio in deo est constitutiua personæ: quia ponit oppositionem: Dicendum ad hoc, ꝙ sicut duplex est in diuinis relatio, secundũ rem. s. & secũdum rationem: sic & duplex oppositio relatiuorum: secũdũ rem q̃ñ est relatio in vtroq; extremo: secũdum rẽ & secũdum rõnem q̃ñ saltẽ i altero est secũdum rationẽ. nũc aũt non quælibet oppositio est distinctiua & cõstitutiua psonarũ: sed
& illa tñ quæ est secũdum rem, licet non quælibet, vt patet de spiratione actiua. ¶ Ad sextum, ꝙ rela
Ad sextũ. tio non refert nisi qd̃ supponit aut qd̃ cõstituit: Dicẽdũ ꝙ verum est. Et qd̃ assumit, ꝙ quęcũq; relatio in diuinis non supponit nisi substãtiam: quia immediate fundatur super ipsam: dicẽdum ꝙ nõ oportet: quoniam relatio potest fundari immediate sup substantiam aut vt substantia est in se cõsiderata, & non ibi existens in persona cõstituta per illam relationẽ: aut potest fundari immediate super substantiam, vt tñ iam existens in personis cõstitutis per alias relationes. Relatio fundata i substantia immediate primo modo, vere est personę cõstitutiua: & tales non sunt nisi tres. Relatio fundata in substantia immediate secũdo modo, nequaq̃ est cõstitutiua: vt est spiratio actiua, ęqualitas, similitudo, & huiusmodi.

A
Quæ.iiii.
Arg.1.

Irca quartum arguitur ꝙ relatio cum substantia non cõstituit personam: ita ꝙ ambo simul cadant in constitutionem personæ, Primo sic. si persona ex ambob⁹ .s. ex relatione & essentia, cõstitueretur, aut ergo secundum ꝙ sunt duo quędam aut secundum ꝙ sunt vnum quid. Si secũdo modo, cum relatio & essentia non sunt vnum quid, nisi secundum ꝙ relatio consideratur vt comparata ad essentiam, & sic cadit in ipsam: quemadmodum prædicamẽtũ relationis in diuinis cadit seu resoluitur in ꝓdicamẽtum substãtiæ secundum superius determinata:

& non est relatio aliud q̃ ipsa essentia:tunc ergo relatio non esset constitutiua psonę vt habet respe
ctum ad suum correlatiuū:sed vt est quid absolutum in ipsa essentia.& sic psonā absolutā cōstitue
ret,non autem respectiuā:cuius cōtrarium iam determinatū est. Esset etiā essentia ex seipsa psona:
qđ est contra Augustinum.vii.de trini.vbi vult ꝙ psona non dicit̃ nisi relatiue:essentia autem non
nisi ad se.quia(vt dicit)si essentia relatiue diceret̃ eēntia,essentia ipsa nō eēt eēntia.Si prio mō:aut
ergo essentia & relatio cōstituūt psonā vt duo q̃ sunt duę res,aut q̃ non sunt duę res.Si primo mo
do,cum ergo(vt iam dictum est supra)essentia in psona est aliquid excepta relatione:& similiter re
latio ē aliquid pter essentiā:& sic neutrū eoꝝ includit alterū:essent ergo in deo tres res relationum
psonalium,& quarta pter illā: & esset in deo rerū quaternitas:qđ falsum est.Si secūdo mō,aut ergo
nō sunt duę res quia neutrum eorum est res,aut qa alterū est res tm̄,alterū vero nō res. Nō prio
modo:quia secundū Augustinum deitas est q̄dam summa res q̃ trinitas est:& quia tunc psona nō
esset res:cuius cōtrariū vult Augustinus.i.de doctri.christiana. ex non rebus autem nō constituit̃
res,sicut ex non substātiis non constituitur substantia.Nō secūdo modo:quia illud non esset nisi qa
essentia est res:relatio vero non res.sed relatio non res non est nisi intentio q̄dam secunda:& sic cū
intentio sit ens rōnis,persona in deo esset aliquid naturę & aliquid rōnis,aliquid rei & aliqd inten-
tiōis:qđ absurdum est.nullo modo ergo ex essentia & relatiōe psona cōstituit̃ in diuinis. ❡Secūdo a
sic.si psona cōstitueret̃ ex essentia & relatione,tūc nō generaret de se intellectum simplicem:sed cō
positum,cōphēdēdo in psona non hoc tm̄,sed hoc & aliquid aliđ ab hoc.Quare cū secūdū Philoso-
phum vnūqđq; sic se habet in esse & veritate sicut se habet in cognitione:esse ergo verū psonę diui
nę cōpositum esset:qđ falsum est,quia in deo nulla potest cadere cōpositio secūdū supra determina
ta.❡In oppositū est illud Augustini.vii.de trinitate.Si pater nō est aliquid ad seipsum,non est oīno In opposi.
qui relatiue dicatur ad aliud.dicit̃ ergo pater relatiue,& est aliquid ad seipsum.ad se aūt nō est ni
si cōtinendo in se essentiam.relatiue aūt non dicitur nisi includendo in se relationem,vt patet ex di
ctis.non continet autem hęc nisi vt cōstituentia ipsum & quę sunt de significato eius.ergo &c.

❡Dicendum ad hoc,ꝙ in omni psona & supposito singulari oportet esse duo:quo B
rum vnum est natura q̃ ex se cōmunis est q̃ aliquid existit:& pprietas secundū quā subsistit,q̃ ipm̄ Responsio
subsistens determinatur vt modo singulari determinato & incommunicabili subsistit:q̃ necesse est
simul includi i significato psonę seu suppositi singularis. Verbi gratia suppositū hoc singulare qđ
est Petrus,existit ex natura humanitatis,quę secūdum se cōmunis est,& determinatum atq; singu
rem modum subsistendi habet ex limitatione quadam & determinatione ipsius naturæ qua habet
esse hæc humanitas,secundum ꝙ habitum est supra:quæ necessario cadunt simul in significatio-
ne suppositi singularis. Et sicut est in supposito creato cum limitatione atq; determinatione simul
naturæ & suppositi:sic est in supposito increato absq; oī limitatiōe,& etiā absq; determinatione na
turę sed suppositi tm̄. Sicut enim in esse naturę createę homo secundum ꝙ homo habet esse homo
simpliciter ex corpore & anima simpliciter,& iste homo ex hoc corpore & hac aīa,scđm Phm̄.viii.
metaphysicę:& sicut in eē quiditatiuo homo simpliciter est animal rōnale simpliciter,& iste hō est
hoc aīal & hoc rōnale,secūdū Auicē.i metaphysica sua:ita ꝙ ly hęc seu hoc dicūt pprietatē deter
minationis secūdū quā suppositū subsistit singulariter: vt de rōne & natura singularis subsistentis
& similiter nois significantis ipm̄ nō solū sit res & natura qua existit,quę exprimit̃ noīe hoīs,aīalis
& rōnalis:sed etiā ipa pprietas qua determinat̃ natura in ipso:sic i esse naturę increatę. De9 eī se
cūdū ꝙ deus habet simpliciter esse deus ex deitate simpliciter:& iste deus a deitate iquātum ex se
est hęc & singularis secūdū modū supra determiatū:nō vt ly hęc vel hic dicat aliquā pprietatē de
terminantē & cōtrahētē:sed in natura rei ex se existentē:vt nō sit aliud dicere de9 & iste de9,sumē
do ly iste nō nisi essentialiter.multo eī verius eadē est rō dei & huius dei,quia non est alter de9 q̃
iste:q̃ hoīs & huius hoīs:qa pter istū est ali9.Sed cū iste vel hic sumit̃ psonaliter scđm ꝙ pr est hic i C
deitate subsistēs,& fili9 est ali9 ab eo:ly hic & ali9 dicūt pprietatē determinatiuā nō eēntię:sed sup
positi:secūdū quā singularitate suppositi singulariter subsistit.vt de rōne & natura talis singularis
subsistētis & simili de rōne nois significātis ipm̄ nō solū sit res & natura cōis q̃ exprimit̃ noīe dei:
sed ēt ipa pprietas q̃ determinat̃ nō natura in essendo:sed ipsum suppositum in tali mō singulari
& icōicabili subsistēdo.Quare cū ex illis vnūqđq; dicitur cōstitui q̃ de natura ei9 & significato sui D
nominis existunt:simpliciter dicendum ꝙ psona in deo constituitur ex essentia & proprietate: vel
potius essentia & proprietas ipsam personam constituunt.dicente Damasceno libro tertio cap.vi.
Quod commune est cum proprietatibus, habet hypostasis,id est persona vt talis proprietas: quia
sic est persona personæ intranea, & non inhærens:vt accidentalis, sed essentialis ei in quo est,
dicatur proprie insistens supposito, & non assistens, quasi iam constituto conueniens ex eius

cōpatione ad aliam psonam consimili modo iam constitutam, & quasi extra eius constitutionem: si
E cut quodāmodo assiliunt equalitas & similitudo, vt in pcedente qstione dictum est. ¶ Ad qu⁹ am
pliorem intellectum sciendum est, ꝙ id quod primo natum est cadere in cōceptu intellectus de
eis quæ exprimuntur nomine personę, est ipsa deitas secundum ꝙ est essentia & summa res qua-
dam, quæ de se simplicem intellectum format & penitus absolutū. Deitatem ergo secūdum talem
modum consideremus primo: deinde ordine quodam rationis & cōceptuum nostri intellectus. In-
tellectu vero sequente naturā rei & fundato super ipsam, considerare debemus rem istam summā
vt est virtus quędam & potentia fœcūda, a qua nata est emanatio quasi fluere. Sed ne procedamus
in æquiuoco in eo ꝙ dicim⁹, a qua nata ē qsi fluere emanatio: Sciendū ꝙ ab aliquo fluere aliqd po-
test dupliciter intelligi: vel vt ab agente principali: vel vt ab eo qđ est vis & ratio agendi in illo, quē
admodum dicimus actum volendi procedere a supposito habente in se vim volitiuam: & ab ipsa vi
volitiua. Et hoc mō dicimus hic intelligi debere deitatem vt a qua nata est fluere emanatio alteri⁹
veluti ab eo qđ est vis ipsa & ratio in agente qua procedit actus emanationis: quēadmodum volū
tas in volente & est vis & ratio qua ab ipso procedit actus volendi. Sic autem essentia deitatis
considerata consideratur vt in se assumit rationem respectus: non quo ipsa refertur: sed qui in ipsa
fundatur. Et sic isto intellectu est considerare quodammodo duo circa eandem rem, & rationem
substantiæ siue essentiæ qua est quid absolutum, & rationem respectus fundati in ipsa quo ordinat
ad actū, velut vis & potētia ipsius elicitiua ad alicuius productionē. In qua consideratione conside
ratur deitas non tm̄ vt deitas est: sed etiā vt est id quo habet emanare aliquis actiue ex parte agen
tis: & quasi passiue ex parte eius qui emanat. & hæc est ipsa proprietas relatiua qua superius dixi-
mus constitui rationem suppositi singularis in diuinis: & per tales contingit communicari vnam
singularem essentiam diuersis suppositis singularibus, non per aliquam eius diminutionem: quēad
modum essentia specifica in creaturis communicatur diuersis suis suppositis per eius aliqualem di
F minutionem, vt habitum est supra. ¶ Et est vlterius hic aduertendum, ꝙ quemadmodum essentia
in creaturis habet indiuiduari per hoc ꝙ facta est hæc. s. determinata, limitata, & signata in sin-
gularitate: sic essentia increata habet communicari per hoc ꝙ ex se habet esse id quo scilicet na-
ta est emanatio esse, siue actiue vt quo habet ab aliquo procedere, siue passiue vt quo habet in aliū
terminari: vt ipsa communicatio essentiæ singularis in diuinis respondeat indiuiduationi essentię
specificę in creaturis. Quia sicut ibi essentia specifica indiuiduatur per hoc ꝙ facta est hæc & illa
sic hic essentia singularis diuia communicatur per hoc ꝙ ex sua natura habet esse quo, hoc modo
& illo. i. quo quis habet generare, & alius generari, & tertius spirari. vt sic in diuinis respectibus rela
tiuis habet diuina essentia communicari pluribus, quēadmodum in creaturis essentia creata deter
minationibus absolutis habet in pluribus indiuiduari. Et ita sicut in creaturis dicimus constitui
suppositum singulare ex hoc ꝙ essentia i se recipit rationem determinationis, quia non determina
tur nisi in supposito, vt simul natura essentia determinatur & suppositum subsistens in ea: nec est
aliud i ea qđ determinet ipsam: quemadmodū aliud ē in specie qđ determinat ipsam, scilicet diffe
rentia, quæ determinat formam generis in specie: consimiliter in diuinis dicimus constitui supposi-
tum singulare ex hoc ꝙ essentia in se habet rationem respectus, qui non habet esse in ea nisi vt est i
supposito, vt simul omnino fundetur in essentia, & determinet suppositum absq; omni alio: vt &
ipsum fundari eius in essentia sit ipsum cōstituere suppositum cum ipsa. quemadmodum quoquo
modo differentiam adesse generi, est constituere speciem: & determinationem adesse speciei, est cō
stituere suppositum indiuiduum. Et sic dicimus ꝙ in diuinis suppositum constituitur ex essentia
& relatione: siue magis ꝓprie loquendo & euitando suspitionem compositiōis, essentia & relatio si
ue essentia cum ratione respectus constituunt suppositum diuinum, vt ambo cadant in natura &
G significato eius. ¶ Ex quo patet quomodo vlterius eliciendum est ꝙ quēadmodum in creaturis es
sentia vt humanitas, non est hæc nisi quia est huius. i. eius qui est hic, signatus & determinatus
in essentia humanitatis & supposito: sic in diuinis deitas non est quo aliquis habet producere vel
produci nisi quia est alicuius. i. eius qui est quis determinatus i persona & supposito, licet nō in na
tura. Quod non dicitur qa prius natura forma creata sit huius q̄ hæc, aut forma deitatis pri⁹ na
tura sit alicuius q̄ quo; licet hoc quodammodo videntur verba prætendere: sed hoc ideo dicitur, qa
forma creata in se considerata absq; ratione suppositi, nō pōt habere ꝙ sit hęc: nec forma deitatis ꝙ
sit quo: quia secundū se non habet esse quo: sed secūdum ꝙ habet esse in determinato. Quo enim
non dicit nisi rationem emanandi ex parte principii aut termini emanationis: in diuinis autē essen
tia vt essentia est, nec principium per se, nec terminus emanationis diuinæ potest esse: sed solūmo-
do suppositum, secundum ꝙ superius determinatum est loquendo de diuinis actionibus in genera

li.Per iam dicta patent in parte argumenta in oppoſitum.

¶ Q₂ ergo arguitur primo, querendo an eſſentia & relatio conſtituũt perſonã ſecundum q vnum, an ſecundum q duo: Dicendũ q ſecundũ q duo. non tñ eſt per hoc ponere in deo quaternitatem rerũ: quia res relationum reducunt in vnitatem rei ſubſtantię, & non differũt ab ipſa niſi ratione tantũ. ¶ Ad ſecundũ q perſona eſſet compoſita ſi conſtitueretur ex relatione & eſſentia: Dicendum ſecundũ iam dicta q non eſt verum: qm̃ realitas relationis vt reſpicit eſſentiã differens eſt ſola ratione ab illa, & ideo ambo ſimul ſtant in ęquali rei ſimplicitate, vt nõ ſit ſimplicior eſſentia q̃ pſona: nec differt pſona ab eſſẽtia re, ſed ratione tãtũ. Inquantũ tñ relatio cõparat ad relationẽ oppoſitã, diuerſitatẽ rei relationis ponit, vt dictũ eſt. nõ tñ rei ſubſtãtię: ſic eñ vna eſt diſtinctiua ſuppoſiti ſui a ſuppoſito alterius & ecõuerſo, & p hoc cõſtitutiua: & ſunt in pſona vt pſona eſt. i. quid relatum ad oppoſitum, ambo, ſcilicet eſſentia & relatio, vt duę res: eſſentia vt res abſoluta qua non diſtinguit: relatio vero vt res reſpectus qua diſtinguit. Et ſic licet eſſentia & relatio vt cõſiderant inter ſe cõparata nõ differũt niſi ratiõe tm̃: inquãtũ tñ cõſiderant vt cõparata ad oppoſitũ differũt re, nõ ſimpliciter, ſed re ſubſtãtię & relationis, quaſi cũ determinatione, nõ abſolute explicãdo illã differẽtiã. vt ppter iſtã differẽtiã vere poſſit dici eſſentiã & relationẽ pſonã cõſtituere: vel pſonã cõſtitui ex eſſentia & relatione abſq; oĩ cõpoſitione in pſona. qa nõ eſt iſta differẽtia cõſtituentiũ pſonã inter ſe cõparatorũ, ſed ad aliud ſolũ. Nõ facit aũt differẽtia aliquorũ in aliquo cõpoſitionẽ niſi ſit ipſorũ inter ſe cõparatorũ in vnum cõſtitutio, quemadmodũ differunt forma & materia in compoſito naturali, & genus & differentia in ſpecie, & ſic de aliis facientib[9] inter ſe compoſitionem, de quibus habitum eſt ſupra loquendo de ſimplicitate Dei. Nec tamen propter illã differentiam rei ſubſtãtię & relationis eſt ponere in deo rerũ quaternitatẽ, ſed quodãmodo alia ratione ponimus q nõ ſit rerum quaternitas inter rem quę eſt eſſentia, & res quę ſunt pprietates, & inter rem quę eſt eſſentia, & inter res quę ſunt perſonę. quia in iſtis ratio eſt, quia res q̃ ſunt perſonę, in ſe & in ſuo ſignificato includunt rem quę eſt eſſentia: in illis vero ratio eſt, quia res quę ſunt proprietates, in eſſentia fundantur, & ab ea realitatẽ ſuam habent, vt dictum eſt.

H Ad primũ principale

I Ad ſcdm.

K

¶ Art. LVII. De proprietatibus perſonæ patris in ſpeciali.

Abito iam de proprietatibus perſonarũ in generali: ſequitur de eiſdem quo ad ſingulas perſonas in ſpeciali. Et primo de illis quę pertinent ad perſonã patris: Secundo de illis quæ pertinent ad perſonam filii: Tertio vero de illis quę pertinent ad perſonã ſpiritus ſancti. Art. LVII

Circa primum duo.

Primũ de eis quę propria ſunt perſonę patris.

Secundũ de ſpiratione actiua quæ cõmuniter conuenit patri & filio.

Et circa primum primo de ingenito: Secundo de generare. Et circa primum quatuor. Quorum primũ eſt vtrũ ingenitũ ſit proprietas patris.

Secundum: vtrum ingenitum ſit alia proprietas q̃ paternitas.

Tertium: vtrum ingenitum prius eſt ratione q̃ paternitas.

Quartum: vtrum ingenitum proprietas ſit conſtitutiua perſonę patris.



Irca primum arguitur q ingenitũ non poſſit dici proprietas patris, Primo ſic. ſicut ſol[9] pater eſt a nullo & a quo alii, ſic ſolus ſpũs ſanct[9] eſt a quo nullus, & ipſe eſt ab aliis. cum ergo hoc non eſt proprietas ſpiritus ſancti, ergo nec illud patris. Illud autem eſt patrẽ eſſe ingenitum, vt iam patebit, ergo &c. ¶ Secundo ſic. ſicut pater eſt a nullo per generationem, propter qđ dicitur ingenitus, ſic pater & fili[9] ſunt a nullo per ſpirationem. ſed hoc non eſt proprietas filii & patris communis, ergo nec illud patris ſolius. ¶ Tertio ſic. quod eſt aliis commune non eſt proprietas patris ſolius. ingenitum eſt commune eſſentię & ſpiritui ſancto, & mundo, & materię: quia non ſunt genita. dicente Ambroſio. iiii. de Trinitate contra hereticos. Spiritus ſanctus quia genitus nõ eſt, ingenitus ſecundum veſtram ſententiam nominandus. & infra. Multa poſſunt & innumera exempla ſuppetere de eo q id quod genitum non ſit, dicatur ingenitum. Nam & mundum pleriq; ingenitum eſſe dixerunt, & materiam rerum omnium. Videant ergo in hoc verbo prerogatiuã quãdam poteſtatis eſſe poſſe, niſi forte hoc verbo ſibi honorare deum videntur, quomodo philoſophi mundũ putauerũt eſſe donandũ. & infra. Nihil ergo pcioſum deo in eo ſermone qui cõmunis poſſit eſſe cũ ceteris. De natura vero patris q ſit ingenita, dicit Hil. in principio ſecundi de Trini. ſic. Ex his quæ ingenita in ſe erant genuit. & in fine de Trinita. ſic. Filius tuus ex te vero deo patrę

L Queſt. I. Arg. i.

2

3

est deus verus,& a te in naturę tuę ingenitę genit⁹ potestate. Et de spū sctō Hierony. dicit. Spirit⁹
4 sanctus pater non est:sed ingenitus.qđ autem alteri conuenit,nō est ꝓprium vni.ergo &c. ¶Quar
to sic. Ambrosius de incarnatione verbi,q est.4.de trinitate,reprehēdit eos qui ingenitum ꝓprium
dicunt patri,dicens sic. Quidā dicentibus nobis filium dei qui generatus sit patri qui generauit in
æqualem esse non posse.& īfra. Putāt mutationē fieri questionis mutatione sermonis,dicentes:quo
modo possunt ingenitus & genitus esse vnius naturæ & substantię? Ergo vt respondeā clementis-
sime imperator,primum omnium ingenitum in scripturis diuinis nusq̄ inuenio,non legi,non au-
dio.sed non reprehenderet eos in hoc, aut male reprehenderet si esset proprium patri.ergo &c.
5 ¶Quinto sic. Augustin⁹ dicit. Cū pater dicitur ingenitus,ostendit non quid sit,sed quid nō sit.sed
nō esse nō est ꝓprietas entis,nec notificat ens,neq; ad dignitatem eius pertinet,sicut ad personæ dí
gnitatem in diuinis debet pertinere eius proprietas.ergo &c. Si vero dicatur ꝙ licet non notificat
neq; ad dignitatem pertinet ratione qua est negatio, pertinet tamen ad dignitatem & notificat rō
ne positiui subtracti: Si illud,ergo aut est substātia patris, aut relatio ad filium & spiritum sanctū
quia plura positiua non sunt in eo. Nō substantia:quia ipsa est communis tribus ꝑsonis:& ideo qc-
qđ dignitatis rōne ei⁹ est in vna ꝑsona,& in aliis. Non rōne relationis:qa dicit Aug.v.de trinita. Pa
ter si filium non generaret,nihil prohibet ipsum dici īgenitū.quare & multo fortius etsi non spira-
6 ret. ¶Vnde ad principale ex eodē arguitur.vi.sic.proprietas ꝓpria non potest esse nec esset si non es
set id cuius est :nec econuerso: vt homo si non esset risibile:nec econuerso. ingenitum esset etsi non
esset pater: & econuerso.dicente Augustino.v.de trinitate. Si filium nō generaret,nihil prohiberet
7 ipsum dicere ingenitum.sed si filiū non generaret non esset pater.ergo &c. ¶Septimo arguitur ad
idem sic.quando dignitatis est aliquid de vno affirmare,nulli⁹ dignitatis est idem remouere.cū er
go esse ingenitū ab alio sit proprietas dignitatis in filio,vt infra patebit:ingenitum qđ negat esse ge
8 nitum,in nullo potest esse dignitatis:quare nec in patre. ¶Octauo sic.priuatio siue negatio non po-
nit aliqđ dignitatis in vno,nisi qa positiuū qđ negat aut priuat,ponit aliquid idignitatis in alio:vt
patet i corruptibili & in icorruptibili,mortali & immortali.sed esse sub alio simpliciter aut ꝑ gene
In opposi. rationem aut ꝑ spirationē in nullo ponit indignitatem.ergo &c. ¶In contrarium est illud quod di-
cit Hila.4.de trini.cap.xv. Est eñ vnigenitus deus:neq; cōsortem vnigeniti nomen admittit:sicut
nō recipit innascibilis in eo ꝙ innascibilis,pricipē.est ergo vnus ab vno. Vterq; itaq; vn⁹ & solus est
proprietate videlicet in vnoquoq; & innascibilitatis & originis.idem autem est ingenitum & in-
nascibile.ergo &c.

M ¶Quin patri sit proprium ingenitum siue innascibile, de hoc nemo dubitare de
Responsio bet:cum nec de hoc dubitent heretici,dicente Hila.4.de trinitate cap.v. Inter cętera addiderit so-
lum se patrem innascibilem cognoscere : tanq̄ hinc quisq̄ possit ambigere eum ex quo ille geni-
tus sit per quem omnia sunt, id quod ipse est a nemine consecutum. In ipso enim quo pater dici-
tur,eius quem genuit auctor ostenditur,id habens nomen qđ neq; ex alio natū neq; ex alio ꝑfectū
intelligatur,ex quo is qui genitus est substitisse doceatur. Igit id qđ deo propriū est,ꝓpriū ei ac se-
cretū relinquamus confitentes ęternę virtutis innascibilē potestatem. Nemini autem dubium esse
existimo ob eam causam in confessione dei patris quædam eius quasi peculiaria & priuata me-
morari:ne præter ipsum eorum quisq̄ particeps relinquatur. De numero autem talium est ingeni-
tum,dicente Ricar.v.de trinitate cap.xv. Proprium est solius personę primę procedere a nulla:pro
prium est solius alterius procedere ab vna sola: ꝓpriū est solius tertię procedere a gemina. Sola vna
a qua nulla,sola a qua vna sola , sola vna a qua procedit gemina . Adhuc autem cum ingenitum
negationem siue priuationem importat,& negatio siue priuatio inquantum huiusmodi ex se nihil
oīno aut rei,aut modi,aut dignitatis,aut notificationis ponit,& proprietas modum aliquem in re
& dignitatis aliquid ponere debet,etiā dubium nulli esse debet,quin igenitum proprietas nec ꝑsis
N nec alterius debet dici ratione puræ negationis:licet aliqui hoc ponunt dicendo ꝙ prima & prin-
cipia per negationes notificantur : vt punctus dicitur cuius pars non est. Sed manifestum est ꝙ
hoc non est verum nisi quia nos simplicium positiuam rationem non possumus attingere,quę sub
est negationi,& quam per negationem dare intelligi volumus. Propter qđ secundum Dionysium
quia de deitate vix capimus aliquid sicut est,in diuinis veriores sunt negationes q̄ affirmationes.
Et sic proculdubio dicendum est in proposito ꝙ ingenitum proprietas patris est non ratione ne-
gationis aut priuationis puræ,sed potius ratione alicuius positiui substrati:vt ingenitum nō im
portet negationem extra genus,quæ omnino nihil ponit:quā Philosophus tertio metaphysicę ap-
pellat absolutionem esse:sed potius importet negationem in genere siue circa aliquod genus entis
per qđ accedit quoquo modo ad rationem priuationis,iuxta differentiam quā ibidem Philosoph⁹

assignat iter negationem & priuationem. Propter quod etiam exprimitur per notam priuatiuam quæ est in,licet non sit vera priuatio,vt iam dicetur.Sed tūc de isto positiuo tali negationi substrato quid sit illud,& an ratio dignitatis & notionis consistat in negatione vt habet esse circa tale positiuum,an circa ipsum positiuū vt consideratur sub tali negatione,amplior dubitatio est.Et sunt hic quatuor modi ponendi:quorū tres ponūt ꝙ illud positiuum sit aliquod relatiuū ad pricipiatū quartus vero ꝙ sit aliquid absolutum.Item primi duo ponunt ꝙ ratio dignitatis & notionis consistit in positiuo,vt habet esse sub negatione.Duo vero vltimi ponunt contrarium.Dicunt ergo ali O qui ꝙ illud positiuum substratū negationi est fontana deitas qua pater omniū aliorum est principium tanq̄ subiectum circa quod fit negatio, & ꝙ illud sit ratio principii vniuersalis a quo habet esse omne aliud,& omnis alius,vt sit sensus:pater est ingenitus, idest pater est a quo omnia alia,& omnes alii,qui non est omnino ab alio, vt principiū hic intelligat̄ stare generaliter & ad creaturas & ad diuinas personas.Et sic manifestū est ꝙ soli patri cōuenit,vt amplius exponetur inferius. Qđ non potest stare:quoniā ratio principii vt est ad creaturas, non est nisi rationis tantū relatio vt est in deo:super quā nihil realiter existens in deo,sicut existit omnis notio, fundari potest. Propter qđ alii ponunt ꝙ illud positiuū sit ratio principii non vniuersaliter,quia nō ad creaturas, sed ad personas diuinas tantū,vt sit sensus:pater est ingenitus.i.pater est principiū omniū personarum diuinarū qđ non est ab alio.& sic manifestū est ꝙ ꝓprie patri cōuenit.Sed nec hoc potest stare:quia si ingenitū non esset proprietas in patre nisi quia fundatur super rationē principii quo alii sunt ab ipso, ita ꝙ ratio qua est notio existeret in ipso substrato.& nō in negatione,cū nihil in diuinis sit ꝓprietas nisi ratiōe relationis quā importat,vt patet ex ꝓdeterminatis:ingenitū ergo non īportaret relationem nisi eius in quo fundatur,& sic non esset proprietas distincta ab aliis quę importātur in nōmine principii personalis cōmuniter accepti.Propter qđ dicunt adhuc alii in parte variando a dicto istorum,videlicet ꝙ ingenitū dicatur notio ratione talis positiui:non quia in illo positiuo constat ratio notionis:qđ supponebant primę duę opiniones iam dictæ,sed solū ꝙ ratio notionis importatur per ingenitū ratione negationis,sed non nisi vt consideratur circa positiuū illud personale cōmuniter acceptum.Qđ nō potest stare,quia tunc ingenitum non esset notio absq; principio personali substrato:qđ falsum est,quia secundū Augustinū nihil ꝓhiberet patrem dici ingenitū etsi non P genuisset filium,vt infra videbit̄.Si autē non genuisset filium,non esset principium personale.

Responsio auctoris.

¶Est igitur dicendum aliter,ꝙ sicut est in relationibus positiuis ꝙ ideo reales sunt notiones, quia fundātur ex natura rei in ipsa diuina essentia,sic est & de ista negatiua. Sicut enim ex natura ipsius diuinę essentię est ꝙ in aliqua persona est ratio a qua est alia, sic in aliqua est ratio ꝙ ipsa non sit ab alia. Et sic substratum illud negationi non est nisi ipsa diuina essentia:vt sit sensus, pater est ingenitus idest habens in se diuinam essentiam non ab alio. iuxta illud quod loquēdo de patre dicit Hil.iii. de Trini.in principio.Ipse est plenus perfectus ęternus, non aliūde quid sumēs, sed ad id qđ ita manet sibi ipe sufficiēs.Hic ergo ingenit⁹.Ingenitū ergo positiue dicit plenitudinē & sufficiētiā in patre ex se:negatiue autem dicit nihil habere ab alio,vt secundū hoc ingenitum sit notio præcise ratione negationis quā importat,aliquid tñ dignitatis importans ex hoc ꝙ circa talem affirmationē fundatur.habere em̄ omnia quę deitatis sunt essentialia ex se formaliter,toti trinitati conuenit, vt supra declaratū est.sed ea habere sic ex se formaliter,ꝙ cum hoc a nullo pricipiatiue, hoc magnę dignitatis est.Et resoluunt isti duo modi habēdi ea q̄ deitatis: quorū vnus est positiuus,scilicet ex se formaliter:& alter negatiu⁹,scilicet nō habere ab alio principiatiue:in vnū modū habendi significatum positiue,scilicet habere ea libere,quemadmodū rex non ab alio tenens regnū dicitur libere tenere illud:cū alio modo habere regnū,scilicet ab alio, non sit libere habere. Et iste modus habendi est magnę dignitatis.Vnde & habere ea quæ sunt deitatis ab alio simpliciter non est dignitatis in Q ꝑsona filii & spūs sancti ratione ei⁹ qđ est habere ab alio simpliciter, sed solūmodo ratione modi habēdi nobilis:qui est per generationem & spirationem, vt tactum est supra in parte, & inferius amplius declarabit̄.Secundū hunc modū Hil.iiii.de Trini.exponit ingenitum sic inquiens. Nouit ecclesia vnum innascibilē deum:nouit vnigenitū dei filium: confitetur patrē ęternum ab origine liberum,confitetur & filii originem ab ęterno.Vnde si ista libertas vno nomie positiuo exprimeretur esset ꝓprietas affirmatiua,secundum modum significādi:& solum daret intelligi respectum negatiuum,ratione tamen cuius notio esset.

R

Ad primū principale

¶Ad primum in oppositum ꝙ spiritū sanctum esse a quo nullus, non est proprietas,ergo nec proprietas patris ꝙ sit a nullo:Dicendū ꝙ proprietas nō est quodcūq; qđ vni soli ꝑsonę cōuenit,sed qđ cū hoc ad dignitatē personę pertinet. Qđq̄ ergo illud cōuenit soli spiritui sancto sicut hoc soli patri:hoc tñ est ꝓprietas patris:quia(vt dictum est) ad dignitatē pertinet: non autē

illud spiritus sancti:quia nullã dignitatẽ ponit i ipso: sicut neq; dignitatem ponit in filio q nullus est ab eo per generationẽ:qa tũc cõtrariũ ei⁹,scilicet q aliquis sit ab alio p generationẽ,nihil esset dignitatis:qđ falsum est:immo hoc in patre dignitatis est.

S Ad secdm. ¶Ad secundum q esse a nullo p spirationem, nõ est communis pprietas patris & filii:quare similiter nõ est pprium solius patris non esse ab alio per generationem,qđ ponit ingenitũ:Dicẽdũ q in nõ esse ab alio p spirationẽ,duo dicitur, scilicet non esse ab alio,& nõ esse ab alio p talem modũ:quoq; primum dignitatis est in significato ingeniti,vt dictum est:& isto modo non conuenit filio.non enim nõ est ab alio p spirationem:ita q simpliciter nõ est ab alio:sed solus pater. Secũdũ vero nõ ponit aliqd dignitatis:quia eius oppositũ scilicet esse ab alio per spirationem,ratione ei⁹ qđ est p spirationem,ponit dignitatem & notionẽ in spiritu sancto.& sic esse non ab alio per spirationem, nõ potest esse communis proprietas.

T Ad tertiũ ¶Ad tertium,q ingenitum cõuenit diuinę essentię,mũdo,materię primę secũdum Philosophos, & spiritui sancto secundum Hieronymum:Dicendum q distinguendum est de ingenito q potest accipi negatiue pro eo quod est non genitus.dicente Augustino.v.de trinitate.Nihil intellectui demitur si dicatur non filius:quẽadmodum etiam si dicatur nõ genitus p eo qđ dicit ingenitus.nihil enim aliud dicit.Et ĩfra.Ingenitus porro quid est nisi non genitũ? Vel potest accipi priuatiue:qđ pprium est negationi importatæ per hanc præpositionem in,quando cadit in compositione. Et hoc modo si proprie accipiatur priuatio,nunq̃ cadit in diuinis : quia priuatio pprie dicta non est nisi sit remotiua circa subiectũ eius qđ est dignitatis in alio:ita q sit dignius habere illđ q̃ carere eo siue nõ habere:ita q habere sit dignitatis,& non habere sit indignitatis:& habens quo ad hoc sit digni⁹:& nõ habẽs minus dignũ.Et hoc patet in tribus modis priuationis pprie dictę:qua vno modo secundũ Philosophũ.v.metaphysicę dicit aliqd priuari eo qđ non est natum cõuenire ei secũdum suum pprium genus:sed solum secundum genus supmũ:quẽadmodũ lapis dicitur nõ viuus quia caret vita, quam in nulla specie sui generis natus est habere:sed solũmodo secundũ aliquã speciem gñis superioris,quę in hoc nobilior est omni specie lapidum.Alio modo dicit aliquid priuari eo qđ non est natum cõuenire ei secũdum suam speciem:sed secũdũ suum pprium genus:quẽadmodum talpa dicitur non videns quia caret visu,qui in nullo indiuiduo suę speciei natus est esse:sed solum secũdum aliquã speciem sui generis: quę i hoc nobilior est specie talpę.Tertio modo dicit aliquid priuari eo qđ natum est conuenire ei in suo esse indiuiduo:quẽadmodum catulus dicitur non videns post.ix.diem:quia caret visu qui extunc natus est inesse eidem : qui i hoc nobilior esset si visum haberet: & est ignobilior cæteris catulis suę speciei visũ habẽtib⁹.Quia ergo in diuinis nõ põt ab aliq̃ psona priuari aliquid p qđ dignior simpliciter dicatur is i quo reperitur,& indignior is in quo nõ reperitur: nullo igitur modo pprie accipiendo priuationem, priuatio neq; in,priuatiue acceptum potest poni in diuinis.Vnde non bene dicunt aliq q pater & spũs sanct⁹ filii possunt dici ingeniti priuatiue:quẽadmodum talpa nõ vidẽs:quia.s.nõ habẽt esse p generationẽ:sed tñ in natura sua est q habeãt aliqđ suppositũ,cui conuenit habere esse p generationem.Neq; similiter bene dicũt dicẽtes q pater priuatiue dicitur ingenitus:quia dicit priuationem geniti circa principium psonale,p ductiuũ.s.psonę:quia est aliqđ tale qđ habet esse genitũ. Nõ igit dicit ĩgenitũ in diuinis aliter q̃ negatiue,nisi extẽdẽdo & communiter accipiẽdo nomen priuationis.Quę priuatio extenso noĩe duplex est.Vna q̃ priuat id qđ indignitatis est in alio:& ẽ vera priuatio siue defect⁹ secũdũ rẽ:q̃les priuationes sunt immortale & incorruptibile & ĩfinitum in deo:per quas circũloquũtur verę affirmationes & rõnes positiuę nobis icognitę,& ĩnoiatę.Et ideo tales negatiões siue priuatiões dicunt fundari sup oppositum eius qđ negant aut priuant.Qđ nõ proprie dicitur:immo fundantur super id circa quod intelligitur positiuum qđ circũloquuntur:& cuius oppositũ priuant.Et ratione illi⁹ qđ sic dant intelligere & circũloquuntur,huiusmodi negationes importãt rationem dignitatis nõ autem ratione negationis,neq; ratione eius circa qđ sunt. Hoc modo nõ priuat aut negat negatio in hoc qđ est ingenitum.nõ eñ priuat aliquid ponẽdo aliquod oppositum positiuum circa substratũ illud circũloquẽdo vel dãdo intelligi:sed est pura negatio circa id qđ est substratum ipsi qđ priuatur : vt nullo modo possit dici negatio hmõi fundari circa suum oppositum , & ratione illius aliquid dignitatis importare:quia tunc ipsum priuatum necessario esset aliquid idignitatis in alio:qđ non est verum.Esse eñ ab alio nullius est indignitatis in filio & spiritu sancto:licet non esse ab alio sit dignitatis aliquid in patre.quẽadmodum secundum Hila.pater dicitur esse maior: filius tamẽ nõ dicit esse minor patre.cuius ratio declarabitur infra loquẽdo de psonarũ æqualitate.& i noie ingeniti alia est priuatio q̃ præcedens:scilicet qua aliquid negatur ab vno qđ non est indignitatis in alio,absq; eo q non ponat aliquod contrarium positiuum circa substratum.vt secundum hoc priuatio in nomine igeniti nullo modo fundatur super suum contrarium:vt ratione illius possit dici

importare aliquid dignitatis. Et puto talẽ modum priuationis in creaturis inueniri non posse. Negatiue vero ingenitũ potest poni dupliciter: vno modo absolute: alio modo circa subiectũ aliquod positiuũ. Negatio primo modo est negatio extra gen⁹: & indifferẽter cõuenit enti & nõ enti: quẽad modũ nõ hõ vel non iustũ dicit chimęra & tragelaphus, leo & asinus. Sic non genitũ siue ingenitũ non est proprietas in diuinis. Secundo modo dicit aliquid ingenitũ, quia est secundũ aliquẽ modũ essendi: sed non per modũ generationis habet illũ. & est negatio in gñe. Sed hoc cõtingit tripliciter, V
quia ingenitum dicit aliquid vno modo, quia non est terminus generationis per se, habitũ tñ in generato per generationẽ. Sic diuina essentia dicit esse ingenita: & similiter secundũ philosophos materia prima. Alio modo quia nõ est p se terminus generationis, nec habẽs esse in alio per generationem, sed p aliã productionẽ, quę tñ non est sine generatione. Hoc modo fm Hierony. spirit⁹ sanct⁹ ingenitus dicit, quia per processionẽ habet esse a patre, sed non per natiuitatẽ: & secũdum philosophos mũdus: qa effect⁹ est a deo nec genit⁹: nõ tñ sine gñatione: qa pcessio spũs scti & factio mũdi non sunt sine generatione verbi pręuia vel quasi praeuia. Tertio modo dicit aliquid ingenitũ, quia a nullo habet esse per generationem, qa. s. neq; secundũ se est terminus generationis, neq; esse habet in alio per generationẽ (dico sicut aliquid geniti) neq; p aliã productionẽ oĩno ponentẽ aut supponentẽ aliquo modo gñationẽ. & p hoc id qđ sic abnegat esse genitũ, qa gñatio diuina necessario est prima omniũ productionũ, ipsum dicere ingenitum, idem est cũ eo qđ est nullo modo esse ab alio. Quod eñ sic est ingenitũ ꝙ nullo dictorum modorũ habet esse per generationẽ, nec habet etiam esse per spirationẽ, nec per quẽcũq; alium modũ ab alio. Vnde dicit Ric. vi. de Trini. Solus pater a nullo est: idcirco nulla ratione genitus dici potest: merito ergo ingeniti nomẽ accepit. Spũs sanctus genitus non dicit, ne q filius non est, filius esse putaret: nec tñ ingenitus dicit, ne eo ipso is qui a semetipso non est, aliunde originẽ habere negaret. Et hoc est ingenitũ qđ conuenit soli patri, & includit inspiratum, quia vt dicit Alexander in summa sua, posterior est habitudo spiratio q̃ natiuitas. Et quia illa est prior habitudo, illa ablata oĩs posterior remouetur. Sed large vtit noĩe prioris & posterioris, qualiter nos nõ auderem⁹ vti. Et ideo sumẽdo ingenitũ tam largo modo vt cõuenit patri & genitũ secundũ ꝙ conuenit soli filio, spũs sctũs nec dicit genitus, quia non est fili⁹: nec igenitus, quia non est pater. secundũ Augustinũ ad Orosiũ, vt recitat Magister. i. sententiarũ distinctio. xiii. cap. Nunc cõsiderãdũ. & trib⁹ capitulis sequẽtib⁹. Nec facim⁹ differentiã inter ingenitũ & nõ genitũ: licet aliq dicãt spiritũ sanctũ dici nõ genitũ, licet nõ igenitũ. vt tãgit Magister dist. xxviii. in ca. Idẽ solet. quia vt dictũ est ly in, non stat ibi priuatiue loquẽdo proprie de priuatione, scilicet secũdum tres modos pdictos. Cõmuniter aũt loquẽdo de priuatione, appellãdo priuationẽ qñ circa subiectum existens negatur aliquid qđ in alio aut est dignitatis, aut saltem non est alicuius indignitatis, sic ingenitũ priuatiue accipitur, vt iam dictũ est: nec plus conuenit spiritui sancto dici ingenitũ hoc modo priuatiue, q̃ nõ genitũ negatiue, vt patet ex dictis. ¶ Ad quartũ ꝙ Ambrosius rephẽdit eos qui ingenitũ patri attribuunt: Dicendũ ad hoc, ꝙ ibi disputat Ambrosius cõtra hereticos q negabãt hoc nomẽ Homousion debere recipi in diuinis, quia nõ inuenit scriptũ, vtebãtur tñ hoc nomine ingenitũ de patre loquẽdo: ad probandũ ꝙ pater & filius non sunt eiusdẽ substantiae: quia (vt dixerunt) genitũ & ingenitũ nõ possunt esse eiusdẽ substãtię: cũ tñ poti⁹ inueniat scriptũ illud qđ significat hoc noĩe homousion, qđ ẽ esse vni⁹ substãtiae, patrẽ scilicet & filiũ: q̃ ꝙ pater sit ingenit⁹. Vnde rephendit eos nõ pter nomen ingenitũ, quasi non esset cõueniens eo vti in diuinis, sed propter ipsos vtẽtes, ad reprimendã. s. eorũ pteruiã, quia. s. nolebãt vti hoc nomine homousion contra se: qa scriptũ non erat: sed vtebant hoc nomine ingenitũ pro se, qđ minime scriptũ erat, secundũ ꝙ hęc patẽt ex disputatiõe Aug. in Epistola cõtra Pascẽtiũ Arrianũ in principio, & in lib. ad Optatũ cõtra Felicianũ Arrianũ in pricipio. Vñ postq̃ dixit Ambrosi⁹, Ingenitũ in diuinis scripturis nusq̃ ĩuenio, nõ legi, nõ audiui, cõtinuo subdit. Cui⁹ ergo mutabilitatis sunt hoĩes vt nos dicãt ea vsurpare q̃ nõ sunt scripta, cũ ea q̃ sunt scripta dicam⁹: & ipsi obiiciãt qđ scriptũ non sit: imo sibiipsis aduersant, & auctoritati calũnię suę derogãt. ¶ Ad quintũ dicẽdũ scđm ꝙ iã expositũ est, ꝙ ingenitũ nõ notificat ratiõe qua est negatio pura, sed ratione qua est circa positiuũ substratũ. ¶ Ad sciendũ aũt distincte qd sit illud positiuũ substratũ: Sciẽdũ ꝙ ingenitũ dupliciter põt cõsiderari: vno modo simpliciter & secũdũ se: alio mõ vt cõsiderat circa naturã diuinã. Si primo modo sic substratũ nõ ẽ nisi essẽtia. Ingenitũ ei dr suppositũ qđcũq; siue absolutũ siue respectiuũ habẽs essentiã aliquã ex se formaliter ita ꝙ a nullo pricipiatũ. & fm hoc psona patris si p impossibile posset esse psona, aut hypostasis absq; pprietate paternitatis q̃ essentiã deitatis nõ haberet ab alio, ingenita esset, absq; eo ꝙ negatio hmõi haberet aliquod relatiuum substratũ, vt iam amplius patebit. Si Secundo modo, sic substratũ est illi negatiõi aliquid tripliciter. Vno modo vt in quo habet fundari: alio modo vt quo

X Ad q̃rtũ.
Y Ad quintũ

habet fundari in illo:tertio modo vt cuius est. Primo modo secundum predicta non est nisi diuina essentia. Secūdo modo est ipsa proprietas paterna siue generare. Eo enim ꝙ generare in diuinis est prima productio, necessarium est ꝙ generans non ab alio principiatiue habeat diuinam essentiam. Tertio modo est ipsum suppositum cōstitutum ex essentia cum proprietate paternitatis siue gñationis actiuę. Et habet negatio importata nomine ingeniti rationem notificādi suppositū vt subiectum cuius est: non ratione illa qua est circa ipm vt circa subiectū: quia tunc esset seipso ratio notificandi & dignificādi seipsum: qđ est impossibile: neq; ratione illa qua est circa ꝓprietatem generādi: quia non est circa ipsam vt qua formaliter habet esse in subiecto: sed solū vt qua quasi dispositiue, formaliter eñ habet esse circa essentiā: sed praecise vt est in patre sub ꝓprietate paternitatis. Vnde essentia diuina vt est in patre sub proprietate paternitatis, est ratio formalis qua pater formaliter est ingenit⁹: & ꝗ ingenitū habet rationē dignitatis notificātis. ¶ Q; ergo obiicit, ꝙ nō notificat rōne substantię, quia illa est cōmunis: Dicendū ꝙ licet notificet rōne solius substantię formaliter: non tamen nisi vt est sub tali ꝓprietate: & hoc specialiter in natura diuina, vt iam infra amplius declarabitur. ¶ Et ꝙ arguit cōtra hoc & .vi. ad principale, ꝙ ingenitum non est ꝓprietas patris: quia esset ingenitus etsi non esset pater: Dicendum ꝙ pater si filium non genuisset non esset ꝑsona i diuinis, quia in diuinis pater non est ꝑsona nisi paternitate, vt dicet in .4. questione sequēte. Si aūt nō genuisset, nō cōueniret ei ꝓprietas paterna, vt infra declarabit. Et ideo si non genuisset, idem ipse non esset ingenitus: sed si aliquis esset ingenitus, ille esset secūdum imaginationem infidelium ꝑsona vnica absoluta in diuinis. Vnde hoc dixit Aug. ponendo siue supponendo ꝑ impossibile ꝙ ille qui est pater in diuinis, esset persona, etsi non genuisset. & hoc habendo respectum ad illa a quibus nomina sunt trāslata ad diuina sub hoc sensu, pater etiā si filiū non genuisset, & cum hoc esset aliqua ꝑsona, nihil ꝓhiberet eū dicere ingenitū, quia. s. nō ex eo ꝙ generauit filiū, sed ex eo ꝙ est existēs ex se formaliter & a nullo principiatiue, dicitur igenitū: & hoc siue sit ꝑsona absoluta siue relatiua. Vñ ipsemet premittit dicens. Nō eñ ex hoc dicitur ingenitum qđ est patrē dicere: q̄a ex eo ꝙ generauit filium, dicitur ad genitū: ex eo vero ꝙ est ingenitus, nequaq̄: sed ad non genitorem. vt exponit consequenter. Vñ exemplum qđ ibi subdit in creaturis: etsi gignat quisq; filiū non ex eo ipse est ingenitus: quia geniti hoīes ex aliis hominibus gignuntur & ipsi alios gignūt: non valet ad probandū ꝙ aliquis in diuinis posset generare aut esse pater: etiā si nō esset ingenitus: aut esse īgenit⁹, etiā si nō generaret: sed solū ad ostendendum ꝙ non generat ex eo ꝙ est ingenitus, & ꝙ non est Ingenitus ex hoc ꝙ generat. Et ꝓpter hoc Alexāder in summa sua exponendo Augustinum dicit, ꝙ Augustin⁹ nō habuit respectū ad naturā eēndi, sed ad naturā intelligēdi. Cōcedim⁹ eñ ꝙ si pr̄ nō genuisset non esset. Si itelligit ꝙ nō genuit, bñ pōt intelligi ꝙ sit igenit⁹: q̄a intellecta inascibilitate nō intelligitur paternitas. Vñ dicit Praepositinus sic. Si attēdas proprietatē verbi, falsa est loquutio quia gratia impossibilitatis dicitur haeretico respectu ad ea a quib⁹ hęc noīa translata sunt ad creatorē. Vñ neutrū istorū est verū: si aliqs est pr̄ est igenit⁹, & si est igenit⁹ est pr̄. sed in pr̄e aeterno bene sequitur gratia termini. Ex quibus patet clare ꝙ positiuum substratum ingenito non est rō aliqua principii. ¶ Ad formā ergo argumēti quo dicit: si ꝓprietas patris nō posset esse si nō esset pr̄, & hoc neq; ꝑ possibile neq; per impossibile: sed solū per icōpossibile: sicut si non esset aliquis homo non posset esse risibile sicut nō posset esse rationale: Dicendum ꝙ quędam est ꝓprietas quę secūdū suā formam ad vnā speciem siue rationē subiecti determinata est, vt habere tres triāgulo. Est vero alia ꝓprietas quae secundum formā suam non est determinata ad vnam speciem siue rationem subiecti vt cōmutata ꝓportio: ꝗ secūdū Plīm in libris posteriorū, cōuenit nūeris & magnitudinib⁹. De prima ꝓprietate verū est ꝙ ꝓprietas nō pōt eē nisi eēt id cui⁹ est. Scđa vero bñ pōt esse i vno subiecto secūdū vnā rationem etsi non esset in alio: non tñ si in neutro illorū esset. De primo mō ꝓprietatū non est ingenitum ratione significati per terminum cum consideratur in diuinis: quia alibi considerari nō pōt in significatione illa qua ꝓprietas est secundum modum praeexpositū: quia subiectum sibi determinat personam siue suppositum. & hoc quantum est de ratione suae formae siue significati indifferenter, siue fuerit absolutū siue respectiuū: ita tñ ꝙ suppositū absolutū nō pōt sibi determinare i diuinis nisi ꝑ īpossibile: supponēdo aliqđ tale eē in diuinis: sed tñ absq; oī positiōe icōpossibilitatis: q̄a ingenitū ex sua significatiōe etiā circa diuia nihil icludit ꝑ qđ necesse ē poni ꝙ ingenit⁹ sit pater. Propter quod ingenitus per impossibile posset esse aliquis etiam in diuinis: etsi non esset pater nec generaret: & econuerso, quantum est de ratione formę paternitatis & significato termini simpliciter, qđ indifferenter habet considerari circa diuina & circa creaturas, licet non ita proprie circa creaturas (vt infra videbitur) pater potest esse etsi nō sit ingenit⁹: & hoc per possibile, vt patet in creaturis: Et in diuinis quātū est de significato termini ꝑ impossibile, nihil prohibet esse pa-

trem etsi non esset ingenitus. Ratione tamen materiæ in diuinis nec est ingenitum nisi sit pater: nec pater nisi sit ingenitus: ita tñ q paternitas potius sit ratio ingeniti q̃ econuerso. propter qd paternitas est proprietas constitutiua patris,& non econuerso: vt ideo ingenitum sit vere proprietas patris in diuinis, vt isfra amplius patebit. ¶ Ad septimum q genitum esse ponit dignitatem in filio, ergo ingenitum esse qd est ei⁹ priuatio siue negatio, nullam ponit dignitatem in patre: Dicendum q differt dicere positiue ab alio esse simpliciter & absolute, & ab alio esse modo determinato, scilicet per generationem aut per spirationem. Esse eñ ab alio simpliciter, nihil ponit dignitatis in persona quæ habet esse ab alia. Esse vero ab alio sic, scilicet per generationem aut per spirationem, rationem dignitatis ponit, vt infra declarabitur. Et propter hoc ingenitum inquãtum stricte sumitur secundum q etiam conuenit spiritui sancto, scilicet inquantũ idem est qd nõ esse ab alio per generationem, nihil dignitatis importat, nec est notio aut proprietas in aliqua persona diuina, similiter nec inspiratum. & hoc modo loquendo de ingenito, bene procedit obiectio. Sed (vt dictum est) ingenitum qd dicitur de patre, idem est quod nullo modo esse ab alio. Sed quia nomen positiuum non est impositum modo essendi ab alio simpliciter: sicut generari est nomen essendi ab alio modo determinato, similiter & spirari: ideo proprietas ista sumitur per negationem primi modi procedendi determinati, quia illo negato intelligitur negari omnis alius, vt dictum est, & inferius amplius dicetur. Et sic nomine ingeniti vt est notio patris, intelligitur non esse ab alio simpliciter, secundum modum prædictũ, & priuat siue negat circa ipsum esse ab alio simpliciter, qd in nullo rationem dignitatis habet. Non enim est dignitatis in filio q non est ab alio, sed q est sic ab alio, scilicet per generationem: non tamen sequitur ex hoc q sit in filio aliquid indignitatis. ¶ Dicendum ergo ad octauum: q non est verum illud propositũ. Priuatio aut negatio non est aliquid dignitatis in vno, nisi positio sit aliquid indignitatis in alio. hoc enim non est verum nisi vbi positiuum secundum nomen, priuatiuum est secundum rem. quemadmodum secundum q assumitur corruptibile & mortale dicunt defectũ virtutis permanendi in esse. Propter qd talis priuatio & habitus necessario sunt circa diuersa secundum substantiã. Et est priuatio siue significatũ modo priuatiuo circa substantiam superioris gradus, & significatum modo positiuo circa substantiam inferioris gradus, q̃ deficit ab aliquo qd est in substantia superioris gradus. Ex quo cõtingit q positio indignitatis est: Priuatio vero dignitatis. Vbi aũt qd positiuũ est scdm nomẽ, nõ est secundũ rẽ priuatiuũ, licet nõ sit dignitatis neq; indignitatis, & qd priuatiuum est illius est simpliciter dignitatis, vt in proposito: nõ est verum illud quod pponitur. Et q in proposito priuatiuum sit dignitatis, positiuum vero non sit indignitatis, contingit quia habent esse circa eandẽ substantiã numero. dicente Hil. ix. de Trinita. cap. xxvii. Si donantis auctoritate pater maior me est, nunqd per doni concessionem minor filius est? Maior vtiq; donans est: sed minor iam non est cui vnum esse donatur. Habes & in donantis auctoritate quia maior est: & in donati concessione quia vnũ sunt. & cap. xxviii. Maior ita q pater est dũ pater est: sed filius dũ filius est, minor non est. Natiuitas filii patrẽ cõstituit maiorẽ: minorẽ vero filiũ esse natiuitatis natura nõ patit. Nõ habet natiuitas itaq; ignobilitatẽ, quia in forma dei est qui ex deo nascit: & cum differre significatiõe ipa æstimetur innascibilitas a natiuitate natiuitas tamen non est extra innascibilitatis naturam, quia non sumpsit aliunde q subsistit. Et sicut est de natiuitate siue esse ab alio nascendo, q non ponit minoritatem aut idignitatem in nato, quia nascendo idem esse, & tantum quantũ habet pater accepit, & tamen innascibilitas æstimatur alicuius dignitatis a natiuitate, hoc est respectu natiuitatis: sic est de esse ab alio simpliciter: quod nihil ponit indignitatis in eo qui est ab alio propter idem, & tamen non esse ab alio ponit respectu illius rationem dignitatis multo potius q̃ respectu natiuitatis, quia illa ex se rationem dignitatis importat, vt infra patebit. Quare autem huiusmodi dignitas aut maioritas dignitatis in vna persona respectu alterius, non ponit in illa alia indignitatem aut aliquam minoritatem, debet declarari inferius loquendo de equalitate personarum.

D

Ad.VII.

E

Ad.VIII.

Irca secundum arguitur q ingenitum nõ sit alia proprietas in patre ab illa quæ est generare siue paternitas. Primo sic. in diuinis non est minus simplex persona q̃ essentia. sed propter essentiæ simplicitatem omnes proprietates essentiæ sibi inuicem coincidunt, quia veritas est bonitas & econuerso. quare & propter personę simplicitatem omnes proprietates personæ vni⁹ coincidunt, vt verum sit dicere q ingenitum sit generare aut paternitas, ergo &c. ¶ Secundo sic. ingenitum in patre auctoritatem importat. dicente Hil. iiii. de Trinita. cap. iii. Nouit ecclesia vnum deum ex quo oĩa, & vnũ deũ dominũ nostrũ Iesum Christum per quem omnia, ab vno vni-

F

Quest.ii. Arg.i.

2

uersorum originem, per vnum cunctorũ creatorem. In vno ex quo, auctoritatẽ innascibilitatis intelligit. Et cap. v. Ipse enim pater eius quem genuit auctor ostenditur, id habens nomen qđ neq; natum neq; ex alio ꝑfectum intelligatur: ex quo is qui genitus ẽ subsistere docetur. Sed pater auctoritatẽ principalem nõ habet nisi paternitate & generatione qua respicit alium. non est eñ auctori-
3 tas nisi ad alium qui habet aliqđ ab auctore. ergo &c. ¶ Tertio sic, & est ratio Præpositini. eo quo pater est pater est hæc persona. sed eo quo est hæc persona est innascibilis: ergo eo quo pater est pa-
4 ter, pater est innascibilis: innascibilitas ergo est paternitas. ergo &c. ¶ Quarto sic. secundum ꝙ dicit Augustinus de fide ad Petrũ, non est dicendum spiritum sanctum ingenitum, ne duos esse patres confiteri compellamur. ad hoc autẽ non cõpelleremur nisi innascibilitas esset paternitas: vt spi-
In opposi. ritus sanctus esset pater ĩnascibilitate, sicut & ipse pater paternitate. ergo &c. ¶ In cõtrariũ est: quoniam vt Augustinus dicit. v. de trini. si filium nõ generaret nihil prohiberet eum dicere ingenitũ, non autem diceretur pater, vt infra videbitur. ergo &c.

G ¶ Aliqui dicunt secundum ꝙ recitat Præpositinus, ꝙ id qđ pater significat affir-
Responsio mãdo, significat nõ genit⁹ vel ingenitus negando: & ꝑpter hoc dicunt ꝙ ingenitum non signifi-
aliquorũ. cat aliud q̃ paternitas. Et qđ vult Augustin⁹ ꝙ alia est notio qua pr̃ est pater: alia vero q̃ est ingenitus, exponunt sic. i. alio modo notificaẽ pater p hoc nomẽ pater, alio modo p hoc nomen ingenitus Variis enim modis ĩ sacra scriptura notificãtur personæ, nec necesse est esse tot proprietates quot vocabula quibus notificantur. Qđ non est verũ: quia aliq̃ ratio dignitatis importatur nomine ingeniti alia q̃ nomine patris: quia vna earũ ex ratione qua proprietates sunt, non habet habitudinẽ ad aliam. solummodo eñ ratione naturę diuinæ contingit ꝙ non est ingenitum nisi generans: nec econuerso: nec potest esse, vt patet ex prædictis in quæstione præcedente, & amplius dicetur in se-
H quenti quæstione. ¶ Dicẽdum ergo ꝙ alia est proprietas patris ingenitũ, & alia paternitas: quia pa-
Responsio ternitas est proprietas qua pater est, & qua habet respectum positiuum ad illum qui a se est: & inge-
auctoris. nitum est ꝑprietas qua habet respectum negatiuum ad non a quo est, secũdum modum ꝓdictum, & est vtrũq; dignitatis ratio in patre, vt dictum est.

I ¶ Ad primum in oppositum: ꝙ omnes proprietates essentiæ coincidunt, ergo &
Ad pri. psonę: Dicendum ꝙ non est simile. quia secundum prædicta proprietates essentiæ differunt tñ se-
principa. cũdum rationẽ & per intellectus cõsiderationem: non autẽ ꝑprietates personæ: sed differunt ex natura & habitudine rei ex se pręter intellectus cõsideratione, secũdũ ꝓdicta. Propter qđ quãtũ est ex natura rei coincidũt ꝑprietates essentię nõ autẽ psonę. Nec est illi⁹ coincidẽtię causa simplicitas ex parte proprietatum essentię: nec istarum non coincidentia repugnat simplicitati ex parte psonę: qa
k nõ sunt nisi respectus in ea: qui nullã cõpositionẽ ponũt, vt dictũ est. ¶ Ad secũdũ, ꝙ secũdũ Hila.
Ad scdm. Ecclesia ĩ vno ex quo auctoritatẽ innascibilitatis ĩtelligit &c. Dicẽdũ ꝙ reuera patri cõuenit auctoritas ex hoc ipo ꝙ ali⁹ habet esse ab ipso: nõ aũt ex eo ꝙ nõ est ab alio. Nihil ei ẽ auctoritas nisi q̃si q̃dã maioritas illi⁹ cui⁹ ẽ auctoritas respectu alteri⁹. & hoc vł ex eo solũ ꝙ ab hoc ille habet eẽ: secũdũ ꝙ in diuinis pater habet auctoritatẽ quasi maioritatę sup filiũ. dicẽte Hila. xi. de trini. cap. v. In eo ꝙ pater maior est, cõfessionẽ paternę auctoritatis ĩtellige. Dũ nõ a se facit id qđ agit secũdũ natiuitatem, sibi pater est auctor. Et per eundem modum pater & filius habent auctoritatem respectu spiritus sancti. dicente Hila. ii. de trini. cap. xv. De spiritu nec tacere nec loqui necesse est: qui a patre & filio auctorib⁹ confitendus est. Vel dicitur auctoritas non solũ qa quasi maioritas est hui⁹ ad hunc quia hic ab illo: sed etiam quia in substãtia ille a quo aliud est, est supra illud qđ ab ipso est. & secũdum hoc dicitur ꝙ trinitas auctoritatem habet super creaturas. Vñ vbi dicit Hila. In vno ex quo auctoritatẽ innascibilitatis intelligit, cõtinuo subdit. In vno per quem, potestatem nihil differentem ab auctore veneratur: cum ex quo & per quem ad id quod creatur & in his quæ creata sunt cõmunionis auctoritas sit. Vñ qa patri ex eo ꝙ est ingenit⁹ nõ cõuenit ꝙ alius sit ab ipso: sed potius ex eo ꝙ est pr̃: idcirco auctoritas nõ cõuenit ei rõne ingeniti, sed rõne paternitatis: sed rõne ingeniti cõuenit ei ꝙ nõ habet sibi auctorẽ. Vñ illđ dictũ Hila. auctoritatẽ innascibilitatis, debet ĩtelligi resoluendo substantiuum in adiectiuum sub hoc sensu. auctoritatem innascibilitatis. i. innascibilis. Verum est enim (vt dictum est) ꝙ auctoritas debeẽ innascibili, sed nõ innascibilitati: vt innascibilitas sit ipsa auctoritas: vel ꝙ ratione innascibilitatis conueniat ei auctoritas: sed potius ratione paternitatis. Et hoc secundum modum quo illud aliud dictum eius. xi. de Trinitate cap. xv. Deus
L quidẽ pr̃ natiuitatis est. debet exponi, idest illi⁹ q natus est. Sed contra videẽ esse dictũ seq̃ẽs. Ipse eñ pr̃ ei⁹ quẽ genuit auctor ostẽdiẽ. Dicẽdũ ꝙ ĩ diuinis duplex ẽ rõ siue mod⁹ auctoritatis: vn⁹ prĩ

Irca primum istorum arguitur, quod rō eliciēdi actū spirationis actiuę a patre & filio nō sit aliquo modo voluntas sed tm̄ natura. Primo sic. actionis q̄ est ad producendū de illo simile in forma pducenti, principiū est nō volūtas: sed natura. quia solius naturę est assimilare pductum pducēti. secūdū cōmunē descriptionem naturæ Natura est vis insita rebus ex similibus similia pducens. actio quę est spiratio est ad pducendum simile in forma pducenti: quia per ipsam spiritus sanct⁹ pducit in forma deitatis de diuina substātia sicut & filius: quia spiritus sanctus similis ē patri & filio sicut & filius est similis patri. ergo &c. ¶Secundo sic. actio cuius rō eliciendi est voluntas, psupponit in cognitione terminū ad quē est. Nihil em̄ vult volūtas aut amat secūdū Augustinum nisi cognitū. quare cum terminus actionis q̄ est spiratio, sit spiritus sanctus: & illū nō psupponit ipsa in notitia: quia tūc in spiritu sancto differrēt essentia qua esset cognitū, & psuppositū i notitia, & esse existentię qd̄ haberet p actionem spirātis: & agēs pducendo ipsum ageret p cognitionē & regimē rōnis, sicut cōtingit i creaturis: qd̄ falsum est. ergo &c. ¶Tertio sic. spirit⁹ sanct⁹ emanat de patre & filio vel vt amor de mente & notitia. secūdū quod determinat Augustin⁹ lib. ix. & lib. x. de trinita. per totum. vel vt voluntas de memoria & intelligentia, secundum quod determinat a lib. xi. & deinceps. sed ratio eliciēdi eius qd̄ emanat de mēte & notitia nō est volūtas: sed potius natura. qa qd̄ est in deo ex parte intellect⁹, cōnumeratur cū pricipio qd̄ est natura: vt habitū est supra. & ppter eādem rationem nec eius qd̄ emanat de memoria & itelligentia, quia ambo se tenent ex parte itellectus: & hoc etiā maxime ideo: quia tūc voluntas esset ratio eliciendi actū quo emanat: & sic similiter pducendi suiipsius. qd̄ est impossibile. ergo &c. ¶Quarto sic. sicut se habet intellectus ad productionem filii, sic volūtas si sit rō eliciendi eius, ad pductionē spiritus sancti. sed intellectus non est ratio eliciendi actum generationis filii vt est intellectus simpliciter, sed vt est natura. ergo &c. ¶Quinto sic. qd̄ est cōmune trib⁹, non est rō eliciendi actū pductiuū alicuius illorum. quia tūc aliqd esset rō pductiua suiipsius: qd̄ est impossibile. Voluntas aūt in diuinis est essentiale quid, & cōmuniter tribus psonis cōueniens. ergo &c. ¶Sexto sic. non est productum idem in natura cum producente cōmunicādo illi naturam pducentis, nisi quia ei cōmunicatur p actum naturę. quia orta a principio eidem debēt attestari. vnde sup illud. vii. metaphy. Sicut in syllogismis est principiū cuiuslibet, & hic generationes. dicit Cōmentator. i. quēadmodum syllogismi ex quibus fiunt artificiata sunt quiditates artificiatorum: ita res generabiles fiunt a suis quiditatibus. Et intendit quod quęcunque producuntur a suis quiditatibus realiter existentibus sic vt sint eiusdem naturę cū pducentibus, sunt gñata naturalia modo naturę: quēadmodum quęcūque pducuntur a suis quiditatibus intellectis sic vt non sint eiusdem naturæ cum producentibus, sunt facta artificiali modo artis, & econuerso. spiritui autem sancto p spirationem cōmunicatur natura patris & filii, vt sit idem in natura cum producentibus ipsum. ergo pducitur modo naturę, non ergo modo voluntatis. ergo &c. ¶Septimo sic. ratio elicitiua actus quo producitur pductum naturale est natura non voluntas, quia productum voluntatis potius est artificiale aliquid q̄ naturale. spiritus sanctus est productū quid naturale: quia est spiritus connaturalis patri & filio. ergo &c. ¶Contrarium arguitur primo sic. Spiratio est actio qua productū excutitur siue expellitur a producente, sicut patet in nobis de spiratione spūs, qui est aer a pulmone expulsus, qui anhelitus dicitur, vnde emanatio ista in diuinis nomen accepit. sed voluntas non natura proprie est ratio eliciendi actum quo aliquid ab alio quasi excutitur, qa natura potius est ratio actus quo aliquid alicui imprimitur vt forma: & sic aliquid de illo pducitur. ergo &c. ¶Secundo sic. ratio completa eliciendi actum sibi proprium sic perfecte semel se in suum actum effundit & exhaurit, vt secundum illam decætero nullus actus restet eliciendus, vt patet ex supra determinatis de eo quod solum vnicus filius est in diuinis. omnis ratio elicitiua actus in diuinis summe completa est, & ratio elicitiua actus in diuinis quæ est natura semel se in suum actum effudit, scilicet in generatione filii. ergo secundum rationem illam quæ est natura præter generationem vnici filii nullus restat alius actus eliciendus. Ex hoc enim supra declarauimus quod in diuinis tm̄ est vnica generatio: & tm̄ vnici filii. quare cum spiratio sit alia actio a generatione, ratio elicitiua eius nullo modo est natura. Est ergo ratio illius sola voluntas. ¶Tertio sic. sicut se habet natura ad generationem sic voluntas ad spirationem. ergo permutatim sicut se habet voluntas ad generationem sic natura ad spirationem. sed voluntas nullo modo est ratio eliciendi in generatione: ergo nec natura in spiratione. ¶Quarto sic. sile pductū rōne naturæ fili⁹ est, vt habitū est supra. Spūs sctūs oīno est similis patri in natura & silr filio: ergo si esset pductus rōne naturę ipse esset fili⁹. Esset aūt pductus rōne naturę si natura esset rō eliciendi spirationem, cōsequens est falsum. ergo &c. ¶Quin

Marginal notes (right margin, in order): M / Quest. I. Arg. 1. / 2 / 3 / 4 / 5 / 6 / 7 / In oppo. 1. / 2 / 3 / 4 / 5

to sic.semper in eodem natura prior est voluntate.aut si in diuinis non sunt prior & posterior,primum tamen secundum rationem est natura respectu voluntatis,& voluntas secundū.Quando autem primum & secundum agens in eadem actione concurrunt, semper primum est principale, & secūdū cōsequens & annexum.Natura ergo esset principalis rō eliciendi actum spirationis si natura eēt ratio spirādi cū volūtate:& volūtas secūdaria.cōsequēs ē falsum.ergo &c.

6 ¶Sexto arguitur ꝙ natura nō potest esse ratio spirandi coassistens & annexa volūtati vt principaliter spirāti tā q̄ spirās secūdario,sic.Sicut se habet natura ad ꝓductionē filii,sic & volūtas ad ꝓductionē spūs sancti.ergo ꝑmutatim sicut volūtas ad productionem filii,sic natura ad ꝓductionem spiritus sancti. sed voluntas nō sic est assistens ꝓductioni filii vt sit aliquo modo rō eliciēdi actū quo ꝓducat̃: quare neq; natura ē assistens in productione spirit⁹ sancti vt dicat̃ rō ꝓducendi ipm.

7 ¶Septio arguit̃ ꝙ natura neutri⁹ ꝓductiōis sit ratio eliciendi:sed ꝙ volūtas sit rō vtriusq; . Dicit eñ Ricar.vi.de trinitate cap.xvii.Ingenitum velle habere de se conformē atq; cōdignū,idem mihi videt̃ qđ gignere filium:tam genitum q̄ ingenitum velle habere cōdilectum,idem mihi videt̃ qđ ꝓducere spiritū sanctum.eius autem qđ habet̃ voluntate,habendi ratio est voluntas non natura.ergo &c.

Cōtra aliud primo ¶Deinde arguebat̃ ꝙ neutrū eorū est ratio eliciēdi spirationis,Prio sic.ad id qđ in diuinis habet̃ ex solis actibus essentialibus non requiritur act⁹ notionalis neq; ratio elicitiua ipsius.spiritus sanct⁹ in diuinis habetur ex solis actibus essentialibus.spiratio autem est actus notionalis.ergo ad hoc ꝙ spirit⁹ sanctus sit in diuinis non requirit̃ rō elicitiua spirationis,q̄ est natura aut voluntas.

Probatio. ¶Probatio minoris est:quia Augustin⁹ dicit.ix.de trini.cap.ix.Qui perfecte nouit perfecteq; amat iustitiā iust⁹ est, etsi iam nulla existat secūdū eam forinsecus ꝑ membra corporis operādi necessitas.& sic(vt dicit) vīr est in spiritualibus.quare cum spiritus sanctus summe spiritus est,ex hoc ꝙ ex patre & filio perfecte noscit̃ & ꝑfecte amatur, iā habetur.

Assūptū. ¶Sed illi sunt actus essentiales.ergo &c.

2 ¶Secūdo sic.in ꝓductione filii ratio eliciendi actum notionalem qui est generare non est nisi notionalis quia propria est sicut & actus.sed natura & voluntas in deo essentialia sunt & non notionalia.ergo &c.

In contrariū primo. ¶Deinde arguit̃ ꝙ non possunt ambo simul esse rationes eliciendi eiusdē actus,Primo sic.impetus & libertas in eadē actione cōcurrere nō possunt,qa sunt contraria.natura est rō eliciendi ꝑ impetū,voluntas vero ꝑ libertatem.ergo &c.

2 ¶Secūdo sic.sicut se habet ratio eliciendi passiue ad id de quo aliqđ elicitur,sic ratio eliciendi actiue ad eum qui elicit.sed respectu eiusdem actus non possunt esse plures rōnes eliciendi passiue in eo de quo elicitur:quia plures ꝑsonę passiuę non possunt esse in materia eadē secundū numerū respectu eiusdem formę:ergo eiusdē elicientis nō possunt esse plures rōnes eliciendi actiue vnius actus.spiratio est vnus actus,natura autem & volūtas sunt plures rōnes eliciendi.ergo.&c.

3 ¶Tertio sic.vni⁹ naturę nō est mod⁹ ꝓducēdi quo aliqđ de ea ꝓducit̃ nisi vn⁹.ꝓpter qđ dicit Cōmēta.super.viii.physicoꝝ.ꝙ mus generatus ꝑ ꝓpagationē,cum eo qui est gn̄at⁹ ꝑ putrefactionem non est vnus in specie.quare cū diuina natura sit vnica,& nō est nisi vnus mod⁹ ꝓducendi quo aliquis ꝓducitur ea : ergo nec plures q̄ vna ratio eliciens actus,qua de ipsa habet esse ꝓductio.

In opposi. ¶In contrarium arguitur ꝙ ambo simul necessario cōcurrunt & ęqualiter. quia sicut i diuinis intellectus est natura & naturalis potentia : sic & voluntas.sed intellectus & natura simul sunt æque principaliter rationes eliciendi in actu intellectus: ergo & in actu voluntatis.

Vltimo. ¶Vltimo arguit̃ ꝙ voluntas nullius vt termini suę actionis est ꝓductiua, in quocūq; fuerit.quia mot⁹ siue actio voluntatis supponit terminū in quē mouet̃ vt amatū,in quē terminat̃ suus motus & sua actio.Qđ aūt supponit terminū suę actionis,nullo modo producit illum.ergo &c.

N

Responsio ¶Dicendū,ꝙ secundum superius determinata in quęstionibus de diuinis emanationibus,natura & voluntas sunt duæ rationes principales emanandi siue producendi tam in diuinis q̄ in creaturis:ad q̄s oēs aliæ q̄ sunt habēt reduci:& vbi habent esse ꝑfectius,ꝑfecti⁹ ꝓducūt. Quare cū ꝑfectissime habēt esse in deo sicut & cætera quæ sunt in ipso:igitur secundum vtraq; in diuinis oportet ꝙ sit ꝑfectissima emanatio siue ꝓductio,& diuersę siue distinctę,sicut & ipsa īter se diuersa sunt & distincta. sic tñ ꝙ sicut in radice non separant̃,nec in suis productionibus , vt scilicet necessarium sit ꝙ in ambabus diuinis emanationibus ambo,scilicet natura & volūtas,quoquo modo concurrant.¶Sed cum in deo natura consideratur vno modo vt simpliciter natura est, alio

O modo vt quasi ratione aliqua determinata,scilicet vt est intellectus siue intellectiua : Sciendum ꝙ dupliciter potest intelligi ꝙ natura & voluntas in duabus emanationibus concurrunt. Vno.s.mō considerādo naturam vt natura est & ratio eliciēdi actum naturalem.Et alio modo considerando naturam vt intellectus est.Dico vt intellectus,vt scilicet intellectus est ratio agendi modo intellectus simpliciter,non modo intellectus vt est natura . Consimiliter enim distinguitur intellectus

ꝙ vno modo conſideratur vt eſt intellectus ſimpliciter.Alio modo vt eſt natura & ratio eliciendi
actum naturalem.Nõ ſic autem diſtinguo ex parte voluntatis:quia non conſideratur vt natura q̃
eſt ratio eliciendi actum naturalem:quia illa natura excludit libertatem,vt iam patebit.¶Suppoſi P
ta ergo dicta diſtinctione ex parte naturæ & intellectus,dico ꝙ quicq̃d procedit in diuinis a volun
tate,intelligitur ab intellectu ſimpliciter vt eſt intellectus:& econuerſo quicq̃d in diuinis procedit
a natura vt natura eſt ſimpliciter,vel vt eſt natura intellectualis,vel(ꝙd idẽ eſt)ab intellectu vt eſt
natura,amatur a voluntate & complacet voluntati in eo ꝙ ſic emanat ab intellectu naturali,vt ſic
voluntas ſit annexa & aſſiſtens emanationi intellectus,& econuerſo:ſuper quo nulla eſt dubitatio.
Hinc dicit Auguſtinus.ix.de trini.cap.x. Cum mens ſe nouit & amat,iũgitur ei amore verbũ eiꝰ.
& quoniam amat notitiam & nouit amorem,& verbum in amore eſt, & amor in verbo,& vtrun
q̧ in amante atq̧ dicente. Vnde ſicut verbum amore concipitur,vt dicit ibidẽ cap.vii.ſic & ſpiri-
tus ſanctus notitia procedit.præter hoc ꝙ verbum non concipitur niſi amore eſſentiali annexo ſi-
ue aſſiſtente:Spiritus ſanctus autem ꝓcedit notitia aſſiſtente ſiue annexa tam eſſentiali patri & fi-
lio,q̃ non eſſentiali ſed notionali,quæ eſt ipſum verbum.De iſto autem modo naturæ vt ipſa eſt in
tellectus & ratio agendi modo intellectus ſimpliciter,non eſt difficultas queſtionis ꝓpoſitę,an.ſ.na
tura cum voluntate eſt ratio eliciẽdi communem ſpirationem actiuam.Quoniam natura vt eſt in
tellectus iam dicto modo,non concurrit cum voluntate in ſpiratione actiua ſicut ratio eliciendi,ſi
cut nec econuerſo voluntas cũ natura in generatione:ſed ambo hic mutuo concurrunt,non vt ra
tiones eliciendi:videlicet voluntas cum natura in generatione,& natura cum voluntate in ſpiratio
ne:ſed ſolũ vt rationes annexę in aſſiſtẽdo & non in coagendo,& ſicut ratio ſine qua non,elicit eli-
ciens.Vnde ꝙ Ricar.vi.de trinitate cap.iii.videtur ponere rationem ꝓductionis filii in ſola volun- Q
tate patris cũ dicit:Si in ſolo volẽdo non poterit obtinere qđ voluerit,quomodo ĩpſo veraciter oĩpo
tẽs dici poterit:erit itaq̧ ei de ſe & cõſubſtãtialẽ & cõformẽ ꝓducere rõne exigẽte,idipſm immobili
ter velle:hoc ꝓculdubio erit ei plẽ ꝓducere ĩ eo ipſo ſibi ꝑ oĩa cõplacere.& ca.v.Inuenimꝰ ꝙ id ſit ĩ
naſcibili de ſe plem ꝓducere exigente ratione,idipſum velle. in hoc dicto ſuo Ricar.abſq̧ dubio ni-
miũ attribuendo voluntati excedit. Nõ eñ eſt contra omnipotentiã patris ſi nõ ex ſolo velle potẽ
rit gñare: qa hoc nõ eſt ex voluntatis conditione.Sed difficultas queſtionis eſt de modo naturæ vt
eſt natura:aut intellectus vt eſt intellectus agẽs modo naturę,& vt ipſe intellectus eſt natura:An.ſ.
ſit ratio eliciendi ſpirationem cum voluntate. Etenĩ licet voluntati neceſſario complacet in natu-
raliter producto per intellectum & in emanatione ipſius:& etiã intellectus cognoſcit productum a
voluntate & emanationem ipſius,vt iam dictum eſt:hoc nullam rationem eliciendi ponit in volun
tate circa productum ab intellectu:nec econuerſo. Nec eſt dubitatio talis de voluntate vtrum con
currat cum natura & intellectu in actu generationis vt ratio eliciendi:ſicut eſt de natura vtrũ cõ
currat cum voluntate in actu ſpirationis vt ratio eliciẽdi.Circa enim productionem generationis
quæ eſt ſolius patris actio, clarum eſt ꝙ nullo modo voluntas eſt ratio eliciendi illam . quoniam
ratio eliciẽdi actum notionalem,aut eſt quid notionale,aut eſſentiale determinatum ad actum no
tionalem per proprietatem notionalem,& ſic eſſentiale contractũ quodammodo ad notionale,ſecũ-
dũ ꝙ hęc patẽt ex ſupra determinatis.In voluntate autẽ nec eſt nec eſſe põt aliq̃d notionale aut cõ
tractum ad ipſum qđ ſoli patri cõueniat qui ſolus generat.Quia quicq̃d eſt in diuinis ex parte vo-
luntatis a patre cõmunicatur filio ꝑ gñationem,eo ꝙ ipſe filius generatꝰ actione intellectus.Et ordi
ne quodã naturali ea quę ſunt ex parte ĩtellectus notionalia,prima ſunt reſpectu eorum q̃ ſunt ex
ꝑte volũtatis,vt ĩferiꝰ declarabitꝰ. ꝓducto aũt ꝑ primũ neceſſario cõicatꝰ id qđ eſt ſecũdũ.¶Circa ꝓ- R
ductionẽ aũt q̃ eſt ſpiratio,nõ eſt clarũ ex ꝑte ĩtellectꝰ & naturę ſiue ĩtellectꝰ vt ẽ natura:an.ſ.ex par
te eius ſit aliqua ratio elicitiua ſpirationis:qa non eſt incõueniẽs ex ꝑte naturę & intellectꝰ ꝙ notio
nale vel cõtractũ ad ipm ſit cõmune patri & filio reſpectu actꝰ ſpirationis:qa ꝓducto ꝑ primã ꝓdu
ctionẽ,neceſſario cõicatꝰ oĩs vis elicitiua ſecũdę ꝓductiõis.Dico ꝙ quo ad hoc nõ eſt incõueniẽs:ſed
aliud eſt ꝓpter qđ eſt incõueniẽs & impoſſibile.ſ.ꝙ libertas non concurrit cum natura ſecũdo mõ
dicta,vt iam videbitur. Nec adhuc eſt tãta dubitatio an ĩtellectꝰ vt eſt intellectꝰ cõcurrat vt rõ eli
ciẽs ſpirationẽ cũ volũtate,ſicut ẽ de natura vt ẽ natura.Quia licet volũtas ĩquãtũ volũtas cũ agit
actũ ſibi ꝓpriũ ſupponit actũ intellectꝰ vt eſt intellectꝰ, quẽ habet ſibi annexũ,vt dictũ eſt:nõ tñ ex
ſe ꝓſequitꝰ actum ſuum ĩtellectualiter.hoc eñ certũ eſt, eo ꝙ volũtas ex ſe cognitionem non habet
Certum tñ non eſt an ꝓſequatur aliquem actum ſuum naturaliter,an nõ.immo volũtas in nobis
actũ ſuũ circa finẽ ꝓſequitur naturaliter in volendo ipſum,vt ſępiꝰ dictũ eſt in q̃ſtionibus de Quo
libet.Nõ reſtat ergo dubitatio niſi vtrum ĩ eliciendo actum ſpirationis a volũtate,etiã rõ eliciendi
modo aliquo ſit natura ſiue ex parte intellectus ſiue ex parte volũtatis. ¶Q; autem negare non S

possumus quin quoquo modo natura vt natura concurrat cum voluntate in eliciendo actum spirationis, patet ex eo ꝙ Ricar. vi. de trinitate determinat vtranqꝫ processionē esse modo naturæ: sed illam quæ est filii principaliter esse modo naturæ siue secundum principalem modum naturæ: quia est immediata & prima ordine naturæ. Dicit enim ibi cap. i. In diuina natura nihil potest esse ex operante gratia: sed totum iuxta proprietatem exigentis naturæ. & cap. ii. Processio illa personæ quæ est inter parentem & prolem de persona vsquequaqꝫ immediata & est secundum principalem procedendi ordinem. & secundum naturæ operationem. Illam vero quæ est spiritus sancti, quia non est vsquequaqꝫ immediata, dicit esse non secundum principalem modum procedendi, tamen secundum naturæ operationem, cap. xvi. in fine vt iam videbitur. Et hoc ideo, quia etsi sit immediata a patre, tamen vniformis nō est cum illa quæ est filii. Illa enim est immediata & tm̄ immediata a solo patre, & ita prima: illa vero etsi sit imediata, non tamē a solo patre, & ideo ab ipsa mediate & immediate, & ita secunda. Si enim (vt dicit cap. xvii.) vtraqꝫ vniformis esset secūdum ordinem naturę, altera principalior nō esset. Idem etiam patet ex dicto Hilarii, qđ statim sequitur annexo dicto Magistri Sententiarum: quod etiam clarum est. Ex hoc dicitur spiritus sanctus naturalis spiritus patris & filii, sicut & fili⁹ dicitur naturalis filius patris: & de natura eadem spiratur spirit⁹ sanctus de q̄ generaẗ filius: qđ nō posset contingere nisi spiritus sanctus naturaliter aliquo mō procederet.

T ¶ Ad quorum intellectum & ad clariorem solutionem argumentorum superinductorum sciēdum est ꝙ natura in diuinis quadrupliciter dicitur. Vno modo appellatur natura ipsa diuina essentia in qua tres personæ consistunt, & dicitur pure essentialiter. Secundo mō dicit̄ natura principium actiuum naturale: & sic natura est vis productiua similis ex simili, & sic potentia generandi actiue est natura: & sic est essentiale cōtractū ad notionale: quia est ipsa natura dicta primo modo. Natura enim quæ est ipsa diuina essentia, vt est sub ꝓprietate paterna determinata ad actum generandi, est potentia generandi actiue in solo patre existēs, vt patet ex supra determinatis. Duos istos modos naturę tangit Hila. v. de trinitate cap. xvii. dicens de filio. Ex virtute naturę in eandem naturā natiuitate subsistit filius. Ex virtute naturæ. ecce secūdus modus. In eādē naturā natiuitate subsistit. ecce primus modus. Tertio modo dicitur natura qualibet vis naturaliter existens in natura prio mō, etiā etsi sit libera illa vis. & sic volūtas in deo dicit̄ natura: qa. s. est naturalis potentia existēs naturaliter i diuia natura. Quarto mō dr̄ natura icōmutabilis necessitas circa aliquē actū. Et istos duos modos exprimere possumus alludendo verbis Hila. dictis de generatione filii circa ꝓcessionem spiritus sancti sic dicendo. Spiritus sanctus ex virtute voluntatis naturalis (ecce tertius modus) in processione subsistit. Vnde post dicta verba Hila. Ex virtute naturę in eandem naturā natiuitate subsistit filius, immediate subiungit Magister Sententiarum de suo distinctione. xvii. ca. Aliquid breuiter. Et ex virtute naturæ in naturam eandem processione subsistit spiritus sanctus. vt hic dicamus spiritum sanctū subsistere in eandem naturam in qua subsistit & filius, & hoc virtute naturæ primo mō dictę: quæ natura est ipsa diuina essentia, & cuius virt⁹ est eius potentia, licet gemina, qua de ipsa subiectiue potest generari filius & spirari spiritus sanctus. In eandem enim naturam subsistit filius generatione & spiritus sanctus spiratione, & hoc subiectiue non elicitiue, & hoc non ex eadem virtute: quia ex alia virtute quasi passiua de diuina natura potest generari filius, & ex alia spirari spiritus sanctus: sicut ex alia virtute naturę actiua pater pōt generare filiū, & ex alia pater & filius possunt spirare spiritum sanctum. Vnde Hila. nihil ibi declarat nisi quomodo pater filius & spiritus sanct⁹ eiusdem naturę sunt. Vnde ante dicta verba præmittit. Perfectum fidei sacramentū est deum ex deo, & deum in deo confiteri potestate naturę. Et post dicta verba subiungit. Natiuitas igitur dei non potest non eam ex qua profecta est tenere naturam: neqꝫ eñ aliud q̄ deus subsistit, qđ non aliunde q̄ ex deo subsistit. Et secundum hunc modum dictum illud exponit Magister. iii. Sentētiarum quasi vltima clausula fuisset Hila. & forte iuenit eam in libro quem vidit. Ex quo modo naturæ, scilicet primo modo: consequitur quartus modus naturę.

V ¶ Loquendo igitur de natura primo modo, dico ꝙ concurrit ad actum spirationis cum voluntate, non aūt elicitiue sed subiectiue tm̄. Sicut enim generatur filius de diuina natura vt est patris, sic spiritus sanctus spiratur de natura diuina vt est patris & filii, secundum modum infra exponendum. Loquēdo vero de secundo modo naturæ: dico simpliciter ꝙ natura solummodo est principium eliciendi actus generationis filii, & nullo modo communis spirationis cum voluntate. Loquēdo vero de tertio modo naturæ, sic dico ꝙ natura concurrit ad actum spirationis: quia voluntas quæ est vis elicitiua spirationis, est ipsa natura isto tertio modo dicta. Sed vt natura, solummodo habet ordinem ad subiectum suum siue fundamentum. Ad actum autem spirandi, ordinem habet non vt est natura naturaliter agens, sed vt est libera liberaliter agens. Loquendo autem

de quarto modo naturae:sic dico,q natura concurrit ad actum spirationis cu voluntate:qa volu tas elicit ipsum icomutabili necessitate:qua etiam terminatur & tendit in spm sanctu. ¶Ad cuius X
intellectum,& vt clarius videam⁹ differentia iter generatione & spiratione. Sciedu e,q ta itellect⁹ q voluntas in quocunq habent esse propter separationem illius a materia,postq habuerint esse in actu suo primo simplicis intelligentiae,aut volitionis naturae,sunt conuersiuae super se & super actus suos simplices & eorum obiecta per actus conuersiuos intelligendi & volendi. Quia itellect⁹ non solum intelligit verum simplici intelligentia:sed etiam intelligentia conuersiua,intelligendo se esse intelligere,& conuertendo se super obiectum intellectum,& super actum intelligendi simplicem,& super se intelligentem per actum intelligendi conuersiuum. Similiter voluntas non solum vult bonum simplici volitione:sed etiam volitione conuersiua volendo se velle,conuertendo se super obiectum volitum,& super actum volendi simplicem,& super se volentem per actu volendi conuersiuum. Sed ista conuersio partim vno & eodem modo conuenit intellectui & voluntati:partim alio & alio. Q: enim ambo se conuertunt vt sunt purae & nudae & solae potentiae, vt iam patebit, hoc est vno & eodem modo quantum est ex parte ipsorum se conuertentium: ambo enim se solos conuertunt vi sua actiua,quae aequaliter eis conuenit:sed alio & alio modo quatum est ex parte eorum ad quae se conuertunt. Intellectus enim postq est conuersus,ad illa ad quae conuersus est se habet vt potentiale quoddam & purum possibile:& vt intellectus purus & nudus natus recipere ab illis tanq proprium passiuum a suo proprio actiuo naturali,quod est idem intellectus informatus notitia simplici,informationem notitiae declaratiuae,secundum q supra expositum est tam in emanatione verbi nostri q diuini. Voluntas vero postq conuersa est,ad illa ad quae conuersa est, se habet vt actiuum quoddam,& vt voluntas pura & nuda nata exprimere de illis tanq propriu actiuum de suo proprio passiuo,cuiusmodi est eadem voluntas informata amore simplici,quedа amorem incentiuum:qui est spiritus sanctus in diuinis:qui habet esse a producentibus ipsum,non per informationem eius de quo est subiectiue,siue per aliquam impressionem factam eidem,secundum modum quo filius siue verbum procedit a patre per quandam quasi impressionem & informationem in intellectu paterno conuerso:& sic sicut notitia declaratiua de notitia simplici: sed p qsi quadam excussionem siue expulsionem aut pgressum,aut (magis proprie loquendo) per quandam expressionem producti de eo de quo subiectiue producitur:& hoc ad modum quo spiritus corporalis,qui est aer,si i nobis non attraheretur ad pulmonem per inspirationem,sed aliqua virtute existente in ipso pulmone,excuteretur per expiratione de pulmone:& per hoc daret ei esse. Et est quodammodo simile,praeter hoc,q spiritus corporalis qui est aer,spiratus tali spiratione separatur a spirante & ab eo de quo spiratur:non sic autem spiritus sanctus. Vnde Ricar.vi.de trinitate exponens in quo sit simile,dicit sic.cap.ix. Q: in scripturis diuinis spiritus dei vel spiritus sanctus dicitur,penitus praeter similitudinis rationem non fuit. Dictus est enim spiritus qui ab homine procedit,& sine quo homo omnino non viuit,a quo habet nomen spiritus diuinus : sed per similitudinem. Forte tame alicui haec pronunciatio nimis peregrina videbitur: sed ad aliquam proprietatis suae similitudinem refertur. Nonne magister veritatis spiritum sanctum diuinum esse spiramen p similitudinem docuit,quando discipulis insufflauit & dixit:accipite spiritum sanctum? Quod intelligo ac si aperte diceret: quemadmodum ego insufflando vobis corporaliter spiritum sanctum do vobis,qui quidem flatus corporalis spiramine corporali a me procedit:sic spiritus sanctus a me spiramine quodam sicut flatus spiritualis spiritualiter procedit. Vnde Augustinus libro tertio cotra Maximinum. Nisi procederet de ipso non diceret discipulis: Accipite spiritum sanctum,eumq insuffládo daret:vt a se quoq pcedere significás aperte ostéderet,qd spirando dabat occulte. Et loquitur ibi Augustinus ad literа de differentia inter generatione & spiratione. Ante em verba iam dicta:pmisit dicés. Quęris a me:si de substátia pris est fili⁹,de substátia pris est spirit⁹ sanct⁹,cur vn⁹ filius sit. Ecce respondeo siue capias siue nо capias:de patre est filius:& de patre est spiritus sanctus sed ille genitus, iste procedens:ideo ille filius patris est de quo est genitus:iste spiritus vtriusq quoniam de vtroq procedit:nam nisi procederet de ipso &c. vt supra. & sequitur post verba dicta. Quid autem inter nasci & procedere intersit,explicare quis potest? Distinguere autem inter illa generationem & hanc processionem nescio,non valeo,non sufficio. Quáto ergo multo fortius nec nos valemus? fecimus tamen qd potuimus. Processionem autem spiritus sancti per modum flatus Y
prosequitur Ricar.vbi supra dicens cap.x. Quid enim spiritus ille qui de corde humano in aliis lenius,in aliis vehemeti⁹ spirat,in his tepidi⁹,in illis ardeti⁹ flagrat,nisi intimus ai affect⁹ & ęstuantis amoris impulsus? Hinc est q illi dicunt vnu spiritu habere qui ide amát, idem affectát, & pari voto desiderant. Ad huius itaq spiritus similitudine q pcedit & spirat de multoꝝ cordib⁹, dict⁹

est spiritus ille qui in trinitate personarum procedit ex ambobus. Intelligo aūt hāc similitudinem hoc modo, ꝙ sicut in hominibus qui idem affectant, affectus quidam ęstuans & flagrans tendit ad id quod affectant & diligunt: & hoc de amore qui in illis est et ad illud, & agente illorum voluntate concordi: sic & in patre & in filio a voluntate concordi q̄ est in illis de amore simplici & essentiali quē habent ad se, procedit spiritus sanctus in alterutrum: ita ꝙ voluntas idem diligens in hominibus comparetur concordi voluntati in patre & filio: affectus flagrās comparetur spiritui sancto: amor de quo flagrat, cōpareť amori simplici patris & filii: id aūt quo ille ꝓcessit, ad q̄d flagrat, & affectant & diligunt, comparetur patri inquātum spiritus sanctus ꝓcedit a filio in ipsum, & ecō uerso, vel ab ipsis in creaturā: affectus quo procedit de voluntate principiatiue, & de amore in illo subiectiue cōpareť actui spirationis de simplici amore patris & filii: principiatiue autem tam in hominibus q̄ in patre & filio a voluntate eorum tendente in bonum volitum simplici amore, & inde excutiendo spiritum vt incētiuum amorem tendentem in alterutrum, & generaliter in omne dilectum ab eis: qui se habet in deo ex parte voluntatis ad amorem simplicem, quemadmodū ex parte intellectus notitia declaratiua, quæ verbum est, se habet ad simplicem notitiam: in hoc videlicet ꝙ sicut secūdum superius exposita de verbo q̄d cognitum simpliciter notitia simplici declaratiue cognoscíť notitia declaratiua procedente, quę verbum est in diuinis: sic amatum simpliciter amore simplici intensiue amať amore incentiuo procedente, q̄ est spiritus sanctus in diuinis: secundum ꝙ hęc amplius infra patebunt. Et sicut hic intellectus simplici notitia informatus vt natura secūdo modo dicta & principium agens elicitiuum, elicit quasi imprimendo in nudo intellectu conuerso & de ipso notitiam declaratiuam immutabili necessitate, vt natura quarto modo dicta non sit nisi conditio & modus circa actum elicitum: sic per simile in contrarium ibi voluntas nuda vt libera & principium elicitiuum elicit quasi exprimendo de voluntate informata amore simplici ad quā est cōuersa, amorem incentiuum q̄ spiritus sanctus dicitur: & hoc immutabili necessitate: vt natura quarto modo dicta non sit nisi cōditio & modus circa actum elicitum: vt sic sola volūtas vt voluntas sit ratio elicitiua actus: & natura q̄rto mō dicta nō sit nisi sicut conditio & mod⁹ circa actū elicitum. In quo plane patet quomodo differenter voluntas se habet ad spirationem & natura. Est enim voluntas sic ratio eliciendi: ꝙ sit ratio qua media eliciens elicit: natura aūt solum est cōditio & modus circa actum elicitum: nullo autem modo ratio elicitiua. Et sic generatio & spiratio differunt oīno secundū rōnes elicitiuas: quia in generatione est ratio eliciendi natura secundo modo: in spiratione autem voluntas. Cōueniunt autem secundum conditiones & modos eliciēdi: quia vtrobiq; modus eliciendi est natura quarto modo, secundum quā ambæ emanationes possunt dici modo naturæ: & hoc in eliciendo ipsum, & in progressu & in terminatione ei⁹ in obiectum. Quia tamen ista necessitas incommutabilis quæ est natura quarto modo, in generatione est annexa principio elicitiuo quæ est natura secundo modo, ex eo ꝙ est simpliciter natura secundo modo dicta : in spiratione autem principio elicitiuo quod est voluntas non est annexa incommutabilis necessitas ex eo ꝙ est voluntas simpliciter : sed solummodo ex eo ꝙ actio voluntatis diuinæ in spirando est circa obiectum summe diligibile, a quo, cum cognitum est, nulla voluntas neq; creata neq; increata potest se diuertere: vt infra dicetur: Est enim alia ratione talis necessitas propter naturaliter esse, quam habet voluntas ex hoc ꝙ est in natura diuina, vt iam infra dicetur : Idcirco bene dicitur ꝙ generatio est productio secundum principaliorem modum naturæ : quia principalior naturæ modus, quomodo natura secundo modo dicta, actum elicit: & natura quarto modo actum determinat: quod contingit in generatione. Quam quādo tm̄ determinat & non elicit: quod contingit in spiratione secundum prædicta: est etiam generatio secundum principalem ordinem naturæ: quia ordo primus est inter patrem & filium: secundus vero ordo naturæ est inter patrem cum filio ad spiritum sanctum. Ricar. tñ. vi. de trinitate videtur ponere ꝙ spiritus sanctus procedit modo naturæ secundo modo dictę, vocando vtrāq; productionem generationem: ꝙ tamen specialiter secundum illam generationem qua aliquis immediate procedit ab vno tm̄, sumuntur illa nomina germanitatis pater & filius: & ꝙ propterea spiritus sanctus licet generet non tamen possit dici filius. In. xvi. em̄ cap. dicit sic. Nomen geniti quandoq; strictius, quandoq; largius accipimus. Nō em̄ omnibus quæ gignere vel gigni dicimus, eadem secundum vsum loquendi germanitatis vocabula attribuimus. cum homo hominem gignit, hunc parentem, illum prolem norma loquendi dicere consueuit : arbor ramum gignere dicitur: nec tamen arbor parens: nec ramus proles illius nominatur. & infra. Generatio autem quando large accipitur nihil aliud videtur esse q̄ productio existentis de existente secundum naturæ operationem. Quædam autem naturalis productio prædicta germanitatis nomina suscepit ; quædam omnino non suscepit. Quoniam igitur

spiritus sancti productio talis non est vt debeat dici filius, merito non dicitur genitus. Sed quia ei⁹ processio secundum naturæ productionem est, non debuit dici ingenitus: ne in hoc naturalem originem habuisse negetur. Rationabiliter genitus nõ dicitur, ne qui non est filius, filius esse credat. Item cap.xviii. Generatiõis significationem modo extendimus, modo restringimus. Quod auté in hoc dictum est de generatione, idem dicimus & de processione. Quod enim dicimus procedere, non vbiq; solemus vniformiter accipere: quantum ad generalem autem acceptionem, idem videt esse gigni, q̃d existens de existente secundum naturalem operationem produci. Secundum hanc acceptionem solus pater ingenitus dicitur: spiritus sanctus ingenitus esse negatur. Ecce ꝙ innuit ꝙ secundum hanc acceptionem spiritus sanctus potest dici genitus: sed non dicitur, ne filius esse credat. Sed si ita esset, nõ distingueretur spiratio a generatione, nisi sicut vnus modus generandi ab alio, secundum ꝙ videtur dicere cap.xvi. Alius (inquit) est modus procedẽdi filii de patre suo, ali⁹ nepotis ab auo suo: alius pronepotis ab atauo suo. Inter quos (vt continuo subdit) constat locũ primum & principaliorem esse illum qui est filii a patre. Ex generatione ꝓcedere, idem videtur q̃d in procedendo principalem procedendi modum habere. Sine generatione procedere, idem videtur esse q̃d in procedẽdo principalẽ procedẽdi modum omnino non habere. Et sic spiritus sanctus procederet per generationẽ a patre sicut nepos ab auo, inquantum procedit a patre mediãte filio: & quo ad hoc non secundum principalem modum naturę & generationis. Nihilominus tamẽ inquãtum immediate procedit a patre, supponendo tñ generationem filii, procederet vere per generationem sicut filius secundo genitus ab homine, esto tamen ꝙ non posset generari ab illo nisi altero prius genito. Et esset distinctio diuinarum ꝓductionum in solo modo procedendi primo vel secundo, mediate vel immediate: nullo autem modo ex parte radicis & virtutis elicitiuæ. In quo mihi videtur Ricar. valde inconuenienter sensisse si sic sensit. Propter quod non mihi videtur in hoc aliquatenus sustinendus nisi exponendo ipsum ꝙ intelligat operationẽ naturę a natura quarto mõ dicta, quando operatio est secundum incommutabilem necessitatem. Vt secundum hoc generatio large accepta nihil aliud sit q̃ productio existentis de existente secundum naturæ operationem: in quo conueniunt generatio & spiratio, vt dictum est: & præter hoc generatio stricte accepta sit illa in q̃ principium elicitiuum est natura secundo modo accepta: quæ omnino differt a spiratione: nec spiratio vllo modo potest dici generatio talis, vt patet ex prædictis. Et secundum hoc spiritus sanctus ingenitus nõ dicitur, nõ ne negetur naturalẽ originẽ habuisse, nõ ne bñ neget naturalẽ originẽ, scilicet ex principio elicitiuo quod est natura habuisse secundum prædicta: sed ingenitus non dicitur ne negetur omnino originem habuisse, vt patet ex supra determinatis de ingenito. ¶ Vnde ex iã dictis elicienda est vera differentia inter dictas duas emanationes: super qua Augustin⁹ mouet q̃stionem.ix. de trinitate cap.xii. dicẽs. Cur mẽs notitiam suam gignit cum se nouit: & amorem suũ nõ gignit cum se amat? Nam si propterea notionis suæ causa est: quia noscibilis est: amoris etiam sui causa est: quia amabilis est. Cur itaq; non vtrunq; gignit difficile est dicere. Hæc autem quęstio de summa trinitate solet mouere homines cur nõ spiritus sanct⁹ quoq; a deo patre genitus creditur vt filius etiam & ipse dicatur. & infra. Quod ergo cognoscit se, prolem sibi notitiam gignit. Quid ergo de amore dicendum est? cur non etiam cum se amat, ipsum quoq; amorem suum genuisse videatur? Et respondet ibidem licet non sufficienter, vt arbitror: quia inferius respõsionẽ complet, vt iam videbit. Respõdet ergo subdens. Sed nõ ideo recte dr̃ genitus ab eo sicut notitia sua qua se nouit: q̃a q̃d notitia iam inuentum est, partum vel repertum dicitur. Quæ autẽ reperiũtur quasi pariuntur: vnde proli similia sunt. vbi, nisi in ipsa notitia? ibi enim quasi expressa formantur. Sed cum (vt dicit lib.x. cap.vii.) inuenire est in id q̃d quęritur venire: propterea quæ quasi vltro in mentem veniunt, non vsitate dicuntur inuenta q̃uis cognita dici possint: quia non in ea quęrendo tendebamus vt in ea venirem⁹. Et (vt dicit lib.ix. ca. iã dicto scilicet.xii.) sępe præcedit inq̃sitio eo fine quietat. Nã inquisitio est appetit⁹ inueniendi, q̃d idem valet si dicas reperiendi. Et (vt dicit in eodẽ. ca. ix.) inardescit atq; ægrotat animus indigentia donec ad ea perueniat & quasi pariat. Vnde eleganter in latina lingua parta dicuntur & reperta atq; comperta: quæ verba quasi a partu dicta resonant. Clarũ est & manifestũ ꝙ secundum hunc modum in diuinis non potest dici ꝙ notitia sit genita potius q̃ amor: quia ipsa scilicet notitia in diuinis non habetur per inquisitionem & appetitum inueniendi quod quęritur, vt in eo appetitus quiescat: sed vltro venit in mentem: quia naturaliter secundum prædicta. Vnde secundum illum modum appellare notitiam partum & prolem non habet locum nisi in verbo nostro vbi aliquid est cognoscibile prius q̃ cognitum. Nam (vt dicit in prædicto cap. duodecimo) etsi iam erant res quas quærendo inuenimus, notitia tamen ipsa non erat: quam sicut prolem nascentem deputamus. Nam appetitus ille qui est in quærendo

B

procedit a quęrēte,& pendet:nec requiescit nisi id quod quęrit̃ inuētū quærenti copulet̃. Vñ in talibus(secundum q sequit̃)partū mentis antecedit appetitus qdā:quo idē qđ nosse volum⁹ quęrēdo & inueniēdo nascatur ples ipsa notitia. Et manifestū est q tale quid in partu diuinæ notitiæ q̃ verbum est, poni non potest:nec hoc modo cum generatione diuina concurrit cum natura voluntas siue appetitus:sed solum modo prædeterminato. Propter qđ Augustinus videns q non satisfecit quęstioni per illa quibus respondit ad eam in lib.xi.resumit eandem & insinuat eiusdem difficultatem lib.xv.cap.xxvii.dicēs. In illa trinitate difficillimū est generationem a processione distinguere. Et anteq̃ insinuet veram illarum processionum distinctionem, primo reuertitur ad tacta lib. ix. q sanctus spiritus non dicitur filius aut genitus: ostendendo inconueniens esse q spiritus sanctus dicitur genitus aut filius, subdens. Vtcunq etiam illud intelligit̃ cur non dicatur nat⁹ esse:sed etiam procedere spiritus sanctus:quoniam si & ipse filius diceretur, amborum vtiq diceret̃ qđ absurdissimū est. Et dicit q hoc debet interim sufficere,& credi potius qđ i sacris literis de hoc inuenitur, q̃ poscere liquidissimam rationem reddi, q̃ ab humana mēte infirma non capitur nisi in luce æterna. secūdum q subditur. Attolle oculos ad istam lucem,& eos in ea fige si potes. Sic eñ videbis quid distat natiuitas verbi dei a processione doni dei. Propter qđ filius vnigenitus non de patre genitum(alioquin frater eius esset)sed procedere dixit spiritum sanctū. Vnde cum sit cōmunio quædam consubstantialis patris & filii, amborū spiritus nō amborum(qđ absit)dictus est filius.

C Vnde quia per prædicta non sufficienter distinguit generationem & spirationem, in fine cap. breuiter innuit verami distinctionem inter illa ex differentia modorum emanandi secundum principia elicitiua diuersa, vt supra determinatū est, dicens. Quando qđ scimus dicimus, ex illo qđ nouimus cognitio nostra formatur:fitq in acie cogitantis imago simillima cognitioni ei⁹ quā memoria continebat, ista duo. s. velut parentem & prolem tertia voluntate siue dilectione iūgente. Quā quidem voluntatem de cognitione procedere dicim⁹:nemo eñ vult qđ omnino quid vel quale sit nescit:non tñ esse cognitionis imaginem:& ideo quandam in hac re intelligibili natiuitatis & processionis insinuari distantiam. Quæ reuera plane insinuatur in imagine sua quæ est in mente nostra, licet nō explicat̃ in dicto Augustini. Cū eñ dicit̃, Ex eo qđ nouim⁹ cognitio nostra format̃:& fit in acie cogitantis imago cognitionis vnde formatur: & licet de nostra cognitione amor procedit:non tñ est imago cognitionis a qua procedit:& similiter cum deus pater nouit se formaliter intelligentia sua:& fit in acie intelligentię paternę imago simillima notitiæ vnde formatur, quæ verbum est:& notitia declaratiua:de vtraq autem notitia procedit amor qui spiritus sanctus est,& tñ notitiæ de qua pcedit imago nō est:Per hęc nihil aliud dicitur q̃ qđ secūdū pdeterminata inuestigauimus. Processio enim filii quia habet esse per informationem & impressionem formę eius a quo pcedit in id de quo producit: & p hoc procedit modo actionis naturæ producentis simile & secūdū rationem assimilantis:idcirco procedens fili⁹ est & imago & character aut figura. Processio aūt spiritus sancti quia habet esse per expressionem & expulsionem de illo de quo producitur:propter qđ non procedit modo actionis naturæ elicientis, neq vt simile, neq secundum rationem assimilantis

D q̃q̃ ipse pcedens sit similis:nō est similitudo, imago, aut character. Et per hoc pcessio vna differt ab alia in.v.& ex parte rationis elicitiuę primo, quia hic est natura, ibi vero voluntas: & ex parte eliciētis secundo, quia hic est eliciens intellectus informatus notitia simplici sup quā fit cōuersio, ibi voluntas cōuersa sup volūtatē informatā amore simplici:& ex parte subiecti de quo, tertio:quia hic de itellectu cōuerso nudo, ibi vero de amore simplici,& informata volūtate p illū:& ex pte modi eliciēdi quarto, quia hic fit per impressionem, ibi per expulsionem:& ex parte procedentium quinto, qa ille procedit vt imago & filius, iste vero nequaq̃. Vnde non est distinctio productionum ex parte pductorum tm̃. Ex hoc patet q vnus procedit immediate tm̃ ab vno: & alter non tm̃ ab illo immediate:sed etiam ab alio, secundum q declarat Ricard⁹. vi. de trinitate cap. vi. Hoc enim solum facit q vna est secundum principaliorem modum naturæ q̃ alia. Principalior enim & primus ordo naturæ est inter patrem & filium:non principalis autē & secundarius est inter spirantes & spiratum.

E Sed non ex hoc solo vna esset principalior causa q̃ altera:si vtrobiq principium elicitiuum esset natura:cum eñ ratio naturæ est producere per impressionem & informationem:& ita p assimilationem:tunc non solum filius diceret̃ filius, imago,& similitudo: sed etiā spirit⁹ sanctus. Nō eñ ex hoc est filius q procedit ex vno solo immediate. Dato enim per impossibile q spiritus procederet ex solo patre immediate & ęque primo cum filio:non tamen spiritus sanctus esset filius aut imago:cum tamen ex hoc solo ponit filium esse filium, non autem spiritum sanctum esse filium. ca. xvi. Et cap. xi. ex hoc solo ponit filium esse imaginem non spiritum sanctum: quia scilicet plenitudo diuinitatis sicut a patre manat in alium, sic & a filio. De spiritu sancto autem in nullum

manat. Secundum hęc etiam non eſſet filius perfecta imago & ſimilitudo patris. Non enī per oēm modum manat cōſimiliter plenitudo diuinitatis a patre & filio. A patre manat in ipſum filium & etiam in ſpiritum ſanctum: a filio autem in ſpiritū ſanctum tm̄: & cum hoc a filio manat in ſpiritū ſanctum immediate tm̄: a patre aūt & immediate & mediate: & iterū ꝙ a patre manat, hoc a ſe habet & non ab alio: ꝙ vero manat a filio, hoc non habet filius a ſe ſed ab alio. F

¶ Ad illud ergo qđ arguitur primo: ꝙ actionis quæ eſt in aliquid ad producendū de illo ſimile in forma producenti, principium eſt natura non voluntas &c. Dicendū ꝙ tam ſpiratio quæ eſt modo voluntatis q̄ generatio quę eſt modo naturę, ſecundū prędicta eſt productio alicuius de aliquo vt de ſubiecto, & ſimilis producenti: ſed aliter in ſpiratione, aliter vero in generatione. De aliquo enī aliquid ſimile in forma producitur non ſolum imprimendo, qđ fit in generatione modo naturę, vbi illud de quo, ſe habet in ratione ſubiecti in qđ aliquid recipit̄ & reſpectu agentis & reſpectu eius qđ habet eſſe de illo, quia filius eſt verbum impſſum menti paternę, ſed etiam exprimēdo, qđ fit in ſpiratione modo volūtatis: vbi illud de quo, ſe habet in ratione ſubiecti in qđ aliquid recipitur reſpectu agentis vt eius actio ſiue actio productionis eius: ſed nō reſpectu eius qui de ipſo exprimit̄. Quia ſpiritus ſanctus eſt amor expreſſus de amore eſſentiali exiſtente in volūtate patris & filii, ſecundum præexpoſitum modum. Et poteſt aſſignari ſimile de forma impreſſa & expreſſa. Si enim pellis tenuis mollis & receptibilis impreſſionis applicetur vndiꝙ faciei hominis, & quo ad ſuperficiem interiorem, & quo ad ſuperficiem exteriorem, & ſtatim remota indureſcat: & retineat figuram faciei & interius & exterius: ſicut dicitur retinuiſſe Veronica faciei Chriſti applicata: figura ſiue forma faciei in interiori ſuperficie, ſcilicet concaua illius pellis, eſſet impreſſa in pelle. Illa vero quę eſſet in exteriori ſuperficie, ſcilicet conuexa: eſſet expreſſa de pelle. Vnde ſuper illud Pſal. lxvii. Vt excludant eos qui probati ſunt argento: dicit Augu. Excludantur dictum eſt appareant emineant. Vnde & in arte argentaria excluſores dicuntur qui de confuſione maſſæ nouerunt formam vaſis exprimere, ſecūdum ꝙ hoc patet in ſcyphis Turonis factis. Vtrum autē in filio ſit alia ſimilitudo ſibi ratione qua ſolus eſt imago, vt ſecundum hoc proprium ſit ei produci vt ſimile, ſermo erit īferius. Vnde qđ dicit Aug. ix. de Trinita. cap. xii. ꝙ proles in notitia expreſſa formatur, vt habitum eſt iam ſupra, ibi ſumit expreſſionē pro perfecta ratione aſſimilationis ipſius producti ad producentem. Hic autē accepimus expreſſionem pro modo producendi de aliquo ipſum productū quo ſpiritus ſanctus producitur non filius. ¶ Ad ſecundū: ꝙ actio cuius ratio eliciendi eſt voluntas terminū pręſupponit in cognitione &c. Dicendū ꝙ aliquid ante actionē volūtatis poteſt pſupponi in cognitiōe dupliciter: vel ſcđm ſuū pfectū eſſe: vel ſcđm ſuū impfectū eſſe, vel quaſi. Primo modo pſupponit volūtas in cognitione oē qđ p ipſā pducit̄ vt eſt libera arbitrio, ſicut artificialia in nobis & creaturę in deo, & ſiliter oē in qđ fert̄ amore abſꝙ eo ꝙ ſit pductū ab ipſo. & hoc ſiue ferat̄ in illđ libero arbitrio: quēadmodū volūtas noſtra fert̄ in aliud bonū a ſūmo, ſiue ferat̄ in illud libere & immutabili neceſſitate, ſicut fert̄ volūtas noſtra in ſummū bonū. Secūdo modo in diuinis volūtas & ſimiliter in nobis pręſupponit in cognitione productum a ſe. Si enī voluntas producit in ſe amorem incentiuum de amore ſimplici habito de aliquo amato, non oportet ꝙ ſecundū ſuum perfectū eſſe amor ille incētiuus pſupponat̄ in cognitione, ſed ſufficit ꝙ pręſupponatur amor ſimpliciter, quo voluntas excitata & conuerſa de illo producit amorē incentiuū non cognitū ſcđm eſſe tale prius q̄ pducatur. Et cōſimiliter circa productionē voluntaris diuinę in cognitiōe ſupponitur cognitio amoris ſimplicis eſſentialis, & in illo amore ſimplici eſſentiali cognoſcunt quodammodo ipſum amorē procedentem, ſcilicet vt principiatum in ſuo principio de quo principiatur, ſecundū modum prædictum. Scđm hoc enī intelligit̄ dictū Auguſt. iam ſupra. Nemo vult qđ oīno quid ſit vel quale ne ſcit. hoc eſt nullo modo ſcit. vult tn̄ bene qđ non perfecte nouit: aliter enī non moueret intellectum voluntas ad quęrēdum illius notitiā. Et loquitur ibi Aug. de ſpiritu ſancto qui procedit de cognoſcente, de quo tamen vt eſt amor procedens non habetur cognitio niſi annexa & concomitans, vt dictum eſt ſupra. ¶ Ad tertium, ꝙ ſpiritus ſanctus emanat vt amor de notitia, & ita de eo qđ ſe tenet ex parte intellectus: Dicendū ꝙ verum eſt ſecundū Augu. xv. de Trinita. cap. xxvii. vt iam habitum eſt ſupra. Sed de notitia ſiue de mente aut intelligentia aut memoria poteſt intelligi ſpiritus ſanctus procedere vt mens, intelligentia, aut memoria, eſt notitia quædam, & ſic de intelligente vt eſt intelligens, vel vt cum illis habet eſſe eſſentialis voluntas conuerſa ſecundum modum prædictum, & ſic intelligatur procedere de intelligente vt eſt volens. Et iſto ſecūdo modo procedit ſpiritus ſanct⁹ de notitia & mēte ſiue de intelligentia & memoria ſiue de patre & filio vt ſunt notitia ſimpliciter & notitia de notitia, ſed hoc non inquantū ſunt notitia ſed inquantū ſunt amor, ſecūdū ꝙ de hoc amplius erit ſermo inferius. ¶ Ad quartū, ꝙ intellectus nō eſt elicitiuus actus dicēdi ſiue

Ad primū principale

G Ad ſecundū

H Ad tertiū

I Ad quartū

Ad tertiū. respectu ad aliquod principiū determinatū: Dico ꝙ quādoq; verum est ꝙ ordo aliquorū inter se accipitur in respectu ad aliquod principiū ad qđ ambo ordinantur: puta in tempore ꝑterito & futuro est ordo inter præterita inter se, & similiter inter futura inter se respectu præsentis. Pręteritū enī ē prius qđ est remotius a ꝓsenti, & posterius qđ ē ꝓximi⁹ ꝓsenti. Econtrario autē futurū est prius qđ est proximius ꝓsenti: posterius autem qđ est remotius a ꝓsenti. Illud tamē non semper est necessarium: bene enim cōtingit aliqua esse ordinata inter se: nō tñ in respectu ad aliquod tertium: puta duo indiuidua sub eadem specie: quorum vnū est ab altero, vt filius a patre: quæ vt comparātur ad tertium, puta ad illam speciem, in respectu illius nullū habent ordinem omnino, sicut dictum est. Et sic est in diuinis absq; comparatione ad tertium inter tres personas: & similiter inter earū emanationes. Nisi velimus dicere ꝙ emanationes ordinem habent inter se, & hoc respectu patris qui est principium & origo ambarum emanationū Q̄ꝛq̄ enim spiratio actiua sit in respectu ad duo, quia ꝓcedit a patre & filio: hoc tñ est per reductionem vnius illorum ad alterum: quia ꝙ filius habet vim spiratiuam illam habet a patre.
E ¶Qꝫ arguitur ꝙ generatio & spiratio nullum respectum habent inter se: quia non sunt relatiua: Dicendum scđm prædicta ꝙ non omnis respectus ponit relationem qua respectus habētes relatiue dicūtur inter se. Vel possumus dicere ꝙ scđm modum quo est ordo generationis ad spirationem, & hoc ab hoc: eodem modo est relatio inter illa: sed innominata sunt extrema eius: sicut & relationis inter patrem & filium essent extrema innominata si non essent imposita hæc omnia, pater & filius, generans & genitus: & reduceretur illa relatio ad tertium genus relationis quod est in actiuis & passiuis: ad quod ꝑtinet relatio inter patrem & filium. Sed relatio illa quantum est ex parte generationis non est alia scđm rem a relatione quæ est inter patrem & filium: sicut nec alia actione foecundatur voluntas ad actum spirandi q̄ qua generatur filius, nec alia est actio qua ꝓducitur spiritus sanctus q̄ spiratio actiua. vt non oporteat ponere plures q̄ quatuor relationes reales esse notionales. Et scđm hoc generatio & spiratio non solum distinguuntur vt relationes disparatę: sed quoquo modo vt relatiue oppositę,

¶Ad quartum, q generare & spirare nõ distinguuntur naturaliter: & ideo nec habent ordinem naturæ: quia ambo sunt in eodem: & ita idem re: Dico q argumentum hoc pcedit scdm illos qui posuit q quiditas relationis & distinctio nõ est nisi in ordine & ex ordine ad alterum ad qd relatiue dicitur. Qui etiam dicunt q non est distinctio inter relationes disparatas: sed solum inter relatiue oppositas: ita q si nõ consideretur relatio in ordine ad illud sed ad aliud, nõ distinguitur ab illo scdm rem & proprietatem suam: qualis est consideratio spirationis actiuæ ad generationem: quia sunt in eodem. Sed ponendo q relatio quiditatem habet a fundamento absq operatione rationis: licet non sine opposito & respectu ad illud: non pcedit argumētū. qa relationes ad diuersa opposita ex hoc solo q in eodē fundantur diuersimode, sicut dominiū & paternitas fundantur in eodē in ordine ad diuersa opposita, bene distinguūtur inter se vt disparata, quia vna comparatio nõ aufert aliam. Et sic licet in eodem sint generatio & spiratio: & ad diuersa opposita inter se: tamē bene possunt esse re distincta naturaliter & realiter vt disparata: & per hoc esse ordo naturæ inter illa: sed non ex hoc quia sunt disparata & ad diuersa opposita: sed quia vnū eorum quoquo modo habet esse ab altero. & per hoc habēt quoquo modo relationem licet innominata inter se: quę tamen non distinguitur ex vna parte a relatione quę est inter generare & generari: & ex alia parte quæ est inter spirare & spirari, sicut dictum est. F Ad quartū

¶Ad quintum q accidit generanti & generato spirare: ergo ordo per accidēs solūmodo est inter prędicta: & non ordo naturæ: licet non est per accidens: Dico q tam patri q̄ filio non accidit generare aut generari: immo est necessarium & naturale scdm pdicta. Et non est simile de hoie generante absq eo q generatus: quia etsi non potest esse generatus, est tñ creatus aut factus, & ab alio in esse pductus: qd gñari appellam⁹ quoquo mõ. Et sic nõ solū filio i diuinis necessariū est prius gñari si debeat spirare: sed etiā cuicūq habēti eē ab alio necesse est gñari quoquo mõ vt generet. Silr non est sile de artifice & deo patre: quia artifex non habet vim artis ad producēdum artificium ex eo q generaretur, sicut habet deus pater, scdm iam dicta. G Ad quintū

¶Qd dicit primo arguendo in oppositū: q inter mediatū & imediatū necessarius est ordo &c. Dico ad intellectum non ad dissolutionem rõnis, q in emanationibus i diuinis dupliciter habet mediatū & imediatū. Vno mõ inter psonas pducentes, quia spiritus sanctus imediate pcedit a patre & a filio: & etiam mediante filio inquantum vim spiratiuam habet a patre, de quo non pcedit argumentum. Alio aūt modo inter ipsas emanationes in ordine ad psonas a qbus pcedūt emanationes, de qua mediatione procedit argumentū. Spiratio em̄ pcedit a patre & filio mediante generatione actiua & passiua. ¶Alia autem duo argumenta bene & clare procedunt. H Ad argu. in opposit.

Irca quartum arguitur q generatio non sit principalior productio q̄ sit spiratio: sed potius econtrario, Primo sic. illa est principalior quæ procedit a potentia siue virtute principaliore. quia sicut se habet potentia ad potētiam in principalitate & aliis conditionibus, sic actus ad actū. sicut enim visus principalior siue nobilior sensus est: sic & actus eius q est videre, nobilior siue pricipalior actus sentiēdi est. quare cum volūtas est vis siue potētia principalior q̄ intellectus: qa dñiū habet in nobis super intellectū vt alibi scpi⁹ declarauim⁹: ergo in deo ēt actus volūtatis cuiusmodi est pductio q̄ est spiratio, pricipalior ē q̄ act⁹ itellect⁹ cuiusmodi est gñatio. ¶Scdo sic. illa pductio ē pricipalior p quā adipiscit maior pfectio: qa act⁹ determinant p obiecta. sed maior est pfectio q̄ volūtas sua pductione pficit i amore pcedēte, q̄ qua itellectus pficit i notitia pcedēte. qa p amorē amās couertit i amatū: p notitiā vero noscēs solū cognito iformat, vt alibi declarauim⁹. ergo &c. ¶In cõtrariū est Ric. cū dicit q fili⁹ pcedit scdm modum principaliorem, vt habitū est supra. Procedit autē scdm generationē. ergo &c. I Quest.IIII. Arg. In opposit.

¶Dico in diuinis de principalitate esse sentiendum sicut & de auctoritate & de maioritate. hęc enim fundantur super rationem principii siue primitatis in originando: & ob hoc auctoritas attribuitur patri respectu filii: & similiter principalitas atq maioritas. Principalitas autē auctoritas, & maioritas cõueniūt deo respectu creaturæ rõne respect⁹ siue relationis scdm rationem: respectu vero personarum diuinarum inter se deo cõueniūt ratione respectus realis. Licet enim in deo magnitudo non nisi substantiā absolutam & absolute significet: tamen q scdm Hilarium pater dicitur maior esse filio, hoc non dicitur nisi ratione relationis. Dicitur enim scdm Hilarium & Damascenū maior filio etiam non habendo respectum ad humanitatē filii: & hoc quia pater ipse habet in se vim principiandi filium. Et per hoc etiam habet principalitatem & auctoritatem respectu filii. dicente Damasceno de maioritate patris lib. primo. ca. ix. Cum audimus maiorem filio patrem, causam intelligimus, vbi accipit Damascenus nomē cau K Responsio.

sæ pro nomine originis siue principii, secundum quod se exponit parum ante dicens sic. Neque secundum aliud: hoc est quam quoniam filius ex patre genitus est. Et secundum hunc modum etiam cum audimus auctorem filii patrem, vel principalem personam in diuinis esse patrem, causam intelligamus: quia scilicet filius est ex patre. Et per aliqualem consimilem modum in proposito: quia vis spira-

L tiua quoquo modo ortum habet a vi generatiua, quantum ordine quodam naturæ genera- tio quasi prævia est ad spirationem secundum modum iam supra expositum: Dico quod principalior productio in diuinis est generatio quam spiratio, quia scilicet per actum generationis quasi præuium habet pater quod possit spirare secundum modum præexpositum: & etiam ipsi filio vim suam spiratiuam generando cōmunicat. Propter quod etiam pater dicitur principaliter spirare spiritū sanctum, vt habitum est supra. Sed hoc non inquantum immediate spirat: & filius æque immediate cum ipso: quia vna & eadem vi spirant: sed inquantum pater spirat mediante filio: eo quod filius habet per sui generationem a patre etiam vim spiratiuam ab illo. Et secundum hoc con cedenda est ratio pro hac parte adducta: quamuis Ricardus non dicat simpliciter quod filius procedit secundum principaliorem modum quam spiritus sanctus: sed quod procedat secundum principaliorem modū naturæ. Alia enim ratione dicitur generatio principalior productio simpliciter quam spiratio, quod iam expositum est hic. Alia vero ratione dicitur filius procedere secundum principaliorem modum naturæ: quod satis expositum est supra.

M Ad primū princip. ¶ Ad primum in oppositum quod voluntas est principalior vis quam sit intellectus: quare & actus voluntatis & eius productio quæ est spiratio, principalior est quam sit actus siue productio intellectus quæ est generatio: Dico quod duplex est actus siue actio intellectus & volūtatis. Quædā naturalis: quæ dicitur operatio, vt intelligere & velle. Quędam vero notionalis, quæ dicitur productio: vt sunt generare siue dicere ex parte intellectus: & spirare siue flagrare ex parte voluntatis. Et multum differunt inter se ista duo genera actionum: quoniam operatio quæ est actio essentialis vt intelligere & velle, causantur a nuda potentia & vi intellectus & voluntatis in ipso intellectu & voluntate a quibus causantur: licet differenter ab intellectu & a volūtate. Quia ab intellectu in seipso causatur operatio vitalis quæ est intelligere in virtute obiecti coagentis cum intellectu & mouentis ipsum vt agens & mouens primum: eo quod intellectus est vis passiua: & nihil agit nisi passa prius. A voluntate autem in seipsa causatur operatio vitalis quæ est velle, nō in virtute obiecti coagentis cum voluntate & mouentis ipsam: sed solummodo assistē te præsentia obiecti in intellectu: eo quod voluntas non est passiua ab alio, & agit non passa ab alio ad præsentiam solam obiecti. Operatio autem quæ est actio notionalis, vt generare siue dicere & spirare siue flagrare, causantur contrario modo ex parte intellectus & voluntatis. Ex parte enim intellectus causatur a notitia simplici in intellectu nudo conuerso supra se & supra notitiam suam simplicem. ita quod intellectus informatus notitia simplici est principiū actiuū & eliciriuū actus notionalis intellectus. Ipse autem intellectus nudus cōuersus nō est nisi principiū quasi passiuū: de quo quasi de materiali producitur verbū quasi per impressionē. Ex parte autē voluntatis causatur actio notionalis ab ipsa voluntate nuda conuersa supra se & supra suū amorem simplicem in ipsam voluntatem informatam amore simplici: ita quod voluntas nuda cōuersa est principium actiuū & eliciriuū actus notionalis voluntatis. Ipsa vero voluntas informata amore simplici nō est nisi principium quasi passiuū: de quo quasi de materiali producitur spiritus sanctus quasi per quandam exclusionē, secundum quod hęc superius amplius sunt exposita. Comparando igitur intellectū & voluntatē penes principalitatē inter se: Dico quod si cōsiderentur in ordine ad actus suos essentiales: semper principalior vis est volūtas quam intellectus: eo quod nullo modo est passiua respectu sui actus essentialis, sed pure actiua a nullo depēdēs, neque ab intellectus notitia nisi sicut a causa sine qua nō. Vis autem intellectus respectu sui actus essentialis potius est passiua quam actiua: quia nō actiua, nisi quia prius passiua, vt dictū est. Et quo ad exercitiū talis actus intellectus volūtas habet merū imperiū super intellectū: licet non quo ad determinationē primi actus intelligendi qui occurrit, sicut cōtingit ab obiecto, secundum quod in .xii. Quolibet satis declaraui. Si vero cōsiderentur intellectus & volūtas in ordine ad actus suos notionales: Dico quod simpliciter principalior vis est intellectus quam volūtas: eo quod intellectus informatus notitia simplici pure actus est, & qui vt agat in intellectū cōuersum qui est suū propriū passibile, a nullo depēdet: sed a seipso omnino propter perfectā fœcunditatē naturalē impetu eliciendi actū notionalē in intellectū nudum cōuersum & producēdū de ipso verbū. Volūtas autem nuda cōuersa licet sit pure actiua: & a nullo passiua vt dictū est: tamen secundum iā dicta vt agat in volūtatē informatā amore simplici qui est eius propriū quasi passibile, quasi dependet ab actione notionali intellectus, vt ipsa fœcundetur ad eliciendum suū

actum notionalem: vel saltem vt sine qua praeuia non poteſt voluntas ſuum actum notionalem elicere. Et ſic licet reſpectu vtriuſq; generis actionis actio intellectus ſemper neceſſario ſit prę̃uia vt cauſa ſine qua non ad actionem voluntatis: reſpectu tamen actus eſſentialis principalior potentia eſt voluntas q̃ intellectus: & ſimiliter productus actione voluntatis q̃ productus actione intellectus etiam ſi vna illarum procederet ab altera: eo q intellectus plus paſſiuus eſt q̃ actiuus reſpectu talis actus: voluntas autem pure actiua, & hoc pura libertate non impetu naturali in eliciendo. Reſpectu autem actus notionalis principalior potentia eſt intellectus q̃ voluntas: & ſimiliter actio notionalis intellectus q̃ actio notionalis volũtatis in diuinis: eo q reſpectu talis actus aeque pure actus eſt intellectus informatus notitia ſimplici in diuinis vt voluntas nuda. Et in tali actione ſua a nullo ibi dependet intellectus: quẽadmodũ quaſi dependet voluntas ab intellectu: maxime ponendo ſcdm veritatem catholicam ſpiritum ſanctum procedere non niſi a concordi volũtate patris & filii: ſicut patet ex iam dictis. In nobis autem etiam reſpectu actus quaſi notionalis quo cõcipimus verbum per intellectum, & flagramus amorem incentiuum per voluntatem, omnino voluntas eſt etiam principalior: quia quo ad hunc actum etiã in nobis nihil poſitiue habet voluntas ab intellectu ſicut habet intellectus a voluntate: q̃a hũc actũ intellectus habet voluntas imperare, & ab ipſo ſi vult retrahere. ¶ Ad ſecundũ: q per productionem quae eſt ſpiratio, maior adipiſcitur perfectio: ergo &c. Dico q in diuinis ſcdm rem & ſubſtãtiam non ſunt magis & minus: licet poſſunt eſſe ratione modi perficiendi: qui in creaturis bene ponit maiorem & minorem perfectionem ſcdm rem. Vnde in diuinis ſcdm rem non eſt maior perfectio qua voluntas perficitur in amore, q̃ qua intellectus perficitur in cognitione, vt procedit obiectio. Quia tamen in creaturis eſt maior perfectio ſecundum rem qua voluntas perficitur in amore, q̃ qua intellectus perficitur in cognitione: bene poteſt in diuinis modum maioris perfectionis ſecundum rationem intelligendi habere voluntas in amore q̃ intellectus in cognitione. Et eſt diſtinguendum de amore & cognitione: quia poſſunt conſiderari in ordine ad terminũ ſiue obiectum amatum aut cognitum: & in ordine ad principium elicitiuum qđ eſt amans & intelligens. Eſt etiam aduertendum q circa adeptionem perfectionis duo conſiderãtur, ſcilicet ipſa perfectio adeptiua, quae per ſe reſpicit ordinem ad terminũ: & modus adipiſcendi illam: qui per ſe reſpicit elicitiuum principium. Licet ergo quantum eſt de ratione perfectionis adeptę maior perfectio adipiſcatur per productionem amoris q̃ cognitionis: eo q magis perficitur voluntas per amorem productum in ipſa q̃ intellectus p cognitionem productam in illo, vt procedit obiectio: quantum tamen eſt de ratione modi adipiſcendi illam perfectionem, perfectiori modo adipiſci poteſt perfectio cognitionis in intellectu q̃ amoris in voluntate. Et hoc vbi in eliciendo ſuam actionem qua adipiſcitur ſua perfectio, minus dependet ab alio intellectus q̃ voluntas. Nunc autem ita eſt in propoſito q licet voluntas in ſua actione eſſentiali qua adipiſcitur perfectionem ſcdm amorem eſſentialem, minus dependet ab alio q̃ intellectus in ſua actione eſſentiali qua adipiſcitur perfectionem ſcdm cognitionem eſſentialem: eo q intellectus non elicit illam actionem niſi paſſus ab obiecto: voluntas autem eam elicit non paſſa omnino: & ſic comparando intellectum & voluntatem inter ſe ſcdm perfectionem reſpectu eſſentialis amoris & cognitionis ſcdm vtrunq; dictorum ordinum, & ratione ipſius perfectionis adeptae, & etiam ratione modi adipiſcendi illam, principalior eſt actio voluntatis qua adipiſcitur perfectio eius ſecundum amorem: q̃ intellectus qua acquiritur perfectio eius ſecundum cognitionem: Voluntas tamen in ſua actione notionali qua adipiſcitur perfectionem ſecundum amorem notionalem, magis dependet ab alio q̃ intellectus in ſua actione notionali qua adipiſcitur perfectionem ſecundum cognitionem notionalem: eo q intellectus elicit illam actionem pure actiue abſq; omni alia actione prę̃uia. Voluntas autem etſi illam elicit pure actiue, non tamen ſine actione notionali intellectus prę̃uia vt dictum eſt iam. Et ideo comparando intellectum & volũtatem inter ſe ſcdm perfectionem notionalis amoris & cognitionis, licet rõne modi ipſi⁹ pfectionis adeptę pricipalior eſſet actio notionalis voluntatis q̃ intellectus: Modus enim eſt maioris perfectionis in deo diligere ſe q̃ cognoſcere ſe cum notionali dilectione & cognitione q̃ eſſentiali: ratione tñ modi adipiſcendi perfectionem, principalior eſt actio notionalis intellectus q̃ voluntatis. Modus enim perfectior eſt eliciendi actum notionalem intellectus abſq; omni dependentia ad actionem alterius, q̃ ſit modus eliciendi actũ notionalẽ volũtatis cũ dependẽtia vel quaſi ad actionẽ intellectus. Et hęc eſt pfectio q̃ p ſe reſpicit ipm actũ: quia p ſe eſt circa ipm. Pręcedẽs autẽ pfectio reſpicit ipſum per accidẽs: quia nõ eſt per ſe niſi circa ſubiectũ actionis. Propter qđ loq̃ndo de principalitate

N
Ad ſecũdũ

actuum simpliciter, principalior est actio notionalis intellectus q̃ volũtatis in diuinis. secus autem est in nobis, vt dictum est.

O
Quest. V.
Arg. 1.

Irca Quintum arguitur ꝙ actiua spiratio sit proprietas cõstitutiua personae Primo sic. non est minoris efficacię passio q̃ actio: quia quicquid in se cõtinet passio procedit ab actione. quare cum spiratio passiua sit proprietas constitutiua personae: ergo & consimiliter spiratio actiua. ¶Secundo sic. non est minoris efficacię in agendo apud deum voluntas q̃ natura: quia ambo sunt per se principia agendi. quare cũ natura in agendo actione quae est productio, illa constituit personam vt generatione actiua: consimiliter ergo & voluntas in agendo actione quae est productio, illa constituit personam vt spiratione actiua. ¶Contra est: ꝙ illa persona esset alia a persona patris & filii: quae tamen nec esset a patre nec a filio: sed a nulla omnino: sicut nec pater a qua eẽt spiritus sanctus ex parte voluntatis: sicut & filius a patre ex parte intellectus: & esset quaternitas personarum in diuinis: & duplex binarius personarum in connexarum scdm relationes: quarum duae non essent ab alia aut aliis omnino: & duae essent ab aliis a quibus nullę alię: & duę ex parte voluntatis, sicut sunt & duae ex parte intellectus: nec esset voluntas in illis quae sunt ex parte intellectus: nec intellectus in illis q̃ sunt ex pte voluntatis. nisi diceretur contra Augustinum. xiii. de Trinitate, ꝙ illae duae quae sunt ex parte intellectus, non tñ sibi sed aliis duabus intelligerẽt: & illę duę quae sunt ex parte voluntatis, non tñ sibi sed aliis duabus vellent: & illę quae sunt ex parte intellectus, nihil sibi aut aliis vellent: & similiter illę quae sunt ex parte voluntatis, nihil sibi aut aliis intelligerent: quod est contra fidem catholicam.

P
Responsio.

¶Dico: ꝙ differt dicere proprietatem aliquam esse proprietatem personae: & esse proprietatem constitutiuam psonae. Quia omnis proprietas constitutiua personae, etiã est ꝓprietas illius personae quam constituit: sed non econuerso omnis proprietas personae est constitutiua personae illius cuius est proprietas. Et etiam alio & alio modo est illa proprietas personae: & ista. Illa eñ quae est constitutiua personae est in persona: & aliquid personae: ad modum quo differentia est in specie aliquid ipsius speciei. & non solum dicitur proprietas personae: sed etiam dicitur ꝓprietas psonalis. Ista vero quae non est cõstitutiua psonę est in psona & aliquid ipsius personae ad modum quo proprium est in specie aliquid ipsius speciei, scilicet consequens ad ipsam iam constitutam in esse speciei per differentiam. Propter quod scdm Boethium proprium in creaturis est aduentitiae naturae: & manat de genere accidentium. Et ideo in diuinis talis proprietas licet dicatur proprietas personae: non tamen dicitur proprietas personalis & habet magis rationem aduentitii & accidentis respectu personae cuius est, q̃ proprietas illa quae est personalis: & hoc quia est personae iam constitutę in esse personae per aliam ꝓprietatem, vt inter istas duas ꝓprietates sit ordo quidam naturae scdm modũ supra expositũ. Quia igitur spiratio actiua non est nisi proprietas personae iam constitutę in esse personae per aliam proprietatem, puta paternitate scdm Graecos ponentes ꝙ solus pater spirat: vel potius etiam filiatione scdm latinos ponentes ꝙ ambo, scilicet pater & filius spirant: idcirco nullo modo spiratio actiua est vel potest esse proprietas constitutiua personae: aut oportet ponere ꝙ nec pater nec filius spirarent: sed solum illa persona constituta in esse personae per spirationem actiuam: sicut pater constituitur in esse personae per generationem actiuam. & sequerentur inconuenientia conclusa in tertia ratione. Et qđ amplius est, si per spirationem actiuam esset psona aliqua constituta, hoc non esset sub ratione eius qđ est spirare: sed potius sub ratione spirari, scdm tacta superius circa generare.

Q
Ad primũ princip.

¶Ad rationem primam in oppositum, ꝙ non est maioris efficacię spiratio passio q̃ spiratio actio, ergo &c. Dico ꝙ si spiratio passio est constitutiua psonae: non sic spiratio actio: hoc non facit efficacia aliqua quae maior sit in passione q̃ in actione. Sed hoc solũ facit conditio earũ, ꝙ scilicet spiratio actio quasi aduenit personae iam constitutae in esse personae: non sic autem spiratio passio. Spiratus enim nulla alia ratione subsistit, siue vt qui ab alio, siue vt a quo alius, q̃ spiratione passiua: spirans autem actiue non est nisi subsistens aut vt a quo alius alio modo sicut pater: aut vt qui ab alio sicut filius, vt iam videbitur. ¶Ad secundũ: ꝙ in deo non est minoris efficacię voluntas q̃ natura &c. Dico iuxta id quod iam dictum est, ꝙ si actio notionalis voluntatis non constituit sic psonam sicut naturę, hoc non facit aliqua maior efficacia in agendo naturae q̃ voluntatis: sed conditio, eo scilicet ꝙ voluntas in deo non est elicitiua

R
Ad secũdũ

actionis notionalis nisi quasi pręuia ordine quodam naturę actione notionali naturæ ex parte in-
tellectus,sicut patet ex prędictis.Quod etiam amplius declaratur,siue actio notionalis voluntatis
ponatur secundú gręcos elici a solo patre,siue communiter a patre & filio, licet quoquo modo ali
ter & aliter,hoc modo.Quia enim (vt sępius dictum est supra) scd̃m Augustinum, nihil potest
voluntas velle nisi cognitum, ordo semper aliquis est inter actum intelligendi quo fit aliquid co-
gnitum,& actum volendi, etsi non scd̃m prius & posterius, tamen scd̃m primum & secundum:
vt semper actus intellectus sit primus, & actus voluntatis secundus : & hoc vel scd̃m rationem
& ordinem rationis,vel secundum rem & naturam atq; ordinem naturæ: vt si actus intelligendi
essentialis sit in prio signo aliquo,in a.actus volẽdi erit in scd̃o aliquo signo alio,puta in b.sed hoc
ordine quodã rõnis inter actus itellect⁹ & volũtatis essentiales.Nũc aũt ita est ꝙ intellectus vt na S
turalis est,siue vt est natura,cum est in suo actu intelligẽdi essentiali qui est intelligere in signo a.
statim cõuertit se supra se:& hoc non in eo signo quod est a.sed in alio, scilicet in b.vt simul in eo
signo scilicet b.quod secundum rationem est secundum ab a. voluntas elicit suum actum volen-
di essentialem: & intellectus existens in suo actu intelligendi essentiali conuertit se supra se,& in-
quãtum est informatus notitia essentiali est foecundus actiue ad eliciendum actum suum notio-
nalem qui est generare siue dicere.Inquãtum est intellectus purus conuersus,est foecundus passi-
ue vt de ipso producatur filius siue verbum per actum notionalem.Et tũc in tertio signo,puta in
c.intellectus elicit suum actum generãdi siue dicẽdi notionalem: & producit verbum siue filium.
In eodem etiam signo simul voluntas paterna vt solius est,existens in suo actu volendi essentiali-
ter cõuertit se supra se,& sic conuersa cõmunicatur per actum generatiõis filio. In quarto autem
signo puta d.voluntate cõuersa producitur.Ita ꝙ licet hæc oĩa sint in eodem instanti ęternitatis
sunt tamen in diuersis signis eiusdem ꝑ ordinem se habentibus consideratione intellectus nostri.
Et licet ordo rationis tm̃ sit inter a.b.c.est tamen ordo naturę inter c.d.eo ꝙ scd̃m prędicta actus
intellectus notionalis est quasi pręuius ad actum voluntatis notionalem quodã modo vt causa ꝓ
pter quam fit.Quia sine actu intellect⁹ notionali,quo intellectu producitur notitia declaratiua q̃
verbum est,non est foecũda voluntas existens in suo actu volendi essentiali, etiam conuersa supra
se.non enim potest elicere amorẽ incentiuum,nisi cognoscẽs declaratiue : sicut neq; amorẽ simpli
citer,nisi cognoscens simpliciter.Et hoc maxime ponendo ꝙ actus notionalis voluntatis non pro-
cedit ab illa vt est voluntas simpliciter:sed solũmodo vt est concors,& duorum, scilicet patris &
filii.Et sic licet volũtas foecũdã ęqualis efficacię sit cũ intellectu foecũdo ad eliciendum suũ actum
notionalem,ex cõditiõe tamẽ volũtatis(.s.ꝙ quasi præuius ad actum eius tam essentialem,q̃ no- T
tionalem sit actus tã essentialis q̃ notionalis intellectus:& cõsimiliter quasi pręuia est productio ꝑ
sonæ per actionem intellectus ad productionem personę per actionem notionalem voluntatis,pa-
tre actione notionali generandi actiue constituto in esse personę:& similiter filio notione generan
di passiua:& hoc in eodem signo,quẽadmodum relatiua sunt simul natura)quasi aduenit in alio
signo volũtas foecunda qua producitur actio notionalis.& sic notio talis est ꝓprietas quasi aduẽ-
titia personę iam constitutę in esse ꝑ aliam proprietatẽ quasi priorẽ,etiam si per impossibile,immo
ꝑ incõpossibile scd̃m Græcos ponatur ꝙ actio notionalis voluntatis eliciatur a solo patre,& nullo
modo actio notionalis intellectus esset vt causa propter quam sic respectu actionis notionalis vo-
luntatis:nec quo ad hoc eẽt principalior actio notionalis intellectus q̃ volũtatis,nec vllo mõ volũ
tas cõuersa foecundaret ad eliciẽdum actum spirandi per actum dicendi pręuium:quę necesse ha-
bent ponere Gręci:& negare ꝙ ad actum spirandi requiritur voluntas concors duorum: & dice
re ꝙ sola voluntas paterna,& vt solius patris est,ꝑ solam cõuersionẽ supra se est foecunda ad actũ
spirandi & actiue & passiue. & si sit pręuius quoquo modo actus dicendi hoc solũ est vt causa si-
ne qua non,& nullo mõ vt quo foecundat voluntas ad actũ spirãdi.Si eñ sic esset prętia foecun-
dationi voluntatis productio filii : sic voluntas foecundaretur non solum vt est patris,sed etiam
vt iã filio est cõicata a patre:vt in signo c.ponãtur hæc quatuor esse, videlicet volũtatis paternæ
cõuersio,filii generatio,& voluntatis cõuersę ipsi filio cõicatio,& ipsius voluntatis conuersę foecũ
datio. Siquam autem rationem habent gręci ad ponẽdum solum patrẽ spirare (vt ęstimo)illa est V
ꝙ putant nõ posse in eodem signo scilicet c.esse volũtatis cõuersionem supra se,& ipsius cõuersę
cõmunicationẽ,quẽadmodum impossibile videt̃ ꝙ graue in aliquo signo generetur sursum,& in
eodem factum sit per descensum deorsum, dato ꝙ non sit mediũ resistens. Quare cum nihil cõ-
municetur filio nisi in dicto signo c.in quo generatur,& in eodem signo scd̃m dicta sit volunta-
tis paternæ conuersio:impossibile ergo est secundum græcos ꝙ voluntas vt conuersa cõmunice-
tur filio,etsi ei communicetur vt volũtas informata simpliciter amore essentiali. Quare cum nõ

ta,est tamen quasi bifurcata per hoc q debet esse concors ad hoc q sit ratio spirandi quasi propinqua.Sic aūt non est quasi bifurcata nisi per hoc q non est foecunda nisi vt est duorum. ¶Ad secundū dico q non est simile de creatione actiua,quoniā ratio creandi qua plures creāt: sic vnica est q sub omnimoda ratione vnitatis omnimodæ est ratio creandi plurium.Propter quod etsi plures creant:creant tamen vt vnum,& ideo non sunt nisi vnus creator. Ratio aūt spirandi qua plures spirant,licet vnica sit, non tamen sub omnimoda ratione vnitatis, siue sub ratione omnimodę vnitatis est ratio spirandi plurium,sed(vt dictum est)sub ratiōe quodāmodo bifurcata scilicet vt est plurium concors.Propter qđ plures spirant: & ideo non sunt vnus spirator sed plures spiratores. Vnde q plures creant vt sunt vnus,spirāt tamen vt sunt plures, patet ex hoc:q si per impossibile ponatur esse vnica persona in diuinis absoluta,& nulla psona relatiua, illa posset creare ratione diuinę substātię quę in illa esset.Si autem per impossibile amoueatur vis spiratiua a filio:vt per gñationem non cōmunicetur ei voluntas paterna:pater spirare nō posset ratione volūtatis suę:quia non esset plurium nec cōcors,& ideo nec foecunda.Q3 si esset:& solus pater posset spirare:nulla apparet ratio quare plures spirātes dicantur plures spiratores,non sic autem plures creātes dicantur plures creatores. Vnde non credo q gręci si per impossibile scdm ipsos poneretur filius spirare cum patre, dicerēt patrem & filium esse plures spiratores:sicut nec dicunt ipsos esse plures creatores:quia spirarent per voluntatem vt volūtas est simpliciter, nō vt cōcors duorum:sicut creant per essentiam simpliciter,nō vt est duorū vel trium. Vtrobiq3 autē vniformiter dicūtur plures creantes,& plures spirantes,quia hoc cōuenit ratione modi significandi dictionū vt patebit inferius,qui est vniformis in illis principiis creans & spirans. E Ad secundū

Circa septimū arguitur q plures spirantes nō sunt vnum principium spirandi quia ipsis non attribuit ratio principii spirādi,nisi quia ab ipsis elicitur actus spirandi,& per illū pcedit ab eisdem persona spirata. ab ipsis aūt nō elicit act9 spirandi vt sunt vnum,sed potius vt sunt plures, sicut iam dictū est.ergo &c. ¶Secundo sic.pater est principium spirandi non de principio,quia non habet q spiret ab alio. filius autem est principium spirandi de principio: quia habet q spiret ab alio . non est autem idem & vnū principium ab alio, & non ab alio:quia cōtradictoria non concurrūt in eodem.ergo &c. ¶Contra.principium & principiatum sunt relatiua : quare cū principiatum actu spirādi est vnū,scilicet spūs sanct9:ergo & spirandi principium est vnum. F Quest.VII. Arg.1. 2 In oppositū

¶Dico q in omni actione est considerare agentem siue eum qui agit,& rationē agendi,hoc est vim siue virtutem & potentiam qua agit.Agens aūt in omni actione non est nisi suppositum:cuius est aliqđ ipsa agendi ratio vt forma qua est aliquid in natura simpliciter,non qua est iste vel ille in supposito:vt declaratum est in præcedentibus.Vnde ratio suppositi qua suppositum est iste vel ille etsi non sit ratio agendi & elicitiua actus,est tamē ratio agentis & elicientis actū,& secūdū hoc proxima actui elicito,& pximior q̄ sit ratio illa q̄ est vis elicitiua.Quæ quidem ratio agētis licet sit ratio principii,nō tñ est ratio qua ipsum suppositū habet q sit aut dicatur principium,sed potius illa quę est vis elicitiua.In qua est etiā distinguere rationem ppinquā ac remotam,secundū q distinguitur potentia in propinquā & remotam,non secundum diuersitatem rerum,sed secundū diuersitatem rationum in eadem potentia secundū rem: ita q a vi illa secundū rōnem propinquā actui habet suppositum eliciens actum rationem principii propinqui & a vi eadē secūdū rōnē remotā habet rōnē principii primi:& ita principii simpliciter.qa secundū Phm,principium & primum idem sunt.Quare & ab vnitate illius rationis remotę habet rationē vnitatis simpliciter:sicut & a bifurcatiōe rationis illius remotę habet rationē pluralitatis spiratoris duplicis:& vlterius a ratione illarum proprietatum qua plurificātur personę,habet rationem duplicis spirantis.Quemadmodum eñ a ratione spiratiua remota sumitur vnitas principii: & a ratione illa bifurcata,sumitur ratio duplicis spiratoris:sic etiā & a rōne duplicis proprietatis personalis sumitur ratio duplicis spirantis vel potius duorum spirātium:& similiter a rōne triplicis pprietatis personalis sumitur ratio triplicis creantis vel potius trium creantium, put infra amplius declarabitur.Propter qđ dico q simpliciter pater & filius qui sunt plures spirātes & plures spiratores,sunt vnum principium spūs sancti. G Responsio. H

¶Ad primum in oppositum q plures spiratores non sunt vnum principiū spirādi &c. Dico q ratio spirandi non attribuitur spirantibus quia ab ipsis elicitur actus spirandi : sed potius elicitur actus spirandi,quia ipsis cōuenit ratio spirandi.Propter quod licet ab ipsis non eliciatur actus spirandi nisi vt sunt plures quo ad propinquam & proximam rationem spirandi, I Ad pri.pri.

procedit tamen ab ipsis vt sunt vnum quo ad primã & remotam rationem spirandi, quę bene potest esse plurium absq; omni inconueniente in diuinis, immo hoc necesse est secundum prædicta.

K Ad secundũ ¶Ad secundum q pater est principium spirandi non de principio &c. Dico q idem siue vnum principium in deo possunt sumi vel masculine, vel neutraliter. Si primo modo, dico q nullo modo est idem siue vnum ab alio & non ab alio: sed cõtra tale vnum omnino repugnãt, quia impossibile est vnum & idem in supposito esse ab alio, & non ab alio. Si secundo modo, dico q illud bene est possibile sine omni repugnantia. sic enim in diuinis pater & filius sunt vnus deus: & pater est deus nõ de deo, nec ab alio, & filius est deus de deo & ab alio. Vel potest distingui de esse ab alio, & non esse ab alio: quia hoc potest esse proprie vel improprie. Primo enim modo nõ est ab alio nisi ipsa persona: & hoc modo non est idem ab alio & non ab alio, propter contradictionem circa idẽ proprie & per se. Secundo autem modo est ab alio ipsa diuina essentia in filio: & similiter rõ spirãdi prima & remota. & hoc modo non est inconueniens q aliquid vnum & idem sit ab alio & non ab alio, absq; contradictione: quia non in eodẽ est ab alio, & nõ ab alio, quia in patre non est ab alio, licet in filio sit ab alio, & cõtradictio debet esse circa idẽ eodem modo se habens.

Ad argu. in oppositum. ¶Argumentũ in oppositũ bene procedit ex parte principii de vno in natura specifica in creaturis, & in diuinis ratione materiæ de natura numerali. Si enim in creaturis principiatũ est vnum, necesse est q principium sit vnum in specie simplici: quemadmodum in eadem specie est vnum principiatum ex masculo & fœmina: vel in composito: quemadmodum ex equo & asino generatur mulus. cõmixtum enim ex semine vtriusq; est quasi mulus scdm phm. vii. Metaph. eo q coniunctę sunt illę species. In diuinis autem vbi principiatum est vnum, principiũ est in singulari natura deitatis & spirãdi ratione vt dictum est.

L Quest. VIII. Arg. i.

Circa octauum arguitur q neuter spirãtium habet rationem spiratiuã ab alio, quod clarum est de patre. Q2 etiam ita sit de filio, patet primo sic. si filius haberet rationem siue vim spiratiuam a patre, tũc pater ex seipso vim spiratiuam haberet, & posset spirare etiam si filius non haberet vim spiratiuã a patre nec spiraret: quia nullus potest alteri dare qđ ipse nõ habet ex se. cõsequens falsum est, quia aliter non esset voluntas concors, quæ requiritur ad vim spiratiuam, secundum prædeterminata. ergo &c.

2 ¶Secundo sic. si filius haberet vim spiratiuam a patre: cum a vi spiratiua habeat q sit spirator: sicut a generatione passiua quam habet a patre genitus est: sicut ergo filius habet a patre q sit genitus: & ex hoc relationem realem habet ad patrem, & econuerso relationem habet pater ad filiũ, sic filius haberet a patre q sit spirator: & ex hoc haberet relationem realem ad patrem: & econuerso pater ad ipsum. illa autem non est relatio in filio, quę est filiatio & generatio passiua: quia spiratio in filio est proprietas actiua: quare nec illa respõdens eidem in patre, vt paternitas siue generatio actiua: sed aliqua alia. hoc autem falsum est: quia tunc in patre essent duæ relationes reales & differentes positiuæ respectu filii & econuerso: cuius contrarium tenet ecclesia & fides catholica. ergo &c.

In oppositũ. ¶Cõtra. qui ab alio habet esse suum & id quod est, habet ab eodem omne qđ habet. quia esse est prima ratio in diuinis, sicut habitum est supra. & a quo habet aliquis primum qđ est in ipso: & quodcunq; aliud in quo includitur & supponitur illud. Quare cum filius habeat esse a patre & q filius est: vis spiratiua autem supponit & includit esse in filio: ergo &c.

M Responsio ¶Dico iuxta processum vltimę rationis, q filius vim spiratiuam habet a patre: intelligendo tamẽ q filius potest intelligi dupliciter habere aliquid a patre. Vno modo tanq̃ genitum a patre. Alio modo tanq̃ existens in filio per generationem a patre. Primo modo habet filius a patre q sit genitus siue filius, siue persona aliqua in diuinis, & nihil aliud. Secũdo modo habet filius a patre quicquid est in persona eius. Sed hoc potest eẽ dupliciter. Vno modo vt quid cõmunicatum filio a patre per actum generationis. Alio modo vt quasi derelictum in filio per actũ generationis actiuę patris. Isto autem secundo modo filius habet a patre relationem in se existentem in ordine ad patrem, scilicet filiationem. Primo autem istorum modorum, quo scilicet filius habet aliquid communicatum sibi a patre per generationem, potest esse dupliciter. Vno modo tanq̃ pertinens ad constitutionem personę suę: & sic habet deitatem & q sit deus a patre. Alio autẽ modo tanq̃ proprium ipsius personę constitutę: & hoc modo habet vim spiratiuã a patre. sic enĩ est circa diuinas productiones, q quicquid est producentis per productionem fit ipsius producti excepto eo quo producens distinguitur a producto. Distinguendum tamen est circa vim spiratiuam: quia licet sit semper vna & eadem re, potest tamen considerari vt est principiũ spirandi pri-

mum & remotum, similiter vt est principium spirandi proximum & propinquum, modo quo tactum est iam supra. Si primo modo, sic simpliciter sciendum est φ vis spiratiua filio cõmunicata est a patre, scilicet voluntas vt est voluntas simpliciter: quam habet pater essentialiter ex se, & filius a patre. & secundũ hoc principaliter processit ratio vltima. Si secundo modo, sic nõ est sentiẽdum φ vis spiratiua sit cõmunicata filio a patre: quia talis vis non est voluntas vt est voluntas simpliciter: sed vt est volũtas concors patris & filii. Sed solũmodo sentiẽdũ est φ vis spiratiua est quid derelictum in filio per actum generationis, vt propriũ eius cum patre, & φ filius habet principium spirandi per patrem. Licet enim filius habeat principium spirandi: qđ est voluntas, a patre: non tamen ex hoc habet φ habeat concordem voluntatem a patre: quia non est concors nisi per hoc φ eadem voluntas est, & manet in patre. Sic etiã sentiendum est φ pater habet principiũ spirandi per filium: quia nisi filius haberet a patre voluntatem illam quam habet pater, nec esset voluntas patris concors, nec principium spirandi secundum dicta. & hoc quemadmodum secũdum diu superius exposita, pater nõ habet φ sit pater nisi per filium, & hoc vtrobiq; vt per causam sine qua non. Et secundum hoc simpliciter concedenda est vltima ratio. N

¶ Ad primum in oppositum φ si filius haberet rationem spirandi a patre: tũc pater haberet eam ex se vt spiraret: etiãsi filius nõ spiraret: Dico φ vim spirandi primam & remotã quam filius habet proprie a patre: pater habet ex se, non autem propinquam sic habet ex se quin eam habeat per filium: quam filius non habet proprie a patre: licet per patrem: sicut dictum est. O Ad pri. prin.
¶ Quod autem additur, φ si pater ex se haberet vim spiratiuam: ex se posset spirare sine filio spirante: Dico φ hoc verum est, si ex se haberet vim spiratiuam propinquam: non autem verum est de remota. Vim autem spiratiuam propinquam non habet pater nisi mõdo supra exposito: eo φ secundum prædicta voluntas non est concors ad spirandum nisi ex hoc φ est concors. Ad additũ.
¶ Ad secundum: Si filius haberet vim spiratiuam a patre, haberet a patre φ esset spirator: sicut & φ est genitus: Dico φ re vera filius a patre habet φ est spirationis principium: quia vere & proprie primam & remotam rationem spirandi, a qua secundum prædicta sumitur nomen principii, habet a patre. Quia autem a propinqua ratione spirandi sumitur (vt dictũ est) nomẽ spiratoris: & illã nõ proprie habet a patre, sed solummodo per patrem, secundum iam dictum modum: idcirco licet filius vim spiratiuam primam & remotam habeat a patre: non tamen proprie dicendus est habere ab eo φ sit spirator, sed potius φ est spirator per eum. Esto etiam φ a patre haberet φ esset spirator, non tamen esset simile de eo quod est spirator, & de eo quod est genitus: quia filius in eo φ genitus, habet esse a patre per generationem, vt per se terminus generationis, nõ sic autem in eo φ spirator: quia φ est spirator ratione primi principii spirandi, habet a patre vt communicatum per actum generationis: & φ est spirator ratione propinqui principii spirandi, non habet a patre: sed solummodo per patrem, secundum iam expositum modum. Propter istam aduersitatem non sequitur vlterius conclusum in argumento, videlicet φ filius sicut in eo φ genitus, habet relationem realem ad patrem & econuerso: consimiliter in eo φ est spirator. quia in eo φ est per patrem vel a patre spirator, nullam relationem realem habet ad patrem, nec econuerso: quia relationem realem non habent personæ diuinæ inter se quia per generationem vel actum alicuius personæ aliquid sit communicatum alteri vel derelictum in illa: sed solummodo quia vna simpliciter habet esse ab altera vt per se terminus actus illius. P Ad secundũ Q

Irca nonũ arguitur φ vn⁹ spirantiũ videlicet pater non spiret principalius q̃ alter puta q̃ filius, Primo sic. in diuinis non sunt gradus aliqui: quia repugnãt æqualitati quæ summa est in diuinis. sed nõ est compatio sine gradu penes magis & minus: ergo secundum principalitatem in diuinis esse non potest. ergo &c. R Quest. IX. Arg. 1.
¶ Secundo sic. procedens a pluribus vna & eadem virtute simplici, non procedit principalius ab vno, q̃ ab altero: quia virtus agendi determinat modum actionis. actio spirandi procedit a patre & filio vna simplici virtute secundum prædicta. ergo &c. 2
¶ Contra. ille principalius agit qui ex se habet φ agat: q̃ qui ab alio habet illud: quia hoc non est sine aliqua prærogatiua in agendo ex parte eius qui ex se habet φ agat. pater autẽ habet ex se φ spiret: non sic autem filius: vt patet ex prædictis. ergo &c. In opposituũ.

¶ Dico hic de principalitate circa actum spirandi patris respectu filii: quemadmodum dictum est supra de principalitate generationis respectu spirationis: φ non accipitur ra S Responsio.

tione alicuius absoluti, sicut neq; auctoritas aut maioritas: sed solummodo ratione respectus & ordinis in principiando vnius eorum ad alterum inter quę vel quos fit comparatio. Sicut enim generatio principalior dicitur productio: quia secundū prædicta spiratio quoquo modo habet esse & originari a generatione: sic pater dicendus est principalius spirare: quia ꝙ filius spirat, habet filius a patre per generationem: vt patet ex prædictis. Vnde nec ratione actus eliciti, nec ratione modi eliciendi, nec ratione virtutis elicitiuæ pater spirat principaliter: sed solummodo quia vim spirandi habet filius a patre: quam pater habet ex se, secundum ꝙ procedit vltima ratio.

T

Ad pri. prin. ¶ Ad primum in oppositum ꝙ in diuinis nō sunt gradus: quare nec comparatio quæ importatur per ly principalius: quia non est comparatio sine gradu: Dico ꝙ secundum grāmaticos triplex est comparatio. Quędam voce tantum, & non significatione, vt nouus/nouior/nouissimus. Quædam significatione tantum, & non voce: vt bonus/melior/optimus. Quædam vtroq;, vt albus albior albissimus. De illa autem significatione in qua idem significant positiuum & cōparatiuum siue hoc sit voce siue non, distinguendum: quia aut diuersi gradus comparationis significant eandem rem diuersificatā secundum numerum circa diuersos: aut eandem penitus circa eundem. Comparatio primo modo importat eiusdem rei cōmunionem secūdum gradus & secundum magis & minus. Dicit enim de tali comparatiōe Remigius super Donatum. Sic dicitur autem comparatio quasi assimilatio: eo ꝙ assimilando vnum alteri præfert instar pulpiti. & dicitur positiuus gradus. Comparatiuus autem eo ꝙ plus significat positiuo, superlatiuum dicitur

V superexcellens. suū enim excellit comparatiuum. Et quia in deo non est aliquid vnum ꝗd conueniat pluribus secundū plus, & secūdum superexcellens in vno: ideo talis compatio non est in deo aliquo modo: quia talis comparatio requirit ꝙ id in quo fit comparatio, sit in aliquo vno simpliciter: & secundum plus in alio, & superexcellenter in tertio, prout de tribus hominibus dicitur iste primus est doctus, iste secundus est doctior, idest magis doctus ꝗ primus, ille tertius est doctissimus/idest excellenter doctus super secundum & super primum. Et semper in tali cōparatione sicut comparatiuum dicit in vno aliquid magis illius rei in qua fit comparatio: sic positiuum dicit minus eiusdem rei in alio: vt si doctior est magis doctus, simpliciter doctus respectu cuius ille dicit doctior, est minus doctus: & si doctissimus est magis in excellētia doct⁹, doct⁹ simpliciter & similiter magis doctus respectu quorum ille dicitur doctissimus, vterq; illorum respectu illius est

X minus doctus. De tali autem cōparatione verum est ꝙ non est sine gradu, nec est inter aliqua quę sunt in diuinis: & ideo nec talis comparatio, vt dictum est, est inter personas diuinas. Nec idcirco secundum talem comparationem dicitur aliquid principalius alio in diuinis, puta nec generatio principalior emanatio ꝗ sit spiratio: quia aliter spiratio dicenda esset non solum non principalis spiratio: sed min⁹ principalis ꝗ gñatio: & sic eiusdē rationis esset vtraq; emanatio differēs solum secundum magis & minus, ꝗd falsum est. Nec similiter dicitur pater principalius spirare ꝗ filius: quia aliter filius dicendus est non solum non principaliter spirare: sed minus principaliter ꝗ pater: & esset illa ratio qua ambo spirant, differens secundū magis & minus, vt vnus & alter spirāt secundū eam: ꝗd totum falsum est. Similiter ꝗa in diuinis spiratio nullo modo dicitur principalis emanatio siue productio: nec etiam minus principalis ꝗ sit generatio: sed solūmodo dicitur non principalis productio: consimiliter filius nullo modo dicitur principaliter spirare: nec etiam minus principaliter spirare ꝗ spiraret pater: sed solūmodo dicitur non principaliter spirare. Et sic in proposito gradus comparationis inter principaliter & principalius in diuinis non significant eandem rem diuersificatā circa diuersos secundum dictum modum, sed eandem penitus, & vt circa generationem & spirationem quando generatio dicitur esse principalior emanatio respectu spirationis: vel circa spirationem quando pater dicitur principalius spirare ꝗ filius. Vnde principalis & principalior ꝓductio in diuinis nō dicitur nisi generatio: similiter principalis & principalior spirator siue principaliter & principalius spirare non dicitur nisi pater. Quare gradus istius comparationis, scilicet positiuus & comparatiuus, idem secundū rem significant, non diuersificatū tamen secūdum magis & minus, sed penitus idem: vt sit diuersificatio secundū vocem tantū. Et secundū hoc est comparatio secundū vocem tantū: sed aliter ꝗ grāmatici appellant comparationē secundū vocem tantū, in qua non est aliqua eadem significatio secundū rem in diuersis gradib⁹ comparationis: sed tantū eadem vox secundum finem variata. Hic vero appellatur comparatio secundum vocem tantum, in qua est penitus eadem significatio secundum rem, non variata secundum magis & minus in diuersis gradibus: sed solummodo vox diuersificatur ex parte finis, propter quod licet sit res eadem, non tamen est comparatio secundum rem, sed secundum vocem tā

N in qua sistat emanatio. Quia talis emanatio sistere potest in aliquo dupliciter. Vno modo vt in producto subsistēte. Alio modo vt in recipiente in seipsum, productum. De primo quidem modo terminādi eam certum est q vnica persona est terminus eius in quo sistat ipsa persona spirit⁹ sancti pducta. De secundo autem modo est dubitatio in vtroq mō pducendi spm sanctum, & secundum graecos, & secundū latinos. siue eñ a solo patre pcedat: siue nō: cū emanatio filii sit prima respectu emanationis spūs sancti, semper dubitatio manet an cum hoc q pcedat a patre vt persona subsistens, eius pductio quasi vlterius tendat in filium, vt ipse pductus a patre p suam pductionē recipiatur in filium vt in terminum vlteriorem & alterius generis. Alia eñ est ratio termini qua aliquis est terminus pductionis vt ipsum pductum: & alia qua aliquis est terminus pductiōis vt
O receptiuū in se ipsius pducti: quēadmodum alius est terminus generatiōis grauis. s. ipsum graue: alius vero est ipe locus grauis deorsum. ¶ Proponit etiā ista q̄stio de modo pducēdi spm sanctum ex parte termini secūdo modo dicti: An. s. ab vna duarū primarū psonarum pducatur in alterā, tāq̄ in illam tendat pductio ipsa q̄si in terminū abextra: cū dicit in casu accusatiuo an spiritus sanctus pcedat vel spiretur a patre in filium. Nō aūt pponitur an ab vna illarū primarum personarum pducatur in altera, tāq̄ infra illam fiat ipsa pductio q̄si infra ipsum: vt diceret in casu ablatiuo an spiritus sanctus pcedat vel spiretur a patre in filio. De hoc eñ scdo modo nulla est dubitatio. Cū eñ tres diuine psone sint vni⁹ substātiae: & inseparabiliter vna existat & subsistat in altera secundū modum superius expositum: vna illarum non potest nō pduci in altera que prima est respectu illius. vnde pater producit & generat filiū in seipso, & producit siue spirat spm sanctum in seipso & in filium: sed clarum est q pater nō spirat siue pducit spm sctm in seipsum propter con
P trarietatem terminorum circa idem: vt tactū est in secūda ratione. ¶ Restat bona dubitatio: An pater producat siue spiret spm sanctum in filium & econuerso secundū iam tactū modū propter diuersitatē terminorum a quo & in quem. Dissolutio autē quaestionis est aduertenda ex modo pcessio

nis spiritus sancti cōtrario ꝓcessioni filii.Quia eñ filius inquātū verbū est ꝓcedit vt notitia,ei⁹ ꝓcessio siue ꝓductio est quasi motio in ipsum intellectū paternū terminata & sistēs in illo vt de quo producitur.Spiritus aūt inquātū est amor,eius processio siue ꝓductio est quasi motio in obiectum amatum non terminata aut sistēs in voluntate informata amore simplici de qua producitur:sed ipso ꝓducto quasi vlterius ꝓcedit in obiectum amatum:& hoc ipso amore incentiuo procedēte,q est spiritus sanctus,vt iam inferius declarabit. Amore aūt incētiuo tali qui ꝓcedit a patre & filio non solum pater spiritu sancto amat incentiue seipsum:sed etiā filiū:nec similiter fili⁹ seipsum: sed etiā patrem. Amor eñ incentiuus non est cōtentus vt ipso amet quis a seipso:sed necessario tendit etiā in alterū.dicente Ricar.lib.iii.de trinitate cap.vii. Summa charitas nondū esse cōuincit vbi dilect⁹ summe non diligit:sed ipsius amoris cōuincit ꝓprietas quoniā summe diligenti non sufficit si summe dilectus summa dilectione non rependit. Et cap.xi. Probatio summę charitatis est votiua cōmunio exhibitę sibi dilectionis.& cap.xx. Cordialis amor nūq̄ singularis iuenitur. Propter qd pater spirans spiritum sanctū non solū spirat ipsum vt in semetipsum tendētē & in semetipso manentem & ꝑficientē voluntatem patris vt patris est:sed etiā spirat ipm vt tendentē in filium & manētem i filio , & ꝑficientem voluntatem filii vt est filii. Consimiliter etiā filius spirans spiritum sanctum non solum spirat ipsum vt in semetipsum tendentē & manentē in ipso & ꝑficientē voluntatē filii vt est filii:sed etiā spirat ipm vt tendentē in patrem & manentē in ipso & ꝑficientē volūtatē patris vt patris est. Et secūdū hoc spirit⁹ sanctus ꝓcedens vt amor(secūdū q declarabit in q̄stiōe sequente)nō procedit a patre & filio solūmodo vt amor simpliciter:sed etiā vt amor vnitiuus,& p hoc vlterius vt amboꝝ nexus. Et sic simpliciter cōcedēdū est q spūs sanct⁹ spirat a pr̄e in filiū & ecōuerso:& filiter manet & quiescit in vtroq: nō solū p hoc q alteruter ipm spirat in alterū:sed etiā p hoc q vterq illoꝝ spirat illū manētē in seipso:qualiter etiā qesceret & maneret in patre & spiraret a semetipso in semetipsum etsi secūdū Grecos ꝓcederet siue spiraretur a solo patre. Et secūdū hoc cōcedenda est vltima ratio pro ista parte adducta.

¶ Ad primā rationem in oppositum , q spiritus sanctus procedit vt ꝑsona subsistens in seipsa:ergo non spiratur in alium: Dico q reuera spiritus sanctus spiratur vt subsistens ꝑsona & in seipso subsistēs. Quisquis eñ subsistit,in seipso subsistit.p qd excludit subsistere i alio nō vt in continente:sed vt in subiecto. Subsistere eñ hoc i alio vt in subiecto, oppositio est in adiecto Subsistere eñ est in seipso existere:cui opponit existere i alio vt in subiecto. Isti eñ sunt duo modi existendi inter se distincti & oppositi: quib⁹ inter se distinguunt p̄dicamētū substātię & predicamēta accidentiū,vt habitum est supra in quaestione quadā de praedicamentis in diuinis. Subsistere autem & hoc in alio vt in continente,nō repugnant: sicut neq: ipsum subsistere,& ad aliud subsistere. Sic eñ diuinę personę habent esse vna in altera,vt habitum est supra. Et sic in altero subsistūt:& tñ in semetipsis subsistūt: sicut & ad alterū subsistūt.sicut spirit⁹ sanctus subsistit i semetipso & spiratur in seipso: p qd etiam nequaq̄ excludit quin spiretur in alium in quo habet esse & quiescere sicut in cōtinente,secūdū ꝑexpositū modū. ¶ Ad secundū,q spiritus sanctus spiratur p excussionē a voluntate cōmuni patris & filii:ergo non ꝓcedit p spirationem in illam: Dico q verū est ꝓcessione directa:& vt voluntas illa est vnius & eiusdem:quia sic idē haberet rationē contrariorum terminorum vt procedit argumentum. Processione aūt nō directa sed quasi reflexa,aut etiam processione directa,sed vt ipsa voluntas est alterius & alteri⁹,nullā ponit terminoꝝ cōtrarietatē. Primo mō scilicet processione quasi reflexa pater voluntate sua conuersa super seipsam vt est informata amore simplici quo diligit seipsum,in qua est voluntas illa vt informata & conuersa,de illa voluntate informata excutiendo spirat spiritum sanctum in seipsum,& in ipsam voluntatem conuersam q̄ spirat:in qua est eius perfectio & amor incentiuus:quemadmodum verbum est perfectio in intellectu paterno de quo generat vt notitia declaratiua. Vnde de ista productione spiritus sancti a patre in seipsum quasi p quandā reflexionē simul & de productione dicit quaedam propositio de maximis theologię. Monas monadē gignit: & in se suū reflectit amorē. Et ista reflexio a termino eodē in eūdem nullā ponit contrarietatem:sicut nec motus circularis ab eodē termino in eūdē aliquā cōtrarietatē ponit. Secūdo aūt modo.s. ꝓcessione directa vt ipsa voluntas est alterius & alterius , similiter nullam ponit contrarietatē:quia licet tunc voluntas sit vna secūdum rem,est tamen quasi alia & alia vt est alterius & alterius. Et hoc modo pater voluntate sua vt patris est cōuersa supra se vt est informata amore simplici quo diligit filium,in quo est eadem voluntas conuersa,de illa volūtate informata vt est in patre excutiendo spirat spiritum sanctum in filium & in ipsam voluntatem conuersam:in qua similiter existit vt eius perfectio quasi amor quidā incentiuus.

Q

R Ad pri. principa.

S Ad secun.

T

A Quæst.v. Arg.1.

Irca quintum arguit quod spiritus sanctus in eo quod spirat non procedit vt amor. Primo sic. Amor cum sit passio quędam contraria timori, procedit in esse per impressionem a cōmodo siue bono ęstimato: sicut timor procedit in esse per impressionem a nociuo siue malo ęstimato. spiritus sanctus aūt nō procedit per modū impressionis: sed potius per modū expressionis, vt habitum est iam supra. ergo &c. ¶Secūdo sic. sicut

2 se habet natura ad id quod procedit modo naturę, sic se amor habet ad id quod procedit modo amoris. sed eius quod procedit modo naturæ natura est ratio productiua ex parte producentis & in producente: non autem in producto, vt patet in productione filii qui producitur modo naturę. ergo & eius qui producitur modo amoris, amor est ratio productiua ex parte producētis, & in producente. nunc autē amor non est ratio productiua spiritus sancti in producentibus: sed volūtas nuda conuersa, secundum modū sępe tactum superius. ergo &c.

In opposi. ¶Contra. spiritus sanctus procedit a principio quod est volūtas. nunc quod procedit a principio quod est voluntas, eo modo procedit ab illo sicut natum est aliquid procedere a principio quod est amor: quia quod volūtas agit, libere agit: quod est agere modo amoris: ergo & spiritus sanctus dicendus est procedere modo amoris.

B Responsio ¶Dico quod quęstio ista potest habere intellectum triplicem. Tripliciter enim aliquid potest intelligi procedere vt amor siue modo amoris. Vno enim modo aliquid dicitur procedere modo alicuius, quia illud est ratio quod istud procedit: & ideo modo illius procedit: quemadmodum dicimus quod filius in diuinis procedit modo naturę: quia s. natura est ratio qua procedit. Secundo autem modo dicitur aliquid procedere modo alicuius: quia procedit a suo principio eo modo quo aliquid natum est ab illo procedere: quēadmodum dicimus quod ea quę procedūt ex antiqua cōsuetudine fiunt modo naturę: quia procedunt ab illa eo modo quo natum est aliquid procedere a principio quod est natura. Tertio vero modo dicitur aliquid procedere modo alicuius: quia ipsum procedit sicut illud natum est procedere: quēadmodū dicimus quod filius in diuinis procedit modo verbi quia procedit eo mō quo verbū natū est procedere. Primo istorū modorum dico quod spiritus sanctus nō procedit modo amoris, secūdum quod procedit secūda ratio. Amor enim non est ratio elicitiua actus quo producitur spiritus sanctus, sicut natura est ratio elicitiua qua in diuinis producitur filius: sicut expressius iam declarabitur in quęstione sequenti. Secundo autem modo & similiter tertio dico quod spiritus sanctus dicendus est procedere modo amoris. Secūdo quidē modo procedit modo amoris secundum quod procedit tertia ratio. Sicut enim modus naturæ est quod agat impetu quodam, sic etiam modus antiquæ consuetudinis est quod agat impetu quodā: & ideo dicitur agere modo naturæ: & illud quod procedit a tali consuetudine, dicitur procedere modo naturæ. Consimiliter autē sicut modus amoris est quod id quod ab amore vt a rōne elicitiua actus procedit, libere procedit: ita modus voluntatis nudę est quod id quod ab ipsa vt a ratione elicitiua actus procedit, libere procedit. Propter quod spiritus sanctus quia procedit vt a ratione elicitiua actus procedendi eius a voluntate nuda conuersa secundum prexpositū modū: ideo secundū hoc competenter dicitur procedere modo amoris. Tertio vero modo in quo consistit difficultas quęstionis, spiritus sanctus dicendus est procedere modo amoris: quia procedit a volūtate: quēadmodum amor natus est ab illa procedere. & hoc secundum Gregorium in Homil. Pentec. super

C illud euangelii, Si quis diligit me sermonē meum seruabit. Spiritus sanctus amor est. Verūtamen de amore distiguēdum est ex parte voluntatis circa productionem spiritus sancti: quēadmodū supra distinctū est de notitia circa productionem filii siue verbi. Sicut enim est quędam notitia simplex & essentialis, & quędam declaratiua siue illustratiua & personalis, quæ verbum est secundum superius declarata: sic est quidam amor simplex & essentialis, & quidam incentiuus siue gratificatiuus & personalis, qui zelus dici potest: & se habet ad spiritum sanctū sicut se habet verbum ad filium: & actus quo producitur potest dici flagrare: & se habet ad spirare sicut se habet dicere ad generare, vt tactum est aliquantulum supra. Vnde qualiacunque dicta & determinata sunt ex parte intellectus de dicere & de verbo, talia & consimilia dici & determinari debent hic ex parte voluntatis de flagrare & de zelo. Sicut enim verbum est notitia declaratiua veri & illustratiua intellectus ad cognoscendum verum declaratiue: sic zelus est amor gratificatiuus boni, & incentiuus voluntatis ad amandū bonū incentiue. Verbum enim & intellectum illustrat, quē perficit: & clarum facit ei omne verū: zelus aūt & voluntatem inflammat, quā perficit, & gratum facit ei omne bonum. Vnde sicut verbum non solum habet respectum ad dicentem: sed ad omnia quæ determinantur & clara fiunt verbo: vt cognoscenda declaratiue per ipsum ab intellectu qui ipso verbo illustratur: quę simpliciter cognoscuntur per simplicem notitiam & essentialem: sic zelus non solum habet respectum ad flagrātē ipm: sed etiā ad omnia alia quæ gratificātur zelo vt amāda incētiue per ipm a volūtate quæ ipso zelo incēditur: quæ simpliciter amantur per simplicem amorem & essentialem. Verbum enim non

solum apud intellectū illustratū libere est declaratiua notitia psonę illius a qua dicit,& de qua emanat:sed etiā omnium aliorꝫ q̄ in illa declaratiua notitia hn̄t cognosci:& idcirco nō solum importat respectum ad illum de quo emanat vt declaratiuū illius apud intellectū suū,& apud quēlibet aliū videntem ipsum verbum:vt quasi clarius cognoscatur ipsa notitia declaratiua seu in ipsa,q̄ noscere tur simplici notitia vel in ipsa:sed ēt ad oia alia vt manifestatiuū & declaratiuū illoꝝ apd̄ itellectū quēlibet illustratū verbo: vt quasi clarius cognoscant ipsa notitia declaratiua seu in ipsa, q̄ noscerē tur notitia simplici seu in ipsa.q̄ quidē alia quodāmodo in ipso verbo dicunt,vt habitum est supra in q̄stione de dicere.Et similiter zel⁹ nō solū apud volūtatē incēsam zelo est amor gratificatiuus illarum psonarū a q̄bus flagrat & emanat:sed etiā oīm aliorū q̄ illo amore hn̄t amari:& idcirco non solum importat respectum ad illos a q̄bus emanat vt gratificatiuū illoꝝ apud voluntatē illorū,& apud quālibet aliā volūtatē incēsam ipso zelo,vt gratiosius & ardenti⁹ ament ipso amore gratificatiuo siue in ipo q̄ amarēt amore simplici vel i ipso:sed etiā ad oia alia vt gratificatiuū illoꝝ apd̄ volūtatē quālibet incēsam zelo vt quasi ardenti⁹ ament ipso amore gratificatiuo siue in ipso,q̄ amaretur amore simplici vel in ipso.q̄ quidē alia quodāmodo in ipso zelo flagrant,mō pportionali quo secundū superi⁹ determinata in ipso verbo dicunt.Et sic sicut ipsum dicere in suo significato scd̄m superius determinata cū actione pducēdi includit rōnē siue actionē manifestādi siue declarādi,& aliquādo accipit notionaliter p sola actione pducēdi,aliq̄n aūt essentialiter p sola actione manifestādi secūdū superius determinata:sic ipsum flagrare qd̄ respōdet ipsi dicere in suo significato cum actione pducendi includit actionem siue rationem gratificandi:& aliq̄n accipitur notionaliter pro sola actione producendi:aliq̄n etiā essentialiter p sola actione gratificādi:vt omnibus cōsimilibus modis quibus dicere accipit,vt habitū est supra,sic accipiat & flagrare. Sicut etiā secundū p̄dicta non est verbū in diuinis nisi psonale,sic nec zelus.Est tamen zelare personale & eēntiale, sicut & dicere.

¶ Non restat igitur nisi respondere ad primam rationem q̄ amor est passio, modo cuius non pcedit spirit⁹ sanct⁹.Dico secūdū superi⁹ exposita in q̄stione de amore dei,q̄ amor ē equiuocū:quia & est passio vno modo in parte cōcupiscibili:& bene verū est q̄ mō talis amoris nō pcedit spūs sanctus,sicut pcedit rō,& bene.Est etiā alio modo opatio in pte rōnali volūtatis: & hoc vel essentialis,q̄ nō est nisi in hoc velle quoddā secundum actū:sicut ex parte intellect⁹ notitia essentialis in deo nō est nisi itelligere siue nosse qdd̄ā scd̄m actū:vel notionalis,q̄ pcedit naturali actiōe volūtatis:sicut verbū actione naturali intellectus:licet non sit actio volūtatis pricipaliori modo naturę sicut est illa q̄ est intellectus.eo q̄ illa q̄ est ex parte intellect⁹ pcedit impetu naturę:illa vero q̄ est ex parte voluntatis,nō:sed liberaliter siue libere:licet necessitate incommutabili,vt habitū est supra.Et sicut ex parte intellect⁹ dicere siue gn̄are non est intelligere,licet non sit sine illo,qd̄ etiā nō est nisi essentiale:sic ex parte volūtatis flagrare siue spirare nō est velle licet non sit sine illo,qd̄ similiter non est essentiale. & modo talis amoris pcedit spiritus sanctus:quia ipse amor quidam est,vt iam dictum est. D Ad pri. principa.

Irca sextū arguit q̄ spirit⁹ sanct⁹ pcedit vt amor de notitia,Primo sic.emanatio in ptibus imaginis createę correspondēs est emanationi in psonis trinitatis icreatę.secūdū Augustinum enī sicut filius pcedit a patre,& a patre & filio spūs sanctus:sic in partibus imaginis quae vno modo sunt in eius notitia amor,alio autem modo memoria,intelligētia,& volūtas,notitia pcedit de mēte, & de mente & notitia pcedit amor:& similiter intelligētia pcedit de memoria,& de mēoria & itelligētia pcedit volūtas.sed i ptib⁹ imaginis amor nō pcedit de mēte & notitia,& silr volūtas de memoria & itelligētia nisi vt de notitia:q̄a mens,notitia,memoria,& intelligētia ad notitiā ptinent:& actiones eoꝝ nō sunt nisi actiōes notitię.ergo & in psonis trinitatis spūs sanct⁹ cui in ptib⁹ imaginis rn̄det amor & volūtas,nō pcedit a pr̄e & filio nisi vt de notitia.& ideo cū sit amor,pcedit vt amor de notitia:nō aūt vt amor de amore. ¶ Qꝫ aūt nō pcedit vt amor de amore arguit scd̄o sic.si spūs sanct⁹ pcederet vt amor de amore,pcederet vt filiꝰ de filio,nō min⁹ q̄ fili⁹ de pr̄e iquātū pcedit de illo vt notitia de notitia:& sic spūs sanct⁹ nō min⁹ pcederet vt fili⁹ & imago,q̄ fili⁹:& silr mō naturę:cui⁹ est de filii silr pducere.cōsequēs falsum ē scd̄m p̄dicta.ergo &c. ¶ Qꝫ aūt spūs sanct⁹ pcedat nec vt amor de notitia nec vt amor de amore,arguit tertio sic.si spūs sanctus pcederet altero duoꝝ modorū,tūc cū ipm̄ verbū est notitia pcedens sicut spūs sanctus est amor pcedens,diceret verbum pcedere vt notitia de notitia,potius q̄ spūs sanctus vt amor de notitia:eo q̄ magis conformis est notitia notitię q̄ notitia amori.aut saltem pari ratione verbum diceret pcedere vt notitia de notitia,q̄ spiritus sanct⁹ vt amor de notitia pcedere dr̄.cōsequēs falsum ē videlicet q̄ verbum procedit vt notitia de notitia.ergo &c. ¶ Qꝫ autem verbum non procedat 4

E Queſt.vi. Arg. 2 3

vt notitia, probaꝰ: quia illa notitia esset essentiale attributum quasi ꝓcedens ipsam verbi emanatio- nem: qđ est impossibile, quia attributa non habēt esse in deo nisi ꝑ distinctā apphēsionē: q̄ in diuinis non habet esse nisi in verbo & ꝑ verbum iā ꝓductum: eo ꝙ est complementum diuinę intelligentię.

5 ¶ Q̄ꝫ autē spiritus sanctus non procedat vt amor de notitia, arguiꝰ quarto sic. Si spiritus sancꝰ ꝓ cedat vt amor de notitia, cū ꝓductio spiritꝰ sancti sit ex parte volūtatis: & oīs notitia sit ex parte intellectus: tunc intellectus esset actus in ꝓductione spiritus sancti. sed omnis actio intellectꝰ est mo do principali naturę. ꝓcederet ergo spiritus sanctus modo principali naturę sicut & filius. cōsequēs

In opposi. est falsum secundū superius determinata. ergo &c. ¶ Q̄ꝫ aūt ꝓcedat neq̄ vt de notitia neq̄ vt de amore arguiꝰ, quia ꝓcedit vt amor de nuda voluntate secūdū prædicta: sed voluntas talis nō ē no titia vel amor. ergo &c.

F ¶ Dico ꝙ procedere de aliquo ęquiuocum est: quia ly de vel potest dicere circun-

Responsio stantiam principii quasi materialis & de quo elicitur: vel circunstātiā principii agētis & eliciētis si ue eius qđ est ratio eliciendi. Primo modo sumendo de aliquo, spiritꝰ sanctus ꝓcedit vt amor. s. no tionalis, de amore. s. essentiali: de quo quasi excutiēdo siue exufflando ꝓduciꝰ. Sed isto modo non ꝓ cedit filius vt notitia de notitia: sed vt notitia de ītellectu puro, sicut patet ex supra determinatis. Secundo autē modo sumēdo de aliquo: spiritus sanctus ꝓcedit vt amor notionalis de aliquo dupli citer. Vno modo vt de rōne ꝓducēdi: alio modo vt de ipso ꝓducēte. Et de ratione ꝓducendi du pliciter: vno modo vt de rōne ꝓducēdi propter quā sic: alio modo vt de ratione ꝓducendi sine qua non. Primo istoꝝ modorū ꝓcedit spiritus sanctus nec vt amor de notitia nec vt amor de amore: qꝛ ratio elicitiua actus quo ꝓduciꝰ (secūdū ꝓdicta) est nuda voluntas, q̄ nec est notitia nec amor: qꝛ ipse habet rationē potentiæ: ista autē īquantū sunt rōnes elicitiuę alicuius, rōnē habēt actꝰ siue ha bitus quasi ꝑficiētis potētiam. Sed isto modo filius ꝓcedit vt notitia de notitia, sicut patet ex supra

G determinatis. ¶ Secundo autē istoꝝ modorum spiritus sanctus procedit vt amor de notitia: & hoc dupliciter. s. essentiali & notionali: sine qua quasi pręuia spiritus sanctus nequāq̄ ꝓduceretur de volū tate vt de rōne ꝓducēdi propter quā sic. Est eīm ratio ꝓducēdi spiritū sanctū ꝓpter quā sic ex par te ꝓducentium illum, voluntas nuda conuersa sup seipsam informata amore simplici & essentiali, vt patet ex supra determinatis. Voluntas aūt nuda nullius est ꝓductiua, neq̄ alicuius actionis pri cipium sine notitia pręuia intellectus, vt patet ex ordine volūtatis & intellectus sępius declarato in

H q̄stionibꝰ de Quolibet. Est aūt notitia essentialis q̄si præuia ad ꝓductionē spūs sancti: quia sine hac nec eēt amor essentialis in pr̄e ꝑ gn̄ationē a pr̄e cōicādus filio: sup quē volūtas cōcors vtriusq̄ se cō uertit vt de ipso q̄si materialiter spireꝰ spūs sancꝰ, secūdū superiꝰ determīata. Incognita eīm oīno se cūdū Augustinū amari nō possunt. Notitia vero ꝓcedēs siue notionalis est q̄si pręuia ad ꝓductionē spūs sancti: qꝛ sicut sine notitia essentiali q̄si ꝑficiēte ītellectū paternū nō posset volūtas paterna de se volēdo elicere actū amoris essentialis cōicādū filio ꝑ gn̄ationē: sic sine notitia ꝓcedēte notionali q̄ si ꝑficiēte ītellectū patris & filii nō posset volūtas ipsoꝝ cōcors cōuertere se sup se q̄si īformata amo re simplici, ad ꝓducēdū de amore simplici amorē incētiuū, sicut maiorē flāmā de minori. Sicut eīm ī cognita simpliciter, simpliciter amari nō possunt, & ideo ad amorē simplicē necessaria ē notitia sim plex quasi pręuia: sine q̄ talis amor nō habet elici a volūtate: sic īcognita declaratiue incētiue ama ri nō possunt, & ideo ad amorē incētiuū necessaria est notitia declaratiua q̄si ꝑuia, sine q̄ talis amor nō habet elici a volūtate de amore simplici: sicut flāma maior de minori, q̄ tn̄ non est nisi vna flam ma: quēadmodū ex p̄te intellectꝰ notitia declaratiua q̄si maior & clarior est simplici notitia: q̄ nō sūt tn̄ nisi vna notitia. Dico q̄si maior: qꝛ licet in diuinis notitia vel amor essentialis nō sit maior scđm rē q̄ notitia vel amor notiōalis siue ꝓcedēs: tn̄ ex mō ꝓcedēdi notitia ꝓcedēs ē declaratiua respectu notitię simplicis: & amor procedēs est incētiuꝰ respectu amoris simplicis. Nec est differētia in hoc ex p̄te intellectꝰ & volūtatis, nisi ꝙ ex p̄te volūtatis q̄si materialiter ꝓcedit amor de amore: pricipia tiue aūt de nuda volūtate. Ex p̄te aūt intellectꝰ ecōuerso principiatiue & ꝓductiue ꝓcedit notitia

I de notitia: sed q̄si materialr̄ ꝓcedit notitia de ītellectu nudo, vt patet ex ꝓdeterminatis. ¶ Et est hic aduertēdū, ꝙ licet scđm iā dictū modū spūs sancꝰ dicaꝰ ꝓcedere vt amor de notitia duplici sicut de rōne pricipiādi sine q̄ nō, nō tn̄ filiꝰ dr̄ ꝓcedere de amore vt de rōne pricipiādi sine qua nō. Nō de amore notionali, qꝛ ille ꝓcedit de filio: nec de pricipalitate: nec etiā de amore essentiali quo pr̄ amat se & eēntiā suā, q̄ annexꝰ est notitię eēntiali: de q̄ vt de rōne pricipiādi ꝓpter quā sic, pr̄ ꝓducit filiū: qꝛ licet ꝓducēs filiū nō sit sine illo amore q̄si ꝑuio, nō tn̄ de illo ꝓducit filiū vt de rōne sine q̄ nō. qꝛ ille amor nō ē necessariꝰ notitię simplici vt de ipsa q̄si pricipiatiue ꝓducaꝰ notitia declaratiua: sicut notitia duplex est necessaria voluntati vt de ipsa principiatiue producatur amor incentiuus. Plus enim indiget voluntas vt exeat in actum suum intellectu pręuio, q̄ ecōuerso intellectus vt exeat

in actum suum quasi preuia voluntate. Vnde loquendo de notitia quasi antecedente, & similiter de amore quasi antecedente, spirit⁹ sanct⁹ poti⁹ dicēdus est esse cū notitia amor, q̄ filius siue verbū cū amore notitia: quia notitia duplex. s. essentialis & declaratiua, qua pater & filius noscunt spiritum sanctū a se ꝓductum, est saltem ratio sine qua nō spirit⁹ sanct⁹ produceret, & quasi preuia ad ipm producendum sicut dictum est. Amor aūt qui solus quasi preuius est in productione filii quo pater amat genitam a se prolem, nec etiam est ratio sine qua non produceretur filius, vt dictum est. Propter quod nequaq̄ legitur notitia siue intellectus procedere de amore: dicitur tamen amor siue voluntas procedere de notitia. Vnde Augustinus loquēs de luce increata dicit. xv. de trini. ca. xvii. Ipsa tibi ostendit duo velut parentem & ꝓlē tertia voluntate siue dilectione iungente. Quā quidē voluntatē de cognitiōe ꝓcedere necesse est. Nemo eīn vult qđ quid vel quale sit nescit. Sumēdo autem ꝓducere de aliquo vt de ipso producente, cum ꝓducentes spiritum sanctum sunt pater & fili⁹ K
quorum neuter dicit̄ esse amor: sed potius dicuntur esse amantes aut habentes in se amorē: secūdū istum modum nullo modo spirit⁹ sanct⁹ dicendus est procedere vt amor de amore: sed potius de amantibus vel habentibus amorē: quia amor personaliter non dicitur de patre & filio. Quia autē pater & filius non solum dicuntur noscentes vel habentes in se notitiam, accipiendo notitiam pro actu vel habitu perficiente personam secundum intellectum: sed etiam notitia personaliter dicitur de illis inquantum pater est notitia ingenita, de qua procedit filius vt notitia genita: Ideo secundū istum modum spiritus sanctus dicendus est procedere non solum vt amor de noscentibus vel habentibus in se notitiam: sed etiam vt amor de notitia duplici, genita. s. & ingenita. Sed est aduertendū q̄ cum spiritus sanctus dicitur ꝓcedere de noscentibus vel habentibus notitiam, hoc non est ꝑ L
se: sed potius per accidens: quia non procedit de noscentibus vel habentibus notitiam inquantum tales: sed potius inquantum sunt volentes vel ipsam voluntatem concordem habētes: eo q̄ in ipsis secundum iam dicta, voluntas est ratio spirandi spiritum sanctum propter quam sic: non sic notitia. Vnde per se loquendo spiritus sanctus non procedit nisi de volentibus inquantum tales sunt non autem de noscentibus inquantum noscentes sunt: nec etiam de amantibus inquantum amantes sunt: nisi accipiendo de aliquo vt de principio quasi materiali, non autem vt de principio elicitiuo, sicut patet ex ꝓdictis. Filius autem econuerso accipiendo de aliquo vt de principio elicitiuo procedit per se de cognoscente inquantum cognoscens est, & de intelligente inquantum intelligēs (dico notitia essentiali) non autem de amante inquantum amans est, neq̧ de volente inquantum volens est: licet aliquis voluntate & amore essentiali ipse sit amans & volens se & suam essentiam. Loquēdo autem de aliquo vt de principio quasi materiali, tunc filius non est dicendus ꝓcedere de cognoscente aut intelligēte aut amante aut volente: sed solummodo de intellectu aut habente in se intellectum. Et secundum hoc loquendo de volūtate antecedente vt terminatur ad ipsum filium, pater neq̧ dicendus est generare filiū volens neq̧ nolens: sed loquendo de voluntate consequēte quo ad actū volēdi vt terminat̄ ad filium, dicendus est generare volens: quia & amore essentiali & amore notionali cōplacet ei in prole genita. Similiter loquēdo de itellectu antecedēte vt terminatur ad spiritū sanctū, pater & filius non sunt dicendi spirare spiritū sanctū intelligētes: sed loquēdo de intellectu cōsequente quo ad actū intelligendi vt terminatur ad spiritum sanctū, dicendi sunt spirare spiritum sanctum intelligentes: quia & notitia essentiali & notitia notionali cognoscunt amorem procedentem a se.

¶ Ad primū ergo obiectū q̄ spiritus sanct⁹ procedit de patre & filio vt amor de notitia: q̄a sic cōtigit in ptib⁹ imaginis create: Dico scđm iā exposita q̄ loquēdo de aliquo quasi materialiter sp̄us sanct⁹ nō ꝓcedit de notitia: nec simil'r in ptib⁹ imaginis amor aut volūtas: & sīliter neq̧ loquēdo de aliquo elicitiue vt de rōne ꝓpter quā sic. Dicit̄ tñ ꝓcedere de noscētib⁹, inquātū notitia sumit̄ ꝑ habitu vel actu noscēdi: & sīliter de notitia genita & īgenita īquātū notitia sumit̄ ꝑsonaliter scđm iā expositū modū. Et iō cū in ptib⁹ imaginis amor dicit̄ ꝓcedere de mēte & de notitia vt de notitia duplici, genita. s. & ingenita: & similiter volūtas dicit̄ ꝓcedere de memoria & intelligentia vt de duplici notitia: ibi accipit̄ notitia quasi ꝑsonaliter: & stat ibi mens ꝑ habente mentem siue pro meminēte, & notitia ꝑ cognoscēte, q̄ ꝑsonaliter est ipsa notitia aut habēs in se notitiā, sumēdo notitiā ꝑ habitu aut actu. Et sic loquit̄ August. qñ de processu amoris qui est spiritus sanctus dicit. x. de tri. cap. xii. Ab ipsa q̄ppe mēte ꝓcedit. Et ibi similiter accipit̄ memoria ꝑ habente memoriā siue pro memorāte, & intelligētia pro intelligente, qui ꝑsonaliter est ipsa intelligētia aut habens in se intelligentiam, sumendo intelligentiam pro actu aut habitu. secundum q̄ haec omnia debent exponi disputando de creatura intellectuali in generali quomodo creata est ad imaginem, & quomodo est imago creatoris: & sic ratio illa nullo modo potest procedere contra determinata. M Ad pri. principa.

N ¶Ad secūdum, ꝙ si spiritus sanctus pcederet vt amor de amore, procederet vt imago de simili, si
Ad scdm. cut filius: Dico ꝙ verum esset si pcederet de amore vt de ratione qua pductiue pricipiaret ppter
quā sic, sicut pcedit filius de notitia. Nūc autē nō est ita: quia nō procedit de amore nisi vt de ratio
ne de qua quasi materialiter pricipiatur. Vt de ratione aūt qua productiue principiatur nō proce
dit nisi de voluntate nuda. & hoc modo non procedit vt simile: quia non vt voluntas de volunta
te, neqꝫ vt amor de amore: neqꝫ modo assimilandi p speciei similis impressionem: sed quasi p quandā
excussionē alterius, secundū speciem. s. amoris de notitia duplici, vel duplici cognoscente, vel de duo
bus volentibus. Vnde pcessus filii de patre est cōformis generationi vniuocę caloris de calore: poes
O sus vero spiritus sancti de patre & filio ē quasi cōformis generationi ęquiuocę caloris de sole. ¶Ad
Ad tertiū tertium, si spiritus sanctus procederet vt amor aut de notitia aut de amore, tunc verbū diceret p
cedere vt notitia de notitia, quę est essentiale attributū & pcedens pductionē verbi, Dico ꝙ verum
est secundum iam declarata & superius exposita de productione verbi: quia licet attributa quæ ha
bent esse per distinctam apprehensionem essentialem tribus personis, non possunt habere esse di
stinctum quasi pcedens pductionem verbi p illā apphensionem vt ipsa est verbi actio, aut etiā spūs
sancti, q̄ pcedit a verbo: habēt tñ esse illud p illam vt ipsa est actio patris & circa diuinam essentiā
specialiter vt ipsa patris est. Et ꝙ notitia talis quasi pręcedit emanationem verbi, expresse pbat per
id qđ Augustinus de verbo producto in nobis vt imagine verbi diuini dicit sic. xiiii. de trinita. cap.
vi. Nec sane gignit notitiam suam mens, quando cogitando intellectum se conspicit tanq̄ sibi inco
gnita fuerit. Et lib. xv. cap. xv. hoc applicans ad diuina dicit. Concedamus iam vocandum esse ver
bum illud mentis nostræ qđ de nostra scientia formari potest etiā priusq̄ formatum sit. & sequitur
cap. xvi. Cogitatio qppe nostra perueniens ad id qđ scimus verbum nostrum est. Et nulla est quo
ad hoc differentia alia a formatione verbi dei & nostri, nisi ꝙ in deo non est prius verbum formabi
le q̄ formatum. Vnde ex dictis continue cōcludit dicēs. Et ideo verbum dei sine cogitatione debet
intelligi: vt forma simplex intelligatur nō aliquid habens formabile qđ etiam esse possit iforme. Et
sic cōcedere oportet ꝙ de scientia siue notitia dei patris vt patris est, formatur verbū ipsius: licet nō
vt de informi de q̄ pri⁹ duratiōe formari possit: sed vt de q̄ semp formatū est, & de q̄si pcedenti secū
dū rōnē intelligēdi. Aliter eñ verbū nō procederet de patre vt de sapiēte & sciente & intelligente:
nec esset pater sapiens sciens & intelligens nisi sapientia scientia & intelligentia quā genuit. Vnde
Augustinus in principio. vi. de trinitate reprehendit rationem quorūdam fidelium contra hæreti
cos quosdam inductam cogentem hoc concedere, dicens ꝙ ratiocinatio ad hoc cogit vt dicamus
deum patrem non esse sapientem nisi habendo sapientiam quā genuit, non existendo p se patrē ipsa
sapientia. Deinde si ita esset, filius quoqꝫ ipse sicut dicit deus de deo lumen de lumine, vidēdum est
vbi possit dici sapientia de sapientia si non est deus pater ipsa sapientia: sed tñ genitor sapientię, q̄
si diceret, nequaq̄. Habet ergo pro incōuenienti ꝙ filius non sit sapientia de sapientia, & ꝙ pater
non sit sapiens nisi habendo sapientiam quā genuit. Qđ plane explicat pertractādo hanc quęstionē
per totum principium. vii. libri: ad quā reuertit lib. xv. cap. vii. dicens. In illa trinitate quis audeat di
cere patrem nec semetipsum nec filium nec spiritum sanctum per se intelligere: sed non nisi per fi
lium, nec diligere nisi per spiritum sanctum! quasi diceret nullus. Dico ergo ꝙ deus pater diuina es
sentia vt est sua sapientia & intelligentia intelligit se & suam essentiam & omnia attributa essen
tialia distincta intelligentia quasi prius ordine quodam rationis q̄ generet verbum, a notitia qua
P sicut intelligit de intellectu quo intelligit generat. ¶Qđ autē dicitur in argumento ꝙ distincta ap
Ad q̄rtū. prehensio in diuinis non habet esse nisi in verbo aut per verbum: eo ꝙ est complementum diuinæ
intelligentiæ: Dico ꝙ reuera verbum est complementum diuinæ intelligentiæ & intellectus, prout
superius declarauimus. Sed non sequit ex hoc ꝙ in diuinis non sit distincta apprehensio nisi in ver
bo & per verbū: qa ꝙ verbū dicitur cōplementū diuinę intelligentię & intellectus eius, hoc non est
quasi perfectior sit actio intelligendi in verbo aut per verbum, q̄ in notitia essentiali vel per illam
sicut nec verbum dicitur notitia declaratiua quia clarior est q̄ notitia simplex: sed qa ratione mo
di procedendi procedit vt notitia formata de notitia simplici & essentiali. Illud autem non sequere
tur nisi verbum secundum rem esset notitia clarior: nec adhuc ex illo amplius sequeretur nisi ꝙ ĩ
verbo & per verbum esset distinctior apprehēsio attributorum, clarius scilicet apprehendendo illo
rum distinctionem: quemadmodum contingit in nobis ꝙ clarius intelligimus & apprehendimus
in definitiua ratione in se. Et sic ex illo nequaq̄ sequitur quin distinctio aliqua attributorum
præcedat productionem verbi secundum modum iam dictum. Ipsum etiam verbum produ
ctum apprehendit patrem prius ordine rationis apprehendere seu apprehendisse ipsam attri
butorum distinctionem q̄ ipse produxerit ipsum verbum: & sic ipsum verbum apprehen

dit distinctionem attributorum, distinctá apprehensionem a patre necesse est pcedere pductionem verbi ordine rõnis: licet sua apphensio vt est verbi sequatur illá. aliter eñ verbum non diceretur pcedere modo intellectus, & spiritus sanctus mõ volũtatis. Dico tñ q ipsa pcessio verbi nõ depẽdet ab ipsa distinctione: nec requirit ipsam quasi prçuiá quo ad id qđ rõnis seu a ratione in ipsis distinctis: sed solũ quo ad id qđ sunt in ipsa diuina essentia virtute & quasi inchoatiue & in aptitudine ad distinctionẽ qua existit in actuali cõsideratione itellect⁹: & sic sunt origines emanationũ. Sed sũt aliqui qui concedunt cõclusum in dicto argumento: dicẽtes q nõ dicit verbũ pcedere mõ itellect⁹ & spũs sanctus modo voluntatis: qa intellectus & volũtas sunt pricipia pductiua personarum vt sunt intellectus & voluntas. Non est ita: sed ipsa diuina essentia est principiũ pductiuũ psonarũ vt est subintrans quẽdá modũ qui est pprietas relatiua. p hoc enim habet in se vim gñatiuá & spiratiuá. ℭ Qđ aũt dicit q vna pductio pcedit p modũ naturę & intellectus: altera vero p modũ volũtatis: sic debet itelligi vt dicũt. s. q vna pcedit i essentia diuĩa p vĩm talẽ: alia vero p vim aliá: quarũ pcessiones nominamus modo intellectus & volũtatis. Quare i creaturis tales modos repimus: vbi .s. vnũ pcedit ab alio, & est pductio naturę: aliud vero a duobus, & est pductio voluntatis: q̃ psupponit intellectũ. Qđ dicũt quia tenẽt p firmo q impossibile est in deo aliquo℞ corporaliũ distinctá apphẽsionẽ esse nisi in verbo & p verbum: ita q impossibile sit intelligi q in diuinis sit vna pcessio modo intellectus, & alia modo volũtatis: aut q in deo sint distincta vllo mõ natura aut volũtas aut aliq̃ alia attributa inter se nisi in verbo & p verbũ, & nisi cointelligendo cõsimilia vel correspõdentia in creaturis. Et dicũt q ideo Augustinus vocat filiũ artẽ: vbi exponẽdo dicta Hila. lib. vi. de trinitate cap. vltimo dicit sic. In imagine noiauit speciem tanq̃ verbũ pfectum cui non deest aliquid & ars quædam omnipotentis & sapientis dei plena omnium rationum viuentium incommutabilium: & omnes vnũ in ea sicut ipsa vnum de vno cum quo vnum. Qualiter attributorum distinctio in diuinis non est accipienda p habitudinem ad creaturas extra: sed solũmodo adintra, satis declaratum est supra loquendo de attributis: & amplius declarabitur infra loquendo de relationib⁹ cõmunibus. Q₂ aũt ista distinctio non fit solũmodo in verbo & p verbũ: sed p itellectum essentialẽ patris vt patris est, iá (vt arbitror) est satis declaratũ. Ad aliũ dictum Augustini q verbum est ars plena rationum: Dico q ibi Augustinus non loquit de rõnibus attributalibus: sed solummodo de rationib⁹ idealibus: quæ sunt rationes cognitiuæ & causatiuæ essentiarum in creaturis. Quod bene declarat Augustinus subdens post verbum pdictum. Ibi nouit deus omnia q̃ fecit deus p ipsam non solum in esse essentiæ quo ad rerum formas & species: sed etiam in esse existentiæ quo ad rerũ specifica indiuidua. Vnde sequitur cõtinue. Et ideo cum decedunt & succedunt tempora, non decedit nec succedit aliquid scientiæ dei. Nõ eñ q̃ creata sunt ideo sciuntur a deo quia facta sunt, & non potius ideo facta sunt vel mutabilia qa immutabiliter ab eo sciuntur. ℭ Q₂ vero dicunt q intellectus & voluntas in deo non sunt pricipia pductiua personarum sed potius diuina essentia subintrás modum & rationem pprietatum: Dico q diuina essentia non est principium diuinarũ emanationum subintrans rationem pprietatum, nisi ipsa ordine quodam rationis primo sit origo intellectus & voluntatis immediate subintrans modos illorum originaliter, inquantum quasi virtute in ipsa sunt essentia. sic enim sunt pxima principia subintrantia rationes illarum proprietatum relatiuarum, & hoc realiter, sicut iam exposuimus. ℭ Q₂ aũt dicunt q filius dicitur procedere modo naturę & intellectus, & spiritus sanctus modo volũtatis: quia in creaturis consimiles modos procedendi reperimus: hoc nihil arguit, nec aliquam rationem dicti eorum ostendit: quia consimili modo possumus dicere de ipsis emanationibus: scilicet q filius dicitur pcedere generatione, & spirit⁹ sanctus pcessione, quia consimilia & correspondentia illis inueniũtur in creaturis: qđ tñ omnis falsum esse pronunciauit, quia sicut horũ distinctio est ibi actione & natura rei, similiter est ibi illorum distinctio virtute & natura rei: licet nõ cõpleatur nisi ab intellectu. ℭ Argumenta duo vltima concedenda sunt secundum modum iam expositum.

Q Ad qntũ. R S Ad vltiá duo arg.

Irca septimum arguitur q spiritus sanctus non sit amor quo pater & filius diligunt se & alia, Prĩo sic. sicut se habet filius iquantũ est notitia ad actũ intelligẽdi ex parte intellectus: sic se habet spiritus sanctus inquantum est amor ad actũ diligendi ex parte voluntatis. quia sicut filius inquãtum est notitia est perfectio vel q̃si intellectus secũdũ superius determinata: sic spiritus sanctus est perfectio vel quasi voluntatis. sed pater non intelligit se & alia filio vt est verbum siue notitia: quia per qđ intelligit sapit. Nõ autem sapit verbo sed sapientia siue genita secundum Augustinum, vii. de trinitate cap. i. & 4. ergo &c. ℭ Secundo sic. si pater & filius diligere

T Quæ. viĩ Arg. a

rent ſe & alia amore qui eſt ſpiritus ſanctus:cum ſpūs ſanctus ſit amor notionalis:tunc diligerent ſe & alia amore ſiue dilectione notionali . conſequens falſum eſt : quia diligere in diuinis eſt actus
3 eſſentialis.cuius ratio nō eſt niſi ipſa diuina eſſentia vt eſt amor eſſentialis.ergo &c. ¶Tertio ſic.ſecundum non eſt ratio primi:ſed potius ecōuerſo.omnia eſſentialia ſunt prima & quaſi preuia reſpectu notionalium,vt patet ex ſupra determinatis.Quare cum diligere ſit actus eſſentialis,& ſpirit⁹ ſanctus ſit amor notionalis,ſpiritus ſanctus non eſt amor quo pater & filius diligunt , quia id quo
In oppoſi. diligunt eſt ratio eliciendi actū diligendi.¶Cōtra.non eſt amor niſi ſit vis vnitiua amantis cū amato.& ſi talis vis eſt amor ſimplex,multo fortius ergo & amor incentiuus.quia quanto eſt ardentior tanto fortius vnit.quare cum ſpiritus ſanctus ſecundū iā expoſita ſit amor incētiuus:ipſe ergo eſt vis vnitiua amantis cum amato.ſed hoc non niſi mediante actu diligendi.ergo &c.

V ¶Dico ꝙ ſecundum dicta ſanctorum concedere oportet ꝙ pater & filius diligūt
Reſponſio ſpiritu ſancto:Spiritus ſanctus autem amor eſt:oportet ergo concedere ꝙ ſpiritus ſanctus ſit amor quo pater & filius diligunt.Vnde Auguſtinus loquens de proceſſione ſpiritus ſancti a patre,dicit x.de trinitate cap.xii. Manifeſte oſtenditur hoc amoris eſſe principium vnde procedit : ab ipſa ꝓpe mente procedit:atq̧ ita principium eſt amoris ſui quo ſe amat. Vnde nō proponitur queſtio q̄ſi
X dubitandum ſit an pater & filius diligant amore qui eſt ſpiritus ſanctus : ſed quia dubitatur quō hoc vere intelligi poſſit:& qua ratione ille ablatiuus amore conſtruat̄ cum actu diligendi ſiue amādi.Et eſt ratio dubitandi ſup hoc expreſſa in tribus primis argumentis:que concludūt ꝙ tamē poſſunt conſtrui cum illo vt ratio elicitiua illius actus:& non eſt clarum ꝙ alio modo poſſit cum illo conſtrui.propter qđ circa hoc diuerſe ſunt exorte quaeſtiones.Vnde difficultatem queſtiōis ꝓpter tactum in primo argumento,tangit Hug.de ſancto Victo.in epiſtola quadam ad b.Bernardū ſic ī quiēs.Queris a me quomodo verum ſit qđ Auguſtinus dicit.Dicit em̄ ꝙ pater ſpiritu ſancto diligit filium,& filius eodem ſpiritu diligit patrem. Q; tū pater ea ſapientia quae eſt filius ſapiat,oīno contradicit hmōi ratione . Nam ſi ea ſapientia quae filius eſt ſaperet ipſe pater,non tam filius a patre,q̄ pater a filio eſſet:quibus idem eſt eſſe qđ ſapere.Et eadem ratione ſi eo amore diligeret qui eſt ſpūs ſanct⁹,nō tam a patre q̄ pater a ſpiritu ſancto eſſet:qbus idem eſt eſſe qđ diligere.Hoc aūt falſum eſt.Vñ ſubdit.Hinc eſt ꝙ quidā in hunc modū opponunt & dicunt. Cum idem ibi ſit diligere qđ eſſe,quōmodo dicitur pater vel filius non eſſe ea dilectione quo alter alterum diligit:cum
Y ideo pater negatur ſapere ſapientia quā genuit , ne ea eſſe intelligatur?Et reſpondet Hug.ad argumentum & ſimul ad quaeſtionem,vt tactum eſt ſupra in quaeſtione de differētia inter dicere & generare,diſtinguendo ꝙ agere aliquo contingit dupliciter,vel vt ratione formali que eſt in agēte,& ſic pater non diligit ſpiritu ſancto,neq̧ filius,vt procedit ratio:vel vt potentia operatiua que eſt ab alio,& ſic bene diligunt ſpiritu ſancto,& ſimiliter pater intelligit verbo:non tamen ſequit̄ ꝙ eſt ſpiritu ſancto aut verbo,vt ibidem expoſitum eſt.Vnde dicit ſic.Quātum mihi videtur multum eſt inter facere & fieri &c.vſq̧ ibi . Et ſecundum hoc cum actus attribuitur &c. vt habitum eſt ibidem.Dicitur ergo(vt ſubdit Hug.ibidem)pater ſpiritu ſancto diligere:& pater ſuo amore procedente diligit:non ꝙ per eum amorem habeat ſed exhibeat:non ꝙ p eum amorem accipiat ſed ipendat.Et ſic ſecūdum Hug.ꝙ pater dicitur diligere ſpiritu ſancto,eſt:ꝙ ſpiritus ſanct⁹ diligit hoc habet a patre:quia ipſe eſt a patre.vnde ſubdit in eadem epiſtola. Fili⁹ de ſeipſo dicebat,mea doctrina
Z non eſt mea . Cur & ſpiritus ſanct⁹ non equa ratione dicat dilectio mea nō eſt mea ſed patris? Nota ad intellectū dicti Hug.& hoc ex verbis eius in illo dicto Chriſti,Mea doctrina nō eſt mea: ꝙ dupliciter poteſt intelligi illud Doctrina mea. Vno mō ſic. mea doctrina.i.doctrina qua ego ſapio nō eſt mea:quia ego non habeo eam a me:ſed a patre.& ſecundum hoc pater ſecundum Hug.dicitur ſapere filio:quia ſapientiam & doctrinā qua filius ſapit & ꝙ filius ſapit hoc habet a patre.& ſic idē qđ fili⁹ agit in eo ꝙ ſapit pater agit:ſed p filium ſiue filio.Et ſimiliter ſi ſpiritus ſanctus dicat mea dilectio non eſt mea,idem eſt qđ dilectio qua ego diligo non eſt mea:quia non habeo eam a me:ſed a patre.Et ſecundum hoc ſecundum Hugo.pater dicitur diligere ſpiritu ſancto : quia ꝙ ſpiritus ſanctus diligit & dilectionem qua ſpiritus diligit habet a patre.Alio autem modo illđ, Mea doctrina,intelligitur ſic.i.doctrina qua ego homines erudio & quā eis impendo nō eſt mea:quia illam nō habeo a me:ſed a patre.& ſecundum hoc ſecundum Hug.pater dicitur erudire filio:quia doctrinā qua filius erudit ipſe habet a patre,& ſic qđ filius agit in eo ꝙ erudit pater agit,ſed filio ſiue p filiū Et ſi ſpiritus ſanct⁹ dicat mea dilectio nō eſt mea,idē eſt ac ſi diceret:dilectio qua ego hoīes inflāmo & quā eis impendo non eſt mea:quia illam nō habeo a me:ſed a patre. Et ſecundum hoc pater dicitur inflammare homines igne charitatis:quia charitatem ſiue dilectionem qua ſpiritus ſanctus inflammat,ipſe habet a patre,& ſic qđ ſpiritus ſanct⁹ agit in eo ꝙ inflāmat,pater agit,ſed ſpiritu ſan

cto siue per spiritum sanctum. Sed secundum talem expositionem nullam difficultatem habet omnino quaestio aliam quam habet quaestio qua quaereretur an pater creat filio siue per filium, an spiritu sancto siue per spiritum sanctum: nec ad hoc inuestigandum anhelat intellectus in hac quaestione: sed potius an cum dicitur pater diligere spiritu sancto, spiritus sanctus habeat quasi rationem causalitatis super actum diligendi patris: quam reuera habet: quam & mentem Hug. tetigit, licet eam non explicauerit. Quod bene insinuat quando post praedicta in dicta epistola ad astruendum quod omnino concedendum est, patrem & filium diligere spiritu sancto, subdit iuxta processum vltimi argumenti dicens. Si spiritus sanctus amor est vtriusque, cur pater non dicatur recte spiritu sancto, hoc est suo diligere amore? Animus humanus amor non est, sed ab ipso amor procedit, & ideo se non diligit: sed amore, qui a seipso procedit. Pater vero amor est, & ideo pater diligit seipso: diligit & spiritu sancto: diligit seipso amore, diligit & suo amore. Si spiritus sanctus diceretur amor cordis tui, sicut spiritus sanctus dicitur amor patris & filii, qua ratione quis posset negare te spiritu sancto, hoc est amore tuo diligere? Reuera pater amor est, sed essentialis: quo diligit formaliter, hoc est tanquam forma quadam quam ipse est eliciendo actum diligendi: qui non est nisi essentialis. Animus autem humanus amor ex se non est, & ideo ipse seipso non diligit: sed solummodo amore a se procedente per actum volendi. Per quod insinuat quod pater consimiliter habet amorem a se procedentem & in animo suo manentem, licet subsistendo non autem inhaerendo, sed informando: sicut inhaerendo informat animum humanum amor ab ipso procedens. Sicut ergo homo diligit amore procedente, sic & pater. Illud autem non est nisi quia amor quo diligit homo habet aliquam rationem causalitatis super actum diligendi. Similiter ergo cum pater diligit amore a se procedente, oportet quod ille amor habeat aliquam quasi causalitatem super actum diligendi. Et quia istam rationem causalitatis difficile est assignare. Certum enim est quod causalitatem principiandi & eliciendi actum diligendi essentialem in patre non habet amor qui est spiritus sanctus, quia tunc spiritus sanctus daret patri quod diligeret essentialiter, & ita quod esset: quia idem est ei (scilicet patri) diligere quod esse: sicut & sapere idem est patri quod esse vt vult Augu. vii. de Trini. cap. i. & x. Et ideo circa hoc diuersi sunt modi dicendi. Dicunt enim quidam quod ille ablatiuus spiritu sancto habet causalitatem super actum diligendi patris non in eliciendo vt dictum est, sed in appropriando. Dicunt enim quod pater diligit spiritu sancto per appropriationem .i. per amorem qui ei appropriatur. Amor enim essentialis ei appropriatur, vt inferius declarabitur loquendo de appropriatione. Sed eadem ratione bene diceretur, pater sapit filio, quia eodem modo filio appropriatur sapientia: quod non conceditur. Ideo alii dicunt quod ille ablatiuus habet causalitatem super actum diligendi in indicando quod in patre sit actus diligendi. Vnde dicunt quod construitur cum verbo diligendi in habitudine signi ad signatum, quemadmodum si diceretur isti diligunt se verbis: quando nullum aliud indicium quod sese diligant habetur quam quod verbis amabilibus sese alloquuntur. Qualem dilectionem prohibet Io. quando dicit prima Canonica cap. iii. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Sed eadem ratione posset concedi illa, pater sapit verbo. Quia ei habet in mente sua verbum a se procedens, signum est quod sapiat. Sed tamen ista negatur & illa conceditur. Alio ergo modo causalitas huiusmodi intelligenda est. Ideo dicunt alii quod construitur in ratione formae siue causae formalis: quemadmodum dicitur quod iste lucet luce, calet calore, viuit vita. Quod non potest stare, quia talis forma denominat ipso actu & cadit in significatione actus penitus idem significando cum actu. Differunt autem in solo modo significandi vt essentia & esse, vt satis expositum est superius. Nunc autem in proposito amor siue dilectio quae est spiritus sanctus non est forma illa a qua pater denominatur diligens: nec illa dilectio quae significatur actu diligendi est penitus essentialis: & dilectio quae est spiritus sanctus notionalis est. Vnde cum dicitur pater amat amore, id quod denominat patrem significatum est in actu amandi, & est amatio, non autem ipse amor, siue sumatur essentialiter siue notionaliter. Et bene differunt secundum rem in creaturis amor & amatio: sicut cum dicitur pater diligit dilectione quae est spiritus sanctus, quasi aequiuoca est dilectio quae significatur actu diligendi & ipso denominat, & quae dicitur esse spiritus sanctus. Propterea dicunt alii quod construitur dictus ablatiuus in ratione effectus siue principiati formalis, sicut cum dicitur quod arbor floret flore. Reuera isti magis propinqui sunt veritati quam praecedentes, quia in ratione causae formalis denominatiue dicitur quod arbor floret floritione, & multo magis se habet ad actum diligendi patris amor procedens qui est spiritus sanctus, sicut flos ad florem. Quia per actum diligendi sicut flos ab arbore per actum florendi quodammodo a patre procedit spiritus sanctus, inquantum scilicet pater & filius potius spirant spiritum sanctum vt diligentes siue amantes quam vt scientes vel vt cognoscentes. non sic autem floritio procedit ab arbore per actum florendi, sed est forma signata in actu florendi. Sed tamen istud non potest stare in proposito, quia cum talis ablatiuus construitur cum verbo, verbum illud per se positum includit in se actum producendi propinquum transeuntem in rem illam signatam per ablatiuum. Florere enim secundum se acceptum idem

A

B

est qđ producere florem. Nūc autem in proposito diligere cum sit purum essentiale, non est idem qđ producere amorem. & ideo licet in ratione causę formalis bene dicit arbor florere flore, eo φ florere includit actum propinquum producendi florem: nō tamen in ratione effectus formalis dici sic
C potest pater diligere amore qui est spiritus sanctus, quia licet per actum diligendi a patre procedat spirit⁹ sanct⁹, hoc tamen non est nisi vt per actum producendi remotum. Præterea quando actus construitur cum ablatiuo in ratione effectus formalis, verbum illud necessario ex se sic est absolutū φ nullo modo potest simul construi cum alio in qđ designetur trāsire. Non em̄ potest dici φ arbor floret hoc vel illud flore. Sed in proposito verbum diligēdi simul potest construi cum dicto ablatiuo & transire in aliud, dicendo pater diligit filiū vel creaturā amore qui est spūs sanctus. & hoc φ quando illo modo construitur, ablatiuus ille non dicit nisi rationem quandam circa actum vt absolute habet esse in subiecto: non autem vt transeat in aliquem terminū extra. Quādo vero isto modo construitur, iste ablatiuus non dicit rationem circa actum vt habet esse in subiecto: sed potius vt transit in aliquid extra: & ideo dicit rationem & circunstantiam transeuntem in illud. & tunc actus ille construitur cum ablatiuo tanq̄ cum eo quo act⁹ ordinatur & dirigitur in illud. Sic in ꝓposito pater diligit amore qui est spiritus sanctus, tanq̄ eo quo ordinatur actus diligendi in illđ qđ diligitur vel natum est diligi a patre. Secūdū hūc modum igitur oportet hic assignare aliquam ra
D tionem a prædictis, qua talis ablatiuus dicendus est construi cum tali verbo. ¶ Ad cuius inuestigationem aduertendum est φ diligere in diuinis tripliciter accipitur. Primo modo vt est purum eēntiale: vt quando dicit actum diligendi simplicem. Secūdo modo vt habet annexum aliquid notionale, vt quando dicit actū diligendi incentiue ex parte diligentis, & gratificatiue ex parte dilecti. Tertio modo vt accipitur pro notionali extenso ad essentiale: vt quando accipitur ꝓ actu flagrandi, secundum φ iam declarabitur. Si ergo accipit diligere primo modo, dico φ nullo modo dict⁹ ablatiuus construi debet cum tali verbo: nec vllo modo est hæc recipienda, pater diligit amore vel diligit filium vel aliquid aliud spiritu sancto. Similiter neq̄ de filio neq̄ de seipso spiritu sancto, φ diligit amore qui est spūs sctūs. Nec est ratio eliciendi talē actum de subiecto, vt habitū est supra: nec etiam ratio dirigendi ipsum in obiectum: sed horum ratio solummodo est amor essentialis: quia talis actus & directio in obiectum conueniret personæ vniuoce, si esset in diuinis absq̄ amore proce
E dente, & similiter absq̄ verbo ꝓcedente: & sic quasi prīo cōueniret patri q̄ generare aliqđ spirare. Si vero accipitur diligere secundo modo, videlicet vt habet annexum aliquid notionale, puta vt cum dicit actum diligendi incentiue: dico φ illa bene est recipienda, pater diligit spiritu sancto: quia licet amor procedens non sit ratio eliciendi actum diligendi simpliciter de subiecto, & ordinandi ipsum in subiectum: est tñ bene ratio incentiui circa actum, & hoc in ordine eius ad subiectum a quo elicitur, & etiam in ordine ad obiectum, secundum φ iam inferius declarabitur in solutione primi argumenti. Pater em̄ etsi non diligit nude & simplr nisi amore essentiali: incentiue tñ non diligit nisi amore notionali qui est spiritus sanctus. Quia sicut se habet diligere simpliciter ad amorē simpliciter: sic se habet diligere incētiue ad amorē notionalē. Est em̄ ratio icētiui aliqđ notionalis circa actū
F diligendi essentialem, licet cum illa determinatione tribus personis conueniat. Si vero diligere accipiatur tertio modo, videlicet ꝓ notionali extenso ad essentiale, vtputa pro actu flagrandi: dico φ adhuc bene recipitur illa, pater diligit spiritu sancto, quia licet amor notionalis non sit ratio elicien
G di actum talem de subiecto, est tamen ratio ordinandi ipsum in obiectum. ¶ Ad cuius intellectum est aduertendum secundum prædicta, φ sicut ex parte intellectus circa actum producendi eius est vna notio secundum rem: diuersa vero secundum solam rationem, qua pater dicitur generare filium, & dicere verbum: & similiter eandem personam nominant secundum rem filius & verbum: licet secundum diuersas rationes: sic ex parte voluntatis circa actum producēdi eius vna notio est secundum rem quæ secundum rationes diuersas diuersis nominibus est appellāda: & similiter vna persona secundum diuersas rationes diuersis nominibus est appellanda. Sed secundum vnam rationem nomen est ei impositum tam actui q̄ personæ: secundū quā pater & filius dicuntur spirare spiritū sanctū: & respondet actus spirandi ex parte voluntatis, actui generandi ex parte intellectus: & nomen spiritus respondet filio. Secūdum aliam autem rationem nomen non est impositū nec actui nec personę: sed actum possumus dicere flagrare, & ꝑsonam possumus appellare zelum: vt flagrare respondeat illi qđ est dicere, & zelū verbo. Et sicut dicere ex parte intellectus nō solum accipitur vt purum notionale, & vt dicit solum actum producendi verbum, & construitur cum verbo in accusatiuo, dicendo pater dicit verbum: sed etiam vt extenditur ad essentiale & dicit rationem manifestationis siue declarationis apud intellectum illorum quæ intellecta sunt intelligentia simplici formata per ipsum verbū vt per manifestatiuum cuilibet itellectui illustrato vero verbo: sic etiā fla

grare ex parte voluntatis non ſolum accipitur vt putum notionale, & vt dicit ſolum actum pro-
ducendi zelum vt conſtruitur cum ipſo in accuſatiuo dicendo pater & filius flagrant ſpiritũ ſan-
ctum,ſed etiam accipitur prout extenditur ad eſſentiale,& dicit ratioñe gratificationis apud vo-
luntatẽ illorum quę volita ſunt ſimplici voluntate informata per ipſum zelũ, vt per gratificatiuũ
cuilibet volũtati incẽſę per ipſum zelum.Sicut eñ in verbo omnia alia dicũtur quodãmodo, ſic in
ipſo zelo omnia quodãmodo flagrantur.Et ideo quemadmodũ dicere conſtruitur cum verbo non
ſolum in accuſatiuo,qđ ſoli patri & filio conuenit:ſed etiam in ablatiuo, qđ etiam conuenit aliis ſe
cundum ſuperius determinata in quæſtione de dicere:Sic flagrare conſtruitur cum zelo non ſolũ
in accuſatiuo,qđ ſoli patri conuenit & filio:ſed etiam in ablatiuo,qđ conuenit aliis modis propor-
tionalibus,quibus dicere verbo vel in verbo conuenit aliis a patre. Et flagrare vt ſic extenſum eſt
id qđ notionale,& ſupponit actũ amandi ſeu volendi quẽ non ſignificat:ſicut dicere extenſum ſup
ponit actum intelligendi quẽ nõ ſignificat. Pro dicto autẽ actu innoĩato quẽ appellamus flagrare
inquantũ dicto modo extenditur ſecundũ vſum theologorũ, accipitur actus amandi:& ideo eiſdẽ
modis quibus ſecundũ ſuperius determinata dicimus oẽs illuſtratos verbo dicere ſe & omnia alia
verbo & in verbo:proportionaliter eiſdẽ modis dicimus omnes accẽſos zelo qui eſt amor procedẽs
ſiue ſpũs ſctũs,ſe & alia amare ſpũ ſancto. Vnde ſicut ex parte intellect⁹ notitia eſſentialis eſt quod
dã manifeſtatiuũ quo verũ manifeſtat intelligẽti ſiue intellectui,& habet fieri in ĩtellectu vt cogni
tũ in cognoſcẽte:ſic verbũ quoddã eſt manifeſtatiuũ quo declaratiue & quaſi amplius manifeſtat
intellectui,& q̃ſi ãpli⁹ habet fieri in intellectu.Sed ex pte volũtatis amor eſſẽtialis eſt q̃dã ĩcẽſio ſiue
quoddã incẽdiũ quo bonũ gratũ fit volũtati,& quo volũtas ſe diffũdit in bonũ illud:& zelus ſiue
ſpũs ſanctus eſt quoddã incentiuũ quo bonũ amplius gratũ fit volũtati,& quo volũtas ſe amplius
in bonũ diffundit.Et ita ſicut omnia quæ nata ſunt declarari verbo: in verbo pater immediate di-
cit quando dicit verbum:& quando alia quę in verbo dicit verbo, illa verbo dicit non vt medio in
ter dicentẽ & actum dicendi,& vt ratione elicitiua actus dicendi de dicente, inquantũ notat actũ
producendi:aliter eñ ſolummodo diceret verbo dicens verbũ : ſed vt ratione qua innoteſcit apud
intellectum eius cum dicitur id qđ verbo dicitur,& qua actus dicendi inquantũ notat actum ma
nifeſtandi declaratiue dirigitur in illud,vt ſit ſolum ratio media inter actum dicendi ratione ma-
nifeſtationis quam importat,et rem dictam:vnde & verbo dicit nõ dicẽs verbũ: ſpũs ſctũs eñ ver
bo dicit creaturam, hoc eſt ſpirit⁹ ſanctus creaturã quã intelligit manifeſtat verbo intellectui illi⁹
cui dicit:Sic omnia quæ nata ſunt gratificari ſpiritu ſancto,in ipſo pater & filius ĩmediate flagrãt
qñ flagrant ſpiritũ ſanctũ:& quãdo alia q̃ in ſpiritu ſancto flagrãt,flagrat ſpiritus ſanctus; illa ſpũ
ſancto flagrat ſiue diligit non vt medio inter flagrantẽ & actum flagrandi inquãtũ notat actum p
ducẽdi:aliter eñ ſolũmodo flagraret ſpũ ſctõ flagrans ſpm̃ ſctm̃:ſed vt ratione qua flagraſcit apud
voluntatem eius qui flagrat id quod ſpiritu ſancto flagratur ſiue diligitur:iuxta vſum theologo-
rum ſumendo diligere pro flagrare,& qua actus flagrandi ſiue diligendi inquantũ notat actũ gra
tificandi dirigiẽ in illud, vt ſit ſolummodo ratio media inter actum diligendi ratione gratificatio-
nis quam importat ly flagrare,& rem dilectam. Vnde & ſpiritu ſancto diligit non producens ſiue
flagrans ſpiritum ſanctũ.Creatura eñ intellectualis bñ ſpiritu ſancto diligit deum patrem,hoc eſt
creatura intellectualis bene deum patrem quem diligit ſpiritu ſancto gratioſe & complacenter di-
ligit.Sicut eñ omne verum intellect⁹ qđ amplius innoteſcit verbo,ſic omne bonum voluntatis qđ
amplius grateſcit ſpiritu ſancto. Et ſic pater amore qui ipſe eſt ſibi eſſentialis,& ſimiliter filius &
quęlibet creatura amore ſuo naturali aliter diligũt bonũ, aliter ſpiritũ ſanctũ inquantum eſt amor
cordis ſui:per hoc ꝙ procedit in ipſum.Ab ęterno enim amor cordis patris & filii procedit in ipſis
ex tempore autẽ creaturę intellectualis.Amore eñ ſibi eſſentiali aut naturali quilibet diligit bonũ
vt ratione media inter ſubiectum a quo elicitur & actum diligendi qui illa ratione elicitur.Amore
vero qui eſt ſpiritus ſctũs quilibet diligit bonũ vt ratione media inter actũ intelligendi & ipſum
obiectũ qđ diligitur tantũmodo,ſecundũ iam dictũ modũ. Quo viſo & intellecto non eſt alia diffi
tas in hac quæſtione an pater & filius diligant ſe & alia ſpiritu,accipiendo diligere pro dicto verbo H
innominato:q̃ in illa an pater dicit ſe & alia verbo.Sed ratiõe maioris obſcuritatis & dubitationis
inducit,quia non eſt ex parte voluntatis verbũ impoſitum reſpõdẽs illi qđ eſt dicere:qđ expreſſe ſi
gnificaret actum gratificandi, ſicut dicere ſignificat actũ manifeſtandi:quẽ nullo modo ſignificat
actus diligendi,quo vtimur loco illius verbi nobis deficientis,vt dictum eſt. Accipiendo aũt dilige
re in ſua ꝓpria ſignificatione,patet difficultas q̃ſtionis ex dictis ſupra,& ãplius exponet in dicẽdis. I

¶Qđ ergo arguitur primo in contrarium,ꝙ pater non intelligit ſe & alia notitia Ad primũ
quę eſt verbum,ergo &c.Dico diſtinguendo de intelligere modo quo iam diſtinctũ eſt de diligere principale

in duabus primis significationib⁹. Intelligere enim vt est purum essentiale & dicit actum intelligẽdi simplicem, nullo modo potest concedi illa, pater intelligit verbo. & sic (vt bene procedit argumẽtum) nullo modo potest cõcedi ꝙ pater & filius diligant amore qui est spiritus sanctus. Intelligere autem vt habet aliquid annexum notionale, vt quando dicit actum intelligendi illustratiue ex parte intelligentis & declaratiue ex parte intellecti, licet nullo modo posset concedi ꝙ pater intelligit simpliciter verbo: non tñ omnino negandum est quin pater intelligat verbo declaratiue. Quia per hoc ꝙ secundum ꝓdicta verbum illustrat siue illuminat intellectum in quo est, & declarat siue manifestat ipsam rem intellectam: licet non sit ratio eliciendi actum intelligẽdi de subiecto intelligẽte: sed solummodo essentialis: est tamen ratio modi intelligendi tam in ordine intelligentis ad actũ intelligendi q̃ in ordine actus ad obiectum intellectum. vt propter hoc bene possit concedi ꝙ pater declaratiue intelligat verbo: & potius declaratiue q̃ illustratiue: quia actio intelligendi potius procedit in intellectũ ab obiecto declarato & manifestato q̃ ab intellectu illustrato in obiectum intellectũ. Et sic consimiliter non obstante argumento, licet nullo modo posset concedi ꝙ pater & filius diligãt amore qui est spiritus sanctus simpliciter: non tamen est omnino negandum quin diligant amore q est spũs sanctus incentiue: quia ꝑ hoc ꝙ secundũ ꝓdicta amor qui est spiritus sanctus incẽdit volũtatẽ in qua est, & ipsi gratificat ipsam rẽ volitã licet nõ sit rõ eliciẽdi actũ diligẽdi de subiecto diligẽte: sed solummodo essentialis: est tñ rõ modi diligendi tã i ordine diligẽtis ad actũ diligẽdi: q̃ in ordine actus ad obiectũ dilecti. Vt ꝑpter hoc bene possit cõcedi ꝙ pater & filius incẽtiue diligant amore qui est spiritus sanctus: & potius incentiue q̃ gratificatiue: quia actio volendi potius procedit a voluntate in obiectum gratificatum q̃ ab obiecto gratificato in voluntatem incẽsam. Intellectus enim mouetur ab obiecto, & voluntas mouet se in obiectum, vt sępius declarauimus alibi.

K Est tñ in hoc magna diuersitas aduertẽda ex parte illorum qui dicuntur intelligere verbo & non sunt ipsum, & ex parte eius qui est ipsum verbum, & similiter ex parte illorum qui dicuntur diligere amore qui est spiritus sanctus, & nõ sunt ipse: & ex parte eius qui est ipse spiritus sanct⁹. Quia licet illi qui non sunt ipsum verbum, non dicuntur intelligere verbo vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi: ille tñ qui est ipsum verbum, bene itelligere dr̃ verbo vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi. Et consimiliter licet illi qui non sunt ipse amor qui est spiritus sanctus, non dicuntur diligere amore qui est spiritus sanct⁹ vt ratione elicitiua ipsius actus diligẽdi: ille tñ q est ipse amor, vt ipse spũs sanct⁹, bñ dr̃ diligere ipo amore q est spũs sanct⁹: vt rõne elicitiua de volũtate ipsi⁹ act⁹ diligẽdi. Vñ fili⁹ q̃a ẽ verbũ ĩtelligit verbo declaratiue vt rõne formali eliciente actũ intelligẽdi simpliciter: sed hoc non nisi rõne notitiæ essentialis vt est aliqd verbi. Pater autem quia non est verbum licet intelligat declaratiue verbo secũdum expositum modum, non tamen vt ratione formali eliciente actum intelligendi simpliciter. quia licet illum eliciat vt ratione elicitiua notitia essentiali, nõ tamen vt ipsa est filii vel aliquid ipsius verbi, & habita per generationẽ: sed potius vt est ipsius patris om̃ino ingenita. Nec in hoc est aliqua differentia de verbo hominis qui nõ est suum verbum, & de verbo patris qui etiam non est suum verbum. Licet enĩ homo intelligat declaratiue suo verbo, non tamen vt ratione formali eliciente actũ intelligendi simpliciter: quia licet illum eliciat notitia simplici quę includitur in ratione verbi sui, non tamen vt ipsa est aliquid verbi: sed potius vt se tenet ex parte memorię ꝓducentis verbũ. Cõsimiliter spiritus sanctus quia ipse amor ꝓcedẽs est, diligit incentiue amore ꝓcedente vt ratione formaliter eliciẽte actũ diligẽdi simpliciter: sed hoc nõ nisi rõne amoris essentialis vt est aliqd amoris ꝓcedẽtis siue zeli. Pater autem quia non est amor procedens licet diligat incentiue amore procedente, secundum expositum modum: non tamen vt ratione formaliter elicitiua actus diligẽdi simpliciter: quia licet illum eliciat vt ratione elicitiua amore suo essentiali, non tamen vt ipse spiritus sanctus vel aliquid ipsi⁹ zeli, & habitus per spirationem: sed potius vt est ipsius patris om̃ino inspiratus. Nec est in hoc differentia aliqua de zelo siue amore procedente in homine qui non est suus zelus sicut neqꝫ suum verbum: & de zelo patris qui etiam non est suus zelus. Licet enim homo diligat incentiue zelo suo, non tamen vt ratione formali eliciente actum diligendi simpliciter: quia licet illum eliciat amore simplici qui includitur in ratione zeli, non tamen vt ipse est aliquid zeli: sed potius vt se tenet ex parte voluntatis quam informat, vt de quo materialiter elicitur zelus secundum modum supra expositum.

L Tertio autem modo proportionali tertio modo eius quod est diligere, non accipitur ipsum intelligere. q̃uis enim diligere sit ita essentiale vt intelligere: est tamen ratio quare intelligere potius accipitur pro notionali extenso ad essentiale q̃ diligere: & hæc duplex, scilicet necessitas & commoditas. Necessitas, quia ex parte intellectus non deficit verbum notionale extensum ad essentiale. tale enim est ipsum dicere. Tale autem verbũ deficit & deficit ex

parte voluntatis: qd nos appellamus per translationem flagrare: propter quod necesse fuit vti nomine essentiali qd est diligere, pro illo verbo deficiente, & extendere significationem huius verbi quod est diligere. Non sic autem necesse fuit vti hoc verbo intelligere, aut extendere ipsum. Ratio autem talis defectus ex parte voluntatis potius q̄ ex parte intellectus, est ex hoc ꝙ nobis min⁹ nota sunt pertinentia ad emanationem voluntatis q̄ pertinentia ad emanationem intellectus. Cuius ratio est, ꝙ nos diuina cognoscimus per ea quę in creaturis videmus, secundum Ricar. in principio de Trinita. Nunc autē in creaturis videmus emanationem modo naturæ principaliorē: qualis est illa quę in diuinis est ex parte intellectus. Emanationē vero modo naturæ nō principalē quę principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non eñ productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis & ex libero arbitrio: nulla aūt ex immutabili necessitate naturę. Et qa clarior propterea nobis est emanatio modo naturæ ex parte intellectus: euidentior ideo est facta translatio verborum interpositorum actibus creaturarum actibus diuinis, & ex parte intellectus q̄ ex parte voluntatis. Aequali tamen proprietate flagrare transferri potest ad significandum in diuinis spirationem amoris a voluntate liberali, qua transfertur dicere ad significandum in diuinis generationem notitiæ a natura intellectuali. Commoditas etiam est ratio quare diligere potius dicto modo accipitur q̄ intelligere: quia omnis actus notionalis procedit a potentia vt a principio actiuo in productum vt in terminum. In quo cum illo conuenit actio diligēdi: quia procedit a potentia volitiua eliciente actum in amatum vt in terminum: non sic actus intelligēdi, quia est quid receptū in intelligente ab intellecto. ¶Per dicta patet quomodo oportet respondere argumento qd beatus Bernardus proposuit Hugo. vt recitat Hugo in principio epistolę suę, vbi dicit sic. Queris a me quomodo verum sit &c. vt habitum est supra. Dico eñ ꝙ si loquimur de diligere primo modo, in illo bene procedit argumentū: quia sicut pater non sapit ea sapientia quæ filius est: sic nec diligit secundū istum modum eo amore qui est spiritus sanctus. quia secundū istum modum sapientia & amor non dicunt nisi rationem formalem eliciēdi actum de subiecto: virtute cuius tenet argumentum. Si vero loquamur de secundo modo, etiam bene verum est ꝙ sicut pater diligit spiritu sancto, sic intelligit verbo, quia & incentiue diligit spiritu sancto, & declaratiue intelligit verbo. Sicut nec simpliciter diligit spiritu sancto, nec simpliciter intelligit verbo. vt patet ex prædictis. Et qd arguit Bernar. secundū Aug. ꝙ si pater ea sapientia siue notitia quę filius est saperet siue intelligeret: non tam filius a patre esset q̄ pater a filio: Dico ꝙ verum est de sapere & intelligere simpliciter primo modo dicto. Quod etiā verum est de diligere simpliciter: quia si eo amore qui spiritus sanctus est, pater diligeret simpliciter eliciēdo actū: non tam spiritus sanctus esset a patre, q̄ pater a spiritu sancto. De sapere autem & intelligere declaratiue non est verum, nec etiam diligere incentiue. Non enim idem est patri esse & sapere declaratiue qd præsupponit verbum, & dicere notionale in quo habet annexum aliquid notionale: & similiter diligere incentiue qd præsupponit spiritū sanctum, & spirare: vt de tali intelligere non sit idem patri esse & diligere. Et multo minus verum est de diligere tertio modo ꝙ idē sit diligere illo modo qd esse: quia tale diligere ex parte voluntatis respondet ei qd est dicere ex parte intellectus. Sicut eñ dicere quo pater dicit verbo supponit verbum in quo dicunt̄ ea quę dicuntur, & per hoc etiā dicere ipsum verbum, & addit tanq̄ de propria significatione actum secundū prędicta: Sic diligere quo pater diligit spiritu sancto secūdum istum modum tertium, supponit spiritū sanctū in quo flagrant̄ ea quæ flagrantur siue diligūtur spiritu sancto: & per hoc etiam supponit ipsum spirare siue flagrare spiritum sanctū, & superaddit de propria significatione actum gratificandi siue acceptandi. Nec est differentia in aliquo inter dicere verbo & diligere spiritu sancto: similiter inter verbum & spiritū sanctū: nisi in hoc ꝙ dicere & verbū non solum dicunt respectū & ordinem ad dictum, sed etiam ad illum cui dicitur. Pater eñ verbo dicit spiritū sanctū creaturę, vel creaturā spiritu sancto. Diligere aūt & spiritus sctūs dicunt respectum & ordinē ad dilectum, & non ad aliquē vlterius. ¶Ad secundū, ꝙ si pater diligeret spiritu sancto diligeret amore notionali: Dico ꝙ amor vel dilectio dupliciter consideratur. vno modo vt significat̄ per verbū diligendi siue amandi. alio modo vt significatur nomine amoris siue dilectionis. Primo modo quicūq; diligit siue amat, diligit siue amat dilectione siue amore secundū rationem habitudinis formę denominantis: sicut ignis dicitur calefacere actiua calefactione, & arbor florere floritione, & splendens splendere splendore, & dicens dicere dictione: & talis amor siue dilectio non est nisi essentialis. Aut quicūq; diligit aut amat, non diligit neq; amat nisi amore vel dilectione essentiali, sed hoc secundum aliquem tritum prædictorum modorum. Secundo autem modo licet amor de se sit essentialis, tamen cadit in circūlocutionē notionalis quādo dicitur amor notionalis. Et nullum est inconueniens qd penes secundum & tertiū modos prędictos diligens vel

M N O P Ad scdm principale

amãs diligat vel amet amore notionali. Et quoquo modo æquoce dilectio significat verbo diligẽdi & nomine dilectionis notionalis, sicut splendor & dictio ęquoce vel quasi significãt hoc verbo splendere & dicere, & hoc nomine filius siue verbum. Pater eñ dicit filium dictione significata nomine illius verbi dicere, sicut generat filium generatione: sed non dicit filium dictione significata nomine

Q Ad tertiũ verbi, sicut nec dicit filium verbo. ¶ Ad tertium ꝙ notionale non ẽ ratio essentialis, quia est secũdũ respectum ipsius: Dico secũdum ꝓdicta ꝙ verum est ratio elicitiua quasi media inter elicientem & actum elicitum. Est tñ ratio illius vt qua ordinatur eliciens ad eliciendũ actum sub modo determinato in secundo modo intelligendi prædicto: vel qua ordinat actus elicitus ad obiectum, vt in secũdo & tertio modo ꝓdictis. Et nullum est inconueniens ꝙ secũdũ sit ratio primi isto modo: quia nec ipse actus in secundo modo & tertio prædictis habet rationẽ primi respectu notionalis amoris: sed potius secundi. Incentiue enim diligere penes secundum modum diligendi, aut summe complacẽter penes tertium modum diligendi, non potest aliqua diuina ꝑsona diligere nisi producto spũ sancto quasi prius: quia non nisi spũ sancto: sicut nec declaratiue intelligere penes secundũ modum intelligẽdi, nec intelligere manifestãdo (qđ est idem qđ dicere) potest pater nisi quasi prius producto

R Ad arg. in opposi. verbo, vt patet ex ꝓdictis. ¶ Ad argumentum in cõtrariũ ꝙ nõ est amor nisi eo quis amet: Dico ꝙ verum est vel elicitiue secundum primum modum amandi ꝓdictum: qđ nõ cõuenit nisi amori essentiali: vel ordinatiue, qđ bene conuenit amori notionali penes secundũ & tertium modum prædictos: quẽadmodũ (vt supra expositũ est) pater aliter amat amore essentiali qui ipse est: aliter amat amore suo notionali qui non est ipse.

S Quę. viii. Arg. 1. Circa octauum arguit ꝙ spiritus sanctus non procedit vt donum, Primo sic. procedens vt ratio donandi omnia, non procedit vt donum: quia aliud est donũ, & aliud ratio donãdi illud: sicut aliud est ratio diligendi & aliud dilectum. spiritus sanctus ꝓcedit vt ratio donandi singula dona: quia est ratio donandi omnia dona. ex hoc ei dona gratuita & liberaliter a deo donata dicunt esse dona spũs sancti, q̄q̄ a tota trinitate cõiter donant, vt patebit in q̃stione seq̃nte. ergo &c. ¶ Se-

2 cundo sic. si spiritus sanctus ꝓcedit vt donum: donum autem relatiue dicit non solum ad dantem ipsum: sed etiam ad recipientem. dicente August. ii. de trini. ca. xiiii. Qđ datũ est & ad eũ qui dedit refertur & ad eos quibus dedit: spirit⁹ sanct⁹ ergo & dei est qui dedit, & nostri qui accepimus. ergo spiritus sanctus ex ꝓcessione sua habet ꝙ relatiue dicatur non solum ad dantem: sed etiam ad creaturã cui datur. Relatio aũt q̃ habetur ex ꝓcessione, realis est: sicut & ipsa ꝓcessio realis est. Relatio enim rationalis non nisi ex actu rationis siue rationali circa relatum oritur.

In opposi. haberet ergo spiritus sanctus relationẽ realẽ ad creaturam. cõsequens falsum est. ergo &c. ¶ Contrarium habetur ibidem secũdo de trini. vbi dicit Aug. de spiritu sancto. Ipse exit a patre sicut in euãgelio habetur. Exit eñ non quomodo natus: sed quõ datus. & hoc non nisi quia exiuit vt donum aptum & habile dari ab æterno prius q̃ actu detur. ergo &c.

T Responsio ¶ Dico ꝙ postq̃ secundum prædicta verum est ꝙ spiritus sanctus proprie donũ est: propriũ autẽ non est aliquid in diuinis alicui ꝑsonæ nisi ex suo modo ꝓcedendi: quia oĩs ꝓprietas notionalis & proprietas reducta ad ipsam necessario ad originem ꝑtinet secundum ꝓdeterminata: necessario ergo cõcedẽdũ est ꝙ spũs sanct⁹ ꝓcedat vt donũ. Et nõ restat hic videre nisi quõ spũi sancto ex ratione originis siue modi procedendi cõueniat ꝙ sit et dicatur donũ: & tactum est hoc ĩ parte atq; expositum in q̃stione tertia pręcedẽte, & dissolutione rationis. viii. Vt eñ dictum est ibi: quẽadmodum filius ꝓcedit vt imago: & habet ex suo modo procedendi ꝙ sit imago: sic spirit⁹ sanctus procedit vt donum: & ex modo suo procedendi habet ꝙ sit donum. Sicut eñ filius quia procedit vt simile ꝓductum de simili ꝓducente: & vt notitia de notitia modo operationis naturę quasi ꝑ impressionẽ formę generantis similis ei de quo generat secundũ modum superius expositũ: ideo dicit imago & ꝓcedit vt imago: Imago ei dicit q̃si alteri⁹ imitago: sic spũs sanct⁹ q̄a ꝓcedit vt amor de volũtate ꝓducẽte mõ opatiõis volũtarię & liberalis q̃si ꝑ excussionẽ ab eo de quo ꝓducit siue excutit in aliũ tendẽs, sc̃dm superi⁹ etiã determinata: ideo dicit esse donũ & ꝓcedere vt donũ. Donũ enim dicit dabile liberaliter in aliud directum vt ei conferendũ. Non eñ spũs sanctus ꝓcedit solum modo vt amor manẽs in eo cuius est, sicut ꝑfectio voluntatis illius a quo ꝓcedit: sicut solũmodo ꝓcedit filius vt notitia manens: & sicut ꝑfectio in intellectu eius a quo ꝓcedit, vt patet ex supra declaratis: sed etiã vlterius procedit vt tendens in alterum ad ꝑfectionem illius in quem tendit, vt a patre in filium & econuerso: & ab ambobus in creaturam itellectualem. Et in hoc partim differt a ꝓprietate filii q̃ est verbum: & partim conuenit cum illa. Differt siquidem in hoc ꝙ verbũ ꝓcedit a patre vt manens in ipso, & non procedens ab ipso in alium vel in aliud: sicut filius non procedit a

patre in alium vel in aliud. Propter qd filius siue verbum solius illius est a quo procedit, & non dicitur filius siue verbũ nisi patris. Donum autẽ procedit a donante non solum manens in ipso, sed vt vlterius procedens in aliũ vel in aliud. propter qd nõ solum dicitur donũ donantis, sed etiam illius cui donatur. secundũ q de hoc habetur ab Augu. v. de Trini. c. xiiii. Conuenit aũt proprietas doni cum proprietate verbi in hoc, q verbum secundũ superius determinata non solum habet respectum ad dicentem, sed etiam ad dicta & manifestata siue declarata verbo: & consimiliter etiam donũ ad id cui datur, licet alio & alio modo relationis. Quia donũ refertur ad recipientẽ secundũ relationem equiparantie: Verbum autẽ refertur ad declarata verbo secundũ relationem mensure. Et similiter zelus relationem dicit ad ea ad que diligens inflammat zelo, prout expositum est, secũdum modum relationis conformẽ illi quo verbum refertur ad declarata verbo. ¶ Ad cuius ampliorem intellectum est aduertendũ q voluntas liberalis est, vt amans siue volens non solum per amorem in bono amato secundũ se quiescat: sed etiam vt eundem amorem suum in amatum transfũdat: qui amatur sibi actum amandi rependat, & in se viceversa conquiescat: & non solum hoc, sed vt etiam ambo eundem amorem in tertium transfundant, vt id qd quisq eorum diligit, alter condiligat & in eodem conquiescat, vt ab eodem vterq eorum diligatur. Amor eñ perfectus non solum querit dilectum, sed rediligentẽ & condiligentẽ & cõdilectũ. dicente Ricar. iii. de Trini. cap. xi. In mutuo amore multisq feruẽte nihil pclarius q vt ab eo quẽ summe diligis, & a quo summe diligeris, aliũ eq diligi velis. Sũme igit dilectorũ vterq oportet vt pari voto & dilectũ requirat. & xix. cap. Quando vnus alteri amorẽ impendit & solum diligit, dilectio quidem, sed condilectio non est Condilectio autem iure dicitur vt a duobus tertius concorditer diligatur: & duorũ affectus tertii amoris incẽdio in vnum cõferatur. Et secundũ hoc pater diligendo filium spirat in ipsum amorẽ qui est spiritus sanctus, & ecõuerso: & illo mutuo sese diligunt vt dono suo, & illud etiã diligũt vt requiescãt in illo: atq viceversa rediligũt ab illo, & illud requiescit in illis, & ambo etiam spirãt ipsum temporaliter in dilectum creatum, vt ambo eum condiligant & condiligantur ab eodem prout haec aliqualiter tacta sunt in. vii. questione pcedente. Est etiam aduertendũ q differentia est inter donum & datum. Datum eñ dicit actũ dandi simpliciter, siue detur quid liberaliter siue nõ, & generaliter notat in se dabilitatem siue potentiã nudam qua potest dari. Donum aũt dicit actũ dandi sicut datum, non simpliciter sed liberaliter, & notat in se non nudam dabilitatem siue potẽtiam qua potest dari etiam liberaliter, sed etiam notat in se habilitatem & aptitudinem qua quamtum est ex se & ex conditione sua, ordinatur vt alteri detur. Qualẽ aptitudinem ex cõditione & ex modo suo procedendi, secundũ iam dicta, habet in se spiritus sanctus, vt nõ solum dicatur donum ex actu dandi quo datur, & quando datur, sed etiam ex habilitate sua ad donandũ passiue, & hoc non solum ex libertate siue ex liberalitate dantis, sed etiam ex habilitate dati vt detur siue donet, prius q detur aut donetur. Secundũ hoc eñ non omne datum donum potest dici: nec econuerso omne donum datum, quia est aliquid datũ qd nec liberaliter datum, nec ex se habilitatem naturalem habet vt detur. Omne etiã datum ex libertate licet cõmuniter loquendo donum dici posset: proprie tñ donum dici non potest nisi ex conditione & natura sua habeat rationem donabilẽ, sicut eam habet spiritus sanctus, & hoc ipse solus, propter qd ipse solus proprie donum dici potest, prout procedit vltima ratio. V

¶ Ad primam rationem in contrarium cum dicitur q procedens vt ratio donandi non procedit vt donum, quia aliud est donum, aliud ratio donandi: sicut aliud est dilectum: aliud vero diligendi &c. Dico q est quoddã donum, & similiter quoddã dilectum habens per se rationem doni & diligibilis, & quoddã habens per accidens rationem doni & diligibilis. Primo modo a matre habet proles ratiõẽ diligibilis: eo q id qd est, a matre est. Secundo modo rationem diligibilis a matre prolis habet nutrix: quia scilicet fouet prolem. De eo autẽ qd est per se ratio diligẽdi, id bene est dilectum per se: sed de eo qd est ratio diligendi secundo modo, scilicet per accidens, verum est q non est dilectum per accidens, quẽadmodũ proles que est ratio diligendi per accidens. s. nutricem, nequaq diligit per accidens: est tñ dilectum per se & simpliciter. Et consimiliter oẽ aliud donum a spiritu sancto sicut donabile per accidens, quia scilicet habet in se rationem aliquã boni a spiritu sctõ, ppter quã est donabile: spũs sanctus qui est ratio donandi alia, nequaq est donabile per accidens: est tñ in se simpliciter & per se donabilis. ¶ Ad secundũ q si spiritus sanctus pcederet vt donũ, ex processione sua relatiue diceretur ad id cui donabile est, & sic relatione reali: Dico q ex processione oritur relatio procedentis ad illũ a quo procedit, & illa semper realis est: & non est spiritus sanctus qui est donum nisi ad patrem & filium, a quibus procedit. Oritur etiam relatio procedentis ex sua processione ad aliquẽ vel ad aliquid aliud q a quo procedit: quã nequaq oportet eẽ realẽ

X Ad primũ principale
Y Ad secũdũ

sicut est realis ipsa possessio. Puta verbũ in diuinis ex sua possessione habet quod sit verbũ, & relationẽ habens ad omnia dicenda verbo: ad quædam tñ illorum non habet relationem nisi rationalem secundum superius determinata. Et quod arguitur quod actus possessionis in diuinis est realis, & relatio rationalis
Z non est nisi ex actione rationali: quare talis cum sit relatio ad creaturam, rationalis est: non ergo est ex actione reali: Dicendũ quod relatio dei ad creaturas reuera non est nisi rationalis, cum econuerso relatio creaturę ad deum est realis aliquando, prout in quęstionibus de Quolibet latius, & aliquantulum etiã in superius determinatis declarauimus. Et sicut relatio dei ad creaturas non est nisi rõnalis sic non est nisi ex actione rationali: quę est rationis secundũ intellectũ aut voluntatẽ sicuti intelligere aut velle. Sed in proposito relatio doni ad creaturã ex actu voluntatis & amoris est tendens in id cui datur & cui donabile est: & hoc ex ratione suę possessionis qua in se habet esse, non absolute manens in eo a quo procedit. In quo (vt dictũ est) differt in diuinis verbum ab amore procedente siue dono. Verbum enim solummodo declaratiuum est apud dicẽtẽ verbo illius qđ dicitur verbo. Zelus autem siue amor procedens non solum est inflammatiuus eius qđ zelat zelo in id qđ ipso zelo zelatur: sed etiam tendit a zelante a quo procedit vt donũ in id qđ zelatur: & illi datur: & ita refertur ad illud qđ zelatur, nõ solum ad id qđ zelo zelatur: quẽadmodũ verbũ nõ solũ refertur ad id qđ verbo dicitur: sed etiam ad id cui donatur, qđ est propria relatio in spiritũ sanctũ inquãtum est donum: qualis nulla correspondens est in filio: licet relationi qua spiritus sanctus spiratur vt ens, & refertur ad spirãtem, respondeat in filio relatio ad patrem qua generatur ab illo vt est filius: & relationi qua flagratur vt est zelus, & refertur ad flagrantẽ, respõdeat relatio in filio qua dicitur a patre vt est verbũ: & relationi qua spiritus sanctus vt est zelus refertur ad zelata zelo, respondeat relatio qua verbũ refertur ad dicta verbo. Et sicut dicere verbo essentiale est: licet præsupponat dicere notionale: & per hoc relatio verbi rõnalis ad dicta verbo cõsequitur actionẽ notionalẽ qua procedit verbũ a patre: cõsimiliter zelare zelo essentiale est: licet præsupponat flagrare siue zelare notionale: & per hoc etiã relatio zeli rationalis etiam ad zelata zelo consequitur actionem notionalẽ qua zelus procedit a zelante seu flagrante ipsum: & vlterius etiam zeli relatio rationalis ad id cui donatur seu donabile est, cõsequitur actionem notionalem eandem. & præsupponit actio essentialis donãdi actionem notionalem qua spiritus sanctus seu zelus procedit vt donum. Et est ista processio qua procedit vt donum a flagrante, ęterna. Illa autem qua procedit vlterius in id cui donatur, quandoque est æterna quandoque temporalis. Aeterna autem, quando datur ei qui est æternus, vt filio a patre & econuerso: de quo erit sermo in sequenti quęstione. Temporalis vero quando datur ei qui est tẽporalis vt creaturę. Et differt donatio qua donatur ab æterno, ab illa qua donatur ex tempore: in hoc quod illa donatio qua donatur ab æterno filio a patre & econuerso: nihil aliud est quam ipsa processio æterna qua procedit a patre in filium & econuerso. Illa vero qua datur ex tempore creaturę alia est a processione qua procedit ab æterno a patre & filio: sicut alia est processio spiritus sancti temporalis ab æterna.

Quæstio. IX.

A Quęst. ix. Arg. 1.

Irca nonum arguitur quod spiritus sanctus non sit donum quo cætera dona donantur. Primo sic. sine dono quo cætera dona donantur nullum aliud donũ donatur & illo dato non est aliquod donum qđ non donetur: quia ipsum est propria causa & ratio donandi cætera. & posita causa tali necesse est poni effectum: & remota illa necesse est remoueri effectum. sed sine dono qđ est spiritus sanctus dato, multa dona donantur, & illo dato multa alia non simul donantur, puta dona gratis data, quæ dantur quandoque illis quibus datur spiritus sanctus: & similiter non datur
2 illis quibus datur spiritus sanctus. ergo &c. ¶ Secundo sic. Apostolus dicit primę Corinth. Qui pro nobis illum donauit filium suum spiritũ sanctũ, quomodo non cum eo donauit nobis omnia? filius ergo donum est quo cætera dona donantur. non ergo hoc est proprium dono quod est spiritus san-
3 ctus. ¶ Tertio sic. illuminatio sapientiæ donum est qđ proprie datur dono qđ est verbũ siue filius: quia vt dicitur Ioannis primo, erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc
In opposi. mundum. non est ergo proprium dono qđ est spiritus sanctus, quod ipso donetur donum hoc. ¶ Contra. in quolibet genere vno est vnum primum qđ est ratio omnium illorum quæ sunt in illo genere secundum Philosophum. x. metaphysicę, ergo & in genere donorum. hoc autem non est nisi spiritus sanctus in diuinis: quia ipse solus est proprie donum quo cætera dona donantur, sicut lux ẽ primum visibile quo cætera videntur. ergo &c.

¶Dico scdm processum vltimę rationis, q spiritus sanctus donū est in quo consistit perfectissime ratio doni siue donabilis: sicut in quolibet primo cuiuslibet generis entium pfectissime cōsistit ratio naturę & pfectionis illius generis: vt ratio coloris i albedine, & visibilis in luce: & vlr cuiuslibet mensurę inquātū mēsura est, in sua mēsura prima. Et cōuenit hoc spiritui sancto ex modo suo pcedendi: qa scdm pdicta ab illo habet q sit pprīū donū: & p hoc silr verissime habet rationē doni: ita q in quocūq alio sit ratio aliqua doni vel donabilis: illa est p quādā pticipationē respectu rōnis doni q est in spū sctō: & est p essentiā: quēadmodū ratio visibilis in alio est p quādā pticipationē respectu rōnis visibilis in luce: & ratio mēsurę in quacūq posteriori mēsura est p quādā pticipationē respectu rōnis mēsurę i prima mēsura. Nūc aūt ita est q illud in quo cōsistit penitus ratio alicuius generis: non solū est ratio prēuia alioꝝ q sunt sub eodē genere quo ad rōnē illā qua sunt sub illo genere: sed etiam actus illius conuenit illis qui sunt sub eodē genere ex ratione illa qua existūt sub illo genere: puta in genere actus actiue dicti: cuiusmodi est actus mēsurādi: qa mēsura mēsurat mensuratū. Vncia em̄ q est ratio mensurę qua libra dicit mēsura: etiā est mēsura & ratio actus quo libra mēsurat mēsurata. Quare cū act⁹ donādi passiue illis q sicut dona donant sub genere donabiliū cōuenit rōne doni q simpliciter est in illis scdm rōnē primi doni, in quo cōsistit prima ratio doni: est ergo in illis actus donādi quo donant passiue scdm rationē primi doni. Nulla em̄ est quo ad hoc differētia i actibus actiue & passiue dictis. Quare cū spūs sanctus sit ratio cuiuslibet doni: quia illud est donū atq donabile: cōsimiliter est ratio actus donādi quo illud donat. Spūs sanct⁹ ergo est ratio qua cętera dona donant. ¶Sed est aduertēdū q esse donū quo cętera dona donant, cōtingit itelligi duplr. Quia em̄ actus donādi ordinē habet nō solū ad illud qd donat, sed etiā ad illū a quo donat: omittēdo ad psens ordinē eius ad illū cui donat: dico q donū illud quo cętera dona donantur, contingit intelligi aliqd esse duplr. Vno.s.modo in ordine ad illud qd donat. Alio modo i ordine ad illū a quo donat. Primo modo idubitāter spūs sanctus scdm iam expositū modū est ratio qua cętera dona donant: & hoc passiue, ex pte.s.donati: quia a ratione primi doni in quolibet alio. Sed hoc modo magis pprie dicit q spūs sanctus est donū quo cętera dona habent q sint dona, q quo cętera dona donant. Secūdo cōsilr modo spūs sanct⁹ est donū quo cętera dona donant, & hoc actiue, ex pte.s.donātis: quia ratio primi doni inclinat donātē in cętera dona ad donādū illa: Sed hoc nō inquātum est donū: scdm rationē em̄ qua est donū, solūmodo respicit actū donādi passiue iā dicto modo: sed inquātū est amor, siue scdm rōnē qua est amor pcedēs quo pater & filius sese mutuo gratuito & zelatiue diligūt, est ratio qua diligūt gratuito & zelatiue creaturā intellectualē: dilectione dico zelatiua, ad modū quo verbū est ratio qua dicunt creaturā: & illo amore zelatiuo creaturę intellectuali & illi dona cōferūt gratuita, & gratis data supnaturalia. Naturalia aūt dona cōferūt amore zelatiuo om̄i creaturę gñaliter. Cuius collationis tā in donis naturalibus q gratuitis radix & origo est amor essentialis: sicut & dilectionis zelatiuę radix & origo est amor simplex essentialis: & notitię zelatiuę radix & origo est notitia simplex essentialis. Sed q amore zelatiuo cōferūt dona, hoc aliter cōtingit in donis gratis datis & i donis gratuitis: quia in dādo dona gratis data nō simul dat spūs sanctus: qa illa etiā malis & puersis manētib⁹ dant: nō sic aūt spūs sanctus. Cū istis aūt.s.donis gratuitis, simul dat & spūs sanctus, quia pater & filius nō dant illa nisi illis qbus prius naturali ordine dāt amorē a se pcedētē nō solū ab vno in alterum ab ęterno: sed ab ambobus ex tempore in creaturā rationalem, scdm q inferius declarandū est, disputando de pcessione spūs sancti temporali. B Responsio.

¶Qđ arguitur primo q spiritus sanctus non est donū quo cętera dona donātur, quia sine eo aliq dona donant: & cū illo dato aliqua dona nō donant: Dico q ablatiu⁹ ille quo cętera dona donant, pōt construi cū verbo illo donant associatiue vel causaliter. Et primo mō spūs sanctus solūmō est donū quo donant dona gratuita: q non dant nisi cū spū sancto, qui etiā non datur sine illis. Non aūt isto modo est donū quo dant naturalia aut dona gratis data, de quibus bene pcedit obiectio. Sed de hoc mō nō intelligit psens qstio: sed de secūdo mō: illo em̄ modo nullū donū naturale aut supnaturale siue gratuitū siue gratis datū cōfert creaturę intellectuali nō spū sctō: vt causa siue rōne intellectiua volūtatis ad donādū illis: licet solum ipsemet det cū donis gratuitis: & dona gratuita nō nisi cū ipso. Alia aūt bene dant sine spū sancto & ipse sine illis, scdm q tangit argumētū. & de illo secūdo mō intelligit psens qstio solūmodo. C Ad primū principa.

¶Ad secūdū: q filius est quo cętera dona donant: ergo nō est hoc pprīū spūi sctō: Dico q illud verū est primo modo.s.p associationē siue concomitātiā, scdm q sonat verbū Apli. Cū filio em̄ D Ad secūdū

nobis donato pater oĩa nobis donauit:non vt in effectu sed in virtute:& hoc singulis quo ad dona gratuita necessaria ad salutem,& cętera diuersis prout opus erat:licet non singulis. Vt em̃ dicit Ioã.i.Quotquot aũt receperũt eũ,dedit eis potestatẽ filios dei fieri his q credũt in eũ. Et bene hoc exponit cũ subdit.Et verbũ caro factũ est.Et vidimus eũ plenũ gratia & veritate. Et de plenitudine eius oẽs accepimus gratiã p gratia.Secũdo autẽ modo.s.causalitate & rõne donãdi illud cõuenit soli spũi sancto:qa ppric donũ est & amor pcedẽs nõ filius,vt habitũ est supra:licet nobis datus sit i incarnatione.scdm illud Esa.Puer natus est nobis, & fili⁹ dat⁹ est nobis. Vñ.s.φ filius datus est nobis:ideo est spũs.❡Ad tertiũ:φ donũ sapiẽtię pprie dat verbo:

E Ad tertiũ. qd videt directe esse contra iã dicta:Dico φ pter dictos modos eius qd est quo aliqd donat,ad huc est vn⁹ quo aliqd donat effectiue:& hoc solo mõ filio iquãtũ lux est & verbũ aut sapiẽtia genita dat creaturę rõnali sapiẽtia,vt pcedit obiectio. Sed de isto mõ nihil ad pſentẽ q̃stionẽ. Vt causalis em̃ rõ donãdi istud donũ solũmõ est donũ qd est spũs sanct⁹, fm iã dicta:licet causale principiũ effectiuũ siue donatiuũ illius sit solũmõ verbũ: & hoc nõ nisi per quãdã appropriationẽ.Quia em̃ ei appropriat φ sit lux & sapientia essentialis : ideo appropriatiuę dr soli verbũ dare sapientiã,licet principaliter & cõiter ipsam det tota trinitas,sicut & cætera dona. Et p hũc modũ appropriationis solus pater dicit dare potẽtiã:qa potẽtia illi soli appropriat:&

ꝙ verum esset si non haberent vllo modo vnã & eandem rationem causandi illas in generalissimo sicut verum esset de relationibus cõmunibus ꝙ non continerentᷓ sub vno genere cõmuni subalterno si non haberent vnũ modũ cõmunem, licet minus generalẽ causandi omnes relationes cõmunes in subalterno, sed per vnũ & multum, vt infra patebit. Et sic bene distinguunᷓ secũdũ genus & speciem subalternas relationes cõmunes: q̃ secundũ fundamenta sua sequunᷓ omne genus prędicamẽti absolutum ab illis, quę sic etiã circũeunt omne genus quo ad fundamenta sua, inquantũ scilicet istę & illę sub ratione vna generalissima cõmuni oĩbus continerenᷓ: q̃ est ad aliud esse secundũ prædicta. Sicut & vna ratione magis speciali fundãtur relationes diuersę super diuersa prædicamenta quia ratione multi aut vnius relationes cõmunes, & similiter relationes in potentiis vna alia ratione speciali, scilicet quia ratione actiui & passiui: & sunt in mensuris, scilicet quia ratione perfecti & diminuti, vt patet ex dictis.

Sequitur Arti.LXIIII. de cõparatione relationũ cõmuniũ inter se, vbi quęrenda sunt quatuor. Art.64.

Primum: vtrum inter se differant.

Secundũ: vtrum inter se differant sc̃dm rem an sc̃dm rationem.

Tertium: vtrum differant inter se secundũ genera an sc̃dm species.



Quartũ: vtrũ illę q̃ sunt in eodẽ gñe sc̃dm rẽ, sc̃dm tres modos relationũ cõmuniũ differant specie aut genere ab illis q̃ sunt in eisdẽ sc̃dm rationem.

Circa primum arguitur ꝙ tres modi relationum cõmunium, scilicet identitas, æqualitas, & similitudo non differunt neq; distinguunᷓ inter se, nec in diuinis nec in creaturis, sic. Cõmunes relationes non differunt neq; distinguuntur nisi secundũ illa in quibus fundãtur, quia non nisi secundũ illa plurificantur, vt patet ex prędictis, & amplius patebit in dicendis. sed per illa nequaq̃ distinguuntur nec in diuinis nec in creaturis. Non in diuinis, quia in diuinis identitas, ęqualitas, & similitudo fundantur super idem penitus. Tres eñ personæ diuinæ sunt idem in substantia, quia sunt eadem substantia, & sunt idem in quantitate, quia sunt eãdem quantitas, & sunt idem in qualitate, quia sunt eadem qualitas. Et substantia quantitas est & qualitas: & econtrario. Similiter sunt ęquales in substantia, quia oẽs pfectiones substãtiæ immẽsę, & similiter in quantitate & qualitate. Similiter similes sunt in substantia, eo ꝙ substantia diuina est forma substantialis. Cõmunicantes autem eandem formam substantialẽ similes dicuntur secundũ illam, puta Petrus & Paulus secundum humanitatem. Sunt etiam similes in quantitate, quia non est magnitudo mole. & secundum Augu. de Trini. in iis quæ non sunt mole magna: idem est maius esse qđ melius. Melius autem sicut bonum non nisi in qualitate dicitur: magnitudo autem in deo qualitas est. secundum qualitatem dicitur simile, ergo & in deo secundum magnitudinem dicitur simile. Similiter nec per fundamenta distinguuntur seu differunt identitas, ęqualitas, & similitudo in creaturis per eandem rationem: quia diuersi secundum idem dicunᷓ æquales, puta duo homines. Similiter secundum quantitatem & qualitatem: quia habentes eandem quantitatem & qualitatem idem sunt, vt videtur in quantitate & qualitate: sicut habentes eandem substantiam idem sunt in substantia. & similiter secundũ quantitatem non solum dicuntur ęquales propter paritatem quantitatum, sed etiam similes propter paritatem in gradu perfectionis. & etiam secundũ qualitatem non solum dicuntur similes propter qualitatem, sed etiam ęquales propter paritatem in gradu qualitatis quo dicuntur perfecte similes. ¶Pręterea si illę relationes cõmunes differrẽt secundum differentiam fundamentorum, cum illa in creaturis differant genere, scilicet substantia quantitas & qualitas: ergo & ipsę relationes cõmunes differrent genere, qđ falsum est: cum omnes ad genus relationis pertineant secundũ prędicta etiam in creaturis, sed maxime in deo, quia in deo illa tria, scilicet substantia, quãtitas, & qualitas, nec genere, nec specie, nec numero differunt: quare & illę relationes cõmunes in deo, nec genere, nec specie, nec numero differrent, & sic in nullo differrent in deo omnino, nec idcirco essent plures relationes. consequens falsum est secundũ prędicta, ergo &c. ¶Idem arguitur specialiter in diuinis ex eis quę reperiuntur in creaturis, sic. Sicut in creaturis qđ est cõmune, secundum rationem est, sic in deo qđ est cõmune, secundũ rem est. secundum Dam. lib. i. ca. xi. Sed idem ęquale & simile quæ in creaturis sequuntur ad cõmune secundũ rationem, inter se non differunt nec distinguuntur, puta cum in humanitate Petrus & Paulus dicunᷓ idem æquale & simile, ergo consimiliter idem æquale & simile quæ in diuinis sequuntur cõmune

Margin notes (right margin, in order): A / Quest.i. / Arg.i. (beside "Circa primum"); 1 (beside "in dicendis"); 5 (beside "dem quantitas"); 3 (beside "qualitas: & econtrario"); 4 (beside "similiter in quantitate"); 6 (beside "illam, puta Petrus"); 7 (beside "in gradu qualitatis"); 8 (beside "go &c. ¶Idem arguitur").

secundū rem, puta cū pater & filius & spiritus sanctus dicunť idem simile & ęquale. ergo &c. Vnde & Philosophus. v. meta. de relationibus cōmunibus idētitatis aequalitatis & similitudinis dicit sic. Omnia dicunť secūdū vnū modū. ¶ Contra est id q̄d Cōmentator sup illo verbo. v. meta. dicit, sic. i. & propriū est istis tribus generib⁹ relatiuorum &c. vt supra, articulo primo de relationib⁹ cōibus in principio corporis solutiōis ad q̄stionē primā. Si eīn sunt tria gn̄a relatiuoꝝ, necessario differūt.

In opposi.

B ¶ Dico secundum praetacta in corpore dictę solutionis, q̄ postq̄ identitas ęqualitas & similitudo sint plures relationes communes, vt dictum est in secunda quęstione eiusdē articuli, necesse est ponere q̄ sunt diuersę inter se. Vlterius aūt postq̄ cōueniūt in genere relationis: q̄a omnes sunt relationes, & differunt ab aliis relationibus, vt declaratū est p totū illum articulum: necesse est ponere q̄ etiā inter se distinctę sunt & differentes: & secundum q̄ tactū est in secūda q̄stione articuli praecedentis de differentia relationum cōmunium ad relationes non communes. Differentia autem relationum cōmuniū inter se ad p̄sens debet sumi neq̄ penes relata: neq̄ penes fundamenta: de quarum differentia secundū illa erit sermo inferius: quę sunt quasi causa materialis talium relationum: sed solummodo penes rationes causę formalis: aut penes agens hmōi formas: q̄ quidē formę sunt hmōi relationes aut respectus quibus relata referuntur. Et dico iuxta dicta in illa quęstione, q̄ relationes communes differunt & distinguuntur secūdū tria genera siue tres modos relationum differentes secundum formam. Diuersos eīn respect⁹ siue relationes importāt genera relationum cōmunium diuersa, & qualiter hoc, declarabitur in q̄stionibus sequentibus. Et secundum hoc concedenda est vltima ratio iam adducta.

Responsio

C ¶ Ad primum in oppositum, q̄ relationes cōmunes non distinguuntur penes fundamenta: quare non distinguuntur omnino: quia non nisi penes illa multiplicantur, Dico q̄ immo p sua fundamenta distinguuntur: licet non formaliter: sed solum quia ab illis rationes suas formales trahunt originaliter & completiue, vt cōtigit in relationibus realibus: vel originaliter tm̄, & cōpletiue a ratione, vt cōtigit in relationibus secundum rationē, secundum dicta in secunda q̄stione articuli praecedentis. In quib⁹ respectus q̄ originaliter habent esse in fundamētis, q̄nq̄ non habēt eē ex illis vt ex fundamentis, vt etiam ex eis habeant esse sicut ea quae per eas referuntur: & sunt simul fundamenta & relata: sed quandoq̄ in eis nulla existit relatio secundum esse neq̄ rei neq̄ rationis: sed secundum dici tm̄: qualis est inter partem & totum, & inter subiectum & accidēs. Quādoq̄ vero existit in eis relatio secūdū esse rationis tm̄, vt vniuersaliter contingit in relationib⁹ primo mō identitatis: quandoq̄ vero respectus q̄ habet esse ex fundamentis, sicut habent esse ex illis vt tn̄ nō sint ex illis q̄ per eas referūť q̄ sunt aliq̄d ipsoꝝ relatoꝝ: vt cōtigit in secundo mō idētitatis: & vniuersaliter in similitudine & in ęqualitate eoꝝq̄ contrariis. Quādoq̄ etiā nō habēt esse respectus originaliter ab illis q̄ per eos referuntur: neq̄ ab illis q̄ sunt aliquid illorum: sed solummō ab illis siue ex illis ad quę referuntur: vt vniuersaliter contingit in relationib⁹ q̄ sunt p accidens secūdū esse rationis, puta mēsurę ad mēsuratū: & columnę ad aīal secundum dextrū & sinistrū, secundum q̄ hęc amplius patent ex distinctione relationū realiū & rationalium supra de relationibus cōmunibus articulo primo q̄stione quarta, & q̄stione secunda articuli p̄cedentis. ¶ Q̄d aūt arguiť q̄ i diuinis relationes communes non differunt penes sua fundamēta quia fundanť super idem penit⁹: eo q̄ p̄sonę tres sunt iidē ęquales & similes secūdū substātiā quātitatē & qualitatē: Dico de identitate q̄ multū refert aliqua dicere eadē esse in substātia quātitate aut qualitate: & esse eadē secūdū hęc: q̄a eadē possunt dici in aliquo quęcūq̄ cōe essentiale hn̄t vnū aliquid, & sunt vnū essentialiter puta q̄ hn̄t cōmune aliq̄d vnū gn̄e aut specie aut numero: & sunt illud denoīatione essentiali, puta hō & asinus in aīali sunt idē, Petrus & Paulus in hoīe, & fili pater & fili⁹ in deitate. Q̄d cōtigit solūmodo i substātia circa creaturas: nequaq̄ aūt in quātitate & q̄litate: q̄a licet aliq̄ cōiter habeāt illa: nō tn̄ habent aliq̄d illoꝝ vt cōmune illis essentiale, & vt illa q̄ sunt illa essentialiter. Puta Petr⁹ & Paulus habēt iter se albedinem: nō tn̄ hn̄t albedinē vt aliq̄d eis cōmune essentiale: nec ipsi sunt albedo: licet sint albi denoīatione accidētali. de quibus nequaq̄ potest dici q̄ sint idē in quantitate aut qualitate: neq̄ q̄ sint eadē quantitas aut qualitas. Circa diuinas autem personas illud indifferenter contingit in substantia quātitate & qualitate: eo q̄ in diuinis habens semper est id q̄d habet: & ideo quicquid communiter habetur a diuinis p̄sonis, est eis cōe secūdū rem, & essentiale illis: & ipsę sunt cōiter illud. Et ideo gn̄aliter verū est in diuinis p̄sonis q̄ sunt eaedem in substātia i q̄litate & in quātitate: q̄a sunt eadē substātia, eadē q̄litas, & quātitas. Eadē aūt non possunt dici aliqua esse secundum aliq̄d nisi illud sit substātia q̄ cōiter est substātia, vt cōtingit i prio mō idētitatis: aut q̄ essentialiter habita ab illis vt aliq̄d illoꝝ, vt cōtigit i scd̄o mō idētitatis, scd̄m quē modū dicuť aliq̄

Ad pri. principa.

D

Ad scd̄m.

ęqualia ſcdm quantitatē:quia ipſa cōmuniter eſt habita ab illis vt aliquid eorū : & ſimiliter ſimilia ſcdm qualitatē.ſecundū ꝙ hæc patebunt loquendo de relationibus cōmunibus in cōparatiōe ad relata ꝑ illas. Vbi declarabiť qualiter aliqđ vnū pōt referri per idētitatem ad ſeipſum ſcdm ſubſtātiam,& etiā ad aliud,licet ſcdm diuerſos modos idētitatis. Nihil aūt poteſt referri ad ſeipſum ꝑ æqualitatē aut ſimilitudinē ſcdm quātitatē aut qualitatē:ſed ſolūmodo ad aliud. Et ſic neq̧ in diuinis neq̧ in creaturis aliqua dicunť eadem ſcdm quātitatē aut qualitatē,neq̧ in creaturis aliqua duo ſubiecta ſunt eadē quantitas aut eadē qualitas. In diuinis autē ipſę perſonę ſunt eadē ſubſtātia,& ſunt eadē ſcdm ſubſtantiā:ſed non ex hoc ſunt eędem ſcdm ſubſtantiā quia.ſ.ſunt eadē ſubſtātia:ſed ſolūmodo quia ſubſtātia illa eſt aliquid horū,ſecundū ꝙ infra patebit:licet bene dicātur eędem in ſubſtātia quia ſunt vna ſubſtātia,ſicut iam dictū eſt. Et ſic quo ad idētitatē falſa aſſumpta ſunt in argumēto. ¶Qꝫ arguiť ꝙ tres pſonę diuinę ſunt æquales in ſubſtātia,qualitate,& quātitate,quia ſcdm illa ſunt immēſę:Dico ꝙ quātitas large ſumitur cū diciť ꝙ ęquale ſequiť vnū in quātitate.ſ.ad quātitatē molis,& ad quātitatē virtutis:vt patebit infra diſputādo de relationib⁹ cōmunib⁹ in cōparatiōe ad earū fundamēta. Et penes iſtā quātitatē virtutis in mēſura & mēſurato,ſumiť ſcdm gen⁹ relatiōis inter mēſurā & mēſuratū vt habitū eſt ſupra:& penes quātitatē ī mēſuratis,ſumiť ęquale & inęquale ptinēs ad tertiū genus relatiōis,& hoc ſiue talis quātitas ſiue molis,ſiue virtutis habeat eſſe in ſubſtantia,ſiue in qualitate,ſiue in quocūq̧ alio pdicamēto:licet diuerſimode ſcdm hāc quātitatē,& ſcdm quātitatē molis,& hoc ſcdm modū diuerſitatis illarū,ſecundū ꝙ hęc oīa infra patebūt. Et æqualitas ſcdm vtrāq̧ quātitatē multū differt ab idētitate & ſimilitudine: qm̄ idētitas ſumiť a ſubſtātia ſcdm id qđ eſt,& ſimiliter ſimilitudo ſumiť a qualitate ſcdm id qđ eſt:ſed ęqualitas ſumiť aut ſcdm id qđ eſt quātitas differēs a ſubſtātia & qualitate,aut ſcdm gradus pfectiōis vł quaſi gradus in illis contētos:vt amplius patebit inferius. ¶Qꝫ vero arguiť ꝙ tres pſonę ſunt ſimiles in ſubſtātia,quātitate,& qualitate , Dico ꝙ nequaq̄ ſunt aliqua ſimilia in ſubſtātia,etiā extēſa ſimilitudine ad eſſentialē & accidētalē,niſi in ſubſtātia quę eſt differētia & qualitas ſubſtātialis, quę cōtineť ſub cōmuni noīe qualitatis,quādo diciť ſimile ſequi ad vnū in qualitate,vt īfra patebit. Et ſcdm ꝙ aliquid eſt differētia & qualitas ſubſtātialis, nō habet rationē ſubſtantię vt ſecundū ipſam dicať aliquid idem:ſed ſolūmodo ſcdm ſpeciem ꝑ differentiā cōſtitutā,habentem rationē ſubſtātię cōpoſitę,dicunť indiuidua ſub illa cōtenta eſſe eadē. Vn̄ Petrus nō diciť ſimilis ſimilitudine eſſentiali Paulo humanitate,niſi ratione rationalitatis quā cōtinet:ſed idem diciť illi per ſe humanitate. Vnde cōtenta ſub generaliſſimo eadē dicunť ſcdm illud,& in illo,nō autē ſimilia:quia generaliſſimū non cōſtituiť per differentiā aliquā niſi ens eſſet genus & deſcēdat per differētias in generaliſſima. Et ꝑ eādē rationē diuinę pſonę neq̧ in ſubſtātia,neq̧ ſcdm ſubſtantiā dicunť eſſe ſimiles,quia ſubſtātia nō cōtrahiť in illis ſicut gen⁹ per differētias. Licet em̄ ꝓprietates relatiuę reſpectu ſubſtātię diuinę ſint quaſi differētię cōſtitutiuę perſonarū,quæ ſunt veluti indiuidua diuerſarū ſpecierū,non tn̄ contrahūt ſubſtātiā deitatis ſicut vniuerſale ſiue genus,ad ſpeciē:vt ſupra declaratū eſt. ¶Qđ autē aſſumiť in argumēto, ꝙ in diuinis ſubſtātia eſt quātitas,& qualitas,& ecōuerſo:Dico ꝙ verū eſt ſcdm rem. Et ideo ſcdm rem nō differūt in deo illę relationes tres. Differunt tn̄ ſcdm rationē:inquātum ſubſtātia,quātitas,& qualitas,in deo ſcdm rationē differūt:vt tactū eſt ſuperius in q̄ſtione de pluralitate relationū communiū ī diuinis,ſpecialiter articulo primo. ¶Qꝫ aūt arguiť ꝙ diuinę pſonę ſunt ſiľes ſm quātitatē:quia ibi quātitas eſt qualitas,eo ꝙ in eis q̄ nō ſunt mole magna,qualia ſunt oīa q̄ ſunt ī diuinis,maius eſſe eſt meli⁹ eſſe:meli⁹ autē ad qualitatē ptinet: Ad hoc reſpōdebiť infra art.lxix. queſt.i.in diſſolutione q̄ſtionis tertię. ¶Per iā dicta de diuinis patet reſpōſio ad cōſimilē modū arguēdi iā dicta ī creaturis adductū ī argumēto. ¶Ad ſecūdū:ſi relatiōes cōmunes diſtinguerētur ſcdm fundamēta,differrēt genere pdicamenti ſicut & illa:Dico ꝙ verū eēt ſi illis ſolis & ꝑciſe diſtinguerenť vt ſingulum ſecundū ſe conſiderať, & ſic in ipſa fundarenť:nec haberēt rationē formalem differētem ſcdm habitudinē quę eſt ad aliud eſſe:qua ad vnū pdicamētū aliud ab illis fundamētis pertinēt. Quę quidē relatiōes nō ſunt niſi quædā habitudines ſcdm illa fundamenta illoꝝ quorū ſunt:& fundanť in illis ſingulis non ſcdm ſe:ſed in ordine quodā conſideratis ſcdm rationē vnius & multi:vt infra videbiť. ¶Ad tertiū:ꝙ idem,ęquale, & ſimile quę ſequunť vnū cōmune ſcdm rationē,non differunt in creaturis:ergo nec in deo cū ſequunť in illo vnū cōmune ſcdm rem:Dico ꝙ immo in creaturis differūt ſub genere relationū cōmuniū: licet ſequunť vnū cōmune ſcdm rationē,& hoc quia diuerſimode & ſcdm diuerſas ratiōes illud:quia idētitas ſequiť illud ratiōe totius naturę ſpeciei:æquale autē ratione gradus pfectiōis

E Ad tertiū.

F Ad quartū

G Ad quītū.

H Ad ſextū.

I Ad ſeptimum.

K Ad octauū

in illa: simile autẽ ratione differẽtię constitutiuę speciei, secũdũ ꝙ iã supra dictũ est. Et scdm eũ dem modũ differunt in deo idẽtitas, & ęqualitas, quãdo æqualitas fundaꝛ in deo sup quãtitatẽ perfectionis: sed alius est modus quãdo fundaꝛ sup quantitatẽ attributalẽ in deo. Similitudo autẽ scdm illum modũ non est in deo: quia nõ est in illo nisi fundata sup qualitatẽ attributalem: eo ꝙ nõ est in deo ratiõe differẽtię in ipsa essentia deitatis, sicut est in hoie in ipsa essentia hũanitatis: qa vt dictũ est, deitas nõ contrahiꝛ ꝑ aliquã differentiã in patre & filio & spiritu sancto.

L Quęst. II. Argu. 1.

Irca secundũ arguiꝛ ꝙ genera relationũ cõmuniũ differunt inter se scdm rẽ nõ scdm rationem tm̃, sic. relationes q̃ inter se differunt absq; omni opere & cõsideratione rationis, differũt scdm rem, & nõ scdm rationem tm̃: quia differẽtia scdm rationẽ nõ est absq; opere & cõsideratione ratiõis. tria genera relationũ cõmuniũ sunt hmõi, tam in creaturis: in quib⁹ hoc manifestũ est propter realem differentiã fundamentoꝝ suorum, q̃ sunt substãtia, quantitas, & qualitas: q̃ in diuinis: quia ꝑsonę diuinę tres eędem sunt æquales & similes verius q̃ aliqua in creaturis, sicut dictũ est in parte supra, & amplius exponeꝛ infra. verius autẽ sunt eadẽ, æqualia, & similia, q̃ sunt talia absq; rationis cõsideratiõe a natura rei q̃ quę ex ratiõis cõsideratiõe: ergo &c̃.

2 ¶Scdo arguiꝛ ꝙ nõ differũt inter se nisi scdm rationẽ tm̃, sic. differẽtia siue q̃ differũt illis differũt quib⁹ habẽt esse. Vñ illa differũt substãtialiter q̃ differũt illis quib⁹ habẽt esse substãtialiter, & illa differũt accidẽtaliter q̃ differũt illis quib⁹ hñt esse accidẽtaliter. sed idẽ, ęquale, & simile licet habeãt esse a substãtia, quãtitate, & qualitate: hoc tñ nõ est immediate nisi per vnitatẽ: quia immediate habẽt esse ab vnitate in substãtia, quãtitate, & qualitate: vt iã tactũ est in parte, & iã amplius declarabiꝛ inferius. sed vnitas nõ differt nisi scdm rationẽ vt est in substãtia, quãtitate, & q̃litate etiã in creaturis: vbi substãtia, quãtitas, qualitas, differũt fm rẽ: sicut licet decẽ hoies & decẽ equi sint diuersa decẽ, denarius tñ est idem & vnus decẽ hoim, & decẽ ęquoꝝ, scdm Phm in fine quarti physi. ergo &c̃.

In opposi. ¶Contrariũ arguiꝛ sic. Relationes scdm rem q̃ sunt ad diuersa, necessario differũt inter se scdm rem: & silr relationes scdm rationẽ tm̃ ad diuersa, necessario differũt inter se scdm rationẽ tm̃: quia ad destructionẽ cõsequentis sequiꝛ destructio antecedẽtis. quia relatiões q̃ nõ differunt inter se scdm rem, nõ possunt esse scdm rem ad diuersa. Relationes eñ q̃ sunt scdm rem, & ad idem, nõ differũt nisi scdm rationẽ: puta in filio genitũ esse verbũ, esse imaginẽ, relationes sunt scdm rem, & ad idẽ. s. ad patrẽ: & inter se non differũt nisi scdm rationẽ: secundũ ꝙ supra est determinatũ. Et cõsiliter est, de relatiõibus fm rationẽ: quia relatiões q̃ nõ differũt inter se scdm rationẽ tm̃, sed fm rem, nõ possunt esse scdm rationẽ tm̃ ad diuersa. Relatiões eñ q̃ differunt inter se scdm rem, & sunt ad diuersa: necesse est esse ad diuersa scdm rem: puta in diuinis generatũ esse & spiratũ esse, ad generantẽ & spirãtes, & pater inquantum generat differẽs est a se ipsa re relationis inquantum spirans: ergo &c̃.

M Responsio. ¶Dico secundũ ꝙ tactum est in solutione secũdę quęstionis articuli ꝑcedentis, ꝙ supposito ex q̃stiõe proxima ꝑcedẽte ꝙ sit differentia relationũ cõmuniũ inter se, quęstio ista q̃rit quo & quõ differũt. Et vt etiã tactũ est in solutione q̃stionis ꝑimę ꝑcedentis, nõ q̃rit q̃stio ista nisi de differentia illarũ scdm formã respectuũ, & scdm agens causans in illas hmõi diuersitatẽ. Et patet ex dictis in dicta q̃stione ꝑcedentis articuli, quomodo illę relatiões q̃ in illis generib⁹ sunt scdm rem, differũt ab illis q̃ sunt sub eisdẽ scdm rationẽ tm̃: quia illas q̃ sunt scdm rem, omnino operaꝛ natura: illas vero q̃ sunt scdm rationẽ, aut omnino, aut cõpletiue operatur ratio. & sic differũt ex pte agẽtis. Formaliter autẽ semp illę q̃ sunt ab eodẽ genere, differũt differẽtia disparationis inter se ab illis q̃ sunt sub alio genere: vt patebit in sequẽti q̃stione. Et illæ q̃ sunt sub vno horũ generũ, siue sint scdm rem, siue scdm rationẽ, differũt scdm gen⁹ causę formalis ab illis q̃ sunt sub alio genere scdm rẽ & scdm rationẽ, reddẽdo singula singulis, scdm ꝙ expositũ est de differẽtia relationũ cõmuniũ ad alias ĩ q̃stione scda ꝑcedẽtis articuli. Quare autẽ & quõ semper: in diuinis sola ratiõe dicti tres modi relationũ cõmuniũ inter se differãt, & in creaturis quandoq; scdm rem, quandoq; vero scdm rationem tm̃, patebit inferius. Et secundũ hoc concedenda est ratio vltimo adducta.

N Ad primũ prin. ¶Ad primum in oppositum ꝙ genera relationum communium tam in deo q̃ in creaturis differũt inter se absq; omi cõsideratiõe ratiõis: Dico ꝙ nõ est verũ qñ fundantur in vno appꝛietate vnitatis dicto. qd semp cõtigit ĩ diuinis: vbi idẽ re singulari sunt substãtia, quãtitas, & qualitas ĩ trib⁹ ꝑsonis: & ideo sola ratiõe differunt inter se: vt supra declaratũ est circa distinctionẽ diuinoꝝ attributoꝝ, & adhuc infra ampli⁹ declarabiꝛ. Cõtingit etiã semp in crea-

turis qñ est relatio idẽtitatis alicuius ad seipm̄,siue sit vnũ fm rationẽ generis, siue fm rationẽ speciei,siue fm rationẽ indiuidui.& hoc qa sola ratiõe in tali relatiõe differũt fundamẽta relationũ & ipsa relata.Sed illud solũmodo verũ est in creaturis,qñ est realis differentia illorꝫ sup q̃ fundanť.tũc em̃ intellect⁹ illa inuenit distĩcta. ❡Qđ autẽ arguiť vlterius,ꝙ etiá in diuinis vbi fundanť in eodẽ singulari, fm rẽ differãt absq; ratiõis cõsideratiõe:quia verius habẽt esse ĩ deo q̃ ĩ creaturis:Dico ꝙ bñ sequereť istud.s.idẽtitas,& siĩitudo verissime hñt esse ĩ deo:ergo verissime & maxime differũt:si differẽtia illorꝫ acciperet̃ ratiõe illa qua habẽt verissime eẽ ĩ deo.Cũ em̃ ea ratiõe aliqua differũt qua habẽt esse illa q̃ verius habẽt esse & pfectius:veri⁹ & pfecti⁹ differũt.vt cõtingit ĩ illis quorũ esse differẽtia sumiť a formis absolutis. In absolutis em̃ q̃ veri⁹ & pfectius existũt:verius & pfectius iter se differũt:queadmodũ verius & pfecti⁹ inter se differũt & distinguunť suis formis absolutis substãtię spũales separatę,q̃ substãtię corporales cõicantes in materia.Nũc aũt secus est ĩ diuinis de relationib⁹ cõib⁹:qa in illis alia ratiõe habẽt esse & verissime esse dicta genera relationũ cõmuniũ: alia vero ratiõe habẽt inter se distigui:qa alio sũt, alio vero distinguunť. Qꝫ em̃ sunt aliquę relatiões cões:hoc habẽt ab vno & multo cõiter. Qꝫ vero differũt & distĩguunť inter se:hoc habẽt a suis fundamẽtis:q̃ sunt substãtia,quãtitas,qualitas. Vñ ꝙ in diuinis verissime sunt relatiões cões:hoc nõ cõtingit nisi ex summa vnitate fundamẽtorꝫ in relatis.Inter diuinas em̃ psonas verissima est idẽtitas,quia maxima substãtiæ vnitas:verissima ęqualitas,quia maxima quãtitatis vnitas:verissima siĩitudo,quia maxima qualitatis vnitas.Ex parte aũt talis vnius nec accipiť differentia idẽtitatis ad idẽtitatẽ:nec siĩitudinis ad siĩitudinẽ,secũdũ ꝙ inferius erit sermo de hoc.Nec etiá accipiť differẽtia idẽtitatis,ęqualitatis,& siĩitudinis inter se:sed ex parte fundamẽtorꝫ pdictorũ a quibus originãtur habẽt originaliter ratiões diuersorꝫ respectuũ formaliũ fm pdeterminata:quos cõpletiue habẽt a ratiõis cõsideratiõe:vt inferius declarabiť.Propter qđ nõ sequiť ꝙ in diuinis verius differãt & pfecti⁹ illa tria genera relationũ:licet verius & pfectius habeãt esse in diuinis q̃ in creaturis. ❡Ad secũdũ ꝙ differẽtia differũt illis quib⁹ habẽt esse:Dico ꝙ aliquo differre est dupl'r.s.aut formaliter,aut causatiue.Formaliter differũt relatiões cões ipsis respectib⁹ quos importãt:quib⁹ & formaliter sunt id qđ sunt.& de tali differẽtia vera est maior:vt pcedit eius pbatio.De differẽtia aũt qua aliqua differũt causatiue,nõ est verũ nisi in illis q̃ ab eodẽ & eadẽ ratiõe habẽt esse & differre, qđ nõ cõtingit ĩ relationib⁹ cõibus,sicut iá expositũ est.Et de hac differẽtia pcedit minor ppositio assumẽs bñ & rationabiliter ꝙ relatiões cões principaliter habẽt esse in creaturis ab vnitate: quę tñ(vt dictũ est)pricipaliter habẽt esse causatiue a differẽtia substãtię quãtitatis & qualitatis inter se,& nõ ab vnitate:nisi quia ipsa vnitas differt in illis trib⁹.Vñ est illud assumptũ ꝙ genera communium relationum non habent esse a substantia,quantitate,& qualitate,& hoc neq; originaliter,neq; cõpletiue,& immediate:sed solũmodo mediate,& ab vnitate existẽte in illis immediate. Sed qđ vlterius adiũgiť,ꝙ vnitas ĩ substãtia,quãtitate,& qualitate nõ differt nisi scđm rationẽ: Dico ꝙ verũ est in deo.Propter qđ ista tria genera relationũ cõmuniũ in deo nõ differũt nisi fm rationẽ,sicut nõ nisi fm rationẽ differũt in illo substãtia,quãtitas,& qualitas.Sed nõ est verũ in creaturis:imo ĩ illis vnitas differt fm rẽ nõ solũ q̃ est ĩ substãtia ab illa q̃ est in quãtitate:sed etiá q̃ est ĩ diuersis substãtiis vna ab alia eorꝫ q̃ inter se referunť idẽtitate:& in diuersis quãtitatib⁹ & qualitatib⁹,eorꝫ q̃ referunť inter se æqualitate & siĩitudine. ❡Qꝫ arguiť in cõtrariũ,ꝙ denarius est vn⁹ diuersorꝫ decẽ:ergo & vnitas est vna diuersorꝫ vnorũ,quę sunt substãtia,quãtitas,& qualitas:Dico ꝙ denarius aut vnitas possunt intelligi aut quo ad esse & cõsideratiõnẽ illorũ mathematice,aut quo ad esse & considerationẽ eorꝫ naturaliter.Si primo mõ,cũ esse rei mathematice sit abstractũ fm cõsiderationẽ a materia sensibili vt est sensibilis & ĩ vniuersali & in particulari,scđm tale esse & cõsiderationẽ nõ est vnitas nisi vna numero neq; denarius nisi vn⁹ numero pluriũ numeratorꝫ.& sic loquiť Phus.iiii.physi.quia plurificari nõ habet nisi p eẽ suũ ĩ materia aut ĩ subiecto ab agẽte. & nõ habet esse tale nisi in cõsideratione qua applicať reb⁹ extra,ipas mensurãdo & numerãdo vt mẽsura extrinseca.Sed hoc mõ nõ loquiť de denario in.iiii.physi.sed secũdo modo.Cũ em̃ esse naturale nõ sit nisi in re naturali,& nõ abstractũ ab illa nisi abstractiõe logica.s.vniuersalis a pticulari,& hoc nõ a materia sensibili simpl'r:sed a materia sensibili hac vel illa,secũdũ tale eẽ nõ est denarius vn⁹ numero , neq; vnitas vna numero nisi prout habet esse ĩ re eadẽ numero : sed est in diuersis solũmodo vnus vel vna fm speciem:quia ita vn⁹ denarius.x.hoim,& alter vnus denarius.x.equorũ.& siĩr vna vnitas ĩ vno hoie,& altera ĩ vno equo. Et scđm primũ modũ vnus numer⁹ numerãs est pluriũ numeratorꝫ,& vna vnitas pluriũ vnorũ,& hoc in creaturis:ecõtra illi qđ cõtingit in diuinis,vbi

Marginal notes: O — P Ad secũdũ — Q Ad arg. in oppositũ.

sunt tres vnitates relatiuę numerantes ꝑpter tres personas,& vna numerata ꝑpter vnitatē rei absolutę.Propter qđ in creaturis cōstituunt numerū verū:istę autē in deo nequaq̄,dicēte Boe
R thio de trini.c.iiii.Cū tertio repetit̄ deus,cū pater & filius & spūs sanctus nuncupat̄: tres vnitates nō faciunt pluralem numerū in eo qđ ipsę sunt si aduertamus ad res numerabiles, ac nō ad ipsum numerū.Illic em̄ vnitatū repetitio nō facit nūerū &c̄.vsq; ibi.Nō igit̄ si de pr̄e & filio & spū sancto tertio p̄dicat̄ de⁹:idcirco talis p̄dicatio numerū facit. Penes aūt modū secūdū plurificat̄ semper in creaturis numerus,& vnitas scđm numerū,manente tm̄ semp eadē vnitate sm speciem.& est alius denarius in.x.hominib⁹ scđm numerū,& alius in.x.equis,& alia vnitas numero in vno hoīe,& alia in vno equo:sed oēs specie conueniunt. Et per hoc bene scđm rem differt vnitas vt habet esse in substātia & in quātitate & in qualitate in creaturis. Et hoc intellexit Aristo.in eo qđ dixit.iiii.physi.ꝙ idem est denarius.x.hominū,&.x.equorū:licet.x.nō sit idē neq; ipsa decē sint eadem.Qđ claret ex hoc,qa rationē quare denarius est idem hoīm & equoꝝ dicit esse ꝙ denarius quilibet sub vna & eadē differentia numeri cadit qn̄ numerus diuidit̄ sicut genus in species p differētias in denariū & alias species nūeri. Vt em̄ dicit, idē dicit̄ quodlibet alteri a quo nō differt differētia sub eodē genere:sed nō dicitur idem illi a quo differt differētia:sed potius dicit̄ diuersum ab illo.Qđ declarat per exemplū clarius i figuris,dicēs ꝙ hoc cōtingit in denario.s.ꝙ semp est idem alteri denario:sed differt ab aliis speciebus numerorū:vt triangulus vnus scđm vnā speciem trianguli,puta ęquilaterus:& alius triangulus scđm aliā speciem trianguli puta gradatus,nō sunt idē triangulus:quia sub triangulo simplr̄ triangulus differt a triangulo:puta ęquilaterus a gradato.Alterius enim trianguli sunt cū figura eadem: quia ambo trianguli sunt,& cadūt sub eadem differētia figurę quādo figura diuidit̄ per angularē & rotundā.In deo autē vnitas vt habet esse in substātia in quātitate & in qualitate nō differt nisi scđm rationem,sicut & illa non differunt nisi secundum rationem inter se.

S
Quęst.III.
Argu.1.

Irca tertiū arguit̄ ꝙ relatiōes cōmunes nō distinguunt̄ inter se scđm genera aut species:Primo sic. Relationes communes non differunt penes substātiam, quātitatē, & qualitatē,nisi mediāte ratione vnitatis: vt iā tactū est in quęstiōe pcedēti.Sed vt tactū est ibidē,vnitas specie nō differt nec genere vt est in substātia,quātitate,& qualitate:quare nec relatiōes cōes fundatę in illis differūt genere aut specie.
2 ¶Secūdo sic.In relationib⁹ cōibus nō sunt nisi duo.s.qđ est in eis ex fundamēto,& qđ est i eis ex vnitate mediāte qua fundat̄ in illo.sed ratiōe fundamentoꝝ nō distinguunt̄ neq; scđm genera,neq; scđm species:quia illa sunt diuersoꝝ generū & nō subalternatim positoꝝ,& harū relationū distinctio debet esse sub eodē genere.nec ratione vnitatis in illis vt dictum est:quare neq; ab vtroq; scđm modum arguendi in sex principiis.
In opposi. ¶In contrarium est ꝙ Cōmentator dicit esse tria genera relationum communium:vt habitum est in quæstione præcedente.

T
Responsio. ¶Dico ꝙ relatiōes cōmunes sicut & alię necessario distinguunt̄ scđm distinctionē fundamentoꝝ & modos fundādi in illis,vt habitū est & expositū in tertia q̄stione articuli p̄cedentis.Quia igit̄ oēs relationes cōmunes fundant̄ in trib⁹ p̄dicamentis scđm vnā rationē cōmunē vnitatis vt habitū est iā supra: idcirco dico ꝙ rationes harū relationū scđm quas ad pręsens q̄rit̄ illarum distinctio,a fundamentis suis trahunt̄.Secundū em̄ ꝙ diuersificant̄ modi fundādi relationes cōmunes in illis p̄dicamētis,& modi illi distinguunt̄ inter se:secundū hoc reddi dat ab illis distinctio formalis in hmōi relationib⁹.Supposito ergo ꝙ relationes oēs cōmunes sub vna differētia generis subalterni cadūt, qua distinguunt̄ a relationib⁹ mēsurationū q̄ sunt in substātia numeroꝝ:vt dictū est in tertia quęstione articuli pręcedentis,& sic p illā differentiā cōtinet illas relatiōes cōmunes vna species subalterna,q̄ genus subalternū est respectu illoꝝ q̄ cōtinet vt species:Genus autē oēe p duas differētias imediatas diuidi debet scđm Boethiū in libro diuisionū:igit̄ assignādo distinctionē relationū cōmuniū fundatarū sup vnū: & p illā a cōtrario supponēdo conformē distinctionē relationū cōmuniū fundatarū super multū,& scđm Plm,qui bene definiunt cōtraria cōsignāt:Dico ꝙ quia(vt dictum est) substātia,quantitas,& qualitas sunt principia distinctiua relationum cōmuniū tanq̄ illa a q̄bus procedunt differētiæ earū:igitur scđm illa inter se relatiōes cōmunes genere & specie distinguunt̄.Quia aut fundātur super substantiam,& sic est genus primū relationū cōmunium qđ est idētitas. Aut fundātur super dispositionē substantiæ,& hoc aut super dispositionē substātię quæ est quātitas,aut super dispositionem substantiæ quæ est qualitas. Primo modo est æqualitas secundum genus

relationũ cõmuniũ.Scdo modo silitudo est tertiũ genus relationũ cõmuniũ.Et cõtinent istud tertium genus & secundum sub vno genere subalterno distincto immediate vt vna species subalterna cõtra relationẽ idẽtitatis.Idẽtitas aũt tã in diuinis q̃ in creaturis diuidit in idẽtitatẽ q̃ fundat supra substãtiã quãcũq; scdm se cõsideratã, & in idẽtitatẽ fundatã sup substãtiam vt est aliqd alicuius,prout iferius determinabit.Et est prima idẽtitas cuiusq; ad seipam,siue sit vnũ numero,siue vnũ specie,siue vnũ gñe.Secũda nõ est nisi alteri[9] ad alterũ eandẽ substantiã cõem habẽtiũ,vel singularẽ vt diuinarũ psonarũ:vel vniuersalẽ gñis aut speciei vt i creaturis: prout inferi[9] qstione.i.sequẽtis articuli amplius patebit.Aequalitas aũt i creaturis distiguit in equalitatẽ substãtialẽ & accidẽtalẽ,& i diuinis i equalitatẽ substãtialẽ & attributalẽ, secũdũ q̃ in ipo est duplex magnitudo virtualis vt tactũ est supra i qstiõe.i.hui[9] articuli,& declarabit infra loquẽdo de equalitate i diuinis specialiter.Et tã i diuinis q̃ i creaturis qlibet equalitatũ subdiuidit scdm subdistinctiõnẽ quãtitatis.Silitudo aũt i diuinis nõ subdistiguit sicut nec qualitas:sed i creaturis subdistinguit,scdm q̃ in illis distiguit qualitas i qualitatẽ substãtialẽ & accidẽtalẽ:& qlibet illarũ vlterius subdistinguit scdm subdistictionẽ scdm quam accipit similitudo:vt declarabitur in sequentibus.Secundum hoc ergo concedenda est vltima ratio.

¶ Ad primũ in oppositũ q̃ idẽtitas similitudo & equalitas nõ differũt scdm substãtiã quãtitatẽ & qualitatẽ nisi mediãte vnitate: q̃ nec specie,nec genere differt vt habet eẽ in illis trib[9] p̃dicamentis: Dico q̃ vnitas tripl'r habet cõsiderari.Primo mõ scdm esse abstractum mathematicũ,& sic est semp eadẽ numero:vt est vni[9] hoĩs & vni[9] equi,sicut idẽ est denari[9].x. hoim,&.x.equorũ:vt dictũ est in p̃cedenti qstione.Secũdo aũt mõ habet cõsiderari scdm eẽ mathematicũ vt tñ est in rebus naturalibus. & sic adhuc scdm plurificationẽ illorũ quorũ est nõ plurificat fm speciẽ:sed fm numerũ solũ,scdm q̃ p̃cedit argumẽtũ. Sed fm istas cõsideratiões vni[9] sup dicta p̃dicamenta nõ fundant relationes cões mediãte vnitate. Tertio autẽ mõ habet cõsiderari vnitas scdm esse naturale,& vt est accidẽs naturale,& de cõsideratiõe naturalis phi. Sic em̃ sapit naturã rei naturalis in qua est:& habet naturalitatẽ diuersam fm illorũ diuersitatẽ,sub vnica tñ ratiõe.s.vnitatis : ita q̃ pp̃ter rationẽ vnitatis vniuocant & cõtinent oẽs relatiões cões sub vno gñe subalterno relatiõis:& habẽt vnã rationẽ cõmunẽ eẽndi ad aliud:& cõtrahunt diuersas realitates a reb[9] p̃dicamentorũ in qbus fundant:scdm quas distinguunt inter se scdm genera subalterna & species: scdm q̃ tactũ est supra in fine vltime qstionis articuli p̃cedẽtis.Et sic fundant relatiões cões sup tria p̃dicamẽta mediãte vnitate non vt mediãte principio distinguẽte:sed vt mediãte principio dãte esse simpl'r:propter qd p̄prie loquẽdo dicit principiũ causatiuũ,nõ fundamentale. ¶ Ad secũdũ q̃ relatiões cõmunes nõ distinguunt scdm genera aut species ratiõe fundamentorũ:quia illa sunt diuersorũ generũ,& distinctio harũ relationũ debet esse sub eodẽ genere:Dico q̃ licet illa fundamẽta ratiõe sui non sint nata facere distinctionẽ aliquorũ sub eodẽ genere,ratiõe.s.eius q̃ ex se sunt diuersa genera, & est sub eodẽ cõtẽta:tñ ratiõe vnitatis cõiter existẽtis in illis:p quã relatiões fundate in illis reducunt ad idẽ genus scdm p̃dicta inquantũ sunt fundamenta relationũ mediãte vno.& sic quasi infundũt relationibus fundatis in se suas realitates quib[9] ille distinguunt in esse mediãte vno: vt.s.quo recipiũt esse scdm preexposita. Secũdũ hoc ergo bene scdm illa fundamenta potest sumi distinctio secundum genera & species harum relationum:prout predictum est.

V
Ad primũ prin.

X
Ad secũdũ

A
Quest.IIII
Argu.1.

Irca quartũ arguit q̃ relationes cõmunes scdm rationẽ existẽtes sub aliquo horũ triũ generũ nõ differũt genere aut specie ab illis q̃ sunt relationes fm rem sub eisdem,Primo sic.Magis cõueniunt ens scdm rationẽ existẽs in intellectu,& ens scdm rem existens extra intellectũ:q̃ ens scdm rem affirmatũ & negatũ:quia affirmatio & negatio maxime distãt.sed ens scdm idem affirmatũ & negatũ ad idem p̃dicamentũ pertinet:dicente August.v.de trini.c.vii.Negatiua pticula nõ id efficit:vt qd̃ sine illa relatiue dicit,eadẽ p̄posita substãtialiter dicat sed id tñ negat qd̃ sine illa agebat . sicut in ceteris p̃dicamentis,secundũ q̃ continue inducit. & sicut affirmatiuum & negatiuum pertinet ad idem p̃dicamentũ,sic & ad idem genus subalternum,aut speciem subalternã,aut specialissimam pertinet:ergo &c̃. ¶ Secundo sic.Perfectum & diminutũ non diuersificãt genus scdm speciem.sicut neq; magis & minus.sed relationes cõmunes sub eodẽ genere relationũ cõmuniũ,quarũ vna est scdm rẽ,altera fm rationẽ,puta silitudo fm rẽ,& silitudo fm rationẽ,nõ differũt inter se nisi fm pfectũ & diminutũ:qa ens fm rationẽ est ens diminutum respectu entis scdm rem:vt patet fm Phm.vi.metaphysice:ergo &c̃. 2

In opposi. ¶Contra.magis differunt adinuicem ens perfectum & ens diminutum:q̃ vnum ens perfectum ab alio ente perfecto. sed in genere relationis relationes s.c̃dm rationē inquantum huiusmodi, sunt ens diminutū. relationes vero scdm rē,sunt ens pfectū.ergo magis differūt sub eodē genere relationū cōmuniū relatiōes fm rationē ab illis q̃ sunt fm rē,q̃ illę q̃ sunt fm rē inter se. sed illę differūt inter se fm genus subalternū:puta filitudo substātialis,ęqualitas substātialis hoīs ad hominem inquātum homines sunt,a similitudine,& ęqualitate accidentalibus hominis ad hominem inquantum ambo sunt albi aut tricubiti:ergo &c.

B Responsio. ¶Dico q̄ ista q̄stio nō q̄rit nisi cū sint tria genera relationū cōmuniū.s.idētitas,& filitudo,an qn̄ cōtingit q̄ sub aliquo illoꝶ,puta sub gn̄e idētitatis,ęqualitatis,& filitudinis cōtinenť idētitates, æqualitates,filitudines diuersę, aliqua.s.fm rem,& alia fm rationē,hęc & illa īter se differunt sicut diuersę species inter se siue subalternę siue specialissimę sub cōi genere ęqualitatis,& filitudinis,& idētitatis.Et est aduertendū circa hāc q̄stionē ex dictis in q̄stione p̄cedēte circa distinctionē gn̄is relationū cōmuniū,q̄ oēs relatiōes cōes q̃ sunt fm rationē,siue fuerit ī diuinis, siue ī creaturis,siue idētitatis,siue ęqualitatis,siue filitudinis,primo & pricipaliter causanť ab vno dicto ab vnitate singularitatis realis plurificatę fm rationē tm̄ ī relatis:& iuxta illud qd̄ dicit ī diuinis Damasc.li.i.c.xi.in oībus talib⁹ relatiōib⁹ cōibus q̃ sunt fm rationē tm̄:idē & vnū re cōsiderať.Cognitiōe vero est:qd̄ fm diuisum.s.ī ipsis relatis.Ecōtra aūt oēs relatiōes cōes reales q̃ sunt idētitatis genere vel specie,causanť ab vno dicto ab vnitate cōitatis ratiōis plurificatę fm rē in relatis.Et oēs relatiōes cōes reales q̃ sunt ęqualitatis & filitudinis in creaturis,causanť ab vno dicto nō ab vnitate singularitatis:sed ab vnione diuersorū singulariū in vna cōitate generis aut speciei. Ita q̄ relatiōes fm rationē causanť ab vno fm rem diuiso in plura fm rationē.Relatiōes vero fm rem causanť ab vno vnione pluriū ī vno fm rationē.iuxta illud qd̄ dicit Damasc.in creaturis vbi supra.In oībus creaturis diuisio cōsiderať re: cōitas aūt & copulatio coꝶ ratiōe & cognitiōe . Aspiciēdo igiť ad rōnē vni⁹ a quo causanť relatiōes cōes tā ī deo q̃ ī creaturis:tā fm idētitatē q̃ fm ęqualitatē & filitudinē oēs relatiōes cōes q̃ sunt fm rationē specie subalterna differūt sub genere relationū cōmuniū a relationib⁹ cōibus realib⁹ q̃ causanť ab vno dicto ab vnione,q̄uis oēs illę q̃ sunt fm rationē q̃ causanť ab vno dicto ab vnitate singularitatis:distinguantur fm species subalternas ab illis q̃ causanť ab vno dicto ab vnitate cōitatis generis aut speciei,secundū q̄ hęc patet ex distinctiōe generis relationū cōmuniū in p̄cedētib⁹.

C ¶Sed q̄a(vt dictū ē supra)vnitas est pricipiū causatiuū relationū cōmuniū nō autē distinctiuū:sed potius substātia,quātitas, & qualitas, sup q̃ fundanť relatiōes cōes:verius igiť dicendū est q̄ oēs illę relatiōes q̃ fundanť sup substantiā,siue sint fm rē,siue scdm rationē: sint sub eodē genere subalterno relationū cōmuniū,& silr illę q̃ fundanť sup quātitatē:& silr illę q̃ fundanť sup qualitatē,tanq̄ sup id qd̄ est dispositio, subiectę sunt sub alio.qd̄ si diuidať ī ęqualitatē cōtinētē oēs ęq̄litates & fm rē & fm rōnē,& ī filitudinē cōtinētē in se filitudines fm rē,& scdm rationē:scdm hoc relatiōes cōes idētitatis quæ sunt in creaturis fm rem,non differūt ab illis q̃ sunt in eisdē nisi fm agēs qd̄ est natura & ratio,& diuersum modū substātię sup quā fundanť,q̄a illa q̃ fm rationē,fundať sup substātiā vt est aliqd scdm se vel singulare vel cōe: illa vero q̃ est fm rē, fundať sup substātiā cōem vt est aliqd pluriū q̃ in ipō vniunť. In creaturis aūt nulla est ęqualitas,aut filitudo fm rationē. Quęcūq̄ aūt relatiōes sunt in diuinis, nō cōmunicāt cum illis quæ sunt in creaturis tanq̄ genus,sicut substantia increata cum creatis.

D Ad primū prin. ¶Et secundū hoc in parte cōcedenda est prima ratio probās q̄ relationes secūdū rationē nequaq̄ distingui debēt specie,aut genere,aut numero ab illis q̃ sunt fm rem:q̄a magis cōueniūt ens fm rationē,& ens fm rem,q̃ ens fm rem affirmatū & negatū.Dico em̄ q̄ dicendo ens fm rem affirmatū & negatū:duo dico.s.& ens ipm̄,& circa ipm̄ affirmationē & negationē & q̄ habēdo aspectū ad affirmationē & negationem,verū est q̄ affirmatio & negatio magis distāt circa idem,q̃ ens scdm rem,& ens scdm rationē:quia ens scdm rationē ex eo q̄ tale aliquid ponit,negationē tm̄ remouet. Habēdo autem respectum ad ipsam rem affirmatā & negatā: nō est verū,eo q̄ ipsa res affirmata & negata omnino eadē est per quā affirmatio & negatio pertinēt ad idem p̄dicamentū:sicut res fundamētalis eadē est relatiōi scdm rem,& scdm rationem, per quā similiter ad idem prędicamentum pertinent .

E ¶Quod ergo assumitur vlterius q̄ ens affirmatum & negatum ad idem prędicamentum secundū genus & speciem pertinet,bene verum est: sed hoc non ratione particulę siue notę affirmationis aut negationis:quia illa, scilicet notę affirmationis & negationis, accidunt rei cuiusq̄ prędicamenti:immo cuicunq̄ siue enti

siue non enti:quia de quolibet affirmatio vel negatio,& non simul ambo de eodē:sed solūmodo ratione ipsius rei eiusdē.Et consimiliter relatio scdm rationē ad idem prædicamētum pertinet: cū illa q̄ est scdm rem,ratiōe.s.fundamēti ab eo qđ cōpletiue habet ab actu ratiōis, ad nullū pđicamētū ptinet.℄Argumētū secūdū,ꝙ pfectū & diminutū nō diuersificāt speciē,deficit.Hoc em̄ videlicet ꝙ pfectū & diminutū nō diuersificāt speciē, solū verū est qñ ens habet ꝙ sit diminutū ex solo defectu agētis : vt cōtingit in minus calido respectu magis calidi.Nō est aūt verū qñ esse diminutū habet ex cōditione agētis, sicut cōtingit in ꝓposito de relationib⁹ cōmunib⁹ fm rem & scdm rationē.Semp em̄ pfectius est opus naturę in ipsa re:q̄ opus ratiōis circa rem ī cōceptu intellect⁹,ꝙ opus rationis circa rem naturæ non est in genere omnino:vt iā dicet.℄Ad tertiū ꝙ relationes cōmunes fm rationē,differūt ab illis q̄ sunt scdm rē:vt diuersę species sub alternę immediate diuidentes genus relationum cōmunium : quia se habent sicut ens perfectū & sicut ens diminutū,q̄ magis differūt q̄ duo entia pfecta q̄ tamen specie differunt sub relatione cōi:Dico ꝙ verū est cōsiderādo ens diminutū ratiōe diminuti esse:qa ratiōe illi⁹ nō est ī genere oīno:sed distinguit contra ens qđ est in genere tanq̄ cōtra ens pfectū,a Phō.vi.Metaph.Et sic bene verum est ꝙ relatiōes rationales ratiōe sui complemēti quod habēt a ratiōe,& sic pertinet ad ens diminutū,nō sunt omnino in genere:licet hoc niteret ꝓbare secūda ratio, sed solūmodo relatiōes reales ī genere sūt:quēadmodū vnū genere nō est ens diminutū:de quo loquit Phus.vi.Metaph.puta ens verū qđ in cōpositiōe & diuisione cōsistit,& hoc inquantū est opus aīę:licet ipsa incōplexa circa q̄ fit cōpositio & diuisio,in genere sint.Sic relatio scdm rationē in genere nō est,inquantū cōpletiue est opus ratiōis:licet fundamentū eius a quo habet eē originaliter,sit ī genere. Et p hoc ipsa relatio scdm rationē inquantū originaliter habet esse a fundamēto,quoquo modo est in genere:licet relatio q̄ omnino habet esse a ratione.s.& originaliter & cōpletiue,de qua sermo habitus est supra,nullo modo sit in genere.

F Ad secūdū

G Ad argu.I oppositū.

Equitur Arti.LXV.de relationibus cōmunibus in cōparatione ad sua principia:& primo in cōparatione ad sua principia causatiua q̄ sunt vnū & multū. Secūdo in cōparatione ad sua principia fundamētalia,q̄ sunt substātia,quātitas,& qualitas.Tertio in cōparatione ad sua principia materialia,cuiusmodi sunt ipsa subiecta relata per huiusmodi relationes cōmunes.℄Circa primū istorū q̄runt tria. Quorū primū est:vtrū relatiōes cōmunes causent ab vno & multo. Secundū:vtrum illę quę causant ab vno.s.idem, ęquale,& simile:vniformiter causentur ab vno,& contraria eorum scilicet diuersum,inæquale,& dissimile a multo. Art.LXV

Tertium:vtrum idem,ęquale, & simile inter se comparata vniformiter causentur ab vno,& econtra sua contraria a multo.

Irca primū arguit ꝙ nulla relatio realis causat ab vno:quia ab vno inquantū vnū non ꝓcedit nisi vnū.sed vbi non est nisi vnū non est relatio : quia oīs relatio requirit correlationē,sicut omne relatiuum requirit correlatiuū.secūdū definitionē em̄ relatiuorum,ipsorum esse est ad aliud se habere.ergo &c. ℄Qꝫ autē nulla relatio cōmunis causet a multo,arguit eodem medio:quia multū inquantū multū,est vnū:eo ꝙ est diuisiuum entis,cū quo vnū cōuertitur.quare cū ab vno inquantū vnū,non ꝓcedit nisi vnū:ergo &c.℄Item si a multo causet relatio cōmunis:tūc sicut relatiua relatione cōmuni q̄ creat ab vno,in illo vno sunt vnū vel per vnitatē,vel per vnionē:vt habitū est supra:sic relatiua relatione cōmuni q̄ causat a multo,in illo vno essent vnū quodāmodo aut vnita.consequēs falsum est . Diuersa em̄ sunt abinuicē decē pđicamenta,quę in nullo multo vniunt inquantū habēt in se relationem diuersitatis.Similiter nec duo & quatuor inquantū sunt inæqualia.Nō em̄ ex hoc sunt inæqualia ꝙ vniunt in numero senario vt in quodā multo:quia tūc tria & tria quæ in eodē multo vniunt:essent inæqualia qđ falsum est.Similiter albū & nigrū sunt dissimilia inter se, q̄ in nullo multo vniunt.Non em̄ in colore medio puta in viridi aut rubeo cōueniunt vt in multo:quia vt sunt in illo,non sunt in diuersis subiectis quæ requirunt ad similitudinē & dissimilitudinē: vt infra videbitur.Nec etiā vt in multo conueniunt in colore simpliciter:quia in illo conueniūt vt in vno scdm genus qđ non habet rationem multi. ℄In oppositū est Phus.v.&.x.Metap.vt patet ex pđeterminatis. In oppositū I

H Quęst.I. Argu.I

I

I

℄Supposito ex prędeterminatis ꝙ relationes cōmunes sequantur vnum & mul- Responsio

tum, questio ista quaerit qualiter. An scilicet aliqua causalitate & quali sequantur illa. Et dico ex determinatis supra in.ii.quaestione articuli.lxii. quod cum vnum & multum ad quae sequuntur relationes cōmunes, inter se opponantur vno modo vt mensura ad mensuratum secundo genere relationis: alio modo vt habitus & priuatio: non tamen causant relationes cōmunes secundum rationes quibus se habent adinuicem vt mensura & mēsuratum: quia sic relatiua statim inter se opponuntur. Relatio autem nunquam est per se causa alicuius relatiōis. Et praeterea cū multū vt mensuratū relatione reali referatur ad vnū vt ad mensurā, & vnū ecōuerso referatur relatione scdm rationem tm̄ ad multum: tunc conformiter ad vnum nō sequerent̄ nisi relationes scdm rationem: & ad multum non nisi relationes scdm rem: aut saltem veriores essent relationes cōmunes sequentes ad multū, quam sequentes vnū. Et iterū cum relata relationibus fundatis sup mutuas relationes similiter mutuo referātur ad inter se relata: relationes ergo sequētes ad vnū relatiue se haberent ad relata scdm relationes sequentes ad multū. qd totum falsum est. Sequuntur ergo relationes cōmunes ad vnū & multum solūmodo vt opponuntur scdm priuationem & habitum. s. vt indiuisio diuisioni. Nunc autem ita est quod cum pdicto duplici modo vnū & multum opponūtur, & oppositio illorū relatiua accipitur scdm rationes formales illorum, inquantū. s. perfectio formalis existens in vno per defectū se habet in multo, secundū quod tactū est in dicta quaestione: Sic em̄ quilibet numerus est multus, & quanto plus recedit ab vnitate, tanto magis diminuitur in eo species & forma vnius: Oppositio autē illorum priuatiua accipit̄ scdm id qd re quasi materialiter subest illis ratiōibus formalib9 in vno & multo: ī quo realiter habet esse ipsa indiuisio a qua imponitur nomen vnius, & ipa diuisio a qua imponitur nomen multi: igitur non scdm rationes formales vnius & multi vnū & multū sunt causae relationum cōmunium: sed solūmodo scdm eorum rationes quasi materiales in ipsis, circa quas esse habēt illae rationes formales: inquantum tamen rationes materiales habent esse sub forma vnius & sub forma multi. Distinctio autem formalis & materialis in eodem, clara est in numeris: quia quilibet numerus puta denarius est pluralitas vnitatum siue vna plura sub aliqua tm̄ vnitate sicut diminuta redacta: quē denarium scdm speciem distinguit forma denarietatis a quolibet alio numero, & est in denario materiale, ipsae. x. vnitates, quibus est decies vnum, formale autem denarietas est, qua est solū decē, scdm Phm. v. Metaph. Secūdū hoc ergo dico quod ratiōe eius qd in vno est siue qd vni subest res indiuisa, in multo vero est siue multo subest res diuisa: vnū & multū
k sunt causae relationum communium. quae etiam idcirco contrariae sunt immo oppositae verius scdm priuationē & habitū: vt infra patebit: sicut & opponuntur vnum & multum. ¶ Assignando ergo modum causandi relationum cōmunium fundatarum super vnum ab vno, & per illā intelligendo conformē modum causandi a multo ipsarum relationum fundatarum supra multum: quia qui bene definiunt contraria consignant: Dico quod vnum dupliciter dicitur, & secundum hoc relatio cōmunis dupliciter causatur ab vno. Vno enim modo dicitur vnum ab vnitate. Alio autem modo dicitur vnum ab vnione: prout iam inferius ex dictis Commenta. super Boethium declarabitur ista distinctio. Vnum primo modo potest esse alicuius solius & omnino simplicis. Vnum vero secūdo modo non est nisi aliquo modo plurium compositorum. Vt em̄ dicit Cōmē. sup. ix. regulam de Hebdo. Vnio semper illorum est quae diuisa sunt vtriusque numeri. Ab vno dicto ab vnitate siue ab vnitatis proprietate causat̄ omnis relatio cōmunis in diuinis, & similiter in creaturis om̄is relatio idētitatis alicuius ad seipsum. Quae idcirco potest appellari relatio vnitatis: quia scilicet causat̄ ab vno simplici existente in relatis ambobus. Ab vno autem dicto ab vnione seu a proprietate vnionis causatur omnis relatio aequalitatis & similitudinis in creaturis. & similiter illa quae est idētitatis diuersorum adinuicem, quae idcirco potest
illis.Relationes eñ cõmunes nõ plurificanť nisi secũdum plurificationem fundamentorum: sicut nec relationes alię consimiles.puta in vno non est nisi vna paternitas:licet ad plures filios: & simile non est simile nisi vna similitudine ad plures quibus est similis: & hoc propter vnum fundamentum talium relationum. Quare cum substantia super quam fundatur identitas in illis quæ sunt eadem, non distinguatur omnino, nec similiter quantitas super quam fundatur ęqualitas in æqualibus:nec similiter qualitas super quá fundať similitudo in similibus.quia super substãtiam fundatur identitas ratione qua est substantia simpliciter:non autẽ ratione qua est hæc vel illa: nec ratione qua est in hoc vel in illo:& similiter æqualitas super quantitatem:& similitudo sup qualitatem.quia proprium est substantiæ secundum eam dici idem & diuersum:& quantitati secũdũ eam dici æquale & inæquale:& qualitati secundum eam dici simile & dissimile.Substãtia aũt secũdũ ꝙ est substãtia simpliciter, nullo modo distinguitur etiã in diuersis.Similiter nec quantitas nec qualitas.sicut figura inquantum est figura simpliciter,non distinguitur omnino in Isoscele & Scaleno:quia secũdum Philosophũ.iiii.physico.sunt eadem figura:licet non sint idem triangulus.ergo &c.¶Ex eodem medio arguiť idem specialiter in diuinis.quia cum in deo in tribus personis sit vna substantia,vna quantitas,vna qualitas,super quas fundanť relationes cõmunes.s.identitatis,æqualitatis,& similitudinis trium personarum inter se:est ergo vna idẽtitas triũ personarum sicut vna substantia,vna æqualitas sicut vna quantitas,vna similitudo sicut vna qualitas.ergo &c.¶Qđ cõfirmatur per hoc qđ de patre & filio dicit Hila.iii.de trini.Eandem in vtroq; & virtutis similitudinem & diuinitatis plenitudinem profitemur.Oĩa enim accipit filius a patre.vult ergo ꝙ a patre accipiat illam similitudinem virtutis quæ est patris ad filium:& similiter eadem plenitudinem diuinitatis:quæ quidem plenitudo ad æqualitatem quantitatis pertinet. ¶Tertio ad idem sic.Quæ minus sunt distinguibilia minus sunt plurificabilia:quia non est plurificatio nisi per distinctionem qua plura habent esse plura.sed minus sunt distinguibiles relationes proprię in diuinis,puta paternitas & filiatio,q̃ communes,puta identitas,æqualitas,aut similitudo:quia illę sunt aliorum distinctiuę.s.personarum,vt habitum est supra:non autem istæ,vt declarabitur infra.Magis autẽ sunt distinguibilia inter se aliorum distinctiua q̃ non distinctiua.quare cum relationes propriç & similes plurificari non possunt in diuinis: non enim possunt in illis esse plures paternitates aut plures filiationes: ergo nec relationes communes similes:cuiusmodi sunt identitas,æqualitas,& similitudo,in diuinis plurificari possunt.¶Quarto sic.inter se minus distinguuntur relationes sub eodem genere existẽtes q̃ diuersa genera relationum.Puta similitudo in diuinis personis diuersis,q̃ ęqualitas & similitudo.sed æqualitas & similitudo & identitas in diuinis non distinguuntur inter se nisi ratione tñ,vt habitum est supra.Similitudo ergo,aut identitas,aut æqualitas,vt sũt in diuersis personis,minus distinguuntur q̃ secundum rationem.sed minor distinctio q̃ secundum rationem nulla est omnino.ergo &c.¶In contrarium arguitur primo sic.super.xiiii.cap.Boethii de trini.Cõmentator dicit sic.Sicut ipsa quæ sunt similia:sic & illa secundum quæ sunt similia, necesse est esse diuersa.sed ipsa quæ sunt similia semper sunt diuersa & alia & alia,vt patet ex duabus quęstionibus præcedentibus.illa autem secundum quæ similia sunt similia,sunt extrema similitudinis in similibus.illa ergo extrema necesse est esse diuersa:sicut & relata per illa:& sic oportet ꝙ sint diuersa & alia atq; alia. Et sicut hoc arguitur de extremis similitudinis, sic argui põt de extremis identitatis & æqualitatis quia qua ratione verum est illud dictum Commẽtatoris:Sicut ipsa quę sunt similia &c.eadem ratione verum est dicere:sicut ipsa quæ sunt eadem & æqualia:sic & illa secundum quæ sunt eadẽ & æqualia:necesse est esse diuersa.¶Secundo sic.qđ requirit distinctionem eorum in quibus existit:necessario habet esse distinctum in illis:quia indistinctum natum est esse in indistincto sicut distinctum in distincto.sed relationes communes æqualitatis & similitudinis requirunt distinctionem illorum in quibus sunt:& hoc secundum rem:quia similitudo non est suiipsius nec æqualitas.Nõ est eñ aliquid æquale aut simile sibi,vt iã habitũ est supra.Relatio similiter idẽtitatis etiam requirit distinctionem & differentiam relatorum in quibus est,vt etiam habitum est supra.ergo &c.¶Et hoc est qđ tertio arguitur sic.ꝙ eẽ relatiuorum vel ipsorum relatorum est ad aliud se habere secundum modum iam supra expositum:hoc contingit quia per se relationi competit ꝙ esse suum accipiatur in comparatiõe ad aliud esse: qđ scilicet competit alteri relationi sibi correspondenti:qđ nõ est sine ipsarum relationum distinctione in ipsis relatis.ergo &c. ¶Quarto sic.secundum August.v.de trini.cap.viii.tres personæ nõ sunt tres magni sed vnus magnus:quia vna est magnitudo trium.ergo a contrario cum tres personæ siue diuinæ siue creatę sint tres æquales, tres similes,tres iidem:hoc non contingit nisi quia sunt ibi tres æqualitates, tres similitudines, & tres identitates.ergo &c.

Margin: 2 (beside "Ex eodem medio"); Confir. (beside "Qđ cõfirmatur"); 3 (beside "Tertio"); 4 (beside "Quarto"); In oppo. (beside "In contrarium"); 2 (beside "Secundo"); 3 (beside "tertio arguitur"); 4 (beside "Quarto sic.secundum August.")

B Responsio quorūdā.

¶ Dicunt aliqui q sicut in rebus absolutis duplex inuenitur distinctio earum: vna secundum rationē quiditatis earūdem: quæ est inter res diuersorum generum aut specierum tm̄: alia secundū esse, q̄ est solummodo inter res differentes numero tm̄ sub eadem specie specialissima quia indiuidua nihil quiditatiuum aut rei addunt supra quiditatem aut rem speciei: sed solummodo determinationem illius: sic & duplex distinctio inuenit̃ in relationibus: vna secundum rationē quiditatis earum: alia vero secūdū esse earūdem. Quarū prima (vt dicunt) cōpetit relationi vñ relatio est: quia relationis vnde relatio est, propriū est ad aliud se habere. Et tali modo distinguuntur relationes diuersæ secundū speciē: cuiusmodi sunt oēs relationes oppositę dissimiles vt paternitas & filiatio: & tria genera relationum cōmuniū inter se comparata: de quarum differentia habitum est supra. Sed nō sic distinguuntur relationes cōmunes similes, quę. s. sunt similium nominū i vtroq relatorū, eo q non sunt nisi eiusdem speciei specialissimę quando fundantur super vnā specie, vt est similitudo in duobus similibus: & æqualitas in duobus ęqualibus: & identitas in duobus eisdē de quibus proposita est p̄sens quęstio, an. s. in similibus aut ęqualibus aut eisdē sit diuersa & alia ac q alia similitudo & æqualitas & identitas. Vnde dicunt q relationes cōmunes similes nō distinguuntur nisi secundum esse: quæ distinctio (vt dicūt) non competit relationi vñ relatio est: sed solummodo ratione sui fundamenti, quæ est res alterius prędicamenti. Nam relationi non respōdet p̄prium esse vnde relatio est: sed solūmodo esse sui fundamenti. Talis ergo (vt dicunt) distictio est per fundamentū. Vbi ergo non plurificat̃ fundamētum: relationes cōmunes similes (vt dicūt) plurificari non possunt: vt cōtingit in diuinis vl̄r, & in creaturis quo ad idē numero: & vbi fundamentum plurificat̃, ibi plurificantur & ipsę, vt cōtingit in creaturis vl̄r in æqualitate & similitudine & identitate specie aut genere. Et ideo dicunt q in diuinis non sunt in tribus p̄sonis plures ęqualitates: sed tm̄ vnica: quia nō nisi vnica magnitudo est in eis: similiter non est nisi vnica similitudo: et vnica identitas: quia nō est nisi vnica substātia & vnica qualitas in eisdem: licet in creaturis diuersis æqualibus similibus aut eisdem sint diuersę similitudines ęqualitates & identitates, secūdū q ī eis sunt diuersę quantitates, diuersę qualitates, & diuersę substantiæ super quas fundantur: & sic p accidens sunt relationes illę diuersę. s. quia fundamentum est aliud & aliud.

C ¶ Qd̄ dicunt quasi relatio cōmunis semper quantum est de se sub eadem specie sit eadem numero in relatis: & q nō est alia & alia nisi quia in relatis fundamētū est aliud & aliud: quēadmodum in absolutis formis quantum est de se sic est quælibet earū eadem numero sicut est eadem specie nisi sit p materiam aliā & aliam secundum aliquos, aut per agens secundum alios. Q₃ enim aliquid sit quid p se formaliter: & q secundum rationem quiditatis differat ab alio: hoc non cōuenit ei nisi secūdū rationem aliā & aliam generis aut speciei: quia q sit quid secundum rationem indiuidui: & q secūdū illam rationem differat ab alio: hoc non cōuenit ei nisi quia in se habet formam speciei determinatam: & hoc aut per agens tm̄, vt quando habet formam determinatam, in se & non in alio existens, vt cōtingit in angelis vnius speciei: aut simul per agens & per materiam siue subiectū aliud & aliud, vt contingit in formis materialib⁹ siue eductis de potētia materię, cuiusmodi sunt formę pure naturales differentes solo numero: & in formis materialibus non eductis de potentia materię: sed in materia tm̄ Cuiusmodi sunt animæ rationales: quarum differētia dicitur esse secūdum esse & non secundum rationē suæ quiditatis. quia licet in se habeant quiditates speciei eiusdem differentes numero: illa differentia non contingit ex ratione quiditatis: sed solūmodo ex ratione detractionis illius quā habet ab agente siue p materiam & subiectum, siue sine materia & subiecto. Vnde etsi vtraq differētia ponatur dici fore secundum esse: prima tamen differentia dr̄ secūdum esse p se qd̄ dicit̃ esse qditatiuum. Secūda vero dicit̃ secundum esse acquisitū siue p accidēs: qd̄ cōmuni noīe dicit̃ esse absolutum siue esse simpliciter & absq determinatione.

D ¶ Qd̄ dicūt isti de distinctione. s. q duplex est: & secūdū rationem suę quiditatis, & secūdū esse: bene verū est: & habet locū tā in p̄dicamētis absolutis q̄ in relationib⁹. semp eñ differentia specie distinguunt̃ secūdū rōnē suę qditatis. Differentia

E aūt numero: secūdū esse tm̄. Sed qd̄ dicunt q distinctio secūdū rōnē suæ qditatis cōpetit relationi vñ relatio est: hoc non est verum nisi qditas relationis appellet̃ modus essendi ad aliud purus: qui solus p̄prius est relationi rōne sui p̄dicamēti secūdū p̄determinata. Qd̄ nō potest poni: qa cū mod⁹ ille quantū est de se non distinguat̃ vt est supra expositū: secūdū hoc ergo esse qditatiuū non esset nisi vnū & idē in toto prædicamento relationis: nec secundū ip̄m esset illa distictio eoꝝ q̄ sunt sub p̄dicamēto relatiōis: secūdū q etiā hoc sup⁹ est declaratū. Quare cū distictio eoꝝ q̄ hn̄t illū modū cōmunem sub p̄dicamēto relationis, secūdū p̄determinata nō sit nisi p fundamēta: si distictio dicta cadat in p̄dicamēto relationis. s. scd̄m rōnē qditat[& scd̄m eē, mō q̄ qditas & eē hn̄t eē i p̄dicamēto relationis, ambę distinctiones erūt per fundamenta. Qd̄ verū est hoc mō, videlicet q a fundamētis

diuersorum modorum & rationum distinguentibus relationes secundum genera & species,dicun tur distingui relationes secundum rationem quiditatiuam,& secundum esse quiditatiuum specifi cum,qd a talibus fundamentis cõtrahũt.Et sic sumitur differentia relationũ communium differe tium genere aut specie inter se:& hoc penes differentiam formalem secundum genera & species il lorum super quæ fundantur.Propter qd etiam formaliter secundum genus & speciem differũt re lationes fundatę super illa fundamenta:licet quandoq; secundum rem:quandoq; secundũ rationẽ tñ:prout rationes fundamentorum quandoq; differunt secundum rem,vt contingit in substãtia vera,& quantitate & qualitate accidentalibus substantiæ:qñq; secundũ rationẽ tñ,vt contingit i substantia vel habente rationem substantiæ:& in quantitate perfectionis:& in qualitate substantia li existentibus in substãtia. Secundũ q in diuinis loquẽs de substãtia & substãtialibus attributis li bro primo cap.xi.Dam.dicit sic.Secundum omnia sunt vnum pater & filius & spiritus sanctus pre ter ingenerationem,gñationẽ,& pcessionẽ,cogitatione vero secundum diuersum.i.licet omnia il la sint idem re in tribus personis:ratione tamen distinguuntur singula a singulis & a seipsis.A fun damentis vero vnius modi & rationis vnius distinguentibus relationes secundum numerum tñ dicunt distingui tñ secũdũ esse: & sic sumit differẽtia relationũ cõmuniũ differentiũ nũero solo .s.penes differentiã numeralẽ vel quasi:licet qñq; differant secundũ rẽ,qñq; autẽ secũdũ rõnẽ tñ. Primo eñ modo genus relationis cõmunis distinguit sicut p primas differentias tractas a suis fun damẽtis in relationẽ substantialem continẽtẽ idẽtitatem & diuersitatẽ,q sequunt vnũ & multum in substãtia:& in relationem accidentalem,q sequit vnũ & multũ in duobus pdicamentis acciden tis absolutis. Quę cõtinet sub se duas species:quarũ vna sequit vnũ & multũ in quãtitate:& dicit ęqualitas et inęqualitas.Altera vero sequit vnũ & multũ in qualitate:& dicit similitudo & dissimi litudo.Quę vlteri⁹ descendunt in species secũdũ species quãtitatis et qualitatis vsq; ad species spe cialissimas pdicamentorũ absolutorũ:q species specialissimę relationũ nõ diuidunt nisi p differẽtia numero tñ,secũdũ differẽtiã numeralẽ fundamẽtorũ.Et quis talis distictio relationũ sit p aliud,est tñ essentialis pdicamento relationis:eo q esse et realitatẽ seu qditatẽ nõ est natũ habere nisi p aliud. Relationi eñ vt relatio ẽ:nec pprium esse nec ppria qditas respõdet:sed solũmõ esse et qditas sui fun damenti.Et ideo bene verum est q vbi sub relationibus oĩb⁹ eiusdem speciei specialissimę relationis non plurificat realiter fundamentum:nec similiter relationes fundatę super illud realiter plurifica tur,vt contingit in diuinis sicut dictũ est.Nihilominus tñ licet non distiguant scdm rẽ distiguũt tñ secundũ rõnẽ saltẽ.Impossibile est eñ q relata sint diuersa siue secũdũ rẽ siue scdm rõnẽ qn rela tiones qbus referunt sint diuersę saltẽ secũdũ rõnẽ.Quare cũ in oĩ habitudine relationũ necesse sit relata esse diuersa vel re vel rõne,vt in duabus questionibus pcedentibus est expositum:necesse est etiã in oĩ habitudine relationũ ipsas relationes i extremis eẽ diuersas vel secũdũ rẽ vel scdm rõnẽ. Secũdũ rẽ eñ semp sunt diuersę relatiões extremę cuiuslibet habitudinis relationũ cõmuniũ i crea turis,pręterq in relatiõe secũdũ idẽtitatẽ numeralẽ,in q sunt diuersę secũdũ rõnẽ tñ: & hoc vni formiter ipsis relatis.In diuinis aũt nunq sunt diuersę secundũ rẽ:sed semp secũdũ rõnẽ tñ:& hoc vel vniformiter ipsis relatis:sicut cõtingit solũmõ in prio modo idẽtitatis:vl' difformiter illis,sicut vlr cõtingit in secũdo mõ idẽtitatis,& in equalitate & similitudine,in quib⁹ relata sunt psonę diui nę distinctę secũdũ rẽ:cũ tñ relationes qb⁹ referunt,distinctę sint solũmõ secũdũ rõnẽ,vt ampli⁹ de clarabit in sequẽti qstione.¶Sed est hic aduertẽdũ ad dictorum ampliorem intellectum, q inter se differunt si proprie accipiantur ista tria scilicet respectus, relatio,& habitudo : quia omnis rela tio est habitudo & respectus, sed non econuerso:& oĩs relatio est respectus:sed non econuerso. Cu iuslibet enim accidentis est respectus ad suum subiectum vt ad id cui natũ est iesse:nulla tñ est re latio accidẽtis ad suũ subiectũ aut habitudo.Est eñ relatio respect⁹ q est mod⁹ essendi quo id cui⁹ est,ad aliud dicit. Et cũ pprie accipit relatio,ipa nõ noiat nisi extrema habitudinis,de qb⁹ pposita ẽ pñs questio,quib⁹ relata adinuicẽ referunt.Est eñ habitudo pprie dicta quasi mediũ interuallũ cõ tinẽs sicut extrema duas relationes oppositas:ppter qd & ipsa habitudo dr relatio et induit nomẽ & rationem vtriusq; extremorum respectu vtriusq;:quẽadmodũ spatium interualli inter sursum et deorsum respectu sursum dicitur deorsum:et respectu deorsum dicit sursum. Et loquẽdo de re latione quę est habitudo duorum extremorũ,idẽtitas et æqualitas et similitudo sunt tres relatiões .i.tria genera habitudinum:de quarum differentia habitus est sermo superius.Loquẽdo autem de relatione quæ est extremum habitudinis,est sermo de differẽtia relationũ in hac qstiõe. Et sunt in qualibet dictarum trium habitudinum duę relationes cõsimiliũ nominũ cũ ipa habitudine.In qua libet enim habitudine identitatis sunt duę identitates:q sunt relationes diuersæ in diuersis relatis secundum identitatem : et similiter in habitudine æqualitatis sunt duę æqualitates,quibus mu E

tuo inter se referuntur æqualia:& similiter in habitudine similitudinis duæ sunt similitudines qui bus inter se referuntur similia. Qui em̃ negat hanc alietatem in extremis cuiusq; habitudinis: necessario negat habitudinem & omnem respectum & relationem relatorum inter se, secũdum ꝙ procedunt,& bene, quatuor vltimę rationes: quæ idcirco concedendę sunt. ¶Quidam tamen dicunt ꝙ ad plurificationem relationum communium non sufficit plurificari supposita relata, nisi cum hoc plurificentur supposita in relatis. Qđ proculdubio verum est de plurificatione relationum secundum rem: sed non est verum loquendo de plurificatione secũdum rationẽ. Impossibile est enim relata plurificari maxime secundum rẽ vt diuersa supposita, quin fundamentum relationis qđ est vnum in illis secundũ rem, plurificetur secundum rationem: quia secundũ vná rationem necessario habet esse in vno:& secundũ aliam in alio: vt diuinitas i patre & filio. Et per hoc etiam necessario relatio vna secundum rem iuxta vnitatem realem fundamẽti, necessario plurificaẽ secundum rationem iuxta plurificationem fundamenti secundũ rationem. Vnde relatio quæ est habitudo duorum relatorum inter se: nullo modo fundatur in vno & eodem re & ratione simul. Ad semel enim vnum qđ est vnum re & ratione simul: non sequitur idem nec æquale nec simile nec habitudo aliqua omnino: quia nulla est habitudo sine omni diuersitate extremorum suorum: quæ diuersitas extremorum habitudinis non est sine diuersitate aliqua fundamenti: sicut non sunt diuersæ habitudines fundatæ in eadem re singulari sine omni diuersitate secundum rationem in illa. Puta i diuina natura non fundãtur tres habitudines q̃ sunt identitas, ęqualitas,& si͂litudo, nisi habeat tres rationes in se: trium. s. prædicamentorum, quæ sunt substantia, quantitas,& qualitas:& hoc quolibet illorum distincto & accepto secundum rationem bis ad minus. qa non ad vnum semel acceptũ sed plurificatum solummodo sequiẽ relatio cõmunis, vt habitum est supra. Et sic sicut in diuinis oportet concedere ꝙ super idem re fundanẽ tres habitudines relationum communiũ sola ratione diuersæ secundum supra determinata, quæ sunt idẽtitas, æqualitas,& similitudo secũdũ diuersas rationes. s. substantiæ, quantitatis,& qualitatis in illo: sic oportet concedere ꝙ super idem re fundãtur in qualibet habitudine duæ relationes secũdum diuersas rationes eius. s. vnius & vnius in diuersis relatis: quemadmodum & in creaturis sup substantiã, quãtitatẽ,& qualitatẽ quę sunt re diuersa, fundanẽ identitas, æqualitas,& similitudo, quæ sunt habitudines re diuersę:& super diuersas substantias numero aut specie in diuersis relatis fundanẽ diuersæ identitates q̃ sunt relationes re differentes:& similiter super diuersas quantitates & diuersas qualitates fundanẽ diuersę similitudines & diuersę ęqualitates re differentes. Et ita sicut non sequiẽ in diuinis si vnum sunt secũdũ rem substantia, quantitas,& qualitas: ꝙ identitas, ęqualitas,& similitudo in diuinis non sint diuersæ relationes cõmunes ratione differentes: sic non sequiẽ si vna sit substãtia, vna quãtitas, vna qualitas in diuinis secundũ rem, ꝙ identitas, æqualitas,& similitudo fundata in illa vt est in diuersis psonis, non diuersificeẽ secũdũ rationem, neq; plurificeẽ in singulis psonis: vt secundum hoc alia sit identitas qua pater est idem filio:& alia econuerso qua filius idem patri:& sic de ęqualitate & similitudine: vt sic diuersitati rerum in personis creatis, respondeat diuersitas rationum in personis diuinis. Et quemadmodum in creaturis plus differunt secundum rem substantia, quantitas,& qualitas inter se:& similiter relationes fundatę in illis inter se: q̃ differant duæ substantiæ aut duę quantitates aut duę qualitates:& similiter duę relationes fundatę in illis: sic in deo plus differunt secũdum rationem substantia, quantitas,& qualitas:& similiter relationes fundatę in illis inter se: quæ sunt identitas, æqualitas,& similitudo: q̃ differat secundum rationem substantia vt est in diuersis personis: similiter quantitas aut qualitas: aut relationes fundatę in illis, puta similitudo patris ad filium a similitudine filii ad patrem: licet quandoq; in creaturis differant re extrema vnius habitudinis: cum tamen genera habitudinum differant inter se ratione: puta identitas, æqualitas,& similitudo hominis ad hominem in humanitate, in qua idem sunt. Nam substantia, quantitas,& qualitas substantiales, q̃uis inter se sola ratione differant: extrema tñ cuiuslibet illarum habitudinum inter se differunt secũdum rem: quia alia est humanitas vnius & alterius, in qua differũt realiter substantia vnius & substantia alterius:& similiter quantitas & qualitas substantiales. Et sic cũ tres personæ diuinæ sint eędẽ æquales & similes inter se secundum rationem, sunt tres diuersę idẽtitates & similitudines earundem. Propter qđ in plurali dicitur ꝙ sunt tres eędẽ non vnus:& hoc sumendo esse masculine, sunt tres ęquales non vnus æqualis:& tres similes nõ vnus similis, vt procedit & bene vltima ratio: q̃uis sit in tribus vna substantia: vna magnitudo: vna qualitas.& hoc qa non fundantur dictę relationes in illis nisi vt secundum rationem habent diuersificari in personis: sicut nec simpliciter ęqualitas aut similitudo fundatur in quantitate aut qualitate: nisi prout habent esse in personis diuersis. Si enim esset magnitudo in deo aut qualitas absq; personarum distin-

F

Opinio quorũdã.

ctione, nullo modo ſuper illam fundaretur ęqualitas aut ſimilitudo. Propter ꝙ etiā nequaꝗ̄ poteſt dici ſubſtantiue ꝙ tres perſonę ſint vnus idem ęqualis aut ſimilis: ſicut dicitur ꝙ ſunt vnus deus vnus magnus, aut vnus ęternus: quia ſcilicet non eſt denominatio ab ęqualitate aut ſimilitudine aut identitate in diuinis, niſi propter ſubſtantiā magnitudinē aut qualitatem ratione diuerſam in perſonis. Eſt autē denominatio a magnitudine in diuinis, non propter aliquā diuerſitatem eius ſecundū rationem, ſed ſolummodo propter ipſam ſimpliciter. Eſſet enī in deo magnitudo & denominatio ab illa, etſi in illo nulla eſſet diſtinctio perſonarū (ſi tn̄ eſſet abſq; illa) non tn̄ eſſet in eo ęqualitas aut ſimilitudo, neq; denominatio ab illa. Et ſimiliter eſſet de denominatiōe a ſubſtātia & qualitate. Et ſecundū hoc diſtinctio identitatū ęqualitatum & ſimilitudinum plurium in diuinis, licet ſit ſecundū rationē: nō tn̄ ſine adminiculo diſtinctionis realis perſonarū. Propter qđ idētitas ęqualitas & ſimilitudo perſonarū diuinarū inter ſe, magis accedunt ad rationem relationum realium ꝗ̄ identitas alicuius ad ſeipſum, & maior eſt diſtinctio ſecundū rationem identitatū æqualitatū aut ſimilitudinū quibus eędem perſonę dicuntur eędem ęquales aut ſimiles inter ſe, ꝗ̄ ſit identitatum quibus idem ſecundū rationem diuerſificatum refertur ad ſeipſum. Relationes enī ſecundū rationem gradus habēt: & quędā minus appropinquant relationibus realibus, & magis ſunt ſecundū rationē, vt contingit in primo modo identitatis. Quędā vero magis appropinquant relationibꝰ realibus, & ſecundū hoc ſunt minus ſecundū rationem, vt contingit in ſecundo modo identitatis. Relationes etiam diuerſificantur ſecundū diuerſitatem fundamentorum, non ſolum realiter vt contingit in creaturis, ſed etiam rationaliter, & hoc dupliciter. Vno modo ſecūdum modum eundem fundandi, & ſecundū vniformē rationē fundamēti, ſicut fundanť diuerſę ęqualitates ſuper magnitudinem vnam in diuerſis perſonis, & diuerſę ſimilitudines ſuper vnam qualitatem, & diuerſę identitates ſuper vnam ſubſtantiā. Alio modo ſecundū alium & alium modū fundandi, & ſecundum difformem rationē fundamēti, ſicut fundātur diuerſę relationes notionales in diuinis ſuper eſſentiam diuinitatis, puta paternitas vt eſt illa potentia actiua, & ratio qua vt ratione actiua aliquis producat, & filiatio vt eſt potentia paſſiua, & ratio qua quis de ipſa producatur, vt tactum eſt & expoſitum in ſupra determinatis, ſicut etiam fundantur diuerſæ relationes reales ſuper idem re cum voluntas mouet ſeipſam, licet mediante extraneo, vt determinauimus in quadam quæſtione de Quolibet.

¶ Qđ ergo arguitur primo cōtra iam dicta, ſi extrema relationis cōmunis eſſent alia abinuicem, hoc nō eſſet niſi propter pluralitatē relatorum: Dico ꝙ verū eſt, non tamē propter eam vt propter quā principaliter, ſed ſolummodo vt propter quā adminiculariue & ſine qua nō. Quia ſi non eſſet diuerſitas relatorum ſecundū rē in creaturis, nō eſſet diuerſitas vnitatum ſubſtātiæ quantitatis aut qualitatis ſecundū rem, ad quas in illis ſequunť identitas ſimilitudo & æqualitas realiter diuerſę, vt ad cauſam ꝓpter quā ſic. Similiter ſi nō eſſet diuerſitas in pſonis in diuinis non eſſet diuerſitas rationum in quantitate aut qualitate aut ſubſtantia diuina ad quas ſequūtur ęqualitas aut ſimilitudo & identitas ſecūdo modo identitatis, vt ad cauſam ꝓpter quā ſic originaliter: quę tn̄ vt ad cauſam propter quā ſic, ſequuntur completiue ex conſideratione rationis. Aliter enī non eſſent relationes ſecundū rationem. Ita ꝙ cauſa alietatis talium relationū in diuinis adminiculatiua & ſine qua nō, eſt perſonarū diſtinctio. Cauſa vero ꝓpter quā ſic originaliter, eſt diuerſitas ſecundū rationem vnitatum ſubſtantię, quātitatis, & qualitatis in illis. Cauſa vero propter quā ſic cōpletiua, eſt itellectus ſiue ratio ſine fundamētali cauſa adminiculatiua. Ex ſola rationis cōſideratione bene cauſatur relatio identitatis ſecūdum primum modum tam in diuinis ꝗ̄ in creaturis. G Ad primū principale

¶ Qđ arguitur vlterius, ꝙ propter alietatem relatorū non ſunt alia inter ſe extrema in eadem habitudine relationis cōmunis, quia tunc illa eſſent alia inter ſe ſecundū rem, ſicut inter ſe alia ſunt ipſa relata: Dico ꝙ verum eſt ſi ipſa relatorum alietas eſſet per ſe cauſa alietatis dictarum relationum propter quā ſic. Nunc autē non eſt ſic nec in creaturis nec in diuinis, vt dictum eſt. Propter qđ licet relata ſint alia in diuinis ſecundū rē: tn̄ relationes cōes exiſtentes in illis non ſunt alię inter ſe niſi ſecundū rationem, ſicut nec ſua fundamenta. Et quia hoc modo tales relationes communes perſonarum cauſantur ab ipſarū perſonarū diſtinctione: idcirco licet nō ſint diſtinctiuę pſonę, ſunt tn̄ demonſtratiuę diſtinctionis earū ſicut ſignum cauſę ſuæ. Vnde ad talem differentiam extremorum relationis diuerſitate relatorum ſecundū rem: reſpexit Cōmen. quando dixit. Omne ſimile alii a ſe ſimile dicitur, nec tamen diuerſa ſolum ſunt quæ ſunt ſimilia, ſed etiam ſecundū quæ ſunt ſimilia, vt ſupra in fine quęſtionis pręcedentis, licet maiori diuerſitate in diuinis differunt ſimilia ꝗ̄ illa ſecundū quæ ſunt ſimilia. ¶ Sed cōtra hoc directe videtur illud dictum eiuſdem Cōmen. in prima ratione ad oppoſitum, vbi dixit. Sicut ipſa quæ ſunt ſimilia, ſic & illa ſecundū quæ ſunt ſimilia H

I

necesse est esse diuersa. Et est dicendum pro solutione ad hominem, q non omne simile currit ad quatuor pedes. Aliquando enim simile est in omnibus simile: aliquando in aliquo tm. Vnde verum est q si similia sunt diuersa, q necesse est vt etiã illa secũdũ q̃ sunt similia, sint diuersa: vt fundamẽta & relationes secundũ quas referunt: & hoc quo ad generalem differentiam: quia. s. sicut ipsa quę sunt similia sunt diuersa: sic necesse est & illa secundum quæ sunt similia, esse diuersa. Nõ tñ oportet q sint diuersa semper eodem modo diuersitatis: immo aliquando sunt similia diuersa secũdum rem: cum tñ ea secundũ q̃ sunt similia, vt sunt relationes quibus referuntur, & fundaméta illarum in relatis, diuersa sunt secundum rationem tm̃, sicut dictum est in diuinis. Pro solutione aũt ad rẽ: Dicendum est q est quędam similitudo fundata in similibus super vnitatem singularitatis fundamenti: vt est similitudo personarum i diuinis. Est autẽ alia fundata super vnitatem conformitatis, vt est diuersorum suppositorum in creaturis. & in hac similitudine secunda loquit Cõmẽtator: & verum est dictum suum: non aũt in similitudine prima: & de illa non est verum. Vnde ad literam loquitur contra illos qui ponebant vnitatem substantiæ secundum speciem esse in patre & filio: & eos secundum illam esse similes: sicut sunt duo homines. ait enim sic. Semiarriani filium & patrem esse vnius substantiæ secundum quidem vnius essentiæ singularitatem negant: sed secundum diuersarum essentiarum conformitatem affirmant. Substantiam patris & filii vnam quę singularitate intelligitur, quodãmodo disiungunt & separant: licet vnitate similitudinis vnã ponũt. Et sumit ibi similitudinem pro conformitate, & tunc sequitur immediate assumptum in argumento: Sicut enim ipsa quæ sunt similia: sic & illa secũdũ quæ sunt similia necesse est esse diuersa. Qđ vt ex serie literę patet non dicit nisi ad ꝓbandũ q dicti Semiarriani substantiam diuinam in patre & filio existentem distinguunt & separant per hoc q ponunt eam vnã conformitate: & p hoc illos similes: & negant eam vnam esse singularitate: & similes illos esse secundum illam.

K Ad scdm. ¶ Ad secundum, vbi non est distinctio fundamentorum, neq relationum fundatarum in illis: Dico q verũ est vbi nõ est fundamentorum distinctio neq secundum rem neq secũdum rationem. illic em̃ non est fundatio alicuius relationis omnino sicut dictum est, & sicut tangit argumentum.

L ¶ Qđ assumit, q substantia quantitas & qualitas non distinguuntur omnino in illis quæ eis referũtur: Dico q falsum est. In relationibus em̃ realibus distinguuntur secundũ rem, & in rationalibus distinguuntur secundum rationem, vt patet ex dictis.

M ¶ Qꝫ aũt assumit ad illius ꝓbationem, q super substantiam ratione qua est substantia simpliciter fundat identitas: & similiter ęqualitas sup quantitatẽ: & similitudo super qualitatem: quia proprium est substantiæ secũdũ eam dici idem & diuersum &c. & secũdum q huiusmodi non distinguuntur omnino: Dico q illud non dicit proprium illis quia illud cõuenit substantiæ simpliciter & quantitati & qualitati. s. ratione generis, & speciebus illarum per genus: sicut relatio conuenit medicinę per suum genus, qđ est scientia, cui p se simpliciter & primo cõuenit: sed illud dicitur quia identitas non inuenitur nisi in substantia aut habente rationem substantiæ: similiter neq æqualitas & inæqualitas nisi in quantitate aut habente rationem quantitatis: neq similitudo nisi in qualitate aut habente rationem qualitatis. Et sic proprium est quantitati secundũ eã æquale vel inæquale dici: & qualitati secundũ eam simile vel dissimile dici: & substantiæ secũdũ eã idem vel diuersum dici: licet hoc non conueniat illis nisi vt sunt vnum & vnum, diuersa secundum rem vel secundum rationem: & hoc in diuersis relatis secũdũ rẽ aut secundum rationẽ, secũdum q iam supra expositum est: qđ non esset si proprium esset illis ratione generis, vt ꝓcedit argumentum.

N ¶ Qđ arguit specialiter ex eodem medio in diuinis, q in tribus personis non est nisi vna substãtia, vna quãtitas, vna qualitas: ergo nec nisi vna identitas, vna ęq̃litas, vna similitudo: Dico q verum est secundum rem. Nõ autem verum est q sit tm̃ vna secũdũ rationem: sicut nec fundamẽta sunt in ꝑsonis vnum secundum rationem. Qꝫ si essent vnũ secundum rationẽ, sicut & sunt vnũ secundum rem: tunc solum diuersę relationes secundum rationem non fundarentur super illa: sed nec relatio aliqua omnino, vt patet ex dictis.

O Ad cõfir. ¶ Ad dictum Hilarii quo medium videtur confirmari: Dico q dictum Hilarii non potest habere veritatem nisi de identitate similitudinis in virtute & plenitudinis in deitate secundum rem: quia illam accipit a patre in accipiendo fundamentum idẽ secundum rem similitudinis & æqualitatis: & sic accipit illam identitatem similitudinis & ęqualitatis a patre in sua radice etsi nõ in sua forma, nec secũdũ illã rationem qua est i patre ad filiũ. Tũc enim ordine quodã naturę esset illa similitudo primo in patre & secundo in filio: qđ est cõtra naturam relationum, quia debent esse simul natura. Vnde non habet a patre esse similitudo aut ęqualitas in filio nisi per hoc q illarum æqualitas habetur in filio a p̃re: & tunc per hoc q illud est duorum, habent æque primo similitudo & ęqualitas esse in patre & filio: non autem a patre in filio nisi radicaliter (vt dictũ est) per suum fundamentum.

P Ad tertiũ ¶ Ad tertium q relationes distinctiuę persona-

rum plures propriæ & similes non possunt esse in diuinis,quare multo minus possunt esse plures cōmunes similes non distinctiuę:Dico ꝙ relationes non distinctiuę personarū & cōmunes ac similes magis sunt distinguibiles inter se in diuinis q̄ distinctiuę personarum & proprię, eo ꝙ distinctiuę personarum eo ꝙ reales sunt,nec habent fundamentum cōmunicabile pluribus,prout superius est declaratum loquendo de propriis personarū,nullo modo plurificari possunt re aut ratione. Nō distinctiuę autē personarū & cōmunes,eo ꝙ consequunt̄ personas distinctas,& sunt secundū rationem,& habent fundamentum cōmunicabile pluribus,plurificari possunt secundū rationem in pluribus.Nec est verum qđ supponitur,ꝙ relationes nō distinctiuæ aliorum min⁹ sunt distinguibiles inter se.immo cōtrariū est verū,scilicet ꝙ nō distinctiuę aliorum,eo ꝙ sunt essentiales, & ꝑ hoc cōmunes sicut & sua fundamēta,magis sunt inter se distinguibiles.Quia distinctiuę aliorū nō distinguūt illa sua propria distinctione:tunc enī essent magis distinguibiles q̄ alię,sicut ponit argumentum:sed solummodo distinguuntur illa per comparationē ad sua opposita:quę ꝓpterea singulis distinctis sunt propria.¶Ad quartum ꝙ extrema relationis cōmunis minus distinguunt̄ q̄ relationū communiū genera,quæ non distinguuntur nisi secundū rationem,quare & illa extrema minus distinguuntur q̄ ratione,& sic nullo modo:Dico ꝙ hoc non sequitur nisi supposito ꝙ differentia secūdum rationem non suscipiat gradus secundū magis & minus:qđ non est verū:immo vt dictum est,gradus recipit:sicut & differentia secundū rem gradus recipit.Quando enī ambo,scilicet relationum cōmunium genera & similiter extrema,inter se differūt secundū rem vt in creaturis: tūc magis differunt secundū rem genera q̄ extrema,vt ęqualitas & similitudo q̄ duę similitudines inter mutuo relata,sicut magis differunt quantitas & qualitas q̄ duę qualitates aut duę quātitates Quādo etiā ambo differunt secundū rationē tantū,vt in diuinis,magis secundū rationē differunt genera q̄ extrema.Sed quando genera differunt secundū rationem tantū,& extrema secundū rem vt contingit in identitate & substantiali ęqualitate ac similitudine:tunc magis differunt extrema q̄ genera:sicut magis differt similitudo vnius hominis a similitudine alterius,quibus similes sunt inquantū homines sunt:q̄ differant similitudo & æqualitas quibus inter se sunt similes & ęquales. Quartus modus contrarius huic est impossibilis,scilicet ꝙ genera magis differāt q̄ extrema: quia impossibile est ꝙ genera diuersa relationū inter se differant secundū rem,& extrema vnius habitudinis illarum differant inter se secundū rationem tantū. Q Ad q̄rtū.

Irca quartum arguitur ꝙ extrema habitudinum relationū cōmunium vniformiter sunt abinuicem alia in singulis rebus & generib⁹ relationum cōmunium,primo sic. Extrema dicta in singulis dictis sunt alia abinuicem oppositione relatiua. Oppositio autē relatiua vniformis est in singulis dictis,ergo &c.¶Secundo sic.Extrema dicta in singulis sic se habent ꝙ si vnum illorū est relatio secundū rem, & aliud.& si vnum eorū ab altero est aliud secundum rem, & ecōtrario.& si vnum secundū rationem tantū,& aliud.& si vnum eorū ab altero est aliud secundū rationem,& econtrario.in quo est omnino vniformitas,ergo &c.¶In contrariū est ꝙ in aliquibus rebus & in aliquibus generibus sunt alia abinuicem secundū rem:in aliquibus autem secundū rationem tantū,in quo est magna difformitas,ergo &c. R Quest.iiii. Arg.1. 2 In opposi.

¶Dico ꝙ differt quærere vtrum dicta extrema vniformiter sint alia abinuicem absolute,& vtrum sint alia abinuicē in singulis rebus & generibus relationū cōmuniū. Primo modo quęreret quęstio vtrum sicut primū illorū est aliud a secundo,sic secundū eorum est aliud a primo.Et esset respondendū ꝙ immo:quia si primum illorū est aliud a secundo secundū rem,& secūdum est aliud a primo similiter secundū rem:& si est aliud ab illo secundū rationem tantū, & reliquum econuerso est aliud ab illo secundum rationē tantū,vt ꝓcedit secunda ratio.quia in eadē habitudine relationis non potest in vno extremorū esse relatio secundum rem,& in alio secundū rationem.Secundo autē modo proposita est quęstio pręsens,vtrum scilicet eo modo quo differunt dicta extrema in vna re,puta in diuinis,eodem modo differūt in alia,puta in creaturis. & quomodo differunt in vno genere relationum cōmunium,sic & in alio.¶Et est dicendū ꝙ nō sic sunt vniformiter & alia abinuicem,ꝙ in singulis rebus sint quędam alia abinuicē secundū rem, & alia secundum rationem:sicut hoc contingit de alietate relatorum relationibus cōmunibus, vt expositū est in penultima quęstione ꝓcedente.In diuinis enī nulla extrema relationū cōmuniū sunt in vllo genere alia abinuicem secundū rem,sed omnia in qualibet habitudinū sunt alia abinuicem secundū rationem tantū.In creaturis vero in primo modo identitatis sunt alia abinuicē secundū rationem tantū.In secundo autē modo & in duobus aliis generib⁹ relationū cōmunium,scilicet æqualitatis & similitudinis,sunt alia abinuicē secundū rem tantū,& nequaq̄ secundū rationem,in quo est ma- S Responsio T

V gna difformitas alietatis extremorum,vt procedit vltima ratio. Est autem propria difformitas in diuinis,q minor est alietas secundum rationem extremorum in primo modo identitatis q̃ in secũdo,& in æqualitate & similitudine,vt tactum est in quæstione præcedente.Alias autẽ nulla est difformitas alietatis inter dicta extrema.

X
Ad pri. principa. ¶Ad primum in oppositum q in singulis rebus & generibus est omnino vniformitas alietatis dictorum extremorum:quia oppositio relatiua: Dico q secundum sępius tacta superius,& in q̃stionibus de Quolibet,in relationibus est duo cõsiderare:aliquid qđ est in eis ex ratione sui generis:& est modus purus essendi ad aliud:& aliqd qđ est in eis ex ratione sui fundamenti: & est id qđ realitatis habent.Et ex parte primi in relationibus nulla est differentia aut difformitas omnino:quia in nullo modus ille diuersus est in vna relatione & in alia:& ex parte illius contingit oppositio relatiua extremorum relationis inter se:quia ratione illius modi relationis esse est ad aliũ se habere.Propter qđ omnino vniformis est in extremis cuiusq habitudinis alietas oppositionis relatiuę:q.s.vnum extremorum non sit omnino id qđ relatum re & ratione: quæ oppositio necessa-
Y rio cõtingit inter omnia extrema relationis,vt habitum est in quæstione præcedente. Ex parte aũt secundi est difformitas in extremis,de qua procedit ista quęstio:quia ex ratione fundamenti procedit q quædam extrema differunt secundum rem:& quædam secundum rationem:secundum modum quo contingit q quædam sunt relationes secundum rem,quædam vero secundum rationem tm̃;secundum q superius est expositum.& sic nihil ad propositã quæstionem de vniformitate oppositionis relatiuę.

Articu.LXVIII.De relationibus communibus vt habent esse specialiter in deo:idq in generali quo ad tria genera relationum.

Articulus LXVIII.

Viso de relationibus cõmunibus in generali prout habent esse communiter tam in deo q̃ in creaturis:sequitur de eisdem put specialiter habẽt esse in deo.Et primo cõmuniter siue in generali quo ad tria genera relationum communium,quæ sunt identitas,æqualitas,& similitudo.Secundo singulariter siue in speciali quo ad vnũqdq illorũ. Circa primum istorum quæruntur quinq.Quorum
Primum est:vtrum illa tria genera relationum communiũ vniformitatem habeant inter se vt sunt in deo.
Secundum est:vtrum vniformiter se habeant ad tres psonas diuinas.
Tertium:vtrum sint distinctiuę diuinarum personarum.
Quartum:vtrum dicantur in deo siue in personis diuinis secũdum substãtiã,an secũdũ relationẽ.
Quintum:vtrum distinctio & differentia illorum in deo cõsideretur ex comparatione ad illa eadẽ vt habent esse in creaturis.

A
Quęst.i. Arg.i.

Irca primum arguit q dicta tria genera relationũ cõmuniũ nõ se habẽt vniformiter inter se in diuinis,Primo sic.Sic se habent inter se fundamenta relationũ sicut & ipsę relationes:quia secundum fundamenta habent relationes cõmunes esse & realitatẽ & pluralitatẽ & distinctionẽ,vt patet ex supra determinatis. Fũdamenta autem illorum, quæ sunt substantia,quantitas,& qualitas,non se hñt vniformiter in diuinis:quia in diuinis quantitas & qualitas incidunt in substantiam:& nõ econuerso substantia in illa,vt supra declaratũ est loquendo de attri-
a butis in deo.ergo &c.¶Secundo sic.plurificabile & nõ plurificabile non se habent vniformiter iter se.sed in diuinis identitas plurificatur secundum duos modos:quorum vnus est quo aliquid dicitur idem sibi: alius quo aliquid dicitur idem alteri.non sic autem plurificat æqualitas & similitudo:quia nihil est ęquale sibi:sed solũmodo alterum alteri,vt patet ex supra determinatis.ergo &c.
In opposi. ¶In contrariũ est.q illa tria genera relationum communium in diuinis sequunt vnum,patet ex p̃ determinatis.vbi est ergo summa vnitatis vniformitas,& illorum generũ summa vniformitas est. sed in personis diuinis summa vnitatis vniformitas est:quia in illis est vnitas in qua nulla cadit diuersitas neq multitudo.dicente Boethio de tri.ca.4.Nulla est in deo diuersitas: nulla ex diuersitate pluralitas.quare nec numerus sed vnitas tm̃.Propter qđ etiã in diuinis nulla cadit relatio communis cõsequens multũ.s.neq diuersitas neq inęqualitas neq dissimilitudo,vt patet ex prædeterminatis.Non est autẽ difformitas nisi ex diuersitate & pluralitate.ergo &c.

B
Responsio ¶Dico iuxta iã dicta in fine præcedentis quæstionis, q in relatione qualibet duo est cõsiderare:vnũ qđ habet ex rõne sui generis.s.modũ q̃ est ad aliud se habere:& alterũ qđ habet

ex suo fundamento.s.esse suum & quiditatē.Et quo ad primū nō solum relationes cōmunes in deo sed etiā quęcūq; relationes etiā in creaturis vniformitatē habent inter se,quia.s.omnis relatio in eo q; est ad aliud simpliciter, vniformiter est ad aliud,sicut patet ex determinatis.Quo ad secundum autē est considerare relationes dictas in ordine ad duplex fundamētū.s.primum, qđ est vnum: qđ in pręmissis ꝓprie loquendo appellauimus principiū causatiuum relationū cōmuniū:& primū,qđ est substantia,quātitas,& qualitas: qđ proprie loquendo appellauimus principiū fundamentale, sicut patet ex pdeterminatis & est primū formale respectu secūdi.Et quantū est ex parte primi fundamenti omnino vniformitatē habent inter se dicta tria genera relationū communium in diuinis, quia omnia sequunt vnum dictum ab vnitate singularitatis,vt patet ex prædeterminatis. Et consistit vniformitas inter illa tria genera in tribus:quæ sunt cōsequentia,cōuersio, & æqualitas:quia quantū est ex parte vnitatis,si est aliquid in diuinis idem alicui,est ęquale & simile eidē,& ecōuerso si est alicui ęquale aut simile,est idem illi,& si est ęquale est simile & econuerso:& quantū est idē, tantū est æquale & simile,& econuerso:& quantū est ęquale,tantū est simile & ecōuerso.& sic procedit bene vltimū argumentum. Vnde si in aliquo deficiat vniformitas in deo quo ad dicta tria genera relationū cōmuniū:hoc solū cōtingit ex parte fundamēti primi qđ est substātia, quātitas, aut qualitas:ex parte quorū etiā sumitur distinctio generū relationū cōmuniū,vt habitū est supra.Dico ergo q; ex diuersitate fundamentorū in deo cōtingit q; non sit oīno vniformitas dictorū generū inter se in deo.Primo quo ad hoc q; in deo incidūt ęqualitas & similitudo in identitatē & nō econuerso,& similitudo in ęqualitatē & nō ecōuerso.& hoc ad modū incidentię in diuinis quantitatis & qualitatis in substātiā,& nō econuerso,& qualitatis in quantitatē & non econuerso, secundū q; procedit primū argumentū.Secundo quo ad hoc q; ꝓpter duplicē modum cōsiderandi substantiā & vnū modū cōsiderādi quātitatē & qualitatē:duplex est in diuinis sicut & ī creaturis modus identitatis:cū tñ non sit nisi vnicus ęqualitatis & similitudinis,prout superius est expositū,sicut procedit secūdū argumentū.In diuinis aūt quantitas & qualitas incidunt in substantiā,quia ipsa natura siue essentia diuina ex se habet rationē substātię & nō ex consideratione intellectus.Cuius consideratio nisi in ipsa diuina substātia attendat rationē quātitatis & qualitatis:quantitas & qualitas omnino sunt ipsa res q̄ est substātia,& nullatenus differunt ab illa: intantū q; nec etiā ratione ab illa differūt.Quare differētia quātitatis & qualitatis inter se & amborū a substantia,non existit nisi in cōsideratione intellectus,vt supra expositū est loquendo de differētia attributorū:& in quinta q̄stione sequente amplius exponet. Vnde qđ dicit Aug. de Trini.Deus est sine quantitate magnus, sine qualitate bonus:hoc nō dicit quia quātitas & qualitas sc̄dm quasdā suas species habeant trāsferri ad diuina:non aūt secundū rationes suorū generū: qđ superius loquendo de attributis improbauimus:sed quia quantitas & qualitas trāslata ad diuina ꝓprias rationes suorū generū nō habēt extra cōsiderationē intellectus,vt dictū est ibidē.Et per hunc modū quantitas & qualitas incidunt in substantiā,& vnitas quātitatis & qualitatis in vnitatē substātię,& per cōsequēs ęqualitas & similitudo in idētitatē.Propter qđ similitudo in diuinis nō solū excludit dissimilitudinē sibi oppositam sed etiā diuersitatem oppositā identitati.dicente Hil.iii.de Trini.Non aliunde est qđ in oībus simile est,neq; diuersitatē duobus admisceri alterius ad alterū similitudo permittit.In diuinis etiā qualitas incidit in quantitatē,eo q; sicut qualitas materialis inest substantię materiali mediāte quantitate molis:sic & qualitas q̄ est in diuinis inest substātię spirituali mediante quātitate virtutis siue ꝑfectionis.Bonitas eñ & sapientia q̄ in deo sunt qualitates, & cęterę rationes attributorū q̄ aliqđ dignitatis important simpliciter in creaturis,sub ratione qualitatis in substātia diuina nō cōcipiunt intellectu nisi in ratione immēsitatis & magnitudinis dei perfectionalis aut virtualis in illa. Ex eo eñ q; deus est immēsus,quęcūq; sunt dignitatis simpliciter,secundū quantitatē ei attribuunt, & sicut qualitas incidit in quantitatē sic & vnitas qualitatis in vnitatē quantitatis,& per consequens similitudo in ęqualitatē. ¶Argumenta vtriusq; partis patent ex dictis. Ad argu.

D

Irca secundum arguitur q; dicta tria genera relationum cōmunium non vniformiter se habent ad tres diuinas personas,Primo sic.Augusti.dicit.i.de Trini.cap. iiii.In patre est vnitas,in filio æqualitas,in spiritu sancto vnitatis ęqualitatisq; cōcordia. hoc autem non esset si omnino vniformiter æqualitas esset in patre & filio,ergo &c. ¶Secundo sic.Ad imaginem pertinet æqualitas in diuinis. Dicit eñ Augusti.vi.de Trini.cap.vlti.Imago si perfecte implet illud cuius est imago,ipsa adęquatur ei.quicquid autē pertinet ad imaginem in diuinis proprium est filio, quia ipse proprie est imago,vt habitum est supra.in eo autem qđ est propriū vni non est vniformitas cū altero,ergo &c. ¶Tertio sic.Dionysius dicit de di.no.cap.ix.In causis & causatis non recipi

Quęst.ii. Arg.i. 1 2 3

mus conuersionem similitudinis & aequalitatis.sed secundum Dam.lib.i.cap.xi. Pater est causa filii.ergo inter patrem & filium non recipitur conuersio similitudinis & aequalitatis.Hoc autem nõ
4 esset si omnino vniformiter haberent esse in patre & filio.ergo &c. ¶Quarto sic.filius dicitur aequalis aut similis patri:ꝙ dicitur ei adaequatus aut assimilatus, non dicitur autem pater sic aequalis aut similis filio ꝙ dicatur ei aequatꝰ aut assimilatꝰ.hoc aũt nõ esset si vniformiter essent in vtroqꝫ.
5 ergo &c. ¶Quinto sic.pater & filius & spiritus sanctus identitate dicunẽ idẽ in numero singulari. Nõ dicunẽ autem similitudine & aequalitate nisi similes & aequales in plurali:qđ nõ esset si vniformiter
6 identitas cum aequalitate & similitudine essent in deo.ergo &c. ¶Sexto sic.Hil.dicit.iii.libro de trini.Deo simile esse aliquid qđ ex ipso non fuerit non põt.sed ex deo filio aut ex deo spiritu sancto non est deus pater:nec ex deo spiritu sancto est deus filius.ergo deo filio aut deo spiritui sancto non est similis deus pater:nec deo spiritui sancto est similis deus filius:& tñ deo patri sunt similes deus filius & deus spũs sanctus:& deo filio est similis deus spiritus sanctus:quia ex patre sunt filius
7 & spiritus sanctus:& ex filio est spiritus sanctus.ergo &c. ¶Septimo sic.sicut fundaméta relationũ se habent ad diuinas personas:sic & relationes fundatę in illis.sed fundamenta non se habent vniformiter ad personas diuinas:quia sunt in patre ex se:in filio autem a patre:in spiritu sancto a patre
In opposi. & filio.ergo &c. ¶Contra.in quibus vniformiter sunt fundamenta,& fundata in illis.fundaméta dictarum relationum omnino vniformiter sunt in illis:quia sunt penitus vnum in illis.ergo & dictae
2 relationes in illis fundatę. ¶Item relationes illę sunt ęquiparantię:qđ nõ esset nisi vniformiter eẽnt in illis.ergo &c.

E
Irca Quartũ arguitur ꝙ tres modi relationũ cõmuniũ in deo dicunt scdm relationẽ nõ substãtiã, Primo sic. imago i eo ꝙ imago similis est & æqualis. Nã dicit Aug.lxxxiii.q.q.xlviii. Omnis imago est similis: sed non oẽ simile est imago.Et.q.lxxiiii.dicit de filio respectu patris.Imago eius est,quia de illo est,& similitudo quia imago est.Et.vi.de Trini.ca.vlti. Imago si perfecte imitatur id cuius est imago:ipsa coæquat ei.Si aũt coæquetur, ergo est coæqualis.sed imago scdm ꝙ imago relatiue dicit.Nã dicit Augustin9 ꝙ filius eo est imago quo filius: quo aũt filius est,relatiue dicit.ergo &c.¶Secũdo sic.Augustinus.v.de Trini.ca.vi. inqrit scdm quid filius sit seu dicat æqualis patri,dicẽs.Quia filius nõ ad filiũ dicit relatiue: sed ad patrẽ:non scdm hoc qđ ad patrẽ dicit,æqualis est filius patri.per qđ innuit (vt videt)ꝙ si in deitate duo essent filii,æqualis diceret vnus alteri fm ꝙ ambo essent filii.& eadẽ rõne similis.Sed si in diuinis esset alius filius,sicut tũc vnus filius ad aliũ cõpararet scdm æqualitatem aut similitudinẽ propter conformitatẽ filiationũ: sic ecõtra modo cum vnus filius cõparatur ad patrẽ qui nõ est filius scdm id qđ est ad patrẽ,propter difformitatẽ paternitatis ad filiationem filius debet dici inęqualis aut dissimilis patri.id aũt scdm qđ ad patrẽ dicit filius,est relatio:scdm relationẽ ergo fili9 debet dici patri ęq̃lis.& hoc alia relatione q̃ pñitate & filiatione fundata sup illas relationes q̃ sunt paternitas & filiatio.¶Tertio sic.sic se habet relatio ad relationẽ:sicut se habet substãtia ad substãtiã:ergo pmutatim sicut se habet substãtia ad relationẽ sic se habet relatio ad substãtiã.Sed substãtia nũq̃ dicit scdm relationẽ:ergo nec relatio vnq̃ dr scdm substãtiã.quare cũ idẽtitas,æqualitas,& silitudo in diuinis relationes sint:nõ dicunt fm substãtiã.Quare cũ scdm Aug. quęcũq; sunt in diuinis aut scdm substãtiã dicunt aut scdm relationẽ:quia nihil in illis dicit scdm accidẽs:dicunt ergo in diuinis fm relationẽ.¶Quarto sic.scdm Aug.v.de trini.ca.vii.scdm substãtiã dici,est dici ad se. sed nulla relatio dicit ad se: immo relatio dicit ad aliud fm pdicta.ergo &c. ¶In cõtrariũ est Aug.v.de trini.ca.vi.Qui pscrutando scdm quid filius nõ dicit ęqualis patri.s.ꝙ nõ scdm relationẽ qua dicit ad patrẽ:sic cõcludit dicẽs.Restat igit vt scdm substãtiã sit æqualis.quare vlterius cõcludo,nõ fm relationẽ:cũ sint duo modi pdicãdi seu dicẽdi ex opposito distincti in diuinis. ¶Prętereã ea q̃ conueniũt psonis diuinis,scdm id qđ est in eis simplr vnũ,cõueniũt eis:quia i quo diuinę psonę sunt vnũ:nõ est nisi ipsa diuina substãtia,vt substãtia est.Sed relationes cões intrinsecæ tribus psonis (de qbus ad psens est sermo:de cõib9 aũt ad extrinsecũ debet esse sermo loquendo de deo in cõparatione ad creaturas) cõueniũt diuinis psonis scdm id i quo sunt vnũ:quia sup vnitatem omnes fundantur,vt habitum est supra.ergo &c. F Quęst.IIII. Arg. 1 2 3 4 G In opposit. Primo a

H Responsio. ¶Dico ad intellectū questionis & ad eius dissolutionem, q̄ cum duo p̄dicamenta solūmodo sunt in diuinis .s. substantia & relatio: quicquid ergo est in diuinis, ad alterum illorum pertinet: & est aut substātia aut relatio, vt longe superius declaratum est. Et silr omnis modus essendi, predicādi, seu dicēdi, aut ad modū essendi, p̄dicandi, seu dicēdi substātie, aut relationis pertinet. Que qdem substātia & relatio in diuinis sunt idipsum re, inquantum scd̄m superius determinata, relatio in diuinis incidit in substantiā: & ideo in diuinis distinctio substantiae & relationis inter se nō potest esse scd̄m rem. Distinctio igit ipsorum .s. substantie & relationis in di

I uinis inter se non est nisi scd̄m p̄prias rationes & modos essendi, predicādi, seu dicēdi. Est aūt proprius substātiae modus & ratio, esse & p̄dicari & dici scd̄m se & absolute. Modus aūt proprius & ratio relationis est esse, p̄dicari, & dici in ordine ad aliud. Vnde vna & eadē res in diuinis quae est ipsa natura diuina, vt est, predicat, & dicitur absolute & scd̄m se: substātia est: & substantia dicit: & substātialiter praedicat: Vt vero est predicat & dr ī ordine ad aliud: relatio est & dr, & relatiue p̄dicat. Et appellat Augustin⁹ modū essendi & p̄dicādi & dicēdi absolute qui est substātie: modū essendi, predicādi, & dicendi ad se. Modū vero essendi, predicādi, seu dicendi relationis: appellat modū essendi, p̄dicandi, seu dicendi ad aliud. Qui modus qui ex pte substantie dicit ad se: non sic debet intelligi, vt substātia intelligat esse predicari aut dici ad se, vtendo illa determinatione p se, ad aliquid ponendū circa esse predicari aut dici ipsius substantie, acsi ipsa substātia esset aliqd relatū ad seipsam: aut forma relatiua qua aliqd refertur ad se ipm. Sed sic debet intelligi, vt videlicet substantia intelligat esse p̄dicari & dici ad se: vtēdo illa determinatione ad se: ad aliqd remouendū circa esse p̄dicari & dici substantie .s. abnegando ab ea esse p̄dicari & dici ad aliud: & p hoc cointelligendo circa ipsam modū p̄dicandi, essendi, & dicēdi aliū nobiliorē, qui est esse predicari & dici scd̄m se & absolute. Et sunt idem inter se ista duo, dici ad se, & dici substātialiter ex parte substātie. Et similiter ex pte relationis ista duo: dici ad aliud: & dici relatiue. dicente Augustino .v. de trinitate cap. viii. Illud p̄cipue teneamus, quicqd ad se dicit prestātissima illa diuinitatis trinitas, substantialiter dici: quicquid aūt ad aliud, non similiter: sed relatiue. ¶Est etiā aduertendū q̄ esse predicari & dici scd̄m substantiā

k aut scd̄m relationē dupliciter potest intelligi. Vno modo formaliter: Alio modo quasi materialiter .s. fundamentaliter. Primo modo idem est scd̄m substātiā dici qd̄ substātialiter siue ad se, siue sm se & absolute dici: & similiter idē scd̄m relationē dici: qd̄ relatiue siue ad aliud dici. Et hoc modo dici scd̄m substantiā: opponit ei qd̄ est dici relatiue siue ad aliud. Et scd̄m hoc pōt formari q̄stio de omni eo qd̄ inuenit in diuinis: Vtrū .s. dicat scd̄m substantiā, an scd̄m relationem .i. substantialiter, an relatiue: scd̄m q̄ formauit quaestionem de aequalitate Magister Sententiarū .i. li. Sentētiarū. dist. xxxi. in principio dicēs sic. Considerari oportet cū tres psone equales sibi sint: vtrū relatiue hoc dicant: vel scd̄m substātiā. Qd̄ bene declarat cū respōdet subdēs Ad qd̄ dicimus: quia sicut simile nihil sibi est: Similitudo em̄ (vt dicit Hilarius) sibi ipsi non est: ita & aequale aliqd sibi non dicit. Dicit ergo relatiue filius aequalis patri: & vterq̄ spiritui sancto. Secūdo aūt modo idē est scd̄m substātiā dici qd̄ a substātia fundamētaliter denominari & silr idē est scd̄m relationē dici, qd̄ relatiue fundamētaliter denominari. Et scd̄m hoc ibidē Magister secūdā q̄stionē format de equalitate, presupposita responsione ad q̄stionē primā iam dictā, dicens. Et si relatiue, supple dicit aequale & non substātialiter scd̄m primū modū p̄dictū iam q̄stio secūda ē penes secūdū modū dicēdi scd̄m substātiā, vel scd̄m relationē .s. vtrū scd̄m relationē an scd̄m essentiā considerāda sit aequalitas. Qd̄ bene declarat ex sua respōsione qua dicit. Dicit relatiue filius ad patrem & vtriq̄ spirit⁹ sanct⁹, cū aequalis patri filius, & vtriq̄ spiritus sanctus propter summā simplicitatē essentie & vnitatem. Aequalis est igitur filius patri scd̄m substātiā: non scd̄m relationē. Vbi dicendo scd̄m substātiā bene declarat q̄ prius statim accepit essentiā pro substātia. Cū em̄ duo habeat in se filius: substantiā .s. & relationē: que ambo sunt de constitutione persone in diuinis: & scd̄m substantiā suā dicat ad se: & scd̄m relationem dicat ad aliud: querit Augustin⁹ eādem q̄stionem per alia verba: & eā pertractat .v. de Trinitate .ca. vi. vn̄ assumptū est scd̄m argumentū. Alloquēdo em̄ hereticos dicit sic. Cogunt dicere scd̄m quid filius sit aequalis patri: vtrū scd̄m id qd̄ ad se dicit, an scd̄m id quod ad patrem dicit: quoniā ad patrem filius dicit: ille aūt non est filius, sed pater. & supple si esset fili⁹ aequalis patri scd̄m id qd̄ est filius: & scd̄m id qd̄ ad patrē dicitur, oporteret q̄ similiter pater esset filius: quia aequalitas non fundat nisi super id in quo ambo aequalia conueniūt. Nūc aūt pater & filius non referūtur inter se relationib⁹ cōuenientib⁹ siue similib⁹: sed potius dissimilibus & disconueniētibus. Et hoc est qd̄ Augustin⁹ subdit dicens. Quia nō sic ad se dicitur

pater & filius quō amicus. Relatiōe quippe dicit amicus ad amicū: & si ęqualiter se diligūt, eadem in vtroq; amicitia est. Quę quidem dilectio cōmunis in vtroq; est fundamētū amicitię cōmunis: quæ ob hoc eadē est.i.ęqualis. Et post pauca interposita cōcludit dicens. Quia vero filius nō ad filium relatiue dicit sed ad patrem, nō aūt scdm hoc qđ dicit ad patrē, ęqualis est filius patri: restat vt secundū id æqualis sit qđ ad se dicit. Quicquid autem ad se dicit scdm substantiā dicit, restat igit vt scdm substātiā sit æqualis. ¶His plibatis patet q; quęstio valde in ęquiuoco pposita est. Si eīn ly scdm positū in quæstione intelligamus dicere circūstantiam causę formalis iuxta primū membrū distinctionis ppositę, tunc qstio ipsa secū responsionem suā importat. In eo enim q; quęrit de relationibus an dicant scdm substantiā an scdm relationem, manifestū est q; nō dicūtur nisi relatiue & ad aliud, & ita nō nisi sm relationē formaliter loquēdo, secūdū q; processerūt duo media obiecta. Ista eīn, pater est idem æqualis aut similis filio scdm relationē: puta scdm idētitatē, æqualitatē, aut similitudinē, est per se quarto modi dicendi per se, sicut illa, interfectū interiit scdm interfectionē. Si vero ly scdm intelligatur dicere circūstantiā quasi causę materialis & fundamētalis iuxta scdm mēbrum distinctiōis: in quo qstio aliquā habet dubitationē: Dico generaliter q; omnis relatio dicit scdm substantiā, & similiter quæcūq; dicūtur relatiua scdm substantiā dicūtur relatiua. Et hoc sumendo substātiam large, prout in diuinis distinguitur cōtra relationem: quia nec in diuinis sicut nec in creaturis fundari pōt super relationē: quia esset pcedere in infinitū relationē fundādo super relationē. Quia qua ratiōe super vnā illarum puta primā fundaretur alia.s.secūda, etiam eadē ratione super illā aliam.s.secūdā fundaretur tertia: qđ est incōueniens: immo omnis relatio fundatur sup absolutum. Specialiter autem relationes cōmunes nec in diuinis nec in creaturis fundari possunt super relationes alias q̄ sunt nō cōmunes: puta relatio cōmunis inter patrē & filiū super paternitatē & filiationem: quia secundū prędeterminata, relationes cōmunes nō fundant nisi super aliquod vnum existēs in ambobus relatis, pręcipue in diuinis: quia in illis illud vnū debet esse vnū singularitate. Paternitas autē & filiatio quę sunt relatiua inter se, nunq̄ sunt vnū: quia sunt opposita: nec est in talibus etiā nata fundari relatio similitudinis aut dissimilitudinis, idētitatis aut diuersitatis, æqualitatis aut inæqualitatis, sicut neq; cęcitas, neq; visio in lapide. Vñ nec duo filii, nec duo patres in creaturis, aut in diuinis si essent in illis, ex eo q; ambo sunt patres aut filii, similes, æquales, aut iidem vllo modo dicuntur. Et scdm hęc concedēda sunt duo vltima obiecta. L

¶Ad primū in oppositū q; super rationem imaginis fundatur ęqualitas & similitudo, & imago relatio est: Dico q; super imaginē non fundatur relatio ęqualitatis aut similitudinis: sed sunt æqualitas, & similitudo de essentia imaginis, & eadem relatio est in illis quæ est in ratione imaginis, non quę est cōmunis pertinēs ad tertium genus relationū: sed quæ est propria pertinens ad secundū genus, secūdū superius determinata. Et sic etiā obiectio de ista æqualitate & similitudine nihil facit ad ppositū, vbi est quęstio de relatione cōmuni. ¶Ad secundū q; filius nō est ęqualis patri secundū hoc qđ ad patrē dicitur.s.scdm filiationē: quia filius filiatione nō ad filium dicit sed ad patrem: Dico q; verū est: quia id secūdum qđ aliquis dicit alteri æqualis fundamētaliter, reqrit.s.& q; sit vnū in ambobus vt dictū est supra, & q; sit absolutū vt dictū est iam. Ita q; si alterū horū deficiat, scdm illud nō potest dici aliquid alteri æquale. Filiatio ergo scdm quā filius dicit ad patrem, cū non est vnū aliquid in filio & in patre: quia pater in eo q; est pater nō est filius: idcirco quia in diuinis filius nō ad filium dicitur: sed ad patrem: bene arguit Augustinus q; nō secūdū id qđ ad patrē dicit est æqualis patri, & hoc tanq̄ ex vna causa, qua deficiente in aliquo secundū illud nihil pōt dici alteri ęquale. Ex quo nō sequitur q; illa existente & in illo deficiente alia causa, secundū illud possit dici ęquale: quia hoc solūmodo tūc sequeret si altera illarū causarū sufficeret. Qđ si ita eēt, tūc Augustinus dicēdo q; filius nō dicitur ęqualis patri secundū q; dicit ad patrem: quia filius nō dicit relatiue ad filiū: sed ad patrē innueret bene sequi q; filius secundum q; ad patrē dicit, esset æqualis illi si relatiue diceret ad filiū: qđ esset si pater esset filius: sic q; idem esset patrē esse & filium esse, quia nō essent idem licet idem eēt filius & pater. Filius tamen nō diceretur filius relatiue ad filiū: nisi per accidēs.s. si idem esset filius vnius & pater alterius: quia filius nō dicitur p se nisi ad patrē. Sed etiam si per accidēs filius diceretur ad filiū: tamen filius secundū id qđ est ad filiū non esset æqualis patri secundū id q; ille pater est: sed potius scdm q; filius est. Si vero nō accidat q; aliquis sit filius vnius & pater alterius: sed filii duo sint duorum diuersorū patrum, tunc neuter relatiue dicitur ad alterū, secundū q; ambo sunt filii, nec p se, nec per accidēs. Qui licet cōueniāt in filiatiōe

M Ad primū prin.

N Ad secūdū

& habeant cōmune & vnū ꝙ ambo sunt filii: scdm hoc ergo nec iidem, nec æquales, nec similes dicunt, nec est filiatio existens in ambobus relatio cōis: vt dictū est supra, articu. i. quęst. i. de relationibus cōibus. Nūc aūt in diuinis nō est ita, ꝙ. s. idē sit pater & filius, neq respectu vni⁹, neq respectu diuersorum, nisi scdm Sabellium, qui ponit personarum confusionem in diuinis.

O Quęst. V. Argu. i.

Irca quintū arguitur ꝙ distinctio & differētia relationū cōmuniū in deo cōparat ex cōparatione ad easdē vt habent esse in creaturis. Primo sic. Diuina essentia siue deus & quicquid est in eo, vnū est & idipsum re & ratione sibi propria, & hoc absq omni pluralitate & distinctione. sed tale cū secūdū se cū ratione sibi propria absq cōparatione siue habitudine ad aliud extra apprehendit qđ est differens re: absq omni pluralitate & distinctiōe apprehendit. ergo diuina essentia siue deus cū apprehendit absq cōparatione & habitudine ad aliud extra differens re: absq omni pluralitate & distinctione apprehendit. Si aūt absq omni pluralitate & distinctione: ergo & absq pluralitate & distinctione attributorū essentialium & relationū communiū: quia illarū distinctio & pluralitas apprehendi nō potest sine distinctione & pluralitate
2 inter substātiam, qualitatē, & quātitatem: vt patet ex supra determinatis. ¶ Secūdo sic. Si circa essentiam diuinā apprehendātur plura distincta, hoc nō potest esse nisi tripliciter: quia aut apprehendit illa distincta scdm se & simpliciter: aut per cōparationē eorū adinuicem, aut per cōparationem ad similia re distincta in creaturis. Non primo modo, quia tūc per intellectum non esset taliū distinctio: sed magis illa circa diuinā essentiā distincta inueniret, qđ nullus concedit. Non secūdo modo: quia cōparabilia debent ꝑcedere cōparationem, & actus cōparationis semp
In opposi. pręsupponit distinctionē comparatorum. Relinquit ergo modus tertius vt necessarius. ¶ Contra, vbi potest eē maior distinctio, & minor. maior est distinctio diuinarum personarum ꝗ attributorum aut relationum communium consequentium illa: quare cum illa potest esse in diuinis absq habitudine ad aliquid extra, & ista.

P Resolu. q. ¶ Ad quęstionis huius dissolutionē circa relationes cōmunes fundatas super diuinā essentiam & attributa essentialia quę sunt quātitas & qualitas, quā supra determinauimus circa substantiam diuinam & eius attributa generaliter, & etiā ad ampliorem declarationē eorum quæ tacta sunt ibi circa distinctionem attributorū & substantię seu essentię in deo, est hic aduertendū, ꝙ ex omnibus quę per proprietatem de deo dicuntur, non est nisi vnicū. s. esse siue ens, a quo deus ipse dicitur & denominatur essentia, qđ omnino proprie de ipso dicit, & est prima & principalis ratio ꝑfectionalis in deo existens, & ad dignitatē pertinens. Substantia eñ non ita proprie de deo dicit. dicēte August. vii. de trini. ca. iiii. in fine. Sicut ab eo qđ est esse appellat essentia: ita etiā ab eo qđ est subsistere substātiā dicimus, si tamen dignū est vt deus dicat subsistere. Et ꝓbato ꝙ hoc nō sit dignū, subdit in fine quinti capituli dicens. Et tñ siue essentia dicatur, qđ proprie dicitur, siue substātia, qđ abusiue, vtrūq ad se dicitur, nō relatiue. Intellige ꝙ vtrūq eorū sic ad se. i. absolute dicit, ꝙ neutrū eorum relationē aliquā aut respectū ex suo significato importat, sicut nec aliquod aliorū absolutorū essentialium in diuinis pręter essentiā simplicissimū conceptū importat, qui primo aspectu de deo concipit scdm se & absolute: cętera vero importāt conceptū essentię sub aliqua ratione determinata cōcepta circa essentiā ex habitudine ad aliquid aliud. Aspiciēdo eñ ad īpositionē nominis substātia i diuinis, sup rationē essentię quæ absolutissima est rationē determinatā importat sumptā per intellectū ex respectu quē habet essentia ad cætera quę in diuinis cōcipiunt: respectu quorū se habet essentia sicut subiectū & fundamētū. Dicitur eñ essentia substātia a subsistendo quodāmodo rationib⁹ attributalibus, idealibus, perfectionalibus, & relationibus, inter quę ꝓpria ratio soli deo cōueniens perfectionalis cōsequens ordine rationis essentiā dei, est diuina immēsitas: quę est quędā diuina quātitas: vt infra declarabit. Cætera vero diuina. s. & attributa & fundata in illis, nec nō & alię rationes ꝑfectionales existentes in diuina essentia: ordine quodā rationis in diuina substantia sequunt eius immensitatē, sicut quodāmodo in corporalibus ad materiā immediate consequitur
Q quātitas molis, & mediāte illa cętera oīa. ¶ De cæteris autē consideratis in immēsitate diuinæ substātię aduertendū est ꝙ illa sunt rationes ideales, & attributales, & ꝑfectionales: quæ in hoc differūt ꝙ ratiōes attributales sunt ratiōes ꝗdā ꝑfectionales secūdarię quasi diuinę naturę siue essentię supadditę, & hoc in diuina essentia existētes vnitę, & in diuina notitia siue intelligentia existētes distinctę & plurificatę. Sūt autē rationes perfectionales primarię quasi diuinę essentię primo naturaliter inditę, in duplici genere. Quædā enim sunt omnino absolutę & genera

les,cuiusmodi est viuere siue vita,sub quo continētur intelligens & volens: siue intelligētia & voluntas.Quędam vero sunt omnino respectiuę & speciales,cuiusmodi sunt rationes ideales:q̄ non sunt nisi imitabilitates quædam diuinæ essentię a creaturarum essentiis scd̄m gradus diuersos in naturalibus perfectionibus earūdem : quibus essentiæ creaturarum per se referuntur ad diuinam essentiam vt mensurata ad mensuram secundo genere relationis.Et sunt eędem rationes istę ideales & perfectionales:vt cōmuniter distinguuntur contra attributales:licet inter se propriis rationibus distinguantur.Dicuntur enim ipsę rationes ideales, rationes perfectionales inquātum continētur vnitę in diuina perfectione,siue in diuina essentia vt ipsa perfecta est. R
Et per illas ipsa diuina essentia perfecta vt mensura:refertur ad essentias creaturarum : sed per accidens:quia scilicet ipsę essentię creaturarum per se referuntur ad diuinam essentiam scd̄m suas perfectiones vt mēsurata ab illa scd̄m rationes perfectionales existentes in illa. Ipsę autem eędem rationes perfectionales dicuntur rationes ideales inquātum continētur quasi segregatę & distinctę in diuina notitia siue intelligētia,& hoc in ordine siue habitudine ad essentias creaturarum,& scd̄m rationem formæ exemplaris,in cognoscendo scilicet per illas creaturarum essentias,& scd̄m rationem efficientis in instituendo illas vt sint aliquid secundum esse essentiæ sub determinato gradu perfectionis in ipsa earum essentia.Omnes enim rationes perfectionales quibus diuersi gradus perfectionum respondēt in creaturis vt perfectionales sunt in perfectione diuinę essentię virtute,& vt in vno simplici indiuiso atq; indiuisibili cōtinēte eas vnitę:quēadmodū in calore si esset separatus,in vno simplici virtute continerētur oēs gradus omniū calorum existentium & natorum existere in materia.pręter hoc q̄ in calore separato continerentur virtute omnes gradus calorum in vno simplici finito & in gradu finitę perfectionis existēte.In diuina vero essentia continerētur virtute in vno simplici infinito & perfectionis infinitæ absq; omni gradu,secundū q̄ alias exposuimus in quęstione secūda.xiiii. Quodlibet. Eędem vero rationes quę vt in diuinę essentię perfectione sunt vnitę:sunt rationes perfectionales & principia formalia in mēsurādo perfectiones creaturarum:vt autē actione sunt in diuina notitia vt in apprehendēte & distinguēte eas & plurificāte,sunt rationes ideales, & principia exemplaria in instituendo pfectiones creaturarum in esse essentię,& hoc priusq̄ scd̄m rationes illas fiāt ipsę essentię creaturarū in esse actuali.Quarū distinctionē re vera nec intellectus diuinus circa perfectionem diuinę essentię apprehenderet vt plures scd̄m rationē,nisi in habitudine ipsius diuinę essentiæ ad distinctionē realem ipsorū creabiliū imitātium scd̄m diuersos gradus perfectionis suæ perfectionē diuinæ essentię. Non q̄ idea scd̄m diuinā considerationem aut nostrā,limitationē aliquā importet,etiam per comparationē ad verā limitationē existentē scd̄m gradus in essentia creaturæ,secundū quā quęlibet creatura suā ideam existētem in deo imitatur:licet alii qui hoc dicāt: immo tota perfectio diuinę essentię infinita includitur in ratiōe cuiuslibet ideę, & tota perfectio diuinę essentię est idea cuiuslibet creaturę:licet non nisi ratione illa qua continet virtute pfectionem quæ propria est cuiq; creaturę,& quæ cōsiderantē in ipsa perfectione diuinę essentię in habitudine ad quācūq; creaturam.Aliter em̄ falsus esset omnis intellectus idearū, & similiter omnis sermo de ideis:quia omnis sermo & intellectus cōprehendens in deo aliquid limitatū,falsus est. Vnde & quęlibet essentia creaturę perfectionē diuinę essentię imitatur scd̄m modum suum diuersimode,nō propter aliquā diuersitatem ex parte dei,neq; scd̄m rem, neq; scd̄m rationē considerationis dei aut nostri:sed solūmodo propter diuersitatem realem ex parte essentię ipsius creaturę.& hoc quēadmodum etiam in producēdo creaturas,& in gubernando productas,deus se habet ad illas scd̄m vnam dispositionem:licet illę ad deum non se habeant scd̄m vnā dispositionē:sed scd̄m diuersas,vt dicit.x.Propositio de causis. Et sic idea neq; scd̄m considerationē nostram,sicut neq; scd̄m considerationem dei,aliquā limitationē importat,etiā in comparatione ad veram limitationē in creaturis:licet ipsa nominet respectum ad limitatū. Vnde non dicitur q̄ in deo alia sit idea equi,alia hominis,neq; scd̄m aliā rationem idealem dicitur homo factus,& scd̄m aliā equus:nisi quia essentia diuina continens virtute omnes rationes perfectionales creaturæ,alio respectu comparatur ad essentiā hominis,alio vero ad essentiam equi,& hoc ex eo solo q̄ comparatur ad aliud & aliud:sed hoc non habendo in se illos respectus abextra:sed solūmodo adextra: vt videlicet nō q̄a essentiæ creaturę extra sunt alię & aliæ,ideo ideę in deo sint alię & aliæ, quasi alietas essentiarum creaturæ extra,sit causa alietatis idearum in deo: sed potius econuerso essentię creaturarum extra sunt alię & alię:quia ideę earum quas imitantur sunt alię & aliæ:licet alietas idearum non accipiatur per intellectū etiā diuinum nisi in ordine ad alietatem essentiæ creaturæ.Imitantur dico non tam in essendo q̄ in

T cognoscēdo. In essendo: quia essentia creaturæ ex hoc est essentia q est ideatū: queadmodū per imitationē diuinę essentię & illud qd non est tale. s. qd non habet diuinā essentiam vt ideam sibi respondentē, quā imitatur vt formā exēplarem & rationē perfectionalem, purum nihil est & non intelligibile, nec res alicuius prędicamenti. In cognoscendo autem, quia creaturę nō cognoscūtur a deo nisi quia cognoscit se imitabilem ab illis: nec potest se intelligere imitabilem ab illis nisi simul cointelligendo illas: non in seipsis: vt obiecta causantia in deo suā notitiam: sed in sua imitabilitate existēte in deo: vt illa quę sunt creata a notitia quā deus habet de ipsis. Notitia enim dei de creaturis non est causata ab illis: sed potius causatiua illarum. dicente Auicen. lib. viii. metaph. c. xlvii. Ipse intelligit res simul vt nō per eas multiplicetur: sed q fluunt formę earum ab eo intellectę. Vt scias q intentio intellecta aliquando accipitur de re quæ est: sicut cōtingit cū nos sentimus de cęlo per considerationem & sensum formam eius intellectam. Et aliquando forma intellecta non sumitur de his quæ sunt: sed econuerso: sicut omnes intelligimus formam artificis quā adinuenimus, & deinde forma intellecta mouet ad hoc vt sit in opere. Igitur non quia fuit ipsa, deinde intelligimus eam: sed quia intelligimus fit ipsa. Talis ergo est comparatio qd est ad primū qui est necesse esse: quia ipse intelligit suā essentiam: & quicquid facit debere esse sua essentia. Sequūtur ergo formā suam intellectam formę secūdum q sunt: & ab ista scientia fluit esse scdm ordinem quē intelligit. &. c. xlviii. Nemo autem putet q intellecta apud eū habent formas & multitudinem, ideo multitudo formarum quas intelligit sit pars essentiæ suæ. Hoc ergo qd intelligit suā essentiā, causa est intelligendi illud qd est post suam essentiam. Suū ergo intelligere eius qd est post suam essentiam, causatum est eius qd est intelligere suam essentiam. Et non est relatio alicuius eorum ad ipsum nisi secundū q ex rebus est nō in eo: sed hoc quo ad causalitatem notitiæ, non autem quo ad esse essentiæ earum, in quibus in diuina cognitione constituitur mūdus archetypus ab ęterno in mente fluens per diuinam notitiam de perfectione diuinę notitię: qui ex tēpore fluxit scdm dispositionē diuinæ voluntatis in esse existentiæ. Licet philosophi ponentes mundum fuisse ab ęterno, dixerunt ipsum fluxum eius in esse existentiæ processisse ex sola diuina notitia necessitate naturæ & perfectionis illius assistente beneplacito voluntatis eius, & hoc scdm modum quo ponimus illum fluxisse ab illo in esse essentiæ. dicente Auicen. lib. ix. metaph. c. xxxvi. Omne autem esse qd est ab eo, nō est scdm viam naturæ ad hoc vt esse omnium sit ab eo non nisi per cognitionem: nec per beneplacitum cū sit pura intelligentia quæ intelligit seipsam vt esse omnium sequitur ab eo, eo q eterus omnium sit ab eo, sic q sua essentia est sciens q sua perfectio & sua excellentia est vt fluat ab eo bonitas. & hoc est de concomitantibus suam gloriam. Omnis autem scientia quę scit qd prouenit ex ea nisi admisceatur ei impedimētum aliquod: placet ei id qd prouenit ex ea: & ex hoc qd intelligit sequitur ordo bonitatis in esse: & intelligit qualiter est possibile, & qualiter est elegātius prouenire esse totius scdm iudicium sui intellectus. Quia igitur ideę in deo causalitatē omnimodā

V habent super res quarum sunt formæ in constituendo illas in esse essentiæ & existentiæ, & hoc scdm rationē causę formalis exēplaris: idcirco respect⁹ ideę ad ideata nō est penes gen⁹ relatiōis qd est inter mensuram & mēsuratū: sed potius penes primū qd est inter producētem & productum. Non enī idea mēsura est ideati inquātum est idea distincte existens in intellectu diuino: sed potius est principium productiuum illius: & mēsura illius est inquātum est ratio perfectionalis vnite existens in essentia diuina. Sedenim ex perfectione diuina prouenit q a ratione ideali in deo fluit in esse essentię primo essentia creaturę, & secūdo mediante dispositione diuinę voluntatis in esse existentię, & vtrobiq3 scdm determinatum & limitatum gradum perfectionis. Et quia Peripatetici non distinguūt fluxū creaturarū in esse existentię ab illo qui est in esse essentię, ideo etiā quia ille qui est in esse essentiæ est ab æterno: posuerunt etiam illum qui est in esse existentiæ, processisse a deo ab æterno, & solo ordine naturę diuinam perfectionem pręcessisse existentiam creaturæ sicut pręcessit & eius essentiam. dicēte Auicē. vbi iā supra. Sed Stoici in hoc verius sentientes distinguunt vnum fluxum ab altero, ponētes vnum fuisse ab ęterno & alterum ex tempore, & secūdū a primo sicut exemplatū ab exemplari, siue ab exemplo. dicēte Platone in primo Timęi. Perspicuū est q iuxta syncerę & incōmutabilis proprietatis exēplar mūdi sit instituta molitio: imago est vt opinor alterius. Et quomodo hoc, clare explicat in principio secūdi dicens. Mens cuius visus contēplatioq3 intellectus est: idearum genera contemplatur intelligibili mundo: quæ ideę sicut ibi sunt aīalia, sic deus in hoc opere suo sensibili diuersa animalium genera statuit esse debere. Boethius autē imitator Platonis lib. i. de conso. de eodem in metro suo sic ait. Forma boni liuore carens tu cuncta superno Ducis ab exemplo: pulchrum

pulcherrimus ipse Mūdum mente gerēs,similiq; imagine formās,Perfectasq; iubes perfecta absoluere partes.& lib.i.de trini.c.iii.dicit.Ex his formis quæ pręter materiam sunt ideę æternæ istę formę veniunt quæ sunt in materia & corpus efficiunt.& hoc vt ibidem dicit Cōmen.quadā exēpli ab exemplari conformatiua deductione.Nā formis quę in corporibus sunt, abutimur formas vocantes dū imagines sunt.Assimilantur enim formis his quæ non sunt in materia cōstitutę.Appellāt autē Plato & Boethius ideas rerum essentias in diuina notitia vt quædā obiecta cognita comprehēsas, q̄ scd̄m rem sunt aliæ a diuina natura,& hoc aliter q̄ nos iam locuti sumus de ideis:appellando scilicet ideas rationes cognoscendi illas quæ scd̄m rem sunt eędē cū natura diuina.Et sunt duo modi rationū in arte diuina. Quarum vna est ratio cognoscēdi illa quæ sunt extra,& non obiectum cognitum,aut in esse institutum.de qua plane loquit̄ Augu.vi.de trini.c.vlti.loquēs de verbo sic inquiēs. Ars q̄dā est oīpotentis atq; sapientis dei plena omnium rationū viuētiū incōmutabiliū: & oēs vnū in ea,sicut & ipsa vnū de vno,cū quo vnū. Alia vero est ratio cognoscendi & essendi illorum quæ sunt extra,& obiectum cognitum atq; in esse essentię institutum.de qua dicit super Ioan.sermone primo sic. Faber q facit arcā primo in arte arcā habet.Si enim in arte arcam non haberet:vnde illam fabricando proferret?& infra. Sic fratres charissimi sapientia dei per quā facta sunt omnia,scd̄m artem continet omnia anteq̄ fabricaret omnia.Constat autē q; ratio quę est arca in arte, est quoddam obiectum cognitū institutum ab arte.Cōstat etiā q; rationes illę quę sunt vnum in arte sicut & ipsa ars cū eo cuius est:est ratio cognoscendi & essendi tm̄.Et(vt dicūt aliqui)in hoc conueniunt rationes attributales cum idealibus & perfectionalibus:quia.s.non distinguuntur rationes attributales siue diuina attributa,puta bonitas & sapientia scd̄m intellectum creatum & increatū,a diuina essentia,aut inter se,nisi considerata sint in cōparatione ad illa quæ eis respondēt in creaturis extra vt sunt creaturæ,essentia,bonitas,& sapiētia,sicut nec ideę siue rationes ideales aut pfectionales quæ incidunt cū ideis,licet quoquo modo aliter & aliter.Quia(vt dicūt)ideę nō considerātur,vt tactum est iam scd̄m intellectum creatum aut increatū,ex ordine siue in ordine & comparatione ad illa quæ eis per conformitatē respondēt in creaturis vt exemplata exemplari,nisi scd̄m rationem cuiusdam limitationis , eo q; in aīali(vt dicūt) non responderet quælibet idea ideato sicut propriū exēplar proprio exemplato.Attributa vero nō considerātur scd̄m intellectum creatū & increatum similiter ex ordine siue in ordine & cōparatione ad illa quæ eis per conformitatē respondēt in creaturis:sed considerātur absq; omnis limitationis ratiōe:quia oēs perfectiones quę in ipsis creaturis sup ipsarū creaturarum essentias consideratę pertinēt ad dignitatē simpliciter:deo attribuuntur per quādā eminētiam:vt scd̄m beatū Dionysiū.Deus nō solū sit dicēdus bonus & sapiens: sed superbonus, & supsapiēs & cętera hmōi. Propter q̄d etiā (vt dicūt)non sunt in deo attributa sub ratione exemplaritatis aut alicuius causalitatis respectu illorum quę eis respondent in creaturis:sicut sunt ideę scd̄m prętactum modum. Dicitur enim deus bonus & sapiens & cętera huiusmodi absq; eo q; sit aut intelligatur vllo modo causa in creaturis taliū sibi respondentium:cuiusmodi sunt bonitas,& sapientia in creaturis.Et tamen vt dicunt taliū perfectionū distinctio in diuinis inter se aut ab essentia , aut pluralitas eorūdem,aut omnino esse eorum in diuinis super essentiam aut pręter essentiam non potest accipi in deo per intellectum circa diuinam essentiam,nisi apprehendendo eas circa diuinam essentiam in habitudine seu comparatione & ordine ad consimilia eis respondentia, quæ in creaturis differunt secundum rem & inter se & a creaturarum essentia.Quia vt dicunt, & secūdum q; tactum est in argumentis : non potest intellectus quicunq; circa vnum & idem re plures rationes quascunq; concipere, aut illud sub pluribus rationibus apprehendere nisi per habitudinem & comparationem ad aliqua illis correspondentia plura & distincta secundum rem. Vt tamen vnum & idem sint re verum & bonum in eodem , nunq̄ intellectus comprehenderet aliam esse rationem veri & aliam boni : nisi ex habitudine & comparatione illius vnius ad diuersas potentias animæ re distinctas,habentes actus re diuersos & distinctos, quarum sunt per se obiecta . Et sic secundum istos in diuinis substantia , quantitas , & qualitas, non possunt apprehendi vt plura & diuersa inter se secundum rationem nisi in habitudine ad substantiam, quantitatem, & qualitatem , quæ sunt re plura & diuersa in creaturis. Et eadem ratione vlterius identitas,ęqualitas,& similitudo fundatę super substantiam, quantitatem,& qualitatem in diuinis nequaq̄ possunt apprehendi vt plura & diuersa inter se secūdum rationem nisi in habitudine ad idētitatem,æqualitatem,& similitudinem, quæ sunt rę

plura & diuersa, fundatę super substantiam, quantitatem, & qualitatē re plura & diuersa existē-
X tes in creaturis. ¶Dico autem partim concordando cum prædictis, & partim discordando ab
Responsio. eisdem, ꝙ quandocūq; in eodem qđ non est nisi vnū, & idipsum re, quando ad se dicitur, & ab solute & secundum se consideratur, est aliqua pluralitas & distinctio siue diuersitas vel secūdū rem vel scđm rationem, illa non est nisi in habitudine & comparatione quadam illorum pluriū sed non est in habitudine ad diuersa scđm rem extra illis respondentia: sed sufficit ꝙ sit in habitudine vel ipsorum inter se, vel ipsorum ad aliqua alia plurā & diuersa scđm rem, siue intra, siue extra. Puta cum natura deitatis sit vnum & idipsum absolutum dictum ad se, in ipsa est pluralitas & distinctio personarum scđm rem ex habitudine & comparatione illarum inter se: non autē ad aliqua distincta diuersa scđm rem illis correspondentia. Pater enim & filius sunt in diuinis ex natura rei, non autem ex aliqua consideratione rationis aut intellectus, & hoc ex sola mutua habitudine eorum adinuicem distincti, nō autem ex aliqua habitudine ad patrem & filium qui sunt in creaturis vt aliqua alia diuersa scđm rem existentia in creaturis. In ipsa etiā diuina essentia est pluralitas & distinctio idearum scđm rationem ex habitudine sola ad correspondentia eis in creaturis extra. In ipsa etiam est pluralitas attributorum atq; distinctio, nec non & relationum cōmunium, de quibus est quæstio. Quorum pluralitas & distinctio si nō esset nisi ex habitudine ad correspondentia eis in creaturis, tunc non esset omnino alius modus distinctionis illorū & idearū, nec esset alia bonitas in deo q̄ idea bonitatis existētis in creaturis, etiam si ideę considerarentur scđm rationem cuiusdam limitationis: non sic autem attributa, non obstante ratione quæ iam contra hoc adducta est scđm prędictos: ꝙ scilicet rationes attributorum excessiue & per modum cuiusdam supereminentię sunt in deo. Esse enim bonitatem per supereminentiam in deo respectu ipsius qđ ei respondet in creaturis, non repugnat rationi exemplaritatis. Bonitas enim & sapientia quæ sunt in creaturis imitantur quadam peregrina similitudine bonitatem & sapientiam existentes in deo, sicut essentiam dei quadam peregrina similitudine imitantur essentię creaturarum: licet quædam similitudine maiori & quædā minori: prout dicit Augu. lxxxiii. q. q. li. Multis modis dici possunt res similes deo. Aliæ scđm virtutem & sapientiam factę: quia in ipso est virtus & sapientia non facta. Alię inquantum solum viuunt: quia ille summe & primit⁹ viuit. Alię inquantū sunt: quia ille summe ac primitus est. Et ideo quæ tm̄modo sunt: nec tamen viuunt aut sapiunt: non perfecte sed exigue sunt ad similitudinem eius. Omnia aūt quæ viuunt & non sapiunt, paulo amplius participāt similitudinem. Iam porro quæ sapiunt, illa similitudine proxima sunt: vt in creaturis nihil sit ꝓpinqui⁹. Et sic sicut deus nō dicitur idea nisi ex habitudine sicut causa exēplaris ad ideatum in cognoscendo & ꝓducēdo ideatū scđm ꝓdictū modū: sic non est dicendus bonus aut sapiēs nisi ex habitudine sicut causa exemplaris & idealis ad bonitatem aut sapiētiam quæ est in creaturis. qđ falsum est. Falsa est etiā differentia quā quo ad hoc nitunt̄ assignare inter rationem idealem & attributalē, siue inter ideam & attributum: videlicet ꝙ idea in deo non consideratur nisi scđm rationem cuiusdam limitationis, non sic autem attributum. qm̄ in deo nulla limitatio omnino considerari potest nisi intellectu falso & erroneo: sicut iam dictum est supra. Et qđ dicūt ꝙ immo: quia aliter non responderet propria idea proprio ideato: vt scilicet in deo alia sit idea hominis, alia equi: hoc falsum est. Absq; em̄ omni limitatione in ratione ideę in deo respondet propria idea proprio ideato, & alia est idea hominis & alia equi. Quia ꝙ propria idea respondeat proprio ideato, & alia sit idea vnius ideati & alia alterius, hoc non est quia aliæ & aliæ limitationi in essentia creaturarum respondeat alia & alia limitatio in ideis: Tunc enim gradus esset ponere ex parte dei in perfectione ideaū, sicut sunt gradus perfectionis in essentiis creaturarū: quod erroneū est dicere: sed hoc est idcirco ꝙ idea non est omnino in deo nisi ex habitudine ad essentiam creaturarum: & solūmodo in deo est alia & alia idea alterius & alterius, quia alia & alia est ꝑfectio in essentia vnius creaturę & alterius, respectu cuius idea habet rationē idealem. Per hoc enim ratio perfectionalis vna & eadē in perfectione essentię deitatis est. Ex hoc aūt est alia & alia idea ī diuina notitia: ꝙ est ad aliā & aliā perfectionē existentem in alia & alia essentia creaturę. ita ꝙ si amoueas aliū & aliū gradum perfectionis in creaturis: vt cōtingit plærūq; in illis quæ sunt sub eadem specie specialissima: creaturis diuersis non respondent diuersę ideę in deo. Licet enim secundum aliam ideam factus sit homo & secundum aliam equus: non tamen scđm aliam & aliā ideam factus est vnus equus & alius, secundum ꝙ hoc alias declarauimus in quadam quęstione de Quolibet.
Y ¶Dico ergo ꝙ postq̄ ita est ꝙ distinctio attributorum si non accipiatur nisi in habitudine ad respondentia eis in creaturis, sicut accipitur distinctio

idearum, ipsa attributa sunt ideę quædam, eo ꝙ non potest dici ꝙ differunt sicut limitatū & illimitatum, nec occurrit alia differentia inter illa assignanda, nisi forte illa quæ iam inferius assignabitur. & hoc clare falsum est. Necesse est ergo ponere attributa esse in deo: & distingui abinuicem absq; omni habitudine ad aliqua eis respondentia in creaturis: prout superius determinauimus loquēdo de attributis. Et per eundem modū dicendū est in deo poni relationes cōmunes: & distingui inter se absq; omni habitudine ad illa quę respondent eis in creaturis, de quo quęrit quęstio ꝓposita. ¶Qđ videtur sentire August. vbi docet ꝙ intelligimus deū esse verū, bonū, & cętera talium, nō reflectendo aciem mētis ad illa quę correspondēt eis in creaturis, sicut ad nebulam phātasmatis: sed potius abstrahēdo illa ab eis. Octauo eñ de trini. ca. iii. dicit sic. Est trinitas de⁹ vnus, solus, magnus, verus, veritas: quē si cogitare conamur, nullus cogitetᷣ per locoꝝ spatia contractus aut cōplexus: sed quicquid tale occurrerit sine vlla dubitatione respuatur. Ita eñ respuetur omne corporeū. In spiritualibus autē omne mutabile qđ occurrerit: non putetur deus. Vbi paucis interpositis quę inferius iā apponētur, sequitur. Ecce, vide si potes, de⁹ veritas est, noli quærere quid sit veritas. Statim eñ occurrent caligines imaginū & nebula phātasmatū, & perturbabunt serenitatē quę primo ictu defluxit cū diceretur veritas. Ecce in ipso primo ictu quo velut coruscatione pstringeris cum dicitur veritas, mane si potes: si nō potes relaberis in ista solita atq; terrena. & sequitur. c. iiii. Ecce verū: vide si potes: non amas certe nisi bonū. Et post pauca enumeratis plurib⁹ bonis particularibus pertinētibus tā ad mores q̄ ad naturam & vsum rerū naturaliū, in summa recolligēs oīa: subdit dicens. Quid pluraᷣ bonum hoc & bonū illud, vide ipsum bonū si potes: ita deū videbis non alio bono bonū: sed bonū omnis boni. & infra sequitur. Cū itaq; audis bonū hoc & bonū illud, quæ possunt alias dici etiā non bona: si poteris sine illis quæ participatione boni bona sunt prospicere ipsum bonum cuius participatione bona sunt. Simul eñ & ipm intelligis cum audis hoc aut illud bonū. Si ergo poteris illis detractis per se ipsum ꝓspicere bonū, prospexeris deū. Sicut autē hoc dicit de vero & bono, siliť itellige & de cęteris attributis: atq; aduerte qđ dicit. Si ergo poteris illis subtractis per se ipm ꝓspicere bonū: prospexeris deū. Et vide an verū esse poterit ꝙ de deo ꝙ verus sit bonus, sapiens, aut aliquod aliorū huiusmodi, non ꝓspiciť in ipso nisi ex habitudine ad similia illis correspōdētia in creaturis. Certe nequaq̄: imo habitudo ad illa impedit (vt dicit) ne serene in deo cōspici possint. Q; si i deo cōspici poterūt absq; dicta habitudine: poterit ergo similiter conspici & illorum distinctio abinuicē & ab essentia: atq; eorū pluralitas absq; omni habitudine dicta. Dico quātum est ex parte illorum vt cognoscibilia sunt in deo & de deo, & quātum est ex parte intellectus diuini: licet forte non quātum est parte intellectus nostri nō simpliciter sed solūmodo pro statu cōmuni vitę pſentis, in quo intellectus noster se habet ad manifestissima naturę, cuiusmodi sunt illa cognoscibilia de deo quātū est ex parte illoꝝ, sicut se habet oculus vespertilionis ad lucē solis: vt dicitur i secūdo Metaph. Forte eñ nihil qđ dei est, siue essentia, siue vita, siue bonitas, siue sapiētia, siue intellect⁹, siue volūtas, siue gñatio, siue spiratio, siue paternitas, siue filiatio, siue quodcūq; aliud absolutū aut relatiuū ꝓ statu cōi vitæ pſentis pōt intelligi ab intellectu nostro etiā sub ratione attributi generalissimi nisi in habitudine ad sibi correspondens in creaturis: quēadmodum ab initio nullum illorum apprehendere potest de deo nisi quadam manuductione a similibus illis correspondentibus in creaturis. Et sic a differētia reali in creaturis ꝓcedit differētia ratiōis in attributis: ecōtrario illi qđ dictū est iā supra de differentia idearū & ideatorū. Nec est in hoc vlla differētia in apprehensione illorū q̄ sunt absoluta & eētialia, & eoꝝ q̄ sunt relatiua & ꝑsonalia: quia quo ad oīa hęc i creata natura cōspicim⁹ quid de increata sentire debeam⁹: vt dicit Ricar. i. de trini. c. iii. Est tñ ad hoc signū notissimum, ꝙ omnia illa quātum est de se absq; dicta habitudine ab intellectu nostro sunt cognoscibilia quantum est ex parte naturæ ipsius: hoc videlicet, ꝙ quanto ea quæ simpliciter dignitatis sunt in creaturis, maiori abstractione & separatione ab eisdem intelligimus: tāto magis syncerę cognitioni diuinorū appropinquamus. Quāto etiam intellectum nostrum a sensibus & sensibilibus abstrahimus amplius, & a nebulis phantasmatū & affectione seu amore corporalium sequestramus seu depuramus: aptior fit ad intelligendum diuina. dicente Augustino de Ioanne euangelista in exponēdo illud, In principio erat verbum, in principio super Ioan. Nisi transcenderet omnia quæ creata sunt, non perueniret ad eum per quē facta sunt omnia. Debet autem abstractio diuinorum intelligibilium quæ ex creaturis cognoscuntur, & similiter ipsius intellectus debētis illa intelligere, fore tāta: vt sint absq; oī habitudine ad creata. Nō solū eñ debēt a conditionibus creaturarum sequestrari: sed per abnegationē se habere ad illas,

Non enim sola sequestratio dictorū sufficit, sub quali intellectus noster intelligit vniuersale per abstractionē conditionum particulariū a rebus intellectualibus, & etiā a seipso, intelligēdo. s. bonum simpliciter nō cointelligendo hoc vel illud: sed etiā requiritur abnegatio omniū eorꝫ quæ sunt in creaturis ab ipso qđ intelligendū est de deo, intelligēdo. s. bonū simpliciter, nō solū omittendo per intellectum hoc & illud: sed abnegando etiam, & dicēdo ꝙ non est hoc nec illud, nec simpliciter aliquid eorum quæ sunt in creaturis. Vnde de tali abnegatione dictū est iam scđm Augustinū. Est trinitas vnus deus &c̄. vbi sequit̄ continue interpositum quod iā omissum est. Nō em̄ paruę notitię pars est cū de profundo isto in illam summitatē respiramus, si anteq̄ scire possimus quid sit deus, possimus iam scire quid nō sit. Non em̄ est certe nec terra nec cælū, nec quasi terra aut cælū: nec tale aliquid quale videmus in cęlo, nec quicq̄ quale nō videmus, & est forte in cælo, nec si augemus imaginatione cognitiōis lucē solis quātum potest, siue quo sit maior siue quo sit clarior millesies tm̄ aut innumerabiliter: neqꝫ hoc deus est. Nec sicut cogitātur angeli mūdi spūs cęlestia corpora inspirātes, atqꝫ ad arbitrium qui seruiunt deo mutantes atqꝫ versantes, nec si oēs cum sint milia miliū in vnū collocati vnus fiant, nec tale quid de⁹ est. Nec si eosdē spūs sine corporibus cogites, qđ quidem carnali cogitatione difficillimū est. Si autē aliquis tali abnegatione facta conatur omne qđ creatū est transcēdendo, aliquid eorū quę ipse de⁹ est cōprehendere: hoc nō potest fortasse vllo modo intellectu cōiuncto corpori qđ corrūpitur & aggrauat aīam adhuc pro statu vitę p̄sentis, nisi in habitudine ad aliquid simile illi correspōdēs ei i creaturis: a quo attributa dicun̄t quasi a creaturis deo tributa. Qđ tn̄ proculdubio potest intellectu separato a tali corpore, & depurato ab om̄i affectiōe carnali & nebula phātasmatis: & hoc vel per mortē vel per auersionē omnimodā a sensib⁹ corporis: vt cōtingit in ecstasi. Aliter em̄ sine intellectu & notitia creaturę nō posset esse beatus, cū nihil intelligatur ex habitudine ad creaturam nisi cointelligēdo ipsam creaturā. Istud autem falsum est, dicēte August. v. confes. c. iiii. Infelix ille homo qui scit illa omnia, te autē nescit. Beatus autē qui te scit etiāsi

C illa nescit. De vtroqꝫ autē modo separationis intellectus a corpore in diuina visione loquit̄ August. lib. de vidēdo deū exponēs illud Exod. xxxiii. Nō videbit me homo & viuet & illud Apl'i ii. Corin. xii. Scio hominē raptum &c̄. dicēs. Beatus est qui audiuit ineffabilia verba quæ nō licet homini loqui: vbi adeo facta est ab huius vitę sensib⁹ q̄dā intentionis auersio, vt siue in corpore siue extra corp⁹ fuerit. i. vtrū in vehemētiori ecstasi mēs ab vita i aliā vitā fuerit alienata manente corporis vinculo: an omnino fuerit resoluta: vt in plena morte cōtingit: nescire se diceret: quia necesse est abstrahi ab hac vita mente: quādo in illius ineffabilitatē assumitur. Et nō sit incredibile quibusdā sanctis nondū ita defunctis vt sepelienda cadauera remanerent, etiam istā excellentiam reuelationis fuisse concessam. De tali ergo intellectu humano sic auerso, & similiter de quolibet intellectu humano plene beato & p̄cipue diuino: Dico ꝙ attributorꝫ distinctionē & per consequēs relationum cōmuniū distinctionē fundatarū in illis i diuina essentia intelligere potest absqꝫ omni habitudine ad consimilia illis correspōdentia in creaturis. Pertinet em̄ omniū illorum notitia ad visionē beatam essentialem. In quo omnino differūt rationes attributales a rationibus idealibus: quæ a nullo intellectu omnino & in nullo statu intelligi possunt absqꝫ habitudine ad correspondentia illis in creaturis.

D Ad primū prin. ¶ Qđ ergo arguunt primo in contrarium, ꝙ prędictorum esse aut eorum pluralitas seu distinctio in deo accipi nō possunt per intellectum siue creatū siue increatū circa diuinā essentiā nisi apprehendendo illa in habitudine ad consimilia respondētia illis in creaturis, quę in illis sunt re differentia: quia essentia dei siue ipse deus & quicquid in ipso est, vnum est & id ipsum re simplici & ratione q̄ propria est ei ex se absqꝫ omni distinctione & pluralitate: & ideo cū absqꝫ habitudine ad alia apprehendit̄, sub illa sola ratiōe apprehendit̄: & ideo absqꝫ omi pluralitate & distinctiōe: Dico ꝙ verū est si absqꝫ omni habitudine omnino ad aliud apprehenderet̄. In deo em̄ propter suā simplicitatem nihil pure & omnimode absolutū absqꝫ omni habitudine ad aliud potest plurificari aut distingui, aut esse plurificatū aut distinctū: sed si in ipō sit plurificatio aut distinctio aliqua, illa necessario fit nō absqꝫ habitudine ad aliud, vel scđm rem vel ſm rationē, vel qđ est extra in creaturis, vel qđ est intra in diuinis: vt iam dictū est & expositū supra loquendo de attributis. Vnde dico ꝙ esse attributorū & relationū cōmunium in diuinis & pluralitas atqꝫ distinctio est scđm rationē per habitudinem ad aliud: & hoc non necessario ad correspondentia illis extra: vt quidā dicunt: sed potest fieri ex habitudine eorū q̄ sunt intra in diuinis, cōparatorum inter se vel ad personarū emanationes. Attributa em̄ solā diuinā

Z vel diuersitate ad paternitatem & filiationẽ,sicut dictum est. ¶Qđ arguit̃ primo pro syllogizãdo ꝙ maior est identitas patris ad seipsum vel essentię ad essentiam q̄ patris ad filium : quia patris ad seipsum vel essentiæ ad essentiam est identitas absq; differentia relatorum reali:non sic patris ad filium:quia realiter differunt.s.relatiuis proprietatibus:Dico ꝙ si sumatur differentia proprie,quæ non est nisi ex absolutis,illa ponit diuersitatem ꝓprie dictam:quæ contrariatur identitati & diminuit eam cum secundũ partem incidit in eodem cum identitate.Sed talis differentia non est in diuinis:sed solummodo contraria communiter accepta pro distinctione quæ est ex relatiuis:quæ non ponit diuersitatem nisi cõmuniter acceptam:& quæ non contrariatur identitati nec diminuit eã

& omnino cum est incidẽs in eodẽ cum idẽtitate,vt dictũ est.¶Qđ arguit̃ secundo ꝓ syllogizãdo ꝙ maior est identitas patris ad se q̄ ad filium:quia ad se est idem secundum totum:ad filium aũt est idem secundum aliquid sui:& ita quasi secundum partem:& maior est identitas secũdum totum q̄ secundum aliquid sui vel secundum partem:Dico ꝙ hoc vltimum verum est i illis solummodo quæ vere sunt pars & totum:vt in compositis ex materia & forma.In illis enim maior est identitas inter illa quę sunt eadem secundum totũ.s.& secundum materiam & secũdũ formam,q̄ inter illa q̄ sunt eadẽ secundũ alterum eorum solum:qualiter non est ponere totum & partem in diuinis propter naturę siue essentiæ diuinæ simplicitatẽ.Suppositum eñ licet cõtineat essentiam cum proprietate relatiua secundum modũ superius determinatũ, non tamen est proprie totum ad vtrunq; illorum. Nec illa sunt partes suppositi : quia relatio non distinguit suppositum subsistens in essentia nisi ab opposito: seipsam etiam non distinguit nisi a relatione sibi opposita: non autem ab essentia considerata in supposito vno in ordine ad essentiam eandem existentem in supposito alio:sed ratio sola illa abinuicem distinguit.Et sic essentia est aliquid suppositi vt in quo subsistit quasi materialiter:Relatio vero est aliquid suppositi quo subsistit quasi formaliter,& distĩguit̃ ab opposito.Et hoc modo licet diuersimode totalitas suppositi vtrũq; illorum contineat,est tamẽ improprie totalitas i continente vtrunq;:& contenta improprie habent rõnẽ partialitatis. Et in talibus nõ est maior idẽtitas illa quæ est secundũ totum q̄ illa q̄ est secundum partem:& hoc quia tales.s.partes,nullam cõpositionem ponunt in tali toto:& quia identitas non sequit̃ vnum in substantia vt solummodo nominat essentiam quæ est vere substantia:neq; vt solummodo nominat substantiam quæ est suppositum:sed etiam vt nominat qđcunq; consideratum secundum rationem substantiæ:siue sit essentia quæ est vere substantia:siue sit suppositum:siue fuerit quodcunq; reale aut qualécunq; realitatem habens.& hęc est per se ratio communis substãtiæ ad quã sequit̃ idẽtitas.Vnde quia eadem ratione omnimode & secũdũ totum & secũdum aliqd sui dicitur pater idem sibi secundum totũ,& filio secundum aliquid sui:idcirco nequaq̄ maiori idẽtitate dicitur pater idem sibi q̄ filio:licet quo quo modo secundum plura vt dictum est: etsi de identitate patris ad seipsum aliquid ad relationem ptinet quæ est paternitas:nihil autem ad ipsam de identitate patris ad filium, secundum prędicta. Vel potest dici ꝙ vna harum idẽtitatum non potest dici maior alia quia non penitus vniuoce dicitur pater idem sibi primo modo identitatis,& idem filio secundo modo,propter prædictam distinctionem illorum duorum modorum:& in solis vniuocis habet locum comparatio secũdum magis & minus.Licet enim sit album in voce & album in colore secundum Philosophum in Top.

9 Ad scdm. non tamen dicit̃ vox albior colore propter non vniuoce dici album de vtroq;.¶Qđ arguit̃ secũdo principaliter:si plene & pfecte pater esset idem filio:vere posset vnũ ꝑdicari de altero:& dici ꝙ pater est filius & ecõuerso:Dico ꝙ hoc secundũ Boethiũ nõ habet veritatẽ nisi de illis quæ sunt idẽ primo modo identitatis.Nec est vera illa propositio, Nulla propositio verior est illa in qua idẽ prędicatur de eodem.nisi intelligendo de eodem primo modo identitatis. Vnde non dicit Boethius

nulla in qua idem prędicaṫ de eodē,sed in qua prędicatur idem de se.De illa eñ in qua prędicatur idem de eodē secundo modo identitatis,simpliciter falsa est.Licet eñ nihil ad relationem de identitate aut diuersitate patris ad filiū:quia vt pater comparatur ad filiū,relatio habet rationē relationis & non substantię,scđm quā rationē substātię identitas aut diuersitas sequiṫ rē quācūq; quā sequitur,vt dictum est:multum tñ ad relationē de veritate & falsitate pdicationis patris de filio,aut econuerso:quia nō ab eo qđ est res vel non est,simpliciter diciṫ oratio vera vel falsa: vera ab eo qđ est:falsa ab eo qđ non est:sed solummodo diciṫ oratio vera vel falsa ab eo qđ res est vel nō est prout exprimiṫ p sermonē.Vnde etsi cursus insit homini simpliciter:nō tñ hęc est vera,homo currit bene,nisi insit illi sub tali modo.Cōsimiliter etsi pater simpliciter est in filio & econuerso,& sunt vnū & idem,secundū q; dicit Christus dei fili9 Io.x.Ego & pater vnū sumus,per qđ etiā sunt idem: nō tñ hęc est vera,pater est filius,aut econuerso,nisi pater insit filio aut econuerso,sub tali modo,vt.s. patri formaliter conueniret filiatio sicut & paternitas,& filio paternitas sicut filiatio,qđ falsum est & impossibile,nisi ponatur personarum confusio secundū Sabellium.

Equitur Art.LXX.de æqualitate.circa quā quærunṫ duo. Ar.LXX.
Quorū primū est vtrū sit ponere ęqualitatem in diuinis.
Secundū vero est vtrum plenam, perfectā, & omnimodā æqualitatem.

Irca primū arguitur q; in diuinis nō sit ęqualitas, Primo sic.æqualitas sequitur quantitatē secundū superi9 determinata.sed in diuinis non est quantitas,quia nec numerus nec magnitudo,in quę diuiditur quantitas & ad quas oēs alię quantitates habent reduci, vt oratio ad numerū,tempus & locus ad magnitudinē. non est autē in diuinis numerus,quia secundū Boethium de Trini.cap.iiii.in deo nullus est numerus: & si nō numer9,nec magnitudo:quia magnitudo se habet per additionē ad numerum,sicut punctus ad vnitatē, secundū Philosophū.iii.phy.ergo &c. ℂDicet aliquis,q; licet quantitas secundū genus nō habeat esse in deo,nec transferri a creaturis ad diuina:aliquæ tñ species quantitatis secundū proprias rationes specierum a creaturis habent transferri ad diuina,& sic esse in deo,licet non secundū illum modum quo sunt in creaturis.de quibus etiā secundū illum modum bene procedit argumentū, vt non intelligatur dicere.Aug.q; deus est sine quantitate magnus.Et sic licet in deo non sit ęqualitas quę consequatur quantitatē simpliciter,est tñ in eo ęqualitas quę consequiṫ aliquā vel aliquas species ei9. ℂSed contra hoc est secundū q; dicit Philosophus in pdicamentis,q; propriū est quātitati secundū eam ęquale vel inęquale dici.vt ideo non videatur hoc competere alicui speciei quantitatis nisi ratione ipsius generis.Nunc autē ita est q; qñ aliquid competit generi per se & speciei ratione generis,si in aliquo ponatur species esse & non genus,in illo nō cōpetit ei illud qđ cōpetit ei ratione generis.puta cum secundū Philosophū aliqua dicunṫ relatiue secundū genera eorū quę per se non dicuntur relatiue:vt medicina,quia est sciētia,& scientia per se relatiue diciṫ: si medicina in aliquo ponatur esse absq; genere suo qđ est sciētia,in illo non conuenit ei referri ad aliud.Quare cū non conueniat speciei quātitatis secundū eam dici esse nisi ratione generis cuius est propriū:cum in deo sit species quantitatis sine genere:quādo deus est sine quātitate magnus:secundū illā ergo nequaq̄ habet esse ęqualitas in deo.ℂSi forte ad hoc dicaṫ secundū q; tactum est superius,q; non diciṫ propriū quantitati secundū eam ęquale vel inęquale dici,quasi hoc cōueniat speciebus quātitatis nō nisi per genus earum,sicut nō conuenit medicinę relatio nisi per scientiā quæ est genus suum vt procedit obiectio:sed illud diciṫ,quia speciebus solius quantitatis cōuenit q; secundū eas dicatur ęquale vel inęquale,non autē secundū species alicuius prędicamenti:Contra hoc est ars illa Philosophi in lib. posteriorum.s.q; qñ aliquid cōuenit pluribus, illud necessario cōuenit eis per aliquod cōmune in eis cui cōuenit primo & per se.Et dat exemplum de cōmutata pportione quę cōuenit numeris & magnitudinibus,& ideo oportet q; eis cōueniat per aliquod cōmune existēs in eis,cui conuenit primo & per se,& est propriū subiectum eius de quo demōstraṫ. Quare cum speciebus oībus quantitatis conueniat secundū eas ęquale vel inęquale dici,hoc necessario cōuenit per aliquid cōmune existens in illis cui illud conuenit primo & per se.illud aūt non est nisi quātitas,ergo &c.Quare(vt supra) si in deo est magnitudo secundū aliquā speciem quantitatis sine quantitate,secundū illam nequaq̄ potest dici ęqualitas esse in deo:& eadem ratione neq; secundū illam speciem.quia sicut species quātitatis quæ est magnitudo est in deo sine quantitate,eadem ratione & quęlibet alia species quantitatis quā cōtingit esse in deo. ℂSecūdo sic.secundū Aug.vi.de Trini.ca.vii.& xv.lib.c.x.in diuinis

omne absolutũ siue qđ ad se dicitur, siue qđ secundum substantiã dicitur, & substantiam significat trãsitiue in substantiam. quantitas quaecunque est in diuinis, absolutum est & ad se dicitur: quia & August. dicit. v. de trini. cap. viii. In deo nõ dicimus tres essentias: nec tres magnitudines: sed vnã essentiam: vnam magnitudinem. Item ibidem cap. vi. Aequalitas secũdum substãtiam dicitur. ergo &c.
3 ¶ Tertio sic. si in deo est quantitas, illa non est nisi bonitatis & virtutis. quia secundũ August. in spiritualibus idem est maius esse qđ melius esse: quare idem est magnũ esse & bonum esse. quia si magis ad magis, & simplr ad simpliciter. sed bonitas & virt⁹ in deo sicut & ĩ creaturis q̃litates potius sunt q̃ quantitates. sed secundum qualitates aequale non dicitur sed simile. ergo &c. Sed non est ęq̃litas sine quantitate: quia secundum Philosophum. v. meta. vnum in quantitate facit aequale. ergo
4 &c. ¶ Quarto sic. aequalitas non est alicuius nisi aut ad seipsum: aut ad aliũ. sed neutro modo est in diuinis: quia aequalitas dicit cõmensurationem aequalium in quantitate. sed in deo nulla est omnino cõmensuratio in quantitate: neque alicuius ad seipsum: neque eius ad alium: quia quicqd est in deo immensum est & infinitum: & in infinito nulla cadit omnino commensuratio: quare neque comparatio secundum magis aut minus aut aequale secundum Philosophum primo cae. & mun. ergo &c.
5 ¶ Quinto sic. nulla priuatio est in diuinis, cum sit summe ens quicquid est in diuinis. dicente August. v. de trini. ca. ii. Quis magis est q̃ ille qui dicit famulo suo Moysi, Ego sum qui sum? & cũ ĩ eo nulla sit materia: non est autem priuatio nisi defectus in ente consequens materiã: aequalitas aũt priuationem dicit secundum Magistrum primo Sententiarum dist. xxxi. & secundum Philosophũ v. & x. meta. aequale opponitur priuatiue maiori & minori: vnde aequale definitur p abnegationẽ
6 vtriusque cum dicitur q aequale est qđ neque maius neque minus est. ergo &c ¶ Sexto sic. secũdũ Apostolum primę Corinth. i. Christus est dei virtus & dei sapientia. non aũt nisi dei patris. Virtus aũt in diuinis si est quãtitas est. nihil aũt est aequale sine quãtitate. sed per ipsam aliquid est aequale alteri: quia vtrũque aequaliũ oportet esse quantitatem vel habere quantitatem. ergo Christus filius patris non ẽ aequalis patri. quare nec alia aliqua sunt aequalia ĩ diuinis: quia si nõ est aequalitas in illis:
In opposi. nec in aliis. ergo &c. ¶ In cõtrariũ est illud qđ dicit Athanasi⁹ in symbolo. Totae tres personę coęternae sibi sunt & coaequales. si coaequales, ergo aequales. sicut sequitur si sunt coęternae, ergo sunt ęternae: & hoc quo ad ęqualitatem alicuius ad alterũ. Quod vero in deo sit ęqualitas alicuius ad seipsum sicut & idẽtitas: arguitur primo sic. aequale vt dictum est sumitur per abnegationem eius qđ ẽ magis siue maius & minus. sed qđcũque in diuinis sicut est idẽ sibi: sic nec est maius nec minus sibi. er-
2 go est aequale sibi. ¶ Secundo sic. sicut se habet substãtia ad identitatem: sic se habet quantitas ad aequalitatem. sed ratione vnius substantiae dicit aliquid idem sibi & alteri: & etiã alterũ alteri. puta deitate dicit deitas eadẽ sibi & patri: & etiã dicit pater idem filio: quia deitas conuenit ei cõmuniter cum patre. ergo ratione qualitatis vni⁹ dicit aliquid aequale sibi & alteri: & etiã alterũ alteri.

B ¶ Dico q clarum est inaequalitatem quae est secundum magis seu maius & min⁹
Responsio in quantitate, nullo modo posse poni esse in diuinis. & hoc qa si in diuinis est quãtitas, in eis nõ est nisi vna quantitas numero in pluribus: & hoc siue secũdũ rẽ siue secũdũ rõnẽ illa sint plura: & qualiscunque fuerit illa quãtitas. & hoc quia quãtitas q̃cunque in diuinis est id qđ est ipsa diuina essentia. dicente Aug. v. de trini. cap. x. De⁹ est magnus magnitudine q̃ ipse est. & xi. de trini. dicit Deũ esse magnum & ipsam magnitudinem. Essentia autem diuina non nisi vnica numero singularitatis potest esse in diuinis. Inaequale aũt secũdũ magis seu maius & minus non potest esse vbi est tãtũ vna quãtitas numero, sicut nec nisi vna deitas. Hinc eñ dicit Boethius de trini. cap. i. Eos differẽtia cõcomitat qui eam vel augent vel minuũt: vt Arriani, qui gradib⁹ trinitatem variantes distrahũt atque in pluralitatem deducunt. Commen. i. non modo personalium proprietatum verum etiã naturarum numero distinguunt, dicẽtes solum patrem veritate essentię deum: filium vero creaturam: & spiritum san ctũ creaturam creaturae. Sed etsi nõ sit possibilis inaequalitas in diuinis: non tamen ex hoc statim sequit q in eis aequalitas: quia forte neutrum illorum diuinis natum est inesse: sicut lapidi nec visio nec priuatio eius quae est caecitas. Sed si alterũ eorum in diuinis natum esset inesse, sequeret necessario: si non inest inaequalitas, ergo ĩest ęqualitas. & hoc de necessitate: sic q non potest non inesse: super quo est q̃stio: an. s. aequalitas sit in diuinis post quã nullo modo possit diuinis inesse in
C aequalitas. Et dico q cũ s̃cdm superius determinata ęqualitas per se sequat vnitatẽ in quãtitate: nec est aequalitas eiusdem ad se: sed solummodo ad alterum secundum determinata: in quacunque eñ natura siue creata siue increata est reperire vnam quantitatem in pluribus diuersis re aut ratione in illa natura necessarium est reperire aequalitatem vel materiali vel fundamentali definitione: ęq̃litas est differentium numero vna quantitas: & in pluribus aliquo modo diuersis ad vnum ĩ quã

litate quomodocunque fuerit vnum: necessario sequitur equale, puta siue plura seu diuersa sint natura agente & re absoluta, sicut vnum specie, sicut sunt diuersa indiuidua specie sub eadem specie, aut sicut essent in diuinis si deitas in pluribus personis non esset vna singularitate, sed sola conformitate, vt dixerunt Semiarriani, vt habitum est supra: siue plura & diuersa sint re relatiua, vt modo sunt tres personae in diuinis, siue fuerint diuersa absoluta agente ratione, & hoc aut diuersitate existente in vtroque, vt contingit in diuersis attributis, aut in altero tantum, vt contingit in aliquo attributorum comparato essentiae diuinae. Petrus enim in diuersitate substantiae secundum rem aequalis est Paulo in humanitate, & similiter secundum Semiarrianos pater filio: secundum catholicos autem filius est aequalis patri in vnitate substantiae secundum diuersitatem relationum. Similiter in diuinis aequalia sunt bonitas & veritas, quae sunt attributa diuersa ratione, & agente ratione in vtroque extremorum. Et etiam equalia sunt deitas & bonitas, in quibus diuersitas causata a ratione est in bonitate, non autem in deitate. Super deitatem enim bonitas addit rationem, deitas autem est nomen fundamentalis essentiae. Quantus enim est Petrus in forma speciei, tantus est & Paulus: quantus est secundum Semiarrianos pater, tantus est filius: & similiter secundum catholicos licet diuersimode. Et quanta est in diuinis bonitas, tanta est veritas: & quanta est deitas, tanta est bonitas. Quantitas enim omnium quae sunt in diuinis, non est nisi vnica, scilicet immensitas: propter quod in omnibus illis non est nisi aequalitas. Sic ergo breuiter concedendum est quod in diuinis est ponere aequalitatem in diuersis, secundum dictos modos. D

¶ Quod ergo primo arguitur, quod in diuinis non sit omnino ponere aequalitatem, quia in eis non est ponere quantitatem: Dico contra negantes esse quantitatem in diuinis, quod inconueniens est illud quod dicere conantur secundum modum ab eis tactum iam supra in dissolutione primi argumenti, scilicet quod species quantitatis aliquae secundum rationem speciei sint in deo, non autem secundum rationem generis. quia non est species in qua non saluetur ratio generis, nec transfertur species ad diuina secundum rationem speciei, quin etiam simul transferatur secundum rationem generis, vt expositum est superius. ¶ Et verum est quod dicitur in argumento contra illud adducto, scilicet quod per se quantitati ratione illa qua est quantitas conuenit aequale vel inequale dici, & non speciei nisi ratione generis existentis in illa, ita quod si species quantitatis esset in aliquo sine ratione generis, secundum illam non diceretur equale vel inequale, sicut contingit cum species secundum se non dicitur relatione, licet secundum genus suum dicatur relatiue, vt contingit in scientia & medicina, sicut dicitur in argumento. Si igitur magnitudo species quantitatis in diuinis amittit rationem generis, vt non mereatur dici quantitas simpliciter, nequaquam dicetur aliquid secundum illam aequale aut inequale. ¶ Nec valet solutio ad argumentum adducta: scilicet quod non dicitur proprium quantitati secundum eam equale vel inequale dici, nisi quia non inuenitur nisi in speciebus quantitatis: quasi primo & per se consequatur rationes specierum diuersarum, & non rationem generis: quod est impossibile, vt bene probat argumentum in contrarium. Immo neque in diuinis neque in creaturis est inaequale ratione alicuius speciei quantitatis, quin hoc sit per se & primo ratione generis existentis in illa: que ratio generis si absolueretur a specie, nequaquam secundum eam ratione sua propria diceretur in equaliter omnino: sicut contingit in medicina, que secundum rationem propriam nequaquam dicitur relatiue sicut dicitur scientia, nisi vt dicit Commen. scientia diceretur relatiue ad scientem, quod non est verum, quia scientia secundum rationem scientie non dicitur nisi ad scibile. Medicina autem secundum propriam rationem speciei que est medicina, dicitur ad scientem. scilicet ad medicum, non ad scibile. Sed quod dicitur medicina relatiue ad medicinale siue medicabile sicut ad scibile suum, hoc est solummodo secundum rationem generis sui quod est scientia, existentis in ea: que dicitur relatiue ad scibile simpliciter, ita quod si a medicina absolueretur omnino ratio generis sui. scilicet scientie, nequaquam diceretur relatiue ad scibile suum, sed ad scientem tantum. scilicet medicum. Ratione enim generis sui quod est scientia, medicina de vniuersalibus est & acceptis ab experientia particularium & causata ab illis, & ideo refertur ad scibile vt mensurata ab illo. Ratione autem sibi propria ex natura speciei de vniuersalibus est per naturalem rationem mediam applicatis ad particularia, & directiua est operum particularium extra. Et ideo vt sic est applicatiua talium & directiua, refertur ad medicum vt mensurata ab illo. Et quia talis directio particularium contingit in sola scientia practica: idcirco in sola scientia practica contingit quod species secundum rationem generis dicitur relatiue ad aliquid vnum, & secundum propriam rationem speciei ad aliud, nequaquam autem in scientia speculatiua. Scientia enim physica non dicitur ad aliud quam ad scibile metaphysicum: nec mathematica nisi ad scibile mathematicum. Sic scientia simpliciter non dicitur nisi ad scibile simpliciter, vt omnino ad idem dicatur species ratione generis & ratione propria differens solum secundum rationem generis & speciei. Metaphysica enim non est nisi scibilis & ratione qua est scientia simpliciter & ratione qua est metaphysica. Sed ratione qua est scientia sim-

Margin notes: E — Ad primum principale; F; G

pliciter, est scibilis simpliciter: ratione vero qua ē metaphysica, est scibilis metaphysici tm̄: sicut hoc cōtingit in relationibus ꝓportionū: quia. s. & secundū rōnē gn̄is: & secūdū rōnē speciei referunē ad idem. Sicut em̄ multiplex qd̄ est genus, dicit̄ ad multiplex: sic duplum qd̄ est species multiplicis, dicit̄ ad dimidiū qd̄ est species submultiplicis. Medicina em̄ ratione sua siue speciei suę nō est nisi me dici: sed ratione sui generis qd̄ est scientia, non est nisi scibilis. Ratione enim speciei medicina dr̄ me dici medicina & non scibilis. Ratione autem generis dicitur medicina scibilis scientia: & non medici: nisi relatiue diceretur ad scientem sicut dicitur medicina ad medicum, vt vult Cōmētator su

H per. v. meta. ¶ Dico ergo cōtraria dictis illorum: videlicet ꝙ secundū eundem modum genus & species secūdū rōnem speciei habet esse in diuinis, & transferri in eis a creaturis. Consimiliter habet es

I se in diuinis & genus secundum rōnē generis: & transferri a creaturis ad diuina. ¶ Aliter enim ad

Aliter respondetur ad primū. primum argumētum respondendū est q̄ iam responsum sit. Cum enim dicitur in argumento ꝙ i diuinis non est quātitas, quare nec æqualitas, quæ non consequitur nisi quātitatem: hic distinguendum est de quantitate secundum rationem generis, ad modum quo illi distinguunt de specie eius quæ est magnitudo, dupliciter. s. ratione speciei. Est em̄ magnitudo duplex extendendo nomen magnitudinis ad ꝓprie vsitatam magnitudinem, vbi est aggregatio plurium partium quātitatiuarū & ad omne habēs aliquā rationem magnitudinis, vbi est. s. aliqua pluralitas perfectionū virtualiter aggregatarum. Quędā em̄ est magnitudo molis siue dimensiua, q̄ est in solis corporalibus, & recipit maius & minus atq̧ ęquale: quæ est quantitas continua corporaliter extensiua substantiæ corporalis vt partem extra partē habeat & repleat spatium. Quæ dupliciter cōsiderat̄. Vno mō vt opponitur paruitati relatiue: sicut multitudo opponit̄ paucitati: & non nominat magnitudinem simpliciter: sed magnitudinem excedentem: sicut secundum Philosophum. x. meta. multum sibi correspondens nominat non multitudinē simpliciter: sed solummodo multitudinem excedētem, q̄uis cō trario mō. Quia em̄ multitudo in excessu non habet statū: sed tm̄ in descensu: ideo non est in multitudine tam multum quin respectu pluris sit paucum: est tn̄ ita paucum ꝙ non est respectu alicuius multum. Magnitudo enim extra quia in descensu non habet statum: sed solum in excessu: ideo est in magnitudine tam magnum quo non est maius. non est tn̄ ita paruum quin respectu mino

K ris sit magnum, secundum determinationem Philosophi in. iii. Physico. Alio aūt modo considerat̄ magnitudo corporalis vt opponit̄ priuatiue puncto: sicut multitudo siue numerus vnitati: & diuisibile simplici & indiuisibili, nō aūt relatiue: licet sic mltitudo relatiue opponat̄ vnitati sicut mēsuratum mensurę. Et hoc ideo ꝙ multitudo componitur ex vnitatibus: non sic magnitudo ex pun

L ctis: & sic nominat magnitudinem simpliciter & absolute. Alia vero est magnitudo virtutis siue perfectionis quæ est in spiritualibus: & non in solis spiritualibus, immo & in corporalibus circuit oē genus: eo ꝙ omnis forma entis creati continet aliquem modum & gradum determinatū atq̧ finitum perfectionis seu virtutis. Simpliciter em̄ & absolute oēe ens potest dici aliquo modo magnū & magnitudinem habens, sicut oēe multum simpliciter & absolute potest dici multitudinem habens. secundum ꝙ de tali magnitudine in spiritualibus dicit Augus. vi. de trini. ca. viii. In his quæ non sunt mole magna, hoc est maius esse qd̄ meli⁹ esse. s. bonitate naturę: qd̄ idē est qd̄ pfectius ī natura & essentia sua. Consimiliter autem magnitudini est quędam quantitas molis in solis corpora

M libus: & quædam quātitas virtutis siue pfectionis tam in corporalibus q̄ in spiritualibus. Si aūt q̄rat̄ vtrū in deo sit quantitas: respōdēdū est sicut & de magnitudine: Dicendo ꝙ non, loquendo de quātitate & magnitudine molis, de qb⁹ ꝓcedit obiectio prima. Sola em̄ quantitas molis p additionē se habet ad nūerū sicut punctus ad vnitatē vt vnitas cōmuniter accipit̄. s. & in spiritualibus i qbus est absq̧ oīmi positione: & in corporalibus in qbus non est sine situ & positione. Et sicut nequa q̄ habent esse in deo quantitas talis aut magnitudo: sic neq̧ etiam numerus ex talibus vnitatibus progrediens. Per additionē em̄ se habet punctus ad talem vnitatem, inquantū secūdū Philosophū i libro Poster. punctus est vnitas posita. Et similiter magnitudo p additionem se habet ad talem nūerum: quia prout dicitur in eodem libro, discretum cadit in continuum inquantum magnitudines numeri sunt. de quo etiā numero procedit obiectio: & dicit Boethius ꝙ non est in deo: & ille ē numerus qui non habet diuisionem vnitatum suarum secundum actū nisi per diuisionem continui: secundum modum quo discretū in corporalibus procedit ex continuo. Loquendo aūt de quātitate & magnitudine virtutis siue pfectionis, respondendum est ꝙ illa est in deo, & p quandā Antonomasiā in solo deo, vt ipse solus quodammodo dicendus sit esse magnus, sicut etiam bonus & sapiēs

N & cætera huiusmodi. ¶ Tripliciter enim quid dicitur magnum in spiritualibus. Primo modo simpliciter & absolute & absq̧ omni comparatione: & sic omne ens ratione suæ perfectionis secundum formam dicitur magnum, idest magnitudinem aliquam habens: sicut & magnitudine molis oēe

corporeum dicitur magnum magnitudine opposita puncto,sicut diuisibile indiuisibili priuatione Secundo modo dicitur magnum simpliciter non absolute,sed in comparatione.& sic creaturę spirituales dicuntur magnę simpliciter respectu corporaliũ. Tertio modo dicit̃ magnũ simpliciter & absolute,& absq; omni cõparatione,& absq; cõparabilitate:& sic solũ ens increatũ dicitur.& hoc in quantũ magnitudinis eius proprietas quędã est infinitas siue immensitas,cui nullũ magnum mole respondet:quia nulla magnitudo molis infinita esse potest,licet duobus primis magnis in spiritualibus respondeant duo magna molis in corporalibus.De illa aũt immensitate magnitudinis in diuinis loquitur Augusti.de fide ad Petrum.c.ix.Firmissime tene,& nullatenus dubita trinitatem deum immensum esse virtute non mole.Et consistit illa quantitas virtutis siue perfectionis in quadam extensione non materiali partium extra partes,quia neq; consistit per materialẽ connexionem partiũ,vt contingit in quantitatibus continuis:neq; per quandã materialem accumulationem partium,vt cõtingit in quãtitatibus discretis:sed consistit in quadã extensione spirituali per spiritualẽ connexionem & accumulationem partium virtutum siue viriũ siue perfectionum in vna & eadẽ simplici pfectione siue virtute:quẽadmodũ calidũ intẽsum in summo,in vna pfectione siue virtute simplici caloris cõtinet oẽs perfectiones siue virtutes quæ in diuersis gradibus calorũ seorsum natę sunt existere.Sed talis vis siue perfectio in creaturis nunq̃ est ita in summo,quin sit mensa.i.gradu aliquo certę mensurę contenta.Est autẽ in summo ita q; sit immensa.i.nullo gradu mensuræ contẽta,in solo deo:propter qd̃ quãtitas eius non est nisi immensitas quædã virtualis vel perfectionis cõtinens in vno simplici gradus perfectionũ siue virtutum quæ in perfectionibus diuersarũ creaturarum natę sunt sparsim & seorsum existere.Vnde Aug.exponens illud qd̃ dixit.Virtute nõ mole immediate subdit.Quia omnẽ creaturam spiritualẽ atq; corporalem virtute continet.Et assimilat̃ ista quantitas spiritualis tam in deo q̃ in creaturis tã quantitati molis quæ est in continuis,q̃ illi q̃ est in discretis,eo q; non continet partes distinctas abinuicem,sed vnitas, licet in eodem simplici Propter qd̃ potius dicitur magnitudo a quantitate cõtinua,q̃ numerus a quantitate discreta,licet in hoc differat ab vtraq; illarum,quia illæ cõtinent plura re diuersa & sub ratione plurium:ista vero continet plura sola ratione diuersa & sub ratione vnius. Ex quo contingit q; quando aliqua magnitudo maior corporalis continet in se plurium minorum existentium seorsum & extra magnitudines:est assignare cuilibet minori gradum sibi correspondentem & commensuratum in maiori,puta pedalem,bipedalem,tripedalem,& sic de cæteris. Quando vero magnitudo minor spiritualis continet in se plurium minorum quæ seorsum sunt & extra,magnitudines:non est assignare minori gradum sibi correspondentem & commensuratum in maiori,ne deus in creaturis & creaturę in deo mutuo ponantur esse secundum ęquale sibi correspondens,qd̃ est impossibile. dicente de deo August.de fide ad Petrum.Nec aliqua molis quantitate terminatur, quia nulla concluditur: neq; per mundi partes suis partibus ipse diffusus est,vt maiores mundi partes suis maioribus impleat,& minores minoribus,cui nullus latus nec angustus locus est:quia nec minus in angustis q̃ in latis totus est.Et secundum hoc determinauimus superius q; idea in deo nullam omnino rationem limitationis importat. Ex quo etiam contingit q; si magnitudo aliqua corporalis siue corpus aliquod esset infinitum,& secum compateretur omnia corpora mundi finita corporaliter, illa magnitudo infinita contingeret omnia illa finita & illorum singulum,& contineret ambiendo nõ secundum totum ipsius corporis infiniti, sed secundũ partẽ æqualẽ cuilibet illorum. Nunc autem cum magnitudo aliqua spiritualis in deo sit infinita,quæ secum compatitur omnia entia finita,illa spiritualiter attingit omnia entia & singulum eorum,secundum totum ipsius contingendo illud & in esse conseruando.quia de sapientia increata & immensa atq; infinita scriptum est q; attingit a fine vsq; ad finem fortiter,& disponit omnia suauiter. Nihil ergo est dicere q; in deo non est quantitas secundum communem rationem generis:est tamen in ipso secundum proprias rationes aliquarum specierum,licet non secundũ modum illum quo sunt in creaturis.Immo secundũ oẽm modum quo ratio speciei est in diuinis: similiter & ratio generis sicut dictũ est,& secundum illam ęqualitas dicitur esse in diuinis.Et sic quantitas de qua dicitur q; propriũ est secundũ eam æquale vel inęquale dici:largissime accipitur,pro quantitate scilicet quæ directe est in solis creaturis,& directe in prædicamento quantitatis,quæ solum est in corporalibus, & pro quantitate virtutis,quæ est etiam in spiritualibus omnibus.¶Qd̃ ergo dicit Augu.q; deus est sine quantitate magnus: dicunt aliqui q; hoc intelligitur de qualitate molis,& quę reperitur in corporalibus.Sed tunc eadem ratione posset dici q; est sine magnitudine magnus,quia sine magnitudine corporali magnus est. Ideo dicendum aliter:q; nihil per se de creaturis transfertur ad diuina nisi perfectionis simpliciter rationem importet secundum superius determinata. Nunc autem magnitudo in eo q; magnitu-

O

P

do est, rationem perfectionis simpliciter importat:non sic autem in eo ꝙ est quantitas simpliciter. Idcirco ergo deus magnus dicitur:sed non absq; magnitudine:quia magnitudo est per se ratio dignitatis quę per se competit deo vt secũdum eam per se denominetur deus magn9,tamen sine quá titate:quia ratio quantitatis non est per se aliqua ratio dignitatis quæ per se competat deo vt secundum eam per se denominetur. Quæ tamen quia non dicit per se ratione͂ indignitatis,quæ per se repugnat deo:idcirco secundum eam deus per accidens potest denominari quantus,scilicet quia cõtinetur in specie a qua denominatur per se:vt non dicatur deus quantus nisi quia est magnus:aut aliquid secundum aliam speciem quantitatis pertinens ad dignitatem simpliciter. Vere tamē dicēdus est esse quantus secundum quantitatem & æqualis:ratione generis quãtitatis primo & per se & non ratione speciei,nisi vt in ipsa est contracta ratio ipsius generis. Aliter enim in creaturis non esset idem modus æqualitatis qua vnum magnum dicitur æquale alteri secundum generis rationem & secundũ rõnē speciei:sicut non est idem modus relationis qua medicina secundum rationē generis sui qđ est scientia,refertur ad scibile medicinale,& secundum rationem propriam suæ speciei refertur ad medicum secundum prędicta. Est autem alia expositio dicti præsentis Augustini:q̄

Q ponitur infra in prima quæstione de similitudine in solutione secundi argumēti. Vnde ꝙ dicitur in argumento ꝙ in deo non est magnitudo:quia in ipso non est numerus:eo ꝙ magnitudo se habet per additionem ad numerum:& nec iste nec præcedens:Nõ procedit obiectio:quia licet in deo non sit numerus ad quem se habeat magnitudo corporalis per additionem:non sequitur ex hoc qn sit in eo aliquis alius numerus & magnitudo se hn̄s per additionem ad illum. Præter numerum enim manentem in rebus corporalibus qui est numerus mathematicus,est duplex numerus nũeratus:quidam materialis ex ratione materię quã sequitur continuũ ꝓueniens:qui est in solis corporalibus. Alius formalis proueniens ex ratione formę:& est triplex. Quidam proueniēs ex pluralitate formarum naturalium absolutarum existentium in rebus creatis tã corporalibus q̄ spiritualib9:q nõ habet esse in deo:sicut nec materia nec formarũ absolutarum pluralitas:secũdum ꝙ de vtroq; illorum intelligitur illud dictum assumptum in argumento,quo dicitur ꝙ in deo nullus est numerus. De quo etiã dicit Dionysi9.ix.cap.de di.no. Est sine quantitate,sine numero. Alius vero est nũerus formalis in diuinis attributis proueniens ex pluralitate rationum:quæ sunt rationes formales distinctiuę attributoꝝ. Tertius vero est numerus formalis ratione formarum relatiuarum:qui est in personis diuinis:& sic quantitas & secundum rationem numeri & secundum rationem magnitudinis habet esse in diuinis, aliter tamen q̄ in creaturis:& etiã magnitudo se habens ꝑ additionē ad talem numerum,inquantum infinitas est ratio consequens omnem talem numerum in diuinis.

R ¶Ad secundum ꝙ in diuinis numerus dicitur secundum substantiam,& substantiam significat:ergo secundum ipsam non dicitur æquale,sed idem:Dico ꝙ quantitas in diuinis sicut & alia attributa licet substantiam significent quo ad rem significatam:significant tamen eam sub ratione determinata quæ quantitati est propria,& accepta in ordine ad substãtiam subiectã & in ordine ad alia attributa :quæ(vt dictũ est) habent se ad substantiam mediante quantitate,vt expositum est in p̄cedenti quęstione. Et idcirco ipsa substantia sub tali rõne significata comparata ad seipām vt mensura intrinseca ad mensuratum,comparatur etiam ad omnia alia quæ sunt in diuinis inquantũ insunt substantię simpliciter mediante quantitate vt mensurata per ipsam:& hoc quēadmodũ quantitas molis quæ est magnitudo,mensura est substãtię etiã corporeę in qua est:& etiã omniũ accidētium corporalium quę insunt substantię corporeę mediante magnitudine. Et per hunc modũ licet in diuinis quantitas secundum rem sit substantia,& substantiã significat,& secũdũ substantiã dicit & incidit in substãtiã:& propterea dicit Aug.ꝙ æqualitas dicat secũdũ substantiam:tamen secũdũ ipām vt in substãtia est nõ ꝑprie dr̄ ęq̄lis ī diuinis sed idē:& similiter secũdũ ipsam vt ē quãtitas nõ

S ꝑprie dr̄ idē sed equale. ¶Ad tertiũ:ꝙ si in deo sit quãtitas illa nõ est nisi virtutis,q̄ quãtitas est secũdũ quã dicit simile nõ ęquale:Dico ꝙ duplex est virt9,moralis & naturalis. De prima verũ est ꝙ sit qualitas de prima specie qualitatis:& talis virtus non dicitur esse quantitas sed q̄litas. Est tñ spiritualis quantitas virtus secundo modo dicta.s.naturalis:q̄ cõsistit in cõplemēto naturalis ꝑfectiõis cuiusq; rei:& est bonitas rei nõ moralis sed naturalis. Et de eo qđ sic est melius,dicit August.ꝙ est maius:& hoc quia est perfecti9. Et de tali virtute dicit Ph̄us primo cę.& mũ.ꝙ cõsistit in vltio: qa virt9 est vltimũ de potētia. Qđ dicit nõ tã de potētia q̄ respicit actũ secũdũ qui est operari,q̄ de potentia q̄ respicit actum primum qui est esse. Sed in hoc est differētia: ꝙ virt9 q̄ consistit in cõplemēto formę cuiusq; rei,inquãtũ respicit actum qui est esse,proprio nomine dicit quantitas perfectionalis:inquantum vero respicit actum qui est operari:retinet cõmune nomen:sed appropriate dicitur quantitas virtualis. Et ideo quęcũq; plura siue secundũ rē siue secũdũ rõnē vnũ & idē cõplemētũ

Ad scdm principale

Ad tertiũ

in perfectione ex actu naturalis bonitatis formæ cuiuſlibet attingunt vel obtinent ſiue in creaturis ſiue in diuinis,in illis æqualitas eſt fundata ſup illud vnũ.Et ĩ illis q̃ in creaturis vnũ cõplementum dicto modo non attingunt in forma ſua:ſed aliud & aliud ſecũdum gradus exiſtẽtes in eſſentiis formarum ſuarum,licet ſuper illud vnum qđ eſt in eis quo ad eſſentiam formæ poſſit fundari in illis idem aut ſimile,tamen ſuper multum qđ eſt in completione ſiue complemẽto ſiue perfectione formarum,qđ alterius gradus eſt in vno & alterius in altero,fundatur in æquale.Propter qđ quæcunq; ſcđm magnitudinem ſpiritualem ſunt æqualia in complemento definitione ſpecifica, & hoc æqualitate quæ eſt qualitas ſubſtantialis,ſunt ſimilia quo ad eſſentiam naturæ in qua eſt complementum,& non econuerſo. Quia ſicut quantitas talis includit qualitatem ſubſtãtialem ſiue eſſentialem rei & plus,ſcilicet gradũ in illa: ſic ęqualitas includit ſimilitudinem,& plus,ſcilicet carentiam ſcđm magis & minus ſiue ſcđm maius & minus in illa ſimilitudine.Quæcũq; enim cõmunicãt vnam formam,poſſunt dici eadem aut ſimilia ſcđm illam,etiam ſi inęqualiter illam participent:ſed non poſſunt dici æqualia ſcđm illam ſi alterum illoꝝ perfectius illam participet q̃ reliquum.Hinc de tali æqualitate & ſimilitudine in tali qualitate & tali quãtitate dicit Ricar.iii.de trini.c.vii.Per omnia æquales oportet vt ſint per oĩa ſimiles. Nam ſimilitudo poteſt haberi ſine æqualitate: æqualitas autem nunq̃ ſine mutua ſimilitudine.Et ſic patet ꝙ argumẽtũ illud peccat ſcđm fallaciam æquiuocationis.Virtus enim ſicut & bonitas ęquiuoce dicitur de virtute morali & naturali.Similiter forma rei naturalis exiſtens in ſuo complemento,in quo potentia ad illud vltimatur & perficitur,bonum naturæ eſt. Qđ ſiu enim aliquid eſt in potentia ad illud inquantum huiuſmodi, imperfectum ſiue incompletum eſt:& quãtum eſt in re de potentia diſtante ab illo actu & complemento, tantum eſt ei admixtum de malo:& quãtum de actu & complemento, tãtũ habet de bono,& hoc ſecundum plus & minus. Et ſecũdũ ꝙ plus & minus habet de cõplemento,ſecundũ hoc etiam plus & minus habet de ſpirituali magnitudine quæ conſiſtit in tali complemento.Et differt complementum a quantitate ſola ratione:quia complemẽtum vt ſimpliciter accipitur,nominat rem & naturam cuius eſt illud complemẽtum.Vt determinat gradum perfectionis in illa natura,vel vt exceſſum omnis gradus importat,notat quãtitatem illius ſpiritualem, & nomine virtutis appellatur ſicut & ipſum complemẽtũ. Quæ cum eſt nomen complementi ſimpliciter accepti: ſi illud eſt ſcientia tm̃, ſcđm illã dicitur habens illã in illa idem alteri vel diuerſum ab illo.Si vero illud eſt qualitas ſiue accidentalis,ſiue ſubſtantialis:vt differentia ſpecifica in creaturis tm̃: In deo em̃ non eſt cõplementũ habens rationẽ differentię:quia in illo non eſt cõpoſitio ex genere & differentia:tunc ſcđm illam dicitur habens illam in ſe ſimile vel diſſimile alteri. Cum vero eſt nomen quãtitatis,tunc ſcđm illam dicitur habens illam in ſe æqualis vel inæqualis alteri.¶Ad quartum,ꝙ æqualitas dicit cõmenſurationem æqualium in quantitate: ſed in deo nulla eſt omnino in quãtitate cõmenſuratio,neq; alicuius ad ſeipſum,neq; ipſius ad aliũ: Dico ſecundũ ſuperius determinata,ꝙ differũt vnitas ſingularitatis & conformitatis in hoc ꝙ vnitas ſingularitatis non eſt niſi in vno ſcđm numerũ : vnitas vero conformitatis non eſt niſi in vno ſcđm ſpeciem aut genus.Et ad vnum vtroq; modo ſi fuerit ſubſtantia,ſequitur idẽtitas:ſed nõ ſimpliciter idẽtitas:niſi fuerit vnum in ſingularitate. Si vero fuerit quantitas, ad ipſam ſequitur æqualitas.Si autem fuerit qualitas,ad ipſam ſequitur ſimilitudo. Sed in diuinis ſolũmodo ſequitur hoc ad vnum ſingularitate,& prout habet eſſe in diuerſis perſonis ſpecialiter æqualitas,& ſimilitudo:vt habitum eſt ſupra.Nunc autẽ conformitas vt eſt in quantitate,ſpecialiter idem eſt qđ cõmẽſuratio, ſicut curuitas vt eſt in naſo eſt ſimitas.Propter qđ proprie loquendo de cõmenſuratione,ipſa non cadit in diuinis:ſicut neq; aliqua vnitas conformitatis:quæ requirit in diuerſis diuerſas vnitates ſingularitatis, quæ in diuinis non ſunt in aliquo abſoluto qđ ſit fundamentum relationum.¶Qđ ergo dicitur,ꝙ æqualitas dicit cõmenſurationem in quantitate:Dico ꝙ hoc non eſt vniuerſaliter verũ:ſed ſolũmodo habet veritatem de æqualitate quę fundatur ſuper vnũ conformitate quantitatũ quæ eſt in ſolis creaturis, ſicut & in ſolis creaturis æqualitas nominat proportionem æqualium. Quia ergo vnitas conformitatis quantitatũ non eſt in deo,nec inter aliqua quæ ſunt in deo,quia in illis non eſt niſi vnitas ſingularitatis, eiuſdem quantitatis ſcđm numerum:hæc eſt ergo cauſa & ratio per ſe quare æqualitas in deo eſt abſq; omni cõmenſuratione.eſt tamen vera æqualitas:quia cõmenſuratio non ſequiť æqualitatem ſimpliciter,nec cauſatur ab ea:ſed ſolũmodo conſequitur æqualitatem quæ fundatur ſuper vnitatem conformitatis in quantitate & cauſatur ab illa, quæ non eſt niſi in quantitatibus diuerſis ſecundum rẽ.Et ſic conformitas accidit æqualitati ſimpliciter:quæ aliquando ſunt

T
Ad quartũ

V

X datur super vnum singularitate in quantitate:aliquando vero super vnum cõformitate.¶Q𝔡 autem aliqui assignant pro causa,ꝙ commensuratio non cadit in diuinis,quæ ponit mẽsuratio nem:& mensuratio dicitur a mensura:mensura autem ponit finitatem in quantitate:quæ non est in deo sed in solis creaturis:quia diuina perfectio non est mensurabilis aut mensurata,nec a se nec ab alio,eo ꝙ terminũ non habet nec extra nec intra: sed(vt procedit argumẽtũ)omnino infinita est & immensa: ad quã reducitur omnis mensura & omne mensuratum vt ad mensuram primam non mensuratam: sicut omne mouens & motum reducitur ad primum mouens non motum : Hoc nequaq̃ est per se ratio illius : quia si sicut secundum Semiarrianos ponitur deitas in patre & filio non esset vna singularitate sed conformitate tm̃: in illis deitas esset alia & alia singularitate , & in vtroq; esset infinita & immensa , & esset æqualitas personarum per commensurationem earum scd̃m illas deitates & earum quãtitates diuersas ex eo ꝙ essent cõformes sicut dictum est:& poneret hæc commensuratio mensurationem scd̃m quantitates personarum diuinarum non passiuam a mensura mensurata,quasi conformiter sint mensuratę:sed actiuam a mensura mensurante , quasi conformiter sint mensuræ aliorum.Ex eo autem ꝙ aliquid est mensura mensurans:nulla omnino in illis ponitur finitas omnino: sed illa sola mensura ponit finitatem quæ est mensurata & mensura mensurati non adæquati illi a quo mensuratur.Et sic vt ęquales essent personæ dictę per cõmensurationem,non requiritur ꝙ habeãt quãtitates mensuratas:sed sufficit illas in hoc esse conformes ꝙ vniformiter sunt mensuræ aliorũ, & ꝙ neutra illarum excedit alteram in maius, aut exceditur ab altera in minus . Similiter ad æqualitatem quæ modo est in personis diuinis,nulla requiritur commensuratio: sed sufficit ꝙ neutra excedat alteram,non propter vnitatem conformitatis alicuius:sed solummodo propter vnitatem singularitatis in quãtitate. Vnde non valet q𝔡 inducitur vlterius in argumento ad probandum ꝙ in diuinis non cadit commensuratio:quia quantitas in diuinis est infinita, & in infinito non est cõmensuratio scd̃m maius aut minus aut æquale. Dico enim ꝙ hoc verum nõ est de infinito comparato ad infinitum:sed solummodo de infinito comparato ad finitum.Aut si loquatur de infinito comparato ad infinitum:illud non est verum nisi de infinito magnitudine corporali,& hoc ideo quia non est natum esse aliquod infinitum in specie quantitatis molis,& comparatio scd̃m æqualitatem non est nisi in illis quantitatibus quæ sunt eiusdem speciei quantitatis:vt habitum est supra.Nunc autem est simpliciter,immo necesse est esse aliquid infinitum in quantitate virtutis:& ideo eo modo quo ponitur alia & alia quantitas virtutis infinita in diuersis personis,scilicet per impossibile,& scd̃m semiarrianos tãtũ,necesse est consimiliter ponere comparationem scd̃m æqualitatem inter illa : licet non inter duas magnitudines infinitas mole,etiam si ponantur esse non solum per impossibile : sed etiam per incompossibile. Nec valet etiam aliquid ad propositum q𝔡 dicunt alii: videlicet ꝙ diuinæ personæ sint commensurabiles inter se stante immensitate & infinitate quãtitatis perfectionalis in illis : ex hoc scilicet ꝙ vna aliam mutuo comprehendit,& neutra alteram mutuo excedit: quia hoc non fit per aliquam commensurationem actiuam aut passiuam,nec per aliquã conformitatem in quantitate,quorum alterum sequitur ad cõmensurationem sicut dictum est:sed solum fit per coexistentiam quãtã:vt patet ex diu supra determinatis de modo essendi vnam diuinam personam

Y in alia.¶Ad quintum ꝙ æqualitas dicit priuationem,quæ non est in diuinis:ergo &c̃.Dicunt

Ad quitũ. aliqui ꝙ quia æqualitas sequitur ad vnitatem in magnitudine per remotionem maioris & minoris , & propterea scd̃m Philosophum quinto & decimo metaphysicę,æquale priuatiue opponitur maiori & minori:Vnde ibidem in decimo probat æqualitatem per priuationem excessus in maius & minus:Secundum hoc ergo(vt dicũt)ratione sui fundamenti ęqualitas priuationem importat sicut & vnitas super quam fundatur , & si quid positiue importatur nomine æqualitatis illud tantum est relatio secundum rationẽ. Et quia sic (vt dicunt)æqualitas simpliciter importat priuatiuum,& secundum quid positiuum:scilicet ratione relationis,quæ relatio quæ in creaturis est secundum rem:in deo est secundum rationem: ideo vt dicunt æqualitas in diuinis secundum rem solam priuationem importat,& positionẽ secundum rationem. In creaturis vero & priuationem siue remotionem atq; positionem secundum rem.Propter q𝔡 (vt dicũt)ait Magister tertio sententiarum distinctione trigesimaprima. Secundum substãtiã filius est æqualis patri,& vterq; spiritui sancto: & appellatio tãtũ relatiua est.Aequalitas ergo patris & filii non est relatio vel notio: sed propter vnitatem naturæ indisparitas . Et consimilia dicit de similitudine consequenter subdens communiter de vtroq; . Vnde quibusdam non indocte videtur nomine æqualitatis aut similitudinis non aliquid poni sed remoueri : vt ea

ratione dicatur filius æqualis patri:quia neq; maior est eo neq; minor,& hoc propter vnitatem essentiæ.Dicunt tamen q̄ æqualitas non importat priuationem quæ sonet in defectum & non entitatem,sicut dicit argumētum,& bene:vt propter hoc Magister signāter dicat nomine æqualitatis aliquid remoueri sed non priuari.Large tamen loquendo de priuatione talis remotio priuatio dici potest,quæ potius est negatio . eo q̄ scd̄m Philosophum.iiii.Metaphysicę,in hoc differūt priuatio & negatio,q̄ priuatio dicit in subiecto aptitudinem ad priuatum cum eius remotione,negatio vero non:sed dicit remotionem absolutam vtriusq; simul vel alterius tm̄.Propter quod inęquale qd̄ proprie est priuatio,nō dicit omnem modum priuationis:sicut potest dicere negatio. & bene sequitur negatio ad priuationem: vt si est inæquale,ergo est non æquale: sed non econuerso,si est non æquale,ergo est inæquale. In diuinis autem est æqualitas sine aptitudine ad maius & minus:quæ æqualitas priuat:quia ęquale in diuinis ita est æquale q̄ nullo modo potest esse inæquale.Propter quod secundum prædicta verius est æquale in diuinis q̄ in creaturis,in quibus inæquale potest esse non æquale. Quāto enim æqualitas est maior,tanto magis recedit & elongat̄ a suo opposito. Qd̄ contingit tum propter vnitatem quantitatis singularitatis in æqualibus: quæ idcirco siue illa vnitas augeretur siue diminueretur,nihil minus maneret ęqualitas:sicut & quadratum siue apponatur Gnomon,siue amoueatur,semper est eodem modo quadratum:tum propter impossibilitatem augmenti aut diminutionis in diuina quantitate . In creaturis autem in quibus ęqualitas fundatur super diuersas quantitates,alterata aucta aut diminuta statim facta est inæqualitas.¶Sed ex hoc in dicto istorum statim apparet contrarietas.Si enim verius est æquale qd̄ nullo modo potest esse inæquale : quia aptitudo nominat defectum entitatis quæ nata est inesse, & pro tanto priuatio est species non entis,quā non nominat negatio:sed potius nominat entitatis defectus importatę per maius & minus remotionem:quæ in deo nullam imperfectionem importat:quia non est negatio nisi entitatis defectiuę : propter quod per ipsam negationem talē insinuatur affirmatio verissimi entis positiua:& est negatio importata in diuinis nomine æqualitatis negatio negationis duplicis,quarum vna importatur nomine potentiæ ad maius , alia vero nomine potentię ad minus: Dico ergo q̄ æqualitas in diuinis dicit priuationem non habitus aut alicuius positiui,quæ nequaq̄ est in diuinis:vt procedit argumētū: sed defectus & priuatiui,qui verissimam entitatem ponit in diuinis, & hoc ratione sui fundamēti,qd̄ est vnitas quātitatis sup quā fundatur,qd̄ respōdet ei in re . Propter quod ita hęreticus esset qui negaret æqualitatem esse in deo,sicut qui negaret deum esse : quia ad vnum sequitur alterum:licet æqualitas in deo sit relatio secundum rationem tm̄. ¶Et dicūt aduersantes adhuc,q̄ magnitudo non est fundamentum ęqualitatis nisi quia est vna : vnum autem respectu multorum priuatiue dicitur, non positiue:sicut indiuisio respectu diuisionis secundum Philosophum quarto Metaphysicę. Ad quod dico q̄ in vnitate consistit totum qd̄ est formale in multitudine:& in creaturis per materialem replicationem vnitatis super se ipsam causatur multitudo,& hoc per defectum formæ vnitatis in illa.Ita q̄ diuisio in multitudine licet secundum rationem nominis positionē dicat:secundum tamen rationem rei dicit veram priuationem eius qd̄ est formale,& non positionē:nec eius qd̄ est materiale:& econuerso indiuisio in vnitate:licet secundum rationem rei dicat verā positionem eius qd̄ est formale:& non priuationē nisi eius qd̄ est materiale.Nunc autem in formali consistit vere esse, & positiuum quid,non autem in materiali.Et dicit secundum rem vnum positionem,& multum priuationem:licet secundum rationem nominis contingat contrarium: cuius ratio est quia ratio nominis sequitur intellectum nostrum,cuius est nomina imponere rebus secundū modum quo intelliguntur sub intellectu.Quia scd̄m Philosophum in libro peri hermenias, Voces sunt signa siue notę intellectuum,& intellectus sunt signa rerum. Nunc autem propter debilitatē nostri intellectus materialia magis nota sunt nobis q̄ formalia. scd̄m q̄ idcirco dicit Philosophus decimo Metaphysicę,q̄ multitudo nobis magis nota est q̄ vnitas.Ei autem qd̄ est magis notum nobis positiue,magis positiue possumus nomen imponere: & propterea frequenter quæ secundum rem sunt magis positiua,significamus priuatiue:& ecōuerso quę sunt magis priuatiua secundum rem,significamus positiue:vt patet de mortali & immortali,corruptibili & incorruptibili , corporali & incorporali . ¶Sed dicunt adhuc q̄ in diuinis non est vnitas positionū,cum non sit in eis vnum qd̄ est principium numeri:qd̄ maxime videtur aliquid positiue dicere.Dicet forte aliquis ad hoc, q̄ si non est in diuinis vnum qd̄ est principiū numeri,tunc vnum qd̄ est in illis super qd̄ fundatur ęqualitas,est vnum qd̄

Z

A

B

C

cõuertit cũ ente.de quo cõstat ꝙ nõ dicit priuationẽ:sed verã positionẽ sicut & ens:& si di-
cat negationẽ q̃ importat noĩe indiuisiõis:qa vnũ est ens indiuisum:illa tñ negatio ẽ negatio
D negatiõis,quia diuisio ſm rẽ negatio ẽ. ¶Sed nec illud verũ est:qa vnũ sup qđ fundat̃ relatio
cõis idẽtitatis,æqualitatis,& silitudinis,nõ est nisi vnũ oppositũ multo: sup qđ fundant̃ rela
tiões cõtrariẽ.s.diuersum,inęquale,dissimile,licet ĩ diuinis alterũ naturaliter insit,& reliquũ
impossibile est ĩesse.In diuinis em̃ sunt vnũ & relatiões fundatę sup illud. Vñ verũ est ꝙ ĩ di
uinis nõ est vnũ qđ est principiũ nũeri,qui quasi p materialẽ replicationẽ vnitatũ sup se ĩ ea
dẽ natura cõstituat numerũ absolutoꝝ,sicut cõtingeret si ſm Semiarrianos deitas plurifica
ret̃ ĩ patre & filio. Ex taliũ em̃ vnitatũ replicatiõe nũerus cõstitutus appellat̃ numerus mate
rialis:q est impossibilis in diuinis.Et ideo nõ est in diuinis vnũ qđ est pricipiũ nũeri.Est tñ in
diuinis vnũ qđ est principiũ nũeri formalis p replicationẽ vnitatũ relatiuarũ sup se in eadem
natura deitatis,cũ tres personæ numerant̃ in diuinis ad modũ differentium specie, ſcđm prę
dicta,vel in diuersis naturis,sicut contingit cum deus cõnumeratur creaturæ, & dicitur ꝙ
deus & creatura sunt duo,in quibus & deus est vnum, & creatura est vnum. Sed nec super
illud vnum in tribus personis plurificatum formaliter & relatiue fundantur in deo idẽtitas,
æqualitas,& silitudo:quia tale vnũ nõ cõuenit plurib⁹, quale ſcđm p̃determinata debet esse
vnũ sup qđ fundat̃ relatio cõis:sed fundãtur sup vnũ qđ cõuertit̃ cũ ente increato qđ est di
uina essentia,qđ est cõe trib⁹ psonis,sicut est ipsa diuina essentia cõsiderata sub ratiõe substã
tiæ,quãtitatis,& qualitatis,cui nõ respõdet multũ in diuinis:quia multũ in psonis est ex al-
teri⁹ generis vnitatib⁹. Vñ nec huic vnitati opponit̃:sed opponit̃ ei multũ qđ est in creatu-
ris nõ priuatiue sed vt est,& tale vnũ verissime positiuũ est. Sup illud aũt multũ qđ est de⁹
E & creatura,fundant̃ diuersum inæquale & dissimile. ¶Qꝫ aũt arguit̃ per Magistrũ Sẽtẽtia-
rum,ꝙ æqualitas dicit priuationẽ:quia(vt dicit)non est relatio vel notio.i.relatio realis vel
rationalis:vt etiam(secũdum ꝙ dicit)quibusdam non indocte videatur nomine æqualitatis
non poni aliquid,sed remoueri:Dico ꝙ re vera æqualitas non est relatio realis, sed rationalis
& quo ad hoc non est nisi appellatio relatiua.Nihil tñ positiui habet in rerum natura,quãtũ
relatio realis & rationalis. Quia tñ habet sibi aliquid respondens in re super qđ fundatur,&
quo ad hoc non est pure rationalis,sed completiue tm̃ ſcđm superius determinata,& quo ad
hoc habet aliquid positiui in rerum natura: sed ratione sui fundamenti,ratione cuius nõ di
cit remotionẽ sed positionem tm̃:ratione etiã eius qđ cõpletiue est a ratione,nõ dicit remoti
F ue sed tm̃ positiue:licet non nisi id qđ est aliquid ſcđm rationem. ¶Ad intelligendum ergo
quomõ dicat Magister nomine æqualitatis nõ aliquid poni sed remoueri,sciẽdũ ꝙ nomine
æqualitatis tria est cõsiderare.s.significatũ, & rationẽ intelligẽdi,& vsum ipsius nominis. Si
ergo aspiciamus ad nominis significatum: dico secundum iam dicta ꝙ aliquid ponit & nihil
remouet.Si autem aspiciamus ad rationem nostram & modum intelligendi significatum il-
lud:dico ꝙ non ponit aliquid,sed remouet tm̃:quia æqualitatem non intelligimus sicut nec
definimus(vt tangitur in argumento secundum Philosophum)nisi per abnegationem eius
qđ est maius & minus:sicut etiam nõ intelligimus nec definimus vnũ nisi per abnegationẽ
diuisionis: inquãtũ definitio vnius est ꝙ est ens indiuisum.Si vero aspiciam⁹ ad vsum:sic in
telligit magister noĩe ęqualitatis nõ poni aliqđ sed remoueri:qa nõ vtimur pricipaliter noĩe
ęqualitatis in diuinis ad ponẽdũ aliquid p illud sup illa q̃ sunt relata ęqualitate:& dicunt̃ fo
re æqualia:sed poti⁹ ad remouẽdũ ab eisdẽ cõparatis inter se maius & min⁹,& hoc p̃pter hę
reticoꝝ ptinaciã,p̃cipue Arrianoꝝ,q dicebãt patrẽ eẽ maiorẽ quo ad deitatẽ, & filiũ minorẽ
licet ĩ rei veritate p illã remotionẽ intelligit̃ vera positio ĩ relatiõe ęqualitatis,& rõne funda-
mẽti illi⁹,& rõne ei⁹ qđ habet a rõne sicut iã dictũ est.Propter qđ ad ĩsinuandũ ꝙ null⁹ esset
p̃pter negationẽ quã ęqualitas ĩportat defect⁹ in deo ĩtelligẽd⁹,sed positio tm̃:nõ dixit magi
ster noĩe ęqualitatꝭ aliqđ priuari sed remoueri.Priuari em̃ nõ dicit nisi carẽtiã ei⁹ qđ nõ inest
natũ tñ est ĩesse:qđ vere est defect⁹.Remoueri aũt dicit exclusionẽ ei⁹ qđ est extra,qđ nequaq̃
natũ est inesse.qđ re vera nullũ ponit defectũ.Et hoc quẽadmodũ cũ ĩ verbis psonalib⁹ primę
& secũdę psonę ĩtelligit̃ noĩatiu⁹ definit⁹ ego vel tu: dicẽdo curro curris, noĩatiu⁹ ille expres
sus nõ apponit̃ seu exprimit̃ ad aliqđ ponẽdũ qđ pri⁹ nõ erat ĩtellectũ:sed solũmodo ad aliqđ
remouendũ:quia ſcđm Priscianũ nõ apponitur nisi ad significãtiã discretiõis faciendã, dicen
do,ego curro vel tu curris,ac si diceret̃ nullus alius pręter me vel præter te currit: seu nul-
lus alius ita bene. Et cũ secundum eundem in singulari numero intelligit̃ vnus:dicendo ho
mo vel equus,vnus non apponit̃ ad aliquid ponẽdũ:sed potius ad remouẽdũ:dicendo vnus

homo vel vnus equus currit,ad significandum q non plures currunt:quemadmodũ etiam dicimus q deus est vnus,ad excludendum siue remouendum non esse plures deos.Hoc etiã modo vtimur nominibus numeralibus in diuinis : dicendo q sunt tres personę, ad excludendum siue remouendum q non sunt plures nec pauciores.Ex quali vsu talium nominum,scilicet nõ ad ponendum aliquid,sed potius remouẽdum:nequaq̃ argui potest q quãtum est ex parte sui significati nihil omnino ponat in diuinis nisi priuationẽ:& non aliquid positiue: sicut nec possumus dicere q illa pronomina ego,tu,cum exprimuntur cum verbis primę & secundę personę,nihil omnino de suo significato ponunt nisi aliquid priuatiue. ¶Ad sextum,q filius est virtus patris,quæ quantitas est in diuinis,nihil autem est æquale suę quantitati:ergo &c̃. Dico q illud dictũ est per appropriationem,non autem per proprietatem.Pater enim & filius sunt vna virtus. Vnde Augustinus.vii.de trinitate.capitu.iiii.exponens quomodo Christus est dei virtus & dei sapientia,& respondens rationi hęreticorum quã tetigit in principio sexti libri,dicit sic.Ipse Christus virtus est & sapientia dei,quia est de deo virtute & sapientia.Ipse virtus & sapientia dei est,sicut lumen de lumine.Argumentum vero procedit ac si pater non esset virtus aut sapiens ex se. G Ad sextũ.

¶Qđ autem arguitur ad oppositũ primo q in diuinis sit æqualitas ad minus ad seipsum,qđ est contra superius dicta:quia.s.vnũquodq in diuinis sicut est idem sibi, sic est nec minus nec maius seipso:ergo est æquale sibi:Dico q non sequitur: quia magis & minus etiam continentur sub inæquali:& æquale & inæquale non diuidunt immediate totũ ens. In hoc eñ differunt opposita sicut affirmatio & negatio,& opposita sicut habitus & priuatio,q affirmatio aut negatio de quolibet dicitur,& per immediationem diuidũt totum ens. De quolibet eñ verum est affirmare aut negare quodcunq.Priuatio autem & habitus non sic:sed habent solũ modo esse circa determinatum subiectum,& determinato tempore , & circa illud solummodo per immediationem se habent vt alterum eorum insit: circa alia autem subiecta nõ sic:quia potest neutrum illorum illis inesse:& sic contingit in proposito. Aequalitas enim aut inæqualitas non sunt nata esse nisi inter diuersa, non autem sunt eiusdem ad seipsum. Et ideo licet in diuinis nihil sit seipso maius aut minus: nihil tamen cum hoc est in illis sibi æquale . ¶Ad sequens,qđ directe videtur esse contra hoc.s.q ratione vnius substãtiæ qua in diuinis dicitur aliquid idem sibi,dicitur etiam idem alteri:ergo & ratione vnius quãtitatis aliquid dicitur ęquale alteri & sibi:Dico q bene sequeretur hoc si quãtitas ęque eodem modo se haberet ad causandum æquale,sicut substantia ad causandũ idem.Sed non est ita:quia substantia sub ratione substãtiæ manens duplicem patitur considerationem. Vnã.s.vt est aliquid scđm se consideratum. Alterã,vt est aliquid alterius. Nõ sic autem quantitas:quia si non consideretur quãtitas vt est aliquid scđm se consideratum,statim induit rationem substantię,& amittit rationem quantitatis,nisi consideretur vt est aliquid alterius.Propter quod licet super substantiam vt scđm se cõsideratur,fundetur idẽtitas qua dicitur idem sibi:puta deitas deitati,& non penes primũ modũ idẽtitatis:& vt consideratur sicut aliquid alterius,super illam etiam fundetur idẽtitas qua ipsa dicitur idem illi cuius est aliquid:puta deitas ipsi patri,& qua illi quorum ipsa est aliquid, cõmuniter dicuntur idem sibi:puta pater filio:tñ super quantitatem vt secundũ se consideratur,non fundatur æqualitas,sed idẽtitas:qua ipsa dicitur eadem sibi: sed solũmodo vt consideratur sicut aliquid alterius,super ipsam fundatur æqualitas,& hoc non sui ad illud cui⁹ est:sed solũmodo illorum duorum quorum est aliquid inter se.Non enim magnitudo dicitur æqualis sibi vel habenti magnitudinem in se, sed solũmodo æqualia dicũtur habentia cõmuniter in se eandẽ magnitudinem numero,qđ contingit in solis diuinis:aut specie,qđ contingit in creaturis.Et sic vnum & idem qđ est substantia aliqua,habens in se aliquam quãtitatem:licet rationẽ substantiæ dicatur idem sibi,ratione tamen quantitatis illius non dicitur æquale sibi,sed alteri tñ. Et sic res q̃libet per hoc qđ ipsa est bene cõparat̃ sibiipsi, & hoc nõ nisi primo modo idẽtitatis:per se aũt qđ est aliquid sui inquantũ huiusmodi, nullo modo sibiipsi cõparat̃,sed alteri tñ:licet aliter & aliter cũ illud sit substãtia,& cũ sit quantitas aut qualitas.Quia cũ est substãtia,habens illam comparatur bene per idẽtitatem ad ipsam substantiam habitam:dicendo pater est idẽ deitati.Deitate eñ deitas est eadẽ sibi,& cuilibet psonę habẽti eã,& similiter quælibet persona alteri. Cũ vero est quãtitas aut qualitas,hñs illã nõ cõparat̃ quãtitati p æqualitatẽ:sed solũmodo alteri habẽti illã,neq conparat̃ qualitati per similitudinem , sed solummodo habẽti illã. ¶Ex quo patet q æqualitas & similitudo necessario pręsupponunt æqualia & similia prius H Ad primũ in opposi. I Ad secũdũ K

natura esse aliquo modo diuersa seu distincta,q̄ inter se referantur æqualitate aut similitudine:licet idētitas primo modo nullam distinctionem relatorum presupponit:sed solummodo referendo ratio illa distinguit.Patet etiā ꝙ æqualitas & similitudo requirunt ꝙ quātitas & qualitas sint aliquid illorum quæ secundum illas referuntur : licet non requirat dicta identitas ꝙ substantia secundum quā referuntur eadem,sit aliquid illorum.Etenim cum in creaturis quātitates diuersæ comparentur inter se secundum æqualitatem: dicimus enim lineam esse æqualem lineę:hoc non contingit nisi quantitas quælibet non solum sit mensura alterius:sed etiam suiipsius,& semetipsam denominet:vt mensura mēsuratum. Dicimus enim nō solum ꝙ lignū est quantum,sed etiam ꝙ quantitas est quanta,& ipsa inquantum est mensura,est quantitas,& aliquid suiipsius inquantum est quantum denominatum pro mensuratiuo.& per hoc vna quātitas vt ipsa est quantum quoddam & mensuratum , æqualis est sibi vt ipsa est mensura , & hoc in solis creaturis:in quibus sunt diuersæ quantitates specie aut genere : non autem in diuinis:quia in illis non est nisi vna quantitas numeralis,quæ plurium est.Propter quod licet dicamus in diuinis ꝙ immensitas est immensa:non tamen dicimus ꝙ immensitas est æqualis immensitati,nec dicimus ꝙ immensitas patris est æqualis immensitati filii:licet dicamus ꝙ pater immensitate est æqualis filio , & econuerso : & ꝙ veritas est æqualis immensitate bonitati & econuerso,& sic de cæteris.secundum ꝙ hæc magis clarent ex supra determinatis.

I. Quest.II. Argu.1.

Irca secundum arguitur ꝙ non sit in diuinis plena & perfecta & omnimoda æqualitas,Primo sic.Perfecta æqualitas nata est esse non solum secundum magnitudinem:sed etiam secundum numerum siue secundum quantitatem.sed si in diuinis non essent secundum magnitudinem tātū duę personæ quātum tres:non esset in illis perfecta æqualitas secundum Augustinum sexto de trinitate,vt dicetur respondendo.Quare cum in diuinis non sunt secundum numerum tot duæ personæ quot sunt tres : non est ergo in illis perfecta æqualitas.

2 ¶Secundo sic.Plena & perfecta æqualitas in aliquo : non est sine æqualitate omnium quæ sunt in illo.Aliquorum enim inæqualitas repugnaret perfectę æqualitati.sed non est ęqualitas omnium eorum quæ sunt in deo:quia non est in deo æqualitas idētitatis & similitudinis:quia non est in eo tanta similitudo quanta est in ipso identitas,eo ꝙ in ipso est identitas alicuius ad seipsum,non est autem in ipso similitudo nisi alicuius ad alium. & sic maior est illa identitas q̄ ista similitudo : ergo &c̄.

3 ¶Tertio sic. Non est plena & perfecta æqualitas nisi sit secundum omnia secundum quæ nata est esse æqualitas in quibuscunq; : quia sicut in plene perfecto sunt omnes rationes omnium perfectionū:sic in plena & perfecta æqualitate sunt omnes æqualitatum omnium rationes.consequens falsum est: quia secundum omnem modum & speciem quātitatis nata sunt aliqua esse æqualia:quia per se conuenit quantitati secundum eam æquale vel inæquale dici , quare & secundum omnes species eius hoc conuenit ei . sed non secundum omnem modum & speciem quantitatis est æqualitas in deo : quia nec omnis modus & species quantitatis est in deo:ergo &c̄.

4 ¶Quarto sic.Quicquid habet rationem perfectionis simpliciter in creaturis,ponendum est in deo:cum omnes rationes perfectionum sint in ipso secundum superius determinata. sed inæqualitas est de ratione perfectionis creaturarum:quia secūdum Augustinum.lxxxiii.q.q.xliiii.si essent omnia æqualia:non essent omnia. qđ dicit respondendo ad quæstionem quare deus non fecit omnia æqualia.vt igitur essent omnia: non sunt facta omnia æqualia:sed inæqualia facta sunt aliqua.Qꝫ autem sint omnia:hoc pertinet ad perfectionem. Oportet ergo ꝙ sit aliqua inæqualitas in deo . sed vbi est aliqua inæqualitas,non est plena & perfecta atq; omnimoda æqualitas:ergo &c̄.

5 ¶Quinto sic.Primum principale & secūdum non principale in quocunq; non sunt plene & perfecte aut omnino æqualia: quia nō sunt plene , perfecte, aut omnino in quantitate virtutis conformia . in diuinis autem sunt primum principale & secundum non principale:In producendo aliquid interius: quia secundum Augustinum de trinitate,Pater est principium totius diuinitatis.Et secundum Dionysium de diuinis nominibus, Pater est fontana deitas: filius autem & spiritus sanctus sunt pullulationes. Et similiter in producendo aliquid exterius . quia pater vt principale agens dicitur omnia facere per filium:quia omnia per ipsum facta sunt.Ioannis primo.Per quem fecit & secula.Hebr. primo.ergo &c̄. Hinc est (vt videtur) ꝙ filius dicit Ioan.xiiii. Pater maior me est. Et Apostolus primæ ad Corinthios decimoquinto . Ipse filius subiectus erit illi qui ei subiecit omnia.

6 ¶Sexto sic.Illę personę non sunt æquales omnimode,quarum vna alteram superat potestate.Pa

ter superat filium potestate, & pater & filius spiritum sanctum. Pater enim potest generare nõ filius. pater & filius possunt spirare, non ecõuerso spiritus sanctus. Econtra autem filius potest generari: non pater, spiritus sanctus potest spirari: non sic filius neque pater: ergo &c̃. ¶Septimo 7
sic. Illa non sunt æqualia omnino, quorum vnum habet aliquid ad dignitatem pertinens qđ nõ habet alterum: quia vnũ illorum dignius est altero. sed quælibet diuina persona habet aliquid ad dignitatem pertinens. s. suam notionem personalem secundũ superius determinata: qđ non habet altera: ergo &c̃. ¶Octauo sic. In diuinis numerus est trium personarum, & quinque notionum. Inter quẽlibet autem numerũ & quãlibet partium eius siue fuerit aliquota siue non, aliquota est proportio inæqualitatis: puta vnitatis & dualitatis ad ternarium & quinarium. Vbi autẽ est aliqua inæqualitas, non est plena & perfecta siue omnimoda æqualitas: ergo &c̃. ¶In cõtrarium est August. vi. de trini. c. vlti. in trinitate esse primã æqualitatem, & primam similitudinem: nullo modo inæqualem, nullo modo dissimilem. & lib. xv. c. xiii. dicit. Sicut per omnẽ modum filius est æqualis patri: sic etiam per omnem modum pater est æqualis filio. 8 In opposi.

¶Dico q illa plene seu perfecte & omnimode sunt æqualia quæ sunt æqualia quo ad omnia existentia & nata existere in eis, quæ quidem in illis nata sunt esse æqualia, & secundum quæ nata sunt aliqua dici æqualia. Quare cum secundũ iam determinata, quæcunque sunt æqualia aut nata sunt existere æqualia, scđm quãtitatem existentẽ in eis, & solum scđm quãtitatem sunt æqualia: quæcunque autem sunt in diuinis scđm omnem rationem quãtitatis quę est in diuinis aut nata est esse, sunt æqualia: necessarium est igitur ponere q in diuinis est perfecta plena & omnimoda æqualitas, & ideo ęqualitas summa. Cuius causa & ratio est vna quantitas singularis in omnibus. Vnde August. in fine. vi. de trini. istam æqualitatẽ cõmendans quo ad diuinas personas, dicit sic. In illa summa trinitate tantũ est vna persona quãtum tres simul: tantũ duę quãtum & vna. Et similiter tãta est vna quanta altera. Et idem dicendum est de substãtia & de attributis comparatis inter se & ad personas. Tanta enĩ est substãtia quanta bonitas, veritas, & sic de cæteris, & econuerso. Et vt dicit August. singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia vnum. ¶Ad quorum intellectum aduertendũ est q cum scđm prędeterminata in deo non sit quãtitas nisi perfectiõis seu virtutis, quę scđm Philosophũ est perfectio rei ad optimũ, qđ est vltimũ, in quo actus perficitur, & absorbetur omnis potentia vt prędictum est: scđm diuersitatem ergo actus rei in se diuersificatur virtus rei in qua est ille actus, & in qua virtute consistit eius quãtitas. Est autem duplex actus rei in se pręter actũ qui dicitur operari actione manente intra aut transeunte extra. Quorum vnus cõsistit in cõplemẽto esse essentię & naturæ rei scđm formam suam. Alius vero consistit in perfectione existentiæ actualis illius: qui respectu actus qui est operari potest dici primus, & respectu actus formę & essentię potest dici secũdus. Virtus ergo in deo in qua consistit sua quãtitas, duplex est: siue dupliciter potest accipi scđm rationem duorum actuum iam dictorũ in deo: qui licet non differãt inter se nec ab essentia scđm rem, differunt tñ saltem scđm rationẽ. Cõpetit enim deo q sit natura siue essentia, & q habeat esse tam essentiæ q̃ existentiæ: qui sunt actus a quibus in deo nec differt nec distat potẽtia ad illos. Competunt etiã hi duo actus omni ei q est in ipso deo. Secũdũ enim rationem actus naturę siue essentię respondet ei virtus quæ est magnitudo: & hoc (secundũ modum superius expositum) tanq̃ mẽsura eius in spi[ritu]ali extensione. Secũdum vero rationẽ actus qui est existere, respondet ei virtus quæ est æternitas tanq̃ mẽsura eius in duratione. Et istę sunt duę rationẽs quãtitatum siue duę quantitates virtuales in diuinis. Quarum prima in vno simplici immenso continet omnium aliorum perfectiones. Secunda vero continet in vno simplici fixo & stanti omniũ aliorũ durationes trãseuntes. Alii autem modi continuarũ quãtitatum. s. locus & tempus, & discretarũ. s. numerus & oratio, in solis creaturis pcipue corporalibus habent inueniri: pręter hoc q numerus quoquo modo reperitur in diuinis: vt pręhabitũ. Et sunt illę duę quãtitates virtuales mẽsurę quo ad eorũ esse essentię & existẽtię oĩm illorũ quę sunt in diuinis: que oĩa scđm vtrunque, æqualitatẽ omnimodã habẽt inter se: quia vna singularis magnitudo, & vna singularis ęternitas est mẽsura oĩm illorum quibus magna siue immẽsa dicuntur & æterna. & etiam sibi inuicem sunt mensuræ & ęquales sibi inuicem inquantũ magnitudo est æterna, & æternitas est magna atque immensa: & tãta est magnitudo quãta est ęternitas, & econuerso. & sic de cæteris inter se comparatis. Sed aliter & aliter magnitudo habet esse mensura essentiæ siue substantiæ diuinæ: & illorũ quę habẽt esse in illa quasi mediãte magnitudine spirituali: sicut in corporalibus cætera accidẽtia habẽt esse in subiecto mediãte magni

Responsio. M N O

tudine corporali. Est enim magnitudo diuina per se essentiæ mensura siue substantiæ diuinæ: cæterorū autem quia sunt per magnitudinē in substantia, siue magnitudo corporalis, est mensura per se substātiæ corporeę. Cęterorum aūt quia sunt in illa mediāte quātitate: & ita per accidēs. Vnde dicimus non solum ꝙ deitas est immēsa & ęterna: sed etiā bonitas & veritas, sapiētia, paternitas, filiatio, pater & filius, & cætera omnia tam absoluta q̄ relata: vt sunt aliquid ī se & omnia ęqualia sunt magnitudine siue immensitate & æternitate. Non eñ ꝓcedit aliquod illorū alterum æternitate, aut excedit magnitudine, nec vna persona alterā pręcedit æternitate aut excedit magnitudine ꝑfectionis, aut in substātia, aut in bonitate, aut in sapientia, aut in potētia, aut in aliquo cæteroꝝ. Vnde August. in lib. de fide ad Petrū, breuiter aperiens quomodo
P tres ꝑsonę intelligātur esse æquales, dicit sic. Nullus horū alium ꝓcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Aduerte ꝙ dicēdo tria hęc, ęternitate, magnitudine, & potestate, quidā notant per hoc poni tres modos quātitatis in diuinis. s. æternitatē, quę in corporalibus respondet tēpori: quia æternitas est mēsura esse æternorū, sicut tēpus tēporaliū: magnitudinē perfectionis, quę in corporalibus respondet magnitudini in cōtinuis: potestatē, q̄ respondet numero in discretis, eo ꝙ respicit effectus varios a diuina potētia procedētes. Sed nō ē ita: quia potestas inquātum importat rationē respectus per comparationē ad effectus & operationē nequaq̄ potest habere rationē quātitatis supra quā fundet̄ æqualitas: quia quātitas ꝑdicamentū omnino absolutum quid est, sicut substātia & qualitas: nec fundat̄ per se relatio cōmunis nisi sup absolutum: vt habitum est in ꝑmissis. Si ergo potestas siue potētia habeat rationē quātitatis in deo, hoc nō est nisi inquātum habet rationē absoluti & magnitudinis spūalis, quæ in ꝑfectione diuinę naturę consistit: quia ratio perfectionis diuinę est ratio elicitiua prima oīm operum diuinorū & perfectionum tā intra se q̄ extra. Et sic potētia nequaq̄ est quātitas in deo alia a magnitudine dei quæ est virtus eius, in qua vltimarū actus essentię diuinę & potētia ad illū:
Q q̄ omnino idē in deo cum tali actu, & distare non possunt. Quę tñ virtus dupliciter pōt considerari, & per hoc dupliciter pōt considerari diuina magnitudo: quia virtus illa est diuina magnitudo vt continet spiritualē extensionē absq; gradualitate in omnia attingēdo, & omnia cōtinēdo scđm modū determinatū in solutione secūdę rationis quęstionis ꝓcedētis. Et primo modo consideratur vt est vltimū de potētia ad esse essentię vel existētię, & tenet se virtus ex parte actus, in quo consummatur seu completur potentia, quasi interim distinguendo scđm rationē inter potētiam & actum. Secundo autem modo consideratur vt est vltimum de potētia ad operari siue intra siue extra, & tenet se virtus ex parte potentię in vltimo sui qđ est ei quasi terminus intra: quēadmodum cum aliquis potest ferre centum, potentia qua potest ferre nonaginta nouem, non est virtus illius ad portādum: quia non est vltimum potētiæ: sed illa qua potest ferre centum & non plus. Vnde in actu vltimato qui est esse essentię & existentię, consistit ipsa potentia quæ est virtus ordinata ad operari primo modo, & est ipsa magnitudo diuinæ essentię siue naturæ considerata penitus absolute, vt est vltimum de potentia primo modo. Consideratur autem sub ratione respectus ad actum qui est operari: vt est vltimum de potentia secundo modo. & sic significat̄ virtus quæ est diuina magnitudo, nomine potentię ordinatæ ad actum qui est operari. Actus autem consummatus in esse essentiæ est potētia quæ est virtus ad eliciendum actum qui est operari. Et non addit nomen potentiæ nisi rationem respectus super nomen magnitudinis: secundum quā (vt dictum est) non potest habere rationē quātitatis. Vt idcirco nomine magnitudinis & nomine potentiæ nequaq̄ intelligit Augustinus diuersas quātitates in deo: aliā scilicet nomine potentiæ ab illa quā intelligit nomine magnitudinis: immo vnā solā quātitatē quæ est diuina magnitudo per illā differentem solūmodo scđm rationes diuersas alicuius. Quæ habet dupliciter cōsiderari. Vno modo secundum se & absolute, & alio modo in ordine ad aliud. ¶Ex quo aduertēdum est ꝙ ista quatuor essentia, magnitudo, virtus, potētia,
R in spiritualibus idem dicunt scđm rem: quia essentia nominat naturā simpliciter, magnitudo nominat quantitatem illius simpliciter: virtus vero nominat quantitatem illius vltimatā absolute: potentia vero nominat magnitudinem simpliciter in ordine ad actum operandi: quæ cum intelligitur significari in nomine virtutis, tunc virtus nominat magnitudinem vltimatā in ordine ad actum operandi vltimate. ¶Ex quo vlterius aduertenda est differentia quædā inter magnitudinem molis & virtutis: quia magnitudo molis inquantum est magnitudo, etiā si ponatur esse infinita, omnia attingit corporalia & in se continet illa: sed tamen non est principiū operādi aliquid inquātū est magnitudo molis. Magnitudo autē virtutis inquātū est magnitudo oīa attingit & oīa in se cōtinet scđm modū expositū supra in solutiōe primę ratiōis q̄stio

nis precedentis:& inquantũ eſt virtutis,eſt potentia & principiũ operãdi vltimate. ¶Qꝫ ergo Auguſtinus illa tria quaſi de pari annumerat in exponẽdo quomodo tres perſonę ſint ęquales hoc nõ facit quia poteſtas ſit in deo quãtitas quędã diſtincta cõtra magnitudinẽ: ſed quia magnitudo & potentia licet in deo ſint eadem quãtitas, differũt tñ ſcd̃m rationẽ modo iã dicto. Vnde cõſiderãdo potentiã ſcd̃m rationẽ ꝓpriã potẽtię vt diſtinguit̃ contra rationẽ magnitudinis,ſicut dicit Auguſtinus,Nullus hoꝝ aliũ ſuperat poteſtate: ſic potuiſſet dixiſſe: Nullus hoꝝ aliũ ſupat deitate,aut bonitate,aut veritate,& ſic de cęteris.Et ſemp intelligẽdũ eſt ſcd̃m illa duo q̃ ſunt magnitudo & ęternitas,quę vniformiter cõſequũtur oĩa q̃ ſunt in diuinis.Deitas eñ magna eſt & æterna:ſicut & poteſtas.Similiter bonitas,veritas,& ſic de cęteris.¶Concedendũ eſt igitur ſimpliciter & abſolute ꝙ in diuinis quo ad omnia quæ inter ſe aliquam habent diſtinctionẽ vel ſcd̃m rem,vel ſcd̃m rationem, eſt plena perfecta & omnimoda æqualitas. Et ſcd̃m hoc concedenda eſt vltima ratio hoc probans.Nec reſtat reſpondere niſi ad difficultates in contrarium adductas in argumentis. S T

¶Qꝫ ergo arguebatur Primo in contrarium , ꝙ non eſt in deo plena & perfecta & oĩmoda ſiue in oĩbus & per oĩa æqualitas:quia nõ eſt in deo ęqualitas ſcd̃m multitudinẽ.ſ. ſcd̃m numerũ,ſicut eſt ſcd̃m magnitudinẽ: Dico ꝙ multũ refert de magnitudine & multitudine ſiue numero reſpectu æqualitatis:& eſt magna differentia inter illa.¶Ad cuius intellectũ ſex ſunt conſiderãda circa quantũ & tãtũ in magnitudine,& circa quot & tot in multitudine ſiue numero.Quorũ primũ eſt ꝙ quantũ & tantũ cum ſint notę cõparationis inter ſuppoſita diuerſa ſcd̃m magnitudinẽ,aut inter ipſas magnitudines:ſicut quot & tot ſunt notæ cõparationis inter illa ſcd̃m multitudinẽ ſiue ſcd̃m numerũ: aut inter pares numeros: quantum tamen & tantum vno modo ſunt nomina, & dicunt denominationem ſuppoſitorum a magnitudine,dicendo de tribus ſuppoſitis ꝙ tãtum eſt vnum eorum quãta ſunt duo: & quãta ſunt tria:& econuerſo ꝙ tanta ſunt duo quanta ſunt tria,& econuerſo, ſub hoc ſenſu.ſ.tantum eſt vnum ſcd̃m magnitudinem : aut habet tantam magnitudinem quanta ſunt duo : & quanta ſunt tria ſcd̃m magnitudinẽ, aut quãtam magnitudinẽ habent,& econuerſo: & tanta ſunt duo ſcd̃m magnitudinẽ:aut habent tantã magnitudinẽ: aut quantã magnitudinem habẽt,& econuerſo.Alio autem modo ſunt aduerbia:& dicunt denominationẽ magnitudinũ a ſeipſis: vt dicendo de tribus ſuppoſitis ꝙ tãtũ eſt vnũ eoꝝ quãtum ſunt duo:& quãtum ſunt tria:& ꝙ tãtũ ſunt duo eorũ,quantũ ſunt tria,& ecõuerſo:ſub hoc ſenſu.ſ.tãta eſt magnitudo vnius quãta eſt magnitudo duorũ,& quãta eſt magnitudo triũ,& ecõuerſo : & tãta eſt magnitudo duorũ quãta eſt magnitudo trium,& econuerſo:& ſunt ambo idem ſcd̃m rem. Quot vero & tot ſunt ſemp aduerbia dicendo tot ſunt duo ſuppoſita quot tria:& ſolum dicũt denominationem multitudinũ a ſeipſis,ſub hoc ſenſu.ſ.tot numero ſunt duo ſuppoſita quot tria. ¶Secũdũ vero qđ hic notandũ eſt:eſt iſtud,videlicet ꝙ tãtũ & quãtum,tot & quot ſemp nominãt comparationem ſcd̃m æqualitatẽ,excludendo ab vtroꝗ cõparatoꝝ reſpectu alterius plus & minꝰ ſcd̃m magnitudinẽ quo ad tãtũ & quãtum: & ſcd̃m multitudinẽ ſiue numerum quo ad tot & quot. ¶Tertium vero eſt,ꝙ plus tripliciter accipitur:& econuerſo minus ſibi contrarium tripliciter dicitur correſpondenter.ſ.extenſiue,intenſiue,& diſcretiue. Et primis duobus modis plus & minus nominãt abundans & diminutũ in magnitudinibus.Tertio autẽ modo nominant abundans & diminutum in multitudinibus ſiue in numeris:& plus extẽſiue dictum denominat ſuppoſitum ꝙ ſit maius:& magnitudinem ꝙ ſit maior:& contrariũ illius denominat ſuppoſitum ꝙ ſit minus:& magnitudinem ꝙ ſit minor . & hoc quo ad quantitatem molis,vel quo ad quantitatem perfectionis.Plus vero intẽſiue dictum denominat ſuppoſitum tm̃ modo ꝙ ſit magis: & contrarium illius denominat ſuppoſitũ ꝙ ſit minus: & hoc quo ad quãtitatẽ ſiue magnitudinẽ virtutis tm̃.¶Quartũ vero qđ hic notãdũ eſt:eſt ꝙ in diuinis tantũ eſt vnũ ſuppoſitũ extenſiue & intenſiue quantũ ſunt duo & quãta ſunt duo:& quãtum ſunt tria ſiue quãta ſunt tria,& econuerſo: & tanta ſiue tãtũ ſunt duo ſuppoſita:quãta ſiue quãtũ ſunt tria,& econuerſo.Et hoc ſcd̃m omnimodam æqualitatem,excludendo omnem maioritatem quo ad plus,& omnem minoritatem quo ad minus.Et hoc tam a ſuppoſito q̃ a magnitudine:eo ꝙ in diuinis non eſt niſi vnica magnitudo numeralis non ſuſcipiens magis & minus. Similiter in ſuppoſitis creaturę ſub eadem ſpecie ſpecialiſſima:& in formis recipientibus magis & minus cum ſunt in eodem gradu intenſionis,tãtũ eſt vnũ ſuppoſitum magnitudine pfectionis quantum vel quanta ſunt duo vel tria : & tantum vel tanta ſunt duo,quantum vel

V Ad primũ princip.
X Primũ no.
Y Secũdũ no.
Z Tertiũ no.
A Quar.no.

quanta sunt tria: & econuerso. Et hoc per omnimodam æqualitatem vt prius: eo φ plurificatio formarum sub eadem specie non recipientium magis aut minus, nō auget magnitudinem perfectionis debitam speciei. Neqꝫ similiter plurificatio formarum recipientium magis & minus sub eadem specie, si sunt in eodem gradu sibi appositę, augēt intensionem scd̄m magnitudinem perfectionis aut virtutis. & hoc quemadmodum punctum additum puncto nihil auget. Et ideo tantum est vnum punctum: quantum duo & tria: & tantum duo quantum tria: aut infinita. In creaturis autem quantum quantitate siue magnitudine molis, puta in tribus idolis factis ex eadem massa æris, non est tantum vnum illorum quanta vel quantum duo aut tria, nec econuerso: nec tantum aut tanta sunt duo quantum vel quanta sunt tria, nec econuerso: sed se habent per omnimodam inæqualitatem quo ad plus & minus extensiue: eo φ in

B illis quæ sunt mole magna, quantum additū vni quanto semper auget. ¶Quintum quod hic

Quint. no. est aduertendum, est φ plus discretiue dictum non consideratur nisi in discretis quantitatibus, puta in numeris: & in diuinis dicit pluralitatem suppositorum vel attributorum absqꝫ omni pluralitate magnitudinis perfectionalis siue virtualis in illis. In creaturis vero dicit semper cum plurificatione suppositorum plurificationem magnitudinum in illis. Et ideo scd̄m Boethium de Trinitate, cap. iiii. cum dicitur: Pater est deus: filius est deus: spiritus sanctus est deus: ibi est numerus numerans personas. Nullus tamen est ibi numerus numeratus deitatis: & per consequens nec magnitudinis. Et quantum est ex parte deitatis: & vniuersaliter omniū absolutorum in diuinis quasi idem repetitur: ac si diceretur: Deus, deus, deus, sicut & idem repetitur cū in synonymis dicit: ensis, mucro, gladius. Et hoc ideo quia numerus numerans diuinas personas est relationū: & numerus numeratus est relatiuorꝫ personarum. Et sic omnino est numerus iste numeratus relatiuus: & alterius modi q̄ sit ille qui est in creaturis: siue sit molis siue perfectionis aut virtutis: & absqꝫ omni pluralitate in re diuina absoluta est ille numerus: vt in diuinis non sit numerus numeratus: sed numerus numerans tm̄: in creaturis autē est numerus & pluralitas vtroqꝫ modo. Et similiter cum dicitur in diuinis, Sapientia est deus, aut magna bonitas deus est, aut magna veritas, & sic de cæteris attributis, & vl̄r absolutis in diuinis: licet ibi sit numerus numerans attributa: nullus tamen est ibi numerus numeratus deitatis, aut magnitudinis: sed eiusdem trina repetitio. Et ideo vt descendamus ad propositum, cum dicimus in diuinis personis φ non est tot vna persona quot duæ aut tres: nec tot duæ quot tres: ita φ plus sunt tres p̄sonæ q̄ duæ, & duæ q̄ vna, quasi minus est vna persona q̄

C duę: & duæ q̄ tres. ¶Sextum hic considerādum est φ ly plus & contrarium eius quod est mi-

Sextū no. nus, nullam æqualitatem a diuinis excludunt, nullamqꝫ inæqualitatem includunt: eo φ illa plus & minus non sunt circa aliquid absolutum reale, sed sunt in personis circa relatiua & relationes: & in attributis circa rationes & mentis conceptus siue habitudines & relationes, vt superius est expositum: super relationes autem relatio cōmunis non fundatur, vt habitum est supra: neqꝫ super id quod rationis est in attributis: quia non consideratur nisi ex relatione & habitudine: dicitur solummodo super absolutum reale qđ est substantia, quantitas, & qualitas: licet vt solum rationibus distinguuntur. Sed tunc solummodo dicta plus & minus a diuinis aliquam pluralitatem excluderent: & aliquam inæqualitatem includerent scd̄m plus & minus. In attributis enim personis ponerent plus & minus discretiue in attributis: vt essent plures magnitudines in pluribus personis aut attributis: sicut sunt in pluribus suppositis in creaturis: puta tres magnitudines molis in tribus idolis æris: & plures magnitudines p̄fectionis & virtutis in pluribus indiuiduis sub quacunqꝫ vna specie specialissima in creaturis: vt idcirco in tribus idolis æqualibus magnitudine molis non sit perfecta æqualitas: quia non tot est vnum quot duo & tria: nec tot duo quot tria: non solum numero numerante: sed numero

D numerato suppositorum & magnitudinum in illis. ¶His prælibatis patet plane responsio ad obiectum primum. Cum enim dicitur, perfecta æqualitas nata est esse non solum scd̄m magnitudinem: sed etiam scd̄m numerum: Dico φ verum est: quia scd̄m prædicta æquale & inæqualitas per se & primo dicuntur scd̄m quantitatem simpliciter: & ideo scd̄m quālibet speciem eius: & species quantitatis ita principaliter est numerus vt magnitudo: si tamen numerus sit absolutus quia in absolutis: sicut est magnitudo: quia æquale & inæquale non dicuntur scd̄m quantitatem nisi sicut secundum fundamentum: & secūdum prædicta non habent per se fundari nisi super absolutum. Sed si numerus sit relatiuus & in relatiuis tm̄: & sic numerus numerans tm̄: non autem numerus numeratus, vt contingit in personis diuinis: non est æqualitas nata esse scd̄m numerum sicut scd̄m magnitudinem: quia magnitudo in diuinis omnino

absoluta est:non sic numerus. ¶Quod ergo assumitur in argumento: Si in diuinis non essent secundum magnitudinem tantum duae personae quantum tres:non esset in illis perfecta aequalitas: Dico quod bene verum est:quia secundum magnitudinem in diuinis nata est dici aequalitas:secundum numerum autem relatiuum non est nata dici omnino aequalitas aut inaequalitas. Propter quod non sequitur vlterius conclusum: Quare cum in diuinis non sunt tot secundum numerum duae personae quot tres:non est ergo in illis perfecta aequalitas. Hoc enim nullo modo sequi posset nisi numerus diuinorum in absolutis consisteret:sicut et quantitas. Quod si ita esset:non esset omnino perfecta aequalitas trinitatis personarum inter se,sicut non est perfecta aequalitas trium idolorum : licet sint aequalia secundum magnitudinem: eo quod non sunt aequalia omnino & secundum omnem combinationem quo ad numerum qui in illis consistit in absolutis : secundum quem nata est esse aequalitas aut inaequalitas inter quaecunque diuersa absoluta. Vnde si trinitas diuina esset trium personarum absolutarum trium deitatum: sicut posuerunt Semiarriani: quia tunc secundum numerum qui consistit in absolutis non essent tot duae personae quot tres: non esset etiam perfecta & omnimoda aequalitas in trinitate diuinarum personarum:quia esset in illis inaequalitas secundum aliquid. Et sic nunc secundum catholicos propter numerum qui est in relatiuis,& magnitudinem vnicam singularem & absolutam trium personarum diuinarum,perfecta & omnimoda aequalitas personarum est in diuinis. Si enim magnitudo esset numerata in personis,cum tunc esset omnino absoluta:necessario numerus personarum esset absolutus:& secundum illum esset in trinitate personarum inaequalitas secundum magnitudinem:nec esset in illis perfecta & omnimoda aequalitas secundum praedicta. ¶Ad secundum,quod in diuinis non est perfecta & omnimoda aequalitas:quia non est in eis perfecta aequalitas identitatis & similitudinis, eo quod non est in illis similitudo alicuius ad se ipsum,sicut est identitas alicuius ad seipsum:& sic non est in diuinis tanta similitudo,quanta est identitas: Dico quod falsum est : quia tanta est similitudo in diuinis quanta est identitas comparando identitatem ad similitudinem : modo quo illa quae sunt diuersarum specierum possunt secundum aequalitatem comparari : vt si aliqui sunt aequales quantitate molis: & alii in eodem gradu albedinis: & ita similes & aequales: possumus dicere quod quantum sunt aequales mole, tantum sunt similes & aequales albedine. Et si sint in eodem gradu albedinis,& similiter in eodem gradu sapientiae, possumus dicere quantum sunt similes & aequales in albedine tantum sunt similes & aequales in sapientia : & sic in eis est aequalitas similitudinis & aequalitatis,& similitudinis atque similitudinis. Est autem in deo tanta similitudo alicuius ad alterum : quanta est identitas alicuius ad seipsum. Et hoc quia quanta est in deo vnitas substantiae secundum quam est aliquid in deo idem sibi:tanta est in eo vnitas qualitatis secundum quam aliquid est simile alteri. Licet enim maior sit distinctio extremorum relatorum in similitudine quam in dicta identitate, de hoc nihil ad maioritatem vel minoritatem inter illam identitatem & similitudinem, postquam tanta est vnitas in fundamento vnius quanta est in fundamento alterius. ¶Ad tertium,quod in deo non est omnimoda aequalitas:quia non est secundum omnia secundum quae nata est esse aequalitas: Dico quod licet non secundum omnia secundum quae nata est esse aequalitas simpliciter in aliis,est aequalitas in deo: quia non secundum omnem speciem qualitatis, vt procedit argumentum : tamen secundum omnia.i.secundum omnem quantitatem quae nata est esse in deo,videlicet secundum aeternitatem & magnitudinem secundum iam dicta, nata est esse aequalitas omnimoda in ipso:& hoc sufficit ad hoc quod dicatur esse in aliquo omnimoda aequalitas omnium quae sunt in eo. Sed si deficeret in eo inter aliqua aequalitas secundum aliquam quantitatem quae nata est esse in eo,tunc primo non esset in eo omnimoda aequalitas: puta si non esset deus tantus in sapientia quantus est in bonitate : non esset in eo aequalitas: sicut non est omnimoda aequalitas molis inter ea corporalia quae sunt aequalia secundum longum & latum:sed non secundum spissum & profundum. ¶Ad quartum:quod non est omnimoda aequalitas in deo: quia in ipso est aliqua inaequalitas : Dico quod falsum est. Ad probationem eius quod inaequalitas habet rationem perfectionis in creaturis simpliciter:dico quod similiter falsum est. Ad probationem illius quod si non esset inaequalitas in creaturis:non esset perfectio vniuersi:Dico quod verum est. Sed ex hoc non sequitur quod inaequalitas habet rationem perfectionis simpliciter: quia quod sine aliquo non est perfectio in alio,hoc potest contingere duplici de causa. Vna scilicet, quod aliquid requirit res illa propter suam perfectionem puta quod in homine non est perfectio secundum animam rationalem sine corporis organizatione, & hoc proculdubio habet rationem perfectionis. Alia, quia aliquid requirit res illa pro-

B

F Ad secundum princip.

G

H Ad tertium.

I Ad quartum.

pter suam imperfectionem, vt contingit in proposito. & hoc etiam quemadmodum contingit de iustitia: quæ quia non perfecte contineri potest in iustitia retributiua præmiorum pro bonis: necesse erat ad perfectionem vniuersi secundum omnes partes iustitiæ vt esset iustitia retributiua suppliciorum pro malis: & ita est infernus suppliciorum cum suis contentis pertinens ad perfectionem & decorem vniuersi: sicut & paradisus præmiorum cum suis contentis.
K Quia enim in proposito vna creatura secundum speciem quæ haberet æqualitatem in suis suppositis, totam perfectionem quæ nata est esse in toto genere creaturarum capere non posset: ideo ad perfectionem vniuersi ex creaturis constituti species diuersas diuersorum graduum creaturarum secundum perfectiones plures & inæquales in eo necesse fuit aggregari: ita quod perfectio vnius non totaliter contineatur in alia: neque secundum eandem rationem qua perfectio aliqua est in vna creaturarum, ipsa sit etiam in alia. Nunc autem quælibet diuina persona & quicquid est in diuinis ab alio distinctum qualicunque distinctione, totam perfectionem quæ nata est esse & modo quo nata est esse in diuina natura capere potest. Ideo enim ad perfectionem eorum quæ sunt in diuinis pertinet, quod per omnimodam æqualitatem absque omni inæqualitate tota perfectio diuina sit in quolibet quod est in diuinis, non vna pars in vno, & alia in alio: ne aliquid illorum sit pars deitatis: sed tota deitas: & plenus ac perfectus ac vnus deus simplex sit: non ex pluribus partibus collectus. dicente Augustino contra Maximinum negantem pluralitatem personarum in diuina essentia. Times ne pater sit pars vnius dei: noli hoc timere. Nulla enim fit partium in deitatis vnitate diuisio: nec vnius trinitatis tertia pars est vnus: nec maius aliquid duo quam vnus est ibi: nec minus aliquid sunt omnes quam singuli: quia spiritualis non corporalis est magnitudo. Et sicut hęc vere dicuntur de distinctis tribus personis comparatis inter se: sic & vere dicuntur de singulis aliis distinctis qualitercunque in diuinis inter se comparatis. Vnde idem inquit in eodem. Cum dicis: Deus genuit deum: sapiens sapientem: clemens clementem: si dixeris partes sunt: simplex ergo virtus ex partibus constat: & simplex hęc virtus te definiente est vnus deus: ergo deum ex partibus dicis esse compositum. Non dico inquis: non sunt ergo partes. Si ergo in vna persona patris & illa inuenis quæ plura videntur, & partes non inuenis, quanto magis pater & filius & spiritus sanctus partes vnius dei non sunt? Et hoc nec vt subiectiuę: neque vt integrales. Nō vt subiectiuę: quia neque vt species sub eodem genere. dicente Augustino septimo libro de Trinitate. Si essentia genus est, species autem persona, vt nonnulli sentiunt: oportet appellari tres substantias vt appellentur tres personæ, sicut cum sit animal genus, & equus species, appellantur tres equi tria animalia. Non enim species pluraliter dicitur: & genus singulariter. Neque vt indiuidua sub eadem specie. Sicut enim Habraam, Isaac, & Iacob tria indiuidua sunt: ita tres homines & tria animalia. Sed vt dicit ibidem, vna essentia non habet species nec indiuidua, sicut vnum animal vnius essentiæ. Diuina ergo essentia genus non est neque species, & personæ indiuidua: sicut homo est species: indiuidua autem Habraam, Isaac, & Iacob. Nec etiam sunt partes vnius dei vt integrales. dicente Augustino in eodem. Non sic tres personas dicimus vnam essentiam & vnum deum tanquam ex materia vna tria quædam subsistant. In statuis enim æqualibus plus auri est tres simul quam singulę. In illa vero essentia trinitatis nullo modo ita est: neque sicut dicimus tres homines eiusdem contemperationis. Nam in his non tantum est vnus quantum duo. Sed nec est contrarium quod dicit Damascenus. Omne substantia est: particulare vero hypostasis. quia non dicit hoc nisi propter vniformem modum prædicandi essentiam de qualibet hypostasi, & vniuersale de suppositis. Licet in hoc sit differētia, quod (vt dicit) in diuinis quod est commune est idem re & differt ratione tantum in suppositis. In creaturis autem commune est idem ratione tantum: & differt re in suppositis. Et quia hæc difficilia sunt intellectui carnali, dicit Augustinus ibidem. Qui potest capere capiat: qui autem non potest, credat & oret vt intelligat.
M Ad quintum ¶ Ad quintum: quod in diuinis in agendo seu producendo aliquid tam interius quam exterius est primum & principale, atque secundum & non principale, quæ non sunt æqualia: Dico quod primum & principale atque secundum & non principale in agendo seu producendo possunt accipi inter aliqua dupliciter. Vno modo ex ratione respectus & originis qua vnum eorum habet esse ab altero siue produci ab illo. Alio modo ex ratione absolutæ virtutis quam illa habent in se ad producendum aliquid aliud. Et primo istorum modorum accipiuntur in diuinis solummodo primum & principale, & secundum & non principale. Non autem secundo modo: secundum quod satis declaratum est in quæstionibus de communi productione spiritus sancti a patre & filio. Argumentum autem procedit ac si in diuinis essent

secundo modo:quod non est verum. Cum enim dicitur pater aliquid agere per filium: puta in productione spiritus sancti, & cuiuscunque circa creaturas:illic intelligitur mediatio quo ad ipsas personas agentes:quia scilicet secunda qua mediante agit prima,est a prima, & virtutem agendi habet a prima.Propter hoc enim solum prima dicitur agere mediante secunda. Nõ au N
tem intelligitur illic mediatio quo ad virtutem qua procedit actio:quia virtus vnius sit principalis & maior,quæ per aliam mediam agit vt per minorem & instrumentalem:quę in agendo efficaciam accipit a virtute maiori & principali: vt scdm hoc pater intelligatur agere per filium sicut rex per Balliuum. Talis enim mediatio in agendo necessario poneret agentium in æqualitatem secundum gradus,vel in diuersis naturis scdm speciem:vt posuerunt plene Arriani in diuinis,dicẽtes filium & spiritum sanctum esse cum creaturis:vel scdm numerũ tñ, vt posuerunt Semiarriani:qui posuerunt diuinam naturam perfectius esse in vna diuinarum personarum q̃ in alia. Quoniam autem, vt dicit Ambrosius in libro de Trinitate, diuinitas gradum nescit,nullum discrimen habet vnitatis. Inæqualitas enim scdm gradus non est nisi in agentibus essentialiter ordinatis ad eundem actum:quæ necessario differunt scdm gradus perfectionum substantialium.& hoc siue secũdum sit a primo siue non. Vnde de talibus dicit Proclus in propositione sua.vii. Omne ꝓductiuũ alterius melius est q̃ id qđ ꝓducitur. Aliter enim omnia entia essent æqualia. & hoc quia vnum est primum productiuum omniũ aliorum immediate: & constat ꝙ productum non potest esse maius producente. Aut si ponãtur omnia produci ordinatim a sibi proximo & immediate: & sic sit ordo productionis in entibus:idem contingit. Nam qua ratione primum productum esset æquale suo productiuo: eadem ratione & secundum suo,& sic deinceps: & sic non esset in entibus nisi ordo originis: sicut non est alius ordo realis in diuinis,in quibus productum est æquale producenti necessario. et hoc propter vnitatem substantiæ singularis in illis:in quibus rationes philosophorum de inæqualitate perfectionis inter producentem & productum non valẽt omnino:quia non habent efficaciam nisi in illis quæ scdm diuersitatem specificam essentię inter productum & producentem producuntur. Vnde & in generatione vniuoca abinuicem eorum quæ sunt sub eadem specie specialissima,productum necessario est æquale in productione scdm formam producenti:puta ignis generans igni generato:aut equus equo. In quibus si aliqua contingit inęqualitas aut dissimilitudo, illa est per accidens:& accidit essentiæ:& est in accidẽtalibus tñ:q̃ nequaq̃ potest contingere in diuinis,propter identitatem substantiæ singularis:& omniũ absolutorum in singulis personis. Hoc enim est generale,ꝙ semper generatum per generationem naturalem pertingit ad perfectionem naturæ quę est in generante:pręter hoc ꝙ in creaturis quia est generatio cum quadam transmutatione de potentia in actum: non statim a principio genitum est in accidentalibus æquale generanti:sed per incrementum & tẽporis successum nisi assit impedimentum,ad æqualitatem omnimodam perducetur. Vnde Hilarius lib.de Synod. O
ait. Tolle corporum infirmitates,tolle conceptus initium: omnis filius scdm naturalem natiuitatẽ æqualis est patri:quia est eius similitudo naturę. Qꝫ igit̃ (vt dictũ est) in diuinis principale,non principale,primũ & secũdũ,non pertinent ad virtutes agentiũ:sed solũmodo pertinent ad rationem originis producti a ꝓducente: idcirco de hoc nihil ad æqualitatẽ,quę sequit̃ quantitatem non relationem,scdm superius determinata. Propter qđ dicit Augustinus contra Maximinũ. Originis est ꝙ quid de quo sit:æqualitatis autem quantũ sit. ¶Qꝫ autem adiungitur in argumento de Ioã.xiiii.vbi dicit filius, Pater maior me est: non ergo æqualis est: P
Respõdetur scdm Athanasiũ ꝙ illud intelligit̃ dictũ de Christo scdm eius humanitatẽ: & de patre scdm eius diuinitatẽ:quia filius in assumpta humanitate est minor patre:licet in diuinitate sit æqualis. Iuxta illud qđ dicit in Symbolo suo: Aequalis patri scdm diuinitatem:minor patre scdm humanitatẽ. Et si ille minor,ergo & pater est maior. Et ꝑ eũdẽ modũ intelligi potest qđ dicit̃ scdm Apostolũ Filius subiect⁹ patri. Et bene verũ est ꝙ loquẽdo de maioritate & minoritate quę consistit in absolutis & gradibus diuersarũ naturarũ, diuinę.s.& humanę,pater in omnib⁹ maior est filio,& filius minor. Hilarius autẽ exponit illud de patre & filio scdm amborꝫ diuinitatẽ.non dico scdm substantiã deitatis. Quia vt dicit Damascenus lib.i.cap.ix. Sancti sicut negant in filio minoritatẽ ex parte deitatis:sic & negant in patre maioritatem. Et Ambrosius libro primo de Trinitate. Per naturam hominis dixit illud, Vado ad patrem:quoniã pater maior me est. Nam quomodo potest minor esse deus,cũ deus perfectus & plenus sit? sed minor est in natura hoſs. Et sequit̃ post pauca. Nõ est ergo scdm diuinitatẽ minor,qui plenitudinẽ habet deitatis & glorię. Maior eñ & minor in his q̃ corporalia sunt,distingui solent.

Dico ergo ꝙ verbum dictum exponit Hilarius non secundum substantiam deitatis patris & filii: secundum illam enim semper sunt aequales: vt patet ex dictis Athanasii, Damasceni,& Ambrosii:sed solummodo secundum patris & filii proprietates: secundum quas subtiliter valde Hilarius ponit in patre maioritatem respectu filii: negat tamen minoritatem in filio respectu patris: cum dicitur libro.ix.de Trinitate,cap.xxviii. Maior pater est: sed filius minor non est.Et constat ꝙ minoritas non potest abnegari filio respectu patris secundum humanitatem. Semper enim minor est secundum illam.Dico ergo secundum Hilarium ꝙ pater est maior filio:sed filius non est minor patre.Sed ista maioritas in patre non procedit ex aliqua magnitudine,aut ex aliquo absoluto,quia eandem magnitudinem habent pater & filius qua pater est aequalis filio non maior: sed consistit in relatione: & est conditio quaedam circa relationem paternam. Eo enim pater est maior quo pater est,secundum Augustinum in Sermone quodam de Trinitate. Pater est principale nomen deitatis: & hoc quia pater principalitatem & auctoritatem quandam habet super filium:in eo videlicet ꝙ ab ipso habet filius esse: & quicquid in se habet. Vnde Hilarius exponens dictum suum praemissum ibidem dicit sic. Patrem maiorem in glorificandi auctoritate cognosce: glorificatum filium. Maior est pater: sed glorificatus a patre filius minor non est. Et loquitur de glorificatione aeterna claritate quā habuit filius a patre priusq̄ mundus fieret: vt ipse filius dicit Ioannis. xvii. Maior est ergo pater auctoritate glorificantis:sed minor non est filius glorificatus: quia tantam gloriam glorificatus a glorificante recepit, quantam ipse glorificans in se habuit: immo eandem. dicente Hilario ibidem.cap.xxvii. Donantis auctoritate pater maior est: maior donans est qui tantum donat esse quantus ipse est:sed minor non est cui vnum esse donatur:immo propter illud vnum esse aequalis est illi. Et bene verum est ꝙ minoritate quae pertinet ad relationem communem inaequalitatis:& est opposita aequalitati ex vnitate magnitudinis ipsius esse eiusdem in patre & filio: nequaq̄ filius minor est patre: sed nec econuerso maioritate quae cum minoritate dicta pertinet ad relationem communem inaequalitatis: & opponitur dictę aequalitati: pater est maior filio: quia haec maioritas non esset in patre super filium nisi ex magnitudine absoluta non existente tanta in filio quanta est in patre:qua filius necessario diceretur minor: & sic esset inaequalitas inter patrem & filium ex multo in magnitudine continente maius & minus: quae sigillatim accepta sunt contraria inter se: & ambo simul sunt opposita priuatiue aequali contingente ex vno in magnitudine. Vnde sicut impossibile est talem minoritatem quae pertinet ad relationem communem fundatam super quantitatem esse in filio: sic impossibile est talem maioritatem esse in patre: immo opposita aequalitas necessario & naturaliter inest eis. Si ergo concedendum est secundum Hilarium ꝙ pater sit maior filio: illa maioritas est alterius generis q̄ sit ista quę pertinet ad relationem communem. Quod verum est:quia non fundatur in quantitate communi patri & filio vt relatio per se: sed potius fundatur in relatione paternitatis vt illius conditio quae est primitas & principalitas quaedam in patre respectu filii: inquantum scilicet ab ipso habet esse filius, & non econuerso pater habet esse a filio. Quam principalitatem seu primitatem intelligit Hilarius in dictis suis nomine auctoritatis: quā includi significat siue importat nomen maioritatis. Vnde maioritate qua pater dicitur maior filio non ponitur aliquis gradus superior magnitudinis in patre super gradum magnitudinis quae est in filio:sed tantummodo ordo auctoritatis in producendo. Hinc dicit Damascenus libro primo cap.ix. Cum audimus maiorem filio patrem, causam intelligamus. Et sumit causam pro principio originis: vt seipsum quo ad hoc exponit parum ante, sic dicens. Non enim secundum aliud nisi secundum causam: hoc est quia filius ex patre genitus est: & non pater ex filio: & quoniam pater est causa filii naturaliter.Et sic est ista maioritas relatio propria patri,sicut est paternitas:non autem communis patri & filio: eo ꝙ auctoritas principalitatis siue primitatis vel principii filio non communicatur a patre:licet natura eadem vel magnitudo illi communicantur: sicut nec paternitas: immo per illam pater a filio distinguitur: sicut & per paternitatem:nec propria est patri vt pertinens est ad inaequalitatem:quia non habet in filio aliquam minoritatem pertinentem ad inaequalitatem sibi respondentem:sed est propria patri, pertinens ad rationem originandi actiue in ipso: sicut est imago aut aequatum & similatum esse, pertinens proprie ad rationem originandi passiuam existentem in filio: secundum superius exposita. Dico autem ꝙ ista maioritas in patre non habet aliquam minoritatem sibi oppositam & correspondentem in filio: quia neq̧ habet ipsam procedentem ex magnitudine minori existente in filio q̄ in patre: cum illa necessario sic

eadem & æqualis in vtroq;, sicut dictum est: neq; procedentem ex auctoritate minori existente in filio q̄ in patre respectu alicuius tertii: puta respectu alterius filii aut spiritus sancti aut creaturæ: vt ideo dici posset ꝙ magis produceret pater spiritum sanctum aut creaturam q̄ filius: & non esset æqualis potentia cum hoc in patre & filio: nec pater & filius essent æquales scdm huiusmodi potentiam. Et sic licet pater dicatur maior filio: non tamen filius dicitur R
minor patre: non solum quia pater donat tantum esse quantus ipse est, vt ex magnitudine quam recipit a patre non possit habere aliquam minoritatem filius respectu maioritatis ipsius patris: qđ Hilarius assignat pro causa: sed etiam quia pater nullo modo dat filio subauctoritatem aliquam seu partem aliquam auctoritatis suæ super aliquem filium producendum tum quia illam non posset filius habere nisi super seipsum filium: nec ad alium filium habet eam pater: quia non habent esse auctoritas & subauctoritas respectu eiusdem. Sic ergo licet pater dicatur maior auctoritate: filius tamen nunq̄ dicitur minor auctoritate. Et similiter respectu spiritus sancti pater & filius possunt dici communiter maiores & æqualiter maiores spiritu sancto: licet spiritus sanctus non dicatur minor: scdm eundem modum quo pater dicit maior filio: licet filius non dicatur minor auctoritate: aut filius nec æqualis, nec minor, nec maior dicit patre: quia nullum istorum natum est esse circa filium respectu patris: sed tm̄ negatio omnium illorum. Et per hunc modum licet in patre dicatur auctoritas esse: in filio tamen nullo modo dicenda est esse subauctoritas: quia auctoritas quæcunq; aut nullo modo est in filio: aut æqualis est in patre & filio. ¶Sed contra hoc qđ dicit Hilarius de Trinitate: ꝙ S
secundum deitatem pater est maior filio: sed non est filius minor: videtur esse illud quod dicit in libro de Synod. exponendo verbum Apostoli assumptum in argumento sic inquiens. Subiectio filii naturæ pietas est. Subiectio autem cæterorum: creationis infirmitas est. Constat autem ꝙ Christus dei filius secundum humanitatem assumptam de numero cæterorum est: & ad creationis infirmitatem pertinet. Subiectionem ergo illam filii quæ (vt dicit) est naturæ pietas, secundum deitatis proprietatem intelligit. Non est autem subiectio nisi minoritas quædam aut procedens ex minoritate: ergo & pater est maior filio: & filius est minor patre secundum id quod est in deitate. ¶Dico ꝙ maius & minus in patre & filio, dupliciter possunt intelligi. Vno modo vt relatiua inter se, scilicet vt pater secundum ꝙ est maior dicatur relatiue ad filium secundum ꝙ ipse est minor: & econuerso filius secundum ꝙ ipse est minor, dicatur relatiue ad patrem secundum ꝙ ille est maior: & neuter dicatur ad alterum maior aut minor secundum ꝙ ipse est pater aut filius. Quemadmodum vnum milii granum magnum dicitur relatiue ad aliud paruum, & non econuerso: non secundum ꝙ vtrunq; est milium: sed solum secundum ꝙ hoc est maius, illud vero minus. Alio vero modo vt neutrum dicitur relatiue ad alterum, scilicet vt nec pater dicatur relatiue ad filium nec econuerso secundum ꝙ ille est maior & iste minor: sed pater secundum ꝙ ipse est maior dicatur relatiue ad filium secundum ꝙ ipse filius est: & non secundum ꝙ ipse est minor: & filius secundum ꝙ ipse est minor, dicatur relatiue ad patrem secundum ꝙ etiam ipse est pater: & non secundum ꝙ ipse est maior. Si primo modo, tunc essent ma V
ius & minus relationes communes & partes inæqualitatis: sed sic nec aliquo modo pater dicitur maior respectu filii: nec filius minor respectu patris: vt patet ex iam dictis. Et hoc quia fundarentur super vnam magnitudinem singularem illis communem: eo ꝙ non fundantur nisi super magnitudinem existentem in illis: non est autem in illis magnitudo nisi vna. Q; autem super vnam magnitudinem existentem in illis fundentur: hoc est impossibile: dicente Ambrosio de Trinitate. Quod vnum est diuisibile non est. Inter maiorem autem minoremq; discretio est. Ergo nec pater minorem habet: nec minor est dei filius: cum in patre & filio nulla discretio deitatis sit: sed vna maiestas. Secundo autem modo sunt maius & minus non principales relationes: sed principalium relationum mutuarum non mutuę occasiones: paternitatis scilicet & filiationis. Maius enim conditio est auctoritatis circa relationem quæ est paternitas: quæ auctoritas nequaq̄ a patre communicatur filio: nec in toto nec in parte. Minus vero subiectionis conditio est circa relationem filiationis: quæ subiectio nullo modo conuenit patri. Et sicut maioritas auctoritatis nominat in solo patre respectu filii vt filius est facultatem naturalis potentiæ ad communicandum ei omnia sua præter ingenerationem & generationem actiuam: quemadmodum maioritas auctoritatis in prælatis nominat respectu subditorum facultatem potentiæ liberalis ad conferendum illis dona aliqua: sic etiam minoritas nominat in solo filio respectu patris pietatem naturalis reuerentiæ

quasi in gratiarum actionem pro sibi cõmunicatis a patre. Quemadmodum minoritas subiectionis in subditis nominat respectu prælati pietatem liberalis reuerentiæ ad regratiandũ prælato pro bonis receptis, præter hoc ꝙ nominat in illis gradus inferioritatem: qualis non est in filio dei respectu patris. Quæ quidẽ subiectio minoritatis infirmitas est in creaturis: sed illa in filio dei respectu patris non est nisi naturæ pietas scdm Hilariũ. Et ideo in creaturis subiectio & minoritas omnino indignitatis sunt atq; indigentię: & dicũtur in respectu ad maioritatem in prælato, & econuerso. In filio autem dei respectu patris omnino sunt dignitatis atq; perfectionis: & non dicuntur nec sunt in respectu ad maioritatem quæ est in patre, nec econuerso. Vt scdm hoc sicut dicitur pater maior filio vno modo, scilicet maioritate auctoritatis: non tamen filius dicitur minor patre, scilicet paruitate auctoritatis: quæ non esset nisi subauctoritas quędam dicta in respectu auctoritatis patris: & hoc in ordine ad aliud tertium: sicut sub auctoritas Balliui dicitur in respectu ad auctoritatem regis in iustitiando seu iudicando ciuẽ: quæ est in patre respectu filii: & diceretur non nisi in respectu minoris reuerentię quæ esset in filio respectu patris: sicut si in hominibus pater maiorem reuerentiã exhiberet filio suo, & ecõuerso filius minorem filio suo, prout loquitur in libro suo de trinitate Hilarius: sic filius vno modo potest dici minor patre, scilicet minoritate reuerentiæ vel pietatis qua filius in se naturaliter recognoscit bona paternæ auctoritatis, & qua illam reueretur: licet pater non dicatur maior filio, scilicet maioritate reuerentialis pietatis, prout loquitur Hilar. in libro de Synod. Si tamen vllo modo scdm filiationem in filio recipi posset minoritas aut subiectio respectu patris: sicut in patre scdm dictum modum recipitur maioritas & auctoritas respectu filii. Q; si sic: tunc scdm Hilarium, Pater dicitur maior filio: non tamen filius minor patre. Et scdm eundem in libro de Synod. sic filius dicitur minor patre: ꝙ tamen pater non dicatur maior filio. Dico maioritate & minoritate hincinde sibi correspondentibus vniuoce. Q; enim pater dicitur maior, & filius minor: maioritas & minoritas non correspondent sibi nisi per quandã æquiuocationem.

X Ad sextũ princip.

¶Ad Sextum, ꝙ vna persona superat alteram potestate: Dico ꝙ nomine potentiæ siue potestatis duo importantur, scilicet essentia & respectus. Attamen non dico significãtur: sed potius intelliguntur. Significat enim essentiam solam: sed solum sub ratione respectus: siue substantiam contractam ad relationem, scdm ꝙ superius est declaratum. Nũc autem scdm relationem (vt iam supra tactum est) nihil dicitur alteri æquale aut inæquale: sed solummodo scdm quantitatem siue scdm substantiam vel scdm substantiale attributum aliquod vt habet rationem quanti absoluti. Propter quod scdm potentiam vt habet vel importat rationem respectus, non sumitur æquale vel inæquale: sed solummodo scdm ꝙ habet rationem absoluti qđ est per se principium elicitiuum actionis. Nunc autem vt habet rationem absoluti, vna & eadem singularis potentia est in tribus personis: sicut vna & eadem substantia aut bonitas. Et ideo tres personæ æquales sunt scdm potentiam prout ipsa nominat substantiam: nec pater superat filium potestate: sed neq; æquales neq; inæquales sunt scdm potentiam prout nominat relationem: & hoc siue illam nominet in ordine ad actum notionalem: siue in ordine ad actum essentialem. Non tñ dicuntur æquales personæ ratione potẽtiæ vt ipsa nominat respectum: & est potentia ordinata ad actum essentialem: licet in illa vna persona aliam non superat: quia tali potentia æque omnipotens sunt tres personæ. Et hoc non nisi propter vnitatem substantiæ: quæ elicitiua est talium actuum. Ita ꝙ si respectu talium actuum nihil minus posset vna persona q̃ altera: hoc necessario argueret in eis diuersitatem. Ideo Augustinus contra Maximinũ, qui dicebat patrem esse potentiorem filio, dicit sic. Nihil minus patre habere potest ille qui dicit: Omnia quæ habet pater mea sunt. Nam si minus habet in potestate aliquid q̃ pater: non sunt ipsius omnia quæ habet pater. Secundum doctrinam tuam potens potentem potuit gignere: sed non omnipotens omnipotentem. Habet ergo pater omnipotentiam quam non habet filius: & sic hoc falsum est qđ ait filius: Omnia quæ habet pater mea sunt. Non etiam dicuntur personæ diuinæ inæquales ratione potentiæ vt nominat respectum: & est potentia ordinata ad actum notionalem: licet in illa vna aliam quoquo modo superet. Tali enim potentia non sunt æque potentes tres personæ: sed pater potestate actiua superat filium: & ambo spiritum sanctum: & econtra spiritus sanctus superat filium: & ambo patrem potentia passiua: prout procedit argumentum. Et hoc quia substantia diuina non secundum ꝙ est substantia simpliciter, est principium talium actuum: sed solummodo vt quasi determinata est sub proprietate personali secundum superius determinata. Et ideo ꝙ respectu talis actus vna persona aliam in potentia superat: nequaq̃ arguit in

eis diuerſitatem ſubſtantiæ:ſed proprietatum ſolummodo.Nec omnino arguit aliquam inęqualitatem in eis : quia inæqualitas non eſt niſi ſecundum pluralitatem abſolutorum tantummodo. Et ſecundum hoc licet aſpiciendo ad potentiam ratione potentiæ ſimpliciter quæ eſt principium actiuum, quæcunq; potentia eſt in vna perſonarum, eſt & in aliis, licet ad alium actum : & ſub alio reſpectu:aſpiciendo tamen ad reſpectum ſiue ordinem ad actum,potentia quæ eſt in vna perſona non eſt in alia:& aliqua potentia pertinet ad omnipotentiā patris quæ non pertinet ad omnipotentiam filii:prout hæc latius ſupra tractauimus. Vnde dicit Auguſtinus contra Maximinū. Forte dices,eo ipſo pater maior eſt filio:quia de nullo genitus genuerit.Ad qđ cito reſpōdendū. immo ideo non eſt maior pater filio quia ęqualem genuerit. Vbi cōtinuo innuit diſtinctionē iam dictā de potentia,& reſpōſionē iam datam ad argumētū, ſubdēs.Originis quęſtio hęc eſt, quis de quo:æqualitatis aūt qualis aut quantus ſit:nec cum dicitur filius a patre genitus, oſtenditur inęqualitas ſubſtantiæ,ſed ordo naturæ,non quo alter prior eſt altero:ſed quo alter eſt ex altero.Nō ergo ſecundum hoc ꝙ pater genuerit & filius non:ſed tantum genitus eſt:& ſpiritus ſanctus ꝓcedit ab vtroq; & nō econuerſo:æqualitas vel inæqualitas ibi exiſtit : quia non ſecūdū hoc aliqua perſona alii æqualis vel inæqualis dicitur aut nata eſt dici: licet pater dicatur ſecundum hoc aliquam potentiā habere quā non habet filius:& ambo aliquam quā non habet ſpiritus ſanctus:cū tamen non dicatur pater habere aliquam magnitudinem aut ſubſtātiam quā nō habet quælibet aliarum diuinarum perſonarum. Cuius ratio eſt ꝙ ſubſtantia & magnitudo quæ omnino abſolutum quid dicit,in diuinis plurificari non poteſt.Potentia autem non ſignificat niſi ſubſtātiam: licet non niſi ſub ratione reſpectus : & illum formaliter importat.Propter quod ſecundum illius plurificationem dicuntur potentiæ plurificari & diſtingui:& hoc ſecundum plurificationem & diſtinctionem actuum ad quos ſunt : licet potentiæ omnes in radice ſubſtantiæ diuinę vna & eadem potentia ſunt Et ideo tali potentia non eſt inconueniens vnam diuinam perſonam dici potentiorem eſſe altera:& hoc non niſi quia in ſe habet diuinam ſubſtantiam ſub aliqua determinata proprietate ordinata ad aliquem actum notionalem : non ſic autē perſona alia:puta pater ſub proprietate primitatis aut paternitatis ad actum generandi filium,vt propterea propter idem & eadem de cauſa dicatur pater maior filio:licet filius non dicatur minor patre:& pater dicatur potentior filio(potentia dico actiua)licet non dicatur filius impotentior patre ſiue minus potens q̄ pater:quia potentiam ad illum actum nullo modo habet.Qđ tamē non eſt impotentia in illo,ſed conditio qua non eſt natus illam habere,ſecundum ꝙ de hoc ſatis habitum eſt ſupra. Et ſic ſecūdum Hilariū cum pater dicatur maior filio:maioritas illa includit maioritatem & auctoritatem & poteſtatem.Et ſic illa poteſtas in qua eſt maior pater,pertinet ad omnipotentiam illam quę eſt ſolius patris,vt ſuperius determinatum eſt:quę ſcilicet includit omnipotentiam quā habet filius cū potentia ad actum generandi,in qua filius cum patre non communicat.Propter quod magis ꝓprie dicitur ꝙ illa potentia pertinet ad omnipotentiam vt quæ eſt ſolius patris: q̄ dicatur ꝙ ꝑtinet ad omnipotentiam quę eſt ſolius patris,ne intelligatur poni ꝙ alia ſit omnipotentia patris q̄ filii.Vnde licet vt iam dictum eſt ſecundum Auguſtinū,Pater non habet omnipotentiam quā non habet filius:aliquam tamen potentiam habet pater contentam in omnipotentia vt omnipotētia ſua eſt, quā nō habet filius in illa vt ſua eſt. Vnde quod dicit filius,Omnia quę habet pater mea ſunt:hoc ſolummodo intelligitur de illis quæ inſunt deo ratione ſubſtantiæ ſimpliciter:& quę pater gignendo dedit filio:puta ſubſtantialia:ſed non ſuam proprietatem generandi aut aliquid ſibi proprium notionale. Hinc dicit Auguſti. contra Maximinum. Fateamur & nos filium accepiſſe poteſtatem ab illo de quo natus eſt:patri vero potētiā nullus dedit:quia nullus eum genuit:& gignendo dedit potentiam filio:ſicut omnia quę habet in ſubſtantia ſua gignendo dedit ei quem genuit de ſubſtantia ſua.Qđ dicit Sicut omnia quę habet in ſubſtātia ſua, intellige ſubſtantialiter:quia pater relatiue habet & fundamentaliter in ſubſtantia ſua proprietatem generādi actiue,quā nullus ei dedit ſicut nec aliquod ſubſtantialium,& quam etiā nec gignendo filio dedit. Vnde potentia quā dedit filio non eſt niſi potentia cōmunis notionalis,ſcilicet ſpirādi actiue aut potentia eſſentialis aliqua.¶Ad ſeptimum ꝙ nulla perſonarum diuinarum ſit ęqualis alteri: quia quælibet illarum habet proprietatem pertinentem ad dignitatem quā non habet altera: Dico ꝙ dignitas ſubſtātiale quid & abſolutum eſt in diuinis:& pertinet ad eſſentiā diuinam:& non ad relationem:ſicut nec æqualitas niſi quatenus fundatur in eſſentia : & realitatem eſſentię in ſe continet.Quę quia vnica eſt,& vnicam realitatem ab illa ſortiuntur omēs relationes quę ſunt in diuinis:idcirco omnes ſunt vna dignitas licet ſint plures relatiōes. Et ſic illa eadem dignitas quę in patre eſt paternitas:in filio eſt filiatio,propter quod qcqd dignitatis habet pater,habet filius:& Y Ad ſeptimū

sunt eque digni:nō per recōpensationē dicendo ꝙ etsi pater habet dignitatē q̄ est paternitas quā non habet filius,filius tñ equalē dignitatē habet que est filiatio quā nō habet pater:quasi alia esset dignitas in patre paternitas,& alia in filio filiatio: sed eque digni sunt pater & filius & etiā spiritus sctūs cum illis,per eiusdem scilicet dignitatis impartibilis cōmunionem.Sic ergo quicquid dignitatis habet pater in paternitate, habet & filius in filiatione.Et si forte aliquid dignitatis pertinet ad relationem vnde relatio est:illam equalem habent:& secundum illam aequales sunt per recompensationem.tantūdem enim dignitatis habet filiatio vnde relatio est,quantum habet paternitas vnde etiā similiter relatio est.Et propterea licet relatio vnde relatio,aliquid dignitatis importaret in vna persona qd non esset in alia:de hoc nihil ad equalitatem vel inequalitatē: quia vt dictum est,non sunt natę in relatione fundari.

Z Ad octauū. ¶Ad octauum,ꝙ in diuinis sunt proportiōes inequalitatis inter quinq̧ notiones & tres psonas:ergo nō omnimoda equalitas:Dico ꝙ numerus in diuinis atq̧ vnitates ex quibus constituitur, ad quātitatem absolutam scdm predicta non pertinēt eo ꝙ numerus ille non est nisi relatio tantū & relatorum secundū relationes:quantitas autem ad quam sequitur equale aut inaequale secundū predicta nō est nisi de absolutis.Et sic sicut secundū relationes relata in diuinis non dicūtur aequalia aut inequalia,vt dictum est: sic nec ipsę relatiōes vt relationes sunt inter se cōparatę,aequales aut inequales dici possunt:quia non sunt aliquid magnum etiam virtute proportionale quantitati continuę secundū modum superius expositū: neq̧ etiam quid multum etiam virtute in diuinis proportionale quantitati discretę:quae in creaturis est multum quid consistens in absolutis:quae non cadit oīno in diuinis.Quia quantum non est nisi collectum ex pluribus absolutis vnitatibus plus aliquid absoluti continens in toto q̄ in parte:siue fuerit numerus Mathematicus:quia ille non abstrahit a materia intelligibilis: siue fuerit naturalis:quia ille procedit non nisi ex diuisione continui:siue Metaphysicus, qui est formarum substātialium,& omniū entium in eo ꝙ sunt entia aliqua in suo genere : & sic habet rationē substantię:licet non sint verae substantię.Vnde sicut vna relatio non est maius aut minus q̄ alia aut equale illi per priuationem eius qđ est maius aut minus,nec oēs sunt maius aut minus q̄ vna aut aequale illi: sic nec vna relatio est plus aut minus q̄ altera : aut aequale illi per priuationem eius qđ est plus & minus:nec omnes relationes simul sunt plus aut minus q̄ vna:aut equale illi.Dico prout plus & minus aut aequale eis oppositum sunt accidentia numeri proprie dicti: qui semper aliquid re absolutum ponit in suis vnitatibus.Sed si dicatur esse plus & minus in relationib⁹ aut relatis secundum rationes:hoc est equiuoce cum illis plus & minus que sunt in vere numeris:sicut numerus dicitur equiuoce de numero in relationibus: & de vero numero. Vnde si dicamus ꝙ in diuinis quinq̧ notiones sunt plus q̄ tres personae: & ita inaequales illis: & ꝙ tres proprietates personales sunt aequales tribus personis:equiuocantur inaequalitas & equalitas respectu equalitatis & inequalitatis de quibus est questio:& que sunt relationes communes.Et sic quātitas spiritualis in diuinis super quā fundatur aut nata est fundari aliqua relatio communis,solummodo accipitur proportionaliter duabus quantitatibus continuis in creaturis:que sunt magnitudo & tempus:vt sunt immensitas & eternitas in diuinis,sicut superius expositum est.

Ar.LXXI.

Equitur Artic.LXXI.de similitudine.Circa quam querunt quatuor.

Quorum primum est:vtrum similitudo sit in diuinis.

Secundum:vtrum plena perfecta & omnimoda similitudo sit in diuinis.

Tertium est:vtrum similitudo & aequalitas vniformiter habeant esse in diuinis.

Quartum: vtrum similitudo vniformiter habeat esse in diuinis personis.

A Quest.I. Arg.i.

Irca primum arguitur ꝙ non sit ponendum similitudinem esse in diuinis,primo sic.relatio propria vni personae in diuinis non potest esse communis: quia proprium & commune semper ex opposito distinguuntur.Similitudo est relatio propria personę filii ad patrem:quia secundum Hilari.in precedenti quaestione,filius est patris similitudo:& secundum Augu.lxxxiii.questio.q.lxxviii. Filius imago patris est:quia illo & similitudo de eo quo imago est.& questi.li. dicit Imago & similitudo filius dicitur,ad imaginem & similitudinem hominem factum accipi-

mus. Constat autem secundum prędeterminata, ꝙ imago est relatio propria filio. ergo &c. ¶ Secū- 2
do sic. similitudo sequitur qualitatem secundum superius determinata. sed in diuinis non est qua-
litas: quia non substantialis qualitas: quia nulla est qualitas substantialis nisi differentia substātia-
lis. ratio autem differentię substantialis non est in deo: quia illa non est sine ratione generis: & il-
lud in deo simul esse non potest: quia necessario ponit aliquam compositionem: quę nō potest esse
in deo secundum superius determinata. Si autem substantialis differentia aut ratio eius non ha-
beat esse in deo, multo ergo minus in deo habet esse differentia accidentalis aut ratio eius: quia p̄- 3
dicamentum substantię verius habet esse in diuinis q̄ aliquod aliorum. quia in diuinis omnia inci-
dunt in prædicamentū substantię secundum superius determinata: & non est qualitas aut ratio
qualitatis nisi substantialis aut accidentalis. ergo &c. ¶ Sed dicet aliquis: ꝙ licet qualitas secundū
rationem generis non sit in deo &c. secundum modum quo argutum & responsum est supra in
primo argumento primæ quæstionis de æqualitate. Potest & hic adduci ad quæstionem istam
de similitudine tertium argumentum adductum supra ad primam quæstionem de ęqualitate: &
similiter. vi. Et eodem modo soluenda sunt ex parte qualitatis, quo ibi soluta sunt ex parte quan-
titatis. ¶ Contra est illud in *Symbolo Athanasii. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.* In oppositū.
Sed non sunt tale & quale sine similitudine, ergo &c.

¶ Dico iuxta illa quæ dicta sunt supra de æqualitate, scilicet in quæstione an sit B
in diuinis æqualitas: ꝙ clarum est dissimilitudinem quæ est secundum magis & minus in quali- Responsio.
tate, nullo modo posse esse in diuinis: & hoc ideo, quia scilicet in diuinis non est nisi vna æquali-
tas numero in pluribus personis, quę est secundum ipsa diuina essentia. Deus enim non est bonus
nisi bonitate quæ ipse est: quia ip̄e est sua bonitas. Dissimile autem secundum magis & minus nō
potest esse vbi est tantum vna qualitas numero, sicut neq; inæquale secundum maius & minus:
quia non est magis & minus in quali sine maius & minus in ipsa qualitate, prout alias determina-
uimus in quadam quæstione de Quolibet, de causa suscipiendi magis & minus. Propter quod
etiam relatio communis dissimilitudinis vniformiter se habet in accidentibus recipientibus ma-
gis & minus in creaturis cum relatione communi inæqualitatis secundum quantitatem virtu-
tis: & similitudo cum æqualitate: & non potest esse æquale quantitati virtutis secundum qualita-
tis essentiam, quin sit simile in participatione eius in subiecto: licet non econuerso. Licet enim qua-
le esse simile quali, cum tamen non sit qualitas æqualis qualitati: & vnum quale æquale alteri in
essentia qualitatis. Et hoc quia in creaturis participantia eandem quantitatem in diuersis gradi-
bus, sunt similia, non autem æqualia. In diuinis autem vbi non est nisi vna qualitas in tribus per-
sonis, ipsa nequaq̄ potest esse inæqualis sibi in vna persona, secundū eā quantitate virtutis potest
esse inæqualis alteri. Sed etsi non sit dissimilitudo in diuinis: non ex hoc statim sequitur ꝙ in il-
lis sit similitudo, si forte neutrum illorum natum esset inesse: alias autem sequitur necessario si nō
insit dissimilitudo ꝙ insit similitudo, sic ꝙ non possit non inesse. Quare cum secundum superius
determinata, similitudo per se sequatur vnitatem in qualitate, non est autē maior vnitas in qua- C
litate, q̄ sit in illa quę est vna & singularis: igitur postq̄ non est similitudo alicuius ad seipsum, sed
solūmodo alicuius ad alterum secundum prædeterminata: in quacunq; igitur natura siue creata
siue increata est reperire vnam qualitatē singularē numero in diuersis (Dico autē diuersis non se-
cundum rationem tantum: sed secundū rem) in illa est necessarium reperire similitudinem. Ma-
teriali enim definitione similitudo est rerum differentium eadem qualitas: in pluribus autem dif-
ferentiis non quocunq; modo sed tantummodo secundum rem ad vnum in qualitate necessario
sequitur simile, puta in creaturis in diuersis re absoluta, in diuinis autem in diuersis re relationis
personalis. In quo difformiter sunt in diuinis & æqualitas & similitudo: quia æqualitas est inter
personas: & inter attributa sibi inuicem comparata vt tactum est superius. Similitudo autem nō
est nisi inter diuinas personas: similes enim sunt pater & filius & spiritus sanctus, vt probat vlti-
ma ratio. Non autem similis est deitas deitati, aut bonitas veritati, nec quodcunq; aliorum alteri,
vt patebit ex infra declarandis quæstione tertia sequente. Sic ergo concedendum est ꝙ similitudo
ponenda est in diuinis.

¶ Quod ergo arguitur primo in contrarium, ꝙ in diuinis non est ponenda simi- D
litudo, quæ est relatio communis: quia ipsa est propria vni personæ: Dico ꝙ non est verum nisi Ad pri. prin.

æquiuoce sumendo similitudinem: quia similitudo vt est propria filio ad imaginem pertinet: & ad secundū genus relatiōis: ita ꝙ si in filio sit similitudo quæ est relatio propria: & quę est relatio communis simul, hoc est multum diuersimode, sicut patet ex supra declaratis. ¶Ad secundum ꝙ in diuinis non est similitudo: quia non est in eis qualitas: respondendum est secundum modū quo responsum est superius in solutione primi argumenti primę quæstionis de æqualitate: & ad argumenta. Sed distinguendum est hic respondendo ad argumentum principale hic inductum de qualitate secundum rationem generis, & secūdum rationem speciei. Est enim qualitas simplex scilicet essentialis & spiritualis, extendendo nomen qualitatis ad proprie vsitatam qualitatem in creaturis: vbi est forma vere afficiens subiectum corporaliter: & ad omne habēs rationem formæ afficiens subiectū etiam spiritualiter: sicut extenditur quantitas ad quantitatem vsitatam in creaturis, vbi est quantitas mensurans extensione molis: & ad omne habens rationem mensurę extendentis: licet spiritualiter. Loquendo ergo de qualitate corporali dico ꝙ nulla est in diuinis secundum aliquam quatuor specierum qualitatis. Loquendo autem de qualitate spirituali illa bene est in diuinis. Secundum primam enim speciem qualitatis deus dicitur bonus, sapiens: penes quartā dicitur pulcher, speciosus, decorus: penes secundam autem & tertiam speciem qualitatis nulla omnino reperitur denominatio in deo. ¶Quod ergo subditur in argumento ad probandum ꝙ in diuinis non sit qualitas: quia nec substantialis, nec rationem illius habens: quare multo forti⁹ nec accidentalis: aut habens rationem illius: Dico ꝙ re vera qualitas substantialis aut habens rationē illius non est in diuinis: quia vt procedit argumentum, qualitas substantialis non est nisi differētia quæ coniungitur generi ad constitutionē speciei. Propter qđ respectu indiuidui qđ est hoc aliquid, species dicitur quale quid. Quid enim dicitur propter genus qđ prædicatur in eo qđ quid: Quale autē propter differētiā quę prędicatur in eo qđ quale: super quā fundatur similitudo substantialis indiuiduorum sub eadem specie. Quæ cum eadem dicuntur & similia: Petrus enim est idem Paulo & similis: idem tamē dicitur ratiōe totius formę speciei vt est aliquid indiuidui: similis autem dicitur non nisi ratione differentiæ quæ aliquid est ipsius speciei. Differentia autem ratione differentiæ nequaꝗ̄ potest cadere in diuinis: quia differentia non dicit nisi rationem formæ contingentis in composito: & quæ est aliquid compositi: & vt aliquid compositi est. Deo autem omnis ratio compositi & compositionis repugnat. Per quem etiam modum ei repugnat ratio generis in quocunqꝫ prædicamento. Propter qđ licet supposita creata secundum eandem speciei formam dicantur eadem & similia: sed diuersimode, vt iam dictum est: tamen supposita diuina secundum eandem deitatis formam solum dicuntur eadem: nequaꝗ̄ autem dicuntur similia: quia forma deitatis nequaꝗ̄ habet rationem qualitatis neqꝫ substantialis, neqꝫ accidentalis. qa non includit in se rationem differentię: sicut includit humanitas. ¶Est ergo aduertendum ꝙ genus respectu speciei duplicem habet considerationem. Vnam, vt est totum respectu ipsius: & continet in se omnes differentias substantiales quibus diuidi potest virtute, licet actu nullam, vt dicit Porphyrius. Aliā vero vt est pars constitutiua ipsius cū differentia: & distinguit̃ ex opposito cōtra differentiam: & differentia est omnino extra significationem generis & econuerso: & idcirco nec genus prędicatur de differentia nec econuerso. quia si genus secundū talem considerationem prędicaretur de differētia, vnus homo esset plura animalia: vt dicit philosophus. Cōsiderādo aūt genus secundum talem modum, dico ꝙ nec ratio generis sicut nec ratio differentię transfertur ad diuina omnino. Et secundum hoc potest intelligi dictū illud Aug. Deus est sine quantitate magnus, sine qualitate bonus. Et consimili modo pōt dici ꝙ est sine substātia deus. Cōsiderando autē genus primo modo dixi supra ꝙ in deo non cadit ratio speciei alicuius prædicamenti absqꝫ ratione generis: licet alia expositio illius dicti August. assignata sit supra quæstione prima de ęqualitate in fine solutionis primi argumenti. Qualitas autem accidentalis licet nulla sit in diuinis: quia in deo nullum cadit accidens omnino: eo ꝙ ratio accidentis vt accidens est simpliciter magnā imperfectionem importat: quę secundum superius determinata omnino a diuinis remouēda est: est tamen in diuinis ratio qualitatis accidentalis nō qua est accidens simpliciter: quia illa vt dictū est omnino repugnat deo: sed qua est tale accidens, scilicet secundum propriam rationem speciei talis accidentis: & hoc ideo: quia ratio speciei in quibusdam speciebus prędicamentorum accidentis importat rationem perfectionis simpliciter, quæ necessario in deo inuenitur, & ad diuina transferenda est vt superius est determinatum. ¶Quod autem arguitur contra hoc: ꝙ multo fortius in deo recipitur ratio substantię ꝗ̄ accidentis: Dico ꝙ verum est quo ad rationem generis prędi

camenti ſubſtantiæ & accidentis: prout procedit argumentum. Tamen quo ad rationem contentorum ſub prædicamento ſubſtantiæ & accidentis multo magis recipitur in diuinis ratio accidentis q̃ ſubſtantię:puta ratio magnitudinis & bonitatis quæ a ſpeciebus prædicamentorũ accidentis tracta ſunt:q̃ ratio alicuius ſpeciei de prędicamento ſubſtantiæ.Et per hunc modum ratio qualitatis accidentalis bene habet recipi & eſſe in diuinis:licet non ratio qualitatis ſubſtantialis. Et ſic patet ꝙ contrario modo fit tranſlatio ad diuina ex prædicamẽtis accidentium,& ex prędicamento ſubſtantię.Quia ex prædicamentis accidentium fit tranſlatio per ſe ratione ſpecierum non generum.Propter qđ dicit Augu.deum eſſe ſine quantitate magnum, ſine qualitate bonũ. Ex prędicamento autem ſubſtantię fit tranſlatio ratione generis,& nequaq̃ ratione alicuius ſpecierum illius.vt propter hoc bene poſſimus dicere ꝙ deus eſt ſine humanitate ſubſtantia,ecõtrario eius qđ dicimus ꝙ eſt ſine qualitate bonus.Vnde bonitas & virtus ſecundum q̃ deus dicitur bonus & virtuoſus,eſt bonitas accepta a ratiõe bonitatis & virtutis moralis : non autem a ratiõe bonitatis & virtutis naturalis,quæ conſiſtit in ſubſtantiali ſiue eſſentiali perfectione cuiuſq; rei: prout eſt expoſitum in ſolutione tertii argumenti in prima quęſtione de ęqualitate.

Irca ſecundum arguitur ꝙ in diuinis non ſit plena perfecta & omnimoda ſimilitudo:Primo ſic.Non eſt plena perfecta & omnimoda ſimilitudo in aliquibus niſi ſit in omnibus illis comparatis inter ſe:puta in.x.hominibus niſi ſit in ſingulis comparatis ad ſingulos.ſed non eſt ſimilitudo in omnibus quę ſunt in diuinis comparatis inter ſe.Non enim eſt ſimilitudo deitatis ad bonitatem:neq; bonitatis ad veritatem:neq; paternitatis ad filiationem:& ſic de cęteris talibus.ergo &c.❡Secundo ſic. Non eſt plena perfecta & omnimoda ſimilitudo in aliquibus qua aliqua maior eſt in aliis:aut nata eſt eſſe.Sed maior eſt aut nata eſt eſſe ſimilitudo in perſonis creatis comparatis inter ſe q̃ in perſonis diuinis.ſed perſonę creatę ſemper ſimiles ſunt ſecundum rationem formę ſubſtantialis:& ſunt aut natę ſunt eſſe ſimiles ſecundum rationem formæ accidentalis:puta Petrus & Paulus ſunt ſimiles ſecundum humanitatem:& ſimiles nati ſunt eſſe ſecundum bonitatem & ſapientiam.perſonę autem diuinę puta pater & filius ſolummodo ſunt & natę ſunt eſſe ſimiles ſecundum rationem formæ accidentalis:non autẽ ſecundum rationem formę ſubſtantialis.Non enim dicimus ꝙ ſunt ſimiles deitate:ſed ſolummodo bonitate:ſapientia:& huiuſmodi:ergo &c.❡Ad idẽ tertio poſſet adduci ratio quarta adducta in ſecunda quęſtiõe de ęqualitate,conſimilis iſti quęſtioni.ſicut enim inæqualitas eſt de ratione perfectionis creaturę:ſic & diſſimilitudo.❡In contrarium eſt argumentum adductum ad contrariam partem in dicta quæſtione.❡Preterea ſimilitudo ſecundum eandem qualitatem numero neceſſario eſt omnimode plena & perfecta:quia nullo modo & in nullo poteſt habere defectum ſimilitudinis.ſimilitudo in diuinis eſt huiuſmodi:ſecundum prędeterminata.ergo &c.

H Queſt.II. Arg.i. | 2 | 3 | In oppo.pri. | 2

❡Dico iuxta dicta in principio ſolutionis ſecundę quęſtionis de æqualitate prę miſſę:ꝙ illa plene perfecte & omnimode ſunt ſimilia quę ſunt ſimilia quo ad omnia exiſtentia & nata exiſtere ſimilia in eis:& ſimiliter ſecundum omnia exiſtentia & nata exiſtere ſimilia in eis ſecundum quę nata ſunt exiſtentia in eis eſſe ſimilia:& ſecundum quę tantum ſunt ſimilia quę eis nata ſunt eſſe ſimilia,quãtum ſecundum illa nata ſunt aliqua eſſe ſimilia. Quare cũ ſecundũ ſuperius determinata, quęcunq; ſunt ſimilia ſolum ſunt ſimilia ſecundum qualitatem exiſtentem in eis:ſecundũ omnem autem qualitatem exiſtentem in diuinis quęcũq; in diuinis nata ſunt eſſe ſimilia ſecundum illa ſunt ſimilia,& tantũ ſimilia quãtum ſecũdum qualitatem aliqua nata ſunt eſſe ſimilia:neceſſarium eſt igitur ponere ꝙ in diuinis ſit pfecta plena & omnimoda & ſic ſumma ſimilitudo. vt declarat dictum Aug.inductum in primo argumento propoſito ad hoc ex quęſtione ſecunda de ęqualitate.Cuius cauſa & ratio eſt eadem qualitas ſingularis in ſimilibus,vt procedit argumentum ſecundum.

I Reſponſio.

❡Quod arguitur primo in contrarium,ꝙ non eſt plena perfecta & omnimoda ſimilitudo in diuinis: quia nõ eſt ſimilitudo in omnibus quæ ſunt in diuinis comparatis inter ſe: Dico ꝙ omnino ſimilitudo eſt in omnibus exiſtentibus vel natis exiſtere in diuinis in quibus nata eſt exiſtere ſimilitudo:quę ſunt illa ſolummodo in quibus nata eſt exiſtere qualitas ſpiritualis, ſecundũ quã nata eſt exiſtere ſimilitudo in diuinis:cuiuſmodi ſunt pſonę tantũmodo.Bonitas enĩ & ſapientia,fortitudo,poteſtas,pulchritudo, & decor,& huiuſmodi quæ ſunt diuinæ qualitates,

K Ad pri.prin.

solummodo habent esse in personis ipsas denominando quales:quęlibet enim diuinarum persona rum bona est & sapiens & cętera hmői:non autem in eis quae sunt aliquid personae vel personarű Nõ enim dicimus ꝓprie ꝙ deitas,paternitas,filiatio & cęterorum aliqd est sapiens:fortis, & cętera huiusmodi:nec ꝙ sapientia est bona,fortis & caetera hmői.& sic de caeteris talibus. Dico autẽ ꝙ nõ proprie dicimus in diuinis ꝙ sapientia est bona aut magnitudo aut aliquod taliű: & hoc inquantum illa bonitas nominat qualitatem.Sed bonitas inquãtum nominat id qđ pertinet ad rationẽ perfectionalem in essentia deitatis, nominat omnia quae sunt in diuinis,scilicet ꝓut bonitas est nomen bonitatis naturae:non moris.Dicitur enim bene ꝙ deitas est bona:ꝙ sapientia est bona:& sic de omnibus quae sunt in diuinis:sicut dicitur de omnibus quę sunt ens bonum, cum verű & ens in vnoquoque conuertuntur:non sic autem bonum qđ habet rationem moris,dicitur de omnibus quae sunt in diuinis.Similiter verum & ens & bonum conuertuntur:nõ autem verum quod habet rationem moris.& sic de pulchro,& cęteris huiusmodi : siquae sunt in diuinis alia,secundum quae aliqua in diuinis non sunt nata dici similia vno modo:& secundum quę aliqua nata sunt dici similia alio modo.Licet ergo non sit similitudo in talibus attributis comparatis inter se postq̃ non est nata inesse illis qualitas,secundű quam solam nata sunt dici similia quęcunque sunt similia, aut nata sunt esse similia in diuinis, hoc in nullo impedit perfectã similitudinem esse in diuinis: postq̃ perfecta similitudo in diuinis est in illis quibus inest qualitas: secundű quam nata sunt aliqua dici similia in diuinis:vt sunt solę personę,prout declarabitur in quarta quaestione sequenti.

L Ad secundű ¶Ad secűdum ꝙ nõ est plena perfecta & omnimoda similitudo in diuinis : qa maior nata est esse similitudo in personis creatis inter se q̃ in diuinis:dico ꝙ falsum est & impossibile, quia in personis creatis diuersis nullo modo possibile est esse eandem qualitatem numero: sicut est in personis diuinis:& quanto est maior vnitas in eo secundum ꝙ est similitudo ęqualitas aut identitas,tãto similitudo ęqualitas aut idẽtitas est maior. Põt tñ esse verű ꝙ scđm plura sunt similes ꝑsonę creatę q̃ increatę, vt ꝓcedit vlterius obiectio.Personę em̃ diuinę secűdű rationẽ formę substãtialis,puta deitatis,non dicuntur similes:sed solummodo secundum rationem formę quasi accidẽtalis:puta bonitatis,sapientię,& huiusmodi.Personę vero creatę secűdum rationem vtriusque formę dicűtur similes propter causam iam dictam in solutione secundi argumenti quaestionis praecedentis. Sed non sequitur,si aliqua secundum plura sunt similia q̃ alia,quę quidem similia non sunt nata esse similia secundum tot:tamen eo vno quo sunt similia perfectius sunt similia, q̃ alia aliqua eorum quibus similantur,sunt similia: ꝙ illa quae secűdum plura sunt similia magis sunt similia q̃ illa sunt similia quae similia sunt secundum vnicum tantum .

M Ad tertium ¶Ad tertium ꝙ non est omnimoda similitudo in diuinis, quia in ipsis est aliqua dissimilitudo : dico ꝙ falsum est . Ad probationem autem eius ꝙ dissimilitudo est de ratione perfectionis simpliciter in creaturis:Dico ꝙ hoc similiter falsum est.Ad probationem autem illius ꝙ si non esset dissimilitudo in creaturis nõ esset perfectio in illis: Dico ꝙ etsi hoc verű sit:tamen non sequitur ex hoc ꝙ dissimilitudo habeat rationem perfectionis simpliciter : quia hoc in creaturis contingit propter creaturae imperfectionem:vt dictum est supra de inaequalitate.Quia em̃ vna creatura secűdum speciem quae omnimodam similitudinem haberet in suis suppositis,capere non potest totam perfectionem quę nata est esse in toto genere creaturarum,ideo oportuit ad perfectionem vniuersi ex creaturis cõstituti dissimiles secundum qualitates rationales & accidentales institui creaturas quę in se habere possent diuersos gradus perfectionum.Nunc autem quęlibet diuina persona totam perfectionem quę nata est esse in diuinis,in se capere potest. Propter qđ ad perfectionẽ diuinarum personarum pertinet ꝙ in eis sit perfecta similitudo absque omni dissimilitudine.

N Quęst.III. Arg.i.

Irca tertium arguitur ꝙ similitudo & aequalitas vniformiter penitus habent esse in diuinis , primo sic . Sicut se habent in diuinis fundamenta inter se, sic & relationes fundatae in illis.quia quicquid cõuenit relationibus trahitur a fundamentis.fundamenta relationum quae sunt aequalitas & similitudo, scilicet quantitas & qualitas , vniformiter habent esse in diuinis : quia ambo sunt attributa essentialia solummodo propriis rationibus inter se & ab aliis

2 distincta secundum superius determinata.ergo &c.¶Secundo sic.sicut se habent quantű & quale in denominando secundum se & absolute illa quorum sunt quantitas & qualitas: sic se habent aequalitas & similitudo in denominando eadem in ordine siue respectu & comparatiõe ad aliud: quia secundum eadem,scilicet secundum quantitatem & qualitatem,denominantur primo quã

ta & qualia:secundo æqualia & similia. Sed quantum & quale vniformiter denominant in diuinis illa quorum sunt quantitas & qualitas:q̄a sicut a quantitate denominatur aliquid quantum sic & a qualitate quale.ergo &c. ¶In contrarium est ꝙ æqualitas consequitur omnia quæ sunt in diuinis.quælibet eñ duo existētia in diuinis siue sint absoluta siue respectiua siue differāt re siue sola ratione:æqualia dicuntur. Similitudo autem in diuinis non sequitur nisi personas. solę enim personę diuinę inter se similes dicuntur,secundum ꝙ patet ex iam supra dictis.ergo &c. In oppositū.

¶Dico ꝙ quęstio ista si intelligatur de ęqualitate & similitudine vt comparātur secundum vniformitatem inter se:non in ordine ad fundamenta relata:sic determinata est supra in quęstione prima de relationibus cōmunibus vt habēt esse in diuinis in generali. Si autē vt cōparantur ad fundamenta:sic determinata est supra in quæstione secunda de relationibus communibus in comparatione ad sua principia fundamentalia. Si autem intelligatur quæstio vt æqualitas & similitudo comparantur ad diuinas personas relatas per illas specialiter:sic determinata est supra in quæstione secunda de relationibus communibus vt habent esse in diuinis in generali. Vnde nullo dictorum trium modorum quæstio proposita intelligenda est. Sed intelligēda est generaliter in similitudine & æqualitate vt comparantur generaliter ad relata per illas:siue sint personæ diuinæ:siue quælibet alia existentia in diuinis. Et cum vt patet ex dictis in præcedenti quęstione,æqualia dicuntur quęcunq; sunt in diuinis siue personę siue relationes siue attributa siue existentia comparata inter se:non autem similia dicūtur nisi sole personę:idcirco licet quo ad plurima in diuinis æqualitas & similitudo conformitatem habeant,vt quæ dicuntur de vno conformiter intelligi possint de altero:vt etiam propterea doctores q̄plurima loquātur de ęqualitate in diuinis, & perpauca de similitudine,dantes illa quæ dicuntur de æqualitate conformiter intelligi & de similitudine: tamen difformitatem habent quo ad hoc ꝙ plura in diuinis dicunť ęqualia quæ non dicūtur esse similia:sed quæcunq; dicuntur esse similia,etiam dicuntur ęqualia. Causa autem & ratio huius difformitatis quo ad relata inter æqualitatem & similitudinem ex parte æqualitatis,est ꝙ quantitas illa supra quā fundatur æqualitas, puta magnitudo, per se & primo est mensura substantię siue essentię rei:& immediate insistens eidem:& secundo est mensura oīm quæ insunt illi mediāte substantia:vt patet in magnitudine corporali, quæ non solum est mensura substantię primo & per se denominans substantiam qualem, seu suppositum habens in se huiusmodi substantiam extensam corporaliter, sed etiam omnium accidentium essentialiter existētium in illa seu in illo:puta coloris & etiam suiipsius. Non solum enim corporali magnitudine dicitur corpus seu suppositum corporeum magnum & extensum corporaliter in longum aut latum: sed etiam color & ipsa magnitudo:& vlterius per consequens non solum corpus dicič corporaliter magnitudine molis æquale alteri : sed etiam albedo existens in vno corpore etiam dicitur æqualis albedini existenti in alio corpore:& vna magnitudo dicitur æqualis alteri. Sic igitur & in spiritualibus magnitudo spiritualis non solum est mensura denominans substantiā spiritualem seu suppositum habens in se huiusmodi substantiam extensam spiritualiter primo & ꝑ se: sed etiam omnium aliorum quasi accidentium spiritualium existentium in illa seu in illo. Nō solum enim spirituali magnitudine dicitur deitas magna seu immensa & extensa spiritualiter,seu suppositum habens illam in se dicitur magnum & immensum & extensum spiritualiter: sed etiā bonitas sapientia veritas & cætera in eo existentia,vt dictum est:& ipsa magnitudo siue immensitas. Et per consequēs etiam vlterius non solum dicitur vnum suppositum in deitate subsistens esse æquale alteri:aut secundum Semiarrianos deitas vna alteri deitati: sed & bonitas dicič ęqualis deitati & sapientię & veritati,& cętera omnia cæteris. Sed vna magnitudo spiritualis in creaturis dicitur æqualis alteri non autem in diuinis:& hoc quia in eis non est nisi vna magnitudo. Causa autem & ratio huius difformitatis quo ad relata inter æqualitatem & similitudinem ex parte qualitatis est ꝙ qualitas supra quā in diuinis fundatur similitudo:puta bonitas,nō est vllo modo forma aliquid afficiens in diuinis,aut denominans aliud q̄ suppositum cuius est primo per se:non per aliquid existens in illo nisi per intellectum & voluntatem quo ad bonitatem & sapientiam. Solum eñ in diuinis dicitur suppositum bonum aut sapiens aut aliquid huiusmodi: puta pater filius & spiritus sanctus : non autem deitas,sapientia, paternitas, filiatio aut aliud aliquid talium. Et per consequens in diuinis solum suppositum dicitur simile supposito:non autem aliquid aliud alteri : puta sapientia potentiæ, aut paternitas filiationi: licet in creaturis aliquando afficit forma totum per partem,& illud denominat:puta ꝙ homo est bonus quia bona est anima

O Responsio.

P

eius: & albus quia corpus eius est album, & corpus album dicitur quia superficies est alba. Et per consequens vlterius non solum dicitur in creaturis totum simile toti, sed etiam pars parti: quod nequaꝗ̃ contingit in diuinis nisi quo ad intellectum & voluntatem respectu sapientię & bonitatis. Non solum enim dicimus de qualibet diuina persona ꝙ est sapiens & bona, & ꝙ ex hoc sunt similes: sed etiam dicimus ꝙ intellectus illarum est sapiens: & voluntas illarum est bona. Sed non ex hoc dicimus intellectum vnius personæ aut voluntatem similem esse intellectui aut voluntati alterius: quia non est nisi vnus intellectus & vna voluntas trium personarum. Et secundũ prędicta nihil est simile sibiipsi. Nisi forte dici possit ꝙ intellectus inquãtum est vnius personæ alius est secundum rationem: & inquantum est alterius. Et quo ad hoc posset dici ꝙ intellectus vnius personæ diuinę similis est in sapientia intellectui alterius: & similiter in bonitate similis est voluntas vnius personæ voluntati alterius. Sic ergo causa & ratio dictę difformitatis similitudinis & æqualitatis consistit in hoc videlicet ꝙ attributa qualitatis in diuinis, puta bonitas, pietas, sapientia veritas & cætera huiusmodi, secundum rationem inter se penitus & ab aliis attributis sunt distincta: in eo videlicet ꝙ non sunt alicuius denominatiua secundum qualem aut similem nisi ei⁹ in quo sunt quasi in subiecto vt est persona secundum intellectum & voluntatem, in quibus sunt quasi habitus in prima specie qualitatis, & quales esse ac similes denominant personas & intellectum atq; voluntatem illarum quasi potentias quasdam existẽtes in personis. Attributa aũt qualitatis quę sunt magnitudo & æternitas, non sic sunt penitus secundum rationem abinuicem & ab aliis attributis distincta: quia non sunt solum aliquid illius in quo sunt quasi in subiecto primo & per se: & denominatio illius vt in persona: sed etiam sunt aliquid cuiuslibet qđ pertinet ad perfectionem illius vt ipsius essentię & cuiuslibet attributorum eius. Omnibus enĩ illis inest magnitudinis immensitas ratione perfectionis suæ in esse essentiæ suæ, & etiam immensitas æternitatis ratione perfectionis in esse existentiæ: licet immensitas magnitudinis & ęternitatis in attributis consequantur ex ĩmensitate magnitudinis & æternitatis essentię, & sint in deo simpliciter, & cuilibet psonę diuinę ex immensitate magnitudinis essentię illius cõtingit ꝙ esse qđ in creaturis inuenitur esse dignitatis simpliciter eidem attribuendum est. & per hoc magnitudo quæ est mensura diuinę essentię, & deriuatur in singula attributa, & etiam est mensura illorum secundũ superius determinata, & denominat illa: & similiter æternitas: & per consequens singula eorum inter se per magnitudinem & æternitatem denominantur esse æqualia & similia: & ipsa etiam inuicem se denominant: dicendo ꝙ bonitas est magna immensa & æterna: & similiter sapientia & cætera talia. Similiter magnitudo diuina est ęterna, & æternitas diuina est magna & immensa. Et idcirco etiam secundum magnitudinem & æternitatem singula in diuinis æqualia dicuntur inter se, licet non dicantur inter se similia: nisi tantummodo personę diuinę intellectus atq; volũtas eorum in quibus sunt habitus, qui soli sunt qualitates diuinę vt dictum est. Ex quo plane patet differentia magnitudinis spiritualis & molis: quia magnitudo molis est in corporalibus accidens omnino diuersum a qualibet qualitate: & per quantitatem insunt illis qualitates corporales. Vnde & denominant etiam quantitatem molis: non autem subiectum illius: dicitur enim superficies alba & colorata. Vnde & duæ superficies bene dicuntur similes. In spiritualibus autem non sic: immo spiritualis magnitudo est aliquid in perfectiõe cuiusq; rei. Propter qđ quęlibet illarum denominatur a magnitudine: licet non econuerso. Et secundum hoc concedenda est vltima ratio quæ ad hoc processit.

Q

R Ad pri. prin. ¶ Ad primum in oppositũ: ꝙ in diuinis vniformiter se habent fundamenta ęqualitatis & similitudinis, scilicet quantitas & qualitas: ergo & æqualitas & similitudo: Dico ꝙ quãtitas & qualitas in diuinis dupliciter cõsiderari habẽt. Vno mõ scđm se & absolute. Et sic vt procedit argumentum & bene, vniformiter habent esse in diuinis, & sic secundum superius determinata habẽt rationem substantię: & nõ fundatur super ipsa nisi identitas. Alio modo in diuinis cõsiderantur quantitas & qualitas in ordine ad sua subiecta: & vt sunt aliquid alterius: & sic habent rationem quantitatis & qualitatis: & fundantur super ea æqualitas & similitudo. Et quia non se habent vniformiter ad sua subiecta, quia (vt dictum est) quicquid est in diuinis est aliquo modo subiectum quantitatis: non autem qualitatis: idcirco quia secundum hanc rationem consequitur illa æqualitas & similitudo: ipsa omnino difformiter se habent in diuinis: & hoc non ex aliquo defectu: sed ex conditione & natura rei. ¶ Ad secundum, ꝙ quantum & quale vniformiter denominant in diuinis ea quorum sunt: ergo & similiter æqualitas & si-

S Ad secundũ

similitudo: Dico q verum est quo ad hoc q quæcunq in diuinis sunt vniformiter qualia & quanta, vniformiter sunt ęqualia & similia. Sed tamen non sequit ex hoc: quęcunq in diuinis sunt æqualia, sunt similia. Immo plura sunt æqualia quæ non sunt similia: vt dictum est. Et quo ad hoc non habēt esse vniformiter in diuinis æqualitas & similitudo, & quale & quātum: quia in diuinis habent esse quanta siue denominantur a quantitate magna & ęterna, quæ nullo modo denominant a qualitate qualia: vt patet ex dictis.

Circa quartum arguit q similitudo nō habet esse vniformiter in psonis diuinis. Primo sic. pater & filius sic sunt similes inter se secundū qualitatē quę sapientia est, q ambo sunt sapientia. Est enim filius sapiētia de sapientia, secūdū superius determinata. non sic aūt similis est pater aut filius aut spūs sanctus: quia spiritus sanctus non est silis illis secundū sapientiā quę est ipse: in quo est magna difformitas. ergo &c. ¶Secundo sic. filius & spūs sanctus sunt æqles: puta sapiētes boni & huiusmodi: & per consequens siles inter se sapientia & bonitate & huiusmodi, quā habent a patre. Filius eñ & spūs sanctus a patre habēt sapientiam bonitatem & oēm rōnē aliā qualitatis. non sic aūt silis fili⁹ aut spūs sanct⁹ patri. Pater eñ nihil omino habet ab alio: sed oia a seipso: in quo magna est difformitas. ergo &c. ¶Tertio sic. pater & filius sic sunt similes spiritui sancto, q ambo sunt a quo alius. Filius etiā & spūs sanct⁹ sic siles sunt q ambo sunt qui ab alio. non sic aūt pater & spūs sanct⁹. Pater eñ nō est ab alio: & ab ipso est alius. Spūs sanct⁹ vero est ab alio: & ab ipso nō est alius: in quo est magna difformitas. ergo &c. ¶Quarto sic. non vniformiter similitudo est in illis quorum vnus habet eā a se: alii aūt non nisi receptam ab illo qđ habet eam a se. Receptum eñ ab alio non videtur esse in recipiente in tanta plenitudine in quanta est in illo a quo recipitur: sicut lumen non in tanta plenitudine & pfectiōe est in aere in quanta est in sole. pater similitudinem habet a se ad filium & ad spiritum sanctum: quia a se habet qualitatem super quā fundatur. Filius autem & spiritus sanctus non sic habent similitudinem ad patrem aut inter se: quia non a se, sed a patre habent qualitatem super quā fundatur. ergo &c. ¶Quinto sic. in illis non habet esse vniformiter similitudo quorum vnus non solum est similis similitudine: sed etiam est ipsa similitudo: alii autem solum sunt similitudine similes: & non sunt ipsa similitudo. Filius autem est ita similitudine similis q est ipsa similitudo, secundum tacta superius: non sic autem pater aut spiritus sanctus: quia non sunt similitudines: sed solummodo similes similitudine. ergo &c. ¶Sexto sic. In illis non est vniformis similitudo quorum vnus est vis assimilatiua aliorum sibi: sed alii non sic. spiritus sanctus amor est, qui est vis assimilatiua amantis ad amatum: & per hoc conuersiua amantis in amatum secundum Dionysium. non sic autem pater aut filius, secundum superius determinata. ergo &c. ¶Contra. in illis necessario est vniformis similitudo in quibus est vniformis qualitas super quam fundatur: quia ratio relationum communium sequitur rationem fundamētorum secundum prędicta. sed qualitas super quā fundatur similitudo in diuinis, necessario vniformiter habet esse in tribus personis diuinis: etiam si in seipsa esset variabilis vllo modo, quia non est nisi vnica & singularis in tribus. ergo &c.

T Quęst. IIII. Arg. 1. — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 — In oppositū.

¶Dico q quæstio ista est pars quæstionis secundę pręcedentis. Illa enim quærit de singulis quæ sunt in diuinis: an scilicet sit in eis plena perfecta & omnimoda similitudo. Ista autem quærit idem de diuinis personis tm̄: supponendo ex dictis in illa secunda quæstione q in solis personis diuinis comparatis inter se nata est esse similitudo: non autem in aliis: & q non in diuinis est perfecta plena & omnimoda similitudo: si talis similitudo sit in ipsis personis diuinis. vnde quæstio ista est declaratio suppositi in quæstione illa. Et posset consimilis quæstio fieri de æqualitate: quæ tñ facta non est superius de æqualitate sicut hic facta est de similitudine: quia ex eius determinatione quo ad similitudinem, patebit eius derminatio quo ad ęqualitatē. Dico igit q silitudo habet esse vniformiter in diuinis psonis: qa plena pfecta & oimoda silitudo habet eē i illis: & hoc dupliciter. Vno mō cōparādo singulas diuinas psonas inter se secundum similitudines existentes in illis quæ sunt extrema habitudinum. Alio modo comparando inter se ipsas similitudines quæ sunt habitudines inter singulas duas personas. Tres eñ personę in diuinis comparatę inter se secūdum similitudinem aut ęqualitatē, sunt sicut tres anguli figurę triangularis: & habitudines ęqualitatis & similitudinis inter illas, sunt sicut lineę tres contentę inter puncta angulorum: quarum

V Responsio. — X

y quęlibet habent duo extrema. Cum primo modo comparãtur singulę personæ inter se: puta cum quæritur an in patre & filio similitudo quæ est in patre ad filium sit vniformis similitudini quæ est in filio ad patrem: & sic sit plena perfecta & omnimoda similitudo in patre & filio siue inter patrem & filium: & silr de filio & spiritu sancto: & de patre & spiritu sancto. Et dico q sicut secundũ istam comparationem vniformiter est similitudo in singulis duabus diuinis personis comparatis inter se similitudine: sic & plena & perfecta & omnimoda similitudo quæ est in vna illarum vt in vno extremo, est conformis similitudini quę est in altera vt in altero extremo. Et per hoc personæ ipsę relatę talibus similitudinibus vniformiter & pfecta & plena siue omnimoda similitudine sunt similes: quemadmodum supra in quæstione secunda de æqualitate declaratum est de ipsis diuinis personis: quæ sunt plene perfecte & omnimode & per hoc vniformiter æquales. Sicut enim nulla earum excedit aliam magnitudine secundũ quantitatem: sic nulla earum excedit aliam sapientia aut bonitate secundum qualitatem: in quo consistit perfecta similitudo in diuinis, quæ est propter vnitatem singularitatis in qualitate: quæ nullam omnino compatitur difformitatem: sicut in creaturis consistit perfecta similitudo propter vnitatem cõformitatis qualitatum: quarum vna aliam non excedit: sed ambæ sunt eiusdem gradus. Diuersitas enim qualitatum secundum gradus diuersos facit q in creaturis etsi aliquando sit similitudo aliqua, tamen est imperfecta & difformis similitudo, quæ est propter vnitatem formę specificę. Imperfecta vero & difformis propter diuersitatem graduum: puta quando est inter minus album & magis album: & hoc quia in parte aliqua virtuali albedinis magis altera excedit minus. Non est enim subiectum magis album nisi quia albedo illius in essentia sua virtualiter est in alia: vt declarauimus alias in quęstione de magis & minus. Sed sicut q in diuinis nulla sit partium diuisio in deitatis vnitate: vt dicit Aug. est manifestũ sic nec in magnitudine nec in qualitatis vnitate. Et vt dicit Ambrosius, qđ vnum est: dissimile nõ est. Inter maius autem & minus semper discretio est. Propter quod in diuinis sicut non potest esse dissimilitudo siue difformitas dissimilitudinis secundum diuersitatem formarum secundum speciem: sic nec difformitas in similitudine secundum diuersitatem graduum in eadem specie qualitatis: sicut nec difformitas æqualitatis propter diuersitatem graduum in eadem specie quantitatis: licet in creaturis sit difformitas dissimilitudinis propter diuersitatem formarum secundum speciem: & difformitas dissimilitudinis sicut & difformitas inęqualitatis propter diuersitatẽ graduum in eadem specie qualitatis & quãtitatis: q̃uis in ęqualitate & in perfecta similitudine in creaturis nulla cadit omnino diuersitas vel difformitas propter vnitatem speciei & gradus simul: licet comparatione æqualitatis & similitudinis quæ sunt in diuinis: æqualitas & perfecta similitudo in creaturis difformitatem habeant propter diuersitatem secundum numerum eiusdem formę secundum speciem quantitatis & qualitatis in creaturis diuersis relatis. Et est in creaturis ad

z uertẽdum q licet propter magis & minus in ęqualitate difformitas est in similitudine inter magis album & minus album: ideo. s. q similitudo existens in vno illorum non est omnino conformis similitudini existenti in alio: non tamen propter hoc vnum illorum est magis simile alteri q̃ econuerso: vt similitudo existens in illis recipiat magis & minus: sicut nec inęqualitas inter maius & minus recipit magis & minus vt vnum eorum dicatur magis inęquale alteri q̃ econtrario. Oĩa enim relata inter se relatione communi inæqualitatis & æqualitatis similitudinis & dissimilitudinis absq omni difformitate in inęqualitate & ęqualitate, dissimilitudine aut similitudine referunt adinuicem. Non eñ vnũ inęqualium relatorum inter se est magis inęquale: & alterum minus: sicut neq duorũ æqualiũ vnũ est aut magis aut min⁹ æquale q̃ alterũ: neq vnũ dissimiliũ inter se relatorũ est magis dissimile & alterũ minus: nec etiã vnum similiũ est magis sile & alterum min⁹ Qđ contingit in ęqualitate & pfecta silitudinę propter vnitatẽ gradus: in inęqualitate aũt & dissimilitudine & silitudine imperfecta propter vniformitatẽ secundũ excessum & defectũ in diuersis gradibus: quanto eñ magis aut minus excedit ipsum minus: tãto ipsum min⁹ deficit ab eo qđ est magis aut maius. Ob hoc eñ duorum inęqualium vnũ ęqualiter est inęquale alteri: & silr duorũ dissimiliũ vnum ęqualiter est dissimile alteri: & etiam duorum similium imperfecta similitudine vnũ alteri ęqualiter simile est. Cum secundo autem modo comparationis prædictę comparantur singulæ habitudines inter duas personas inter se: puta cum habitudo similitudinis quæ est inter patrem & spiritum sanctum & quę est inter filium & spiritum sanctum: est quæstio an. s. similitudo quę est inter patrem & filium sit vniformis similitudini quæ est inter patrem & spiritum sanctum: aut inter filium & spiritum sanctum & econuerso: & sic sit plena & perfecta & omnimoda similitudo in diuinis personis inter ipsas similitudines non re sed ratione tñ differentes. Et dico

q secundum istam comparationem vniformiter habet esse similitudo in diuinis personis,scilicet comparatis similibus quae sunt in illis inter se. Sic q plene perfecte & omnimode similitudo quae est inter patrem & filium,est vniformis similitudini quae est inter patrem & spiritum sanctum: & quae est inter filium & spiritum sanctum,& econuerso.Sicut etiam plene perfecte & omnimode ęqualitas quę est inter patrem & filium,vniformis siue conformis est ęqualitati quae est inter patrem & spiritum sanctum:& inter filium & spiritum sanctum,& ecōuerso. Et hoc quia scilicet dictę tres habitudines quae sunt tres secundum rationem,sunt vna secūdum rem: sicut ęqualitas & quātitas in qua vel supra quā fundatur,est vna singularis secundum rem:a cuius vnitate in diuinis procedit vniformitas similitudinis in diuinis personis & etiam ęqualitatis: prout procedit obiectio vltima:quae vniformiter habet locū in similitudine & aequalitate quae sunt in diuinis personis:sicut & vniformiter in vtrisq locum possunt habere quędam argumenta adducta in oppositum:quia consimilis quęstio propositę hic de similitudine in diuinis personis,posset quęri de ęqualitate existente in illis.Et eadem responsio adhibenda est in diuinis:licet in creaturis cōtingat quo ad illa diuersitas inter similitudinem & ęqualitatem:vt iam declaratum est secundum primam cōparationem praedictam:& patet etiam secundum istam comparationem secundam. Diuersę enim habitudines ęqualitatis & similitudinis vniformiter sunt in creaturis:in hoc q neutra est maior alia.Aequaliter enim binarius est ęqualis binario:& ternarius ternario.Diuersae autem habitudines imperfectę similitudinis bene difformiter sunt in creaturis:& differunt secundū magis & minus,siue secundum maius & minus:& similiter diuersę habitudines dissimilitudinis & inęqualitatis.Aliqua enim duo alba possunt esse magis similia q̄ alia duo alba:aut aliqua duo nigra:& maior est similitudo inter illa q̄ inter ista:prout illa magis accedunt ad gradum dissimilitudinis perfectę:& similiter aliqua duo inęqualia aut dissimilia possunt esse magis inęqualia aut magis dissimilia q̄ alia duo:& maior esse inaequalitas & dissimilitudo inter illa q̄ inter ista : prout illa magis recedunt a gradu aequalitatis alicuius similitudinis pfectę.¶Et prima tria argumenta procedunt de similitudine penes secundam comparationem. Alia vero procedunt de similitudine penes primā comparationem. ¶Primū enim probat q maior est similitudo inter patrem & filium q̄ inter ambos & spiritum sanctum.¶Secūdum probat q maior est similitudo inter filium & spiritū sanctum,q̄ inter ambos & patrem.¶Tertium probat q maior est similitudo inter patrem & spiritū sanctum,q̄ inter patrem & filium ac spiritum sanctum.¶Quartum vero probat q maior est similitudo inter patrē ad filium & spiritum sanctum q̄ ecōuerso: aut q̄ filii ad spiritum sanctū & ecōuerso.¶Quintum probat q maior est similitudo in filio ad patrem & spiritum sanctum q̄ econuerso:aut q̄ patris ad spiritum sanctum & econuerso.¶Sextū vero probat q maior est similitudo spiritus sancti ad patrem & filium q̄ econuerso:aut q̄ filii ad patrem & econuerso.

A — Ad arg. — Primum. — 2 — 3 — 4 — 5 — 6

¶Qd ergo arguitur primo q maior est similitudo inter patrē & filiū q̄ inter ambos & spiritum sanctum:quia pater & filius sunt similes sapientia quae ipsi sunt:non sic autem pater & filius & spiritus sanctus:quia non est similis illis sapientia quae ipse est:Dico q quantum est de ratione eius de singularitate rei cōmune est personis cōstitutis in esse per propria in diuinis q vna & eadem sapientia singulari similes sunt omnes personae diuinae:& ideo vniformiter:vt dictū est:nec quo ad hoc pater potius est sapientia aut filius q̄ spiritus sanctus:vt secundum eam potius dicātur similes inter se pater & filius:q̄ spiritus sanctus ad vtrunq illorū.Sed q pater & filius dicuntur similes sapientia quae ipsi sunt:non sic autem spiritus sanctus alicui illorum: hoc non dicitur nisi per quandam appropriationem eius qđ commune est,propter conuenientiam communis cū proprio eius cui appropriatur:vt declarabitur in proximo articulo sequenti:& sic non nisi per quandam contractionem communis ad propriū.De eis autem quae pertinent ad propria:nihil ad relationē communem:vt dictum est supra in fine quaestionis vltimę de ęqualitate.¶Ad secūdum q maior est similitudo inter filium & spiritum sanctum q̄ inter ambos & patrem: quia ambo sūt similes secundum id qđ habent aliquid ab alio:non sic autem filius aut spiritus sanctus ad patrē: quia pater non habet aliquid ab alio:Dico secundum superius dicta ibidem:quis de quo aliqđ habet vel non habet,originis quaestio est:de quo nihil ad quaestionem de relatione cōmuni plus q̄ q vnum & idem sit qđ habetur ad quod sequitur communis relatio. Et ideo propter diuersitatem in modo habendi illud in illa,diuersitas aut difformitas oritur in ipsa relatione communi fundata sup illud.¶Ad tertiū q minor est silitudo inter patrē & spm̄ sctm̄,q̄ inter patrē & filiū ac spm̄ sctm̄:qa pr̄ & fili⁹ sunt a quo ali⁹: filius aūt & spūs sctūs sūt q ab alio:Pr̄ aūt est qui non ab alio:&

B — Ad pri.prin. — C — Ad secundū — D — Ad tertium

a quo alius:spiritus sanctus est a quo non alius:& qui est ab alio:Dico vt prius,ꝙ quæstio quis a quo,ad originem pertinet:non autē ad relationem communem:& sic nihil ad propositum de hoc.

E Ad quartū. ¶Ad quartum,ꝙ maior est similitudo in patre ad filium q̄ econuerso:aut q̄ eiusdem ad spiritum sanctum aut econuerso:quia pater a se habet id quo est similis:non autem filius aut spūs sanctus: & receptum verius est in eo a quo recipitur,q̄ in recipiente : Dico ad hoc vltimum ꝙ receptum tam vere habet esse semper in eo quod recipit,q̄ in eo a quo recipitur,nisi sit defectus ex parte agē tis & diffundentis receptum in recipiente:quia scilicet non habet perfectam virtutem transfundē di illud:puta color secundum actum lucidi non sufficit se transfundere in medium sub tanta per fectione quanta est in corpore colorato:aut ex parte recipientis:quia scilicet non sufficit recipere il lud in tanta pfectione in quanta est in sole trāsfundente illud:vel si sol sufficeret illud in tanta per fectione transfundere.Quare cū in diuinis nō sit defectus talis diffusionis ex parte diffundentis: quia diffundens est infinitus vigore in agendo:nec ex parte recipientis: quia ipsum est infinitum vigore in patiendo:idcirco in diuinis illud nequaq̄ habet veritatem,multo fortius q̄ non habet ve ritatem in naturalibus in quibus est generatio vnica:puta cum homo generatur ab homine: aut ignis ab igne:secundum ꝙ hęc omnia patent ex dictis in solutione quarti & quinti argumēti quæ stionis secundę pcedentis de æqualitate.

F Ad quintū. ¶Ad quintum,ꝙ maior est similitudo in filio ad patrem & spiritum sanctum q̄ econuerso:aut patris ad spiritum sanctum q̄ econuerso:quia filius non solum est similis patri & spiritui sancto:sed est similitudo:pater autē & spūs sanctus nullius sunt similitudo:Dico ꝙ argumentum hoc aliquē vigorem habere posset si filius esset similitudo eadem similitudine qua est similis patri aut spiritui sancto, quæ scilicet pertinet ad relationem cōmunē: & pater atq; spiritus sanctus solū essent similes tali similitudine : non autē essent ipsa similitudo. Nunc aūt non est ita:quia ꝙ filius dicitur similitudo:hoc non est illa relatione qua dicitur similis relatione pertinente ad relationem cōmunē quā continet tertium genus relationis: sed dicitur similitudo similitudine pertinente ad secundum genus relationis:qua non ad spm̄ sanctum:sed solūmodo ad patrem dicitur relatiue: secundum ꝙ hoc expositum est supra de ęqualitate:quę similiter ęquiuoce dicitur vt est propria filio & pertinet ad secundum genus relationis:& vt est relatio cōmunis pertinens ad tertium genus relationis.

G Ad sextum. ¶Ad sextum,ꝙ maior est similitudo in spiritu sancto ad patrem & filium q̄ econuerso:aut q̄ in patre ad filiū & econuerso:quia spiritus sanctus est vis assimilatiua:non sic aūt pater aut filius:Dico ꝙ reuera spiritus sanctus eo ꝙ amor,est vis assimilatiua assimilans amantem amato:qđ tamen nō prouenit nisi ex aliqua similitudine prę cedente inter amantem & amatum,dicente Boethio in.ix.regula de hebdo. Qđ appetit aliud tale,ipsum esse naturaliter ostenditur quale hoc ipsum qđ appetit.Et Ecclesia.xiii.dicitur. Om̄e animal diligit simile sibi.

H ¶Est igitur sciendum ꝙ amor est vis similitiua:non de omnino dissimili faciendo simile:sed perficiendo in amāte similitudinem, quam quasi incompletam habet in se amās ad amatum:qđ facit amatum trāsformando in se amantem prout possibile est:aut saltem amantē sibi connectendo seu coniungendo intimando.Vt enim dicit Cōmēt.super dicto verbo,fugit vnū qdq; ꝙquid in genere suo dissimile est,& a se diuersum: accedit vero ad id qđ qualicūq; similitudine sibi conforme est.iuxta illud Eccli.xiii.Omnis caro ad sibi simile coniungetur:& om̄is homo sibi simili sociabitur.Et ibidem.xvii.Volatilia ad sibi similia coniunguntur. Assimilat aūt coniungendo amantem amato amor, nō tali similitudine qualem supponit in amato ad amantem.Illa.n. similitudo præcedens & excitatiua amoris in amante: vt transferat amantem in amatum: consistit in dispositionibus naturalibus amantis & amati.Sed ꝙ amor assimilat amantem amato : hoc est sil'itudine appetitus:quā amor sicut forma appetitus in amante operatur ad instar formę amati.Qua similitudine amans dicitur simile amato per se:sed non econuerso amatum dicitur simile amanti,nisi per accidens:ꝙ scilicet amans est simile illi:& hoc iuxta modum quo superius diximꝰ creaturam esse similem deo, licet non econuerso. Et pertinet ista similitudo ad secundum genus relationis.Amor enim similitudine quadam quę consistit in affectione quadam seu dispositiōe appetitus erga amatum:amantem mensurat amati:vt sic per huiusmodi assimilationem amans fit quasi ipsum amatū. Propter quod dicit Augustinus super Ioannem. Qualia amas,talis es: deum amas,ergo deus es:terram amas,terra es.Vnde propter huiusmodi assimilationem ex amore procedentem dicitur Prouerb.xiii.Amicus stultorum efficietur similis. Amicus autē ab amore.Vnde Philosophus.viii.Ethico. modos amicitię distinguit secundum modos amoris siue amationis: & etiā dicit ꝙ amicus amico est alter ipse.Amicus ergo stultorū efficit̄ siłis:qa amādo stultos qsq; stultꝰ efficit̄: & ecōtra amādo sapiētes sapiēs efficitur. Vnde verbo pdicto immediate præmitti-

tur.Qui cum sapientibus graditur sapiens erit. Graditur dico non passibus pedum: sed passibus voluntatis. Hinc etiam dicit Augustinus de libero arbitrio: ꝙ amans bonum statim bonus est. Et viii.de trini. dicit ꝙ amans iustitiam iustus est:saltem quadam assimilatione affect⁹. Q₂ si amans iustitiam adhuc iniustus est secundum habitū:hoc contingit secundum Aug.ibidem,ga non tm̄ amat iustitiam vt mereatur fieri iustus.s.secundum habitum. Et similiter si amans bonum aut sapientiam aut quęcunq; alium habitum virtutis adhuc est in contrario habitu:hoc non contingit nisi quia nō tātū amat huiusmodi habitum vt mereatur fieri in actum secundum illum: quia scilicet nō tātū amat illum vt studeat se exercere in actibus quibus acquiritur, si sit habitus existēs in voluntate acquirendus per se actibus voluntatis:vel vt studeat imperare intellectui ꝙ se exerceat in actibus quibus acquiritur,si sit habitus existens in intellectu acquirēdus actibus intellect⁹. Et sic amor siue voluntas est vis assimilatiua per se & immediate secundum affectum saltē quodcunq; fuerit amatum:vel secundum habitum mediāte exercitio actuum, si amatum fuerit bonus habitus virtutis aut rei cuiusq;,ratione talis habitus.Et per hunc modum quo scilicet amor assimilat secundum affectum,spiritus sanct⁹ est amor & vis assimilatiua in patre & filio mutuo sese amantibus:& per hoc nexus est amborum secundum modum superius expositum. Vis dico assimilatiua non formaliter:quia non est ipsa similitudo qua amans similatur amato:sed effectiue tm̄. Simile autē formaliter aliquibus ex hoc ꝙ est effectiuū similitudinis etiā istius secundū quā sunt similes:non oportet ꝙ sit magis simile:aut ꝙ habeat in se maiorem similitudinem ad illos q̄ econuerso:quod necessario oporteret si ipsum simile formaliter aliquibus esset vis assimilatiua formaliter:quia tunc nō solum esset simile illis:sed etiam ipsa similitudo qua sunt similes.qd̄ nequaq̄ verum est de amore qui est spiritus sanctus:aut de quocunq; alio amore. Breuiter ergo dico ad formam argumenti. Cum dicitur, in illis non est vniformiter similitudo quorum vnum est vis assimilatiua aliorum:sed non econuerso:Dico ꝙ verum eēt si esset vis assimilatiua formaliter:sic ꝙ non solum esset simile:sed ipsa similitudo qua similes sunt similes. Non autem verum est cum est vis assimilatiua effectiue tm̄. Et qd̄ assumitur:spiritus sanctus amor est & vis assimilatiua : Dico ꝙ verum est effectiue,non formaliter: & ideo cum modo contrario maior & minor sunt verę & falsę:nequaq̄ sequitur conclusio. K

Articu.LXXII.de communium tam relatiuorum q̄ absolutorum appropriatorum ad propria relatiua, appropriatione,& modo appropriandi ea ad ipsa propria.

Visso de relatiuis & communibus tam relatiuis q̄ absolutis in diuinis:& hoc ab articulo.xxi.& deinceps: sequitur videre de communibus tam relatiuis q̄ absolutis appropriatis ad ꝓpriā relatiua : & hoc quo ad illorum communium appropriationem & modum appropriandi ad propria.Circa quā queruntur quinq;.Quorum Ar.LXXII.

Primum est:vtrum in diuinis cōmunium appropriatio sit possibilis.

Secundum:vtrum communium appropriatio sit naturalis an voluntaria.

Tertium:vtrum omnia communia in diuinis sint appropriabilia.

Quartum:vtrum plura communia possint appropriari vni.

Quintum:vtrum vnum possit appropriari pluribus. L

Circa primū arguitur ꝙ appropriatio nō sit possibilis in diuinis,Primo sic.Quęcunq; ęqualiter & vniformiter cōmunia sunt pluribus: nullum eorum possibile est alicui ipsorum appropriari sine iniuria alterius.Omne commune in diuinis ęqualiter & vniformiter cōmune est tribus personis:quia singulum eorum non magis conuenit vni personæ q̄ alteri:nec aliquod illorum magis conuenit vni personæ q̄ aliud : nec possibile est in diuinis alicui personæ fieri iniuriam. ergo &c. Quæst.I. Arg.I.

2 ¶Secundo sic. sicut se habet commune ad proprium, sic se habet econuerso proprium ad commune.sed proprium impossibile est pluribus communicari: ergo impossibile est commune alicui appropriari.

3 ¶Cōfirmando rationem istam per locum a maiori negatiue,arguitur ad idem

tertio sic.magis nata est conuenire deo ratio primi q̃ econuerso:quia primum semper est principium & origo secundi quoquo modo:& principiatum natum est magis tenere in se rationem principii q̃ econuerso.In diuinis autem communia prima sunt respectu propriorum:& secundum rationem intelligendi sunt priora illis.communicari autem est ratio communis: appropriari autem est ratio proprii:quia a proprio dicitur appropriari: & a cõmuni dicitur cõmunicari. Magis ergo proprium natum est communicari & trahi ad commune:q̃ commune appropriari & trahi ad ꝓprium.quare cum impossibile sit proprium communicari:multo ergo est impossibilius commune appropriari.

4 ¶Et hoc est qđ quarto ostensiue concluditur sic.Omne appropriatum secundũ rationem suam pręsupponit proprium.sed in diuinis nullum commune potest præsupponere proprium:sed magis econuerso.ergo &c.

5 ¶Quinto sic.qđ est occasio errandi impossibile est in diuinis quia error in diuinis maximum est inconueniens.Et secũdum Ansel.minimũ inconueniens in diuinis maximum est impossibile.Appropriatio cõmunium in diuinis personis est occasio errandi: quia ex illa potest intelligi ꝙ appropriatum illi soli conueniat cui appropriatur : aut ꝙ magis & verius ac perfecti⁹ ei cõueniat q̃ alteri:& ita ꝙ gradus sunt in diuinis:qđ erroneum est. ergo &c.

In oppositũ. ¶In contrarium est Augustinus:qui libro primo de doctrina christiana,appropriat vnitatem patri:ęqualitatem filio:& concordiam spiritui sancto.Et Hila.qui appropriat æternitatem patri: speciem filio:vsum spiritui sancto:vt habitum est supra articulo.lxviii.quæsti.ii. & Apostolus cum.i. Corinthi.i.dicit Christum dei virtutem & dei sapientiam,appropriando filio virtutẽ & sapiẽtiã.

M

Responsio. ¶Dico ad intellectum sequentium ꝙ inter ista sex quę sunt commune,proprium, appropriatũ,cõmuniter,proprie,& appropriate,differẽtia est:ꝙ prima tria sunt significatiua respectus: alia autem tria sunt significatiua modorum dicẽdi.Sicut enim dicit Prisci.de nominis qualitate appellatiua & propria:ipsę in hoc differunt,ꝙ commune est illud qđ pluribus conuenit per appellationem:& pluribus appellatis siue suppositis.Proprium autem est qđ vni soli conuenit per appellationem,idest vnico appellato siue supposito tm̃ . Sed vtrunq; ipsorum dicitur dupliciter.

N Commune enim aliquid dicitur vno modo vniuersalitate : alio modo communione. Et commune primo modo est quodcunq; vniuersale:large sumendo vniuersale ad vniuocum,analogum,& æquiuocum:& proprium ei respondẽs est quodcunq; singulare sub vniuersali.hoc em̃ modo homo est commune:Petrus autem & Paulus sunt propria.Commune vero secundo modo in diuinis est quodcunq; essentiale: & proprium ei respondens est vnaquæq; trium personarum: & hoc communiter loquendo de proprio : prout proprium dicitur quodcunq; suppositum singulare respectu alicuius communis qđ conuenit pluribus suppositis.Proprie autem loquendo de proprio,non dicitur proprium in diuinis nisi proprietas quæ vnico supposito singulari conuenit : &

O quæ in creaturis conuenit soli alicui speciei & suppositis eius:vt risibile homini.Proprium autem & appropriatum in hoc differunt tam in diuinis q̃ in creaturis:aut ꝙ in diuinis conuenit vni soli singulari personę,aut in creaturis vni speciei sicut dictum est. Appropriatum est autẽ commune aliquod pluribus vni illorum ascriptũ singulariter vt pro illo singulariter supponat: & hoc ꝓpter aliquid in illo quo singulariter illud respicit:vt iam amplius exponetur.Dici aũt communiter & proprie vno modo respondent illis duobus quæ sunt proprium & commune:vt nõ dicatur communiter dici nisi commune, neq; proprie nisi proprium: & omne commune dicatur communiter dici de illis quibus est commune : & omne proprium dicatur dici proprie quia de seipso solum.& hoc quemadmodum omne appropriatum dicitur dici appropriate de eo cui est appropriatum.Et ꝓprie dici hoc modo opponitur ei qđ est communiter dici,siue distinguitur contra ipm̃

P sicut distinguitur proprium contra commune.Alio autem modo communiter & proprie non respondẽt illis duobus q̃ sunt cõmune & proprium:vt scilicet non dicatur communiter nisi cõmune:nec proprie nisi proprium:sicut respondet appropriate ei qđ est appropriatum: quia non dicitur appropriate quicq̃ de alio:nisi communiter de illo cui est appropriatum. Sed communiter & proprie isto secundo modo nõ dicitur nisi id qđ est commune pluribus:qđ cum hoc ꝙ communiter dicitur de illis secundũ primum modum dicendi communiter iam dictum:de illorum aliquo dicitur proprie,dicitur & pricipaliter:de aliis autem vel de alio dicitur quoquo modo improprie & non principaliter:quod appellatur dici communiter secundo modo: & opponitur sicut dici improprie ei qđ est dici ꝓprie.Et tale cõmune non est nisi illud qđ analogice dicitur de pluribus:qđ cõmuniter & improprie dicitur de illo cui nomen cõuenit posterius:& ꝓprie cui conuenit prius.

Verbi gratia:ens ꝓprie dicitur ſubſtātia ſola:quia ꝓprie loquēdo ſcd̄m phm.viii. Metaph.accidēs non eſt ens ſed entis.Communiter autem etiā accidēs dicit̃ ens.Et cōmuniter dicit̃ lex de toto ve teri teſtamento,& de vna parte eius proprie:vt de ſolis libris Moyſi: & communiter & improprie ſiue minus ꝓprie de aliis libris veteris teſtamenti.Et ſimiliter communiter dicitur prophetia de li bro pſalmorum Dauid: & de libris aliorum prophetarum:quia de libro Pſalmorum dicitur com muniter & minus proprie:proprie autem de libris aliorum ꝓphetarum.Appropriate autem non dicit̃ niſi id qđ eſt cōmune pluribus:& vniuoce dicit̃ de illis:quod cum hoc ꝙ cōmuniter dicitur de illis ſecundū primū modū dicēdi cōiter,de quolibet aliorum dicit̃ ꝓprie: ſed de aliquo illorum tm̄ dicitur appropriate: vt in creaturis vrbs de aliis ciuitatibus dicit̃ cōiter & ꝓprie:appropriate aūt de Roma:& apl̄s cōiter dicit̃ de aliis apl̄is,& ſolū appropriate de Paulo.Et in diuinis oīa eſſen tialia dicunt̃ cōiter de illis quibus nō approprianť. Appropriate aūt ſolūmodo de illis quibus ap propriantur. Et ſic omne cōe qđ in diuinis dicit̃ appropriate de aliquo,etiā dicit̃ ꝓprie de illo.ſed non econuerſo:ens eñ proprie dicit̃ ſubſtātia,ſed non appropriate.Vnde Aug.q̄ſtionē de appro priatis & appropriatione pertractās.xv.de tri.cap.xvii. oſtendit appropriationē cōmunium fore in diuinis per hoc ꝙ ea quę cōmunia ſunt pluribus,& cōmuniter dicuntur de illis,etiam de aliqui bus perſonis dicunt̃ proprie:ſumens ibi proprie ꝓ appropriate.Et ꝙ aliquid dicitur cōmuniter & ꝓprie declarat ibidem in nomine legis(vt dictum eſt)& nomine prophetię:per hæc duo exempla quaſi per ſimilia concludens ꝙ vnum & idem poteſt ſumi cōmuniter & ꝓprie:& arguens ꝙ ea q̄ in diuinis ſunt cōmunia:& dicunt̃ cōmuniter de tribus:poſſunt dici ꝓprie & appropriate de ali quo illorum:puta cum ſapientia ſit cōmunis omnibus diuinis perſonis : appropriate tamen dici tur de filio,cum ait Apoſtolus.Prędicamus Chriſtum dei virtutem,& dei ſapientiam.Et ſimiliter de illis quæ ponuntur in appropriationibus Auguſt.& Hila.Reuera bene Auguſti. arguit ꝙ ali quid quandoq; poteſt dici cōmuniter:quandoq; autē proprie: & hoc in diuinis ſicut & in creatu ris.Sed ex illis duobus exemplis in quibus bene declarat aliquid dici cōmuniter & proprie,nō po teſt concludere ꝙ in diuinis aliquid poſſit dici cōmuniter & ꝓprie:ſumendo proprie ꝓ appropria te:quia illa duo ſimilia quæ inducit Auguſtinus,non ſunt omnino ſimilia:vbi lex & ꝓphetę om̄i no vniuoce dicunt̃ de prędictis:qm̄ appropriatio vere non habet locum niſi in cōmuni vniuoco, qđ cōmuniter dicitur de pluribus:ęque tamen ꝓprie loquendo de proprie qđ opponitur ei qđ eſt improprie:puta cum vniuoce dicitur de pluribus cōmuniter ciuitas,& ſic Apoſtolus,ſignificādo idem cōmune quod proprie dicitur de vno,vt Ciuitas de Roma,& Apoſtolus de Paulo.Et ſimili ter cum ſapientia dicitur vniuoce de tribus perſonis diuinis:ſignificando idem ſingulare qđ pro prie dicitur de filio.ibi enim proprie idē eſt qđ appropriate. Sed cū ens ęquiuoce ſiue analogice di citur de ſubſtantia & accidente:nec eſt aliquid vnum ſignificatum nomine entis vniuoce ad ſub ſtantiam & accidens:licet ens proprie dicatur de ſubſtantia:non tamen dicitur de ſubſtātia appro priate:ſed potius propriate:quia appropriatio aliquid apponit ſuper propriationē: vt itelligamus appropriationē fieri nō ſolum ſecundū nomen ei cui conuenit proprie:ſicut ens ſi diceretur appro priari ſubſtātię:quia nihil omnino cōmune ad ſubſtantiā & accidens ſignificatum eſt nomine ſub ſtantiæ:ſed etiam ſecundum rationem eius qđ ſignificatum eſt ipſo nomine:ſicut Ciuitas appro priatur Romę,& Apoſtolus Paulo,& ſapientia filio dei.¶Ad hoc ergo qđ quęrit̃:Vtrum in diui nis ſit poſſibilis appropriatio communis ad proprium: Dico ꝙ ſic:quia in diuinis eſt reperire ali quid commune vniuocum.ſ.ſecundum idem nomen,& idem nominis ſignificatum cōmune plu ribus,qđ alicui illorum conuenit proprie:vt ſapientia filio:& ſecundum ꝙ dicit Ioan. in canonica ſua,Charitas ex deo eſt.qđ appropriate dicitur de ſpiritu ſancto:& hoc prout arguit Augu.ex di cto Ioannis vbi ſupra:quia in deo manemus,& ipſe eſt in nobis:quoniam de ſpiritu ſuo dedit no bis.Idē etiam dicit Ioā.ꝙ charitas deus eſt:qđ cōmuniter dicitur de trib[9] perſonis.Sed hæc appro priatio qualiter & qua de cauſa fiat,in ſequentibus quæſtionibus amplius declarabitur.Quātum tamen ad pręſentem quæſtionem pertinet,ſciendum ꝙ ſecundum iam prætacta aliquid cōmune vniuocum dupl'r eſt:vel ſignificando vnum commune vniuerſalitate: vel ſignificando vnū com mune communione.Et ſic eſt dupl'r appropriatio,ſiue duplex modus appropriationis: quorū pri mus eſt per excellentiam eius cui cōmune appropriatur ſuper alia quibus communiter conuenit. Alius per correſpondentiam communis qđ appropriatur ad propriū illius cui appropriatur: qđ proprium eſt proprietas:& proprium proprie dictū in diuinis ei[9] qđ eſt proprium & pſona ſingu laris.De appropriatiōe prio mō dico ꝙ nullo mō poſſibilis eſt ī diuinis. In tali.n.mō appropriatio nis appropriatū qđ eſt,& veri[9] & pfecti[9] cōuenit illi cui appropriat̃ q̄ alteri.Quēadmodū nomē ci uitatis appropriat̃ Romæ:& nomē Apl'i Paulo appropriatur:qa.ſ.Roma excellere ſolebat cæteras

Q

R

ciuitates dignitate imperatoria:quando talis appropriatio facta est illi: & Paulus cæteros apostolos tempore suo excellebat in prędicatione veritatis euangelicę. Quæ appropriatio impossibilis est in diuinis:quia in illis in nullo verius aut perfectius cõmune appropriãdum potest cõuenire vni personę q̃ alteri:sed si in diuinis aliqua fieret appropriatio per excellentiam,illa faciẽda esset soli patri propter auctoritatem ex suo ꝓprio:vt infra videbitur. Appropriatio aũt quæ cadit in diuinis non est nisi appropriatio secũdo modo:in qua(prout in sequẽtibꝰ quęstionibus declarabitur) vnũ & idem cõmune pluribus propter correspondentiã secũdum similitudnem ad aliquod ꝓpriũ alicui illorũ illi appropriat. De qua appropriatione bene ꝓcedit vltima ratio.

S Ad pri.prin. ¶ Ad primum in oppositum:ꝙ cõmune pluribus non potest alicui illorum appropriari sine alterius eorum iniuria &c. Dico ꝙ cõmune appropriari non potest ad proprium sine prerogatiua aliqua quã habet ꝓpriũ sup illud cõmune:quę est causa seu ratio illius appropriationis:sed talis prerogatiua aut est sup ipsum cõmune:aut sup aliqd coniunctum ei. Si primo modo verum est ꝙ cõmune pluribus nõ põt vni appropriari sine aliorũ preiudicio:quia talis appropriatio non esset nisi p hoc ꝙ cõmune illud magis conueniret vel principalius illi cui appropriaret q̃ aliis:qđ impossibile est in diuinis:quia in diuinis omne cõmune equaliter & vniformiter conuenit illi cui appropriat & aliis:nec magis illi q̃ aliis:vt assumit in argumẽto. Si secundo modo,hoc contingit dupliciter:quia illa prerogatiua aut est in aliquo absoluto:aut in aliquo relatiuo. Si primo modo,sic cõmune pluribus bene potest appropriari vni illorum sine ꝑiudicio aut iniuria aliorum sed non sine inęqualitate illius ad alia in cõmunicatione illius absoluti. Quẽadmodũ Vrbs appropriatur Romę propter prerogatiuã in dignitate imperii & regis : & nomẽ Apostoli appropriatur Paulo propter ꝑrogatiuã in executione officii apostolatus. Sed nec isto modo possibile est fieri appropriationem aliquã alicuius cõmunis in diuinis:quia nullum absolutum seu cõiunctum absoluto inęqualiter diuinę personę cõmunicãt. Si secundo modo,sic cõmune in diuinis pluribus ꝑsonis appropriatur vni illarũ absq; omni iniuria aliarum : quia fit ex ratione correspõdentię eius qđ appropriatur,ad proprium relatiuum eius cui appropriatur:vt iam dictum est:& inferius declarabitur iã in corpore quęstionis sequentis.

T Ad secundũ ¶ Ad secundum,ꝙ impossibile est in diuinis proprium pluribus cõmunicari: ergo similiter impossibile est commune vni appropriari: Dico ꝙ bene concluderet & sequeretur si diceretur, ergo impossibile est commune appropriari & fieri proprium. Se habet enim communicari ad propriari: sicut commune ad proprium : & tenet in eis commutata proportio. Si proprium non potest communicari:nec etiam commune potest propriari. Cui proportioni innititur argumentum:sed non bene concludit virtute commutatæ ꝓportionis : ergo commune non potest appropriari. Non enim se habet communicari ad appropriari: sicut cõmune ad proprium:quia communicari & appropriari non distinguũtur ex opposito sicut distinguitur cõmune & proprium. Est tamen bene possibile idem communicari & appropriari. multũ eñ differunt propriari & appropriari. Cõmune eñ nõ propriat nisi fiat ꝓprium,qđ est impossibile:appropriatur aũt ꝓprio manens cõmune,qđ est bene possibile:vt dictum est.

V Ad tertium. ¶ Quod confirmãdo dictã rationem arguit tertio ad idem ꝙ proprium in diuinis est secundũ respectu cõmunis:& ratio primi magis nata est conuenire secundo q̃ econuerso:ergo proprium magis natum est cõmunicari q̃ cõmune appropriari:Dico ꝙ & in cõmuni & in proprio circa diuina est considerare duplicem rationem & duplicem ordinem penes primum & secundum:sed modo contrario: sicut & de vniuersali & particulari siue singulari circa creaturas. Est enim in vniuersali & singulari circa creaturas primo considerare rationem vniuersalitatis & singularitatis,quę sunt intẽtiones secũdę circa rem substratã:quę vna est & eadem sub ratione vniuersalitatis & singularitatis,neutram illarum sibi determinãs:sed possibilis & quasi materialis est ad vtrãq;:puta rationẽ speciei circa hominem & asinum:siue circa humanitatẽ & asinitatem:& rationem singularitatis siue rationẽ indiuidui circa singularia illorum. Homo enim siue humanitas secundũ se & ex se nec est vniuersalis nec singularis,sed humanitas tm̃:vt dicit Auicen. Et secundũ pħm non est differẽtia inter dicere homo iste & homo: ita ꝙ non sit alia res significata per id qđ est vniuersale:& p id qđ est singulare:sed om̃ino differẽs rõne tm̃:vt.s.est susceptibilis vniuersalitatis & singularitatis. Vnde est etiã considerare circa easdem creaturas in vniuersali & singulari rationẽ rei secundum se,quę substrata est illis intentionibus: puta rationem humanitatis & asinitatis simpliciter, & hmõi humanitatis & asinitatis. Consimiliter etiam circa diuina in cõmuni & proprio est considerare rationẽ communitatis & proprietatis quę sunt tanq̃ secundæ intentiones circa rem substratã: quæ vna est & eadem sub ratione cõmunitatis,& sub ratione proprietatis:neutrã illarũ sibi determinãs:sed possibilis existens:quasi materialis atq; indifferens ad vtrãq;. Puta circa deitatem simpliciter est cõ

apud audientem generata, videlicet eorum quæ inueniuntur in intellectu & voluntate loquentis: ad quā principaliter verba sermonis siue vocis sunt instituta: dicit Augustinus lib.ii. de Ordine, cap.xxvii. Illud qđ in nobis est rationale: quia naturali quodam vinculo in eorum societate astringitur cum quibus illi erat ratio communis: nec homo homini firmissime sociari posset nisi colloquerentur, atq; sibi mentes suas cogitationesq; refunderent: vidit esse imponenda rebus vocabula .i. significantes quosdā sonos: vt quoniam sentire animos suos non poterant, ad eos sibi copulādos sensu quasi interprete vterentur. De quo etiā dicit Plato in secūdo Timęi. Eadem quoq; vocis & auditus ratio est ad eosdem vsus atq; ad plenam vitæ hominū instructionem datorū. Siquidem propterea sermonis est ordinata cōmunio vt pręsto fiant mutuę voluntatis indicia. ¶His prælibatis cum quęritur vtrum deus & quæ in eo sunt, aliquo proprio sermone vocali significari possunt: Dico q; sermone siue verbo vocali non significatur aliquid nisi cui vox imposita est ad significandum: nec potest significari nisi cui vox ad significandum potest imponi. & hoc scđm beneplacitum voluntatis. Siue enim origo impositionis verbi sit naturalis siue voluntaria scđm duos modos iam supra expositos impositionis verbi: semper tñ complementum impositionis eius voluntarium est & ad placitum. Licet enim verbi origo esset naturalis, vt Stoici putabant: in hoc scilicet q; naturalis congruentia esset ratione vocis in hoc verbo q; tali rei potius imponatur q̄ alteri: tamen scđm actum non est ei impositum nisi ad beneplacitum liberę voluntatis: vt scđm hoc impositio talis verbi ad significādum rem talem partim esset naturalis, scilicet originaliter, & partim voluntaria, scilicet completiue. Si vero verbi origo sit voluntaria, vt docuerunt Peripatetici: in hoc scilicet q; nō maiorem habet congruentiam vox verbi vt vni rei imponatur q̄ alteri: tunc impositio eius omnino est ad placitum & voluntaria. ¶Et est aduertendum priusq̄ descendamus ad propositum, q; licet istę duę impositiones differrent in verbi origine: in aliis tamen duobus conuenirēt. Primo in hoc q; complementum vtriusq; est voluntarium siue ad placitum, vt dictum est. Secūdo in hoc scđm prædicta, q; qui imponit vocem ad significandum rem quācūq;: necesse est vt illam prius cognoscat quid sit quoquo modo: quia scđm iam dicta sicut nullus noscit signum scilicet inquantum est signum, nisi cognoscat cuius rei sit signum: & ideo cum hoc q; cognoscit vocē necesse est q; cognoscat rem significatam per vocem: sic nullus imponit vocē ad significandum rem aliquam nisi cognoscat illam. dicente Philosopho. vii. Metaphysicę. Qui nō desinit & discernit aliquid, non potest ei nomen imponere. Cōmentator .i. Qui nescit rem, non ponit ei nomen. Nullus enim ponit nomen rei quā nescit. Sed aliter oportet scire rem imponentem ei nomen ad significandum si origo verbi sit ad placitum, q̄ si sit naturalis. Si enim origo sit ad placitum, sufficit q; cognoscat rem in generali confuse & indistincte q̄si sub ratione definiti .s. q; aliquid sit, eo q; a solo placito imponentis dependet talis impositio verbi: nec aliqua congruentia requiritur inter vocem & rem cui imponitur. Si vero origo verbi sit naturalis, requiritur q; cognoscat rem in speciali determinate & distincte .s. in definitiua ratione si definibilis sit: vel quasi, si non sit definibilis: eo q; talis impositionis origo dependet a notitia similitudinis siue congruentię inter rem & vocem quæ ad significandum illam imponēda est: & nō potest cognosci congruentia quam habet res ad vocem, nisi complete perspecta natura rei in se ipsa, & in distinctione illius a qualibet alia: eo q; scđm istam impositionem singulis rebus determinatis singulę voces determinatę imponi debent. Et ideo non est cuiuslibet, sed sapientis tm̄ taliter verba ad significandum imponere. ¶Si secūdo origo sit voluntaria & ad placitum omnino: sicut posuerunt Peripatetici: Dico ad quæstionem q; deo & omni ei qđ in illo est, verbum potest imponi & vox ad significandum, & ita sermone vocali significari potest. & hoc a quocunq; qui quoquo modo cognoscit q; aliquid sit deus: saltem in generali attributo: aut in aliquo alio qđ ex creaturis de deo coniicitur certitudinaliter q; sit aliquid: licet certitudinaliter non possit coniicere de illo quid sit, vt amplius declarabitur in tertia quęstione sequenti. Et scđm hoc concedēda est vltima ratio. ¶Si vero origo verbi sit naturalis vt posuerūt Stoici, & hoc specialiter in primo modo originis verbi pdicto, in quo scđm illos est prima origo verbi: quia verbum sic impositum est origo verbi scđm alios tres modos originis verbi supra tactos. Ille autem primus modus originis scđm Stoicos (vt iā dictū est) est per similitudinem rerum quibus verba sunt imponenda & sonorum, & pertinet principaliter ad præsentem quęstionem. Alii vero tres pertinent principaliter ad quæstionem sequentem, vt videbitur ibidē. Iste autem primus modus originis (vt iam supra dictum est) diuiditur in duos modos, quorum quilibet subdiuidit in duos: & sic in se cōtinet quatuor modos. Quorū primus est per si

N Responsio. O P

militudinem rerum & sonorum in seipsis: qualis est inter sonum æris & tinnitum. Secundus est in suis proprietatibus scdm se consideratis: qualis est inter validum & vim. Tertius est eorum in suis proprietatibus comparatis ad diuersas vires cognitiuas sensitiuas: qualis est inter pilos ouis respectu tactus, & vocem quæ est lana respectu auditus. Quartus est similiter eorum in suis proprietatibus comparatis ad vim intellectiuam quo ad proprietatem rei, & ad vim sensitiuam auditus quo ad proprietatem vocis: qualis est inter rem quę aspere tangit intellectum, vt est virga virilis, & vocem eius quæ aspere tangit sensum auditus, cuiusmodi est veretrum. Et ꝙ primo quęritur, an nec deo nec alicui qđ est in eo vox aliqua verbi imponi potest: quia non est in eo aliquid sensibile sensu auditus: nec eadem ratione tertio modo: quia non est in eo sensibile aliquo sensu omnino. Secũdo autem modo vox deo imponi nõ potest nisi sub ratione alicuius generalis attributi: quia ꝓprietati quę est in creatura, nõ respondet aliqđ in deo scdm similitudinẽ siue congruentiã nisi scdm rationẽ attributi. Et hoc nõ scdm æqualitatẽ: sed solũmodo scdm rationẽ cuiusdã imitationis. Et sic isto modo imponi verbum vocis deo ꝑ æqualitatis similitudinẽ, nõ est omnino impossibile tã ab intellectu creato q̃ ab intellectu increato. Possibile tñ est etiã ab intellectu creato viatoris per similitudinẽ imitationis, vt deo quia validissimus est, vox verbi validissima in sono imponat̃ ad ipm̃ significandum. Et similiter ꝑ similitudinẽ quarto modo impossibile est deo imponi verbi vocẽ ꝑ silitudinẽ ęqualitatis. Possibile est tñ ꝑ silitudinẽ imitationis: & hoc veritati diuinę essentiæ sub propria ratione quã habet in se absq̃ cõparatione ad creaturas: sed hoc non ab intellectu creato viatoris: quia non sic ipsam attingit ꝑ cognitionẽ: sicut nec cęcus natus attingit intelligentiam q̃ significat̃ noĩe coloris. Per silitudinẽ aũt æqualitatis est oĩno impossibile: quia impossibile est ꝙ tanta lenitate seu suauitate tãgat vox aliqua sensum auditus: quãta lenitate seu suauitate tangit veritas diuinæ essentiæ nude cognita intellectum beatũ. Et tm̃ scdm istum quartũ modũ originis verbi naturalis fuit impositio verbi (si tñ fuit naturalis) qua Adam noĩa imposuit rebus Ge. ii. Post q̃ em̃ dixit dñs Geñ. i. Non est bonũ esse hominẽ solũ: faciamus ei adiutoriũ simile sibi: continue sequitur. Formatis igitur dominus deus de humo cũctis animãtib⁹, adduxit ea ad Adam vt videret qd vocaret ea. Qđ re vera (vt æstimo) fecit dominus vt ꝑ noĩa eis imposita iuxta congruentiam rerum declararetur Adę ꝙ non esset in illis similis ei: scdm ꝙ huic facto adiũgit dicens: Adę vero non inueniebatur adiutor similis ei: Et vlterius ex hoc dominus ostenderet ei necessitatem faciendi mulierẽ. Talis ergo impositio quia est scdm proprietatẽ essentiæ & naturæ rei congruentẽ proprietati in cõparatione ad vires cognitiuas sensus & intellectus verbi: tali modo verbum aut nomen imponere rei non est nisi sapientis & perfecte cognoscentis naturam & ꝓprietatem cuiusq̃ rei: quã Adam in statu innocentię diuina sapiẽtia prędit⁹ perfecte cognoscere potuit tãq̃ rem naturali intellectui suo subiectam. Vnde ꝙ quiditas & essentia per se respondeat speciei: & scdm diuersitatem specierũ specialissimarum diuersificentur quiditates & essentię rerũ q̃ in genere plerũq̃ cõueniũt: & sub qualibet specie eędẽ sunt in singulis indiuiduis: ideo tali impositione nõ imponit̃ nomẽ nisi speciebus specialissimis: non autẽ singularibus, dicẽte Phi̇o. vii. Metaphysicę. Noĩa imposita sunt cõmunia oĩbus rebus. Particularia em̃ nõ habẽt nomen ꝓpriũ. Si ergo genera & indiuidua habẽt noĩa, illa nõ sunt nisi pure ad placitũ. Nisi forte imponat̃ correspondẽs ꝓprietati & mori alicuius indiuidui: puta hoc nomen Artoxerxes: qđ aspere sonat apud sensum: quia ille erat asperrimus: & memoriã eius asperrime recipit singulorũ intellectus. Vnde etiã quia post statũ innocentię nullus hominũ perfecte nosse potuit quiditatẽ cuiusq̃ rei etiã sensibilis substãtię vel accidẽtis: ex tali origine ab hoĩe nomen nulli speciei potest ĩponi. Propter qđ oẽ nomẽ ab hoĩe ad placitũ est impositũ: licet quãtũ est ex natura rei & vocis posset eẽ ĩpositio ex origine naturali. De tali noĩs ĩpositiõe dico ꝙ dictis duob⁹ deus est fabilis verbo naturaliter originato ꝑ silitudinẽ imitationis: sed verbo originato ꝑ silitudinẽ ęqualitatis oĩno ineffabilis est omni creaturę. Et hoc nõ tm̃ verbo exteriori sed interiori: quia sicut ꝑ silitudinẽ æqualitatis nullũ verbũ creaturę exterius ei congruit: sic nec vllũ interi⁹. Quia vt dicit Hil. verborũ significãtiã rei natura cõsumit. Et hoc qa qcqd est in vocib⁹ verborũ & in ipsis verbis creatis, diminutũ est qa finitũ, respectu pfectionis q̃ est infinitas diuina. Hinc dicit. xxi. propositio de causis. Causa prima est sup oẽ nomẽ quo noiat̃: qm̃ nõ ptinet ei diminutio. Et de isto mõ ineffabilitatis loquit̃. vi. ꝓpositio de causis, sic dicens. Causa prima supior est oĩ narratione: etiã nõ deficiũt linguę a narratione ei⁹, nisi ꝓpter narrationẽ eẽ ipsius. Cõm. Qđ est quia narratio non fit nisi ꝑ loquelã, & loquela per intelligẽtiã. Et causa prima est super res intelligibiles, quapropter nõ cadit super eã intelligentia. Vnde si verbo mẽtis

deus effabilis est aut narrabilis,hoc est solummodo sibi,& solo verbo suo non creato sed genito.dicente Augustino in Epistola ad Madaurenses. Est quiddam inuisibile summũ æternũ & incommutabile : & nulli effabile nisi tm̃ sibi.Est quiddam quo ipsa summitas maiestatis narratur non impar gignenti atq; narranti verbum,per quod narratur illud principium qd̃ dicẽdo dicere conatus sum, & dicendo non dixi. Tertio autem modo,nec deo nec alicui in eo potest imponi nomen:quia ex ratione talis originis non imponitur nomen nisi rei sensibili:qualis deus non est . Quarto autem modo impositio verbi deo & eis quæ sunt in ipso ex tali origine omnino est impossibilis: etsi sit possibilis circa creaturam:quoniam nulla est omnino proportio inter tactum quo deus aut aliquid eoꝝ quæ in illo sunt , tangit intellectum siue creatum siue increatum,& quo sonus tangit auditum:& præcipue quo tactus vnius soni magis sit illi proportionalis q̃ alterius . Sic ergo breuiter recolligẽdo prædicta: dico ꝙ etsi creaturis verba essent imponenda vel possibilia imponi secundum modum originis naturalis : nullo tamen modo deo aut alicui qd̃ est in eo.Restat ergo ꝙ verbum vocis ei imponibile est ad placitum tm̃: & ꝙ ad placitum sermone siue verbo vocali significari aut nominari potest.Et concedenda est scd̃m hoc vltima ratio quæ hoc concludit.

¶Ad primum in oppositum, ꝙ deus est ineffabilis: ergo non potest fari nec nominari,nec sermone proferri: Dico ꝙ super hoc tãgit Augustinus Brigam quandã vbi dicit primo de doctrina Christiana.cap.iiii. Deus ineffabilis est.qd̃ autem a me dictum est, si ineffabile esset, dictum non esset: ac per hoc non ineffabilis quidem dicendus est deus : quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur : & fit nescio quæ pugna verborum : quoniam si illud est ineffabile qd̃ dici non potest:non est ineffabile qd̃ dici potest.Et dico ꝙ effabile non solum dicit fabile:sed perfecte fabile:illa significatione complente significatum verbi cui componitur.Illa autem præpositio in,adueniens non priuat siue negat fabilitatem ex parte fabilitatis simpliciter:sed ratione plenitudinis solum: quia nulli plene fabile nisi sibi tm̃. Et hoc non aliquo verbo vocali:sed mentali sibi coæterno,vt iam dictum est. Et sic ineffabile licet non possit ab aliqua creatura effari:potest tamen fari:& sic cessat omnis pugna verborum. Hinc dicit Augustinus super Ioannem Sermo.xxxiiii.Extendat anima cupiditatẽ suam: et sinu capaciore quęrat apprehendere qd̃ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit: desiderari potest,concupisci potest, suspicari potest, digne cogitari aut verbis explicari non potest. Et de Trinitate libro.vii.cap.iiii. Loquendi causa de ineffabilibus, vt fari aliquo modo possemus qd̃ effari nullo modo possumus,dictum est. Vnde fando de deo propter minimũ qd̃ scintillamus fando,& quasi totum omittimus, dicit Augustinus.i.conf.cap.v. Loquentes de te muti sunt.¶Ad secundũ patet per idem:quia perfectæ explicationi sicut sunt in se cedunt sensus & sermo:quia demonstrari verbo non possunt:non solum verbo incomplexo quo rememoratur notitia simplicium:sed nec verborum complexione in propositione aut argumentationẽ quibus explicatur notitia habitudinum simplicium inter se : nec sic cedunt sensus & sermo quin aliquo modo verbis incomplexis diuina possint quoquo modo percipi:& verborum complexione aliqua occulta in eis inuestigari.Sed quia idipsum modicum est respectu eius qd̃ restat: & cum hoc periculosum ne explicare volens occulta,incidat in errorem: ideo de talibus tutius est silere q̃ aliquid loquendo & inuestigando explicare. dicente Augustino de verbis domini,Sermo.xxxviii. Fratres,melius esset si possemus tacere,& dicere: hoc habet fides : sic credimus,non potes capere,paruulus es:homo non potest dicere qd̃ non etiam sentire possit: forsitan silendo aliquid dignum de re ineffabili cogitaretur. Et Hilarius.vii.de Trinitate, ca. xxii.Non relictus est homini tm̃ eloquentis de dei rebus alius præterq̃ dei sermo:omnia reliqua & arcta & confusa & conclusa & impedimenta sunt obscura. Siquis aliis verbis demonstrare hoc q̃ quibus dictum est a deo,volet,aut ipse non intelligit: aut legentibus non intelligendum relinquit.Cui vt dicit Augustinus contra Adimantium cap.vii. honorificum silentium potius q̃ vlla vox competeret. Et Hilarius.ii.de Trinita.cap.iiii. Immensum est qd̃ exigitur:incomprehensibile qd̃ audetur:vt vltra præfinitionẽ dei sermo de deo sit.Extra significantiam sermonis est,extra sensus intentionem, extra intelligentiæ conceptionem qcquid vltra queritur,non enunciatur:non attingitur:non tenetur. Verboꝝ significãtiã rei ipsius natura consumit. Sed vt dicit ibidem cap.i.compellimur hæreticorum & blasphemantium vitiis illicita agere:ardua scandere:ineffabilia loqui:inconcessa præsumere:& cũ sola fide expleri quæ præcepta sunt oporteret: cogimur sermonis nostri humilitatẽ ad ea quę inenarrabilia sunt ex

R Ad primũ princip.

S Ad secũdũ

tendere:& in vitiū vitio coarctamur alieno: vt quæ contineri religione mentium oportuisset: nunc in periculum humani eloquii proferantur.

A Quest. II. Arg.i.

Irca Secūdum arguitur q deus non potest significari nominibus seu verbis impositis creaturis, Primo sic. qd est causa seductionis, in diuinis esse non potest quantum est ex parte ipsorum:quia qd est causa seductionis ducit in errorem:quia non est seductio nisi in errorem. In diuinis autem quantum est ex parte ipsorum error esse non potest. sed significare deum nominibus siue verbis impositis creaturis est causa seductionis:quia vt dicit Augustinus de verbis domini contra Arrianos. xxxviii. Sermo. Carnalia transferre ad spiritualia cupiunt:& intentione carnalium facilius seducuntur. Quęcunq autem sunt in creaturis, carnalia sunt respectu spiritualium diuinorum. ergo &c. ℂSecundo sic. Dicit Boethius. iii. de Trinitate. In diuinis intellectualiter versari oportet:neq deduci ad imagines. Sed nominibus impositis creaturis significare deum est deduci ad imagines: quia omnis creatura est imago vel habens aliquam rationem imaginis dei in vestigio. ergo &c. ℂIn contrarium arguitur

2

In opposit. primo. Primo sic. Dionysius cap. i. de diui. nominib. loquens de deo & creaturis, dicit sic. Ex omnibus quæ sunt laudatur & nominatur. non nominatur autem ex illis nisi ipsum significādo verbis

2 siue nominibus illis impositis. ergo &c. ℂSecundo sic. modo quo res cognoscitur, potest significari nomine: & non aliter. Sed scd̄m dicta in præcedenti quæstione, nullus ponit nomen rei quā nescit. Et scd̄m q dicit Augustinus Sermo. xxxviii. super Ioānē, Homo non potest dicere qd non potest etiam sentire. Sed scd̄m Dionysium cap. ii. de diui. nomi. omnia diuina quęcūq nobis manifestantur, in participiis solis cognoscimus:ergo & in solis participiis significari nominibus possunt. Sed hoc non est nisi significare diuina nominib⁹ impositis creaturis: quia de numero participantiū sunt omnes creaturę & solę creaturę. ergo &c.

B Responsio. ℂDico q postq̄ significari nomine siue nominis impositione necessario sequitur cognitionem rei quæ significatur, & cui nomen imponitur, aut possibile est imponi: ita q nō nisi cognito: & non nisi scd̄m q cognitum est posset rei nomen imponi aut res significari nomine: Diuina autem non cognoscūtur a nobis viatoribus, nec possunt cognosci nisi in aliis: & hoc vt in obiectis cognitis: & qd non nisi in alio cognosci potest, non nisi in alio & nomine alterius significari potest:quia nisi ita significaretur, aliter significaretur q̄ cognosceretur: Igitur quęcunq diuina quia a nobis non nisi in creaturis cognoscuntur: non nisi nomine creaturarum significari nobis aut a nobis possunt. Quare cū possibile sit illa a nobis significari:qa nihil possum⁹ intelligere nisi illud possimus significare quoquo modo: licet nō ita cōplete, vt infra videbitur: & intelligere non possumus plura diuina & in deo existentia: puta esse, viuere, sapere, intelligere, & cætera huiusmodi: Dico ergo q plurima quæ sunt in deo, nominibus

C impositis creaturis significari possunt. Quæcūq autem in deo sunt, deus est: ergo & deus ipse nominibus impositis creaturis significari potest. Et hoc non quibusdam communibus creaturarum: & quibusdam non: sed omnibus nominibus omniū creaturarū: & omniū quæ in creaturis sunt. Sed diuersimode, prout diuersimode quęlibet res, & per consequēs nomen eius deo attribui potest, vt supra determinatū est de attributis articulo. xxxii. quæstione. ii. Prout enim ibi determinatum est, quędam deo attribuūtur per proprietatem, vt scd̄m Ambrosium. ii. lib. de Trinitate, illa quorum nomina euidenter diuinitatis proprietatem ostendunt, vt sunt sapiētia, bonitas, potestas, & huiusmodi: & vniuersaliter illa quę aliquid perfectionis simpliciter nominant in creaturis, vt declaratū est in eodem, quęstione prima. Quædam autem alia eidē attribuūtur per translationem: vt sunt illa quorū res nominibus significantes aliqd correspondens diuinæ proprietati in se continent. Et vtroq modo nomina attributorum deo ab illis quæ sunt in creaturis, originem trahunt ab illis scd̄m aliquem trium modorum originis verbi non principalium, videlicet vel rerum similitudine, vel rerum proprietate, vel rerū contrarietate: mixta tamen cum similitudine. Similitudine rerum nominatur deus leo: & nominatur atq significatur nomine animalis sic nominati: & ab ipso nomen tale ei deriuatur: & hoc propter similitudinem quā habent in fortitudine. Ouis vero deus consimiliter nominatur propter similitudinem in mansuetudine quam habet deus cum oue, quæ est animal mansuetum. Vicinitate rerum nominatarum nominatur notitia dei, sapientia, & significatur nomine sapientiæ, quo significata est notitia intellectus creaturæ: & ab illa nomen tale deriuatur cum diuinis tribuit. Vicina enim est sapientia dei sapientiæ creaturę: nō situ loci, sed dignitate na-

turæ: & similiter beniuolentia,& econuerso bonitas eorundem, & cætera quæ deo attribuuntur propter proprietatem. Et hoc aduertendum quo ad illa quę accidunt circa res prius q̃ nomina eis imponantur: vel posterius aduentura sunt nomina illis per se quæ imponuntur: vt quo ad hoc Moyses quia ipse ab aquis assumptus fuit a filia Pharaonis: & ipsum nomen eius interpretatur. Aliqñ ante, vt Iacob ꝙ supplantaturus erat fratrē suū Esau. Mixtim autem cōtrarietate & similitudine rerum, cum zelus nominatur & significatur dei dilectio custoditiua castitatis animæ sanctæ. Vt enim dicit Augustinus contra Adimantiū cap.xi. Zelum dei non cruciatum animi quo maritus aduersus vxorem, vel vxor aduersus maritū nominare solent: sed trāquillitas synceri ssimaq; iustitia qua nulla anima beata esse finit falsis opinionibus prauisq; cupiditatibus corrupta & quodammodo grauidata. Quęro zelum hominis: & inuenio perturbationem cruciantem cor. Cum quęro causam, nihil aliud inuenio nisi quia non patere tur coniugis adulterium. Et ibidem cap.iiii. Tolle de zelo dolorem, quid remanebit aliud nisi voluntas castitatem custodiens? In eo ergo ꝙ zelus in deo dicit tranquillitatem voluntatis, quæ contraria est perturbationi quæ est in zelo hominis, deriuatur ab hominis zelo zelus in deo per rerum contrarietatem: sicut lucus dicitur nemus a luce quia minime lucet. In eo autem ꝙ vtrobiq; dicit voluntatem custodiendi castitatem: deriuatur zelus dei a zelo hominis per rerum similitudinem: sicut ab eo qđ est crux deriuatur crus, vt dictum est in pręcedēti quęstione. Et sic licet non sit, verbum impositū ad significandū deū scđm primū & principalē modum originis verbi: sunt tamen verba plurima imposita ad significādum deum penes alios tres modos originis verbi, ad quos ptinent oīa noīa attributa deo a creaturis siue proprię siue translatiue. Est tñ aduertendū, ꝙ scđm illos tres modos aliter noīa translata a creaturis ad significandū diuina oriunť a creaturis q̃ orianť ab vna creatura & deriuenť ad alterā. Quia in creaturis ab vna creatura deriuanť ad alterā fm aliquā vocis variationē: vt p vicinitatē rerū a capite capillus: p silitudinē rerū a cruce crus: p cōtrarietatē rerū a luce lucus. In deo aūt deriuātur a creatura per omnimodam vocis identitatem, scđm ꝙ ab aīali qđ est leo dicitur deus leo propter similitudinem: a notitia creaturæ quæ est sapientia, dei notitia dicitur sapientia per rerum vicinitatem. Mixtim autem per rerum similitudinem & earundem contrarietatem simul ab amore hominis qui est zelus, amor dei zelus dicitur, vt dictum est. Pure etiam scđm aliquos per rerum contrarietatem a notitia quæ est sapientia in homine, deriuatur ad deum nomen sapientiæ: & dicitur deus sapiens per contrarium: non quia minime sapiat: sed potius ne credatur ei inesse contrarium, scilicet ꝙ sit insipiēs. Et sic scđm dictas tres origines verbi a creaturis verba originantur quibus significatur siue nominatur deus & illa quæ in eo sunt: sed aliud & aliud significant in deo & in creaturis sub eodem nomine non variato. Sed deriuatione nominis a contrario pure non credimus nomen in diuinis a creaturis deriuari: sicut nec ponimus a contrario aliquam appropriationem fieri in diuinis, vt patet ex determinatis in præcedenti articulo. D

¶Qđ ergo arguitur Primo ꝙ deus non potest significari nominibus siue verbis impositis creaturis: quia hoc esset causa seductionis & erroris: Dico ꝙ verum est si eandem significationem rei eiusdem modi & naturæ intelligantur significare in diuinis & in creaturis & sic scđm idem significatum a creaturis nomina transferantur ad diuina: qualiter intelligebant hęretici nomina deriuari siue transferri ad diuina a creaturis: puta natiuitatem filii. De qua ibidem Augustinus ad literam loquitur dicens sic. Quando carnalibus ista spiritualia intimabimus homini assueto natiuitate terrena: & videntibus creaturæ ordinem vbi successus & decessus gignentes & genitos ætate distinguūt? Post patrem enim nascitur filius patri mortuo successurus. Hanc consuetudinem videndi carnalia transferre illi ad spiritualia cupiunt: & intentione carnalium facile seducuntur. Idem exponens illud Nō potest filius facere quicq̃ nisi quæ viderit patrem facientem, dicit super Ioā. Sermo.xxx. Quæ si intelligantur scđm humanum sensum: nihil aliud nobis facit anima plena phantasmatibus nisi quasdam imagines velut duorū hominū patris & filii, vnius ostēdētis, alterius vidētis, q̃ omnia idola cordis sunt Quę si iam deiecta sunt de templis suis, quāto magis deiicienda sunt de cordibus Christianis? Et quid faciem⁹ nos? silebimus? vtinā liceret. quid illi? cōtra si haberet qđ diceret, diceret. Vict⁹ est qui respōdere nō vult. Ille cui hoc dicit si nō respōdeat: etsi in seipso victus nō est, vinciť tñ in titubātibus fratribus: & forsitan verū putāt nō esse. Igiť vt dicit Hil. cōpellimur hęreticorū &c. vt supra in fine q̃st. pcedētis. Hoc igiť ꝙ fm idē significatū nituť hęretici verba trāsferre a E Ad primū princip.

creaturis ad diuina: causa seductionis & erroris ipsorum est in ipsis solummodo: non autem in aliis. Qd tamen nõ est ita vt putant, dicente Cõmẽ. sup illud Boethii de Trini. ca. v. Substãtia non est in illo vere substãtia: sed vltra substãtiã. Idẽ qualitas &c. Cõm. Quasi vere quę de deo pdicanẽ nõ sunt qd nominanẽ. Nã quia nõ est tãta dictionũ copia vt quęcũq suis possint noĩbus designari, humanę locutionis vsus maxime a naturalibus ex aliqua rationis pportione noĩa transfert: vt sicut dicimus corpus albũ magnũ, corpus substãtia, albũ qualitate, magnũ quantitate, ita dicimus Deus iustus maximus: quasi dictũ sit deus substantia: iustus qualitate: maximus quãtitate: cum tñ nihil horum rerũ aut generis pprietate: sed tñ pportionali transactione dicamus. Et Hil. li. iiii. de Trini. in principio. Nõ ignoramus ad res diuinas explicãdas neq hominũ elocutionẽ neq naturę humanę cõpositionẽ posse sufficere: qd. n. inenarrabile est, id significãtię alicuius finẽ & modũ nõ habet. Cũ tñ de naturis cęlestibus sermo est: illa ipa quę sensu mentiũ continenẽ, vsui cõmuni & naturę & sermonis sunt eloquẽda: non vtiq dignitati dei cõgrua: sed ingenii nostri imbecillitati necessaria: reb⁹. s. & verbis nostris ea q̃ & sentim⁹ & intelligimus locuturi. Vñ ad pcauẽda pdicta q̃ cõtingũt hęreticis, dicit Aug. de Trini. ix. ca. i. Nõ aliqd de trinitate dicamus qd nõ creatori sed creaturę poti⁹ cõueniat aut inani cogitatione figatur. Et li. vii. ca. iiii. Quisqs deũ cogitat, & nondũ põt oĩno inuenire quid sit, pie tamen caueat quantũ potest de illo sentire qd nõ sit. Si em̃ verba a creaturis trãslata ad diuina scdm aliam significationẽ rei. s. eminentioris intelliganẽ in illis q̃ in creaturis, non sunt causa seductionis, sed potius elucidationis veritatis: scdm ꝙ supra articulo. xx. q̃stione. i. & ii. de modo locutionis sacrę scripturę expositũ est. scdm ꝙ etiã docet Hil. dicens. ii. de Trini. cap. ii. Quia malignitas instinctu diabolicæ fraudulentię excęcata veritatem rerũ per naturæ nomina eludit: nos naturas nominibus pferam⁹: non frustrenẽ naturæ pprietatibus nominũ: sed iuxta naturę significationẽ noĩa coarctenẽ. Dñs baptizans gẽtes in noĩe patris & filii & spiritus sancti, posuit naturę noĩa. Vnde talis translatio seu deriuatio nominũ a creaturis ad diuina est quasi quędã nominũ ad significandũ ĩpositio. ¶ Ad secũdũ, ꝙ in diuinis oportet non deduci ad imagines: Dico ꝙ ad imagines contingit deduci dupliciter. Vno modo sentiẽdo esse in diuinis qd percipitur esse in imaginibus. sic deduci imagines & nominibus impositis creaturis significare deum, est causa erroris & seductionis, vt dictũ est. Alio modo sentiendo p similitudinẽ & vicinitatẽ esse eminenter tale qd in diuinis quale percipiẽ esse in creaturis siue in imaginib⁹. sic deduci ad imagines, & noĩbus impositis creaturis significare deum, vt silr dictũ est: nequaq̃ est causa seductionis & erroris: sed poti⁹ directionis ĩ cognitione veritatis circa diuina. ¶ Et scdm hoc concedẽda sunt duo argumenta in cõtrariũ: pręter hoc ꝙ secũdũ nititur probare ꝙ solis nominibus impositis creaturis deus significari possit: qd nõ est verũ. Licet em̃ significare aliqd de deo non possumus in speciali qd pertineat ad pfectionẽ naturæ eius: cuiusmodi est sapiẽtia, bonitas, potestas, & huiusmodi: nisi nominibus sumptis ex creaturis: & hoc (sicut iam dictum est) p vicinitatẽ perfectionũ consimiliũ in creaturis: ita ꝙ non possimus significare nomine alicuius in creaturis veritatem pfectionis diuinę essentię: quia non respondet ei p completã vicinitatem aliqd in creatura: nec possumus illi nomẽ imponere ex notitia qua cognoscitur de re quid sit: quia (vt dictũ est) perfectionẽ virtutis diuinæ essentię solus deus cõphensione potest cognoscere: possumus tñ illi nomẽ imponere ex notitia qua p creaturas possumus cognoscere an sit & quid sit saltẽ in generali attributo, vt dictũ est supra. Et sic nominamus ipm hoc nomine deus, nõ ex aliqua naturali cõgruentia huius vocis deus, quę est quatuor literarum: quia nulla potest esse scdm pdicta: sed solũmodo ad placitũ. Aut si vox aliqua naturaliter ĩ se vel in aliqua pprietate sua cõuenire posset diuinę essentię aut alicui pprietati eius: aut solus deus nomen illud vocis congruens pfectioni suę essentię imponere posset: vt dicit supra de attributis articulo. xxxii. q̃stione. iiii. aut intellectus beatus quicũq: & si tale nomen deo naturali origine p similitudinẽ vocis ad rem significatã iam sit impositũ: puto ꝙ sit illud qd dicit Rabi Moyses fore nomẽ Tetragrãmaton deo appropriatũ. de quo dictũ est satis scdm Rabi Moysen in dicta quęstione: & amplius declarabitur in sequenti articulo q̃stione. ix.

F
Ad secũdũ

G
Ad duo in oppositũ.

H
Quęst. III.
Arg. i.

Circa Tertium arguitur ꝙ nomina significãtia deum & creaturas nõ significant illa vniuoce, Primo sic. In omni genere & ordine rerum vnũ est ante multa. iuxta illud Dio. ca. iiii. de diuinis no. Dyas nõ principiũ. Monas autẽ totius dyadis principiũ. In ordine aũt pducentiũ & pductorum productio æquoce ponit omnimodã pluralitatẽ iter pducentẽ & pductũ pp̃ter dissimilitudinẽ pducentis ad pductũ. Sol em̃ non calore generat calorẽ. Produ-

ctio autē vniuoca semper ponit vnitatē inter productū & producentem: quia est per similitudinem producētis ad productū. Ignis enim calore generat calorē. Primi ergo agentis ad suū productū debet esse vniuocatio, & illa est principium primū ad productionem aequiuocā, & debet ęquiuoca ad vniuocā reduci. sed nomina q̄ a creaturis deo attribuunt̄, & a creaturis ad significandū deum & quae sunt in illo trāsferuntur, transferūtur ad illū vt ad causam primā ab effectu, vt declaratū est supra loquendo de attributis. Transferūtur ergo ad ipsum significandū vt causam vniuocā ab effectu vniuoco. sed talia nomina dicuntur vniuoce de causa & de effectu: puta calor de calore in igne, & de calore in ignito: ergo &c̄. ¶Scdo sic. Quae dicūtur de aliquibus cōuenientia nominis & rei, dicūtur vniuoce de illis per definitionē vniuocorum. sic dicunt̄ de deo & creaturis nomina quae deū & creaturam significāt: vt cū demonstrata notitia dei dicitur, hęc est sapientia, & similiter notitia creaturae. Aliter enim cū sapientia dei non plus conueniret sapientia creaturae q̄ creaturae bonitas: quia tātū differret sapiētia dei a sapientia creaturae: quantum differt a bonitate illius. qđ falsum est: quia si homo sit nō bonus, & sapiens: cōmunicat cū deo inquātum ille est sapiens. sed licet esset bonus & nō sapiens, in nullo cōmunicaret deo inquātum ille est sapiens: ergo &c̄. ¶In contrariū est ꝙ minus diuersa magis nata sunt vniuoce eodē nomine significari q̄ magis diuersa: quia illa sunt propinquiora vnitati & cōuenientię q̄ ista. Sed substātia & accidens in creaturis minus diuersa sunt inter se q̄ id qđ nominatur nominę sapientię in deo, & id qđ nominat̄ nomine sapientię in creatura: quia substantia & accidēs ambo sunt creaturae. sed substātia & accidens eodem nomine vniuoce significari nō possunt: quia scđm Porph. si quisꝙ oīa entia vocet, ęquiuoce nūcupabit. Non videntur autem substantia & accidens magis vniuocari q̄ in ente. ergo &c̄.

2

In opposi.

¶Dico ꝙ in esse tota actualitas rei cōsistit siue quo ad essentiā siue quo ad existētiam. Q̄diu enim res aliqua non est nisi in potentia tm̄: non est siue non habet esse inquantum huiusmodi. Ipsum etiam esse circuit intima & minima vniuscuiusꝙ rei. Nihil em̄ est in re quacūꝙ cui esse non cōueniat. Propter qđ nihil est latius ente. Et est ipm̄ esse diuersum atꝙ aliud & aliud in reb⁹ scđm diuersitatem eius qđ pertinet proprie ad quiditatem cuiusꝙ, & similiter est ipsum esse vnū & idem in vnoquoꝙ scđm vnitatē quiditatis suae. Quaecūꝙ ergo in aliquo quantūcūꝙ minimo in ratione vnitatis vniuocari possunt: vt nomē aliquod scđm illud de eis dici possit vniuoce, & illa vniuoce significare per illud: necesse est ꝙ illa possint saltem vniuocari in esse. Quare cū vt supra determinatū est loquēdo de esse dei: deus & creatura in nullo esse vniuocari possunt: multo minus q̄ substātia & accidens: ergo nec in aliquo alio. Sed nō significant̄ vniuoce eodem nomine nisi per aliquid eis vniuoce cōueniens, qđ primo & per se significatur illo nomine. Dico igit̄ simpliciter ꝙ non idem re, sed re omnino aliud, significat idem nomen de deo & de creaturis. dicēte Boethio de trini. c. v. Decē prędicamēta quae de rebus omnibus vniuersaliter p̄dicantur, talia sunt, qualia subiecta p̄miserunt. Nam corū pars in reliquorū p̄dicatiōe substātia est: pars in accidētium numero est: atꝙ cū haec in diuinā prędicationē quis vertit, cuncta mutātur quę prędicari possunt. Cōmentator. i. cū de deo prędicari dicentur siue substātiae siue quātitates &c̄. cūcta mutātur. i. q̄uis de deo prędicat̄ nomine substātia, vel qualitas, vel quātitas, vel aliquod naturaliū nomine appelletur, non tamen est qđ dicitur: sed aliqua rationis proportione ita nominat̄. Propter qđ subdit Boethius dicēs. Nam substātia in illo nō est vere substātia sed vltra substātiam. Idem qualitas &c̄. Cōmen. Quasi vere quę de deo praedicant̄ non sunt qđ nominant̄, non quia nō est tanta &c̄. vt supra quęstione proxima praecedente. ¶Est autē aduertendū ꝙ interponit Commen. Quasi, excipiendo illud qđ dicit Boethius, Quę possunt prędicari, & hoc propter relationem quā excipit. Vn̄ exponēdo se subdit. Relatio vero omnino non prędicari potest. & hoc vt subdit in. c. ix. neꝙ de deo neꝙ de caeteris. Commenta. Vera essendi ratione. Per qđ intelligit ꝙ tria p̄dicamēta absoluta. s. substantia, quantitas, & qualitas aliquid sunt in se, & similiter scđm ipsa sunt aliquid subiecta de quibus prędicant̄. Nō sic autē. vii. prędicamēta relatiua. Vn̄ de trib⁹ primis dicit Boethius. c. viii. Haec p̄dicamēta talia sunt, vt in quo sunt ipsum esse faciunt quod dicit̄. De aliis dicit. c. ix. Talia sunt vt nō quasi ipsa sit res id qđ p̄dicātur de qua dicit̄. i. scđm Cōmen. q̄uis in p̄dicamento de substantia relatio nō dicat̄ est: vt deus est pater vel homo est pater: non tamen ita dicitur quasi ipsa res de qua dicit̄ sit id. i. habeat esse aliquod eo qđ prędicat̄. Nam est quicquid pater est: sed illud qđ est esse patrē nō est esse, quomodo qđ est quale vel quātū est, & esse quale vel quātū est esse: vt homo qui est albus vel longus est, & cū esse album vel longum est esse: sed esse patrē non est esse: q̄uis qui

1

Responsio.

K

L

pater est vere sit,& hoc quia nõ est aliquis pater ex aliqua proprietate qua possit scdm se designari,& sine ad aliud extra se facta sui collatione demonstrari,sicut absq̧ sui ad alterum cõpositiõe per se designatur homo esse homo forma humana,qualitate esse alb9,quãtitate longus. Vbi pro voce quã Boethius & Cõmen.ponũt posui patrẽ,& hoc propter clariorẽ intellectum illius vniuersaliter dicti de relatiõib9.Et nota q̧ nõ est ista differẽtia iter tria pdicamẽta absoluta & prędicamẽta relatiua,nisi q̧ de ratione sui prędicamẽti illa relatiua non dicũt nisi rationẽ essendi ad aliud,non autẽ aliquã propriã realitatẽ,qualem dicũt absoluta.Propter qđ cũ mutatio pdicamẽtorũ quãdo trãsferunt ad diuina nõ sit nisi scdm res significatas,vt dictum est, ideo alia quia.s.proprias res dicũt,mutari possunt.Relationes autẽ nequaq̃:quia proprias res nõ dicũt sed manent scdm rationẽ illã in diuinis quã tenuerũt in creaturis.Et ideo quo ad id qđ de proprio habẽt relationes in sua significatione,vniuoce significãt in diuinis & in creaturis,nõ sic pdicamẽta absoluta.Sed aspiciẽdo ad realitatẽ quã relationes cõtrahũt in suo significato ex prędicamẽtis sup quę fundant,bene mutãtur relationes trãslatę ad diuina sicut & alia: & sicut in diuinis substantia nõ est substãtia.s.talis qualis est in creaturis: sed supersubstantia:sic in diuinis paternitas non est paternitas,talis.s.qualis est in creaturis:sed suppaternitas. Et hoc modo nomina relationũ ęquiuoce dicunt & significant in diuinis & in creaturis,sicut & nõia pdicamentorũ absolutorũ.

M ¶Et secundũ hoc dico generaliter q̧ nomen significãs cõmuniter deũ & creaturã aut aliquid qđ est in deo & in creatura,necessario significat illa ęquiuoce & nõ vniuoce.Et secundum hoc concedenda est vltima ratio.

N Ad primũ prin. ¶Ad primã in oppositum q̧ primi producẽtis ad pductũ suum debet esse vniuocatio:quia vniuoca productio prior est pductione quę est ęquiuoca: Dico q̧ verũ est de agente primo ad suũ primũ productũ:quia productio illius necessario est vniuoca,eo q̧ est prima: quia ęquiuoca nõ potest esse prima:sicut nec multũ potest pcedere vnum:vt tangit in argumẽto,& bene.Nõ autẽ est verũ semper de agẽte primo ad secundũ pductum ab eo,quia agens primũ & vniuocũ respectu vnius pducti bene potest esse agens primũ & ęquiuocũ respectu alterius pducti:sed ordine quodã:quia actio pducentis ęquiuoci necessario est secũda,& secũdi a secũdo producti:& psupponit actionẽ pducẽtis vniuoci quæ est prima,& primi atq̧ primo pducti,ad quã reducit secũda.Dico ergo q̧ sicut deus & creatura in nullo vniuocãtur , sic nõ est vniuoca sed ęquiuoca pductio qua pducit creaturã:& necessario psupponit vniuocã:sed nõ totius trinitatis pducentis creaturã:sed primę psonę in trinitate,qua.s.pater pducit filiũ:& etiam qua ambo producũt spiritũ sanctũ:secundũ q̧ specialius debet declarari in sequẽti parte hui9 disputationis ordinari.Et scdm istas duas pductiones duplex est assimilatio pducentis ad productũ,dicẽte Ambrosio in lib.de incarnatione verbi.Alia est similitudo scdm imitationẽ,alia scdm naturã.Secundũ imitationẽ enĩ est similitudo creaturę ad deũ,secundũ naturã autẽ filii ad patrẽ,& vtriusq̧ illorũ simul ad spiritũ sanctũ,secundũ q̧ hoc clarius patet ex supra determinatis circa relationẽ similitudinis diuinarũ personarũ inter se.

O Ad secũdũ ¶Ad secundũ q̧ nõia quæ significãt deũ & creaturã dicunt de illis cõuenientia rei & nominis &c̃. Dico q̧ sicut scdm Ambro.est similitudo scdm imitationẽ & scdm naturã,sic & cõuenientia.Et bene verũ est q̧ inter deũ & creaturã est cõueniẽtia imitatiõis,nulla tñ naturę,qua.s.eandẽ naturã singularẽ cõicẽt,sicut diuinę psonę cõicãt eãdẽ diuinã essentiã,vel vniuersalẽ sicut species essentiã generis. Nũc autẽ vniuocationẽ nõ operat cõueniẽtia nisi sit sm naturã,qualis nõ est inter deũ & creaturã:nec maior inter sapientiã dei & sapientiã creaturæ:q̃ inter sapientiã dei & bonitatẽ creaturæ:licet inter sapientiã dei inquãtum sapientia,& sapientiã creaturæ maior sit cõuenientia imitationis q̃ inter sapientiã & bonitatẽ creaturæ vt tãgit obiectio. Nec est maior cõueniẽtia scdm naturam ad deũ illorum in creaturis,quorum nomina transferunt ad significandũ deũ per proprietatẽ q̃ quorum nõia transferuntur ad significandum deum per similitudinem:licet sit maior conuenientia scdm imitationem.Propter quod scdm diuersam rationem originis verbi transferũtur nomina illorum & istorum ad diuina:vt habitum est in precedenti quæstione.

P Quęst.IIII Argu.1.

Irca quartum arguitur q̧ nomina significãtia deũ & creaturam significãt illos pure ęquiuoce,Primo sic.Quæ maiorẽ diuersitatẽ habent inter se,magis habent ęquiuoce significari eodẽ nõie q̃ quę minorẽ:quia ęquiuocatio est secundũ significatorũ diuersitatẽ, vt patet ex definitione ęquiuocorũ . maiorẽ autẽ diuersitatem habent inter se deus & creatura,q̃ diuersa indiuidua sub eadem specie:quia illa in aliquo reali cõicant:licet vniuersali:Deus autem &

creatura nequaq̃. sed diuersa indiuidua eiusdē speciei pure ęquiuoce significant̃ eodē noīe: vt duo Alexandri scd̃m Boethiū super prędicamēta Aristo. ergo &c̃. ¶ Secundo sic. Nomen significās plura absq; omni illorū vniuocatione necessario significat illa pure ęquiuoce: quia ęquiuoca & vniuoca ex opposito distinguunt̃ sub vnitate vocis. sed nomen significās deū & creaturā significat illos absq; omni vniuocatione: quia dei & creaturę nulla omnino est ratio substantiae eadē: qd̄ requirunt vniuoca scd̃m illoꝝ definitionē: ergo &c̃. ¶ In contrariū est q̄ illa quę cōmunicāt idem nomen nō absq; ordine quo nomen nō cōuenit vni per prius & alteri per posterius, illo noīe nō significant̃ pure ęquiuoce: quia nō ęqualiter sunt sub voce significata. de⁹ & creatura sunt huiusmodi: quia in nullo ęquari possunt: ergo &c̃. a In opposi.

¶ Dico q̄ licet omne nomen ęquiuocū significet plura nō sub vna ratione rei: quia nihil significat cōmune reale, siue singulare, siue vniuersale ad illa: quale ē oīe nomē vniuocū illa tñ plura nō semp vniformiter se habēt ad rationē secundū quā nomē rei imponit̃. In impositione eñ nois rei cui imponit̃ cōsiderāda est ratio rei secundū quā nomē illi imponit̃: quia res eadē aliqñ habet plures ratiōes: & licet ipsa sit vna & eadē, tñ voce bene imponit̃ scd̃m rationē vnā & scd̃m aliā: puta eadē res significat̃ noīe substātię aut accidentis, aut noīe entis: sed scd̃m aliā & aliā rationē: quia sub noīe entis scd̃m rationē actualitatis simpl'r: sub noīe substātię scd̃m rationē actualis existētis in seipso, nō autē ī alio: sub noīe accidētis s̄m rōnē actualis existētis nō nisi ī alio. Quę quidē ratio est alia & alia: scd̃m modū quo cōcept⁹ ab īponēte circa rē est ali⁹ & ali⁹. Distinguendū igit̃ est de reb⁹ ęquiuoce significatis sub eodē noīe. Aut eñ aliquā habitudinē habēt propter quā vox illis cōiter imponit̃, aut nullā. Si nullam, tūc est pura ęquiuocatio: & est illorū quę vocant̃ ęquiuoca casu, quibus idem nomē ęque primo & pricipaliter imponit̃: vt duo viri sub hoc noīe Alexander. Si vero aliquā habēt habitudinē propter quā vox illis cōiter imponit̃, tunc nō est pura ęquiuocatio, & est illoꝝ q̃ vocant̃ ęquiuoca habitudine, & hoc vel habitudine illoꝝ quā habēt inter se ex rationib⁹ īęqualib⁹: propter quā vnū illoꝝ mutuat nomē ab altero, vel amborū ad tertium inęqualiter: propter quā ambo ab illo nomē mutuāt inęqualiter. Et cōtinet ista ęquiuocatio q̃ est habitudine, quatuor modos, & p̄cedēs vnū. Boethius eñ in cōmento libri p̄dicamētorū Arist. sup capitulū de ęquiuocis distinguit quinq; modos ęquiuocatiōis de reb⁹ q̃ significant̃ ęquiuoce sub eadē voce. Sūt eñ vt dicit ęquiuoca casu: vt duo Alexādri. Proportiōe, vt principiū dicunt̃ vnitas & pūctus. Relatiōe, vt salutaris dicit̃ vectio & esca. Similitudine: vt hō verus & pictus. Descēsu: vt aīal dicit̃ sanū & vrina. Casu sub hoc noīe Alexāder duo viri nūcupant̃: quia absq; causa & ratione ad hoc inducēte ex natura rerū significatarū, eo q̄ nullā habitudinē habēt neq; inter se neq; ad tertiū propter quā vnū nomen habeant. Proportione aūt ęquiuocant̃ sub hoc noīe principiū vnitas & pūctus: quia licet vnitas & pūctus inter se habeant habitudinē in hoc cōueniētię & mō similitudinis: quia vnitas est a qua numerus p̄cedit: & pūctus a quo linea: & scd̃m hāc habitudinē cōmunē fit eis impositio hui⁹ nois principiū: tñ ista p̄portione se habet vnitas ad numerū in principiādo ipm̄, & pūctus ad lineam: quia vnitas principiat numerū vt pars suū totū: punctus aūt nō sic lineā: sed solūmodo vt terminus terminatū: & sic p̄fectius rē principiādo cōuenit vnitati q̃ puncto. propter qd̄ etiā cōuenit primo nomē principii vnitati: secūdo aūt pūcto per trāsumptionē ab vnitate. Relatiōe aūt ad idē. s. ad sanitatē aīalis cui⁹ sunt causatiua aut cōseruatiua, dicit̃ salutaris. i. sanatiua vectio, & sil'r esca: sed esca primo & principaliter, & vectio secūdo, & hoc quia vectio nō est sanatiua nisi quia cōfert ad digestionē escę q̃ est per se sanatiua. & sic p̄fecti⁹ ratio sanādi cōuenit escę q̃ vectioni. Propter qd̄ etiā pri⁹ cōuenit escę nomē sanitatis: secūdario aūt cōuenit vectioni. Similitudine aūt ad verū hoīem dicit̃ pictura vel imago hois homo, & sic p̄fectius est ratio hoīs ī homine vero q̃ in eius pictura. Propter qd̄ nomen cōuenit primo hoī, & secūdario picturę. Descēsu vero quo effectus & qd̄ est in eo descendit in sua causa: quia. s. impressiones q̃ sunt signa sanitatis q̃ est in animali, vrina recipit a sanitate aīalis. & sic p̄fectius est ratio sanitatis in aīali q̃ in vrina. Propter qd̄ aīali primo & per se cōuenit nomē sanitatis, & vrinę secūdo, & hoc per quādā transumptionē nominis a causa ad causatū. Et vocat̃ talis ęquiuocatio quae est in istis quatuor modis, proprie anologia: quia nomen per prius & posterius dicit̃ de pluribus, & per prius & posterius significat illa. Et per talem habitudinē quodammodo ista aequiuocatio declinat a pura ęquiuocatione ad vniuocationē, secūdū quā ęquiuocationē scd̃m aliquē dictorū quatuor modorū ęquiuoce dicunt̃ de deo & creatura nomina quae significāt vtrūq;: & tali ęquiuocatione ęquiuoce significant illa. Semper enim nomen tale prius conuenit vni illorum q̃ alii, & nunq̃ Q Responsio. R

ęque primo & principaliter, sicut cõuenit vbi est pura ęquiuocatio. Et secūdum hoc cõcedenda est vltima obiectio. Cui autē illorum, deo. s. an creaturæ conueniat prius & principalius nomē cõmune eis, & cui non, videbitur in sequenti quæstione.

S

Ad primū ppn.

¶Ad primū in oppositum ꝙ maiorem diuersitatem habent inter se deus & creatura ꝗ diuersa indiuidua eiusdem speciei specialissimę, quæ non continentur ab eodem nomine nisi ęquiuoce: quare nec deus & creatura: Dico ꝙ verū esset si propter diuersitatem rerū quæ ęquiuocātur diceretur pura ęquiuocatio. Nunc autem ex diuersitate rerum diuersarum definitionum significatarum sub eodem nomine contingit æquiuocatio simpliciter secūdum eius definitionem: sed ꝙ fit pura & mera ęquiuocatio non declinans in aliquo ad vniuocationem, hoc solūmodo ideo cõtingit, ꝙ illa scilicet diuersa non habēt aliquā habitudinem inter se vel ad tertium: propter quā vox illa cõmuniter eis conuenit, qualem habent deus & creatura quandocū ꝗ sub eodem nomine ęquiuocantur: vt patebit in sequenti quæstione. Propter istam enim habitudinem ex eodem fonte nomen deriuatur pluribus: ex diuersis autem cum defuit talis habitudo. secundū ꝙ Augustinus distinguēs ęquiuocationē in Dialectica sua. c. x. dicit sic. Duas habet formas. Nam sunt ex eadem origine aut ex diuersis. Et exponendo seipsum cõtinue subdit. Ex eadē origine appello quæ ꝗuis vno nomine at nõ sub vna definitione teneātur, vno tamen quasi fonte manant: vt est illud ꝙ Tullius & homo, & statua, & codex, & cadauer intelligi potest. Non possunt quidem ista vna definitione concludi, sed tñ habent vnum fontem verum scilicet hominē, cuius & illa statua, & ille liber, & illud cadauer est. Ex diuersa origine: cum nepos longe ex diuersa filium filii & luxuriosum significet. Et sic ex diuerso fonte procedere intelli

ea siquis omissis verbis vsitatis in illa vteretur verbis in illa non vsitatis:sed in alia.Puta qui in logica subiectum & prædicatum nominaret suppositum & appositum:quæ verba non in logica:sed in grammatica sunt vsitata:improprie diceretur loqui. Tertio:qa nō principaliter:queadmodū accidens dicitur improprie ens respectu substātię:& creatura respectu dei.Et hoc modo sicut substantia dicitur ens proprie respectu accidētis:sic deus posset dici ens ꝓprie respectu creaturæ:prout pcedit tertiū argumentū.Et hoc mō dicit Cōmētator sup.xii.metaphy.ꝙ vita & sciētia ꝓprie dicūt de deo.Sed hoc nō ptinet ad nōis significationē,sed poti⁹ ad quandā nōis cōis appropriationē.de q̄ habitū est supra loqndo de appropriatis:sumēdo.s.ꝓprie ꝑ appropriate ꝑ ꝓrogatiuā. Sumēdo aūt ꝓprie ꝑappropriate per silitudinē ad ꝓpriū ei⁹ cui appropriat,qđ ꝓprie dicit appropriate: dico ꝙ nullo modo nomen aliqđ potest dici proprie de deo:nec deum ꝓprie.i.appropriate significare:qa tale appropriatū non esset nisi cōmune deo cum creaturis.Tale aūt cōmune prout cōuenit creaturæ propter infinitam distantiā illius a deo,nullo modo habere posset conuenientē similitudinē ad proprium dei.Propter qđ nulla appropriatio eius qđ cōuenit deo & creaturis,inquātū cōuenit creaturis deo fit per similitudinem,sed per excellentiam tm̄.

D Ad pri. principale ❡Qđ ergo arguit primo ꝙ res significatæ per nomina diuina proprie immo propriissime habent esse in deo:immo ꝓprie imo ꝓpriissime nominant illas:Dico secūdū dicta in q̄stione quinta præcedente,ꝙ bene verū est aspiciēdo ad significatū dignius sub nomine.Aspiciendo tm̄ ad id qđ famosius significatur ipso noie,& ad primā nominis impositionē:nō est ita.Et quo ad hoc attendit principalis improprietas in nominib⁹ diuinis.s.quia primo imposita sunt rebus creatis & illis quæ sunt in creaturis:quæ idcirco famosius p huiusmodi noia ab audientibus concipiunt quādo proferunt:& ab illis sunt translata ad significandū in diuinis correspondentia:q̄ vt sunt in diuinis,ex se & in se nobis nō sunt cognita,sed solummō cognita ex illis & in illis quibus correspondent in creaturis:ad quę primo & immediate mens nostra se conuertit intelligendo aliquid statim cum nomina proferunt.Et ideo ipsa per aliquā improprietatem translationis diuina significāt.Sicut cū ridere trāsfert ad significādū floritionē prati,dicēdo pratum ridet . Aut p aliquā similitudinē rerū significatarū.vt cum dicitur vox alba per aliquam similitudinē vocis in mouendo auditum,& coloris albi in mouēdo visum.Aut per viciniratem causæ ad effectū.qđ magis valet ad propositum. Queādmodū em̄ dicit terror a quo terror ꝓcedit in hominib⁹:sic sapientia dicit notitia dei,a qua procedit sapientia in hominibus:& bonitas dei a qua ꝓcedit in hominibus bonitas.Sed est aduertēdū ꝙ translatio ista nominū a creaturis ad deum fit tripliciter.Primo per cōtrarietatē:licet mixtim per aliquam similitudinem,vt dictum est supra de zelo cum dicitur deus zelans.Secundo p similitudinē:vt cū dicitur deus leo.Tertio per vicinitatem:vt cum dicitur deus sapiēs.Et est prima trāslatio summe impropria,inquantum fit per contrarium.propter contrarium enim eius qđ illa nomina inquantū transferuntur per contrarium ad diuina significant in creaturis,maxima improprietate transferunt noia p cōtrariū a creaturis ad diuina.Quibus scripturæ tm̄ vtūtur loquendo de deo & de diuinis:& hoc non tā ad significandū aliquid qđ est in deo correspōdēs illi qđ significat i creaturis inquantum per similitudinem transfertur ad deum:q̄ ad indicandum per id quo per contrarium transferuntur ad deum. Qꝫ manifestum est talia non significare aliquid proprie in deo aut de deo:ꝙ nec aliqđ aliorum diuinorū noim ꝓprie de deo dicit:aut ipsum significat,vt prædictū est secundū August.contra Adimantiū in vltimo argumento.Secūdū illud etiā qđ dicit Diony.ii.ca. cęl.Hierar.Obscuritatis arcanoꝝ magis apta est p dissimiles formationes manifestatio.Secunda autem translatio quæ est per solam similitudinē,est minus impropria q̄ prima:qa minus est repugnās & absurda deo creaturæ substātia q̄ morum ipsorum peruersitas. Tertia autē translatio quæ est p vicinitatem,minus improprietatis habet:quia ista est p conuenientiā inter se eius a quo nomē trāsfertur ad id ad qđ trāsfertur.Illa vero est non p cōuenietiā illoꝝ inter se,sed in aliquo qđ quadā cōitate cōuenit ambob⁹.Et quia ista tertia fit p maiorē cōueniētiā,ideo respectu secūdę vocat p ꝓprietatē:quia.s.est p minorē improprietatē.Sed adhuc minor est īproprietas in hoc noie de⁹:in hoc ꝙ significat absq; omi trāslatione vocis,vt iā dicet.Sed & noia illa q̄ maxime improprie dicunt quo ad nois translationē,alia ratione propriissime dicuntur de deo,vt infra articulo sequenti q̄stione scđa & tertia patebit.

E Ad scđm. ❡Ad secūdū ꝙ deus noiat ꝓprie noie illo qđ significat rem q̄ soli deo cōuenit,cuiusmodi est hoc nomen deus secūdū Aug. Dico secūdū iā dicta ꝙ i noibus cōibus deo & creaturis deus improprie significat ꝓpter nois trāslationē ad significādū illud qđ est i deo ab eo qđ est i creaturis:cui ꝓprie & principaliter est impositū vt signum illius:& hoc non absq; notitia rei illius aliqua præcedente in imponente : qua postq̄ illud imposuit ad significandum illam rem,illo nomine proposuit vti in loquendo vt signo ad ind icandum alteri cum quo loquendum esset rem

illam cui ad significandum eam illud imposuit: vt sic quia res quas ostendere possemus vel
indicando illas nutu vel signo digiti vt parietem, vel seipsas vt si a te quaererem quid sit ambu-
lare: surgensque id ageres: non semper praesentes habemus: nominibus siue verbis vteremur pro re-
bus, prout determinat Philosophus in principio libri Elenchorum. Quę quidem nomina alteri cū
quo loquendum esset signa esse non possent secundum superius determinata, nisi ipse similiter pri-
us rem significatam cognosceret quoquo modo: & nisi esset prius ei indicatum quoquo modo: &
tale nomen talis rei signum indicatiuum esset: & sic per consuetudinem quasi ex pactione inter se
omnium qui sunt eiusdem linguę talis vox talem rem significaret. Et per hoc talis vox talem rem
proprie significat: & illa est propria eius significatio: quae si propter vocabulorum penuriam alteri
rei consimiliter cognitę imponeretur: & sic fieret ęquiuoca (Eo enim ꝙ plures sunt res ꝗ nōīa opor
tuit eandem vocem plura significare vt dicitur in pricipio Elen.) tunc illa vox plura significaret ę-
que proprie, & esset aequiuoca casu secundum praedeterminata. Ex hoc ergo dicitur nomen pro-
prie rem significare, ꝙ ipsi vt cognitae in seipsa principaliter īponaē: & per impositionē signū reme
moratiuum existat ei qui talem rem prius in seipsa cognoscit: & cum hoc etiam ꝙ tale nomen ad
significandum eam impositum fuit. Et econtra nomen dicič aliquam rem significare improprie eo
ꝙ ipsi non imponitur principaliter prius cognitę in seipsa: sed per similitudinem rei alterius aut vi
cinitatem aliquam ad illam rem nomen ab illa transfertur ad illam indicandam vt incognitam in
seipsa: & solūmō cognitā in alia ex si͠litudine aut vicinitate ad illam. & per hoc solū signum reme-
moratiuum illius rei existit ei qui talem rem hoc modo in alio nouit: & non in seipsa. Qꝫ si forte
nouit eam in seipsa: hoc accidit tali significationi per translationem. verbi gratia, quidam actus
hominis proprius & cognitus proprie significatur secundum dictum modum per hoc nomen ri-
dere: quod secundum dictum modum etiam est rememoratiuum illius. A quo tamen per simili-
tudinem aut vicinitatem nomen illud ridere transfertur ad indicandum actum proprium prati
cum abundat floribus, vt incognitum in seipso: sed solum cognitum per similitudinem aut vi-
cinitatem in illo actu qui est proprius hominis. Et hoc modo cum transfertur ad commemoran-
dum illum actum prati sic & non aliter cognitum: tunc illud nomen ridere improprie dicitur si-
gnificare actum prati aut esse signum rememoratiuum illius: & hoc quia indicando & rememo-
rando solum insinuat aut rememoratur actum similem aut vicinum actui hominis inesse pra-
to: nullam autem propriam notitiam de veritate illius rememorando per auditum ad mētem per-
ducit. Et si perducit, hoc accidit quia scilicet illum actum floritionis prati in seipso prius nouit: pu
ta videndo pratum abundare floribus: ex qua notitia potuit illi primo nomen illud imponere
quod est florere: quod idcirco illum actum prati proprie significat: & est signum rememorati-
uum eius quem improprie significat illud nomē ridere: & improprie est signum rememoratiuum
eius secundum dictum modum. Et est iste modus improprie significandi diuina in omnibus nomi
nibus translatis a creaturis ad deum: licet secundum plus & minus, vt dictum est supra. Et habet
ista impropria significatio duo in se. Quorū primum est ꝙ nomen transfertur ab illo qđ proprie si
gnificat ad illud qđ improprie significat. Secundū vero est ꝙ nomen qđ per rememorationem pri-
mo perducit audientem ad concipiendum notitiam claram rei quā proprie significat: etiā secūdo
perducit ꝑ rememorationē audientē non ad ꝯcipiendū clarā notitiam rei ī seipa quā proprie signi-
ficat: sed solūmō ad ꝯcipiēdū notitiā ei⁹ obscurā: & hoc ꝑ si͠litudinē aut vicinitatē ipsi⁹ ad rē quā ꝓ
prie significat id ad cui⁹ notitiā clarā ī seipa rememorādo ꝑducit. & hoc qa hoc nomē qđ pri⁹ signi
ficabat vnū proprie: quia est. s. vt signum qđ primo ad rei clarā notitiam ꝑ seipsam & in seipsa reme
morando perducit: postmodū significat illud improprie: quia. s. vt signum qđ secūdo ad obscuram
notitiam illius ꝑ aliud & in alio rememorādo ꝑducit. Et est determinatio horū nominū in significā
do modo ad illa q̄ significāt ꝓprie, modo ad illa q̄ significāt improprie, ꝑ subiecta de quib⁹ talia no-
mina ꝑ̄dicantur, secundū ꝙ dicit Boethius de trini. ca. v. & eius cōmē. Decē ꝑ̄dicamēta q̄ de reb⁹ oī
bus &c. vt supra in tertia q̄stione ꝓcedēte huius articuli. ¶ Primū autē istorum duorum non habe E
tur in significatione huius nōīs deus: quia est nomen supremae maiestati primo & principaliter ī-
positū, non ab alio trāslatum. Nec etiā secūdū: & hoc ꝓpter idē quo ad hoc ꝙ nō primo ꝑducit ad
rememorationem audientem ad ꝯcipiēdū clarā notitiam alicuius rei quā proprie significat: & secū
do ad ꝯcipiendū ꝑ rememorationem obscuram notitiam eius qđ improprie significat: qa nulli alii ī
positū est ad ipm prio significādū & ꝓprie. Sed illud secūdū habet in significatione huius nōīs de⁹
quo ad hoc ꝙ ꝑducit ad cōmemorationē audientē ad ꝯcipiēdū obscurā notitiā summae maiestatis
& hoc per similitudinem aut vicinitatem ipsius ad res, non quas significat vllo modo, scilicet
primo aut secūdo proprie aut īproprie: aut ad quorum notitiam aliquo modo perducit: sed quoꝝ

netitiam intellectus humanus per rememorationem ductus aliorum nominum proprie illas signi ficantium,in creaturis percepit:& hoc siue nominum mentalium solummodo ductu naturalis rationis:siue mentalium & vocalium ductu disciplinæ.Intellectus enim humanus ex ordine causarũ & causatorum percipiens ꝙ sit vnum principium primum & causa omnium cæterorum:& ꝙ quicquid dignitatis & nobilitatis est in causatis, supereminentius est in omniũ causa:& ꝙ quicquid est defectus in illis, nequaꝗ̃ est in illa:per similitudinem & vicinitatem causæ oĩm ad causata sua percipit licet notitia obscura & quasi generali attributo, non vnico, sed omnibus simul quasi in vno aggregatis,ꝙ causa omnium omnibus causatis supereminet in omnibus illis quæ ad dignitatẽ simpliciter pertinent. Vnde sicut illa quæ ad dignitatem simpliciter pertinent in creaturis sigillatim quo ad singula significantur istis noĩbus sapiens bonus iustus & aliis nominibꝰ in creaturis:quæ quidem nomina per similitudinem & vicinitatem transferuntur ad significandum diuina illis correspondentia translata secundario ab illis quæ significãt in creaturis prio:sic illa quo ad omnia simul significant hoc nomine deus:& hoc nomen deus primo imponitur ad significãdũ rem continentẽ in se omnia illa in summa & euidenter.Et sic quia per similitudinem & vicinitatem a significatis q̃ ad perfectionem simpliciter pertinent significatis diuersis nominibus in creaturis hoc nomen deus imponitur ad significandũ illa in summa & eminentia licet in obscuritate quadam:& sic per quamcunq; translationem secundum rem licet non secundum nomen : idcirco etiam hoc nomen deus per aliquam impropríetatem deum significat:licet per minorem q̃ nomina translata a creaturis ad deum quasi pticulariter.Propter quod Augustinus cõparans impropríetatem nominum trãslatorum a creaturis in significando diuina:& huius nominis deus,insinuando minorem improprietatem in illo,dicit primo de doct.Christia.ca.4.Est trinitas vna summa res:& ideo rerũ omnium causa:si tamen & causa.Non enim facile nomen qđ tantæ excellentiæ conueniat potest inueniri:nisi ꝙ melius ita dicitur vnus deus.Ecce ꝙ melius dicit̃ trinitas est deus q̃ res aut causa : & hoc non nisi propter minorem improprietatem in significãdo summam maiestatem hoc nomine deus qđ ẽ immediate illi impositum,q̃ hoc nomine res aut causa,quę sunt translata a creaturis.Et quia hoc nomine deus nihil significatur de summa maiestate nisi in summa & obscure & per quandam similitudinem aut vicinitatem rerum,licet eminenter:& non absq; omni nominis translatione:& tamen sicut volũtatis humanę est perfecta notitia & clara pcipere de summa maiestate quid est si posset: sic etiam humanæ voluntatis est ipsam perfecte & clare exprimere alteri p nomen si posset:qđ etiã nititur quantum potest hoc nomine deus:Ideo prædictis addit August.dicens.Diximus ne aliqd & sonuimus aliquid digne deo?q.d.nihil.secundum illud qđ dicit contra Adim.ca.4.Non põt aliquid de deo digne dici:ꝙ ideo iam indignius est ꝙ potuit dici. Et hoc quia non nisi improprie & obscure & in generali aliquid de deo diximus & sonuimus : quẽadmodum obscure & in generali naturali noĩe deum cognoscimus:qđ non est dignum deo: quia non digne deus dicitur nisi verbo quo clare & in speciali significetur & intelligatur:qđ intẽdit ille qui dicit,trinitas est deus.Propter qđ continue sequitur:Immo vero me aliud q̃ dicere voluissem dixisse sentio.Si autem dixi(supple aliquid) seqtur:non est qđ dicere volui:quia.s.obscurum & generale dixi:& clarum & speciale dicere volui.vnde sequitur cõtinue. Vnde scio quia deus ineffabilis est:qđ autem a me dictum est si ineffabile esset,dictum non esset:ac p hoc nec ineffabilis quidem dicendus est deus:quia & hoc cum dicitur,aliqd dr. Fit nanq; quędam pugna verboꝝ.de qua pugna ostensum est supra ꝙ non est pugna.Et continue reuertitur declarans quomodo hoc nomen deus significat aliquid de summa maiestate:licet obscure:subdens.Et tamen deꝰ cũ de illo nihil digne dici possit,admisit humanæ vocis obsequium:& verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit.nam inde est & ꝙ dicitur deus.Non enim in strepitu istarum duarum syllabarum ipsum cognoscimus.s.perfecte in significato aliquo de summa maiestate hoc nomine deus:aut p aliquam similitudinem aut p vicinitatem ad creaturam:aut p aliquam similitudinem ipsius maiestatis summę ad hanc vocem deus:sed tamẽ (vt sequ
G tur continue)omnes latinę linguę scios &c.vt dicitur in argumento.Sed tamen in hoc cognoscẽdo & cogitando de deo.s.ꝙ est quo nihil melius & sublimius:nihil de deo nisi imperfecte obscure & in generali & improprie aut p similitudinem aut vicinitatem cognoscimus : & hoc a creaturis via remotionis & eminentiæ,prout expositum est supra de diuinis attributis.Et hoc est qđ Augustinus subdit dicens.Illi autem qui per intelligentiam pergunt videre qd deꝰ est, omnibus eum naturis non solum visibilibus & corporalibus:sed etiã intelligibilibus & spiritualibus oĩbusq; mutabilibus præferunt: omnes certatim pro excellentia dei dimicant : nec quisq̃ inueniri potest qui hoc deum credat esse quo est aliqd melius.Itaq; omnes deum esse consentiunt qđ rebus cęteris añ ponunt.Et qm̃ omnes q de deo cogitant, vnum aliqd cogitant:illi soli possunt se absurda & idigna

estimare de deo qui ipsam vitam cogitant,& viuentē non viuenti anteponunt.Deinde vitā ipsam pergunt inspicere,& si eam sine sensu vegetantē inueniunt,qualis est arborū, preponunt sentientē qualis est pecorū,& huic rursus intelligentē qualis est hoīm:quā cū mutabilem viderint,etiā huic aliquam immutabilem coguntur anteponere. Quod ergo dicit in argumento ꝙ illo nomine qđ significat id qđ est in solo deo,proprie nominatur,cuiusmodi est deus:Dico ꝙ verum est sumendo proprie a proprio,vt tactum supra.Sed sic non sumitur hic significare proprie, sed significare rem nomine primo & principaliter ei imposito non per vicinitatē aut similitudinem ad rem aliam siue eodē nomine siue alio significatā per se.Tali autē modo hoc nomen deus significat improprie deū quantū est ex parte rei significatę & conceptę,quia per translationem intellectus in impositione huius nominis deus,pergit a re cognita in creaturis clare & in speciali,ad rem per similitudinē & vicinitatem cognitā in deo obscure & in vniuersali,licet non quantū est ex parte nominis vocalis hoc nomen deus a re illa translatum est,quia illā non significabat prius.Vnde non est generaliter verū illud assumptum in argumento.s.ꝙ res non dicit nominari aliquo nomine improprie, nisi quia illud nomen significat proprie aliqd qđ est in alio.Et non est differentia de significatione huius nois deus in significando deū sub ratione qua est preminens omnibus in oībus quę dignitatis sunt simpliciter,& in significando deū aliquo nomine qđ significaret eum preminentē sapientia:qđ nomen esset aliud ab hoc noie sapientia,qđ per translationē significat eum sapientem simpliciter:nisi ꝙ forte illud nomen quo nominaretur supsapiens sapiētia aut bonitate aut aliquo talium compositum esset ex nomine imposito simpliciter creaturę,& aliquo qđ esset nota preminētiæ.Tunc eīn quo ad alterum componentiū aut etiā quo ad vtrūq; imponeret deo per similitudinem aut vicinitatē preminentem solūmodo a sapientia significante nomen sapientiæ in creaturis simpliciter cum nota pminentię quā importat hęc prepositio super in noībus quibus vtitur Dionysius cum dicit ꝙ deus non est sapiens sed supersapiens,non bonus sed superbonus. Hoc autē nomen deus imponitur deo per similitudinē aut vicinitatē preminētē in sapiētia aut bonitate aut in pulchritudine & in omnibus simul q̄ sunt aliquid dignitatis simpliciter.¶Ad tertiū ꝙ hoc nomen esse vel essentia pprie dicitur de deo,quia res significata propriissime est in deo:Dico ꝙ verū est sumendo proprie pro appropriate.Esse eīn cōmuniter conuenit deo & creaturę:appropriate per principalitatē conuenit soli deo.dicente sup illud Exo.iii.Ego sum q sum.glos.interli.Nemo alius. & glos.marginali.Hieronymus scribēs ad Marcellū de.x.dei nominib⁹ sexto loco ponit vere qđ in Exodo legit,Qui est. Deus eīn solus qui exordium non habet:vere essentiæ nomen retinuit,quia in eius comparatione qui vere est,quia immutabilis est,quasi nō sunt q̄ mutabilia sunt. Et per eundem modum nomē eius est dn̄s in Psal.lxxxii.Et cognoscāt quia nomen tibi dn̄s.Aug. Tanq̄ non vero nec suo nomine nuncupent quicūq; alii dn̄i nominant,quia seruiliter dominant, & vero dn̄o cōparati nec dn̄i sunt,sicut dictum est Ego sum qui sum.Sed de hac proprietate non est hic sermo:sed solum de alia:quando.s.res significata per nomen de deo non est in notitia accepta per similitudinē aut vicinitatē a re existente in creatura,siue significetur noie vocali siue nō,sed solummodo nomine mentali,qđ etiā in mentis conceptu,secundū ꝙ nullius lingue:sed est accepta in notitia immediate a re q̄ est de⁹,sicut quę soli deo cōuenit,& similiter vox ipsam significās,qualis forte est vox nominis tetragrammaton.Et talis res diuina non significat nomine esse vel essentię de deo, quia p translationē ab illo qđ pri⁹ significat in creaturis,similitudine aut vicinitate significat in generali & obscure qđ est in deo sicut significant hoc nomen sapientia & hoc nomen bonitas,& cętera hmōi.licet hoc nomen esse inter alia trāslata secundū vocem sit principalius,quia inquantū significat pelagus quoddam infinitum diuinę substātię(vt dicit Dam.)cōprehendit quasi indefinite illud qđ significat illud nomen deus,inquantū dicit summā eorū quę sunt dignitatis simpliciter.Vnde & secundū Diony.esse est dignior diuinarū participationum,prout expositum est supra loquendo de attributis.Vnde aspiciendo ad dictā improprietatē siue sub noie trāslato,siue sub noie nō trāslato nullū nomē impositū ab hoie viatore significat deū aut aliqd qđ est in ipso cōgrue & digne, aut pprie ipm aut aliqd qđ est in ipso significat seu dicit de illo: vt procedit & bene ex dictis Aug.vltimum argumentum:qđ ideo concedendum est.

Irca nonum arguitur ꝙ non sit propriū nomen quo deus nominari possit, Primo sic.Notus in Iudea deus,in Israel magnum nomen eius,vt dicit in Psal. Sed magnum nomen eius vt videt non dicit nisi proprium nomen aliqd respectu illorum quæ sunt cōmunia ei & creaturis, ergo &c. ¶Secundo sic. Rabi Moyses dicit sic.Omnia nomina creatoris sunt ab operibus sumpta,preter vnum nomē appropriatum,& idcirco vocatur nomē separatum,quia significat substantiam

H

I Ad tertiū

k Quest.ix. Arg.i. a

creatoris significatione propria: in qua non est participatio. Alia vero nomina significant eã cũ participatione: quia sumpta sunt ab operibus. Nomen aũt appropriatũ est q̃d scribitur & nõ legit nisi in sanctuario a sacerdotib⁹ sanctis tm̃modo in benedictione sacerdotali, & a maiori sacerdote in die ieiunii. Et fortasse significat secundũ idioma de quo habemus parũ apud nos, substãtiã creatoris: I qua significatione non participat cũ aliquo suorũ creatorũ &c. vt supra articulo. xxxi. questione. 4.
3 tale autem non est proprium deo. ergo &c. ¶ Tertio sic. Illud nomen est ꝓprium deo q̃d ei soli cõuenit & omni q̃d est in eo & semper, secundũ definitionẽ ꝓprii. tale est hoc nomen deus, vt patet.
4 ergo &c. ¶ Quarto sic. Illud nomen est proprium q̃d tm̃ vni natum est conuenire nisi ęquiuoce, vt sunt Petrus & Paulus & huiusmodi cętera. oĩa enim noĩa pluribus possunt conuenire vniuoce, vt sunt nomina specierũ aut generũ. tale est nomen deus: quia siq̃d illoꝝ alii a deo conueniat. s. creaturæ, hoc non est nisi æquiuoce, secũdũ superius determinata. ergo &c. ¶ In cõtrarium est illud q̃d dicit Augustinus in vltimo argumento quæstionis ꝓcedentis contra Adim̃. Nulla verba digne deo congruunt. Sed si deo esset aliquod nomen ꝓprium, illud digne deo congrueret: quia non est proprium nisi digne congruat illi cui est ꝓprium. ergo &c.
In opposi.

L Responsio ¶ Dico ꝙ nomen vocale de quo est sermo ad præsens, si sit proprium alicui: aut hoc contingit naturaliter & ex naturali origine: aut voluntarie & ex origine beneplaciti. Ex naturali origine, puta ex similitudine vocis ad rẽ significatã secũdũ modũ supra expositũ de tali noĩe: dico ꝙ deus non põt habere nomen sibi ꝓpriũ ꝓpter aliquam conuenientiã ad sonũ noĩs, vt supra expositum est generaliter de noĩe quocũq; sibi attribuẽdo: etsi forte creaturis possent secundũ rationem illius originis esse nomina ꝓpria, singulis secũdũ rõnem suæ speciei: qualia forte Adam imposuit animalibus, vt superius tactum est. Vnde si deus habet nomen propriũ ex origine naturali: illud est verbum ꝑsonale in diuinis quo cognoscuntur notitia declarandi a singulis ꝑsonis vniuersa: & illud solum nomen perfecte congruit diuinæ dignitati: & nullum aliud: quia nullũ verbũ mentale de deo conceptũ a beatis q̃d est nomen mentis de deo, in mentibus eorum explicat ꝑfecte deũ. Loquendo autem de origine verbi voluntaria & ad placitũ, dico ꝙ loquendo de noĩe sic proprio ꝙ nulli alii posset imponi, q̃d dicitur proprium quasi propriatum, deo nullum potest esse nomen proprium, sicut nec vlli creaturę. Quia postq̃ nomen imponitur ad placitũ solũ, & quãtum est ex parte imponentis, & quantum est ex parte rei cui imponitur: quodlibet nomen cuilibet rei posset imponi: licet si quodlibet nomen cuilibet rei esset impositum, vsus verborum frustraret, sic ꝙ non posset aliquod verbum esse instrumentum locutionis ad exprimendũ conceptus loquentis, quia nihil determinate significaret nec ex se nec ex adiuncto. Propter quod oportet nomina & verba habere significationes determinatas secũdũ Philosophũ. 4. metaphy. Et sic oportet nomina plurima singula sic imponi & deputari singulis significatis, ꝙ non sint imposita aut deputata alteris. Et sic necesse est nomina esse propria rebus, sed hoc per quandam appropriationem propter vsum verborũ: licet contingat vnum nomen plura significare propter nominum ipsorum penuriã, vt prędictũ est.

M Dico ergo ꝙ loquendo de nomine imposito ad explicandã vt signum veritatẽ diuinæ naturę in seipsa, vt scilicet in seipsa est & cognoscitur ab ipso deo, nullum nomen potest esse proprium deo: neꝙ etiã appropriatũ. Quia nomẽ siue verbũ vocis vniuersaliter debet eẽ symbolũ inter duo. s. inter loquentẽ & illũ cui loquitur: sic vt res significata modo quo imponunt noĩa ad significandũ, sit in se nota vtriq;: & ꝙ nomen ad significãdũ ipsam rẽ vt talis est, sit institutũ. Quia ergo veritas diuinæ naturæ nota est soli deo quo ad rõnẽ imẽsitatis suæ: & sic ipse quãtũ est in se, sibi nomen vocale posset appropriare, & ad suũ placitũ facere sibi ꝓpriũ: quia tñ veritas ipsius diuinæ naturę nulli creaturæ nota potest esse quo ad rõnẽ immẽsitatis suę, ideo nullius creaturæ põt esse nomen proprium diuinæ immẽsitati: quia non posset ei esse notamen ꝑ aliquã. s. rememorationem ad diuinę immensitatis notitiã perducens. Ad significandũ tñ naturã diuinã ꝑ mensura qua a creatura intellectuali cognosci põt, põt habere nomẽ ꝓpriũ ꝑ appropriationem sibi factam ab itellectu creato siue icreato: quo vt signo possent sancti in patria loquẽdo conceptus suos ꝑ quandã quasi recordationẽ indicare sibi de veritate diuinæ naturæ cognitę ab eis: & secundũ modũ quo cognita est ab eis. Sed hoĩbus viatoribus non esset illud nomen: quia non posset eis esse cõmune symbolum cum beatis: quia veritas diuinę naturę secundũ modũ quo beati eã cognoscũt, nullo modo est eis nota. Propter quod per rememorationẽ vt signũ nõ posset eos ꝑducere ad aliquã notitiã de veritate diuinæ essentię: sicut nec cęcus nat⁹ posset ꝑduci ad notitiã colorũ ꝑ verba q̃b⁹ vidẽtes & cognoscẽtes colorẽ ꝑ rememorationẽ q̃si perducũt sese ad colorũ notitiã. Sed hoĩbus viatoribus verbum vocale aliquod potest esse proprium deo per appropriationem ad placitum illorum sibi factam, pro quãto habent de deo notitiã: sed nullum tale potest esse translatum a creaturis: quia quodlibet tale est etiam cõmu

ne creaturis,& primo illis impositum est:sed debet ei primo & principaliter esse impositű:pro tantillo tamen qđ de eo ex creaturis potest cognosci. Vt quia hoc nomē deus ex impositione sua ꝙ est simpliciter perfectus significat quasi in summa & generali,translatione facta ab eis quę sunt dignitatis & perfectionis simpliciter in rebus,licet non a nominibus,neq; correspōdenter perfectioni veritatis dei:idcirco dico ꝙ inter oía latina nomina nomē ꝑpriū deo & appropriatū illi est hoc nomē deus,& hoc quia magis ei propriū respectu aliorū est q̄ quasi particulariter exprimūt aliqđ qđ rationem dignitatis habet in deo,vt sunt sapiens,bonus,& vniuersaliter q̄cūq; noía ex operibus dignitatis ad ipm trāsferūt,vt sunt iudex rector & cętera hmōi.etiā si nō cōueniāt creaturis, sicut hoc nomē creator:cū tñ hoc nomē de⁹ deo primo impositū trāsfertur ad significandū creaturā,vbi Moyses dictus est deus Pharaonis. Et sic sicut hoc nomē deus est propriū in lingua latina,sic proprium est θεὸς in lingua græca: & sic de cæteris in cæteris linguis quotquot sunt vel esse possunt genera linguarū.Et sic procedit tertia ratio & bene.

¶Qđ arguitur primo ꝙ deus nomē propriū habet,quia scribitur in Psal.Magnū nomen eius:Dico ꝙ re vera magnū est nomen dñi qđ est ei proprium, quia appropriatū,secundū ꝙ dicit de illo Rabi Moyses in secundo argumēto,q ibidē de eodē noíe loquitur dicens. Alia nomina significant actiones quę faciunt ascēdere in cor,ꝙ sunt agnitiones adiunctę creatori, hoc est virtutes perfectionis:quę sunt virtutes inuentę in eo.Nullū autē nomen apud nos est qđ non sit sumptū ab opere nisi nomē tetragrāmaton:qđ est quatuor literarū,quę sunt ioth,eth,vahu,he. Ex quorum coniunctione nihil colligiť significatū,sed ex doctrina.Sunt autē illę quatuor literę hebręę idē elementū cū istis quatuor latinis i,e,v,h,ex quibus coniunctis quasi in vna syllaba aut dictione fit ieuh.Re vera nihil significatū colligitur,& sicut non in lingua latina ex talib⁹ literis latinis:sic nec in aliqua alia lingua ex literis illius linguę istis equiualentib⁹.& hoc quia nunq̄ vlli rei vox illarum literarū ad significandū imposita fuit,licet postea cuidā regi Israel impositum fuit nomen dictarū quatuor literarū qđ erat tetragrammaton,sicut & magistri nomē dei,puta hieu: pręter hoc ꝙ vltima litera noís dei facta est prima in noíe illius regis. Et ꝙ talib⁹ characteribus deus nomen suū scribendum insinuauit:hoc non facit nisi ad significandū ꝙ diuina essentia secundū rationem suę immēsitatis incognoscibilis est,& propter hoc innominabilis ab omni creatura.Vt mirabile sit quærere de noíe proprio dei qđ significat essentiam suam significatione pura,in qua non sit participatio cū creatura aliqua,ꝑpter quā conueniat ei illud nomen,vt hoc nomen ei cōuenit sapiētia aut bonitas &c.quæ significant virtutes perfectionis in deo,in quib⁹ est quędā participatio creaturę. Esset em̄ nomen illud significans diuinā essentiā ratione suę immensitatis,qua est cognoscibilis a seipsa solo.Propter qđ dicit dñs Moysi Exo.xxxi.Quid queris nomen meū qđ est ineffabile? Glos. interli. Quia incōprehēsibilis est deus.Ex doctrina autē interpretationis istarū literarū significať & intelligiť quid deus vult p ei⁹ nomē(qđ a notamine diciť) nos intelligere. Vt ei dicit Hiero.in epistola ad Marcellā de interpretatione hebręarū literarū,Ioht interpretať principiū,eth vita,vahu passio, he ista.Quę si coniunganť,sensus est,principiū passionis iste.Et si quęratur quis est iste?Re vera ille de quo diciť Exo.xv.Iste deus meus,& glorificabo eū. Deus ergo ab homine tēpore legis intelligi voluit nomine sibi proprio:de quo populus nouit ꝙ quatuor literarū erat,& ideo tetragrammatō magistri nomen dei appellant:sed quę erant illę literę,ignorauit,quia hoc scire non nisi perfectos licuit qui mysterium aduertere possent in interpretatiōe dictarū literarū.Et in dicto pręsagio significauit ꝙ ipse esset hoibus principiū vitę sua passione quā gustaturus erat in hoíe assumendo,& ꝙ nihil vlterius de ipso cognoscendū homo quęreret,aut putaret se scire.iuxta illud.i.Corinth.ii.Nō iudicaui me scire aliqđ inter vos nisi Iesum Christū,& hunc crucifixum.glos. Nisi hoc ꝙ Christus est saluator noster,& hoc per crucifixionē. In crucifixo em̄ vetus homo crucifixus est vt non seruiamus vltra peccato.Et quia mysterium huius interpretationis tēpore legis Moysi occultandū erat: obseruatum tēpore illo erat de dicti noís doctrina illud qđ dicit Rabi Moy.Mandatum accepimus ꝙ benedictio sacerdotis fieret cū hoc noíe qđ est separatum, non sciebat homo quomodo loquereť in eo,vel qualiter deberet proferri quęlibet literarū ipsius. Sapientes autē recipiebant vnus ab alio modum doctrinę,& quomodo loquerenť in eo,nec docebant illud aliquē nisi discipulū idoneum,& hoc semel in.vii.annis,& non amplius. Vnde quia circa tēpora Christi cum cessare deberet legale sacerdotium, nullus inueniebatur discipulus idoneus aut dignus ad capiendum doctrinam illius nominis,videlicet quomodo loqueretur in eo quo ad accentum,scilicet grauem,acutum, aut circūflexum,vel qualiter deberet proferri quęlibet literarū ipsius.s.separatim ab alia an cōiunctim cū alia,ꝙ de hoc dñs ipse per se vel ꝑphetę p quos dñs hoc illis nihil indicauit publico scripto,sed solū priuatim reuelauit sapientib⁹:idcirco ergo in vna syllaba an in pluribus sapientes fideles ab istius

N
Ad primū principale
O
Ad secdm.
P
Q

R doctrina cessabāt:& nomen illud atq̧ eius interpretatio a notitia Iudęoꝝ recesserunt. Si ergo hoc
nomen tetragrāmaton Ieuh,dictum a tetras qđ est quatuor,& gramma qđ est litera:quia est qua-
tuor literarū,vt dictum est, est nomē separatū significās substātiā creatoris significatione pura,vt
dictū est:hoc non est positiue dādo aliqd intelligere nobis de substātia dei vt est imēsa:sed poti⁹ ne-
gatiue significādo nobis ꝙ vt est talis omnino nobis est inintelligibilis : & ꝙ sufficere nobis debet
scire nomen eius ab operatione,qua a nobis credi debet principiū vitę merito passionis suę: & nihil
vlterius quęrere. Et etiā dicit interpretatio quatuor literarū ꝑposita.s.Pricipiū vitę passiōis iste.Et
sumit ly passionis genitiuus ꝓ ablatiuo.s.passione:& ly iste demōstrat ꝑsonā filii:q̄ singulariter me
rito passionis suę in natura humana assumpta principiū vitę salutaris erat hoībus post mortē pec-
cati.Ante eñ dictū verbū,Iste deus meus:& glorificabo eū:ꝑmittit immediate Laus mea dñs:& fa
S ctus est mihi in salutē:per qđ determinatur sequens.Hinc Hiero.in alia quadā epistola ad Marcel-
lā de.x.diuinis nominib⁹ & eoꝝ interꝑtationibus dicit sic.Primū nomen est El, qđ Aquila fortē in
terꝑtat.Deinde & Eloim & Eloe:qđ deus dicit.Quartū Sabaoth:qđ.lxx.virtutū,Aquila exercituū
interpretat.Quintū Elion:qđ nos excelsum dicimus.Sextū Eser eheie:qđ in exodo legit q est.Septi
mū adonai:qđ nos dominū gñaliter appellam⁹.Octauū Ia:qđ ī deo tm̄ ponit:& in allelu ia extre-
ma syllaba sonat.Nonū tetragrāmatō,qđ ἀνεκφώνητον.i.ieffabile putāt: & his lřis scribit Iod.heth.
T vau.he.Decimū ē Saddai:qđ in Ezechiele iterꝑtatū ponitur.Ecce singula dictoꝝ decē nominū prę
ter secūdū & tertiū nomen significant virtutes pfectionis & actionis in deo:de qualibet beatus Dio
nysius tractat in libro de diuinis noībus:a quibus & liber ille nomen accepit:& significant positiue
singulas pfectiones diuinas intellectas ex creaturis,quarum summā significabat hoc nomen de⁹: &
generale significat hoc nomē Qui est.Nomen tetragrammaton nō nisi p interpretationem nobis
intelligibile significauit:quæ quidē interpretatio non nisi mediatorem exprimit:per quē ad viden
dum deitatem prout humanę naturę cōgruit,nos ꝑducit:per quē modū secūdū illa q̄ erant in se i
telligenda,occultari debuerunt.Sicut & illud qđ scriptū fuisse dicit in porta vrbis Romanæ ab an
tiquo literis aureis sub talibus characteribus.RRR.FFF.ex q̄bus singulis simul cōiūctis literis nec
vox vna nec significatū aliqđ colligit:tres eñ cōsonātes sine vocali nihil sonant nec significāt.Insi-
nuatum tamen fuit ꝑcipere potentibus qđ non ex interꝑtatione literarū sicut in ꝑdicto noīe Ieuh:
sed ex mentis industria percipiendū,aut potius ex diuina reuelatione talibus characteribus sic or-
dinatis a deo significatum fuit . Quos Beda presbyter venerabilis cum Romam intrans videret
exponendo quid illis significatum fuit,dixisse dicit versiculum hūc.Regna ruent Romę ferroq̧ fo
coq̧ fameq̧.significās singulis literis dictis singula horū vocabuloꝝ:explicās illis literis destructio-
nem Romani imperii significandā fuisse & occultādā:sicut & Apostolus verbis significatis signifi-
V cauit & occultauit eādem aliis:Nisi dissensio venerit primū &c.Et hoc eadem de causa quā Hiero
nymus in epistola.xi.q̄stionū ad Algasiam quęstione.xi.exprimit dicēs.Nec vult apte dicere Roma
nū imperiū destruendū,qđ ipsi qui iꝑrāt æternum putant.Vñ secūdū apocalypsim Ioannis,in frō
te purpuratę meretricis scriptum est nomen blasphemiæ.i.Romę æternę.Si eñ apte audacterq̧ di-
xisset:non veniet Antichristus nisi prius Romanū deleat imperiū, iusta causa ꝑsecutionis in orien
tē ecclesiā tūc exurgere videbat. Beda autem tempore suo destructionem imperii exposuit solis li-
terarum dictarum characteribus ꝑsignatam,cum dixit.Regna ruent Romę ferroq̧ focoq̧ fameq̧.
Quā per aduersarios suos,præcipue per successores Mahometi:ptim Christianoꝝ violentia:qđ ap-
pellat ferro:partim ignis incēdio,qđ appellat foco:ptim famis afflictione,qđ appellat fame,iā destru
ctam videmus in destructione totius ecclesiæ orientalis:cuius exemplo multum timendum est de
X futura per eosdem destructione ecclesiæ occidentalis.¶Ad tertium ꝙ nullum nomen diuinum na
Ad tertiū tum est conuenire alteri q̄ deo:ergo est proprium quodlibet illorum:Dico ꝙ verum est sub illa ra-
tione qua significat aliquid quod est in deo excellentius q̄ sit in creaturis secundum simile aut vi
cinum:& sic per quandam appropriationem, quæ cū significat in aliis nominibus,non est proprie
appropriata respectu illius quæ est in hoc nomine deus:eo ꝙ hoc nomen deus significat summam
illarum perfectionū simul,quā significant singula sigillatim,vt dictum est supra.Et sic inter omnia
Y diuina nomina vsitata proprie proprium nomen diuinum est hoc nomen deus.¶Ad vltimū ꝙ nō
Ad q̄rtū. est nomen deo proprium qđ non digne congruat deo:& nullū deo digne cōgruit: Dico ꝙ verum
est simpliciter & secundum se:& sic vt dictum est,nullū nomen ei respōdet.Quātum tñ ad possibi
litatem nostri intellectus proprie inter omnia congruit deo hoc nomen deus:& secundum hoc est
proprium nomen eius,vt dictum est.



Irca decimum arguitur φ deus non verius intelligitur q̃ nominetur aut significetur, Primo sic. Intellectus imponentis nomen mensurat nominationem aut significationem, secundum φ rem significatam intelligit. quia qui verius & perfectius rē intelligit, verius & perfectius eam noiat aut significat: & qui minus vere & perfecte rem intelligit, minus vere & perfecte eam nominat & significat. Sed illa æqualia sunt quorum vnum habet esse ad mensuram alterius, ergo &c. A Quest.x. Arg.i.

¶Secundo sic. Quicunq; vno & eodem significant aliquid & nominant, æqualiter significant & nominant illud, quia non nominant aut significant nisi secundum exigentiam signi quo omnes eiusdem linguæ rem eandem eodem nomine nominant & significant. non omnes tamen æqualiter eam intelligunt. Hoc autem non esset nisi minus intelligens rem verius significaret q̃ intelligeret: quia verius intelligens rem, verius nominat & significat eam q̃ eam intelligit minus vere intelligens eam. ergo &c. ¶In contrarium est Augustinus. vii. de Trinita. ca. iiii. vbi dicit. Excedit supereminentia deitatis vsitati eloquii facultatem. verius etenim cogitatur deus q̃ dicitur, & verius est q̃ cogitatur. 2 Assūptū. In opposi.

¶Dico φ significare & nominare rem intellectui circa diuina contingit dupliciter. Vno modo significando & nominando illam aut per verba de nouo a nominante & significante formata & īposita secūdū possibilitatē intelligētiæ illius, aut ꝑ verba prius ab aliis īposita æqualiter & intellectui significantis & nominantis rem illam, & similiter intellectui primo imponētis nomen correspondentia. Alio modo significando & nominando illam per verba siue nomina prius a perfectius intelligente imposita secundum possibilitatem intelligentiæ illius. Et isto secundo modo bene contingit φ deus ab aliquo verius nominetur siue significetur ab aliquo hoc minus intelligēte: q̃ ab eodem intelligatur, prout in parte procedit secunda obiectio. Tali enim nomine æqualiter significant & nominant rem eandem minus intelligēs & magis intelligens illam. Et si magis intelligens non desiit sequi rationem sui intellectus: aliquando verius nominat & significat rem minus intelligens q̃ magis intelligens illam. puta minus intelligens pluralitatem diuinarum personarum si dicat illas esse plures per distinctionem, æque perfecte illam significat illi qui intelligit eam magis si eodem nomine exprimat illam, & perfectius illam significat & nominat minus intelligens si illam velit exprimere magis intelligens, dicendo φ sunt plures per diuersitatem aut differentiam. B Respōsio.

Si primo modo, subdistinguo cum quęritur vtrum deus verius intelligatur q̃ significetur aut nominetur: quia quæstio ista potest intelligi dupliciter. Vno modo circa vnum & eundem intelligentem & significantem siue nominantem rem eandem. Alio modo circa vnum in comparatione ad alium etiam ad intelligentem & significantem siue nominantem rem eandē. Et isto secundo modo quanto vnus rem aliquā verius & perfectius intelligit in vno tēpore q̃ in alio aut q̃ alius: tanto verius & perfectius significat illam, æqualiter tamē proportione arithmetica, licet inæqualiter proportione geometrica. Si em̄ vnus & idē in vno tēpore duplo perfectius intelligit rem q̃ in alio, aut q̃ alter, duplo perfectius significat & nominat eam: & si triplo, triplo, & sic de cęteris ꝑportionibus & hoc tā in intelligēdo q̃ significādo aliqd sub ratione incōplexi ratione definitiua ipsi⁹ intellecti, q̃ sub ratione cōplexi intellecti sub ratione syllogistica. Primo aūt horū modorū principaliter intelligit̄ q̄stio, & est simpliciter cōcedendū φ deus & qdlibet diuinorū veri⁹ & pfecti⁹ intelligit̄ q̃ noiatur aut significat̄, & hoc q̄a voces magis materiales sunt q̃ acumē rationis, & ideo nō pōt tantū intellectus in significādo quantū ratio pōt illa penetrare in intelligēdo. Et nō solū verū est hoc in diuinis, de q̄bus loquit̄ Aug. in vltimo argumēto, qd̄ secūdū hoc cōcedēdū est, sed etiā in creaturis, & hoc pcipue in exprimēdo siue significādo per nomina siue verba vocalia illa quę sunt cognita de re intellecta, aut intelligentia collatiua siue ratiocinatiua rei sub ratione cōplexi, aut intelligentia diuisiua & compositiua rei sub ratione incomplexi & definiti: quę est cognitio determinata & distincta respectu cognitionis confusæ quæ est definibilis, in qua per verba communiter imposita potest minus intelligens defacili æque perfecte exprimere conceptum suum vt magis intelligens. C D

Vnde de cognitione determinata & distincta rei intellectę via definitiua & argumentatiua præcipue verum est φ deus & quicquid in eo est verius intelligitur q̃ nominatur aut significatur. Quo ad talem em̄ notitiam deus & quę in eo sunt propter suam & illorū immensitatem excedit supereminentia deitatis vsitati eloquii facultatem. Et non solum deus verius est q̃ cogitatur, secundū φ dicit Augu. de verbis dn̄i ser. xxxviii. Ante omnia seruate hoc, quicquid de creatura potuerim⁹ colligere aut sensu corpis aut cogitatione animi, inenarrabiliter trāscēdere creatorē: sed etiā verius intelligitur & cogitatur q̃ dicatur siue nominetur aut significetur. & hoc pcipue intelligentia definitiua aut syllogistica, de qua dicit Aug. super Io. ser. xii. Aliquādo sermo deficit vbi intellectus ꝑ E

ficit:quanto magis sermo patitur defectionem q̄ñ intellectus nõ habet pfectionem?Proficit quidem intellectus in cognitione diuinorum per lumen gratiæ & fidei inuestigatione rationis in cognoscẽdo illa quæ potest attingere circa diuinorum notitiã:nec potest cognita sermone vt intellecta sunt exprimere circa perfectionem diuinæ immensitatis:nam circa illã intellectus creatus quicunq; non habet perfectionem:& ideo sermo ad illam exprimendam omnimode patit̃ defectionem. Vt enim dicit in dicto ser.de verbis domini,Homo non potest dicere q̄d etiam non sentire potest:potest etiã sentire q̄d nõ potest dicere. Dico aũt pcipue intelligẽtia determinata definitiua aut syllogistica:qa ad illam requirunt̃ verba propria & limitata:& hoc respectu intelligentiæ confusæ rei sub rõne definitiua,ad quã exprimendam non requiruntur nisi verba communia.

F Ad pri. principale ¶Q̄d ergo arguitur primo q̄ intellectus mensurat nominationem siue significationem:Dico q̄ verũ est secundum iam dicta,pportione arithmetica,quæ non est nisi secũdũ eãdẽ pportionem.de qua sequitur in argumento q̄ qui verius & pfectius &c.Q̄d aũt assumit̃,q̄ illa q̄lia sunt quorum vnum est mensura alterius:Dico q̄ non est verum nisi de illis quorum vnum est mensura geometrica,quæ semper est secundum eãdem quantitatẽ:quali modo non est intellectus mensura significationis:sed potius mensura geometrica.quilibet em̃ quãtũ est ex se proportionaliter suæ intelligentię format verba de intellectis:sed tamen non significãtia æqualiter intellectioni, vt patet ex dictis.

G Ad scdm. ¶Ad secundũ,q̄ qui eodem nomine suos intellectus significant,æqualiter illos significant:Dico secũdũ pdicta q̄ verum est:sed ex hoc non sequitur quin si non essent nomina communiter imposita rebus,illis qui sunt eiusdem linguæ:vnus intellectũ suũ verius & perfectius exprimeret q̄ alius.Etiã non sequitur ex hoc quin verba imposita congruentius & congruẽtiora posset vnus addducere ad intellectum suum approbandũ secundũ illam quã intellexit in rebus & in verbis q̄ alter.

H Ad assumptum. ¶Q̄d ergo assumitur q̄ illud non esset nisi aliquis verius significaret q̄ intelligeret: Dico q̄ verum est secundũ dictũ modũ:sed hoc non est ex arte & ratione intellectus:sed potius ex vsu & casu:qui tñ significãdo pluralitatẽ psonarum non potius dicit ipsas esse diuersas aut differẽtes q̄ distinctas:q̄d facit ex arte & ratione intellectus ille qui verius rem itelligit.Et de tali significatione intellectorum,non autem de casuali, intelligitur questio,& itelliguntur dicta Aug.ad illã.

I Quæst.xi. Arg.1.

Irca vndecimum arguitur q̄ nomina diuina nihil significant positiue,Prio sic: super illo Boeth.v.cap.de trinita.Decem prædicamenta quæ de omnibus prędicantur.dicit Commen.Q̄uis de deo pdicatur substantia,quantitas,qualitas,vl aliquod naturalium appellet̃:non tñ est q̄d dicit̃.sed si non sunt illud,multo minus sunt quodlibet aliud:& si non est illud,nõ significat illud positiue.ergo &c.

2 ¶Secundo sic.vnitas verissime videt̃ competere deitati propter simplicitatem. sed ipsa in diuinis nihil dicit positiue:sed solummodo priuatiue. dicente Ambro.lib.i.de trini.cap. ii.Cum vnum dicim⁹ deum,vnitas excludit numerum deorum:sicut cum dicitur vnus est pater, vel vnus est filius.Ratio dicti hęc est:non sunt multi patres vel multi filii. Q̄; si vnitas nihil ponit in diuinis, ergo multo fortius nec aliquid aliorum:cum omnia alia per additionem se habent ad vnitatem:sicut & ad entitatem:& maxime numerus,cũ p aliquam compositionem vnitatũ ab vnitate procedit.

3 ¶Item dist.xxiiii.sentẽtiarum dicit Magister. Cum dicimus plures esse personas,singularitatem atq; solitudinem excludimus.

In opposi. ¶In cõtrarium est q̄ illud q̄d nihil positiue dicit in aliquo,nihil ponit dignitatis in illo:quia nihil est dignitatis in aliquo nisi positiuum.sed nomina dicta de deo omnia ponunt aliquid dignitatis in deo:siue per similitudinem dicantur,siue per proprietatem,vt patet ex prædictis.ergo &c.

K Responsio ¶Dico q̄ significatio nominis positiua in diuinis potest intelligi vel ex parte nominis significantis vel ex parte rei significatæ.Si primo modo,dico q̄ plura nomina diuina significant priuatiue: vt immensum infinitum & alia huiusmodi:de quibus superius tactum est loquendo de dei infinitate q̄ licet quantum ad modum nominis a priuatione imponantur, pure tamen rem positiuam significant:quia sunt negationes defectuum importatorum per nomina habituum illis contraria in creaturis.Attendendo ergo significationem nominum ex parte rei:dico q̄ omnia nomina a creaturis translata ad diuina,aliud significant cum nominant deum aut aliquid in eo: & aliud cum nominant creaturam aut aliquid in ea a quo nomen est translatum ad significãdum aliquid q̄d est in deo.Q̄d intellexit Boethius quando dixit.Cum quis decẽ prædicamenta in diuinam vertit prædicationem,cuncta mutãtur.Nam substantia cum translatum est nomen eius ad diuina,non est per nomen eius significata vere substantia illa quã ante translationẽ significabat in

creatura,sed q̄ est vltra,& extra omnē gradū substantię createę,& similiter qualitas & quātitas, & cętera oīa.Si ergo qd̄ significāt de diuinis,est vltra id qd̄ significāt in creaturis, & qd̄ in creaturis a quo transfert nomen quo significanṫ semp est aliqd positiuū,quia nullū nomen pure ꝑ contrariū a creaturis ad diuina est translatū scd̄m ꝓdicta:constat etiā ꝙ hoc nomen deus perfectius qd signi ficat secundū rationē nostram intelligendi q̄ aliqd̄ aliorum, vt etiā patet ex prędictis : suppositis igiṫ illis q̄ de hac materia tractata sunt supra de significatione attributorū sub ratione attributi articulo.xxxii.quęst.iiii.dico simpliciter ꝙ oīa noīa diuina proprie dici possunt positiue significare ratione rei significatę,& nullū priuatiue,quia id qd̄ significāt est aliqd qd̄ in deo est,sicut dictū est, In deo autem nulla priuatio est. Et secundū hoc concedenda est vltima ratio.

¶ Ad primū in oppositū: q̄uis deus aliquid appelleṫ, non tamen qd̄ dicitur: Dico ꝙ verū est ꝙ non est qd̄ diciṫ quādo proprie significat.s.aliqd in creaturis,quia est aliquid extra il- lud,& ideo ex illo non sequiṫ ꝙ sit nihil,immo cū illo stat ꝙ sit verissimum quid. ¶ Ad secundum ꝙ vnū in deo non significat positiue sed priuatiue,& per cōsequens numerus & oīa noīa numera lia:dico ꝙ falsum est. Vt eñ dictum est supra loquēdo de vnitate dei,licet vnum ratione nominis significet priuationē:illa tamē priuatio est negatio negationis siue priuationis, & ponit verissimā positionem.Et similiter dico de nominibus numeralibus,quæ sunt duo,tres,& de numero vniuer saliter,ꝙ nihil dicunt in diuinis nisi quid positiuū non materialiter, sicut dicit numerus in natu- ralibus & mathematicis,qui formaliter importat defectū formę vnitatis,inquantū materialiter na tus est contineri totus in ratione vnitatis vnius continui,per cuius diuisionē omnis numerus ge- neratur a prima vnitate,secundū modū superius & in quæstionibus de quolibet declaratum. Sed numerus in diuinis diciṫ quid positiue formaliter,sicut dicit numerus substātialis formarū substā tialiū specie differentiū:qui nō importat defectū formę vnitatis inquantū ipse non descendit ꝑ quā cūqꝫ diuisionē ab aliqua vnitate vna,sed suam formam habet in distinctione suarū vnitatum inter se,non absolutorū sed relatorū.Et sicut hoc dico de hoc nomine vnus & de nominib⁹ numeralib⁹, sic eadē dico de noīb⁹ deriuatis ab illis:cuiusmodi sunt trin⁹ & trinitas. Vt eñ dicit Hug. tris gręce latine dicitur tres vel tria. Vnde trinus trina trinū. Vel componitur ab vnus quasi triunus.vn de trinitas quasi triunitas,quia sit vnū totum in tribus. Sed melius est dicere ꝙ trinus sit simplū & deriuatū a tris.Aliter eñ in diuinis significaret ꝙ tres essent vnus masculine,& etiā aliter vnus esset de significato ei⁹ qd̄ est trinus,& ita non bene caderet copula inter trinus & vn⁹ in ꝓdicando ambo de deo.Cū tñ Ambro.in Hymno de vno confessore dicit de deo. Totius mundi machinā gu bernans trinus & vnus.vt sic deus dicaṫ trinus propter personas tres solummodo,sicut diciṫ vnus propter substantiā vnicam.Vnde & diciṫ trinū de illis quę non sunt in aliquo vnum. Diciṫ eñ ꝙ monitio trina debet ꝓcedere vindictā,& ꝙ trina actio inducit consuetudinē. Et in talibus successi uis dicitur trinū in singulari de aliquo indefinito ad tria solo numero differentia.Sed in permanē tibus distinctis solo numero non dicitur nisi in plurali,vt de tribus hoībus ꝙ sint trini,sicut & de duobus ꝙ sunt bini.Et in istis bene posset concedi ꝙ trinus compositū esset ab vnus quasi triunus vel triuni,sed hoc mediate,quia a tres qd̄ idē est qd̄ tris deriuatur ter, & inde trinus trina trinum qd̄ idē est qd̄ trin⁹ cōpositū ab vnus. Et diciṫ trinus vel ternus quasi ter vnus.In permanētibus aūt tribus distinctis specie vel quasi specie sub aliqua vnitate cōtētis diciṫ trinū in singulari de illo qd̄ est triū illorū cōtētiuū,quēadmodū machina rerū mundialiū diciṫ trina.s.cœlestiū,terrestriū, & in fernorū.Et dici potuit trina statua Nabuchodonosor,quia in parte fuit ærea, & in parte plūbea,& in parte lutea.& potio cōmixta ex aqua melle & vino potest dici trina.Et iuxta hunc modū de⁹ di citur trinus a ternario ꝑsonarū quas cōtinet in vnitate essentię.Et quia continenṫ in illa sine omni cōpositione:deus licet diciṫ trinus,non tñ potest dici triplex,cū tñ in cęteris dictis qd̄ diciṫ trinum ꝓpter triū cōpositionē,potest dici triplū vel triplex. Et in oībus dictis per modū quo diciṫ aliquid trinū,diciṫ etiā trinitas a trino per deriuationē. Et si dicaṫ per cōpositionē ab vnitate & ab eo qd̄ est tres,& dicaṫ a tres nominatiui casus,tunc deus diciṫ trinitas quia est tres personę,& vnitas es- sentię.Si autē dicaṫ a tris genitiui casus,tūc deus diciṫ trinitas quia est triū personarū vnitas,q̄ est deitas a qua sumitur nomen deus.& sic diciṫ trinitas quasi triū vnitas. Et vtroqꝫ modo quātū est ex ratione rei significatę positiue significat quicquid significat. Sed quia non qualescunqꝫ tres ad trinitatē cōcurrūt,sed solūmodo tres specie vel quasi specie differentes q cōstruūt trinū,si trinitas non sit simplex deriuatū a trino, sed sit compositum ab vnitate, potius debet dici componi a ter- no siue in nominatiuo siue in genitiuo,q̄ a tris qd est tres,& vnitate,vt dicaṫ deus trinitas & vni tas,sicut potest dici triunus ꝙ est trinus & vnus.Et quia verissime est vn⁹ siue vnitas, idcirco veę

L. Ad primū principale
M Ad scd̄m.
N
O

rissime dicitur trinitas siue triunus.& est vtrunque nomen compositũ ex personali & essentiali.¶Et quod arguitur secundum Ambro.cum vnum deũ dicimus, vnitas excludit numerum deorum:simi liter cum dicitur vnus pater vel vnus filius excludit pluralitatem patrum vel filiorum:Dico quod se cus est de prædicatione & de significatione nominis:quia significatio non est nisi ad vnum.s.ad rẽ significatam indicandum illi in quẽ dirigetur sermo. Prædicatio autẽ non solum est ad rem prædica tam indicandum fore circa subiectum:sed etiam ad definiendũ aliquid circa idem.Propter quod quo ad secundum bene potest nomen prædicari priuatiue: licet non significet nisi positiue.secundũ quod hoc declarabitur in sequenti articulo de diuinis prædicationibus quęstione quinta in fine.Ambro. tñ loquitur de vno & noĩbus numeralibus quo ad actũ pdicandi & discernẽdi: nõ aũt quo ad actum significãdi aliqd in pdicato, aut indicãdi circa inhærẽtiã pdicati ad subiectũ,vt ibidem declarabitur.

Articulus LXXIIII.

Sequitur Art.LXXIIII.de modo proferendi diuina quo ad illorum prædicationem p propositiones complexas:& primo in genera li.Secundo in speciali.De primo septẽ sunt inquirenda.Quorum
Primum est:vtrum in diuinis possit esse aliqua pdicatio.
Secundum:vtrum deo magis congruit prædicatio affirmatiua quam ne gatiua:an econuerso.
Tertium:vtrum aliquid possit prædicari proprie in diuinis.
Quartũ:vtrũ in eis verius pdicentur seu magis pprie abstracta quam cõcreta.
Quintum:vtrum in diuinis possit esse aliqua pdicatio priuatiua.
Sextũ:vtrum prædicatiões priuatiuę magis cõgruant diuinis explicã dis quam positiuæ. Septimum:vtrum in diuinis omnis propo sitio in qua subiicitur vel prędicatur nomen translatum a creaturis sit multiplex siue æquiuoca.

A Quæst.i. Arg.i.

Irca primum arguitur quod in diuinis non possit esse aliqua prædicatio.Primo sic. Non potest esse signum vbi non potest esse res signata sibi correspondens:quia si gnum & signatũ sunt correlatiua,quæ secundũ Philosophum posita se ponunt, & perempta se perimunt.In diuinis autem non potest esse res respondens signo cõplexo p prędicationem alicuius de aliquo:quia sicut nomen est signũ respõdẽs rei incõplexę:sic ppositio in qua est pdicatio alicuius de aliquo quam p hoc est signũ cõplexũ,respõdet rei cõplexę.sicut igitur signũ cõplexũ qd est ppositio sine qua nul la est pdicatio,componitur ex noĩbus quæ sunt signa icõplexa:sic res signata signo cõplexo debet esse cõpositũ ex rebus signatis signis incõplexis quæ sunt nomina.In diuinis autẽ nulla est rerũ cõpositio aut cõplexio secũdũ superius determiata.ergo &c.¶Scdo sic.secũdũ Phm i lib.peri her.ab eo qd res est vel nõ est.s.put exponitur p orationem:oratio dicitur vera vel falsa.qa si vera est res vt exprimitur oratio vera est.si vero non:nõ est vera.sed oĩs ppositio cõstat ex pdicato & subiecto exprimẽs rem de re p cõpositionẽ:quia nõ est oratio nisi p cõpositionem prædicati cum subiecto.quare cũ non sit sic res cõposita in diuinis:qa vt prius omnis res in diuinis simplex est & vnica:omnis ergo oratio & p cõsequens pdicatio in diuinis falsa esset.sed i diuinis nulla põt esse falsitas:neque admitti.ergo &c. ¶Tertio sic.oĩs pdicatio aut est affirmatiua aut negatiua.neutra põt esse in diuinis.nõ negatiua: quia cũ quicquid est i diuinis sit idipsum re,idẽ ergo negaretur de se: qd necessario ponitur falsum & i possibile in deo:qd nullo modo potest esse in ipso.Nõ affirmatiua:qa secundũ Dionysium affirma tiones de deo sunt incõpactę.Nõ autẽ est affirmatiua ppositio nisi p compactionẽ & cohærentiã p dicati cũ subiecto.ergo &c.¶In cõtrariũ est:quod si nulla in diuinis esset pdicatio,cum de hoc nulla eis posset fieri instructio vel doctrina: quia illa nõ fit nisi pdicatione.dicente Commenta.tertio me taphy.& loquẽte de diuinis pdicationibus,in quibus prædicatio enunciatur vt dispositio qdã subiecti sic.Si intellectus nõ accepisset in istis dispositionẽ & dispositũ,nõ posset intelligere naturas earũ,neque determinare eas.quare cũ sit instructio & doctrina de diuinis pcipue in ppositionibus & prædica tionibus contentis in sacra scriptura de illis.ergo &c.

a Probatio.

3 Assũptũ.

In opposi.

B Responsio

¶Dico quod in hac qstiõe nihil inducit dubitationẽ nisi diuina simplicitas,qua i deo oĩa sunt idipsum,& intelligẽtia simplici cõcipiuntur absque assertione & cõpositione. Et ideo nec est in il la veritas aut falsitas ex ipso actu intelligendi significato,licet id quod est in deo,in rei veritate sit apprehensum sicuti est.Prædicatio autem non nisi diuersorum quocunque modo fuerit:quæ non conci piuntur nisi p intellectum componentem & diuidẽtẽ simplicia:quæ primo intelliguntur:in qua necessa rio est veritas aut falsitas.qa si cõpositio fuerit cõueniẽs rei enti i se,qd & Philosophus appellat ab eo quod res est , tunc erit vera . Sin autem , quod appellat Philosophus ab eo quod res non est:

erit falsa. Vnde vt dicunt Phus in tertio de anima, & Cōmen. ibidem, ista actio intellectus est ei similis qd Empedo. dicit de actione amicitiæ in entia: ꝙ multa capita erant separata a collis: deinde congregauit ea amicitia: & posuit simile cum simili. Ita ꝙ intellecta primo extiterunt diuisa in intellectu, deinde composuit ea. Si igitur composuit scdm ens, verum: si non, falsum. Quia igitur in deo videtur nulla esse simplicium diuersitas aut pluralitas, nulla videt per consequēs in ipso possibilis compositio aut prędicatio siue negatiua siue affirmatiua, siue vera, siue falsa: licet omnia alia vere de ipso abnegant, & nullū illorum vere affirmat de ipso, eo ꝙ cuiuslibet de quolibet vera ē affirmatio seu negatio, & nō ambo simul de eodē. fm Phm. iiii. Metaph. ¶Est igitur intelligēdum ꝙ licet in deo propter eius summā vnitatem & simplicitatem re, nulla sit pluralitas aut diuersitas siue distinctio plurium scdm rem absolutam: bene tamen in eo est pluralitas plurium distinctorū scdm rem relatiuam, & hoc ex natura productionum quæ naturaliter sunt in diuinis: prout superius est declaratum & determinatū, & similiter plurium distinctorum scdm rationem, secundū ꝙ expositū est supra. Et etiam dicit Cōmen. loquens de deo. xi. Metaph. Cum dicimus eum non esse viuū & habentem vitam, dicimus idē in subiecto, & hoc secundū modū, non quo significat idem oībus modis, sicut significant noīa synonyma. Neq; eñ idem significant in oībus principale & sumptum, quia sumptū significat illud qd principale & magis. Vita autē significat aliquid nō in subiecto. Viuū autē significat aliquid in subiecto. s. formā in materia & habitū in subiecto. Sed supple scdm modū qui cōponit simplicib9 abstractis scdm rem de materia. Et exponens clarius quis sit modus in vtrisq;, primo in eis quæ sunt forma in materia, dicit subdens. In eis enim quę sunt formę terū in materia, dispositio & dispositū reducitur ad vnū in esse in cōsideratione, quādo intellectus diuisit alterū ab altero. Intellectus eñ innatus est diuidere adunata in esse in ea ex quibus componuntur, q̄uis non diuidātur in esse, sicut diuidit materiam a forma & formā a composito ex materia & forma, & hoc in rebus compositis ex materia & forma, cū disposuit composita per formam, aut habenté formam per formā. Intelligit enim vtrūq; admixta aliqua materia & composito suo modo. Verbi gratia, cum disposuit hominem per rationabilitatem. Intelligit eñ subiectū rationabilitatis & rationabilitatē similiter ī adunatione: & intelligit ꝙ deferēs de eis est aliud a deserto. Exponēs autē quis sit modus non existentium in materia, subdit dicens. Quādo autem fuerint considerata dispositum & dispositio in eis quæ non sunt in materia: tunc reducuntur ad vnā intētionem omnibus modis: & nullus modus erit quo prędicatum distinguetur a subiecto & disposito extra intellectum. Dico ergo ꝙ non obstāte diuina simplicitate qua intellectorum simpliciū siue sint personę, siue attributa, siue quæcūq; alia formalia, nulla est diuersitas absolutorum secundū rem in ipsa diuina essentia. Est tamen in illa aliqua alia diuersitas, scilicet inter personas inter se, & ad absoluta essentialia: similiter inter attributa inter se, & ad essentiam & personas, & hoc nō in solo nomine sicut diuersa sunt synonyma, neq; sicut diuersa sunt principale & sumptum in materialibus, quæ sunt diuersa scdm intellectum, per hoc ꝙ principale significat aliqd intellectum secundum se: sumptū aūt significat rem vt existēs in alio, scilicet rem sicut in subiecto, a quo non potest diuidi aut separari scdm rem aut secūdū esse: sed est illa pluralitas & diuersitas in diuinis solummodo scdm intellectum & rationem, aut scdm materiam & rem determinatam, quæ sunt diuersa absq; eo ꝙ alterum eorum consideratur in alio esse, vt in subiecto a quo differt scdm essentiam. Et ista differentia sufficit vt intellectus postq̄ sic diuersa concepit, per prędicationem in propositione illa cōponat aut diuidat vel sicut duo principalia per identitatem, dicendo deitas est veritas, vel sicut sumptum cū sumpto, dicendo deus est verus, vel sumptū cū principali, dicēdo veritas est vera, vel deus est veritas, vel qd amplius est, idem bis accipiendo secundum rationem, & dicendo deitas est deitas, deus est deus, & sic de cæteris in deo existentibus pluribus secundum rem relatiuam vel scdm rationem tm. Si vero intellectus noster ea quæ simplicia sunt in essentia vna enunciat modo compositionis, postq̄ singulū eorum vt simplex secundum se intellexit, hoc non est nisi per quandam similitudinem ad compositionem quā operatur in rebus materialibus, quas prius singulari simplici intelligentia intellexit & diuisit abinuicem: licet in esse non erant diuisa. sicut & per quandam similitudinem nomina rerum naturalium transfert ad diuina Cōmē. cōtinue post p̄dicta. Cū intellectus componit aliquam propositionem ex dispositione & disposito in talibus rebus, tunc non intelligun tur ex eis nomina synonyma, ita ꝙ propositio sit scdm nomen nō scdm intentionem: sed intelligit ex esse diuino scdm assimilationem. Secundū ꝙ in talibus accipit duo: quorū proportio adinuicem alterius ad alterū est sicut proportio prędicati ad subiectum, & ex eis componit pro

positionem categoricā. Et nullam differētiam intelligit inter ea esse nisi scd'm acceptionem .s. quia idem accipit vt dispositum & disponens. Intellectus enim potest intelligere ex his ambob⁹ scd'm similitudinem ad propositionem categoricā in rebus compositis sicut intelligit nullum simile nisi similitudine. Et si intellectus non accepisset in illis dispositionem & dispositum, non posset intelligere naturas earum neq; determinare eas. Et magna differētia est inter ea quę differunt in esse & intellectu, & quę differunt in intellectu tm̄. Multiplicitas ergo in deo nō est nisi in intellectu tm̄ non in esse. Et intellige etiam ꝙ ista pluralitas siue multiplicitas eorum quæ concipiuntur ex diuersis scd'm rem, quorum vnum non existit sine alio vt materia & forma in cōposito, ex illis est non tm̄ differentia in intellectu: sed etiam in esse. Secūdum prędicta ergo cōcedendum est vltimum argumentum.

E Ad primū prin. ¶Ad primū in oppositum ꝙ non potest esse signū vbi non potest esse res signata ergo &c̄. Dico ꝙ verū est si nullo modo potest esse ibi: sed sic non est in proposito vt visum est. Et qd' assumitur, ꝙ in diuinis non potest esse res respondens signo cōplexo per prędicationem:

F Ad probationem. Dico scd'm iam dicta ꝙ etiam hoc falsum est. ¶Qd' arguitur ad huius probationem, ꝙ sicut nihil est signum respondens rei incomplexę, sic propositio quæ consistit in prędicatione est signū rei complexę &c̄. Dico ꝙ verū est. Sed sicut nomē aliquando est signū rei incōplexę, quæ tamen habet in se realem compositionem ex pluribus, nec est omnino simplex & indiuisibile: vt patet de composito ex materia & forma: sic propositio aliquando est signū rei complexę non in esse & scd'm rem absolutam: sed in intellectu & scd'm rationē aut scd'm rem relatiuam: qd' sufficit ad

G Ad secūdū prędicationem sicut dictum est. ¶Ad secūdum, ꝙ ab eo qd' res est vel nō est, prout exprimitur per orationem, est oratio vera vel falsa: Et ꝙ assumitur vlterius ꝙ omīs propositio exprimit rē de re per compositionem: in diuinis autem nulla res habet esse per compositionem: ergo in oratione per prędicationem in diuinis non exprimitur sicut est in re: Dico ꝙ immo: quia in ipsa re diuina sic est actione & absq; consideratione intellectus quo ad plura & distincta re relatiua, sicut per orationē exprimitur. Sūt enim plura distincta re relatiua & scd'm rem in diuinis quæ componuntur compositione rationis in propositione, & se habent inter se sicut per orationem exprimuntur compositione rationis licet non compositione rei. Sic etiam in diuinis est actione sed non absq; consideratione intellectus, & quo ad plura & distincta scd'm rationem tm̄ absq; etiā consideratione intellectus: sicut est in essentia diuina virtute: quia in ipsa virtute & vnite sunt ex se quæ circa illam potest intellectus distinguere scd'm rationem, & quæ post eorum distinctionem in intellectu sunt in actu. Sunt etiam in ipsa diuina essentia vnite & ex se, quę circa illā pōt opus naturę distinguere scd'm rem, quorū distinctionē intellect⁹ accipit in actu: sed nō operat̄ illā. & hoc sufficit ad verā p̄dicationē formādā scd'm dicta. ¶Ad tertiū ꝙ nec p̄dicatio

H Ad tertiū. affirmatiua nec negatiua pōt esse in diuinis: Dico ꝙ falsum est: imo vtraq; pōt eē. Qd' arguit̄, quia nō negatiua, quia idē negaret̄ de se: Dico ꝙ verū est quo ad simplicitatē rei: sed sic negatiua est falsa & impossibilis, & contraria affirmatiua vera & necessaria. sed illa falsitas aut impossibilitas non est in ipsa re nisi vt est cōcepta in intellectu. & sic per se est in intellectu, qd' nō est inconueniēs. Quo enim ad rationes diuersas ab intellectu distinctas & conceptas de illa re differentes inter se sola ratione, an negatiua sit vera qua vnum conceptorum remouetur ab altero: dicendo in diuinis ꝙ sapientia nō est bonitas, de hoc erit sermo in sequēti articulo: sed quin negatiua sit vera quo ad distincta re relatiua: quando vnum eorum remouetur ab alio: dicendo pater non est filius: nulla est dubitatio. Quo ad diuersos quidē respectus reales distinctiuos personarum ex natura rei, non ex conceptione & operatione intellectus puri existentis in diuina natura an vere negatur vnus de altero dicendo paternitas non est filiatio, de hoc erit sermo

I inferius. Distinctionem autem personarū per tales proprietates non vidit Auerrois Cōmentator Phi: sed solum vidit distinctionē in diuina essentia scd'm rationes attributales vitę & sapiētiæ & huiusmodi, credens ꝙ scd'm tales rationes Christiani ponerent trinitatē personarū in diuinis: in quo reprehendit eos non intelligēdo quid de hoc Christiani sentiunt, & falsum eis imponit, dicēs sic parum ante pręassumpta verba. Vita & scientia proprie dicitur de deo. Est igit̄ deus viuens & sapiēs, & hoc putauerūt antiqui trinitatē esse in deo in substātia, & volunt euadere per hoc & dicere quia sit tres & vnus de⁹, & nesciūt euadere, quia cū substātia fuerit numerata, aggregatū erit vnū per vnā intentionē additā congregato. Et hoc similiter ait loquentib⁹ in lege Maurorū ponētibus has dispositiones additas essentiæ. Quapropter contingit eis sicut per primū per vnā intentionē additam essentiæ & dispositionibus, & vnicuiq; opinioni in

ducebatur accidere compositio. Et male imponit Christianis q secdm primã opinionem posuerunt Deum trinum & vnum numerãdo substantiã, secundum q posuerũt Semiarriani secũdũ superius determinata, & hoc secdm numeratione deitatis vitæ & sapientiæ. Si em̃ ita esset, bene arguit ille, videlicet q si essent tres, non tm̃ essent vnus deus nisi per aliquã intentionem tribus additam qua fierent vnũ. Nunc autẽ Christiani nec ponũt substãtiam deitatis omnino numerari in illis pluribus quos dicunt q sunt vnus deus, nec ꝓpter illa tria absoluta ponũt q q̃ sunt deitas, vita, & sapientia: aut aliqua alia absoluta, sunt tres & deus: sed solũ propter tria relata relatiuis ꝓprietatibus & distincta secdm superius determinata, quarũ trium proprietatum distinctione possunt dici tres absq; substãtię numeratione: licet forte triũ absolutorũ distinctione nullo modo possint dici tres absq; substãtiæ numeratione, qua posita nõ possent dici tres esse vnus deus nisi per compositionẽ, qua sub vna ratione aggregarentur tres, sicut arguit Commen. & bene: sed falsa suppositiõe quã imponit Christianis falso: & sic nihil arguit cõtra ipsos. Posito enim secdm verã fidem q dicũtur tres trium relationũ distinctiõe: possunt dici tres absq; substãtiæ numeratione, & dici vnus deus absq; omni cõpositione & aggregatione triũ sub vna ratione, quæ alia est ab illa substãtia vna, & etiam a qualibet illarũ trium ꝓprietatũ. Ponere autẽ sicut imponit Mauris, trinitatem in tribus dispositionibus additis vni essentiæ, secundum q etiam Porretani posuerunt proprietates constitutiuas personarum esse assistentes, & non insistẽtes (vt habitũ est supra) erroneum est. Et cõtra illos bene arguit q non possent tres ex illis dispositionibus cũ essentia esse vnus deus, eo q vnũ illorũ non incidit in aliud. & ideo vno nõ possunt denominari nisi per quãdam illorũ quatuor, scilicet essentię & triũ dispositionũ aggregationem, quod non posset fieri nisi per compositionem sub vna dispositione addita illis, & sic non nisi per vnã intentionẽ additã essentię & dispositionibus. Idem autẽ nequaq̃ posset inducere cõtra Christianos ponentes ꝓprietates essentię insistẽtes & addentes in essentia constituere tres ꝑsonas. Et sic quia ipsa vna essentia cõis est, est sufficiẽs causa quare tres sunt vnus deus, sicut tres ꝓprietates sunt sufficiens causa quare vn⁹ de⁹ sunt tres ꝑsonę, & hoc absq; omni alio addito. ¶ Qd̃ assumit in argumẽto q ꝓpositio affirmatiua nõ potest esse in diuinis: quia secdm Dionysium affirmationes de deo sunt incompactę: Dico q illud nõ dicit: quia.s. nulla affirmatiua habeat cohęrentiam sufficientem prædicati ad subiectum vt ex illis constituatur propositio. Non: sed quia nõ est tanta cohęrentia istarum: vt perfecta veritas per illam exprimat: prout declarabitur in proxima quæstione sequente. L Ad assumptum.

Irca secundũ arguitur q p̃dicatio affirmatiua magis cõgrua est deo q̃ negatiua, Primo sic. Illud qd̃ est dignius deo, magis congruit ei. Propter hoc em̃ illa quę dignitatis sunt simpliciter in creaturis, potius deo attribuunt q̃ alia: secũdum superius determinata. sed dignius est deo prędicare de ipso quod est, qd̃ fit prędicatione affirmatiua: q̃ remouere ab eo quod est, quod fit prędicatione negatiua. Modicum enim dignitatis est ei dicere q non sit lapis, aut asinus, aut mendax, aut falsus: sed magnę dignitatis est ei dicere q sit supersapiẽs, superbonus, & cætera huiusmodi: ergo &c̃. ¶ Secũdo sic. Illi qui est in se summe positiuum, magis cõgruit positiuum q̃ priuatiuum, propter maiorem cõuenientiã positiui cum positiuo. Magis em̃ congruit conueniens conuenienti q̃ disconueniens disconuenienti. deus in se maxime positiu⁹ est. Prędicatio aũt affirmatiua, positiua est, negatiua autẽ remotiua, & in hoc priuatiua: ergo &c̃. ¶ In cõtrariũ est illud qd̃ dicit Dionysi⁹ loquẽs de deitate. c. ii. cęl. Hiera. Ab eloquiis supermundane laudat, ex quib⁹ nõ qd̃ est sed qd̃ non est significat. Hoc em̃ vt ęstimo potẽtius est in ipso. vbi dicit Hugo. Potentius est. i. efficacius est & magis expressiuum & excellẽtius quãtũ ad veritatis expressionẽ dicere qd̃ non est de⁹ q̃ qd̃ est. sed qd̃ est efficacius, magis ꝓpriũ & excellẽtius ad veritatis expressionẽ, magis cõgruit Deo. Prędicatione autẽ affirmatiua significat quid est deus. Prędicatione vero negatiua significatur quid non est. Secundũ enim q dicit ibidem Ioannes Scotus, Duplex diuinę significatiõis est ratio. Aut em̃ affirmatiue significat. Verbi gratia, dum de ipso p̃dicatur essentia est, seu bonitas est, seu vita, seu sapientia, seu veritas, & cætera similiũ virtutũ noĩa, & quę diuinę auctoritati aut subsistẽtię conuenientissima esse videt ur. Aut negatiue: vt cũ dicit immẽsus infinitus incõprehensibilis: cæteraq; q̃ de ipso per negatione ꝓnunciant. ergo &c̃. Vnde ibidẽ. Aestimo hanc dictionẽ quæ est negatiua, potẽtiorẽ & cõuenientiorem in ipso, hoc est in ipsius summę deitatis significatiõe. Validius quippe & propitiquius veritas ineffabilis & diuina existentia negatiue q̃ affirmatiue insinuatur. M Quęst. II. Argu. 1. In opposi.

¶ Dico q omnes p̃dicationes quæ fiunt de deo, sunt ad exprimendũ eius præmi- N Responsio.

nentes dignitates quibus colitur & amatur, & hoc ad eius laudem & gloriam extollendam. Sed laus & gloria dei per prędicationem aliquam in propositione affirmatiua aut negatiua, potest extolli dupliciter: vel significando illa per verba in prędicatione prolata, vel insinuando per eadem. Proprie autem per prædicationem significatur id quod ex significationis verborum virtute datur intelligi, & non amplius. Insinuatur autem etiam id quod ille qui loquitur per prędicationem significare non sufficit. Sed hoc dupliciter potest contingere. Vno modo per minus significatum in prædicatione intelligendo qđ plus est, secundum ꝙ aliquando de enunciante dicitur ꝙ minus dicit & plus significat. Iuxta illud qđ Grego. exponēdo illud Iob. xxxvi. Numerus annorum eius inæstimabilis. dicit sic. Dicere vtcūꝗ æternitatem voluit: & ipsam ęternitatis longitudinem annos nominauit. Quia enim amplum quid dicere voluit: sed quid diceret latius non inuenit: ideo annos sine æstimatione numeri multiplicauit: vt dum ea quæ apud se prolixa multiplicat: æternitatis longitudinē se intueri nō posse infirmitas humana cognoscat. sed de isto modo nihil ad propositum. Alio autem modo illud qđ loquens per prædicationem affirmatiuam significare non sufficit, insinuando per negatiuam illi contrariam. Iuxta illud quod dicens post prædicta Ioannes Scotus ait. Plus intelligo deum cum audio de ipso prædicantem, essentia non est, bonitas non est: quoniam supersubstantialis est & superbonus: q̄ cū audio, essentia est, bonitas est. Primo modo dico ꝙ prædicatio affirmatiua magis cōgruit deo, dicendo est bonus, q̄ negatiua dicendo, deus non est bonus: quia affirmatiua significando aliquid dignum de deo explicat, & hoc saltem locutione transumpta: licet non propria quo ad id quod significatur in prædicato. Negatiua autem significando solum de deo remouet id qđ affirmatiua afferebat. Et ideo sicut affirmatiua est vera sumendo ly bonus in significatione transumpta: sic negatiua est falsa sumendo ipsum in eadem significatione. Sicut & econuerso sumēdo ipsum in significatione propria: affirmatiua est falsa: sic negatiua est vera. sed nihil positiuum de deo prædicat: & non quid est: sed quid non est significat. Secundo autem modo determinat Dionysius. c. ii. cęl. Hier. vt obiectum est, dicēs ꝙ per propositiones negatiuas ex quibus deus nō quid est sed quid nō est significatur, potius exprimenda q̄ per earum contraria seu opposita, scilicet per propositiones negatiuas. Et propterea forte omnia dicta sanctorum in hanc partem inclināt & hoc quia quātūcūꝗ de deo etiam a summo angelo beato cognoscitur: plus de deo cognoscēdum latet illi q̄ ab eo cognoscatur. Vnde postq̄ dictum est Iob. xxvi. Omnes homines vidēt eū, & exponendo subiunctum est, Vnusquisꝗ intuebitur eum procul, addit. Magnus est vincens scientiam nostram. vbi dicit Grego. Omnis homo ex eo ꝙ rationalis est conditus: debet ex ratione colligere eum qui se condidit deum esse. Quem nimirum iam videre est dominationem illius ratiocinando conspicere. Procul eum videre est non iam illum per speciem cernere: sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Videre est transcendentem omnia ex ratione colligere. Non autem vincere eum nostram scientiam narrat, quē videri ab omnibus dixerat: quia sic ex ratione conspicitur: vt magnitudo illius nulla nostri sensus perspicacitate penetretur. Quicquid nāꝗ de claritate eius magnitudinis scimus infra ipsam, immo sic infra ꝙ infinite plus est in ipso supra q̄ cognitum est, q̄ sit ipsum cognitum etiam a supremo angelo beato. Et propterea quod affirmationibus & positionibus significare non potest: negationibus & priuationibus homo insinuat: vt amplius in proxima & in quæstionibus sequentibus declarabit. Primo modo procedunt & bene, prima duo obiecta. Isto autē secundo modo procedit obiectum in contrarium, & bene similiter. Licet enim dicere quid non est deus sit potentius, magis proprium & magis expressiuum & excellentius, quātum ad veritatis expressionem, q̄ dicere quid est de[9]: hoc non est nisi insinuando queādmodum potentius, magis proprie, expressius & excellentius insinuatur per species dissimiles & disconuenientes q̄ per species similes & conuenientes. dicente Ioanne Scoto. Sicut negatio affirmationi pręponitur in significationibus: ita inconuenientes atꝗ deformes species formosis cōuenientibusꝗ pręponimus. & hoc vt dixi nō nisi insinuando, non autem proprie significando. Et hoc est qđ expresse declarat Ioannes Scotus in dicto argumento. Aestimo hanc rationem &c̄. vbi in fine explicat hoc verbum insinua-
P tur. Declarat etiam ipsemet Dionysius quando per hoc concludit ꝙ dissimiles species aptius manifestant diuina q̄ alia, subdens. Q[2] igitur negationes in diuinis verę sunt, affirmationes vero incompactę: obscuritati arcanorum magis apta est per dissimiles formationes manifestatio. Negatiōes verę sunt: quia totū de deo isinuāt qđ de eo itelligēdū est. Cui[9] aliqd affirmatio
Q nes & nō totū significāt. Qđ insinuat Dionysi[9] per hoc qđ pręmisit loquēs de diuina essentia. Nō esse: sed quid eoꝝ quæ sunt: eā vere dicim[9]. Quod exponēs Ioannes Saracenus dicit. s. tunc

verum est qđ de diuina natura dicimus,quando asserimus eam esse hoc qđ ipsa est,non secundum aliquid eorum quæ sunt.Et Hugo loquens de diuina essentia addit dicens. Qđ enim vere est:secundum aliquid eorum quæ sunt totum dici non potest. Et ideo cum eam secundum ista quæ sunt aliquid esse dicimus: nondū qđ vere est per expressionē manifestatur.Qđ eñ est infinitū ab humana scientia æstimari nō potest:quia qđ ineffabile est non dicitur:& quia super essentiale est,non apprehenditur.De ipso ergo mens humana aliquid capere potest,ipsum autem non potest:& lingua humana de ipso aliquid dicere potest, ipsum non potest. Nec idcirco tamen falsum est æstimandū qđ de ipso dicitur,q̄m de ipso tantū est & non ipse qđ dicitur,neq totū qđ de ipso cogitatur,q̄m de ipso tm̄ est & nō hoc qđ cogitatur, quoniā verū dicitur & veritas cogitat̄.Propter qđ de negationibus dicit Dionysius simpliciter ꝙ sint verę : de affirmationibus autē non dicit ꝙ sint falsę:sed ꝙ sint incompactę,quasi non tam prędicatum sit par cū subiecto vt expressam & perfectam veritatem de ipso possit explicare:quantū in nostra prędicatum intētione est compactum a subiecto vt expressam & perfectā veritatem de ipso possit exprimere.& hoc quēadmodum quoquo modo genus p̄dicatum affirmatiue de specie, non tā perfectam veritatē eius explicat:vt explicat tota definitio,quæ vniuersaliter exprimit omne p̄dicatū de eadē.Hinc dicit Ioannes Saracenus. Affirmationes in deo incōpactę sunt.i.resilientes non adhęrētes:vtpote mētientes.inter has eñ est vt supersubstātialis.Et Ioannes Scotus ibidē exponit dicēs.Et vt plenius dicā,plus intelligo deū &c̄.vt supra.Et sic secundū dictū modū exponēdi dicūtur affirmationes incōpactę:aspiciendo.s.ad id qđ dictiōes trāslatę a creaturis significāt de deo.Aspiciendo autē ad id qđ significāt de creaturis , aliter exponit Hugo dicēs. Manifestū est in diuinis & his quę de deo dicunt̄ & deo attribuunt̄,negatiōes esse veras.i.ꝓprias.Affirmatiōes vero incōpactas.i.improprias & nō cohęrētes : q̄m dissimilia iungere conātur.s.deū,& id qđ est i creatura.Qđ etiā intellexit Ioannes Scotus:qui postq̄ dixit,Plus intelligo deū &c̄.adiūxit.Hoc enim deū inter oīa cōnumerat: illud autē inter oīa ipsum exaltat. Qđ solūmodo verum est scđm illos qui nō transferunt dictiones ad significādū aliud ab eo ad qđ institutę sunt ab initio:quib9 propterea affirmatiuę magis sunt causa erroris q̄ negatiuę,sicut & similes species magis q̄ dissimiles.Dicēte Ioanne Scoto super idem verbū. Dum in sanctis visionibus sanctorū ꝓphetarū ego humanā effigiē inuenerim absolutā,omnibusq; modis naturalē,in significatione ipsius qui sup omnē & formā & figurā in seipso absq; forma subsistit & figura:plus possum decipi vt æstimem deū ipsum incircūscriptum humana effigie circūscribi. Dū in eisdem visionib9 pēnati hominis ac volātis imaginē inuenio,in significatione cęlestiū virtutū seu ipsi9 diuinitatis nō facile fallor:q̄m in natura rerū visibilium pennatū hominē & volitantē nec vidi nec legi,nec audiui.Est eñ monstruosum,& omnino a natura humana alienū. Nam & poetica figmēta in falsissima fabula de volatu non ausa sunt fingere plumas & alas de corpore ipsius hoīs naturaliter creuisse.Incredibile enim esset.Et per hoc citius adducor tali imagine omnino diuinas virtutes,ipsumq; deū circūscribi, ac deformiter formari: omne siquidē qđ cōtra naturam est,turpe atq; deforme est:q̄ ad sequendū tales formas naturaliter inesse cęlestibus,& continuo nullo merę interstitio perspicio imagines illas diuinę scripturę significatiuas esse naturaliū rerum atq; simpliciū , & omni forma atq; figura sensibili circūscriptaq; carentiū : non autē illas naturas quę illis significationibus ad purgandas nostras terrenas cogitationes intimant̄. & infra.Et qđ de effigie volātis hominis diximus,ip̄m de leone,vitulo pennoso,ideq; de aquila humano vultu configurata,cæterisq; cōfusis figuris,seu in genere superfluis:vt animalia senas alas habentia,est intelligēdū.Qđ potest esse alia causa dicēdi negatiuas prędicationes magis cōgruere deo q̄ affirmatiuas:sed hoc est verius causa dicēdi negatiuas & dissimiles species magis cōgruere nobis q̄ affirmatiuas & similes species.Et sic intelligendo ꝓpositiones dictas affirmatiuas scđm sensum suū proprium falsę sunt:quia in veris affirmatiuis debēt similia adiūgi similibus:secundum ꝙ multis capitibus separatis a collis amicitia scđm Empedo. posuit simile cū simili:vt vnūquodq; intraret suam coniuncturā, & collo suo cōiungeret̄,non autē dissimile cū dissimili,ne iuncturā intrare nō potens totum maneret incōpactum.secundū ꝙ de positione similis cū simili scđm Empedo.habitum est in p̄cedenti quæstione.Sed Hugo non dicit iungūt: sed iungere conātur,& hoc in hoc ꝙ secundū propriam significationem dissimilia iungi prætendūt . Et per hoc deum quodāmodo scđm Ioannem inter omnia connumerant:sed secundū transumptum re vera similia iungunt,& per hoc deum super omnia exaltant:licet non tā plene & expresse quātum in se est exaltatus.Propter qđ nec plene similia iungunt:& ideo etiā incompactę dicuntur:verę tamen,licet non sic veritatem explicent vt est in re.

R

S

T Scotus.

V

X

A Quest.III. Argu.1.

Irca tertium arguitur ꝙ nihil potest proprie prędicari in diuinis, Primo sic. Qđ non significat aliquid proprie, non potest de aliquo ꝓprie ꝑdicari: quia ꝑdicatum nō prędicat de subiecto nisi id qđ significat. sed in diuinis nullum est ꝑdicabile qđ aliquid proprie significat: quia ī deo nihil est prędicabile nisi translatum a creaturis translatione rei & nominis: vt in illis quæ principaliter exprimunt quæ sunt dignitatis simpliciter: vt in talib⁹ nominibus bon⁹, & sapiens: vel translatione rei tm̄: vt in hoc nomine deus: vt habitum est su-

2 pra quęstione.ix.articuli pręcedentis in corpore solutionis in fine, ergo &c̄. ¶Secūdo sic. Augu. dicit contra Adiman. indigna esse diuinę maiestati, quæ homines cum aliqua dignitate putāt dicere: vt habitū est supra quęstione.viii.articuli pręcedētis in quarto argumēto. sed si ista non sunt digna diuinę maiestati, multo fortius ergo nec aliqua alia. sed quæ non sunt digna diuinæ maiestati, in diuinis proprie prędicari non possunt: ergo &c̄. ¶In contrariū est ꝙ illa quæ se habent sicut forma ad subiectum, proprie prędicari possunt de illo. In diuinis plura sunt quæ habent aliquid existens in deo se habens ad aliud sicut forma ad subiectum: vt bonitas & sapiētia quæ sunt sicut qualitas, magnitudo, & æternitas, quæ sunt sicut quantitates respectu diuinę essentię & ꝑsonarū: in quib⁹ sicut formę etiā sunt paternitas & filiatio, q̄ sunt relatiōes: ergo &c̄.

In opposi.

B Responsio.

¶Dico ꝙ quęstio de proprie vel improprie prędicari non habet locum in diuinis nec in aliis de prędicationibus quæ fiunt per identitatem, in quibus idem prędicatur de se ipso: vt deus est deus, deitas est deitas: quia talis ꝑdicatio non potest esse nisi propria: sed solum in illis in quibus ꝑdicatur distinctum de distincto: vt attributum de attributo: vel de natura, vel de persona, vel econuerso quodcū illorum de alio: q̄ per informationē. In qua prędicatione dico ꝙ proprie aut improprie ꝑdicari ꝓuenit ex parte illius qđ prędicatur. & hoc dupliciter. Vno modo ex parte nominis significantis. Alio modo ex parte ipsius rei significatę. Primo modo prouenit ex modo significādi nominis: quia vbi est informatio aliqua vel ꝓpositio īproprie, subiectum eo ꝙ se habet in ratione materiæ debet significare per modum subsistentis, & prædicatum eo ꝙ se habet in ratione formæ debet significare per modum informantis, vel formaliter ad modum quo partes definitionis sunt formæ & definiti: vt animal & rationale hominis, vel ad modum quo accidens est forma subiecti: vt albedo hominis. Idcirco dico ꝙ ad hoc ꝙ aliquid in diuinis proprie prędicetur de alio vt distinctum de distincto, siue secundum rem, siue secundum rationem, debet significari per modum formæ existentis in supposito aut in subiecto & ecōuerso: sed qđ proprie debet subiici, debet significari per modum subsistentis. Et hoc modo proprietatis nihil potest proprie prędicari ne in diuinis: ne in aliis, nisi modo concreto: licet subiectum vtro modo bene subiiciatur: vt dicitur, deus est bonus, vel deitas est bona. Abstracta autem omnia prędicant̄ improprie, siue de abstracto, siue de concreto, dicendo deus vel deitas est bonitas, & secundum hoc illud, trinitas, compositum ex duplici nomine, vno concreto, alio abstracto, partim proprie, partim improprie prædicatur. Secundo modo, scilicet ex parte rei significatę proprie aut improprie prædicari prouenit duobus modis secundum duplicem comparationem rei significatæ in prædicato: quia comparatur ad vocem siue ad nomen significans ipsam, & comparatur ad subiectum de quo in nomine enunciatur. Primo modo prouenit ꝓprie ꝑdicari in ꝓpositione ex hoc ꝙ nomē significat rem proprie, & econtra improprietas ex hoc ꝙ nomē significat rem translatiue, & hoc siue translatione rei & nominis simul: vt vniuersaliter contingit quādo eodem nomine significatur qđ est in diuinis, & qđ est in creaturis, siue translatione solius rei: vt contingit in hoc nomine deus: cuius significatum est summa illorum de deo per supereminentiam quæ de creaturis significant aliquid dignitatis simpliciter: cui nomen deus primo & principaliter est impositum, non translatum: quia non erat prius alicui in creaturis impositum: sicut erant nomina quæ in creaturis significāt aliquid dignitatis vel pertinens ad dignitatem simpliciter scilicet particulariter: vt hæc nomina, sapientia, bonitas, aut translata ad diuina significant non esse sed simile supereminenter. Cum dicitur deus est bonus, nō est qđ dicitur rationis aut generis proprietate: sed tantummodo rationis proportione seu proportionali transumptione, scilicet rei supereminentis in deo: quæ simpliciter est in creatura, & hoc trāsumptione rei. cui sic transumpto, si nihil aliud imponeretur q̄ impositum sit in creaturis, esset transumptio solius rei abs transumptione nominis, sicut cōtingit in hoc nomine deus. Et propter talem transumptionem rei dicit Boethius ꝙ cuncta quæ prædicari possunt cum quis ea in diuinam vertit prędicationem, cūcta mutātur, & sunt talia qualia fore

C

permiserunt subiecta. Puta si subiectum sit deus, significant aliquid supereminens translatū per intellectum. Si vero subiectum sit creatura, significant aliquid simpliciter, prout expositum est supra quæstione .ii. articuli pcedentis. Quia igit quicquid significatū est per nomen quodcunq; ab homine viatore aut intellectū de diuinis, sic translatiue de deo significamus & cognoscimus scdm Dionysiū enim de deo nihil nisi in participib⁹ cognoscimus : dico q̄ isto modo primo secundi modi principalis pprietatis, nihil omnino pprie pdicari potest in diuinis, neq; negatiue sicut neq; affirmatiue. Secūdo modo huius secūdi modi principalis. s. ex parte rei significatę in pdicato vt ipsa cōparat ad subiectum, pprie & improprie pdicari puenit ex eo q̄ pdicatū rem explicat quā significat nomē tāta perfectione & tāta integritate quanta est in deo quātū ad seipm: vel minore. Si eñ nomē qd pdicat explicat rem significatā in tāta perfectiōe & integritate quāta est in deo scdm se: tunc pdicatur pprie. Sin autē, tunc dicitur pdicari improprie. Sed explicare noīe qd est in diuinis, cōtingit dupliciter, vel significādo, vel insinuando, sicut in pcedēti quæstione expositū est. Quia igitur nullum nomen in creatura est qd de deo in tanta pfectione & integritate aliquid qd est ī ipso exprimit significādo, in quāta est in eo: quia nō explicat rē significādo per nomen nisi prout intellectus creatus eā intelligit: & adhuc minus, vt in penultima quæstione articuli pcedentis expositū est: Idcirco dico q̄ vt prius adhuc nihil omnino proprie pdicari potest in diuinis significādo, neq; in affirmatiua neq; in negatiua ppositione: quia termini idem significāt in ppositiōe negatiua qd in affirmatiua. Potest tamen aliquid pprie pdicari in diuinis insinuando affirmationē nō verā: sed metaphoricam, & hoc multo melius per propositiones negatiuas q̄ per affirmatiuas. Eo q̄ tales propositiones negatiuę nihil explicant significādo de deo, nec ab ipso remouendo qd clare absurdū est ei non inesse: vt quādo remouēt a deo illa quę ex se sunt aliquid dignitatis simpliciter: vt cum dicitur: deus nō est sapiens, deus nō est bonus, aut remouēdo ab ipso, quod clare absurdū est ei inesse scdm aliquē modū: vt quādo remouent ab eo illa quæ ex se sunt aliquid indignitatis simpliciter: vt cū dicit Deus non est mortalis, deus nō est finitus: vel aliquid qd est indignitatis scdm aliquē ordinē: vt cū dicitur: deus nō est visibilis, deus nō est cōprehensibilis. Licet eñ esse visibile & cōprehensibile sit dignitatis simpliciter in se & absolute : aliter eñ esse visibile aut cōprehēsibile nullo modo attribueretur deo: esse tamē visibile vel cōprehensibile a creatura, non est dignitatis simpliciter. & hoc modo vere remouet & clare a deo. Propositiones vero affirmatiuę nihil explicant significando de deo nisi tribuendo ei qd clarū est ei in esse: vt quādo tribuunt deo illa quæ sunt alicuius dignitatis simpliciter, quales affirmatiuę sunt illę quibus Dionysius prefert negatiuas sibi cōtrarias, & non alię. Propter qd audiendo dictas ppositiones negatiuas bene percipit intellectus q̄ nullus sanę mentis proferret illas intendēdo significare id qd propositiones ptendunt. Percipit etiā audiendo affirmatiuas q̄ quilibet sanę mentis intēdit significare id qd ppositiones pretendūt. Et idcirco auditis ppositionibus negatiuis, cogitur audiens sanę mētis ad aliū intellectum se diuertere: & aduertere q̄ aliud pferens intendit q̄ verba pretendant: & q̄ affirmatiue & per antiphrasim loquat, pferēdo. s. oppositū eius qd intendit. & hoc quēadmodū sacra scriptura cū literaliter ptendit sensum absurdū: cogit quęrere sensum spiritualem. Nequaq̄ autē sic cogitur ad aliū intellectū se diuertere aut aduertere auditis ppositionibus affirmatiuis, q̄. s. proferens aliud intendat q̄ verba ptendunt: sed potius suadetur stare in sensu verborū. & hoc quēadmodum sacra scriptura cū literaliter ptendit sensum verum, nō cogit alium quærere : sed suadet illum seruare & tenere. Et propterea negatiuę aptiores sunt ad insinuādum oppositum eius qd verba pretendunt, q̄ affirmatiuę. Et quia sic per negatiuas insinuatur tāta perfectio in deo quāta in ipso est: non sic autem per affirmatiuas: sed solūmodo significatur perfectio quæ in ipso est sed non tanta: idcirco secundum q̄ expositum est in quæstione præcedente, negatiuę tales sunt proprię, & affirmatiuę improprię. Sunt etiam negatiuę verę simpliciter: quia perfecte insinuant id qd in re est, & sicut est in re. & per hoc sunt compactę in insinuando, & similia similibus iungunt: licet in significando nō solū nō sunt compactę sed diffusę: & ideo falsę. Affirmatiuę vero licet sint verę: quia non significant de deo nisi qd ipse est, non tamen sunt simpliciter verę: quia non significant de eo totum qd ipe est, hoc est sub ratione tantę perfectionis quanta in se est: vt iam dictum est in præcedente quęstione scdm Hugonē. Et per hoc affirmatiuę sunt incompactę & mentientes, & hoc (quia vt dicit Hugo ibidem loquens de deitate) nulla rerum creatarum species ita in eius similitudinem approximat : vt id qd vere in ipsa est, expresse, & sic proprietatem ostendat. Et Ioannes Saracenus. Nobis in hac vita positis nequaq̄ se diuinitas sicut est insinuat ; sed parum de se aliquid sensibus nostris aperit. Ideoq; etiam dicit Dionysius,

G Ignoramus superessentialem & inuisibilē infinabilitatem. Et sunt dicto modo negatiuę aptiores ad explicandum diuina q̃ affirmatiuæ: quemadmodum dissimiles & viles species aptiores sunt q̃ similes & dignę. Propter idem Dionysius ex vno concludit alterum dicens. Si igit̄ negationes in diuinis verę sunt: affirmationes vero incompactę: obscuritati arcanorum magis apta est per dissimiles formationes manifestatio. Qđ exponens Ioannes Scotus dicit. Si vera est negatio in diuinis rebus, non autē vera sed metaphorica affirmatio: Vere eñ dicit̄ deus inuisibilis, non autē visibilis vere & ꝑprie dicitur: similiter infinitus & incōprehensibilis vere de eo p̄dicat̄: finitus vero & cōprehensibilis nō ꝑprie: quid mirū si naturalibus simplicibusq; formis longe dissimiles mixteq; confusę deformesq; plus ad diuina & ineffabilia valeant significāda, dum in sanctis visionib⁹ sanctorū ꝑphetarū lego humanā effigiem &c̄. vt supra q̄stione p̄cedēti proxima in fine. & sequit̄. Sicut itaq; negatio affirmationi pręponit̄ in significationib⁹, ita incōuenientes & deformes species formosis conuenientibusq; pręponuntur.

H
Ad primū prin. ¶ Qđ ergo arguit̄ primo, qđ nihil significat ꝑprie nō potest de aliquo ꝑprie pręđicari: Dico q̄ verū est comparādo rem p̄dicatā ad nomē ipsum significās: aut ad ip̄m subiectū significādo aliquid de ipso affirmatiue. Bene tñ pōt ꝑprie p̄dicari aspiciendo ad modū significandi nois, & similiter cōparando rem p̄dicatam ad ip̄m subiectum, insinuādo aliquid de ipso negatiue: sicut patet ex iā expositis.

I
Ad secūdū ¶ Ad secundū, q̄ illa sunt indigna deo quæ hoies cū aliqua dignitate putāt dicere: Dico q̄ verū est significādo aliquid de ipso affirmatiue: quia nihil significāt nisi diminute. Qđ autē ex illo cōcludit̄: ergo nec alia sunt digna deo: & ideo nec ꝑprie dicunt̄ de ip̄o: Dico q̄ verū est qñ accipiunt̄ affirmatiue aliqd significādo de deo. qñ tñ accipiunt̄ negatiue aliquid insinuando de ipso: magis sunt digna deo propter affirmatiuā metaphoricam insinuatā per oppositū, in qua id qđ est dignū deo insinuatur remoto omni modo quo ex creaturis cognoscitur, aut etiā potest cognosci a creaturis: vt dictū est.

K
Ad tertiū. ¶ Ad tertiū, qđ est in cōtrarium: qđ se habet sicut forma ad subiectū ꝑprie prædicat̄ de illo: Dico q̄ verū est in primo modo accipiendi ꝑprie, & hoc propter pręđicari improprie aliis modis: vt patet ex dictis.

L
Quęst. IIII
Argu. 1.

Irca quartū arguit̄ q̄ in diuinis verius & magis proprie p̄dicātur abstracta q̃ cōcreta, Primo sic. Quę vere & magis significāt diuina, verius & magis ꝑprie p̄dicant̄ in diuinis. Abstracta verius & magis ꝑprie significāt diuina q̃ cōcreta: qa magis cōgruūt deo, vt supra q̄stio. vii. arti. p̄cedētis. ergo &c̄.
2 ¶ Scđo sic. Illa verius & magis ꝑprie p̄dicant̄ in diuinis, quorū p̄dicatio est magis ꝑpria diuinis, & minus cōis cū creaturis: quia magis ꝑpriū magis ꝑprie p̄dicat̄ de subiecto, sicut magis cōmune magis cōiter p̄dicatur de illo. sed abstracta pręđicatio magis ꝑpria est diuinis, & minus cōmunis illis cū creaturis: quia in p̄dicationibus cōcretorū cōmunicant dicēdo deus est bonus, homo est bonus, nō autē in p̄dicatione abstractorū. Non eñ dicitur homo est bonitas, sicut dicit̄ deus est bonitas: ergo &c̄.

In opposi. ¶ In contrariū est q̄ illa pręđicatio est magis ꝑpria quæ est ratione formę q̃ quę est ratione materię. pręđicatio cōcretorū est ratione formę & modi p̄dicandi: quia vera est in omni materia, diuina. s. & creata. p̄dicatio abstractoꝝ nō est nisi ratione materię, eo q̄ non est nisi in diuinis: vt dictum est: ergo &c̄.

M
Responsio. ¶ Dico q̄ de secundo modo principali p̄dicandi ꝑprie aut improprie, qui in duos subdiuiditur (vt visum est in p̄cedenti q̄stione) nihil ad ꝑpositam q̄stionē quo ad secundū modū subdiuisionis illi⁹. s. de ꝑprie aut improprie p̄dicari ex p̄te rei significatę in comparatiōe ad subiectū: quia ęque pfecte explicāt rem significatā de subiecto cōcretū & abstractū. Sed si in hoc inter cōcretū & abstractū aliqua cōtingat differētia, hoc nō ē nisi penes differētiā affirmatiōis & negatiōis, & hoc nō tm̄ ī significādo sed etiā ī insinuādo. Tūc eñ qđ p̄dicat̄ ī negatiua, magis ꝑprie p̄dicat̄ q̃ qđ p̄dicat̄ in affirmatiua, siue fuerit abstractiua p̄dicatio ī affirmatiua, & cōcretiua in negatiua, siue ecōuerso. Sed ad istā q̄stionē solū ptinet de mō p̄io p̄icipali, & de primo modo subdiuisionis secūdi mēbri principalis. Quia cōparādo rē significatā ad vocē significātē eā simpliciter, non magis ꝑprie significat̄ per abstractū q̃ per concretū: sed ęque improprie. Cōparādo aūt rē significatā ad vocē significantē illā in materia diuina: sic solūmodo magis ꝑprie significat̄ & p̄dicatur in abstracto q̃ in concreto: quia abstracta magis ꝑprie significant diuina & congruunt illis q̃ cōcreta, vt procedit prima ratio.

N
Ad primū prin. Quia tamen modus concretionis magis congruit cum ratione pręđicati q̃ modus abstractionis, eo q̄ prædicatum habet rationem quasi informantis subiectū: vt dictū est in primo modo principali dicto in quæstione præcedenti, quo ad hoc magis proprie prædicatur concretum q̃ abstractū in omni materia. Et quia modus

O

iste principalis ē prędicationis: & omnē materiā circuit: & sic ratione formę cōuenit pdicato & nō ratione materię: & talis modus est absolute principalis: ideirco dico q remota omni distinctione verius & magis pprie pdicanť in diuinis cōcreta q̄ abstracta. Si tñ abstracta aliquo modo possunt dici pprie pdicari. Et scdm hoc pcessit Tertiū argumentū in oppositum.

Irca Quintū arguitur q in diuinis nō possit esse prędicatio priuatiua, Primo sic. Scdm Phm in.iiii. Metaph. hęc est differētia inter priuationē & negationē, q priuatio determinat sibi subiectū in quo natus est esse habitus. vñ priuatio est negatio nō nisi in subiecto determinato. s. in quo natus est esse habitus qui priuať. Negatio aūt nō determinat sibi subiectū. Propter qđ de quolibet affirmatio vel negatio: non aūt de quolibet habitus vel priuatio. & ad priuationē sequiť negatio: vt est iniustus, ergo nō est iustus, & nō ecōuerso nō est iustus: ergo est iniustus. Sed ĩ deo nō pōt cadere priuatio alicui⁹ habitus existētis in eo aut nati existere. ergo &c. ¶Secūdo sic. sicut se habet affirmatio ad affirmatū: sic se habet priuatio ad priuari. Sed non est in diuinis pdicatio affirmatiua aliqua nisi affirmatiua in esse sit in diuinis: quare cū priuatū in pdicationibus priuatiuis: puta cū diciť deus ĩfinitus aut ĩmortalis: finitas aut mortalitas q̄ priuať non est in deo: sed in creaturis. ergo &c. ¶In contrariū est q prędicatio q̄ non est nisi ad aliquid excludendū a subiecto, priuatiua est. talis est prędicatio de diuinis vnitatis & terminoꝝ numeraliū, vt tactū est supra, quęstione vltima articuli pcedētis in argumento secūdo. ergo &c. ¶Cterū. nō plus repugnat diuinis prędicatio priuatiua q̄ nominatio priuatiua: quia nomē rei prędicabile est. sed deo nō repugnat nominatio priuatiua: qa in diuinis sunt nōia priuatiua, vt habitū est supra, q̄stione vltima articuli pręcedentis. ergo &c.

P Quęst. V. Arg. 1. 2

In opposit. primo. 2

Q Responsio.

¶Dico iuxta id qđ tangitur in secundo argumento, q sicut non dicitur proprie prędicatio affirmatiua siue affirmatio aliqua esse in diuinis nisi illa q̄ est indicatiua de deo ei⁹ qđ est intra: Sic nec priuatiua prædicatio siue priuatio est pprie in deo nisi sit eius qđ est intra ipsum. Quia igiť in deo nulla potest cadere priuatio alicuius qđ est in eo: dico q in deo nulla omnino potest esse pdicatio priuatiua, vt videlicet prædicatū ab aliqua priuatione eius qđ est in deo, imponať: & p hoc pdicatione priuatiua de deo prędiceť. Sed siqđ prędicatū priuatiuū de deo pdicať: oportet q illa priuatio sit eius qđ est extra: & necesse est q illud qđ priuatur sit indignitatis circa creaturas: & hoc vel simpliciter & absolute, vt sunt finitū, corruptibile, mortale, & huiusmodi: aut respectu alicuius, vt visibile, cōphensibile: a visu. s. & notitia creaturę: quę cū appositione priuatiuę particulę ad diuina transferūtur: & hoc nō vt steť in remotione eius qđ ĩpfectionis est in creaturis: sed vt per talē priuationē & remotionē insinuetur verissimū positiuū, qđ pdicatione talis priuationis insinuať prędicari de subiecto, per illam. s. prędicationē de priuato pdicato insinuando affirmatiuā de pdicato verissime positiuo Et hoc quēadmodū p negatiuas insinuanť affirmatiuę metaphorice, vt dictū est in secūda q̄stione pcedente: licet multū diuersimode, vt patebit in q̄stione sequēte. Et hoc quia sic p priuatiuas sicut & p negatiuas non qđ deus est: sed solūmodo qđ nō est significatur. Dicente Ioāne Scoto sup cap. ii. Cęlest. Hierar. Dū inuisibilis & infinita & incōphēsibilis cogitať: nō qđ ipsa est significat: Non eñ inuisibilitas & infinitas & incōphensibilitas essentia ipsa est: sed qđ non est ostendit. s. significando qđ re vera non ignoramus, sed scimus. Et sic diuinam infinitatem ĩnuisibilitatē, incōphensibilitatē quo ad id qđ nomen significat scimus quidē & non ignoramus: sed quid qđ insinuat quo ad positiuū qđ est ipsa diuina substantia, penitus ignoramus: quia non est scdm aliquid eoꝝ quæ sunt in creaturis: & ideo ex illis non potest plene sciri nec exprimi per affirmationes & positiones: quæ non nisi in ratione generalis attributi significant & hoc quo ad aliquid eius: non quo ad totum, vt dictū est supra in q̄stione secūda huius articuli, ab Hugone. Et quia qđ sic insinuat priuatio, nobis ignotū est: Vt enim dicit Dionysius, Ignoramus aūt superessentialem, & inuisibilē, & ineffabilē infinalitatē: Scimus ergo diuinam infinalitatem, & eādem ignoramus. Scimus. s. quo ad id q non est qđ significat. Ignoramus autem quo ad id q est qđ insinuat. Et quia non est proprie prædicatio priuatiua in aliqua natura nisi pdicando priuetur qđ inest vel natū sit inesse subiecto: concedendū igiť q in diuinis non est pprie pdicatio priuatiua: vt ostendūt duo prima obiecta. Est tñ in illis quoquo modo vt ostendunt duo obiecta in contrarium.

R Ad primū princip.

¶Qđ ergo primo arguitur, q in deo non potest esse priuatio: quia nec negatio alicuius habitus qui est in ipso: Dico q verū est scdm tacta: q non est ista priuatio eius qđ est

in deo, vel natū est esse in eo:sed solūmodo eius qđ est defectus in alio. Per cuius priuationem a contrario insinuat positio supeminēs: vt in sequēti qstione declarabitur. Qualē positionē nec significare posset nec insinuare circa subiectū in quo est positiuū: quia illa priuatio circa illud subiectū aut est pura priuatio, & nullo modo cōtrariū: quia habitū cōtrariū non ponit: vt est cęcitas in oculo, aut priuatio cōtraria: quia priuādo vnū habitū, cōtrariū ponit: non cōtrariū simpliciter: sicut albū est cōtrariū nigro: sed defectiuū: sicut iniustū est cōtrariū iusto. Et de talibus priuationibus loquitur phs quādo dicit ꝙ priuatio est negatio in subiecto determinato: quare nulla pōt esse in deo: quare nec nomen significās eā: nec ꝑdicatio eā de subiecto enūciās. Est tñ in eo & significādo & ꝑdicādo priuatio cōmuniter dicta. s. priuans qđ est diminutū positiuū in alio, vt dictū est. & ꝑ hoc illa priuatio in deo quodāmodo est priuatio priuationis: & sic nō est simpliciter priuatio.

S Ad secūdū ¶Ad secūdū ꝙ aliqđ priuatū priuatione nō pōt esse in diuinis: quare nec ꝑdicatio positiua pōt esse in diuinis: Dico ꝙ verū est loquēdo de priuatione dicta ꝓprie, sicut tactū est. Vñ ꝙ dicit in diuinis esse nomen priuatiuū aut ꝑdicatio priuatiua: hoc nō est nisi quia nomē priuatiuū aut ꝑdicatū priuatiuū diuinis applicat ad insinuandū eminēs positiuū, a quo deficit positiuū in creaturis qđ noīe ꝑdicati a deo priuatur: non ad significandū qđ quid ē aliquid existens in eo: sicut significāt de creaturis priuationes: quę idcirco ꝓprie dicunt esse in creaturis. Loquēdo tñ de priuatione cōmuniter dicta: illa bene est in diuinis, vt dictū est.

T Ad primū in opposit. ¶Ad primū in oppositū ꝙ vnū & numeralia noīa ꝑdicant in diuinis non nisi ad aliquid remouendū: ergo ꝑdicationes in qbus ꝑdicātur sunt prędicationes priuatiuę: Dico ꝙ in nomine aliqđ significāre est duo considerare. s. ipm significatū quo ad actū significandi ipsum per nomen: & quo ad vsum eius. Primo modo considerando vnū & nomina numeralia: dico ꝙ sicut quod significant, positiue significant circa deum: & nequaꝗ priuatiue: sic prædicantur in diuinis prædicatione positiua: & ad significandum qđ est vere in deo. Vnū enim in deo significat ens siue esse dei sub ratione simplicis. Et quia simplex non capimus nec intelligimus nisi sub ratione priuationis diuisionis plurium quæ sunt in esse multitudinis siue multi: ideo dicimus ꝙ vnū imponit a ratione priuationis. s. diuisionis: & definientes vnū dicim⁹ ꝙ est ens indiuisum: quæ quidē priuatio non est nisi verę priuationis. Diuisio eñ est vera priuatio simplicitatis: quā insinuamus cū dicimus ꝙ vnū est ens indiuisum: & quā vnū realiter significat præcipue in deo: quia est summe vnus: in eo ꝙ est summe simplex ꝑ carentiā omnis cōpositionis, quæ nō est nisi plurium. Numerus aūt vt cadit in diuinis non significat nisi talis vnius replicationē per defectum formę vnitatis alicuius a qua ꝓcedit numerus per illius diuisionem. Inde est ꝙ de vna vnitate fiunt plures, vt contingit in numero qui est accidens & quantitas: sed per solam replicationē vnius vnitatis simplicis & indiuisibilis diuinæ essentię in pluribus relatis ꝓprietatibus & rationibus attributalibus. Vnde est alius numerus in diuinis ab illo q est quantitas molis in cōtinuis: & ab illo qui est quātitas virtutis in formis substātialibus absolutis.

V Secūdo autē modo considerādo vnū & noīa numeralia: Dico ꝙ licet nō significāt nisi positione eius qđ vere est positiue in deo: & illud nō nisi ꝑdicatione positiua ꝑdicat: vtimur tñ eis ad remouendū in prædicando. Licet enim significatio termini nō sit nisi ad vnū in significando. s. ad indicandū alteri rem quā significat: vsus tñ termini in ꝑdicādo est ad duo. Quorum vnū est indicare subiecto inesse rem quā significat ꝑdicatū. Alterū ad discretionē aliquā circa ipm subiectū faciendam: & hoc in remouendo suū oppositū a subiecto. Et est duplex oppositum: quia vnū opponit multo qđ ponit plurium compositionē inter se: & opponit multis siue multitudini quæ ponit plurium diuisionem abinuicem: quia ambobus. s. multo & multis opponit simplicitas: quā in suo significato circa ens includit vnitas. Et primo modo discrete dicitur deus vnus: quia non est multus ꝑ aliquā cōpositionē ex plurib⁹ in sua essentia: & etiā quia non sunt dii multi per deitatis in plures deos diuisionē: sicut posuerūt Semiarriani. Et econuerso in deo est vsus termini numeralis ad excludendū suū contrarium. Pluralitati enim quā significat opponit solitudo. Et ideo ad illā excludendā a subiecto est vsus eius in ꝑdicādo

X cum dicitur ꝙ tres sunt personę: ad excludendū. s. ꝙ non sit vnica tm̄ & solitaria. Et considerātur illa duo. s. significatio & vsus circa illud nomen vnus quodāmodo sicut & circa hoc ꝓnomen ego: qđ respondetur ad significandum rem quā demonstrat: cum quęsito quis currit, respondetur, ego. Exprimitur aūt ad discretionem faciendā circa id qđ demonstrat: remouendo. s. actum vel modum actus ab aliis a demonstrato: dicendo ego curro: insinuando ꝙ nullus alius currit: vel nullus alius ita bene. Non enim esset necessitas exprimendi tale pronomē cū verbo primę personę: nisi esset necessitas faciendi talem discretionem. Secdm quē modū potius

tacendum esset q̃ exprimendum multa q̃ dicimus & prædicamus de deo: nisi necessitatis coge ret: vt supra, q̃stione prima articuli p̃cedentis i fine q̃stionis. Scd̃m quē etiā modum multa ex primūt in p̃dicationibus circa deum non ad significādū aliquid: sed solūmodo ad vsum exclu dendi aliquid qd̄ hęretici incōuenienter æstimabant de deo. Sic enim ad excludendū deorꝫ plu ralitatē dictū est, vnus deus: & ad excludendū diuinę personę solitudinē: dictū est, personę plu res: vt scd̃m hoc sit vsus horū terminorꝫ priuatiuus siue exclusiuus: non aūt significatio eorꝫ. Qd̄ multi nō discernētes, vsum credentes fuisse significationē: dixerūt & male vnitatem & ter minos numerales in diuinis nihil significare positiue: sed tm̄ priuatiue. Scd̃m qd̄ idem dixerūt de æqualitate in diuinis: cuius vsus est ad excludendū a diuinis personis maius siue magis & minus: licet hoc non sit significatio illius, vt supra declarauimus, loquēdo de relationibus cō munibus. Et ideo dico ꝙ dicta Ambrosii assumpta in argumento explicant vsum vnitatis & numeraliū terminorꝫ: nō aūt significationē. Vnde Magister Sētētiarū lib.i.dist.xxiiii. postq̃ q̃ siuit in cap.i. cū in trinitate nō sit diuersitas vel singularitas: nec multiplicitas, nec solitudo, quid significet istis noībus: vnus vna: duo vel duę: consequenter respondet in cap.ii. dicens. Si diligenter p̃missis auctoritatū verbis intendamus: vt dictorꝫ intelligentiā capiamus. quibus. s. ostenditur ꝙ sancti necessitate coacti multa dixerunt de diuinis: alias celanda. vt. xxiii. dist. ca. Qua necessitate. & cap. Iam sufficienter. magis videt horū verborꝫ vsus introductus ratione re mouendi atq; excludendi a simplicitate deitatis quę ibi nō sunt, q̃ ponendi aliqua. Et verū di xit: Tamen multi male eū intelligentes imponūt ei ibi vnū errorem, ꝙ videlicet intendat po nere ꝙ dicta nomina nihil in diuinis positiue significent: cū tñ hoc non dicat: sed solūmodo ꝙ vsus illorꝫ a sanctis contra hęreticos est remouendi & excludendi gratia: non aūt ponendi ali quid. Et nūc vsum probat p dicta Ambrosii in argumēto dicto & aliorꝫ i sequētibus capitulis Vnde male secuti sunt talē regulā Magistri non attendētes verbis auctoritatū sanctorꝫ & di cti sui, vt ex eis caperēt dictorꝫ intelligētiā. Y

¶Ad vltimū ꝙ deo non repugnat noīatio priuati ua: quare nec p̃dicatio: Dico ꝙ verū est vtrobiq; loquendo de priuatione scd̃m quid: quæ aut est priuatio priuationis, qualis priuatio significat hoc noīe vnus scd̃m p̃dicta: aut est priuatio eius qd̄ est positiuū alicuius in alio habens rationē diminuti & defectiui & per hoc priuatiui, ratione cuius priuatio eius recipit in deo: qualis significat his noībus, immortalis, inuisibilis, infinitus, scd̃m p̃dicta. Et sic priuatio in deo siue nominationis, siue prędicationis per hęc noīa nō est nisi priuatio priuationis: per quā intendit & circūloquit verissima positio excedēs con ceptus intellectus creati. Loquēdo aūt vtrobiq; de priuatione vera & simpliciter, q̃ circa subie ctū non priuat nisi id qd̄ est vere positiuū in ipso, nō est verū. Immo oīs talis priuatio siue in noīe siue in p̃dicatione repugnat deo, vt dictū est iā in hac q̃stione de p̃dicatione priuatoria: & dictū est supra q̃stione vltima articuli p̃cedētis de noīatione priuatoria, quę est causa p̃dicatio nis priuatorię: vt vna & eadē difficultas sit in vtraq; quęstione. Z Ad secūdū

A Quest. VI. Arg.

Irca Sextum arguitur ꝙ prædicatio positiua magis congruit diuinis expli candis q̃ priuatiua, Primo sic. verius explicantur diuina per illa quæ sunt in diuinis q̃ per illa quę sunt in creaturis: quia vnūquodq; magis natum est cognosci ex propriis q̃ ex alienis. Ex propriis enim cognoscitur quoquo mo do quid sit: ex alienis autem non nisi quid non sit. & maior est notitia de re quid est q̃ quid non est. Sed positiua prædicatione explicantur per propria quæ sunt in deo: cuiusmodi sunt sapientia, bonitas, potentia, & huiusmodi. Priuatiua autem prædicatione explicantur per aliena: quia non nisi ex alieno priuantur in p̃ dicando: dicendo, Deus est infinitus, incognoscibilis, & huiusmodi. Illa autem quibus verius explicantur: magis congruūt ipsis explicandis. ergo &c. ¶Secūdo sic. negatiua prædicatio non magis congruit diuinis explicandis q̃ affirmatiua: nisi ꝙ remouet a deo quod absurdum est ei non inesse, dicendo non est iustus: non est bonus, vt supra habitum est in tertia quæstione huius articuli. Sed non ob aliud priuatiuę prędicationes pręferūtur affirmatiuis nisi quia cō ueniūt cum negatiuis. Vnde Ioannes Scotus sup capitulū secūdū Cęle. Hierar. reducit priua tiuas ad negatiuas dicens. Dū summā deitatem inuisibilem, & infinitā, & incomp̃hensibilē di uina vocat scriptura: non quid ipsa est significat: nō enim inuisibilitas & infinitas & incomp̃ hensibilitas essentia ipsius est: sed quid non est ostendit: non enim est visibilis neq; finita neq; comp̃hensibilis. & dicit ibidem Ioannes Saracenus. Maiorē vim habet negatio quę dicit, deus non moritur vel deus est immortalis, q̃ affirmatio quę dicit, deus est vita. Sed priuatio nō pri uat qd̄ absurdū est deo nō inesse: sed potius qd̄ absurdū est deo inesse: puta visibilitatem, fini 1

3 tatem,& cōphensibilitatem.quare cū deficiente causa deficit effectus.ergo &c.¶Tertio sic.si prędicationes negatiuę magis congruūt diuinis quia absurdū est deo non inesse qđ negāt,dicendo Deus non est bonus:deus nō est sapiens:sicut econtra dissimiles formę magis cōgruūt diuinis quia qđ absurdū est asserūt de ipso,vt habitū est supra q̃stione.ii.&.iii.huius articuli, vt ideo priuationes magis congruāt diuinis cū dicit:Deus est infinitus,inuisibilis,incomphēsibilis:q̃ affirmationes cū dicit,est bonus,sapiens,iustus,quia conueniūt in hoc cū negationib⁹. quare cū istę priuationes,iniustus,iniquus,infelix,magis conueniāt cū illis absurdis negationibus de deo:dicendo,Deus non est felix:non est iustus:non est ęquus:q̃ illę,inuisibilis,infinitus, incomphensibilis:quia si illę priuatiuę pdicationes:Deus est inuisibilis,incomphensibilis,infinitus,sunt magis expssiuę diuinoꝝ q̃ illę affirmationes:Deus est bonus,sapiens,& iustus:multo magis istę priuatiuę pdicationes:Deus est infelix,iniustus,iniquus:magis sunt expressiuę diuinorū q̃ illę affirmatiuę.consequēs falsum est,quia istę nō recipiūtur omnino.ergo &c.
4 ¶Quarto sic.si illę priuatiuę:Deus est inuisibilis,aut incomphēsibilis,magis congruūt diuinis q̃ dictę affirmatiuę: & hoc non est nisi ratione defectus quā priuāt:videlicet ratione visibilitatis a creaturis:aut comphēsibilitatis: qa hoc solū indignitatis importat illis nominibus visibile,comprehensibile,vt dictū est supra:quare cū iustū,sapiēs,& cętera huiusmodi quę ex se sunt dignitatis simpliciter,etiā rationē indignitatis & defectus importāt,vt sunt in creaturis: quia imperfecta & limitata sunt.quē quidē defectū & imperfectionē aut indignitatē possunt ęqualiter priuare illa noīa insipiens,iniustū,& cętera hmōi: sicut illa infinitus,incomphensibilis,& cętera huiusmodi:quare vt prius istę priuatiuę pdicationes:Deus est iniustus,nō bonus,iniquus,& cęterę hmōi,magis congruūt deo q̃ istę positiones,Deus est bonus,iustus,& ęquus.cōsequēs falsum est.ergo &c.

In opposit. ¶In cōtrariū videlicet ꝙ priuatiuę pdicatiōes magis cōgruūt diuinis q̃ positiuę seu affirmatiuę:est Dionysius & sui Cōmētatores pdicti:qui oēs in hoc cōcordāt: ꝙ sicut dissimiles species & viles magis diuinis cōgruūt q̃ similes & nobiles: sic & negatiuę ac priuatiuę pdicationes:q̃uis in hoc nequaq̃ discrepent priuatiuę a negatiuis.Vñ priuatiuas pdicationes cōparās vilibus speciebus Dionysius loquēs de diuina natura dicit sic.Aliquādo dissimilibus manifestationibus ab ipis eloquiis supmūdane laudat eā inuisibilē,& infinitā,& incomprehēsam vocātibus.Ex qbus nō qd est,sed qd nō est significāt.Hoc eñ(vt ęstimo)potētius est in ipa.qđ exponūt Ioannes Scotus,& Ioānes Sarracenus,vt iā supra in secūda q̃stione.Cōparans aūt Dionysius vilibus speciebus pdicationes negatiuas:dicit sic. Si igit negationes in diuinis &c.questione tertia huius articuli in fine.

B
Responsio. ¶Dico ꝙ re vera tam negatiuę q̃ priuatiuę prędicationes cōmuniter pferendę sunt affirmatiuis in expressione diuinoꝝ:sicut & viles species formosis & verius & magis proprie atq; perfectius sunt expressiuę illoꝝ: & ptim ex eadē causa seu consimili: partim vero ex causa diuersa & dissimili.Cōmunis qdē & eadē causa est in illis ꝙ nō significādo sed insinuādo illud faciūt & negatiuę & priuatiuę pdicationes atq; viles species, scdm modū expositū de negatiuis i tertia q̃stione pcedēte.Nullū eñ eoꝝ significat de deo qd est:sed solūmō qd nō est. Est aūt diuersa causa in negatiuis pdicationibus & vilibus speciebus respectu priuatiuarū pdicationū.In hoc.s.ꝙ negatiuę pdicationes & viles species illud faciūt p nimiā distātiā & repugnātiā siue quasi cōtrarietatē ad diuina.Prędicationes vero priuatiuę p priuationē imperfectionis & defectus quos iportabāt simplicia positiua in creaturis.Propter nimiā eñ distātiā & cōtrarietatē dictarū negationū & viliū specierū ad deū:mens rationalis illas horrescit de deo : & propterea refugit assentire dictis negationib⁹: & p hoc cōuertit se ad sentiēdū & asserendū de deo eminētius quiddā q̃ sit illud negatiuū de deo.Et hoc tā in significatione illa qua illud cōuenit creaturis,puta sapiētia,bonitas,& hmōi,q̃ in illa significatione qua trāslato noīe & trāslata significatione cōuenit soli deo.Ita ꝙ cū dicit:Deus essentia nō est,bonitas nō est: plus intelligo de deo q̃ cū dicit,essentia est,bonitas est.Licet etiā in talib⁹ pdicationib⁹ talia sunt pdicata qualia pmiserūt subiecta:& pdicant de subiectis mutata significatione illa quā habebāt in creaturis cū pdicarent de illis,scdm Boethiū.Et contingit illud: qm̄ deus supsubstantialis & plusq̃ bonus est:& intelligit in metaphora p negatiuā de deo ꝙ plus est essentia & plus est bonitas cū dicit de deo ꝙ nō est essentia,nō est bonitas,q̃ intelligebatur p affirmatiuā dicendo, Deus est essentia, deus est bonitas:quia illa negatiua insinuat ꝙ sit supessentia,& supbonitas. Et est illa affirmatiua intellecta metaphorice cōpacta respectu affirmatiuę purę q̃ est incōpacta:&plus veritatis de deo enūciat illa q̃ ista.Silr & de vilibus speciebus attributis deo respectu
C nobiliū.Quia tñ mens rationalis illas horrescit,vt supra, q̃stione.vii,in principio. Et ppterea

refugit illas sentire inesse deo: propter hoc diuertit se ad sentiendū illi inesse supereminentius quid q̄ sit quodcūq; p translationē nobiliū specierū qd ei possit attribui. Et hoc prout viles species ei itelligunt attribui atq; trāsferri ad ipm ratione suę vilitatis: & quasi p cōtrariū ducūt in diuinoꝝ nobiliū cognitionē. Nobiles vero species prout intelligūt deo attribui, atq; ad ipm transferri ratione similitudinis in aliqua ꝓprietate: puta species leonis ratione fortitudinis: & species aquilę ratione acuminis visus: transferūtur ad deū nō ratione vilitatis: sed ratione nobilitatis: & nō ratione cōtrarietatis, sed ratione similitudinis. Et hoc modo. s. ratione silitudinis, & in significādo species nobiles q̄ p ꝓprietatē deo attribuūtur, magis cōueniūt expssioni diuinorū q̄ viles q̄ attribuūtur deo ratione cōtrarietatis & in insinuādo. prout superius tactū est, declarando q̄ viles species p maiorē iproprietatē transferūtur ad diuina q̄ nobiles. ¶ Propter priuationē asst defectuū & imperfectionū eoꝝ q̄ pdicant de deo pdicatione priuatiua, mens refugit ad contrariū eminens positiuū qd dictis priuationibus significari intelligit: & ad qd significādū principaliter imponūtur noia sub voce priuatiua: & etiā exprimūtur p priuatiuā ꝑpositionē indicantē qd nō est deus. quia tales priuatiuę habēt vim negatiuarū, vt dictū est in opponēdo: & habēt eādē vim negatiuę in quas resoluūtur priuatiuę, quā ipsę priuatiuę. Propter qd dicit Ioānes Sarracenus, & habitū est supra, argumēto. ii. Maiorē vim habet negatio q̄ dicit Deus nō morit, vel deus est immortalis, q̄ affirmatio q̄ dicit, Deus vita est. Et sequit cōtinue. Et validior negatio est qua deus dicit, Nō mutor: affirmatione qua testat, Poenitet me fecisse hominē. Qd verū est de poenitere inquātū trāsfert ad diuina p silitudinē: Sed si consideret vt trāsfert ad diuina sicut viles species dicto modo. s. per cōtrariū: aequalem vim habēt ista affirmatiua & ista negatiua. Et sic alio & alio modo illa negatiua Deus nō est vita: validior est ista affirmatiua: Deus est vita: & alio mō ista negatiua Deus nō est mortalis: validior est ista affirmatiua Deus est vita. Et sic aequaliter validae sunt illę duę negatiuę Deus non est vita: Deus nō morit: licet alio & alio modo, vt dictū est. Scdm dicta ergo concedenda est vltima ratio. D

¶ Ad primū in contrarium, q̄ diuina verius explicantur per illa quę sunt in eis q̄ per illa quę sunt in creaturis: Dico q̄ verū est significādo & stādo in illis q̄ sunt in creaturis. Diuertēdo tn̄ mētē ab illis ad alia pfectiora: bene possunt verius diuina p ea q̄ sunt i creaturis significata noibus & pdicationibus priuatiuis aut negatiuis explicari, q̄ p ea q̄ sunt in diuinis significata noib9 & pdicationib9 positiuis & affirmatiuis. & hoc nō significādo: qa nō significāt de deo nisi qd nō est: sed insinuādo: qa metaphoricae positiones aut affirmationes q̄s insinuāt significāt de deo verius qd est q̄ dictę positiuę & affirmatiuę locutiones verę, vt patet ex dictis. ¶ Ad secūdū, q̄ nō ob aliud cōueniūt priuatiuę pdicationes plus diuinis: nisi qa magis cōueniūt cū negatiuis: Dico q̄ verū est quo ad hoc q̄ ambo nō significāt nisi qd nō est deus. Et ideo nō significādo sed insinuādo scdm expositū modū magis cōgruūt diuinoꝝ expssioni q̄ positiuę aut affirmatiuę. Specialiter tn̄ diuersis modis insinuādi differūt inter se: vt sūt expositū est. Et ideo licet priuatiua pdicatio nō valet plus q̄ positiua in explicandis diuinis, insinuādo. s. p absurditatē asserēdi de deo illud qd in ipsa priuat: sicut plus valet negatiua q̄ affirmatiua. s. per absurditatem eius qd in negatiua ab illo remouet: valet tn̄ plus alio modo insinuādi, vt dictū est. ¶ Ad tertiū, q̄ si priuatiuę pdicationes plus explicāt diuina quia plus conueniūt cū negatiuis & speciebus absurdis: tūc istę pdicationes, Deus est iniustus: deus est iniquus: deus est infelix: plus explicarēt diuina q̄ illę, Deus est immortalis, infinitus, impassibilis quia magis absurdū est priuare de deo esse iustū, aequū, felicē: sicut absurdū est negare hoc de ipso: q̄ priuare de ipso esse finitū, visibilē, & cętera hmōi: in istis eñ priuatiuis nulla est absurditas oīno: Dico q̄ vera sunt hęc conclusa si eodē modo omnino dictę negatiuę & istę priuatiuę ac negatiuę q̄ ex illis priuatiuis sequuntur explicarent magis diuina q̄ dictę affirmatiuę & positiuę. sed non est ita vt visum est. Vñ illa negatiua Deus nō est iustus: nō plus explicat diuinā veritatē, q̄ illa affirmatiua: Deus est iustus, inquantū sequitur ex illa priuatiua Deus est iniustus: sequitur eñ, si aliqd est iniustū: ergo nō est iustū: sed solūmō vt est negatiua absoluta. Et habet duas causas veritatis. Aliqd eñ nō est iustū aut qa est neq; iustū neq; iniustum vt lapis: quia neutrū natus est esse: aut quia est iniustū vt homo vel angelus: quia natus est esse iustus. Vñ qa illa negatiua, Deus nō est iustus absurda est p vtroq; sensu: Absurdum enim est dicere, Deus est & neq; iustus neq; iniustus: sic vt nō sit aptus esse iustus aut iniustus: Absurdū est etiā dicere: Deus est iniustus: Idcirco dico q̄ ista priuatiua Deus est iiustus, aut iniqu9, aut infelix, plus est expssiua diuinoꝝ, q̄ ista positiua De9 est iust9: de9 est aequus: deus est felix,

E Ad primū princip.

F Ad secūdū

G Ad tertiū

Et hoc secdm modu quo pure negatiue sunt plus expressiue q pure affirmatiue, per absurditatem.s.Et sic sunt accipiende per metaphora que dicitur antiphrasis, illae:Deus est iniustus, iniquus, infelix, secdm illu modum quo illae negatiue absolute, Deus non est iustus, non est equus, non est felix: licet no secdm modu pdictu quo priuatiue pdicte Deus est infinitus, immortalis, inuisibilis. Ille em priuant que absurdu est priuare a deo: iste aute priuant illa quae iustum est priuare a deo. Eo q ille de se ex sua ratione priuant qd est dignitatis simpliciter: & qd in vno quoq est melius esse q non esse. Iste vero de se ex sua ratione priuant qd est idignitatis simpliciter, & qd in vnoquoq est melius non esse q esse dignitatis simpliciter: & in vnoquoq ea melius esset non esse q esse.

H Ad quartu

¶Ad quartum: qd videtur esse cotra iam dicta: q inuisibile priuatiue dictum non est plus expressiuu diuinorum q ille affirmatiue Deus est bonitas: deus est vita: hoc non est nisi quia esse visibile defectum importat respectu creature: cuius est videre: qa esse visibile a creatura defectus est: quare cum esse iustum iustitia quae competit creaturae similiter defectiuu est: iniustu ergo qd est priuatiue dictum, dicendo Deus est iniustus, plus est expressiuu diuinorum q dicte affirmatiue, qd falsum est: Dico q visibile & sibi similia in hoc differunt a iusto & sibi similibus: & p coseques iniustu & inuisibile & eis cosimilia cosimiliter differut inter se: quia iustu & sibi silia no significat nisi ratione dispositionis in ordine ad subiectu cui inest: sicut id qd i illo est aliqd dignitatis simpliciter: secdm modu quo solet appellari dignitatis simplr illa quorum meli⁹ vnuqdq esse q no esse. Propter qd iiustu pdicatu de aliquo subiecto no priuat nisi iustu qd natu est inesse illi subiecto de quo pdicat iniustu. Iustu aut qd natu est deo inesse, nullo modo ab ipso priuari potest. Idcirco igitur ista: Deus est iniustus, aut aliqua cosimilis in diuinis nullo modo recipieda est taq expssiua veritatis diuinorum. Inuisibile aut & ei silia no solu significat ratione dispositionis in ordine ad subiectu cui inest, vt recipienti illam: sed etia significat ratione obiecti in ordine ad motu ad qd est vt ad vidente illud. Propter qd inuisibile pdicatu de aliquo subiecto aliquado priuat de subiecto id qd inest vel natu est inesse subiecto: puta ratione visibilis qua aliqd natu est videri simplr. Aliqn aut priuat id qd nec inest, nec natu est inesse moto ab ipso subiecto: puta ratione visibilis qua aliqd natu est videri ab

I aliquo determinato. Inuisibili igit accepto primo modo: ista, deus est inuisibilis, aut aliqua ei cosimilis, no est recipieda in diuinis taq expressiua veritatis diuinorum: & hoc eade de causa qua nec illa, deus est iniustus. Dispositio em qua deus simpliciter visibilis est & videri potest simpliciter, nullo modo vere ab ipso priuari potest: sicut nec dispositio qua est iustus: quia vtraq est aliqd dignitatis simpliciter in deo: quale ratione visibilis priuat inuisibile dictu de tenebra: qa no est nata videri omnino seu mouere visum alique corporale: qd est indignitatis simpliciter. Inuisibili aut accepto secudo modo.s.ab aliquo videte determinato, deus licet in se sit summe visibilis visione intellectuali taq clarissimus & notissimus in natura sua: est tn vere inuisibilis quia.s.ab aliquo determinato, puta a creatura, aut no est natus videri omnino, aut imperfecte videri: sed hoc non propter aliquem defectum visibilitatis in ipso qua caret: & cuius defectus vel priuatio per se significatur nomine inuisibilis: sed solumodo propter defectu visibilitatis in alio qua illud caret: & significatur per accides nomine inuisibilis praedicati de deo. Deus enim dicitur inuisibilis: quia a nulla creatura potest videri naturaliter: neq etia a creatura itellectuali: quia ab illa solu est visibilis p gratia: a qua etia p gratia cosummata in gloria no est pfecte visibilis sed a seipso solo. & hoc no qa ipse quatu de se est primo & p se no sit aptus videri intellectualiter a creatura intellectuali: sed potius quia illa no est nata eu videre naturaliter siue ex puris naturalibus: neq etia pfecte p gratia: & hoc ex naturali defectu illius. Et sic qa deus istis modis dicit inuisibilis: hoc no ponit alique defectu in eo aut priuatione alicuius digni ab ipso: sed solumo ponit defectu in creatura & carentia pfectionis, que tn non est nata ei inesse. Propter que defectu visibilitatis modo actiuo significate: qua.s.aliqd natu est videre, deus dicitur inuisibilis p accidens: & inuisibile significat defectu visibilitatis significatae modo passiuo: qua.s.aliqd natu est videri: quae est circa deu per accides: sicut relatio mensure ad creaturam per accides est circa ipm: quia.s.relatione mensurati creatura per se refert ad illu. Et sic deus di

K citur inuisibilis naturaliter creature, queadmodu sol dicit esse inuisibilis lapidi: & etia creature intellectuali p gratia aut gloria, queadmodu sol dicit inuisibilis oculo vespertilionis. Propter quod dicit phus.ii.Metaph. q intellectus noster se habet ad manifestissima naturae sicut oculus vesptilionis ad luce solis. & hoc qa secdm Com.illa sunt difficilis cognitionis no pter se: sed pter nos. Ecotra illi qd cotingit i materialib⁹: q sunt difficilis cognitiois no pter nos sed pter se. Vn esse defectu visibile a creatura naturaliter aut pfecte, magnu defectu poneret

in deo: quemadmodũ ponere solem esse perfecte visibilem a vespertilione,magnũ defectũ luminis poneret in illo:quia nihil sufficit perfecte videre & sine visus sui lęsione nisi qđ est luminis diminuti.Et si deus sic esset visibilis a creatura.s.perfecte:tunc esset cõphensibilis ab illa: licet magna differentia est inter visibile & comphensibile,& per consequẽs inter illoꝝ opposita:quę sunt inuisibile & incomphensibile.Quia esse visibile est simpliciter dignitatis & respectu subiecti & respectu videntis:nec ponit esse inuisibile creaturę aliquid indignitatis circa deum,vt dictũ est.Esse autẽ comphensibile ponit aliqd indignitatis in subiecto creato comphensibili: & similiter in quolibet comphensibili ab intellectu creato:quia vtrobiqꝫ includit ratiõnẽ finiti siue finis consumentis & sic diminuti:qđ priuat in deo noĩe incomphẽsibilis tãq̃ defectu qui non est natus esse i illo. Esse aũt ĩcomphẽsibile habet rationẽ dignitatis & respectu subiecti infiniti increati:& respectu talis apphendentis: respectu quoꝝ esse comphẽsibile esset magnę indignitatis circa deũ.¶Qđ ergo assumit in argumẽto: ꝙ si illę priuationes,deus est inuisibilis,deus est incomphẽsibilis,magis essent expssiuę veritatis in diuinis q̃ oppositæ positiuæ, deus est visibilis:deus est comphensibilis:ratione defectus quẽ importãt visibile & comphẽsibile a creaturis,quẽ priuant inuisibile & incomphẽsibile:tũc illa,deus est iniustus,magis esset expssiua veritatis q̃ illa,deus est iustus:quia iustũ in creaturis defectũ importat:quẽ priuare potest iniustũ pdicatũ de deo:Dico ꝙ nõ sequit:quia scđm iã dicta nõ est simile de iniusto & de inuisibili quia.n.iustũ nõ dicit nisi dispositionẽ absolutã nõ habẽtẽ ordinẽ nisi ad subiectũ ĩ quo est:ideo priuatio ei adueniẽs non priuat circa subiectũ nisi iustitiã q̃ nata est illi inesse: q̃ a deo priuari nõ potest.Propter qđ pdicatio iniusti de deo nõ potest esse expssiua veritatis.Sed visibile quia nõ solũ dicit dispositionẽ ad subiectũ sed etiã ad vidẽtẽ:licet nõ possit vere priuari a deo sicut nec iustũ vt solũ habet ordinẽ ad subiectũ:nec sic pdicatio inuisibilis de deo potest esse expssiua veritatis:tñ vt habet ordinẽ ad videntẽ potest priuari a deo:& hoc p accidẽs scđm modũ iam expositũ.Et sic est expressiua veritatis illa, deus est inuisibilis,magis q̃ illa,deus est visibilis:sicut & negatiua deus nõ est visibilis,q̃ affirmatiua deus est visibilis.Ambę eñ.s.& negatiua & priuatiua isinuãt affirmatiuã qua dicit ꝙ deus est supuisibilis.i.sup visibilitatẽ qua aliqđ est visibile a creatura:aut q̃ est nõ creatura:sed aliter & aliter. Quia primo modo insinuat illa affirmatiua p priuatiuã:& silr p negatiuã inquantũ sequit ad priuatiuã:& hoc per priuationẽ defectus visibilitatis in illo qđ a creatura videtur: aut inquãtũ visibile est qđ est visibile ab illa.qui quidẽ defectus nõ est in deo:sed in creatura tñ,scđm expositũ modũ. Secũdo autẽ modo insinuat p purã negatiuã,& nõ p priuatiuã q̃ priuat qđ est p se in subiecto:sicut est iustitia in iusto: et ponit in subiecto p se defectũ illi contrariũ : sed solũ p priuatiuã q̃ priuat qđ est p se in alio:sicut est defectus visibilitatis pdicatę de deo cũ dicitur inuisibilis. Ex quo patet ꝙ aliqua priuatiua est expressiua, & aliqua non:& qualiter diuersimode est expressiua veritatis priuatiua & pure negatiua.

Irca Septimũ arguitur ꝙ omnis propositio in diuinis in qua prędicatur nomen translatum a creaturis,sit multiplex scđm æquiuocationem,Primo sic. multiplicitas propositionis scđm æquiuocationem est propter multiplicitatem termini siue nominis plura significantis in illa æquiuoce. In hoc enim multiplicitas æquiuocationis differt a multiplicitate amphibologię. quare cum scđm prædeterminata omnis terminus siue nomen in diuinis translatus a creaturis æquiuoce significat plura.s.& rem quę est in diuinis: & rem quæ est in creaturis.ergo &c.¶Secũdo sic.illa pdicatio est multiplex scđm æquiuocationem q̃ affirmatiuã & negatiuam eiusdem prędicati & subiecti singularis potest habere simul veras: quia hæc maxima,& primũ principium omniũ scientiarum.scđm phm.iiii. De quolibet vno & eodem eiusdem affirmatio vel negatio vere:& non simul ambo. de deo autem qui est vnus & singularis ambo.s.affirmatio & negatio eiusdem sunt simul verę:puta ista,deus non est bonus:Deus est bonus:quia scđm determinata ambę sunt expressiuę veritatis diuinorum, licet vna magis q̃ altera,vt patet ex prædeterminatis. non est autem expressiua veritatis ppositio circa aliquid nisi ipsa sit vera:quia verũ non cognoscitur nisi vero.ergo &c.¶In contrariũ est illud qđ dicit Boethius de rebus decẽ prędicamẽtoꝝ quę sub eodẽ noĩe pdicãtur de deo & de creaturis.de Trini.cap.v.Hæc talia sunt qualia subiecta permiserunt. Sed in diuinis subiecta non pmittũt quãtũ in se est illa aliud significare q̃ subiectis diuinis congruit.illis autẽ non cõgruit id qđ significant in creaturis.dicẽte Boethio ibidem . Nam pars eorum in reliquarum rerum prædicatione substantia est.Attamen cũ in diuinã vertit quis prædicationem, cuncta

L

M Quę.VIII. Argu.

In opposi.

se est ęquiuocus, in ordine ad alteram simplex est & distinguēda: & vice versa propositio altera similiter: vt si absq; vlla interrogatione prefacta arguat sic. Omnis canis est animal: sydus est canis: ergo sydus est animal. Q̄q̄ eñ illa maior, oñis canis est animal, ex determinatione subiecti a prędicato nec ambigua esset, nec multiplex, nec distinguenda: propter tamē ęquiuocationē termini medii verificantis vnam propositionē pro vno significato, & aliā pro alio: singula illarū in ordine ad alteram distinguenda esset vt multiplex. Sicut autem in propositione seu enunciatione accepta secundum se prædicatum determinat subiectū ad supponēdū pro forma vel pro supposito: vel pro aliquo significato, vel pro suppositis alicuius determinati temporis: sic etiam subiectum determinat prędicatū ad supponendū pro aliquo significato determinato: licet aliis modis non determinet istud: prout de p̄dicatis dicit Boethi⁹: & tactum est in vltimo argumento: Talia sunt p̄dicata qualia permiserunt subiecta. Quia igit̄ in diuinis in omni propositiōe in qua p̄dicat̄ nomen translatū a creaturis ad vnum significatū determinatur p̄dicatum a subiecto: dico q̄ nulla illarū secundum se accepta vt est enunciatio, multiplex est aut distinguenda: sed determinate aut vera est aut falsa. Si tñ accipiatur vt ꝓpositio in syllogismo in ordine ad alterā: & nomen illud translatum sit medium in vtraq; ex ordine mutuo inter se: propter acceptionem medii termini in alia significatione in vna illarum & in altera: bene vtraq; illarum multiplex est & distinguenda: vt in tali paralogismo: omne iustū iustificari potest adhuc: deus est iustus: ergo iustificari potest adhuc. Falsa.n. est conclusio: & vtraq; propositionū distinguenda est: & cōtrariis sensibus maior & minor sunt verę. Si eñ ly iustum significat iustū per essentiā q̄d est superiustū, maior est falsa & minor vera. Si autem significat iustum per participationem, maior est vera & minor falsa: quę tamen propter determinationem prędicati a subiecto, secundum se simpliciter vera est nec multiplex nec ambigua nec distinguenda. Secundum hoc ergo concedenda est vltima ratio. P

¶ Quod arguitur primo in oppositum, q̄ immo multiplex est secundū ęquiuocationem: quia in ipsa est terminus ęquiuocus: Dico q̄ verum esset ꝓpositiōe accepta secundū se in forma enūciationis nisi ęquiuocatio esset in p̄dicato determinata per subiectū: non dico restricta: sicut cū dicit̄ canis latrabilis, restricta est ęquiuocatio illius termini canis. Nō aūt quia determinata est per subiectū, ꝓpterea amittit multiplicationē: si accipiat̄.s. forma propositionis in syllogismo in ordine ad alterā propositionē, in qua terminus ęquiuocus est mediū: sicut dictū est. ¶ Ad secundū q̄ in diuinis p̄dicatio affirmatiua & negatiua de eodem p̄dicato & subiecto singulari non sunt simul verę: ergo est multiplex vtraq;: Dico q̄ secūdum iam dicta verum est vnam considerando in comparatione alterius: quia secundum prædicta affirmatiua supponit aut pro eo q̄d est dignitatis in creaturis: & vt in creaturis est: aut supponit in quadam generalitate attributi pro eo q̄d dignitatis in diuinis & vt in diuinis est: q̄d facit affirmatiuam incompactā & mendacē: vt dictum est supra: & negatiuam quoquo modo veram. Negatiua eñ aut negatio illud q̄d affirmat contraria affirmatiua supponit in affirmatiua metaphorica i particulari, id quod simpliciter dignitatis est in deo: vt patet ex prædeterminatis. Cōsiderando autem vtraq; secūdum se: neutra illarū multiplex est: & affirmatiua est vera proprie: & prędicatur prædicatum de deo per proprietatem: negatiua autem est vera metaphorice: secundum prędicta. Q Ad pri. prin. R Ad secundū

Equitur Articu. LXXV. de diuinis prædicationibus in speciali. vbi quæruntur sex. Quorum Ar. LXXV.

Primum: vtrum singula quæ sunt in diuinis de quolibet alio similiter existente in diuinis possint prædicari.

Secundum: vtrum singula illorum possint mutuo prædicari de singulis prędicatione affirmatiua.

Tertium: vtrum prædicatio vnius illorum de pluribus personis resoluenda sit in vnam singularem: an in vnam pluralem: dicēdo pater est æternus, filius est æternus, spiritus sanctus est æternus: & sunt vnus æternus: an & sunt tres æterni. & sic de cæteris.

Quartum: vtrum econtra, prædicatio plurium personarum de vna illarum siue essentiali siue personali resoluenda sit in vnam singularem an in vnam pluralē: dicendo deus vel æternus est pater, deus vel æternus est filius, deus vel ęternus est spiritus sanct⁹ & est vnus aliquis: an tres aliqui.

Quintum: vtrū dictio exclusiua addita vni eorū quę sunt in diuinis ex parte subiecti aut ex parte prædicati excludat aliquid aliorum respectu subiecti aut respectu prędicati, dicendo solus aut

tm̃ pater est immortalis:non ergo filius aut spiritus sanctus est immortalis:aut dicendo pater est tm̃ vel solum sapiens:non ergo est bonus.

Sextum:vtrum dictio exceptiua preter aut preterq̃ aut nisi possit excipere aliquid eorũ que sunt in diuinis ab aliis respectu predicati,aut respectu subiecti:dicendo nullus generat pter patrẽ aut preterq̃ seu nisi pater:pater nullum generat preterq̃ seu nisi filium.

A Quest.I. Arg.i.

Irca primum arguitur q̃ aliqua sunt in diuinis quae de nullo alio existẽte in diuinis possunt predicari.Primo sic.Boethi⁹ de trini.dicit sic.Ad aliquid omnino predicari non põt.& infra dicit de.vii.pdicamentis relatiuis.Reliqua vero neq̃ de deo neq̃ de caeteris predicantur.sed tamẽ ad aliquid siue relatio est aliquid qd̃ vere est in diuinis secũdum superius determinata.ergo &c. ¶Secundo sic.
2 indiuidua substantie aut accidentis de nullo predicanẽ secundũ phm in pdicamentis.sed si non pdicanẽ in creaturis vbi habent esse per compositionẽ realẽ:multo minus in diuinis predicanẽ illa que rationẽ illorum habẽt:cuiusmodi sunt substãtia,quãtitas, qualitas, indiuiduales.quare cũ in diuinis non sit nisi vna singularis substantia:vna singularis qualitas : vna sin-
In oppositũ. gularis quantitas trium personarum.ergo &c.¶Contra.quicquid est in diuinis aut est substantia aut attributa,aut relationes,aut persone constitute ex essentia & relatione.sed omnia ista predicantur:quia de psonis pdicanẽ alia omnia.pater eñ est deus secundum substantiã: magnus secũdum quantitatem:bonus secundum qualitatem:similis secundum relationem.persona etiam praedicatur de nomine substantie:dicendo deus est pater.ergo &c.

B Responsio. ¶Dico q̃ quecunq̃ sunt in diuinis pdicari possunt,& per compositionem alteri applicari vt predicatum subiecto secundũ modũ supra expositũ in prima questione articuli precedẽtis.Nec est hec questio hic introducta nisi ad declarandum dictũ Boethii in primo argumẽto.

C Ad cuius intellectum sciendum q̃ super primo verbo assumpto in argumento,dicit Cõment.exponendo illud sic.Ad aliqd.i.relatio nequaq̃ sicut id quo deus est,potest de ipso praedicari. Et hoc vera essendi pdicatione:vt dicit sup secũdo verbo.Non ergo relationem dicit omnino non posse p dicari de deo:sed non sic sicut alia pdicata absoluta predicanẽ de illo,videlicet sicut id quo de⁹ est vera essendi pdicatione.& hoc(vt dicit Cõmẽt.ibidẽ)quasi ex proprietate aliqua qua possit secundum se designari:siue ad aliud extra se facta sui collatione.sicut per se absq̃ sui comparatione ad alterum homo designatur esse forma humana homo,qualitate corporis albus, quãtitate eiusdem corporis longus:vt qua ipsum subsistens est aliquid vera essendi ratione.De predicatione aũt relationum dicit Boethius ibidẽ.Hec omnis predicatio exterioribus datur. Et post aliqua interposita hanc differentiã magis explicans subdit dicens.Iam ne patet que sit differẽtia pdicationũ:q̃ alie q dem quasi rẽ monstrãt:alie vero quasi circũstãtias rei.Et iterum post aliqua interposita de relationibus proprie dictis subdit.Maxime enim hec non videnẽ secundum se facere predicationem,que pspicue ex alieno aduẽtu cõstare pspiciunẽ.Cõmẽt.Recte aũt & ex alieno & constare. nã vera diffinitione non secundum se potius aliorũ non modo dicuntur sed etiam sunt q̃cũq̃ ad aliqd sunt.

D Sed quid est hoc? nunquid deus sicut est deitate deus:sic est & paternitate pater:re vera nequaq̃.
¶Ad cuius intellectũ sciẽda sunt quinq̃. Primo enim sciẽdũ est q̃ licet in creaturis nihil subsistat nisi absolute:nec imponiẽ secũdũ nomen suũ nisi ab absoluto qd̃ subsistit: & hoc siue significeẽ indefinite:vt in creaturis homo magnus bonus:que dicũt quale quid,& hoc sub ratiõe suppositi indefiniti idefinite significati:& rõne rei cõmunis vniuersalitate: siue significeẽ definite : vt in creaturis id qd̃ est homo.s.Petrus,Paulus,Andreas:que sunt hoc aliquid rõne rei singularis quae est alia in vno supposito singulari & alia in alio:Dicitur eñ aliquid quasi aliud quid:Sũt etiã hic aliquis rõne suppositi & rei singularis & singulariter significatorum:In diuinis tñ indefinite significant idem vt deus magnus,bonus:que etiã dicunt quale quid rõne suppositi indefiniti indefinite significati,& etiã ratione rei cõis cõmunitate cõmunionis non vniuersalitatis . Definite aũt , vt is qui est deus siue iste deus.s.pater & filius aut spiritus sanctus.Dico autem iste deus ad differentiam dei simpliciter dicti:non quomodo dicit propheta: Iste deus meus & glorificabo eum: q̃a hic dico iste deus ratione suppositi definiti definite significati:qd̃ demõstrat ly iste principaliter:& ratione rei singularis simul,qd̃ demõstrat in supposito tali.Ibi aũt propheta dicit iste deus rõne rei singularis tm̃:rõne cuius demonstrat suppositũ ly iste:non aũt rõne suppositi qd̃ est ibi indefinitũ & indefinite significatum.Et supponit simul pro tribus licet indefinite.s.& pro patre & pro filio& p spiritu sancto:quorũ quilibet est deus.Vnde stat ibi discretiue ad excludendũ deos putatiuos q non sunt vere deus,aut vere dii.Vnde dicit propheta, Iste deus: ac si diceret adiũgẽdo & nõ ali⁹.

Hic aut in nostro proposito nō dicitur iste deus de aliqua triū personarū discretiue quasi non sit alius qui est deus: sed discretiue quasi quilibet illorū est is qui est deus & non alius illorū qui etiā est deus. Pater eñ ita est deus q etiā alius est deus: puta filius & spiritus sanctus: sed pater ita est pater q nullus alius est pater: puta nec filius nec spirit9 sanct9: & q non sit alius qui etiā est deus puta nec filius nec spūs sanct9. Vnde ibi fit discretio rōne essentiæ: hic ratiōe psonę: & quęlibet harū triū psonarū. s. pater, filius, & spūs sanct9, hic aliqs: & hoc rōne psonalitatis singularis quę est alia in vna psona singulari & alia in alia. dicit enim aliqs quasi alius quis. Nō aūt est aliqua illarū respectu alterius earū hoc aliqd quasi aliud qd. quia res singularis eadē est in tribus psonis diuinis: licet quælibet illarū sit hoc aliquid, & oēs tres vnū hoc aliqd respectu creaturę: & hoc rōne vni9 essentiæ singularis deitatis quę est in trib9 & communis illis. ¶ Secūdo autem sciendum est q cum indefinite dicit homo, deus, magnus, bonus, & definite Petrus, Paulus, Andreas, pater, filius, spūs sanctus, q quilibet istorum est aut dicitur esse homo: & quilibet illorum est & dicitur esse deus, hoc (vt dicit Boethius) refert ad substātiā qua est aliqd. i. homo vel deus. Qz aūt qlibet istorū & illorū sit & dicatur esse magnus: hoc refertur ad quātitatē qua est aliqd vt magn9. Qz vero quilibet illorum est & dicit esse iustus: hoc refertur ad qualitatē qua est aliqd vt iustus. Deitate enim quę est substātia, aut humanitate, dicit quilibet illorū deus aut homo. Magnitudine aūt quæ est quātitas dicit qlibet illorum magn9. Bonitate aūt quę est qualitas dicit qlibet illorum bonus. ¶ Tertio sciēdū est: q in quolibet illorū indefinite significato. s. deus, homo, magnus, bonus: quorum quodlibet significat subsistens: est quatuor considerare. Primū. s. q ipsum subsistens est aliqd. Secūdū, q subsistens non est quo ipsum est id qđ est. Tertiū, q nec est id quo aliqd est id qđ est. Homine eñi non est homo homo: nec filr aliqs illorū q est homo: puta Petrus, Paulus, & qđlibet singulariū: nec qđcunq aliud: nec deo deus est deus: nec filr aliqs illorū q est deus, nec quodcunq aliud. Nihil enim subsistente est aliquid: sed ipsum subsistens tātūmodo est aliquid. Quartū est q subsistens aliquo subsistit qđ est forma qua subsistit: vt deus deitate: homo humanitate: magnus magnitudine: bonus bonitate. In qua quidē qua aliqd subsistit filr quatuor sunt aduertenda. Primū q ipsa est aliqd secundū se. Secundū q ipsa nō est seipsa: vt quo est aliqd. Tertiū est q nec est aliquo alio id qđ est Deitas eñ non est deitate deitas: nec humanitate humanitas est humanitas: nec aliquo alio. Non eñ est aliquid cui forma innitat qua aliqd sit: sed ipsa est qua solū subsisten s innitit: & qua ipsum est aliqd. puta qua subsistens vt homo vel deus vel quodlibet contentū sub ipsis: puta Petr9, Paulus, Andreas, pater, filius, vel spūs sanctus, est homo vel est deus, vel qua magnus est quicunq est magnus, & similiter bonus quicunq est bonus, & sic de cęteris: qđ est quartum. ¶ Quarto sciendū est. q in quolibet illorū definite significatorū in creaturis q̄ sunt Petr9, Paulus, & Andreas: quorū quilibet est hoc aliqd & etiā iste vel hic aliquis secundū prędictū modū, & significat subsistens, est filr quatuor considerare vt prius. s. q ipsa nec ipm nec aliud subsistit: sed ipsum tātūmō est aliqd & aliquo subsistit vt sua forma, quę est hęc humanitas: & q̄ in Sorte appellaret socratitas: & in Platone platonitas: & sic in cęteris ad placitum fingendo noīa. In qua filr est quatuor cōsiderare sicut prius: quia nec ipsa nec aliud aliqd est quo ipsa est aliqd: sed ipsa solū secūdū se est aliquid: & q̄ subsistens est aliqd. Et sic vłr in creaturis subsistēs nō est aliqd nisi qa forma qua subsistit est secūdū se aliqd: nec etiā ipsum subsistēs est aliqd: licet ecōuerso forma non sit hoc nisi qa est hui9. s. subsistentis: & semp subsistēs secūdū se est hoc. Qđ cōtingit: qa esse simpliciter aliqd cōuenit rei rōne qua est natura & essentia: & a deo exemplata. Ratio aūt essentię principaliter cōuenit formę: & nō supposito nisi p formā. Esse aūt hoc vel hoc non cōuenit rei nisi rōne qua existit: & est a deo facta. Ratio aūt factionis principaliter conuenit supposito: sicut & ratio gnati, & non formę: nisi prout est in supposito. Ex hoc etiā cōtingit q secundū phm. vii. Metaph. nomē qđ est sermo qditatis & essentię, primo significat formā: secundo aggregatum. Econuerso aūt primo & principaliter generatur aggregatū: secūdo aūt forma. ¶ Quinto qđ principaliter pertinet ad propositum sciendum est q in quolibet illorum definite significatorum quæ sunt pater & filius & spiritus sanctus: quorum quilibet est iste vel hic aliqs: licet non hoc aliqd sicut dictum est: & significat quodlibet illorū subsistens: est etiam quatuor considerare: & quo ad duo illorum consilr: videlicet q ipso nec ipsum nec aliud subsistit: sed multū dissimiliter quo ad alia duo: quia ipsum modo aliquo subsistit: puta pater paternitate vt sua forma: sed non est aliqd ipsa siue per ipsam: similiter ipsa non est aliquid seipsa nec aliquo alio: quia ipsa non est aliqd secundum se: & ideo etiā nec ipsa siue per ipsam est aliqd, scilicet quo ipsa siue p ipsam subsistit vt pater: sed si ipse pater est aliquid, hoc non est paternitate: nec etiā inquantum pater est: sed deitate & inquantum deus est: quia inquantum pater est: non est aliquid: sed ad aliquid: inquantū vero deus est, aliquid est, non autem ad aliqd. Et ideo cum pa

latiua prędicatione dicit̄,iste est pater:q̄uis in prędicato dicat̄ est:non tamen ita dicit̄ quasi id de quo dicit̄ sit id de quo prędicatur:aut aliquid eo:quia non posset esse aliqd eo nisi ipsum esset secundū se aliqd.Nā etsi quicquid aut q̄squis est pater,est:tamē non quō qđ est quale vel quantum est.Et sic esse patrē est esse:sed nō quomodo esse quale vel quantū est esse. Nā homo qui est albus vel longus,est aliquid in eo ꝙ est albus vel longus: quia albedo vel longitudo est aliquid : & propterea etiā eū esse album vel longum,est eum esse aliquid. Sed qui est pater, non est aliquid in eo ꝙ est pater:quia paternitas secundum se nō est aliquid:& eum esse patrem non est eum esse aliqd q̄a nec q est pater aut est simpl'r aut est aliqd in eo ꝙ est pater: q̄uis ipse q̄a est pater vere sit & vere aliquid sit : quia pater deitatis essentia vere & simpliciter est : sumendo ly est vt est primo adiacens.Deitate aūt est aliquid sumendo ly est secundo adiacens.Pater vero paternitate non est aliquid:sumendo ly est vt est secundum adiacēs,copulans rem quæ est vere aliquid subsistenti : nec etiam paternitate est sumendo ly est primo adiacens,qđ copulat subsistenti esse simpliciter qđ vere aliquid est:sed solūmodo sumendo ly est secundo adiacēs qđ copulat subsistenti non esse simpliciter,nec aliqd esse,qđ est res:sed esse ad aliquid solū,qđ est circunstantia rei:sicut nec alia sex prædicamenta quę in diuinis secundum superius determinata reducunt̄ ad prædicamentū relationis significant siue in deo siue in creaturis esse simpliciter : aut aliquid quod est res vera: sed solummodo esse ad aliquid, qđ est circūstātia rei.secundū ꝙ Boethius inducit per singula: vbi dicit de trini.cap.ix.Nā vbi de deo vel de hoīe p̄dicari potest:de homine vt in foro:de deo vt vbiq;:sed ita vt non quasi ipsa sit res id qđ p̄dicat̄:id qđ &c.vt in.x.xi.xii.capitulis sequētib⁹.Qđ etiam specialiter declarat de relatione proprie dicta in cap.xiiii.de quibus accepimus p̄dicta de relationibus proprie dictis mixtim:partim.s.ex textu:partim ex cōmēto:addendo etiam aliqua verba ad declarationē maiorē.Et possunt illa eadē applicari ad p̄dicationē aliorū sex p̄dicamentorum: vnde supra dictum verbū de vbi: Sed ita vt nō quasi &c.dicit Cōmēt.i.sed ita dicit̄ eē vel homo in foro,vel de⁹ vbiq;:vt q̄uis in prædicando ea dicitur est:non tamen ita dicat̄ quasi ipsa res de qua dicit̄ sit id.i.habeat esse eo qđ prædicatur.Nā est quidē quicquid in loco est:sed tamen illud esse in loco nō est esse quomodo quale aut quantū est:& esse quale aut quantū est esse:vt homo qui est albus vel longus est:& eū esse album vel longum est esse.Sed esse in foro non est esse,q̄uis qui in foro est vere sit Nā esse in foro intelligitur circūfusus & determinatus:qđ intelligitur non ex proprietate aliqua qua possit secundum se designari.i.sine exeunte ad aliud extra se facta sui collatione monstrari:& sic de cęteris:licet aliter de deo q̄ de creaturis:vt planius prosequūtur Boethius & Cōmēt.ei⁹. Et hoc totum contingit:quia relatio non dicit esse simpliciter & secundū se:sed solūmō ad aliud esse, Et ideo cum dicitur de aliquo habente in se deitatem aut magnitudinē, aut bonitatem, ꝙ est de⁹ magnus aut bonus:dicit̄ ꝙ prædicatur de illo.Cum vero dicit̄ de aliquo habēte in se relationē:puta paternitatem:aut esse in loco:aut aliquid cæterarum relationū:dicit Boethius ꝙ prędicari non potest neq; de deo,neq; de cæteris sicut cætera.Et intelligit(vt dicit Cōment.)vera p̄dicatione essendi:q̄ ipso p̄dicato cōuenit subiecto esse aliqd secundū se,non solū esse ad aliud aliqd.qđ fit quadā collatione.Et sic nequaq̄ deus est paternitate pater:sicut est deitate deus:quia deitate sic est de⁹ vt deitate sit aliquid secundū se:& quo subsistit secundū se:q̄ etiam secūdū se est aliquid.Paternitate aūt est pater vt paternitate non sit aliquid secundū se:& quo subsistit secundum se:quia nec ipsa est aliquid secundum se:quia ipsius relationis esse nō est esse aliquid: sed solūmodo esse ad aliud.Et ideo subsistēs relatione relatiue subsistit,& ad aliud subsistit,sicut etiam est ad aliud.In quo est magna differentia inter absoluta quæ subsistunt absolute in creaturis:& inter relatiua quæ relatiue subsistunt in diuinis.In creaturis eñ quę absolute subsistunt:puta homo aut iste hō:omne qđ subsistit est aliquid:& subsistens habet illo esse aliquid:& est oīe qđ pertinet ad suam essentiā tanq̄ forma abstracta a subsistente & supposito:vt ab homine humanitas, ab hoc homine hęc hūanitas,& qcqd continet̄ in illa vt p̄tes ei⁹ essentiales exp̄ssę in sua definitione:cuiusmodi sunt in humanitate animalitas & rationalitas:& in hac humanitate hæc animalitas: hæc rationalitas.Sicut eñ homo est animal rationale,sic humanitas est animalitas rationalitas:& subsistit homo vt toto quo subsistit,humanitate:& est humanitas aliqd,& ip̄a homo est aliquid.subsistit etiā inquātū est animal animalitate:sicut etiam animal inquantū est subsistens quoddam indefinitum & indefinite subsistit animalitate:& est animalitas aliquid secundum se: & animal: & etiam homo inquantum est animal:aliquid est animalitate. & eodem modo quo ad omnia superiora quæ intelligunt̄ in animalitate:videlicet sensibilitas,vegetabilitas,corporeitas,substātialitas,entitas.Homo eñ subsistit entitate inquantū ipse est ens:substantialitate inquantum est substantia : & sic de cæteris: & singula sunt aliqd:& homo per illa habet esse aliquid.Subsistit nihilominus homo inquātum est

rationalis rationalitate:ſicut & rationale inquantum ſecundum ꝙ ſupponit pro ſuppoſito eſt ſubſiſtens quoddā indefinitum & indefinite,ſubſiſtit rationalitate: & eſt rationalitas aliquid ſecundū ſe:& ſunt homo inquantum eſt rationalis & ipſum rationale ſtans pro ſuppoſito,aliquid rationalitate.In diuinis autem in quibus aliqua abſolute ſubſiſtunt non ſignificando ſuppoſitū ſubſiſtens: ſed ſolummodo ſupponendo pro illo,vt ſunt oīa ſubſtantialia concretiue ſignificata: puta ens, viuens,deus,intellectus,volēs,magnus,bonus & cętera huiuſmodi:ipſum eſſe qđ ſic ſubſiſtit eſt aliqd:& quo ſubſiſtit ſubſiſtens,etiam eſt aliqd. Et eſt quo ſubſiſtit omne illud a quo nomen concretum imponitur tanq̄ a forma:vt ab eſſentia ſeu ētitate ens:a vita viuens:a deitate deus:ab intellectu intellectus:a volūtate volēs:a magnitudine magnus:a bonitate bonus. Eſt etiam quo ſubſiſtit concretum:omne illud qđ ſignificatur in abſtracto a quo nomen eius imponitur: puta in intellectu ſignificatur vita entitas ſiue eſſentia: quia intelligens in eo ꝙ eſt intelligens eſt viuens & ens: ſicut quodāmodo homo in eo ꝙ eſt animal,eſt corpus animatum,ſubſtantia, & ens. In diuinis vero in quibus etiam aliqua ſubſiſtunt relatiue ſignificando ſuppoſitum ſubſiſtens: vt ſunt nomina perſonarum pater,filius,ſpūs ſanctus:omne qđ ſic ſubſiſtit eſt aliquid. Quo em̄ ſubſiſtit eſt oē qđ pertinet ad ſuam perſonalitatem:& eſt quaſi de integritate ipſius:& quaſi de eſſentia ei⁹:ſicut partes definitiōis in creaturis ſunt de eſſentia definiti.& ſunt duo,ſcilicet eſſentia deitatis ſeu ipſa deitas cōmuniter in tribus perſonis:& ipſa perſonalis proprietas propria in qualibet pſona:puta paternitas in patre cum eſſentia:filiatio in filio:actiua proceſſio in ſpiritu ſancto.Ita ꝙ licet nomē patris(& ſic de nomine filii & ſpūs ſancti)imponatur ſecundum vocē a proprietate:ſecundū rem tñ nominis ſignificant eſſentiam cum proprietate,prout ſuperius aliquādo declarauimus.Ita ꝙ ſi patri eſſet nomen impoſitum non plus ſecundū vocem a deitate q̄ a paternitate: ſicut hoc nomē homo qđ ſignificat animal rationale:non plus impoſitum eſt a rationalitate q̄ ab animalitate:ſed ab humanitate ſignificāte animalitatem rationalitatē: vtputa ſi ſit nomen patris parens:tunc quodāmodo ſicut definitiue dicitur ꝙ homo eſt animal rationale : & ꝙ humanitas eſt animalitas rationalitas: ſic definitiue diceretur ꝙ parens eſt deus pater : ſumendo ly pater pro ſignificato & pro concreto huius abſtracti paternitas:ſicut rōnale eſt cōcretū huius abſtracti rationalitas. Sicut em̄ parens eſt deus pater ſicut & paternitas eſt deitas paternitas:& ſicut dicitur homo ſubſiſtere humanitate:& omni eo qđ in ſuo ſignificato includitur,ſcilicet rationalitate & animalitate:& etiam omni eo qđ in animalitate includitur:vt iam dictum eſt:ſic diceretur parēs ſubſiſtere parentitate & deitate,atq; oīni eo qđ includitur in ſignificato deitatis:cuiuſmodi ſunt vita & eſſentia.Sed parens inquātū ſubſiſtit paternitate:quia paternitas eo ꝙ eſt relatio non eſt aliquid : ſed ad aliqd ſecundum prędicta,quo ſubſiſtit non eſt aliquid:nec etiam ipſum ſubſiſtens eſt illo aliquid.Inquātū vero ſubſiſtit deitate: quia deitas eo ꝙ eſt abſolutum eſſentiale eſt aliquid:ideo & quo ſubſiſtit eſt aliquid:& etiam ipſum ſubſiſtens eſt illo aliquid.Et ſic pater inquantū ſubſiſtit eſt aliquid: & etiā quo ſubſiſtit eſt aliquid:inquantum vero ſubſiſtit paternitate : nec ſubſiſtens eſt aliquid: nec quo ſubſiſtit eſt aliqd: vtrūq;. Et ſicut hoc dico de patre:ſic dico de filio & de ſpiritu ſancto.Et per hūc modum oē qđ relatiue dicitur:eſt aliquid excepto relatiuo.ſecundum Aug.vii.de trini.cap.i. Qđ totum prouenit ex propria ratione relationis ſecundum ſuum genus:qua nihil realitatis in eſſendo habet ex ſe: ſed ſolummodo eſſendi modū:cum tamen prædicamenta tria abſoluta ex ratione ſui generis aliquid realitatis in eſſendo importent.Vt propterea Boethius comparando ſeptē prędicamenta relationis ad tria prædicamenta abſoluta,dicat de tribus.Cum aliquis in diuinam prædicationem verterit,commutantur.puta ſubſtantia in ſuperſubſtantiam,& eſſentia in ſupereſſentiam,& cætera hmōi:ſecūdū modum ſupra determinatum:& prout dicit ipſemet.Nam ſubſtātia in illo non eſt vere ſubſtantia:ſed vltra ſubſtantiam.Item qualitas &c.quæ vocat illa quę prædicari poſſunt.De aliis aūt.vii.dicit,Ad aliquid vero omnino non poteſt prędicari neq; de deo,neq; de creaturis.& per hoc nequaq̄ mutantur a prædicatione quā habent in creaturis:quia idem eſſe ad aliud quod dicunt in relatione vnius creaturæ ad aliam:hoc dicunt in relatione vnius perſonę diuinæ ad aliam. Sed ſi conſiderentur prout characterizatione quadam contrahunt realitatem a ſuis fundamentis,ratione illius realitatis bene prædicari poſſunt:& dicere de ſubiecto non ſolum ad aliud eſſe:ſed etiam eſſe aliquid.Et cuncta relatiua ſicut & abſoluta mutantur cum quis illa in diuinam verterit prædicationem:nam ſicut in deo ſubſtantia non eſt vere ſubſtantia , ſcilicet talis qualis eſt in creaturis:ſed aliquid vltra illam ſubſtantiam cum nomine ſubſtantiæ prædicatur de deo : ſic in deo paternitas non eſt vere paternitas , ſcilicet talis qualis eſt in creaturis: ſed aliquid vltra illam paternitatem cum nomine paternitatis prædicatur de deo:dicendo deus eſt pater.Sed

sorte de ista realitate aliter est in diuinis, aliter in creaturis: puta ꝙ in creaturis ex characterizatione relationes contrahunt aliā realitatem quoquo modo ꝗ̄ sit realitas fundamentorum: vt propter ea non possit dici ꝙ similitudo sit albedo. In diuinis autē ex characterizatione non contrahunt aliā realitatem ꝗ̄ sit realitas fundamenti: vt propterea bene dicatur ꝙ paternitas sit deitas.

M ¶ Ex quibus patet responsio ad dicta in primo argumento: & quomodo concedēdum est vltimum argumentum. ¶ Qđ vero dicitur in secundo argumento: nihil in deo est nisi singulare, qđ de nullo prędicatur: Dico ꝙ illud intelligitur de nullo sibi subiecto in linea prędicamentali: in qua sub singulari nihil potest cōtineri. Potest singulare cum se habet in forma subsistētis & singulariter, bene prædicari de illo cuius est forma, & quo habet esse aliquid secundū dictū modum: quemadmodum etiam accidens singulare pdicatur de suo subiecto singulari.

Ad pri. prin.

N

Ad secundū.

O

Quæst. ii.

Arg. i.

Circa secundum arguitur primo ꝙ non singula in diuinis possunt prędicari de singulis pdicatione affirmatiua. Quęcūq; plura sic se habēt adinuicem ꝙ mutuo singula prædicantur de singulis prędicatione affirmatiua, singula sunt singula: quia talis prędicatio dicit hoc esse hoc: qđ non est nisi quædam confusio: qualem posuit Sabellius in personis. Si ergo confusionem illam inconueniens fuit ponere in diuinis personis: multo magis inconueniēs est illa ponere in oīnibus simul quæ sunt in diuinis: quare cum hoc ponitur, ponenda sunt singula quę sunt in diuinis prædicari de singulis: hoc ergo ponere est inconueniens. ¶ Secundo sic. cum in diuinis non sint nisi essentialia & personalia: sed essentialia non possunt prędicari de personalibus: nec econuerso: nec personalia abinuicem: nec essentialia abinuicem: nec vna cōmuni ratione: sic quæcunq; formalib⁹ rationibus abinuicem distinguuntur, & ratione materiali conueniunt: abinuicem mutuo prædicari non possunt: puta homo de asino, licet conueniant in animali: & vniuersaliter differentia secūdum formam, licet conueniant in materia. Sed quæcunq; sunt, rationibus formalibus abinuicem differunt: vt essentialia a personalibus: sicut absoluta essentialia a relatiuis personalibus: & diuersa absoluta inter se diuersis rationibus ex diuersis respectibus rationalibus conceptis, & diuersa relatiua secundum diuersos respectus reales, secundum ꝙ hæc patēt ex supra determinatis. ergo &c.

2

Q; essentialia non possint prædicari de personalibus arguitur: quia nec in abstractione, dicēdo de⁹ est deitas, bonitas, aut aliquid cæterorum: nec in concretione, dicendo pater est deus, bonus, aut aliquid cæterorum. ergo &c. ¶ Q; non in abstractiōe arguitur tertio sic. Si pater est deitas, bonitas, aut aliquid cæterorum: cum quodlibet illorum inquātum huiusmodi sit aliquid, immo hoc aliqđ in diuinis secundum tacta in præcedenti quæstione: pater ergo in eo ꝙ pater, esset aliquid: immo

3

4 hoc aliquid. consequens falsum est secundum tacta ibidem. ergo &c. ¶ Quarto sic. si pater esset deitas, eadem ratione & filius & spiritus sanctus. quare cum non sit nisi vna singularis deitas: & quæ

5 vni & eidem numero sunt eadem, inter se sunt eadem. ergo &c. ¶ Q; non in concretione arguitur quinto sic. si pater est deus, bonus, aut aliquid cęterorum: cum quodlibet illorum est quale quid secundum prædicta: pater ergo esset quale quid. consequens falsum est secundum prædicta, ergo & antecedens. & si non possint illa essentialia prædicari de patre, ergo eadem ratione nec de filio: nec de spiritu sancto: & multo fortius nec de ipsis relationibus, quę sunt paternitas & filiatio & huius

6 modi. ¶ Qđ etiam specialiter arguitur sexto sic. si paternitas, filiatio, aut aliquid cæterorum esset deitas aut deus bonitas aut bonus aut aliquid cæterorum: cum hęc sint absoluta, illa essent absoluta. consequens falsum est. ergo &c. Consimili ratione nec personalia prædicantur vllo modo de

7 essentialibus. ¶ Septimo sic. si de deo, aut de deitate, aut de aliquo cæterorum absolutorum diceretur ꝙ esset pater aut aliquid cæterorum: cum pater & paternitas & cætera taliā dicunt relatiue:

8 omnia illa dicerentur relatiue. consequens falsum est. ergo &c. ¶ Octauo sic specialiter de personis. prædicatum se habet in ratione formę & inhęrentis respectu subiecti: non sic autem se habent per

9 sonalia ad essentialia: sed potius econuerso. ergo &c. ¶ Nono sic. magis commune per se natum est prædicari de minus communi & non econuerso: vt homo de Sorte: & non Sortes de homine.

10 quare cum essentialia communia sint respectu personalium. ergo &c. ¶ Decimo sic. si persona prædicaretur de essentia: cum persona sit per se subsistens: quare & essentia. consequens falsum est. er

11 go &c. ¶ Vndecimo sic. essentia non est distincta: persona est distincta. Affirmatio autem & negatio eiusdem prædicamenti in eodem subiecto nunꝗ̄ concurrunt. ergo &c. ¶ Idem arguitur speciali

12 ter de diuinis prædicationibus duodecimo sic. Qđ est proprium solius personę, nec de essentialib⁹ nec de relationibus prædicari potest: quia illa non sunt personæ. omnes actiones & passiones diui

nę,puta gńare generari:spirare spirari,sunt ꝓpria psonis diuinis:qa nihil nisi persona generat aut generat:spirat aut spiratur:vt determinatum est supra.ergo &c. Q₂ si essentia nō generat:multo minus essentia aut aliquid cæterorum est generatio aut econuerso. ℭQ₂ autem personę aut personalia non possunt prædicari adinuicem, arguitur.xiii.sic. cuncta personalia aut sunt disparata: 13
sicut generare & spirare,aut relatiuę opposita.sed talium vnum de altero non potest prædicari:qa aliter pater esset filius aut econuerso.& si pater esset filius:arguēdo per locum a coniugatis. ergo paternitas esset filiatio:& sic de cæteris.consequens falsum est. ergo &c. ℭQ₂ etiam essentialia nō 14
possunt prædicari adinuicem.xiiii.arguitur sic.essentialia in diuinis sunt voluntatis & intellect⁹, quæ nequaq̄ adinuicem possunt prædicari:quia tunc sicut voluntas vult,sic intellectus vellet : & econtra sicut intelligit,& voluntas intelligeret . consequens falsum est. ergo &c. ℭQ₂ etiam nec 15
idē essentiale in abstracto possit prædicari de seipso concreto aut ecōuerso, arguitur.xv.sic. Si deitas esset deus,cum deus generet,& deitas generaret: & econuerso si deitas esset deus, cum deitas non generet,deus non generaret.consequentia falsa sunt.ergo &c.ℭIn contrarium primo arguitur In oppositū primo.
ꝙ singula in diuinis possunt prædicari de singulis,sic.quęcunq₃ sunt idem numero, adinuicē possunt prædicari:quia secundum Boethium nulla est verior illa in qua idem prædicatur de se . sed quęcunq₃ sunt in diuinis,sunt idem numero:quia in diuinis non est nisi vna res singularis. ergo &c.ℭPræterea arguitur ꝙ essentialia possunt prędicari de personis & econuerso,sic.in diuinis idē 2
est qd̄ est & quo est,secundum Boethium. & talia adinuicem bene prædicantur. qd̄ est,essentiale est:quo est,personale.ergo &c. ℭTertio arguitur ꝙ essentialia prædicantur de personalibus,sic.in 3
essentialibus & per se prædicationibus si concretum de concreto : & abstractum de abstracto.ista autem prædicatio essentialis est & per se in concretis,pater est deus:quia prædicatum est de ratione subiecti.ergo & ista in abstractis,paternitas est deitas.ℭQuarto ꝙ econuerso relationes prędicātur de essentialibus,arguitur sic.deitas est illud quo pater generat . Ipsa enim secundum superius 4
determinata,est principium omnium diuinarum actionum.sed generat paternitate:quia pater generat inquantum pater est:est autē pater paternitate.ergo &c.ℭQuinto ꝙ personæ nō possunt ab 5
inuicem separari arguitur sic.Pater generando filium genuit deum,nō autem alium a se.ergo genuit deum qui est ipse:ipse autem est pater.ergo filius est pater:& eadem ratione pater est filius.ergo &c. ℭSexto ꝙ essentialia possunt prædicari adinuicem:dicendo deus est bonus:bonus est ma 6
gnus:arguitur. quia tales prædicationes recipiuntur in creaturis eorū quæ magis abinuicem differunt.ꝙ si concretum de concreto prædicatur : multo fortius abstractum de abstracto. deitas est bonitas : bonitas est magnitudo: quia abstractio magis congruit diuinis q̄ concretio:vt habitum est supra.ℭSeptimo ꝙ essentiale abstractum nō possit prædicari de concreto,arguitur sic.Si 7
deus est bonitas (idem est iudicium de vno & de altero)ergo bonitas est deus,sicut ergo deus est bonus bonitate,sic est bonus deo,sed non est bonus deitate: bonitate autem deus est bonus . deus ergo non est bonus.qd̄ est contra ꝓdicta.Itē econuerso:si deus vel deitas esset bonus:cum bonitatę sit bonus:ergo deitate esset bonus: qd̄ falsum est secundum prædicta.ergo &c.

ℭDico ꝙ ista quęstio vniuersalis est,contingens modos prædicationis in abstra- P Responsio
ctione & concretione:& quoscunq₃ alios plures in diuinis.Tāgit etiam ea quæ in diuinis prædicari possunt:vt sunt essentialia & personalia,siue fuerint personæ,siue proprietates personarum. & hoc mediante hoc verbo est : vt est secundo adiacens . Et quia prædicatio principaliter tangit ea quæ prædicantur:idcirco prosequenda est quæstio hæc generaliter & communiter de essentialibus & personalibus quo ad illorum prædicationem. Secundo specialiter de essentialibus quo ad prædicationem diuersorum essentialium vnius de altero,& cuiuslibet de seipso.Tertio specialiter de personalibus quo ad illorum prædicationem diuersorum vnius de altero : & cuiuslibet illorum de seipso.Quarto de essentialibus comparatis ad personalia quo ad prædicationem essentialium de personalibus & econuerso.De quibus possent fieri plures quęstiones:sed clarius simul determinabuntur.ℭCirca primum primo distinguendum puto ex parte eorum quæ prædicantur: Q
& deinde immiscendum distinctionem modorum:dicendo ꝙ ea quæ prædicantur aut sunt possibilia prædicari in diuinis & de diuinis mediante hoc verbo est:aut prædicantur per se,aut per aliud.isto secundo modo dicitur ꝙ in diuinis est quædam prædicatio per identitatem:talis scilicet, ꝙ quicquid est in diuinis:quia idipsum est & vna res singularis absoluta pluríficata solūmodo secundum rationem absolutam aut respectiuam,abstractam, & concretam in diuinis : siue fuerint

plura essentialia, siue fuerint plura personalia: vt personæ plures, aut vt proprietates plures, siue fuerint essentiale & persona, siue essentiale & proprietas, siue persona & proprietas, siue in abstracto, siue in concreto significetur. Idcirco singula illorum de singulis prædicari possunt & in abstractione, & in concretione per identitatem quæ fundatur super illud vnum: eius tamen plurificatione secundum rationem: prout superius est expositum de relationibus cōmunibus: dicendo ꝙ hoc est hoc: quia est idem illi in substantia vnius rei singularis. secundum ꝙ procedit prima obiectio ad secundam partem.

R ¶ Sed si per talem identitatem in vno secundum substantiam quęcunque diuersa siue distincta re aut ratione in diuinis possent mutuo de se inuicem prædicari absoluta prędicatione secundū modum quo sunt distincta: tunc postq̄ talia diuersa in diuinis sunt eadem secūdum substantiam: quia sunt vnum in substantia: cū sint etiam ęqualia secundum quantitatē: quia sunt vnum in quantitate: licet non similiter sint similia: quia non sunt vnū in qualitate: sed tantūmodo personę inter se sunt similes: vt habitum est supra, loquēdo de relationibus cōmunibus: Eadem ergo ratione per talem æqualitatem in vno secundum quantitatem quæcunque diuersa seu distincta sunt in diuinis re aut ratione, possent mutuo deinuicem prędicari, & dici singula de singulis prædicari secundū æqualitatē: sicut & secundū idētitatem: qđ tamē non est consuetum. Nec iterū est modus conueniens dicere ꝙ per talem identitatem aliqua possunt dici prædicari de inuicem prædicatione absoluta: quia genus & differentia licet vnam & eandem rem singularem in indiuiduo hominis significent: vt hoc animal, & hoc rationale in Petro: sicut & animal simpliciter & rationale simpliciter in homine: tamē secundum philosophum genus de differentia prædicari non potest: vt animal de rationali: quia vt dicit, vnus homo esset plura animalia. Pręterea si propter talem idētitatem singula possent prædicari de singulis, cum in diuinis tanta sit identitas personarū, & etiā singularum personalium proprietatum in vnitate substantię singularis quanta & quorūlibet aliorum. Si ergo aliqua aliorum per dictam idētitatem deinuicem possent prædicari: dicendo deus est bonus, vel deitas est bonitas: eadem ratione & vna persona posset prædicari eodem modo de altera: dicendo pater est filius & econuerso: & vna proprietas de alia dicendo paternitas est filiatio & econuerso. Consequens falsum est, quoniam illa distinguit relationis oppositio: propter quam non sic sunt vnum inter se: sicut & inter se vnum sunt essentialia. iuxta illud quod excipiendo dicit Ioannes Damascenus. In diuinis omnia sunt vnum præter ingenerationem generationem, & spirationem. Quare etsi essentialia per dictam identitatem adinuicem prædicari possent: non tamen personę vel proprietates personales. Et sic saltem illud dictum per exceptionem verificari deberet vt essentialia dicerentur prædicari adinuicem per identitatem: non autem personalia.

S Sed nec sic possunt dici prædicari absoluta prędicatione adinuicem etiam essentialia. licet enim hęc sit vera, bonitas in diuinis est idem magnitudini: ex hoc tamen non sequitur ꝙ bonitas est magnitudo: sicut non sequitur, pater est idem filio, ergo pater est filius: aut differētia est idem generi, ergo differentia est genus. Mihi igitur videtur ꝙ dicta identitas eorum quæ sunt in diuinis, nō sit sufficiens causa aut ratio prædicandi adinuicem aliqua quæ sunt in diuinis. Dico prædicatione absoluta absq; expositione & speciali intellectu alio q̄ termini prætēdūt. Nec tamē propter talem expositionem qualibet prædicatio in diuinis est recipienda: vt iam declarabitur. Vnde respondendum est ad dictam rationem probantem ꝙ in diuinis singula deinuicem possunt prędicari: quia sunt idem vt dictum est: & secūdum Boethium nulla propositio verior est illa in qua idem prędicatur de se: dicendo ꝙ verum est inquantum est idem & prædicando & explicando identitatē in recto: & id cui subiectum est idem in obiecto: dicendo pater est idem filio: & sic de cęteris: vel sic, magnitudo est bonitas: & id qđ est magnitudo est id qđ est bonitas. Sed ex hoc nō sequitur ꝙ pdicatione absoluta vnum illorum per seipsum possit prædicari de altero: vt patet in genere & differētia, & animali & rationali. Eo enī ꝙ animal tanq̄ genus significat de homine, qđ est: rationale vero tanq̄ differentia contrahens & determinans genus, quo est: licet homo est qđ animal: animal tamē tanq̄ materiale in significato hominis non est hoc. s. homo: nisi quo vt formali. s. rationali: & est homo

T compositus ex genere & differētia: sicut ex eo qđ est & quo est ipse homo. Et ideo nequaq̄ potest animal prædicari de rationali: quia vt dicit philosophus, vnus homo esset plura animalia: & hoc per hunc modum: quia cum differētia prædicatur de specie: puta de homine rationale: vt quo est aliqđ secundū prædicta: si genus puta animal pdicaret de rationali: aial includeret in significato rationis: & sic hō ex eo ꝙ rōnale esset animal. Differētia aūt est extra rōnē generis: & sic hō eēt aial pter hoc ꝙ est rōnale: esset ergo aial pter rōnale: & cum hoc esset etiam animal ex eo ꝙ est rationale, & sic necessario vnus homo esset plura animalia. Patet etiā in proposito in patre & filio. Eo

enim ꝙ relatiue opponuntur : & sic non sunt idem,sed diuersa, immo potius distincta , nequaꝗ
vnum illorum prædicari possit de alio:& per idem nec vna proprietatum relatiuarum de altera
dicendo paternitas est filiatio. quia sunt quo personæ referuntur & distinguūtur abinuicem. Et
secundum hoc concedenda est prima ratio ad primam partem inducta:super quā tamē reuerte-
mur.¶Ad maiorem autem declarationem dictorum:ne omnino videamur reprobare prædica-
tionem per identitatem:est aduertendum ꝙ secundū superius determinata de relationibus com V
munibus:duplex est modus identitatis. Vnus quo aliquid dicitur idem sibi : qui est ratione to-
talitatis eorum quæ sunt eadem, & ideo in nullo modo debet esse eorum differentia aliqua . Sic
enim nihil dicitur idem alicui per hoc ꝙ aliqua substantia vna est amborum. Vnde tali identita-
te est quidlibet sibi pręciso idem in diuinis vt pater patri,paternitas paternitati,bonitas bonitati,
& cætera huiusmodi:siue sumantur ambo in abstracto:siue ambo in concreto. Et est talis pędica-
tio per idētitatem,qua scilicet pędicatur siue dicitur hoc scilicet subiectum,esse idem quod hoc
scilicet pędicatum,& hoc in recto. Alius autem est modus identitatis quo aliquid dicitur idem
alteri:qui est ratione partialitatis vel quasi: seu alicuius qđ est aliquid vtriusꝙ eorum quæ sunt
eadem:& ideo non potest esse nisi differentium:quorum vtrunꝙ habet aliquid sibi proprium &
aliquid commune cum altero.& tali identitate sibi inuicem eadem sunt quæcunꝙ sunt in diui-
nis. Et sic de tali prædicatione per identitatem bene procedit prima obiectio ad secundam par-
tem:& secundum eam pater est idem filio:& paternitas filiationi:& deitas bonitati:& sic de cæ-
teris.Et tali pędicatione per identitatem pędicatur siue dicitur hoc,scilicet subiectum, non esse
idem qđ hoc,scilicet pędicatum:& hoc in recto:sed solum dicitur in obliquo ꝙ est idem huic.Ex
tali autem prædicatione per identitatem non sequitur prædicatio absoluta de quo est : dicendo
hoc est hoc,prout iam declarauimus:& hoc quia talis pędicatio sicut confunderet personas:di
cendo pater est filius & econuerso,sic confunderet proprietates:dicendo paternitas est filiatio &
econuerso,confunderet etiam attributa & omnia essentialia:dicendo bonitas est veritas & econ-
uerso.Quod quia non est ponendū in diuinis:ideo talis pędicatio per identitatem omnino negā
da est in diuinis vt procedit prima obiectio ad primam partem,& bene,quæ secundum hoc cōce
ditur.Secundum hoc etiā bene procedit secunda ratio ad eandem partem etiam cōcedenda,quæ
exprimit causam quare non est concedēda:scilicet ꝑpter ꝑpria quib⁹ q̄dā in diuinis distinguunť
abinuicē vt attributa suis rationibus,& propria suis proprietatibus,& proprietates seipsis. super
illas tamen rationes iam reuertemur.¶Circa secundum propositorum est aduertendum ꝙ in di X
uinis essentialibus sunt aliqua rationibus diuersis distincta:quarū vna includit aliam:& talia be-
ne pędicantur inuicem & omnino proprie & per se:si illud cuius ratio tanꝗ cōmunior includi-
tur in ratione alterius,de illo pędicať in cuius rōne sua ratio includiť:puta in ratione deitatis in
cluditur ratio entitatis:& ideo benedicitur deitas est entitas,& omnino proprie & per se,& ecō-
uerso entitas est deitas: sed non ita proprie: quia quodāmodo per accidens:scđm ꝙ per accidens
de magis communi diciť pędicari minus commune vt homo de animali dicendo animal est hō.
Sic etiā entitas pędicatur de quolibet diuino attributo:dicendo bonitas,veritas,& sic de cæteris
est entitas.sed nō ita proprie dicitur econuerso:entitas est bonitas aut veritas.Et per hūc etiam
modum attributum cuius ratio est cōmunior pędicať ꝑprie de alio in cuius ratiōe sua ratio in
cludiť: sicut cū dicitur intellectus est vita,aut voluntas est vita:& econuerso:vita est intellectus
aut voluntas : sed minus proprie. ¶Quę vero sunt in diuinis distincta rationibus quarum vna
non includit aliam,illa tali modo inuicē non possunt pędicari:dicēdo bonitas est veritas,aut ecō Y
uerso:& hoc loquēdo de pędicatiōe abstracti de abstracto . Per hūc etiā modum non dicitur dei
tas est bonitas:veritas,aut aliqd cæteroꝝ.Deus enī siue deitatis nomē imponiť essentię non sub ra
tione essentię vt est aliquid simpliciter:sed potius sub ratione substantię,vt videlicet nata est sub-
iici dignitatibus attributalibus:modo quodā quo in creaturis aliquid subiiciť accidentibus:quod
tamē nō est proprie subiici siue subsistere in diuinis.propter qđ non est oīno simile.dicente Aug.
vii.de tri.ca.v.Omnis res ad seipsam subsistit:quanto magis deus?si tamen dignū est:vt deus di-
catur subsistere . De iis enim rebus recte intelligitur in quibus subiectis sunt ea quæ in aliquo
subiecto esse dicūtur:sicut color aut forma in corpore.Corpus enī subsistit,& ideo substantia est,
illa vero in subsistente aut in subiecto corpore,quę non substantię sunt sed in substantia: & ideo
si esse desinat vel ille color,vel illa forma, non adimit corpori esse : quia non hoc est ei esse,quod
illam vel illam formam coloremve retinere.Res ergo mutabiles non simplices dicuntur substan-
tiæ.Deus autem non subsistit vt substantia proprie dici possit:& esse in eo ꝑprie aliquid tanꝗ in

subiecto:& non sit simpliciter cui hoc sit esse,quod est illi quicquid aliud de illo dicitur:sicut magnus omnipotens bonus:& si quid de eo non incongrue dicitur.Nefas est em̃ dicere vt subsistat & substet deus bonitati suæ : atq; illa bonitas non substantia sit vel potius essentia, neq; ipse deus sit bonitas:sed bonitas sit in illo sic tanq̃ in subiecto. Vnde manifestum est deum abusiue substantiam vocari:vt nomine vsitatiore intelligatur essentia,q; vere sic proprie dicitur : ita vt fortasse solum deum dici oportet essentiam. Est enim vere solus quia incommutabilis est,idq; suum nomen famulo suo Moysi enarrauit cū ait.Ego sum qui sum:& dices ad eos, qui est misit me ad vos.Reuera deus nō vere substantia dicitur:vt sub vera rōne substantię hoc nomen deus impositum sit in diuinis essentię sub ratione substantię:& hoc quia illa quæ ei insunt, non vere insunt vt accidentia.Aliquē tamen habent modum essendi in:vt dispositiones quędam:quæ quasi accidentia diuina sunt:& quasi quantitates aut quasi actiones, & cætera huiusmodi.dicente eodem libro decimoquinto.Si immortalis dicimus,ęternus,incommutabilis,viuus,sapiens,potens,speciosus,iustus,bonus,beatus,spiritus,horum omnium nouissimum qđ posui quasi tantummodo videtur significare substantiam:cętera vero huius substantię qualitates.Et sumit ibi qualitates pro dispositionibus.Aeternus etiam potius quãtitatem q̃ qualitatem quæ distinguitur contra quan-

Z titatem,nominat.Sic ergo hoc nomen deus imponitur a ratione substantię distincta contra rationes attributorum:quemadmodum ratio verę substantiæ in creaturis distinguitur contra rationes verorũ accidentium. Et sic ratio dei siue deitatis qua imponitur nomen eius essentię sub ratione substantiæ,ex opposito distinguitur contra rationes attributorum,nec ratio attributi includit rationem deitatis:nec econuerso:sed ambæ includunt in se rationem essentiæ siue entitatis.Et propter dignitatem istarum rationum diuinarũ q̃ est ratio essentię vel entitatis & esse siue qui est,est nomen dignius q̃ hoc nomen deus:licet quo ad translationē huius nominis esse a creaturis ad diuina,dignius nomen est deus:eo q; non est translatum, secundum superius determinata de diuinis nominibus.Licet etiam hoc nomen deus sit simpliciter dignius nomen q̃ aliquod attributorum:eo q; singulum illorum imponitur a ratione pertinente ad singulam dignitatem simpliciter:nomen autem dei imponitur a ratione substantię vt est subiectum omnium illorum quæ pertinent ad dignitatem simpliciter:& hoc sub ratione excellentię & pręminentię.Vt enim dicit Augustinus primo de doctrina Christiana,omnes latinæ linguæ scios cum aures eorum tetigerit:mouet ad cogitandum excellentissimam quandam immortalemq; naturam. non q; immortalitas,impassibilitas,& cætera quæ ad dignitatem simpliciter pertinent,significentur hoc nomine deus vel simpliciter,vel sub ratione excellentiæ:sed q; significat essentiam sub ratione substantię,non vt subiectum est eorum,vel eorum in se simpliciter receptiuum, sed vt est subiectum & illorum susceptibile sub ratione excellentię siue præminentiæ.Quod intelligo per hoc quod di-

A xi supra de diuinis nominibus,q; significat quasi summam diuinorum attributorum . ¶Loquendo autem de prædicatione concreti de concreto eorum quæ in diuinis distincta sunt rationibus: quarum vna non includit aliam:singula essentialium in diuinis bene prędicantur de singulis,dicendo deus est bonus,& econuerso:magnus est bonus,& econuerso:sed aliter & aliter.& hoc quia ęque proprie in illis quorum vnum non includit rationem alterius:nec est per se:& primum subiectum illius vt in attributis.Sicut enim quasi per accidens dicitur bonus est magnus:sic econuerso quasi per accidens dicitur magnus est bonus: quia non nisi quia eidem conuenit esse bonum vt magnum quasi subiecto,vt diuinę substantię in deo:licet quodammodo illa magis sit quasi per accidens,bonus est magnus:q̃ illa,magnus est bonus:eo q; qualitas in diuinis inest quodammodo illis mediante quantitate:sicut & in creaturis.vt habitum est supra loquendo de relationibus communibus.Sed in illis quorum vnum includit rationem alterius,magis proprie prædicatur illud cuius communior est ratio de altero q̃ subiiciatur . Vnde hæc est magis propria , bonus est ens:q̃ conuersa,ens est bonus:sicut ista magis est propria homo est animal, q̃ ista,animal est homo.Et similiter ista,deus est ens,magis est propria q̃ ista ,ens est deus.Ens enim inquantum dicitur ab essentia,non habet rationem subiecti:sed solũmodo rationem communis.In illis vero quorum neutrũ in sua ratione includit rationem alterius:sed vnum est alterius quasi subiectum,magis proprie subiicitur illud qđ habet rōnem subiecti. Hæc enim est magis ꝓpria:deus est bonus: quia deus a ratione substantiæ imponitur:quæ habet rationem subiecti: & bonus a ratione qualitatis,quæ habet rationem inhęrentis subiecto:q̃ illa,bonus est deus:sicut ista magis est propria: homo est albus: q̃ illa,albus siue album est homo : quia vna est secundum se:altera vero secun-

dum accidēs. Sic ergo per prædicationem se habēt inter se essentialia diuersa comparata inter se. ¶Sed est aduertendum q in primo modo, quo scilicet vnum includit rationem alterius, & est pdicatio omnino propria, quando cōmunius cuius ratio includitur in ratione alterius prędicatur, est duplex modus prędicandi. Vnus scilicet de quo est per identitatem: modo quo pars & totum sunt idem secundum primum modum prędictum identitatis: & exponitur superius in relationibus communibus de toto & parte. Alter vero de quo est per informationem specialem: quia prędicatum denominando subiectum est quo ipsum aliquid est substantialiter. & ideo ad prędicationem concreti de concreto sequitur prędicatio abstracti de abstracto in talibus: & hoc propter prędicationem per identitatem: quia tales propositiones sunt per se. Si enim in diuinis deus vel bonus est ens: deitas & similiter bonitas est entitas siue essentia: sicut in creaturis: vt si homo est animal: humanitas est animalitas. In aliis vero duobus modis quo neutrius ratio includit rationē alterius, siue vnum habeat per se rationem subiecti respectu alterius siue non, est modus prædicādi nō de subiecto per identitatē primo modo dictā secundū prędicta, sed solūmodo de quo est per informationem quasi accidentalem: quia sic prædicatum denominando subiectum est quo ipsum est aliquid quasi accidentaliter: & ideo ad prędicationem concreti de cōcreto non sequitur prædicatio abstracti de abstracto. Licet enim in diuinis deus sit bonus, vel magnum sit bonum, non tamen deitas aut magnitudo est bonitas: sicut licet homo sit albus: nō tamē sequitur q humanitas sit albedo: quia abstractum non habet rationem informantis. ¶Comparando autem idem essentiale ad seipsum, si fiat comparatio secundum rationem subiiciendi & prędicandi vtrobiq in abstractione, aut vtrobiq in concretione, semper vera est prędicatio per identitatem primo modo dictā & propria: dicendo deitas est deitas: deus est deus: bonitas est bonitas: bon9 est bonus, & sic de cæteris. Si vero fiat comparatio subiecto existente concreto & prędicato abstracto aut econtra: neutro modo puto prędicationem esse suscipiendam absolute: dicendo deus est deitas, aut econuerso deitas est deus, bonum est bonitas, aut econuerso bonitas est bonum: sicut nec aliqua istarum est recipienda, homo est humanitas, humanitas est homo, album est albedo, albedo est album. Vnde illam pręcipue non puto esse recipiendam absolute, deitas est deus, bonitas est bona: sicut nec illā humanitas est homo, albedo est album: quia in talibus prædicationibus de prędicato concreto: prędicatum postq̄ prędicatur cōcrete, & denominat subiectum, & est absolutum seipso, debet esse aliquid, & subiectum debet esse aliquid etiam illo qđ prędicatur de subiecto. Vt enim dictum est in pręcedenti quęstione in secūdo notando, cum aliquid dicitur esse deus: hoc refertur ad substantiam qua aliquid est, vt deus cum dicitur magnus, hoc refertur ad quantitatem qua aliquid est vt magnus: cum dicitur iustus, hoc refertur ad qualitatem qua aliquid est vt iustus. Si ergo hæc esset absolute recipienda deitas est deus: debet concedi hæc, scilicet q deitas in substantia deitate sit aliquid. Si enim deitas dicatur esse deus: aut ly deus prædicatur de deitate per identitatem primo modo dictam prędicatione qđ est: aut per informationem prędicatione quo aliquid est. Si primo modo, argueretur ergo sic. si deitas & deus sunt idem omnino: & deus deitate est deus: ergo & deitas deitate est deitas: quia eidem inquātum idem semper natum est incidere idem. consequēs falsum est: nō eñ deitas deitate est deitas, vt in pcedenti qstione in tertio notādo. Si secundo modo, hoc est impossibile: quia forma non recipit informationem: sed tantum suppositum cuius est aliquid id quo informatur, aut substātiale vt homo animalitate vel rationalitate: aut accidentale vt homo albedine. Q2 si hęc nō est recipienda deitas est deus, nec hęc, deus est deitas, quia nō plus potest prædicari per primū modū identitatis abstractum de concreto: q̄ econuerso: & per informationem non prædicatur forma absoluta nisi vt qua subiectum habet aliquid esse: & hoc nō est nisi per concretionē. & eisdē rationibus nec aliqđ aliorum essentiale prędicatur de seipso concretum de abstracto aut econuerso. Et qđ amplius est, cōcreta nata sunt magis prędicari q̄ abstracta, vt in articulo pręcedente quęstione quarta. Quare si non est recipienda prędicatio concreti de abstracto in isto membro, multo minus est recipienda prędicatio abstracti de concreto in membro pręcedenti. Et sic econtrario est de nominatione diuina & prędicatione: quia nominatio magis cōgruit diuinis in abstracto: prædicatio autem econuerso in concreto. Secundum hunc ergo modum se habent essentialia diuina per prædicationem inter se vnum de altero vel singulum de seipso, siue in concretione siue in abstractione. ¶Circa tertium propositorum est aduertēdum q in diuinis personalibus econtra iam dicto de essentialibus oia sic sunt diuersis rationibus distincta q nullū illorū includit alterū: & sic nullū illo♃ q̄ psonalia sunt in diuinis, potest prędicari de altero, mō quo essentiale cōius pdicaƭ de minus cōi cōcludente sub sua rōne rōnē illius, & hoc qa oia

B C D E F

personalia se habent quodammodo per relatiuam oppositionem adinuicem:non sic aūt essentialia quia ipsa & eorum rationes sunt absoluta:licet ex respectibus quibusdam considerentur secundū superius determinata:& hoc siue loquamur de prædicatione in abstractione siue in concretione. Sed cū vt dictum est personalium quędam sint personæ quę referuntur:quædam sint proprietates quibus referuntur,& de prędicationibus personarū inuicem,& de prędicationibus proprietatum inuicem:& de prædicationibus proprietatum de personis & econuerso,aduertendū est. ¶De
G personis igitur sciendum ꝙ nullo modo vna de altera prædicari potest quocunꝙ nomine significetur:siue nomine imposito a proprietate solum:sicut est hoc nomen pater:siue nomine continēte in se essentiam & proprietatem:puta hoc nomē parens secundum prædicta:& similiter hoc nomen proles pro nomine filii:quia nec in concretione nec in abstractione possent deinuicem prædicari:dicendo pater est filius:aut ecōuerso:vel paternitas est prolitas nec econuerso. Est eñi incōueniens maximum in prædicationibus omnibus quę possent formari in diuinis,personam prędicari de persona propter oppositionem relatiuam. Si enim aliquis est pater:est pater filii. In diuinis autem nō potest esse nisi vnicus filius,secundū supra determinata. Sequeretur ergo si pater esset filius ꝙ esset filius suiipsius:& seipsum generaret:qđ est summum inconueniens:aut essent pater & filius solo nomine:qualem trinitatem posuit Sabellius confundendo personas: non ponendo ꝓprietates naturæ respondere nominibus. Contra quæ dicit Hilarius libro secūdo capit.ii. Homines mente peruersi omnia confundunt. Afferunt doctrinas nouas,& hūana cōmenta,vt Sabellius extendat patrem in filium,idꝙ nominibus potius confitendum putet q̄ rebus.& capit.tertio. Veritatem rerum per naturæ nomina eludit:nos naturas nominum proferamus:non frustentur naturæ proprietatibus nomina:sed intra naturę significationem nominibus coarctentur. Propter diuersas igitur proprietates naturæ in personis existentes & in nominibus personarum significatis
H nomine personæ, nequaq̄ deinuicē possunt prędicari nec in concretione nec in abstractione. ¶De proprietatibus etiam quibus personę distinguuntur,idem sentiendū:ꝙ propter relationes oppositas quas reportant:licet non ipsę:sed personæ per ipsas inuicem referantur:inuicem nec in abstractione,nec in cōcretione prędicari possunt. Nō est enim paternitas filiatio,nec ecōuerso:nec generare generari, nec spirare spirari, nec generatio continens actiuam & passiuam est spiratio continēs similiter actiuā & passiuā.sed minor est coꝝ:sicut & min⁹ distat innascibilitas a gñari q̄ gñare a generari:sed non tanta est propinquitas ꝙ alterum de altero prædicari posset. ¶De personis
I & proprietatibus comparatis inter se per prędicationem:hoc sentiendum:ꝙ proprietas quæcunꝙ de persona sua prędicari potest in concretione:sicut & differentia de specie in creaturis: modo tamen quo relatio secundum exposita in precedenti quęstione,prędicari potest: & econuerso. Magis tamen propria est prędicatio proprietatis de persona:eo ꝙ prædicatum ratiōe subiecti habet rationem formæ;& proprietas formalis est in persona secundum prædicta. In abstractione autem vno ipsorum existente vel ambobus,non video quomodo prędicari possit(Prędicatiōe dico absoluta absꝙ expositione)vnum de altero:& multo minus q̄ ꝙ deitas in abstractione possit prædicari de deo existente in concretione aut econuerso. Quia persona aliquid pręter proprietatem continet;scilicet essentiam:deitas autem nihil aliud continet q̄ deus:& solummodo in modo significādi differunt. Vnde nec isto modo video quō persona vel proprietas possit prædicatione absoluta prædicari de seipsa differente prędicato a subiecto secundū rationē abstracti & concreti. Proprietatem autem vnius personæ de alia prędicari prędicatione absoluta quocunꝙ modo:adhuc multo remotius esset a veritate. ¶Sequitur quartum principale superius propositum:videlicet de pręК dicatione mutua adinuicem essentialium & personaliū. Et quia essentialia per ipsam essentiā sunt in personis,quin omnia prędicentur prædicatione simpliciter absoluta de personis in concretione ambobus existentibus & econuerso:dubium non est. Sed magis proprie prędicātur essentialia de personis q̄ econuerso:quia omnia quę sunt in diuinis se habent respectu personę vt personalia formalia quibus personę habent esse aliquid vel ad aliquid secūdum prędicta. De prędicatione autē eorum in abstractione,persona existente in cōcretione:vt pater est deitas vel bonitas vel cęterorū aliquid,breuiter non video quomodo prædicatione absoluta vnum illorum de altero possit prędicari:aut quomodo prædicatione absoluta possit vniuersaliter concretum in diuinis prędicari de abstracto,non video:quod tamen multi concedunt propter indifferentiam naturæ & suppositi: ne forte in hoc negando posset latere periculum. Quia in talibus secundum Hierony. ex verbis inordinate prolatis oritur hæresis. Potius etiam mihi videtur esse concedenda hęc.pater est deitas,q̄ illa,bonitas est deitas : quia in persona includitur essentia sub ratione substantiæ & subiecti

attributalium proprietatum: non ſic autem in attributo: ſed eſſentia ſub alia ratione & diſpoſitione cadit in ſignificatione attributorum q̃ in ſignificatione ſubſtantiæ, ſecundum prædicta. Sumendo tamē nomen perſonę in abſtractione vt in ſuo ſignificato includit eſſentiam cum ꝓprietate: & proprietas & eſſentia de perſona in abſtractione prędicanť: ſicut animalitas & rationalitas de humanitate, prout tactum eſt ſupra. Eſſentialia autem prędicari prędicatione abſoluta de proprietatibus altero vel ambobus exiſtente in abſtractione non video. Aut etiam ꝙ eſſentiale poſſit prędicari de proprietate ambobus etiam exiſtētibus in concretione: vt ꝙ paternitas ſit deus aut deitas, niſi forte ratiõe realitatis: quā proprietas tanq̃ relatio cōtrahit a ſuo fundamēto. Aliter em̄ relatio nec ſecundum ſe eſt aliquid, nec ipſa ſuppoſitum habet eſſe aliquid, ſed tantū ad aliquid, ſed econuerſo proprietas bene poteſt prędicari de eſſentia, ſupponente tamen pro perſona: cū etiā perſona poſſit prędicari de eſſentiali: dicendo deus eſt pater, bonus, magnus, & cętera huiuſmodi: q̃uis conuerſę magis ſint propriæ: quia omnia eſſentialia ſe habent vt formę reſpectu perſonarum, ſecundum prędicta.

¶ Tranſcurrendo igitur argumenta: Dico ꝙ primum concedendum, eſt probās ꝙ non ſingula prędicātur de ſingulis, propter confuſionem quę contingeret tam in perſonis q̃ in proprietatibus, q̃ in eſſentialibus, ſi prædicatione abſoluta de qđ eſt: qua dicitur hoc eſt hoc: quæ eſt de eſſe: qđlibet eorum quæ ſunt in diuinis prędicaretur de quolibet affirmatiue & vere: ſecundum ꝙ intelligitur quæſtio. Quia talis prædicatio non intelligitur pręciſe verificari ex parte rei ſignificatę vt eſt ſimpliciter in ſubiecto & prędicato ſignificato: ſed etiam ex parte modi ſignificandi: videlicet vt eſt ſignificata in ſubiecto & prędicato ſub modo tali & tali: quia non ſolum ab eo qđ res eſt ſimpliciter, dicitur oratio vera: ſed ab eo ꝙ ſic eſt: id eſt ſicut per orationem exprimitur. Propter qđ licet in omnibus diuinis prædicationibus res eadem ſingularis ſit in ſubiecto & in prædicato: non tamen ex hoc eſt vera prędicatio abſoluta de hoc eſſe hoc, niſi eodem modo exprimatur per ſermonem in prædicato & in ſubiecto. Vnde ſi in ſubiecto ſignificatur ſub ratione quantitatis, & in prædicato ſub ratione qualitatis vel econuerſo, vel vniuerſaliter diuerſimode: ſecundum quencūq; modum ſignificandi: & etiam ſolum differunt ſecundum rationem abſtracti & concreti: nō ideo poteſt dici vera, & propria prędicatiõe abſoluta ꝙ hoc eſt hoc. Licet em̄ res q̃ eſt ſignificata in ſubiecto, ſit ſignificata in p̄dicato: vt tñ eſt ſignificata in ſubiecto, non ſic eſt ſignificata in prædicato. Quia igitur res ſubiecta in hoc nomine magnitudo non eſt magnitudo vt eſt res ſimpliciter: ſed ſolum vt eſt ſub tali ratione: neq; res ſignificata hoc nomine bonitas eſt bonitas, niſi vt eſt ſignificata ſub tali modo: modus autē vnus non eſt alter: ſiue ratio vna non eſt altera, & non prædicatur tali propoſitione res de re ſimpliciter: ſed res quę eſt bonitas, & vt illa res quæ ſecundū ſe eſt & ſimpliciter res q̃ eſt bonitas de re quę eſt magnitudo: & vt eſt magnitudo: Idcirco dico ꝙ non video quomodo hæc poteſt eſſe vera prædicatione abſoluta de eſſe: magnitudo eſt bonitas. Ita ꝙ ſi talium aliqua concedi poſſit: hoc non eſt prædicatione abſoluta: ſed ſolummodo per expoſitionem dicendo magnitudo eſt bonitas, id eſt ea res quæ eſt magnitudo eſt ipſa bonitas. Res enim eadem ſingularis in diuinis ſub vna ratione eſt magnitudo: & ſub alia bonitas, & ſub vna eſt deitas, & ſub alia paternitas: & ſub alia filiatio: & ſub alia pater: & ſic de cæteris: niſi ſic ſint diuerſę rationes ꝙ vna includit aliam, ſicut ratio viuere rationem eſſe: & ratio eius quod eſt intelligere, rationem eius quod eſt viuere, & in illo rationem eius quod eſt eſſe. Propter quod talia abinuicem poſſunt prædicari prædicatione de quod eſt: ſiue de hoc eſſe hoc ſecundum prædicta. Sic ergo dico illam, magnitudo eſt bonitas, eſſe recipiendam per dictam expoſitionem: ſic & ſingulas alias quę inueniuntur in ſcripturis ſanctis & ſanctorum: de quibus Magiſter tractat primo libro ſententiarum pro magna parte cōcedendo eas eſſe veras: cuiuſmodi ſunt illę in quibus non eſt periculum aut occaſio errandi: qualis eſt illa quā ponit Augu. vi. de trinita. vt iam habitum eſt, dicēs. Nefas eſt dicere vt deus ſubſiſtat & ſubſit bonitati ſuę: atq; illa nō ſubſtantia ſit aut potius eſſentia: neq; ipſe deus ſit bonitas: ſed bonitas in illo ſit tanq̃ in ſubiecto. Ecce vult ꝙ nefas ſit ꝙ deus non ſit bonitas: hæc eſt ergo vera & recipienda, deus eſt bonitas. Et dico ꝙ verum eſt per expoſitionem talem, id eſt ea res quæ eſt deus ipſa eſt bonitas. Non enim deus ſub ratione qua eſt deus eſt bonitas: vt dictum eſt. Et ꝙ Auguſti. intelligat dictum ſuum non ſimpliciter: ſed ſolummodo ſecundum dictam expoſitionem, manifeſtat litera circunſtans præcedens & ſequens. Bene enim verum eſt ꝙ nefas eſt dicere ꝙ deus ipſe nō ſit bonitas: vt nefas ſit ꝙ hęc negatiua intelligatur eſſe vera: eo ſcilicet ꝙ bonitas ſit in illo tanq̃ in ſubiecto: & ipſe de9 ſubſit bonitati ſuę: ſic ꝙ illa intelligať non eſſe ſubſtantia: ſed potius eſſentia dei. Si em̄ ſic eſſet in illo

L Ad pri. ptiū

M

N

tunc nec secundum dictam expositionē posset vere dici ꝙ deus est sua bonitas. Nō eñ plus verū esset dicere ꝙ esset sua bonitas,q̄ verū est dicere ꝙ corpus est suus color:qđ re vera non est id qđ suus color, nec id qđ est corpus est id qđ est color. Sic ergo vult ꝙ illa sit vera deus est sua bonitas:quia scilicet ipsa est sua substātia siue sua essentia,quę est esse id qđ est.Et signāter postq̄ dixit Aug.Atq; illa nō substātia sit:statim addidit quasi corrigendo se: Vel potius essentia:quia in hoc secundum iam dicta magna est differentia : quia deitas diuinā essentiā significat sub ratione substantię,quę est alia ratio a ratione quantitatis qualitatis aut relationis:& non est inclusa in rationibus illorum.Essentia aūt significat diuinā naturā sub ratione q̄ cōmuniter in aliis rationib⁹ includitur.Propter qđ licet esset nefas dicere prędicatione absoluta & absq; expositiōe ꝙ deus subsit bonitati suę,atq; illa non sit essentia:quia si non esset essentia dei sub ratione essentię,non esset id qđ est deus,sicut color non est id qđ est corpus:quia non est essentia corporis:Non tamen esset nefas dicere prędicatione absoluta & absq; expositione ꝙ deus subsit bonitati suę,atq; illa non est substantia:vt sub esse large ista possit esse vera si prędicatio intelligatur esse absoluta absq; expositione, bonitas nō est substantia dei:quia alia est ratio bonitatis:alia substantię: nec vna inclusa est in alia,licet illa non possit esse vera,bonitas non est essentia dei:quia ratio essentię includitur in ratione bonitatis & omniū quę sunt in diuinis.Ista enim,bonitas non est essentia,falsa est absq; expositione:sicut & sua contraria est absolute vera absq; omni expositione.Illa autem, bonitas non est substantia:est vera absoluta prędicatione:sicut & sua contraria falsa est prædicatione absoluta.Et

O cum dicta expositione illa est falsa: & sua contraria est vera. Vnde & propositiones verę per talē expositionem,licet non sint verę absoluta prędicatione,simpliciter secundum cōmunē vsum sunt cōcedendę:quando in illis concedendis nō solum non est aliquod periculum vel occasio erroris: sed ex illis concessis euitatur occasio erroris qui accideret si negarentur: videlicet quo posset credi ꝙ prædicatum remoueretur a subiecto,quia non est essentia eius idipsum re cū ipso: puta si diceretur bonitas non est deitas aut veritas aut aliquid taliū,sicut contingit in creaturis.& sic credi posset ꝙ nec verificari posset per expositionem:quod falsum est. Et propositiōes tales veras per talem expositionem cōsuetum est apud doctores veras esse per identitatem.Et bene verum est ꝙ verę sunt per identitatem,sed non absolute,sicut illę sunt verę in quibus idē prędicatur de seipso, vt Deus est deus,deitas est deitas:sed solūmodo per expositionē,sicut dictū est . & sic illæ in quibus prædicatur idem de se sunt veræ primo modo identitatis,illæ autem exponendę non nisi secundo modo identitatis.

P Et loquendo de tali modo veritatis concedo simpliciter & absolute ꝙ omnes tales propositiones in diuinis ex quibus non accidit periculum seu occasio erroris : sed potius euitatur:secundum dictum modum,verę sunt & concedendę:non tamē concedendo ꝙ verę & concedendę sint simpliciter & absq; expositione aut aliter q̄ per identitatem:qua scilicet vna & eadem res singularis est subiecti & prędicati: qua prædicatum & subiectum habendo in se illam eandem rem sub diuersis rationibus sunt idem penes secundum modum identitatis:sicut cū prędicatur aliquid de seipso secundum eandem rem & secundum rationem eandem. Vt cū dicitur deitas est deitas,prędicatū & subiectum sunt idem secūdum primum modum identitatis.Oīes autem propositiones illę diuinarum prędicationum in quibus periculosum esset & erroris occasio ipsas concedere esse veras absoluta prędicatione: etsi verificari possent per expositionem dicto modo,simpliciter sunt negandę,vt sunt illę in quibus persona affirmatur de persona, vt pater est filius.Licet enim verificari posset per expositionē,scilicet quia pater est id qđ est filius:& id qđ pater est filius est,sicut neganda est, id qđ est bonitas. & id qđ est magnitudo,est id qđ est bonitas: ꝓpter tamē periculum erroris & occasionem quæ daretur in illam concedendo,ideo sicut absoluta prędicatione est falsa sic est simpliciter neganda: & non propter verificationē per expositionem est concedenda:cum tamen ista,magnitudo est bonitas,licet absoluta prædicatione sit falsa,nō tamen simpliciter est neganda: sed quia per expositionem verificari potest,simpliciter est concedenda propter occasionem vitandi erroris quæ ex hoc datur vt dictum est.Hoc igitur modo ponen

Q do huiusmodi propositiones veras esse & concedendas, respondendum est ad tria media inducta

Ad primū medium. in principio corporis solutionis.¶Ad primum igitur qđ dicit:si propositiōes aliquę dicerētur verę per identitatem:sic possent dici verę per ęqualitatem:quia sicut in diuinis est idētitas inter subiectum & prędicatum semper:sic & ęqualitas: Dico ꝙ non dicitur dictæ propositiones veræ per identitatem qua prædicatum est idem subiecto secundo modo identitatis prout procedit obiectio: sed propter identitatē primo modo identitatis,qua vna & eadē est res singularis in ꝑdicato

R & subiecto,q̄ est eadē sibi nō ęqualis.licet ad hāc identitatē qua res ꝑdicati & subiecti est eadē sibi

Ad secundū sequat̄ alia qua ꝑdicatū est idē subiecto & econuerso.¶Ad scđm de genere & differentia:Dico ꝙ

non est similе: eo q licet idem significent & genus & differentia, significant tamen diuersa intentione, quę compositionem quandam faciũt in specie: quæ diuersitas illam prędicationem impedit sic q nec per expositionem debet recipi. In diuinis autem essentialia significant idem re solis rationibus diuersum: quę non tantũ repugnant, quantum diuersę intentiones: propter qđ istę propter verificationem ipsarum per expositionem simpliciter concedendę sunt, licet non illę. ¶ Per idẽ patet ad tertium de personis: dicendo q illarum prędicatio (vt dictũ est) non est recipiẽda per expositionem propter diuersitatẽ relationum oppositarum: quę tantũ distinguũt personas quantũ genus & differentiã dictę intentiones: pręter hoc q intentionũ diuersitas ponit in re compositionẽ: non autem diuersitas relationum. Et sic re vera non est vniuersaliter verum q per identitatẽ rei eiusdẽ singularis pdicati & subiecti ppositio põt dici vera & per expositionẽ verificãda, sed hoc solummodo verũ est quando per taliũ propositionũ cõcessionẽ non datur occasio errandi: sed poti⁹ errorem vitandi. Et ideo dico sicut dixi supra, q in diuinis non valet hęc forma argumentandi: pdicatum est idem subiecto in eo q est eadẽ res singularis vtrobiq: ergo concedenda est tanq̃ vera. Hoc enim verum est in omnib⁹ prędicationibus inter terminos diuinos, q prędicatum est idẽ subiecto in eo q eadem est res singularis vtrobiq. ergo & in hac, pater est filius: sicut in hac, pater est deus aut magnitudo est bonitas. Iterum illa pater est filius & sibi consimiles non sunt concedẽdę tanq̃ verę etiam per expositionem: cum tamẽ sint plures aliæ illo modo concedendæ. ¶ Ad secundum principale ad quęstionem: q quęcunq sunt in diuinis inter se differunt formalibus rationibus: ergo abinuicem prędicari non possunt: Dico q verum est pdicatione absoluta de qđ est, qua dicitur hoc est hoc: in abstractione vtroq vel altero existẽte: licet possint aliqua & aliqua non possint prædicari sic abinuicem per expositionem secundũ modum iam expositum. Prędicatione tamẽ non de qđ est, & de esse qua hoc dicitur esse hoc simpliciter & omnino: sed pdicatiõe de quo est & de inesse: qua hoc scilicet dicitur inesse per quandam informationem vel quasi in subiecto qđ ex hoc illo est aliquid vel ad aliquid secundum perpositũ modum: bene possunt concreta prędicari de cõcretis: & hoc singula de singulis, illis dũtaxat exceptis in quibus occurrit relatiua oppositio siue per contrarietatem, vt in personis & in relatiuis proprietatibus personatũ: quibus inter se ex opposito referuntur: siue per disparationem vt in spiratione actiua ad generare & generari. Propter qđ hęc nec in cõcretione deinuicem possunt prædicari: cętera autem omnino, puta essentialia, in concretione deinuicem & de personis prędicari possunt: non autem de proprietatibus personarum vt supponunt pro eo qđ significant: quia prędicata essentialia secũdum se sunt aliquid: & subiecta sua de quibus prędicantur cõcretiue ipsis habent esse aliquid. Proprietates autem personarum eo q relationes, inquãtum sunt relationes purę, nec secũdum se sunt aliquid, vt habitum est supra: nec aliquo possunt esse aliquid: sed solummodo sunt ad aliquid. Vnde rationẽ subiecti informati aliquo substantiali habere non possunt: nisi ratione suppositi quando supponunt non pro significato, sed pro supposito: aut forte realitatis contractę: & tunc solum essentialia de illis pdicari possunt in cõcretione: & econuerso psonalia de essentialib⁹ similiter in cõcretione. ¶ Ad tertium probans q essentialia non possunt prędicari de personalibus in abstractione acceptis essentialibus: Dico q verum est nisi secundum iam expositum modum in solutione primi argumenti, scilicet per expositionem, siue personalia accipiantur in abstractione siue in concretione. ¶ Et qđ arguitur etiam contra hoc q tunc personale subiectum secundum se esset aliquid, q prędicatum secundũ se aliquid est, puta deitas vel bonitas: Dico q verum est q subiectũ personale secũdum se est aliquid quãdo prædicatur essentiale de personali qđ persona est: quia persona est aliquid secũdum se rõne essentiæ quã in suo significato includit: & per hoc est id qđ est prædicatum. Sed dico q non est verum quando essentiale prædicatur de personali qđ est proprietas supponens pro significato: quia ipsa proprietas pro significato supponens non est aliquid secundum se: & propter hoc non est id qđ est, id qđ est pdicatũ. Et sic bene verum est q nec per identitatem siue per expositionem, potest in abstracto prędicari essentiale de personali, siue abstracto, siue concreto: quia prędicato existente in abstracto non est prædicatio de quod est per identitatẽ aut primo aut secundo modo identitatis: nisi forte considerando relationem quã importat pprietas ratione realitatis contractę a suo fundamẽto, quę in diuinis non potest esse alia a realitate fundamẽti: etsi forte in creaturis esset alia res ipsa characterizatio a fundamento in relatione q̃ sit res fundamenti. Rõne autem illius realitatis contractę in relatione bene prædicaretur essentiale de proprietate existente & in abstractione per expositionem & prędicatione de esse primo modo identitatis, & in concretiõe p informationẽ pdicatiõe de inesse. Sed essentiale pdicat̃ de psonali qđ est pprietas supponẽs: p quã etiã bene verũ est q subiectũ qđ est proprietas ratione psonę p qua sup-

S Ad tertium
T Ad secundũ prin.
V Ad tertium
X

ponit,est aliquid:quia ipsa persona secundum se est aliquid:& propter hoc ratione personæ est id quod prędicatur. Et sic etiam bene verum est ꝙ per identitatem & expositionem potest essentiale existens in abstracto prædicari de personali,& existens in concreto per informationem:sed vtrobi ꝙ personali in subiecto non nisi existente concreto:quia personale quod est proprietas,non potest supponere pro personali qđ est persona,nisi proprietate existente in concreto. Et ꝙ assumit ꝙ nec subiectũ est aliquid quando subiectũ est persona:quia pater est persona : sed in eo ꝙ pater est non est aliquid,sed ad aliquid: Dico ꝙ pater licet nomen eius secundũ prędicta imponatur a proprietate si sit nomẽ personę,sicut parens,in eo ꝙ pater,est aliquid secundũ se, & non est aliquid secundum se:quia inquantum in suo significato includit essentiam est aliquid:inquantum vero in suo significato includit proprietatem non est aliquid. Sed homo inquantum homo est aliquid dupliciter:& inquantũ includit in suo significato aial:& inquantũ includit rationale in eodem. Si vero pater sit nomen proprietatis,tunc reuera non est aliquid nisi ex contracta realitate: nec potest de patre prędicari essentiale in abstracto,secundũ ꝙ iam dictũ est. ¶ Ad quartũ,qđ est ad idẽ:si quęlibet personarum est deitas,cũ illa nõ sit nisi vna numero:& illę essent idẽ numero,quare & inter se, Dico ꝙ quęlibet personarum est eadem deitati modo quo totum vel quasi totũ est idem cũ eo qđ est pars siue aliquid sui,seu quasi alqđ sui:nõ autẽ modo quo aliqua secũdũ totalitatem sunt eadem alicui secũdũ totalitatem illius. Nũc autem illa maxima. Quęcũꝗ vni & eidem sunt eadẽ inter se sunt eadẽ:non intelligitur nisi de illis quę sunt eadem secundũ vtriusꝗ totalitatẽ. Vnde in creaturis partes quę sunt eędẽ toti nõ ratione suę totalitatis,nõ oportet ꝙ sint eędem inter se. Propter qđ non sequitur:si pſonę diuersę sunt idem in deitate,quę eadem numero prędicatur de singulis in abstractione per identitatem primo modo identitatis quæ est inter quanlibet partẽ & totum:ꝙ sint eędem inter se. De differentia autem identitatis totius ad totum & partis ad totũ, habitum est satis supra in de relationibus cõmunibus. ¶ Ad quintum,probans ꝙ personalia non possunt prędicari de in concretione acceptis essentialibus:quia cum essentiale concretum sit quale quid & cõmune plurib⁹, ergo & persona subiecta esset quale quid & cõmune,qđ falsum est:qa persona in diuinis non est nisi iste aliquis: Dico ꝙ verum esset si prędicaretur essentiale concretũ de persona prędicatione absoluta de qđ est,dicente hoc est hoc. Sed nõ est ita secundũ pdicta:immo non sic prædicatur nisi prędicatione de quo est,dicente hoc inesse huic. Tali enim prędicatione esset in argumento fallacia accidentis:sicut si per inhęrentiam diceretur Petrus est homo:homo est quale siue species aut vniuersale:ergo Petrus est quale quid siue species aut vniuersale. Et hoc licet in diuinis cõmune non sit cõmune per vniuersalitatem,qđ non inest supposito singulari nisi per suã determinationẽ vt animal in homine:sed sit cõmune per cõmunionẽ,qđ inest cuilibet supposito singulari absꝗ sua determinatione. In creaturis enim commune vniuersale non descendit in singulare nisi per determinationem suam : sed aliter genus in speciem, & aliter species in indiuidua:quia genus non descendit vt animal in hoc animal qđ est homo:nisi aliquo formaliter determinante animal:quo etiam homo potest esse aliquid sicut animal:puta rationali. Et ideo non sunt ambo simul in homine nisi per compositionem ex quod est & quo est:sicut ex genere & differentia. Homo autem est iste homo puta Petrus,non aliquo determinãte formaliter hominẽ quo Petrus habet esse aliquid,sed aliquo agente & producente humanitatem,quæ de se vniuersale est & aliquid per essentiam solum in existentia. Et ideo non est in Petro cõpositio ex indeterminante & determinante sicut est in homine:sed si est aliqua superaddita in indiuiduo super compositionem illam quę est in specie, illa est ex essentia quę est humanitas , comprehendens animalitatem & rationalitatem in se significata nomine hominis:& modo subsistendi in se & secundũ se quę est compositio ex essentia & ratione,rõne suppositi. Sed neutro modo essentia deitatis descendit in personas. Deus enim significans rem singularem a qua imponitur nomẽ, & supponẽs indefinite ꝑ pluribus suppositis: vt hic est deus:puta pater:nõ aliquo determinãte formaliter deũ vel deitatem vt sit hic deus:& quo habet esse aliquid hic deus pręter deitatem: sicut rationale determinat animal vt sit hoc animal qđ est homo:& quo homo habet esse aliquid pręter animalitatẽ: nec etiam aliquo determinante effectiue:vt deus similiter sit hic deus quomodo producẽs hominem in esse existentię determinat eum vt sit hic homo:& hoc quia in diuinis nõ est ratio vniuersalis:nec deus est nomen suppositi cõmunis cõmunitate vniuersalis in significando aliquid vnũ cõmune vniuersalitate ad patrem filium & spiritũ sanctũ:sicut significat homo ad Petrum Paulum & Andream. Sed deus est nomen cõmune cõmunitate cõmunicabilis in significando aliquid vnum singulare qđ est cõmuniter in patre filio & spiritu sancto:sed in supponendo est nomẽ cõmune ad patrem & filium & spiritum sanctũ:sicut homo ad Petrum Paulum & Ioannẽ. Et nihil

Y Ad quartũ.

Z Ad quintũ.

A

tū est aliud cōmune ad diuina supposita in significādo nisi nomen secundæ intentionis:vt est hoc nomen persona:sicut ad Petrum Paulum & Ioannem commune est hoc nomen indiuiduum, prout superius determinauimus. Et licet in diuinis ꝙ deus sit iste deus non est per aliquam determinationem deitatis:est tamen per aliquem modum essendi & habendi singularem deitatem:nō absolutum,qualis est in creaturis:sed respectiuum: qui licet nō determinet essentiam,determinat tamē essentiam & modum habendi ipsam essentiam in persona. Et sic essentiale siue sit essentia siue deitas siue attributum vt magnitudo vel bonitas:licet sit propter suam communitatem quale quid: aliter tamen hoc est in diuinis q̄ in creaturis:& aliter dicit quale quid ad personas essentia, q̄ deus & deus q̄ aliquod attributum:secundum ꝙ quantum est ex ratione significati, magis proprie diuinæ personę dicuntur essentia q̄ deus, quod est nomē substantiæ:& magis proprie deus q̄ magnus bonus aut aliquid huiusmodi:quæ sunt nomina quasi dispositionum substantiæ. ¶Q; arguitur sexto specialiter de proprietatibus, ꝙ essentiale non prædicatur de illis:quia si proprietas esset aliquod essentialium siue in abstracto siue in concreto, cum essentialia omnia sint absoluta, ergo & ꝓprietas esset absolutū, qd falsum est, Dico ꝙ hic plane est fallacia accidentis ex variatione medii:sicut ibi. Si Petrus est homo:homo autem est species:ergo Petrus est species. ¶Per idem & eodē modo respondendum ad septimum ꝙ nullum personale potest prædicari de essentiali:quia cum omē personale sit relatiuum, ergo & essentiale esset relatiuum:Dicendo ꝙ in forma argumenti est fallacia accidentis sicut & in præcedenti, nisi personale sit proprietas:& prædicetur in abstractione absq; realitate contracta. Tūc enim cum in abstracto non posset supponere pro supposito, mediū non potest variari vt in maiori stet pro eo quod est aliquid, & in minori pro eo quod est ad aliquid: sed vtrunq; stat solum pro eo quod est ad aliqd. Et esset maior propositio falsa sic arguendo:deitas est paternitas:paternitas est relatio:ergo deitas est relatio. Reuera si paternitas non diceret nisi respectum ad alium, dicēdo deitas est paternitas, dicit ꝙ deitas est relatio: qd falsum est:qa proprietas in abstractione absq; ratione realitatis contractę nullo modo de essentiali prædicari potest : sed ratione realitatis potest de essentiali prædicari in abstractione per identitatem : & in concretione tam ratione contractę realitatis per identitatem, q̄ supponendo pro supposito per inhęrentiam, vt iam dictum est supra in solutione secundi argumenti. Quomodo autem potest & quomodo non potest essentiale prædicari de personali, pro magna parte iam dictum est declarando quomodo econuerso ꝑsonale potest prædicari de essentiali:præcipue aūt in solutione secundi argumenti. ¶Ad octauum ꝙ specialiter persona non potest prædicari de essentiali:quia prædicatio habet rationem formę:& persona non est formale respectu essentialis sed ecōuerso: Dico ꝙ hoc non arguit personam non posse prædicari de essentiali:sed solummodo ꝙ non est propria illa prędicatio sicut conuersa essentialis de persona:immo illa est accidentalis respectu istius, vt tactum est supra. ¶Per idem patet ad nonum, dicendo ꝙ licet quantum est de proprietate prædicationis magis commune potius habet prædicari de minus communi q̄ econuerso:quasi tamen per accidens & minus ꝓprie bene potest esse prædicatio conuersa. ¶Ad decimum respondendum est sicut iam responsum est ad sextum & septimum. ¶Ad vndecimum probans ꝙ nec essentiale potest prædicari de persona nec econuerso:quia vnum eorum est distinctum & alterum non: & affirmatio & negatio non simul in eodem concurrunt:dico ꝙ verum est secundum rem:quia affirmatio & negatio in eodē secundum idem esse non possunt:nec in essendo, ꝙ scilicet secūdum idem ambo sint in eodem: nec in prædicando, ꝙ.s. ambo secundum idem prædicentur de eodem: aut ꝙ prædicatum prædicetur secundum rationem affirmationis : & subiectum subiiciatur secundum rationem negationis, aut econuerso. Sed ꝙ id quod est sub ratione negationis, prędicetur de eo quod est sub ratione affirmationis, non vt est sub ratione affirmationis:sed potius vt est sub ratione negationis:aut econuerso id quod est sub ratione affirmationis prædicetur de eo quod est sub ratione negationis, non vt est sub ratione negationis:sed potius vt est sub ratione affirmationis:nullum est inconueniens. Et sic distinctum quod est persona prædicatur de essentiali quod est indistinctum, non ratione qua persona est distincta : sed ratione qua est indistincta . Est enim distincta solummodo ratione proprietatis, & non prædicatur nisi ratione essentiæ . Et similiter econuerso essentiale non prædicatur de persona nisi ratione qua est indistincta, scilicet ratione essentiæ quæ est ipsa: ratione cuius nullam habet distinctionem. ¶Duodecimum quod est speciale de diuinis actionibus, ꝙ non prædicantur de essentiali quia non sunt actiones nisi personarum : concedo secundum ꝙ de hoc habitum est supra in quæstione de diuinis actionibus. Vnde & licet proprietates personales prædicari possent concretiue de essentialibus inquantum supponunt pro supposito : sicut rationale pro

B Ad sextū.

C Ad.vii.

D Ad.viii.

E Ad.ix.

F Ad.x.

G Ad.xi.

H Ad.xii.

homine:aut ratione realitatis contractę a fundamento:nec repugnaret modus significandi nominaliter & adiectiue:vt ratione paternitatis aut filiationis significantis concretiue tm̄ propter modum significandi verbaliter siue actiue siue passiue:nullo modo prædicari possunt de essentiali: quia non egreditur actio nisi a supposito:sicut nec terminatur:sed essentiale est solummodo ratio eliciendi illam.prout in dicta quęstione plus est explicatum. Vnde ista prædicatio personalis de essentiali per expositionem & per quācūq; identitatem recipienda non est:licet forte possit recipi expositione contraria iam dicta:sic dicendo,essentia generat:quia ille qui est essentia dicto modo,scilicet pater,generat.

I Ad.xiii. ¶Ad decimumtertium ꝙ personalia aut personæ non possunt prædicari abinuicem:qa aut sūt disparata aut contraria:Dicēdū est secūdū superius dicta.

k Ad.xiiii. ¶Ad decimūquartū ꝙ essentialia non possunt abinuicem prædicari:quia pertinent ad voluntatem & intellectum,qui non prædicantur abinuicem:Dico ꝙ omnia essentialia deinuicem prædicantur maxime in concretione nisi aliquid speciale obuiet qđ absurditatem inducat:vt ꝙ intelligens est volens,bonum ē verum: bene concedendum:& ꝙ per expositionem intellectus est voluntas:& ꝙ bonitas est veritas. Absurditas autem talis præcipue contingit quando essentiale significatur per modum actus:qui sibi determinat non solum rationem suppositi in elicitiuo & terminatiuo alterius:sed etiam rationem in illo quo elicitur vt actus intelligendi intellectum & volendi voluntatem. Propter quod licet re in deo idem sint intellectus & voluntas:ista tamen non recipitur ꝙ deus voluntate intelligat:nec illa, deus intellectu vult.

L Ad.xv. ¶Ad decimumquintum ꝙ idem essentiale non potest prædicari de seipso concreto in abstracto:nec econuerso:quia si deitas est deus:& deus generat:ergo deitas generat:& econuerso si deus est deitas: Deitas autē nō generat:ergo deus non generat:Dicendum ꝙ in vtroq; ꝓcessu est fallacia accidentis ex variatione medii. In primo enim deus ratione eius quod est ꝑdicatur de deitate:sed ratione qua est suppositum,de ipso prædicatur generare: & ideo propter medii variationem non oportet extrema coniungi dicendo deus non generat.Et similiter in secundo deitas ratione ei⁹ qđ est prædicatur de deo:& eo ꝙ nō habet rationem suppositi,ab eo remouet generare,& sic vt prius propter variationem medii non oportet extrema coniungi.

M Ad pri. in opposi. ¶Ad primum in contrarium ꝙ singula in diuinis possunt prædicari de diuinis: quia sunt vnum & idem re singulari:& idem vere de seipso prædicatur:Dico ꝙ licet eadem sit res omnium diuinorum pro quanto aliquid sunt etiam relationum siquid sunt præter modum q est ad aliud esse:tamē sub diuersis rationibus in diuersis diuinorum nominibus significatur. Propter quas licet ratione illius rei præcise singula de singulis possent prædicari:tamen propter illas diuersas rationes nullum illorum potest de alio prædicari prædicatione absoluta,dicēdo hoc est hoc totaliter secundum primum modum identitatis:sed solummodo per expositionem & idētitatem ꝑtinens secundum modum identitatis:quo diuersa eadem sunt secūdū aliqđ qđ cōmune est ambobus. sed hoc non semper,vt iam supra in solutione primi argumenti est expositum.

N Ad scdm. ¶Ad secundum ꝙ essentialia possunt prædicari de personis & econuerso:quia in diuinis est idem quod est & quo est: qđ est,est essentiale:quo est,est personale:ergo &c.Dico ꝙ quo est & qđ est tam in diuinis q̄ in creaturis dupliciter accipiuntur. Vno enim modo quod est appellatur subsistens siue suppositum, & quodcunq; in se & secundum se existens vt homo:& quo est appellatur forma qua existit hoc qđ est.vt humanitas est qua homo existit homo. Alio autem modo quod est & quo est non dicuntur nisi aliqua quæ sunt ipsius subsistentis & in ipso.Primo igitur modo quod est tam in diuinis q̄ in creaturis non est nisi subsistens siue suppositum:& vtrobiq; dupliciter:siue definitum & singulare,vt in creaturis Petrus Paulus:in diuinis pater filius & spiritus sanctus:siue indefinitum:& hoc differenter vtrobiq;: quia in creaturis est suppositum indefinitum significatione & suppositione simul:quia indefinitum in creaturis significat aliquid vniuersale commune pluribus suppositis singularib⁹,qđ indefinite se habet ad singularia significata in illis:& etiam indefinite supponit pro illis,vt homo significat humanitatem:quæ indefinite se habet ad humanitatem Petri & humanitatem Pauli:& supponit indefinite pro Petro & Paulo.In diuinis autem non est suppositum indefinitum significatione sed suppositione tm̄: quia suppositum indefinitum in diuinis significat idem singulare absolutum qđ significat singulum singulare suppositum. vt deus significat singularem diuinam essentiam sub ratione substantię vt eius deitatē:quā etiam & sub eadem ratione significat singulum suppositorum, puta & pater & filius & spiritus sanctus: sed supponit indefinite pro quolibet illorum quantum est de se:licet sint indiuisa illis & communia per indiuisionem essentialia omnia:& in nulla propositione in qua ꝑdicat essentiale,possit ꝓpositio verificari

pro vno suppositorum sine aliis. In creaturis autem suppositum singulare definitum & indefinitum penitus idem significant, differens solum sicut vniuersale & singulare. Sed in diuinis super illud qđ significat suppositum indefinitum, plus habet in sua significatione suppositum singulare. s. relatiuam proprietatem: quæ in diuinis non habet nisi rationem singularis nõ vniuersalis. Vnde suppositum indefinitum nec singulariter nec vniuersaliter illam significat. Vñ tres personæ diuinæ singulares. s. pater, filius, & spiritus sanctus ex parte proprietatum quibus personæ distinguūtur & plurificantur, nullam personam indefinitam habent sibi respondentem, quæ illas tres sub aliqua communi relatiua ad illas cõtineat: quẽadmodum homo cõtinet Petrum & Paulum. Vnde ad quæstionem qua quęritur de Petro & Paulo quid vel qui duo, contingit respondere per aliquid in quo realiter conueniunt. s. vniuoce, vt duo homines: vel analogice, vt duo entia. ¶ Ad quæstionem vero qua quæritur, pater & filius & spiritus sanctus quid vel qui ternarius, per nomen rei primæ intentionis impossibile est respondere: quia impossibile est illđ esse. Propter quod sancti doctores coacti respondere ad illam quæstionem, non satisfaciendo quæstioni sed quærentibus, transtulerunt a creaturis nomen secundæ intentionis indefinitum indefinite supponens pro suppositis realibus singularibus: & respondentes dixerunt: pater filius & spiritus sanctus sunt tres personæ, vt dicit Augustinus. vii. de trini. ca. iiii. Vnde multũ errat qui dicit ꝙ nomen personæ imponitur a proprietate cõmuni quæ dicit̃ ꝑsonalitas. Patet ergo de quod est isto mõ tã in diuinis q̃ in creaturis. ¶ Quo est vero respondens isti quod est, differt in parte in diuinis & in creaturis: & in parte cõuenit in illis. In diuinis enim subsistens habet duplex quo est, & quo subsistit, & quo est aliquid, vnum absolutum, & vnum relatiuum. Et quo ad primum cõuenit cum quo est in creaturis: quo ad secundum autem differt. Primo eñ modo in diuinis quo est & quo subsistens est & quo est id qđ est ipsum indefinitum, puta deus, deitas est: & eadem deitas penitus est quo est & quo subsistens est & quo est id quod est quodlibet subsistens singulare. Et secundum hunc modum etiam idem est quo in creaturis est & quo subsistens & quo est id quod est suppositum idefinitum & singulare. præterq̃ ꝙ illud quo est suppositum indefinitum est vniuersale vt humanitas, respectu illius quo est suppositũ definitum: vt hęc humanitas quę in Socrate vocatur socratitas: nec est in creaturis aliud quo suppositum subsistit. Sed secundo modo in diuinis quo est subsistit, & est ad aliquid suppositum nõ indefinitum, vt dictum est: sed definitum relatiua proprietate: vt parẽs paternitate, proles filiatione. Et de qđ est & quo ẽ secundum dictum modum non est verum qđ dicitur in argumento ꝙ qđ est essentiale, & quo est est personale: quia in creaturis vtrunq; semper est essentiale: & in diuinis vtrũq; est personale: quia vnum est persona: alterum ꝑprietas personalis. Et de tali quod est & quo est in diuinis non intelligitur illud dictum, ꝙ in diuinis idem est quod est & quo est. Non autem idem penitus est parens & paternitas: quia se habent sicut quasi totum & pars. Persona enim continet personam cum proprietate. Secundo autem modo tam in diuinis q̃ in creaturis quod est & quo est sunt aliquid subsistentis & in illo: de quibus dictum illud intelligitur. Ad cuius intellectum oportet primo aduertere quid intelligatur per quod est: & per hoc secundo vlterius quid intelligatur per quo est tam in diuinis q̃ in creaturis. Ex quibus patebit demum quomodo in deo idem est quod est & quo est: non autem in creatura. ¶ Circa primum aduertendum ꝙ id cuius est quod est, semper est aliquid quod est aut subsistit, vt deus & homo. Ipsum etiam quod est similiter est aliquid qđ alicuius est. Vnde qđ est de eo cuius est potest quæri per quid est: vtputa de deo quid est qđ deus est: aut de homine quid est qđ homo est. Et est de deo propria responsio dicendo ꝙ deus est essentia. Essentia enim est qđ deus est. i. est res quę deus est: sumendo ly est secundo adiacens, cui supponit ly deus. de quo quod est dicit Boethius ꝙ deus est id quod est. Nota ꝙ non dicit ꝙ de⁹ est quod est: sed dicit ꝙ est id qđ est. Essentia enim proprie est quod est. Deus autem est ipsa essentia quæ est quod est: & per hoc de⁹ est id quod est. Vt nõ solum de deo dicatur vere de⁹ est, prædicando ly est primo adiacens: verũ etiam de deo dicitur vere per est secundo adiacẽs: De⁹ est ipsa essentia qua est. Sed cum consimiliter quęritur de homine quid est qđ homo est, bona est responsio dicendo ꝙ homo est essentia. Essentia enim est qđ homo est, idest est res quæ est homo, prædicando ly est secundum adiacens, vt non solum de homine dicatur vere homo est, verum etiã vere dicitur homo est ipsa essentia qua est: licet alia significatione essentia dicatur de deo aliã de homine. Qua de causa ergo Boethius dicit de deo, Vnũ est, & est id quod est: qđ continuo negat de cæteris suppositis. Reliqua enim non sunt id quod sunt. Ad cuius dicti intellectum est aduertẽdũ ꝙ tripliciter potest aliquid dici esse id quod est, scilicet absolute, prærogatiue, & vere. Absolute dici potest esse id quod est omne compositum ex pluribus partibus etiam absq; aliqua prærogatiua

Margin: O Quæstio. — P — Q — R

gatiua alteri⁹ illarum super alteram. Puta domus composita ex lignis & lapidibus est id quod est.
Lapides enim sunt id quod est domus & similiter ligna:& domus est ipsi lapides,qui sunt quod est
domus:& similiter ligna.Ambo enim sunt qđ est domus:licet per se neutrum sit totũ quod do-
mus est : sed ambo simul . Et sic de quolibet subsistente ex diuersis composito : quia (sicut di-
cit Boethius) & est hoc atq; hoc,idest partes suæ coniunctæ : sed non hoc vel hoc singulariter:
S & sic qđ est vnumquodq; compositum,non in altera partium sed in vtraq; simul consistit.Præro-
gatiue dicitur esse id quod est compositum ex pluribus qđ propter pręminentiam vnius partium
eius super alteram illa quasi censetur totum quod est.Puta vt cũ est aliquis sapiens magnus bonus
& cætera talium,propter sapientiæ eminentiam dicitur:Tu quantus es,totus sapientia es:tanq̃ ni
hil nisi sapientia sit:& quasi qđ est sapientia sit.Et per hũc modũ cũ homo ex multis cõponit̃ quo-
rum vnum est intellectus,qui est præcipuum in illo,quasi totum quod est homo est intellectus:si-
quidem hic maxime homo vt dicit Philosophus.x.Eth.Sed nullo horum modorum est aliquid ve
re quod est:quia nullum hoꝝ qđ est,simplex est & solitarium:quale est quod est qđ deus est, puta
diuina essentia.Ipsa eñ simplex & solitaria est qđ est qđ deus est.dico est existẽte secundo adiacens
& deo supposito:& ipsa eadem est quo deus est:est existente primo adiacens.Deus enim ipsa essen-
tia sua ẽ:& sic ipsa in recto ẽ.Ipsa etiam in obliquo ablatiue est quo deus est. Deus enim essentia.i.p
suam essentiam est.Et per hunc modũ solus deus ẽ id quod est: reliqua non sunt id quod sunt: sed
T potius sunt ea quæ sunt.Ex quo dicto Boethii sumitur illud positum in argumento, ꝙ in diuinis
est idem qđ est & quo est:sed nusq̃ dicit illud expresse.Est autem in deo idem qđ est & quo est.scili
cet essentia. Dico quo est simpliciter,est existẽte primo adiacens:non quo est deus,est existente secũ
do adiacens.Neq; essentia inquantum est essentia simpliciter, deus est simpliciter:non autem ipsa
est deus nisi vt habet rationem substantiæ in hoc nomine deitas.Deitate autem inquantum ẽ dei-
tas est deus.Non autem deitate est:nisi inquantum deitas includit in sua ratione rationem essen-
tię.Et sic quando incidunt in vnum quod est & quo est:oportet ꝙ illud sit simplex & solitariũ i il-
lo cuius est:cuiusmodi est essentia quæ nullius alterius rationem includit:qđ cõtingit in solo deo.
V In omnibus enim aliis quod in illis est totum quod est, simplex non est:qđ vero qđ est particula-
riter,solitarium non est.Vnde in aliis a deo aliud est qđ est:aliud vero quo est:quia quod est,est ac
cipiendo primo adiacens:in vnoquoq; illorum sunt illud de proximo componentia: quæ non sunt
quo est,est accipiendo primo adiacens.Puta homo humanitate quæ continet animalitatem ratio-
nalitatem, est homo:non aũt est humanitate nec aliquo incluso in eius significato,quo perueniam⁹
ad simplicem rationem essentię,ad quã p additionem se habet ratio substantiæ.qđlibet eñ ens siue
deus siue creatura non nisi essentia ablatiue.s.est,est existẽte primo adiacens. Aliud autem est essen
tia:aliud vero humanitas,sicut id quod per additionem se habet ad essentiam. Vnde super illo se-
cundæ regulæ de hebdo.Diuersum est esse & id qđ est.dicit Commentator.In theologia diuina es
sentia quã de deo p̃dicamus cum dicimus deus est omnium creator, dicitur esse. Cum enim dici-
mus homo est vel corpus est vel huiusmodi, theologi hoc eẽ dictum intelligunt quadam extrinse
ca denominatione ab essentia sui principii.Non enim dicunt corporalitate corpus esse: sed esse ali-
quid:vt humanitate hominem esse:sed esse aliquid.Et similiter vnumquodq; subsistens ab essentia
sui principii prædicant non esse aliquid sed esse.illa vero quæ in ipso creata est substantia,non esse:
sed esse aliquid.Et ad eũdem modum quicquid operante summo principio est,eadem principali &
X increata substãtia dicitur esse:suo vero quolibet genere aliqđ esse.Nota ꝙ cũ dicit Essentia quã de
deo p̃dicamus cum dicimus deus est omnium creator,dicitur esse:per hoc intendit ꝙ esse in nul-
lo ab alio dicitur q̃ ab essentia diuina sumẽdo essentia ablatiue:sed vnũquodq; aliorum a deo ab eo
quod est siue sit essentia siue aliud,dicitur non esse sed esse aliquid,puta homo ab humanitate.quẽ
admodum etiam vt dictum est,deus a deitate non dicitur esse:sed esse aliquid,scilicet deus.Quæ q
dem denominatio qua creatura dicitur esse ab essentia dei,est alia ab illa quæ est ab essentia primi
principii vniuscuiusq; in se:quod est essentia sua propria,qđ magis declarabitur in quæstione vlti-
ma.Per hunc ergo modum in solo deo vt est indefinitum suppositum,est idem quod est & quo ẽ
& per consequens etiam in quolibet diuino supposito definito . In patre enim idem est quod est &
quo est sicut in deo simpliciter:similiter in filio & spiritu sancto : sed in quolibet istorum quoquo
Y modo aliud est quo ad aliud est,vt patet ex supradictis.Qđ ergo dicitur in argumento,quod est ĩ
diuinis est essentiale:hoc bene verũ est:sed qđ addit̃ quo est ẽ personale,falsum est.Solum eñ ẽentia
& sicut essentia in diuinis est qđ est:& quo est sub altero quicquid est in diuinis . Personale autem
vt proprietas non est nisi quo subsistẽs ad aliud est.Est ergo in deo quo est,quod est,quo aliquid est
quo ad aliquid est,& qui est.Quo est deus,essentia est.Esse enim dicitur ab essentia. Sed nõ est quo

deus aliquid est: quia ab essentia nihil dicitur esse aliquid vt sit secundo adiacens: sed esse tm̄ vt est primo adiacens est. Sed si essentia aliquid est, hoc non est nisi quod ipsa est: inquantum ipsa essentia qua de⁹ est, est etiā id qđ deus ipse est. Quo aūt est, est aliqđ super speciales rōnes, rationes sup esse & essentiā ratione illius in significato suo includentes: cuiusmodi sunt omnia alia absoluta in diuinis: quorum primum est deitas, quæ significat essentiam sub ratione substantiæ simpliciter. Deus enim deitate non est, sed deus est: nec magnitudine est: sed magnus est: & sic de cæteris. Est autem ad aliqđ proprietate relatiua. Paternitate em̄ pater & ad filium est, qui est de⁹ trinitas est: & quęcūq; singularum personarum. & sic de⁹ alio est: alio de⁹ est: & alio magnus est: alio pater est. Sic ergo solus deus est qđ est, qđ idem est cū quo est. Et in omnibus aliis differunt qđ est, vt ꝓpria eēntia cuiusq;, puta humanitas hominis: & quo est, vt essentia simpliciter. Per compositionē em̄ se habet humanitas a qua dicitur esse hoc, ad essentiam simpliciter a qua dicitur vnūquodq; esse simpliciter: & sicut solus est qđ est: sic solus ē qui est: sed aliter & aliter. Quia qđ est prædicat de ipso eēntiam sub ratione essentiæ ꝑ significato ipso deo supponente. Deus em̄ est qđ est, quia ipse sua essentia est. Qui est vero prædicat de eētia esse sub rōne esse ipso deo supponente ꝑ supposito. Dicitur em̄ deus qui est, quia ipse est esse: & quia essentia significat per modum habitus: esse vero significat per modum actus. Dignior autem & nobilior est ratio actus q̄ habitus, sicut vigilia q̄ somnus. Idcirco licet vtrūq; nomen dei sit, q.s. sit qui est, & ꝙ sit qđ est: dignior tm̄ denominationum eius est qui est q̄ qđ est. Et sic quia in argumento minor est falsa, non est mirum si cōclusio falsa sit, secūdū modū tm̄ supra expositum. ¶ Ad tertium, ꝙ essentialia prædicantur de relationib⁹ personalibus dicendo paternitas est deitas: quia ista est ꝑ se: pater est deus: Dico ꝙ verum esset si esset per se omnino de: nunc aūt non est ita: quia nō est ꝑ se nisi ꝓ eo qđ in significato patris est simul qđ est & quo est: & hoc vel quo est simpliciter vt est essentia: vel quo est aliquid. s. de⁹, vt est essentia sub ratione substantiæ: non aūt ꝓ eo qđ in illo est quo ad aliud est: ꝓ quo cōcludit̄ abstractum de abstracto, vt patet. Vnde regulę Philosophoꝝ generales in creaturis intellectu restringendę sunt in diuinis. ¶ Ad quartum ꝙ relationes personarum prædicantur de essentialibus: quia pater deitate generat, & paternitate generat: Dico ꝙ hoc vltimum falsum est: quia non paternitate generat: sed deitate, vt in patre subest deitas paternitati secūdū superi⁹ determinata circa ꝓductionem̄ ꝑsonarum. Nec est mirum si ex præmissa falsa sequit̄ conclusio falsa, exponendo tm̄ secundum prædictum modum. Vnde magister primo Sententiarum dist. xxxviii. cum in principio hāc concedat dei natura est pater, propter rei idētitatem absq; repugnantia ꝓprietatum: propter ꝓprietatum repugnantiam negat istā simpliciter, Fili⁹ est pater, in capitulo Ad naturā .i. fine sic inquiens. Si etiā dictū fuerit: cū dicis filiū esse qđ est pr̄, ꝑfecto fili⁹ pater est: respōde secūdū substātiā tibi dici: hoc esse filium quod pater est: sed non secūdum id qđ ad aliud dicit̄. ¶ Ad quintū, ꝙ personæ possunt abinuicem prædicari: qa pater genuit deum, qui est ipse: ipse aūt est pater, ergo genuit deum qui est pater: & ille est filius, ergo filius est pater, Dico ꝙ cum dicitur ex dictis August. Deus vel pater genuit deum qui est ipse: ly ipse nō refert ipsam personam nisi ratione substantiæ cōmunis: quia genuit deum qui est idem & vnus in substantia cum ipso. sic enim illa Pater est filius, per expositionem posset verificari nisi alid obstaret, vt tactum est supra. Cōcludit̄ autem ac si referret ꝑsonā ratione proprietatis. propter qđ non sequit̄ cōclusio. ¶ Ad sextum, ꝙ essentialia in concretione possunt ꝑdicari deinuicem, simpliciter est concedendū. ¶ Ad septimum ꝙ essentiale abstractum nō possit prædicari de essentiali cōcreto: Dico ꝙ verum est secundū ꝑdicta nisi per expositionē. Et qđ arguit̄ ꝙ simpliciter: quia si de⁹ est bonitas: sicut ergo deus est bonus bonitate: sic est bonus deo: Dico ꝙ verum est si illa prædicatio abstracti de concreto esset simplex & absoluta. tunc enim vt dicitur in argumento, idem iudicium esset de vno: vt quicquid ascriberetur vni & alteri. Nunc aūt quia non est nisi secundum expositionem, illud non sequit̄. Eodem modo respondendum est ad conuersum probans ꝙ deus vel deitas non sit bonus.

Z
A Ad tertiū in opposi.
B Ad q̄rtū.
C Ad q̄ntū.
D Ad sextū. Ad septimum.

Irca tertium arguitur ꝙ prædicatio vnius siue essentialis siue personalis de pluribus personis resoluenda est in pluralem & non in singularem: dicendo pater est æternus: filius est æternus: & sunt tres æterni & non vnus æternus: pater creat, filius creat, spiritus sanctus creat: & sunt vnus creans non tres creantes. Primo sic. Boethius de prędicatione essentialiū in diuinis ꝑsonis dicit sic. Hęc talia sunt qualia subiecta permiserunt. de trini. cap. v. Sed hic subiecta cum simul pluraliter supponant in propositione resolutoria, dicendo pater & filius & spūs. sanct⁹ sunt, quātū ē de se nō ꝑmittūt ꝑdicatū aliter ꝑdicari q̄ pluraliter: qa i veris ꝓpōnib⁹ de qb⁹

E Quęst. iii. Arg.

loquimur,pdicatū debet esse conforme subiecto & cōpactū,secūdū superius determinata.ergo &c.
2 ¶Scdo sic.adiectiuum in prędicato debet conformari suo substātiuo in subiecto existēte secūdū numerū:sicut secūdū casum & secūdū genus.sed essentialia pluribus sunt adiectiua voce & re,vt bonus,iustus,verus:vel vere vt spirator creator.ergo &c.

In opposi. ¶In cōtrariū est Athanasi⁹ in symbolo,q dicit.Aetern⁹ pater,ęternus filius,ęternus spiritus sanctus:& non tres ęterni sed vnus ętern⁹. Dominus pater,dn̄s filius,dn̄s spiritus sanctus:& tn̄ nō tres domini:sed vnus est dominus.

F Responsio ¶Dico q sicut ex eo q nobis scriptura in diuinis tres esse memorat cū dicit primę Ioan.iii.Tres sunt qui testimoniū dāt in cęlo,pater verbū & spūs sanctus:Dubiū videbat̃ mentibus audientiū quid tres illi essent:& vt dicit August.sparsim.vii.de trini.ca.iiii.cū quærit̃ quid tres,conferimus nos ad intuendum qddā speciale vel gn̄ale nomen quo cōtemplamur hæc tria:neq occurrit aīo quid cōmune habeant. Nam hic vbi nulla est essentię diuersitas:oportet vt speciale nomē habeāt:qd tn̄ nō inuenit̃.Et verū dicit:qa secūdū dicta iā supra,nō est in rerū natura.Sic cū non solū noīamus tres:sed eos aliqd eē exprimim⁹,dicēdo pr̄ est de⁹ psona ætern⁹:fili⁹ est de⁹ psona æternus:spiritus sanctus est deus psona æternus,vt patet ex supra determinatis:dubium grauius de illo qd cōmuniter esse dicit̃ occurrit.Cognito em̄ quid cōmune habeāt: & quō noīe cōi dicuntur deus persona æternus:aut aliqd taliū: cōferimus nos ad intuendū si vt sigillatim singulum eorum dicitur deus persona æternus,sic simul cōiūcti dicant̃ vnus deus vna persona vnus æternus: an plures. Vlterius cum manifestū sit q si ad noīs cōmunitatem aspiciamus,q æqualiter sit cōmune tribus dictis:qua ratione dicat̃ secūdū vnū illoꝶ q sunt plures:aut q tm̄ vnus:eadē rōne & de quolibet aliorum. Vt em̄ dicit Augustinus ibidē,si ppterea dicimus tres psonas quia cōmune est eis id qd est persona:alioquin nullo modo ita posset dici: cur non etiā dicimus tres deos? & tamen videmus scripturas secundū aliqua illoꝶ cōmuniū dicere q sint plures:puta plures personæ,plu-
G res intelligentes:& secundum aliqua q sunt tm̄ vnus,puta vnus deus,vnus æternus. Adhuc vlterius cū notū sit hoc non procedere ex parte noīs cōmunis: conferimus nos ad intuendū cām hui⁹ diuersitatis ex parte rerū significatarū ipsis noībus : quā scriptura sup aliquib⁹ seruat sequens rei naturam ,in aliquibus nō.Et ideo qd sup hoc scriptura testat̃ tenendū est:sup eo aūt qd non testat̃ qd ratio recta dictat sentiēdū est.Vt qa dicit,Audi Israel deus tu⁹ deus vnus est:tenendū est q pater & filius & spiritus sanctus simul sunt vnus deus:sed nihilominus rō dicti pia fide inuestiganda. Quā(vt ęstimo)insinuat nobis Augustin⁹ dicēs ibidē.Quia pater deus & filius de⁹ & spūs sanctus deus:cur non tres dii? an qm̄ propter ineffabilē coniunctionem hęc tria sunt vnus deus? Hāc coniunctionem intelligo in vna re singulari,qua oīa quæ sunt in diuinis idipsum sunt,dicente August.iii.contra Maximinū ca.x.Ipsa trinitas,vnus est deus,de qua dictū est.Nō est deus nisi vn⁹:qa tres vnius substātię sunt:& summe vnū:vbi nulla naturarū est diuersitas.Hi tres vnū sunt:ppter ineffabilem cōiūctionē deitatis qua ineffabiliter copulant̃ vnus deus est. Nomen igit̃ illud cōmune cuius significatū nullā cōiūctionē habet in illa:sed abextra est omnino:secūdū illud non oportet
H q illi tres sint vnū:sed possunt esse plures secundū rei illius plurificationem.¶Ex quo patet responsio ad illud qd q̄rit August.continuo post iam dicta subdens.Cur nō etiā vna psona? vt ita nō possimus dicere tres psonas q̄uis sigillatim queq appellemus psonam:queadmodū nō possumus dicere tres deos:q̄uis singulum quenq appellemus deum.Est enim ratio illius ex parte huius noīs de⁹ coniunctio eius qd significatū est hoc nomine deus.s.essentia sub ratione substātiæ,secundum modū determinatum in pręcedente quęstione,cum eo q est essentia simpliciter in singularis vnitatis simplicitate.Propter quā cōiūctionē ineffabilē idipm̄ est significatū hoc noīe de⁹.s.deitas,cum ipsa re quæ est essentia deitatis simpliciter.Propter qd nec deitas sicut neq essentia simpliciter aut aliquid alioꝶ in illā ineffabilē cōiūctionē incidēs tanq̄ res singularis plurificari potest: licet cōis sit p cōmunionem tribus:& tn̄ propter cōmunitatē illā quilibet illoꝶ sigillatim dicit̃ de⁹: nec tn̄ simul
I omnes plusq̄ vnus deus.Ex parte autē psonę ratio est disiunctio rei noīs significati hoc noīe psona ad rē illā singularē q̄ est res naturæ & necesse esse ex seipsa,non potēs aliter se habere.Significatum em̄ hoc nomine persona cum sit nomē intētionis non rei,vt habitum est supra,id qd significat rationis est:qd cōmune est deo & creaturę:licet ex alia cā ex parte rei nomen personę & noīs significati per ipsum attribuat̃ deo q̄ creaturę,secūdū q alia pprietate subsistit de⁹:alia sit creatura.Qd æstimo intellexisse Aug.cum dicit parum ante vltimo dictū ab ipso.Persona nomē generale est in tātū vt etiā hō possit hoc dici,cū tātū intersit inter hominē & deum.Et per hūc modū etiā quęcūq alia nomina essentialia absoluta cōmuniter de tribus prædicata sigillatim quę dicunt rem naturæ,resoluunt̃ in vnam singularem:quæ vero dicūt rem rōnis & secundæ intentionis,resoluūtur in vnam pluralem.Sed tn̄ de illis quæ ad illam ineffabilē coniunctionē ptinent,& cōmuniter dicūtur

de plurib⁹,& rē primę intētionis significant,subdistinguendū est.Quędā dicunt de illis ratione illius vnius pcise:non per rationē aliquā distinctionis illorū:nec illā aliquo modo respiciunt,vt sunt iam dicta.s.essentia,de⁹,vita,bonitas,sapiētia,& singula attributa,vt absoluto noīe penitus sunt significata:& oīa hęc & talia in singularē resoluunt, quia nil nisi id quo in illa cōuētione absolute cōsistunt nominant,nec scdm rem aliquid cōmune vniuersalitate dicunt, sed singulare tm̄.Et sic vt dicit Aug.post prędicta,ppter vnitatem trinitatis nō dicunt tres essentię,sed vna essentia. Similiter nec tres boni,sed vnus:nec tres ęterni,sed vn⁹ ętern⁹.& sic de cęteris. Tres em̄ numerū iportāt respondentē distinctioni personarū per suas pprietates:vnus autē essentiæ singularitatē:q̄ ambo includunt simul in significato patris filii & spiritus sancti:q̄ noīa sunt vnitatis substātię singularis & singularū proprietatū distinctarū ipsarū personarū,de qbus pdicant oīa talia absoluta vt denominātia illa ratione illius singularis secundū diuersas rationes,sub qbus illā in nominū suorū significatis includunt,secūdū quas etiā personę subsistentes habēt esse vnū aliquid,& propterea vni illi conformant in numero.siue illis trib⁹ ratione illius:cū qdlibet illorū sil' pdicat de substantia,& hoc siue substātiue significent,vt his noībus deus,substantia,essentia,siue adiectiue,vt his noībus bonus sapiens,ęternus,& cęteris hmōi:ita q nunq̄ resoluunt in pluralem nisi substantiuo aliquo pdicato tm̄ simpliciter & immediate expresso,dicendo pater est psona ęterna,filius est psona æterna,spiritus sanctus est persona ęterna,& tres sunt personę ęternę,sed tm̄ non nisi vnica ęternitate, nō sicut tres hoīes tribus humanitatib⁹.Et cū ly persona p alio supponit q̄ significet,supponit em̄ pro re naturę & significat rē rationis:ly æternus aūt & aliquid significat quo habet esse aliquid id de quo prædicat,& aliquid cōsignificat quo debet cōformari vt adiectiuū suo substantiuo,puta numerum:ly æternus significato suo respōdet illi pro quo nomen psonę supponit,& hoc non nisi vt ipm̄ p quo supponit qđ est pater filius & spiritus sanctus,est aliqd secundū se,non autē ad aliquid. Dico autē pro quo supponunt,& hoc immediate nō mediāte aliquo supposito reali indefinito & cōmuni ad patrē & filiū & spiritū sanctū,sicut aial supponit p Petro Paulo & Andrea mediāte supposito reali cōmuni,& indefinito.s.mediāte hoīe:quia vt dictū est supra,nullum est tale cōmune ad patrē & filium & spiritū sanctū: sed persona prima & immediata suppositione supponit p illis trib⁹ & quolibet illorū,sicut ens immediata significatione significat substātiā & accidēs : nō aūt aliquid cōmune ad illa,quia nullū est:pter hoc q ens nō ęque primo significat substantiā & accidens, licet æque imediate.Persona autē ęque primo & ęque immediate supponit p singula illarū. Dico autē non nisi vt ipsum p quo supponit est aliqd,non aūt ad aliquid:quia quęlibet triū diuinarū personarū est aliquid secundū se ratione essentię siue substātię deitatis,& est ad aliqd ratione pprietatis relatiuę. Nunc autē ly ęternus cū dicit pater est psona ęterna,filius est psona ęterna, & spiritus sanctus est persona ęterna,significato suo respōdet cuilibet illorū,vt quo habet quilibet illorū esse aliqd, & hoc inquantū quilibet illorū est aliqd secundū se ratione substātię:non autē vt est ad aliquid ratione pprietatis.Ly ętern⁹ vero suo cōsignificato respōdet significato in noīe personę, & hoc in genere numero & casu,nec refert dicere tres æterni addēdo ly tres,& absq; illo dicere ęterni:& dicere cum ly vnus,vnus ęternus:& absq; illo ętern⁹.Nec oportet distinguere cū dicit ęterni,q possit teneri adiectiue vel substantiue. In hoc em̄ nulla est differētia.Alia vero sunt noīa q̄ pertinēt ad illā ineffabilē coniunctionē in illa vnitate singulari:q̄ dicunt de diuinis psonis ratione illius vnius principaliter, respiciendo tm̄ aliquo modo ratione distinctionis psonarū vnū in suo significato inclusum: sine qua distinctione non dicerent de illis.Et sunt hęc in duplici genere,quia quędā sunt q̄ non dicunt communiter de plurib⁹ nisi in ordine cuiusq; illorum ad aliū vel ad alios:quædā vero sunt q̄ non dicūtur de plurib⁹ nisi vt cōmune vel tres simul vel duo ordinant ad aliquē actum. Primo modo pdicant cōmuniter de tribus in singulari relationes cōmunes,& fit pdicationū illarū resolutio nō nisi in plurali,dicēdo pater est idē ęqualis filiis,fili⁹ est idē ęqualis filiis,spūs sctūs est idē ęqualis filiis.& tm̄ nō sunt idē ęqualis aut filiis,sed tres iidē ęquales aut files.& hoc ppterea qa hmōi relationes scdm rationē plurificant in trib⁹,sine qua plurificatiōe nec relatiōes essent,vt habitū est superi⁹ loquēdo de relationib⁹ cōmunibus.Secūdo modo noīa de plurib⁹ pdicata sumunt ab actu vt illi sunt causa vel principiū illi⁹,& sunt in duplici genere,quia aut pdicata sunt de illis vt ipsi plures ordinant ad actū iam instantē,& vt causa in actu illi⁹,& sic ab ipso denoiant vt est egrediēs ab illis:aut vt ordinant ad ipsum simpliciter consideratū,& sic ab ipso simpliciter denoiant vt causa ei⁹ simpliciter Quę primo modo pdicant de pluribus,nō resoluunt nisi in vnam pluralē,& hoc siue actus illi sint absoluti nō trāseuntes in aliū neq; in alios,siue sint actus trāseuntes in aliud extra siue in aliū intra & non significant nisi verbaliter siue participialiter.Actus em̄ absoluti non transeūtes in aliud aut in aliū,sunt actus essentiales,& sigillatim conueniunt tribus,cuiusmodi sunt intelligere,velle:qui

K L M N

sunt actus manētes,dicēdo paterītelligit siue est itelligēs: vult siue est volens:similiter filius & spiritus sanctus:& tñ non sunt vnus volēs aut vnus intelligēs:sed tres volentes aut intelligētes.Act⁹ autē transeuntes non ad aliud extra:sed ad alium intra cōmuniter a pluribus,non possunt esse nisi psonales:qui non potest esse nisi vnus psonalis:qui sigillatim conuenit duobus tm̃:cuiusmodi ē spirare.Dicit̃ eñ pater spirat seu spirans est,& similiter filius:& tñ non est vnus spirans:sed duo spirantes.Actus vero transeuntes ad aliud extra,essentiales sunt:& sigillatim cōueniunt tribus:cuiusmodi sunt creare: dicēdo pater creat,filius creat,spiritus sanctus creat:& nō sunt vnus creans:sed tres creantes. Et in omnibus hmōi vna causa est,videlicet ꝙ talia prædicata denominant personas vt actus ab eis egrediuntur.Nūc autem ita est, ꝙ licet vnū illud singulare sit in personis ratio agēdi omnes diuinas actiones:principium tñ elicitiuum illarum non sunt nisi psonæ vt personæ sunt a quibus vt a principiis agentibus egrediuntur.Propter quod licet sit vna actio duarum vl' trium indiuisa,propter tñ significandi modum illius in secundum actum eliciendo non simul denomināt illos in singulari sed in plurali tm̃.Quæ autem secundo modo pdicantur de pluribus.s.vt ordinātur ad actum simpliciter consideratum:& vt sunt causa seu pricipium illius simpliciter:dupliciter denominantur.Vno modo ab ipso actu.Alio modo a ratione elicitiua actus.Et primo modo non significantur nisi nominaliter:sed aliter & aliter terminant̃ quando denominātur sic ab actu de futuro:& quando ab actu de psenti:aut de præterito.Quia ab actu de psenti aut de preterito denominantur nominibus terminatis in or,vt creator spirator.Ab actu autem de futuro denominant̃ nominibus terminatis in uus,vt creatiu⁹ spiratiu⁹.Et secundum ꝙ diuersimode illæ personę plures ordinantur ad actum vt simpliciter sunt causa seu principium illi⁹,secundum hoc diuersimode fit prædicationum taliū nominum sigillatim de singulis resolutio in singulari vel in plurali. Est igit̃ sciēdum ꝙ plures personæ diuinæ possunt ordinari ad aliquem actum vnum simplicem vt simpliciter sūt cā seu principiū illius & ab ipso denominant̃,dupliciter.Prio vt illę sunt vnū & singulę:nō vt sunt plures simpliciter:nec vt sunt plures vnitę.Secūdo vt sunt plures,nō vt sunt vnū aut singulę:nec vt sunt vnitę.Primo modo ordinantur plures psonæ diuinæ solum ad actus substātiales vel absolutos intra manētes: cuiusmodi sunt intelligere,vel extra ad aliud trāseuntes vt creare gubernare:& hoc siue fuerit denominatio respectu act⁹ de presenti siue de futuro,& semper fit resolutio in singulari,vt si liceat nomina fingi:dicēdo de præsenti vel præterito,pater est intellector,volitor,creator,gubernator:similiter filius & spiritus sanctus:& tamē non sunt tres intellectores,volitores,creatores,gubernatores:sed vnus intellector,volitor,creator,& gubernator:vl' de futuro: pater est intellectiuus,volitiuus,creatiuus,& gubernatiuus:& similiter filius & spiritus sanctus:& tamen non sunt tres volitiui,intellectiui,creatiui,& gubernatiui:sed vnus.Cuius ratio est ꝙ act⁹ de præsenti aut præterito a quibus tales fiunt denominationes,a pluribus personis diuinis procedunt in psenti:aut pcesserunt in pterito:vt personæ illæ plures sunt vnum per omnimodam vnitatem & idētitatē & secūdū rē & secūdū rōnē ipsarum in essentia deitatis,quę est in psonis pluribus elicitiua dictorum actuum:& quę sic est vna & eadem vt est illorū elicitiua.Propter qd̃ licet plures sunt qui agunt hmōi actiones,agunt tñ eas vt singuli: non sic ꝙ illarū aliqua agit aliquam actionem essentialē quā simul alię non agant:sed sic ꝙ si p impossibile ponatur ꝙ duę illarum aliquā dictarum actionum non agant,puta creare,non sequitur ex hoc ꝙ tertia non creat:aut ꝙ sit impossibile eam creare. Licet eñ sit impossibile simpliciter ꝙ vna diuinarum psonarum aliquod essentiale agat : quia respectu illarum indiuisa sunt opera trinitatis : tamen posito ꝙ duę non creent:ex hoc non sequitur ꝙ tertia non creet:tanq̄ incompossibile antecedēti illi ꝙ tertia creet.quasi nō possit pcedere actus essentialis qui est creare,nisi a plurib⁹ psonis simul:sicut nō pōt procedere psonalis actus qui est spirare,nisi a pluribus simul:quē idcirco spirāt pr & filius nō vt singuli:sic ꝙ aliqs illorum possit spirare sine altero:sed vt plures simul:sic vt neuter illorum possit spirare illum sine altero:immo ꝙ hoc eēt ponere(si poneret̃) nō solum impossibile secundū se:sed etiam incōpossibile ponenti.s. ꝙ dictas actiones essentiales agunt plures personæ vt singuli,& ita secundum se non agunt eas vt plures simpliciter:quia tunc non agerent eas vt singuli,neq; vt plures psonæ vnitæ: quia tunc neutra illarum ageret eas secundū se.¶Secūdo modo ordinantur plures personæ diuinę solummodo ad actū psonalē qui est spirare:& respectu cuiuscūq; temporis fuerit denominatio semper fit resolutio in plurali:dicēdo pater est spirator & spiratiuus:& similiter filius:& tñ nō est vn⁹ spirator aut spiratiuus:sed tm̃ duo spiratores & duo spiratiui.Cuius ratio est ꝙ actus a quo tales fiunt denominationes,procedit a pluribus personis vt sunt plures per pluralitatem & diuersitatē secundum rationē ipsius vis spiratiuę,q̄ est voluntas libera:& inquantum ī personis spirantib⁹ est bifurcata.Volūtas eñ quæ in diuinis non pōt eē nisi vnica:& tribus personis est communis atq;

eſſentialis,in patre & filio eſt cõmunis ratio ſpirãdi atq; notionalis.Nõ eſt autẽ ſpirãdi ratio in ipſis
vt eſt voluntas ſimpliciter,nec vt eſt pluriũ ſimpliciter:Sic eñ in ſpiritu ſancto eſſet vis ſpiratiua
eo ꝙ in ipſo eſt eadẽ volũtas q̃ ẽ in patre & filio vt ẽ volũtas ſimpliciter,& vt eſt pluriũ ſimpliciter
eo ꝙ nõ eſt in ipſo niſi a patre & filio,in quibus eſt primo ordine quodã naturę: ſed volũtas eſt ſpi
randi ratio in ipſis ſolũmodo vt ipſa eſt pluriũ bifurcata.ſ.vt eſt p amorẽ tendens a patre in filium
& ecõuerſo vt eſt per amorẽ tendens a filio in patrẽ. iuxta illud qđ dicit quędã propoſitio de maxi
mis theologię Alani.Monas monadẽ genuit.ſ.pater filiũ,& in ſe ſuum reflectit amorẽ.monas.ſ.vna
in alterã vice verſa.Propter qđ plures pſonę ſpirantes.ſ.pater & filius,non ſpirant vt vnũ & ſinguli
quẽadmodũ creant ſcđm iam dicta,ſed ſolũmodo vt plures ſimul,ita ꝙ ſi per impoſſibile ponať ꝙ
vnus illorũ non ſpiret:ſequiť ꝙ alter non ſpiret,& ꝙ ſit impoſſibile eũ ſpirare,immo ꝙ ſit ĩpoſſibile
ponere ipm ſpirare,ſuppoſito ꝙ ille nõ ſpiraret,quia nõ poteſt actus ſpirandi pcedere niſi a pluribꝰ
ſimul.Qđ vero pdicatur de pluribus pſonis diuinis vt ordinanť ad actum ſimpliciter conſideratũ R
& vt ſunt cauſa & principiũ illius,& denoĩanť a ratione elicitiua.i.ipm noĩant ſemp hoc noĩe prin-
cipii,ſub ratione autẽ principii ordinanť plures perſonę diuinę,ad quẽcũq; actum eſſentialẽ & per-
ſonalẽ:ſemp fit reſolutio in ſingulari dicendo in actibus eſſentialibus,Pater eſt principiũ intelligen-
di volendi creandi gubernãdi,& ſimiliter filius & ſpũs ſanctus, & non ſunt tria principia,ſed vnũ
ſunt principiũ. Similiter dicendo in actu perſonali pater eſt principiũ ſpirandi, filius eſt principiũ
& nõ ſunt plura principia ſpirãdi, ſed vnũ principiũ. Cuius ratio eſt diuerſa in actibus eſſentialibꝰ
& in actu eſſentiali:ꝙ in vtroq; iſto modo plures pſonę diuinę ordinanť ad actum vnũ ſingularem
ſimplicẽ vt ſimplex cauſa & principium illius ſub ratione huius noĩs principiũ: ſed in actibꝰ eſſen-
tialibus vt ſunt vnum & ſingulę, non vt ſunt plures ſimpliciter neq; vt ſunt plures vnitę ſiue per
vnionem.In actu vero perſonali qui eſt ſpirare vt ſunt vnum & non ſingulę, nec vt ſunt plures
ſimpliciter,ſed vt ſunt plures vnitę. Ad cuius intellectũ ſciẽdũ ꝙ voluntas q̃ ſub ratione reſpectꝰ S
notionalis eſt ratio ſpirandi ſiue vis ſpiratiua, & communis ſolis patri & filio, & quę vt abſoluta
eſt communis eſt tribus perſonis & eſſentialis:ſi conuerſiue accipiať vt eſt notionale,& vt eſt eſſen
tiale,ipſa ordinatur vt ratio elicitiua ad tres actus, quorum vnus eſt notionalis vt ſpirare: alii au-
tem duo ſunt eſſentiales,vnus manens intra qui eſt velle:alius trãſiens extra qui eſt creare guber-
nare.Quorũ primꝰ cõis eſt patri & filio, nec cõuenit ſpũi ſancto:alii aũt duo cõmunes ſunt tribus
perſonis,ſed differẽter voluntas eſt ratio elicitiua illius actus notionalis & iſtorũ eſſentialiũ,& di-
uerſimode duorũ actuũ eſſentialiũ a tribus perſonis diuinis,ſed vniformiter ſiue cõformiter eſt ra
tio elicitiua actus notionalis a patre & filio. Volũtas eñ reſpectu actus eſſentialis qui eſt velle, licet
ſit eadẽ in tribus ſicut eſt idẽ actus volendi ab illis & in illis per voluntatẽ vt eſt natura;quia tñ eſt
in patre ex ſeipſo,& in filio a patre,& in ſpiritu ſancto a patre & filio, licet pater velit voluntate q̃
eſt pluriũ,nõ tñ vt eſt pluriũ,ſed ſolũmodo vt eſt ſui,quia ordine quodã rationis actus eſſentiales
intelligẽdi & volẽdi vt ſunt patris primi ſunt & quaſi pręuii ad actus notionales dicendi & ſpiran
di,ita ꝙ pater volũtate vt ſua eſt vult abſq; eo ꝙ ſit alterius,quia non eſt alterius niſi filii per gene-
rationẽ,& ſpiritus ſancti per ſpirationẽ.Filius aũt cũ hoc ꝙ vult volũtate quę eſt pluriũ, ſed vt ſua
eſt,quia ipſa ſolũmodo ab eo quod eſt filii eſt ratio elicitiua ab illo actus & volendi, & hoc vt ratio
pp̃ter quã ſic, vult etiã illa vt pluriũ eſt.ſ.ſua & patris,quia niſi eſſet patris nõ eſſet ſua,eo ꝙ eã ha
bet a patre.Sed ꝙ vult voluntate illa vt eſt pluriũ,hoc ſolum eſt in ratione ſine qua non, quia non T
vellet ipſa vt ſua niſi ipſa eſſet pluriũ,quia ſine hoc non eſt ſui. Conſimiliter ſpũs ſanctus cũ hoc ꝙ
vult voluntate q̃ eſt pluriũ,etſi ſit bifurcata vt per amorẽ tendat ab vna perſona in alterã,& ecõ-
uerſo,abſq; reſpectu ad actum ſpirandi, ſed vt ſua eſt,quia ſolũmodo ex eo ꝙ eſt ſpiritus ſancti eſt
ratio elicitiua actus volendi ab illo,& hoc vt ratio propter quã ſic,etiã vult volũtate illa vt eſt plu
riũ.ſ.ſua patris & filii ſimul:quia ſi nõ eſſet patris & filii nõ eſſet ſua,eo ꝙ eam habet ab illis.Sed ꝙ
vult voluntate illa vt eſt pluriũ,hoc ſolum eſt vt ratione ſine qua non,quia nõ vellet illa vt ſua ni
ſi ipſa eſſet pluriũ,quia ſine hoc ꝙ eſt patris & filii non poſſet eſſe ſua. Voluntas etiã reſpectu actꝰ
eſſentialis qui eſt creare,licet ſit eadẽ in tribus,ſicut idem actus creandi eſt in illis, & vult illis per
voluntatẽ vt eſt libera arbitrio: quia tñ actus eſſentiales adextra pſupponunt actus notionales ad
intra:ſicut actus eſſentialis volendi & intelligẽdi ſpiritus ſancti quaſi pſupponit actũ notionalem
ſpirandi quo ſpiritus ſanctus habet eſſe,& ſicut actus volẽdi vel intelligendi filii quaſi pſupponit
actum notionalẽ generandi quo filius habet eſſe: licet quęlibet triũ diuinarum perſonarũ creet vo
luntate q̃ eſt pluriũ,ſed vt eſt ſua:quia ſolummodo ex hoc ꝙ eſt illius eſt elicitiua actus creandi,&
hoc vt ratio pp̃ter quã ſic:tñ etiam cum hoc creat voluntate vt eſt pluriũ.ſ.patris & filii & ſpiritꝰ
ſancti,quia niſi eſſet filii & ſpiritus ſancti,pater nõ poſſet creare illa,quia ordine naturę actus notio

nales sunt ꝑuii ad actus essentiales extra. & sic nisi esset filii & spirit⁹ sancti:nō esset patris ad creā dum:licet secundum prædicta esset sua ad intelligendū & volendū. Sed ꝙ pater creat voluntate il la vt est plurium:hoc solū est vt rōne sine qua non:qa sine illo vt dictū est,nō esset sua ad creandū & fortiori rōne nisi voluntas qua creat filius & spiritus sanctus esset patris,non possent creare il-
V la.Et cā iā dicta est causa propria:quia.s.filius & spiritus sanctus habēt illam a patre.Et cōsimili ra tione nisi voluntas qua creat spiritus sanctus esset filii:spiritus sanctus nō posset creare illa:qa illā etiam habet a filio sicut a patre. Volūtas autē respectu actus notionalis qui est spirare,qđ speciali- ter valet ad ꝓpositum,licet eadem sit in tribus personis vt est absoluta voluntas secundū dicta:tñ vt est ad actum spirandi est in solis patre & filio:nō aūt in spiritu sancto.Et sic pñi & filio secundū ꝙ ordinātur ad actum spirandi non cōuenit voluntas vt est libera vt sunt vnū in voluntate sim- pliciter:Sic eñ nihil minus spūs sanct⁹ ordinaretꝰ ꝑ eandē ad actū eundē:sicut per illam ordinaꝰ ad eūdē actū volēdi & creandi,ad quē pater & fili⁹ secūdū dicta:sed solummodo conuenit eis vt sunt vnum in voluntate existente sub ratione respectus notionalis,ꝑ quē ipsa volūtas habet esse vis spi-
X ratiua ad actū spirandi ordinata.Et hoc tripliciter,vel vt est rō eliciendi actū spiratiōis prima & re motissima:vel vt est ratio eliciendi ipsum mediata:vel vt est ratio eliciendi ipsum ꝓxima & imedia ta tanq̄ causa & in actu ad ꝓducendum aliquid in actu:& hoc quemadmodum in naturalib⁹,po- tentia volandi est prima in ouo remotissima:in volucri autem formata anteq̄ plumas habeat me- diata:in volucri autem iam plumata proxima & immediata:vt nihil restet vt volet nisi appetit⁹. Et quolibet istorum triū modorum voluntas est ratio cōmunis patri & filio in spirando spiritum sanctum. Voluntas aūt primo modo vt est ratio eliciendi ipsum actum spirationis remotissima,ipsa est in patre & filio simul absq̄ spiritu sancto communis ratio eliciēdi ipsum actum spirandi vt pa- ter & filius in illa sunt vnū.& hoc ab vnitate illius voluntatis,& hoc voluntatis vt habet rationē notionalis:quēadmodum ab vnitate voluntatis essentialis quæ est principium creandi,tres perso-
Y næ sunt vnū principium creandi spiritus sancti:vt supra declarauimus. Volūtas autē secundo mo do.s.vt est ratio eliciendi ipsum actum spirationis mediata,ipsa similiter est in patre & filio simul absq̄ spiritu sancto,existens ratio eliciendi ipsum actum spirandi non vt pater & filius in illa sunt vnū & singuli:sed potius vt in illa sunt plures:& hoc ab infinitatione ipsi⁹ voluntatis. Propter quā cum pater sit spirator & filius similiter : non tamen sunt vnus spirator : sed duo spiratores. Vo- luntas vero tertio modo,scilicet vt est ratio eliciendi actum spirationis proxima & immediata,ip- sa similiter in patre & filio simul absq̄ spiritu sancto est cōmunis ratio eliciendi actum spirādi:nō vt pater & filius vnū sunt in illa ab vnitate ipsius voluntatis:neq̄ vt plures sunt in seipsis: sed vt vnum sunt in illa ab vnitate vnionis illius ꝑ concursum illarum in vnum actū elicitum,prout di- uersi vna chorda trahētes nauem dicunꝰ vnū principium tractus : licet dicantur plures tractores vel plures trahentes.Per hunc ergo modū pater & filius dicuntur primo modo principium vnicū spirandi ꝓpter vnitatē volūtatis vt est in vtroq̄ sub respectu ad actū spirandi vt ratio spirandi pri ma:& siliter dicunꝰ secūdo modo plures spiratores propter vim siue rationem spiratiuam bifurca tam vt est ratio spirandi mediata:& tertio modo iterato dicunꝰ vnum principiū spirandi propter eandē consurcatam vt est ratio elicitiua act⁹ spirandi proxima.Pater eñ & fili⁹ quasi voluntate bi furcata mutuo in sese quasi exufflantes ęstum amoris sui de amore essentiali communi vtriq̄ con cutiūt quasi irrcōcursu duplicis flatus (qui tñ non est nisi vnic⁹ re)amorē intentū qui est spiritus sanctus de amore essentiali: ad modū quo duo ediuerso sufflantes in carbonem ignitū concutiunt flammam,& tūc primo quasi cōcutiūt cū flatus sui cōcurrūt:& cum volūtas bifurcata facta est cō furcata:in qua consurcatione voluntas duoꝝ facta est cōcors.Et qa non habet respectū aliquē vt ē in solo patre ad actū spirādi,sed cū simul est cōmuniter in duob⁹,patre videlicet & filio:& vt sub re spectu tali bifurcaꝰ secūdū dictū modū:& iterū consurcaꝰ:idcirco voluntas vt est vis spiratiua non est proprie a patre in filio:sed simul & ęque primo in vtroq̄. & hoc secūdū ponētes ꝙ spiritus san- ctus non potest ꝓcedere a solo patre.Secūdū Gręcos aūt ponētes ꝙ ꝓcedit a solo patre:si ponerent ꝙ posset procedere ab ipso solo,etiā si ꝑ impossibile ali⁹ non spiraret:ꝙ tamē procedat ab vtroq̄:qa pater vim spiratiuam qua solus etsi non spiraret alius, posset spirare,alteri.s.filio cōmunicat:tunc nō æque primo esset vis spiratiua in vtroq̄:sicut nec est vis volitiua respectu actus volendi essen tialis:& respectu actus creādi. Et secūdū hoc quoquo modo aliter pater & filius cōmuniter spirāt q̄ tres personæ communiter intelligunt aut creant.

Z ℭQuod arguitur ꝙ omnis prædicatio prędicta debet resolui in pluralem:quia ꝑ
Ad pri. sonæ plures simul in subiecto contentę non permittūt resolutionem in singulari:Dico ꝙ verum ē
principale quantum est de ratione pluralitatis illarū,ratione tamen vni⁹ aut virtutis illarū in spirando secūī

dum dictum modum bene singularem numerum permittunt. ¶ Ad secundū q̄ essentialia in pluribus sunt adiectiua, q̄ conformari debent numero substātiuo: cū ergo plures personę simul pluralem numerū repręsentent, ergo &c. Dico q̄ verū est quantū est ex ratione distinctionis personarū, tamen quantum est ex ratione illius vnitatis aut vnionis, secus est. Vnde in tali resolutione nō est aliqua differentia adiectiuorum a substantiuis. ¶ Argumentum in oppositum concedendum secundum prædictum modum. & Ad secūm. Ad oppo.

Irca quartū arguitur q̄ p̄dicatio pluriū personarum de vno essentiali debet resolui in aliquā singularē, dicendo deus est pater, deus est filius, & deus est sp̄us sanctus: & est vnus aliquis nō tres aliqui: Primo sic. Plures de vno p̄dicato non sunt tres aliqui, nisi quia est vna natura cōmunis vniuersalis ad illa, puta si dicat̄ bonus est Petrus, bonus est Paulus, bonus est Andreas, ergo bonus est plures aliqui puta tres hoīes: nisi quia est vna natura cōmunis ad illos tres. Ad patrē autē & filiū nulla est natura cōmunis vniuersalis, quia in diuinis nō est sumere cōmunē speciē, secundū Dam̄. ergo &c. ¶ Secundo sic. Pręaicata diuersa q̄ singulas vnitates important, ex q̄bus nullus constituit̄ numerus, in aliquā pluralem resolui nō possunt, quia quęcūq; pluralitas ponit numerū. prędicatio diuersarū personarū diuinarū de vno substātiali est diuersorū prædicatorū q̄ singulas vnitates important, ex quibus nullus cōstituit̄ numerus. dicente Boethio de Trini. cap. ii. Nulla in deo diuersitas est, nulla ex diuersitate pluralitas, atq; idcirco nec numer⁹, ergo &c. ¶ In contrariū est illud q̄ maior est diuersitas siue distinctio inter patrē & filiū inquantū sunt pater & filius q̄ inter spiratorē & spiratorē. Sed cū spirator p̄dicatur bis, non potest p̄dicatio resolui in singularem, sed tm̄ in pluralē, secundū dicta in quęstione p̄cedenti, ergo pater & filius cum p̄dicātur quodlibet eorū semel, non potest eorū prędicatio resolui in singularē, sed in pluralem. ergo &c. A Quest. iiii. Arg. i. 2 In opposi.

¶ Quęstio hęc conuersa est pręcedentis. illa em̄ est de resolutione essentialis vnius prędicati de duabus personis, hęc econuerso de p̄dicatione duarū personarū de vno essentiali. Et sicut illa supposuit ex alia quęstione p̄cedente q̄ idem essentiale possit prędicari de pluribus personis sic & ista supponit q̄ plures personæ possint p̄dicari de eodem essentiali, & hoc ex eadē quęstione. & bene, quia in illa determinatū est, q̄ in cōcretione personę indifferenter prędicantur de essentialibus & econuerso, licet magis proprię sint illę in quibus p̄dicat̄ essentiale de personis q̄ econuerso. Et re vera vtrobiq; siue in prædicato siue in subiecto sint plures personę, ex diuersis propositionib⁹ semper sequit̄ vna coniuncta de copulato prędicato aut subiecto. vt si deus est pater, deus est filius deus est spiritus sanctus: ergo deus est pater & filius & sp̄us sanctus. & econuerso, si pater est deus filius est deus, spiritus sanctus est deus, ergo pater & filius & spiritus sanctus deus sunt. Siue enim essentialiter se habeāt inuicē p̄dicata & subiectum, vel econuerso subiectū & p̄dicata, semper ex diuersis sequitur coniunctum per copulationem. puta si homo est animal, & est etiam risibilis, sequitur, ergo homo est animal & risibile. & econuerso, si animal est homo, & risibile est homo: sequitur ergo animal & risibile sunt homo. Siue etiā accidentaliter se habentibus inter se, sequitur, puta homo est albus, homo est monachus: ergo homo est albū & est monachus, & econuerso monachus est homo, albus est homo: ergo monachus & alb⁹ sunt homo. licet secundū artem secundi Peri hermenias, coniunctio sine copulatione non sequatur nisi in essentialiter se habentibus. & hoc siue diuersis modis per se, vt si homo est animal & est risibilis, sequitur, ergo est animal risibile & econuerso: siue eodem modo dicendi per se, vt si homo est substantia & est animal, sequitur ergo est substātia animal & econuerso. Sed in talibus nō sequitur coniunctū per copulationem, ergo homo est substātia & animal & econuerso. Econtra autē coniunctum sine copulatione non sequitur in accidentaliter se habentib⁹. Non em̄ sequit̄, hō est monachus, homo est albus, ergo hō est monachus albus, nec ecōuerso, monachus est homo, albus est homo, ergo monachus albus est homo. Sed aliqui errant q̄ concedebant q̄ prędicatio vnius essentialis de pluribus personis bene resolueretur in vnam singularem prædicationē de copulato subiecto, dicendo pater est deus, filius est deus, spiritus sanctus est deus, ergo pater & filius & spiritus sanctus sunt vnus deus, sed non concedebant conuersam illius deus est pater, deus est filius, deus est spiritus sanctus, ergo vnus de⁹ est pater & filius & spirit⁹ sanctus. s. q̄ vnus deus est tres personę. s. pater & filius & sp̄us sanctus. Dicēte Magistro. i. sententiarū d. iiii. Quidā veritatis aduersarii cōcedunt patrē & filiū & spiritū sanctum siue tres personas esse vnum deum, vnam substantiam, sed nolunt concedere vnum deū siue vnam substantiam esse tres personas. & hoc sicut dicit d. xxiiii. in principio, dicentes eandem essentiam non posse esse patrem & filium sine personarum confusione. Q; si ita esset, nequaq̄ prędicatio plurium personarū de eodem posset cōuerti in pluralem copulatam. Non em̄ sequitur, album est Petrus, album est Paulus, B Resolu. q̄. C D

album est Andreas:ergo album est plures homines:nisi quia sequatur,albū est Petr⁹ Paulus & Andreas,ergo album est Petrus Paulus & Andreas siue plures homines vt tres.Sed postq̄ cōcesserūt illam,pater filius & spiritus sanctus sunt vnus deus:necesse habebant concedere cōuersam:licet nō esset ita ꝓpria. Nec erit ꝑsonarum cōfusio:tū qa talis prędicatio essentialiū cū ꝑsonis nō fit nisi rōne rei absolutę significatę noīe ꝑsonę:q̄ prędicat de ꝑsona tanq̄ cōmune ꝑ cōmunionē:qđ cōe virtute in se continet oēs ꝑsonales ꝓprietates:sicut genus prædicat de specie tanq̄ cōmune vl'itate,qđ virtute in se continet omnes differentias:tū quia habet terminus substātialis supponēs ꝓdicatiōi pluriū ꝑsonarū simul ꝑsonalem suppositionē.nō dico determinatā pro aliquo supposito indeterminate accipiēdo:sed indeterminatā.s.ꝑ pluribus determinate acceptis simul: sicut cū dicit spina crescit Parisius & Romę:& tñ nō eadem sed alia & alia crescit hic & ibi. Nec variāt in aliquo siue ad singulare essentiale apponat ly vnus siue non:qa in singulari numero semp intellectus vnus secundū Prisc.Sed de ista,de⁹ est pater & filius & spūs sanctus de ꝓdicato copulato eadē q̄stio est cū q̄stione de principali proposito:vtrū.s.ꝓdicatio pluriū ꝑsonarū de vno essentiali possit resolui in vnā categoricā pluralē simplicem:sicut illa,albū ē Petrus & Paulus & Andreas,ergo est plures.Simil'r album est Petrus,album est Paulus,albū est Andreas,resoluūt in pluralē sic:ergo albū est plures seu tres hoīes:& nō in singularē sic:ergo albū est vn⁹ hō.Et reuera ista q̄stio nihil aliđ q̄rit q̄ qđ respōdēdū esset si cū dicit de⁹ est pr̄ & fili⁹ & spūs sanct⁹,q̄reret q vel qđ sūt pr̄ & fili⁹ & spūs sanct⁹:qđ q̄rebāt heretici dicentes q tres vel qđ tres. Vbi cū q̄rit q tres,vt dictū est supra,q̄rit aliqđ cōe reale ꝑ vniuersalitatē:sicut cū q̄rit de Petro Paulo & Andrea qđ sunt:& bñ respōdet tres hoīes:qa nūerum in humanitate habent.Talis aūt responsio ad talē interrogationē in diuinis esse nō potest: vt bene ꝓbat ratio secunda ex dictis ei⁹ assumpta. Quæstio eñ ꝑ qui sunt,de plurib⁹ ꝑsonis ꝓpositis: non solum quęrit aliqđ cōmune reale responderi:sed q̄rit etiā respōderi cōmune reale plurificatū: quia ly q in tali interrogatione est neutri gñis & pluralis numeri:& masculini generis singulare respondens est hoc quod est quis. Et q̄runt ambo.s.quid & qui sibi respōdens,de essentia:sed quid de essentia simpliciter quærit:& petit sibi responderi de illa singulariter. Vnde siue aliqua siue alicui⁹ sit singularis seu communis cōmunitate vniuersalis:cū q̄rit singulariter de vnico supposito,vt qđ est Petrus, bene respondetur dicendo singulariter ꝙ est homo:vel quid est pater,bene respōdet singulariter ꝙ est deus.Et si in diuinis q̄rat de plurib⁹ ꝑsonis simul ꝓpositis quid tres:similiter bene respōdet singulariter dicēdo ꝙ sunt de⁹:sicut idē respōdet cū q̄rit de singula ꝑsona qđ.Nec ē alia responsio ad quid de singulis:& de omnibus simul:& hoc qa dicēdo pater est de⁹,fili⁹ est de⁹:spūs sanctus est deus:ꝙ hoc nomen deus tertio repetit,tres vnitates repetitę in repetitione hui⁹ nominis deus:non faciunt pluralitatem numeri siue numerum pluralem:neq; ratione nominis significantis neq; ratione rei significatę:neutro enim modo sunt tres:licet ter eadem vox proponatur: & ita nec numerum simpliciter:quia non est numerus nisi sit pluralis. & hoc(sicut dicit Boethi⁹)in eo qđ ipsę sūt.i.in illo quod est qđ est singulus illoꝝ ꝑ se & tres simul. Id ipsum enim singulare qđ est,est qđ de⁹est:qđ pater est:qđ filius est:qđ spūs sanctus est:qđ trinitas.i.pater & filius & spūs sanctus simul,est:& id ipsum qđ est quo est de⁹,quo est pr̄,quo est fili⁹,quo est spūs sanct⁹,quo est trinitas:quia in ipsis vnū est qđ est & quo est:& tñ vnicū singulare & solitariū est,vt vna essentia singularis:qua(vt dicit Cōmē.Boethii) pater vel eius fili⁹ vel amboꝝ spūs & est:& vnū est: & est id qđ est:qua etiā simul & ęqualiter ipsi & sunt:& sūt vnū:& sunt id qđ sunt.Essentia nāq; illorū singularis est:& simplex est:igit & horū quilibet ꝑ se & oēs simul dicunt & esse & eē vnū & esse id qđ sunt:ita ꝙ in deo non est numerus:sed vnitas tñ. Et hoc excludēdo numerum q cōsistit in eēntia cuiuslibet cōpositi ex qđ est & quo ē,tāq̄ ex differētib⁹.Propter qđ de⁹ est simpl'r.Et sil'r excludēdo numerū q cōsistit in plurificatione essentię in pluribus:qualē posuerūt in deitate Semiarriani secūdum superius exposita:& qualis est in essentia cuiuslibet speciei creaturę.propter qđ de⁹ nō solū est simplex:sed singularis vnicus:& est dupliciter vnus.s.simplicitate & singularitate,prout determinatum est supra loquendo de vnitate.Sed de illa vnitate quæ consistit in singularitate,est sermo principaliter ad præsens:quæ excludit numerum deorum & deitatum:& hoc secūdū ꝙ dicit Boethius,aduertēdo ad res numerabiles ex quarum diuersitate solet numerus esse:quia si ipsa nō esset in rebus,nullus numerus eēt in eis:nō aūt ad voces q̄bus numerus ex diuersitate ꝓueniēs siue multitudo rerum exponitur:qđ appellat Boethius aduertere ad numerū ip̄m:qui ꝓpter trinā vocis repetitionē numerus dicit imitatione ad diuersitatē rerū numerabilium.Et est quædam distinctio talis:ꝙ.s.est quidam numerus rei,quē numeramus:& est quidā numerus imitationis,quo numeramus:eo.s.ꝙ res numero numeramus.In quo.s.numero quo numeramus,qui consistit in vocibus,sępe rerum multarum repetitio,quandoq; vnius tñ quasi diuersarum vnitatum numerum

quedã facit. Sed in eo numero quẽ nũeram⁹,q cõsistit in rebus nũerabilib⁹:nõ vnius repetitio quæ fit tanq̃ diuersarum vnitatũ numeratio:numerũ verũ facit:sed potius talẽ numerũ facit illius vnius repetitio:cuius rerum diuersa ꝓprietas,cuius semp comes est diuersitas vnitatũ, numerosam facit rerũ diuersitatẽ. nã numerus talis est ex diuersis ꝓprietatibus diuersorum multitudo atq; collectio.Et in primo modo numeri quotiẽscũq; vnũ repetit̃,non facit collectio plura aliqd,sicut facit in secũdo. Dicẽdo eñ ter p idẽ nomẽ Deus,deus,deus, non facit plures deos circa cõe p cõmunionem:sicut nec circa singulare incõicabile facit plures: dicẽdo p noia synonyma Marcus Tulli⁹ Cicero.Sed dicẽdo p idẽ nomẽ ter ꝑ supposito,homo,homo,homo, facit tres circa cõe p vl̃itatẽ.Et sic repetitio vni⁹ ſm vocẽ ter in numero quo numeram⁹ facit semp pluralitatẽ : nõ aũt semp facit pluralitatẽ in nũero quẽ numeram⁹.s.in numero rerũ.Põt eñ vnũ singulare agnosci vno vocabulo pluries repetito,vt deus,deus,deus, vl̃ plurib⁹ vocabulis:vt Marcus Tulli⁹ Cicero:ensis,mucro,gladius. in qb⁹ vnitatũ repetitio pluralitatẽ,facit in vocis materia,nõ rerum significatione.Nec refert siue eadẽ voce idẽ repetat̃,siue diuersis:& sic ſcd̃m Boet.dr̃ Deus pater,deus filius,deus spũs sctũs:atq; hęc trinitas vnus deus: velut si sol sol sol dicat̃ vnus sol: pręterq̃ in illis, q illic subiecta qbus dr̃ pater,filius,& spũs sctũs,siue trinitas,habẽt in suo significato ꝓprietates:quarũ nullã in suo significato habet p̃dicatũ qđ est deus.Hic vero subiecta qb⁹ dr̃ sol sol sol,nõ habẽt ĩ suo significato qđ nõ habet p̃dicatũ qđ est sol.Sic ergo si ĩ diuinis q̃rat̃ de plurib⁹ ꝑsonis simul ꝓpositis,Quid tres? bene respõdet̃ q sunt deus:sicut cũ idẽ q̃rit̃ de singulis . ¶Sed si q̃rat̃ in creaturis de pluribus simul ꝓpositis, puta Petrus Paulus & Andreas qd sunt,ĩ singl̃ari rñderi oĩno nõ põt:qa nõ est aliqđ vnũ singulare aut cõe qđ singl̃ariter ẽ qđ sunt.Et q̃stio p qd licet sit de essentia simplr̃:solũ tñ petit sibi respõderi singulariter.Quęstio vero p qui neutri generis & pluralis nũeri: licet sil̃r q̃rat de essentia simplr̃:tñ petit sibi respõderi de essentia pluraliter & plurificata:nõ aũt singulariter. Vñ qualiscũq; sit essentia illius de quo interrogat̃:siue singularis & solũ cõmunis cõmunitate cõmunionis:siue vl̃is & cõis cõitate vl̃is,nõ petit sibi responderi de essentia nisi pluraliter: & vt ipa est plurificata.Et qa in creaturis illã cõtingit plurificari in pluribus: ideo in illis de plurib⁹ ꝑsonis simul ꝓpositis:puta Petro Paulo & Andrea:si interroget̃ q sunt, neutraliter sumẽdo ly qui & pluraliter:bene respondet̃ pluraliter: dicendo q sunt hoĩes:sicut respondet̃ de quolibet illoꝝ p se q sit homo. Sed sicut in talibus terminata quæstione de qd est : quę q̃rit de essentia simpliciter, vt de Petro q sit homo,vt q̃sito de Petro qd ẽ : & respõsum sit q sit homo:adhuc restat q̃stio per qs est:q̃ q̃rit de ꝓprietatibus singularis personę: qua q̃rit̃ quis est Petrus:eo q plures ꝑsonas seu supposita singularia eodẽ noĩe cõtingit nũcupari: et respondẽdũ est p ꝓprietates qua vel qbus vnũquodq; indiuiduoꝝ ab alio discernit̃:puta longus vel breuis: niger vel albus,& hmõi:Sic ĩ talibus terminata q̃stione p q:neutraliter & pluraliter sumẽdo ly q, qđ q̃rit de essentia plurificata,vt de Petro Paulo & Andrea simul,q sunt hoĩes: restat adhuc q̃stio p qui masculine & pluraliter sumẽdo ly q:qđ q̃rit de ꝓprietatibus pluriũ singularũ ꝑsonarũ: dicẽdo q Petrus Paulus & Andreas? Et respondendũ est Petrus Paulus & Andreas longi vel breues,vel aliter ſcd̃m diuersitatẽ singuloꝝ.In diuinis aũt vt in ꝓposito quęstio p qui neutraliter & pluraliter:non q̃rit essentiã cõmunẽ plurificari in plurib⁹ diuinis ꝑsonis: quia nõ q̃rit vt dictũ est nisi de essentia pluraliter & plurificata:quia ad talẽ q̃stionẽ nõ cõtingit respõdere propria respõsione respõdẽre q̃stioni modo quo respõdet̃ in creaturis. Vñ in creaturis responsioni de singulis p qd, respõdet respõsio de pluribus simul p q.Sed in diuinis respõsioni de singulis p qd,nõ respondet responsio de pluribus p qui.Et in diuinis bene respõdet̃ de pluribus ad interrogationẽ factã p qd:non aũt in creaturis.Et sil̃r in diuinis terminata q̃stione quid est pater:non q̃rit̃ vlterius quis pater:ad determinandũ aliquã q̃stionẽ ĩ hoc noĩe pater respectu eoꝝ q̃ sunt in diuinis:quia nõ possunt esse plures patres in diuinis:licet ad determinãdũ q̃stionẽ respectu illoꝝ q sunt patres in creaturis , respondendũ est pater æternus,immortalis,& cętera hmõi.Nec habet locũ in diuinis q̃stio p q pluraliter siue masculine accipiat̃: & hoc respectu aliquoꝝ q̃ sunt in diuinis.Põt tñ habere locũ respectu eoꝝ q̃ eisdẽ noĩbus nominant̃ ĩ creaturis,sicut dictũ de quis pater:& tũc respõdẽdũ p aliqua cõmunia tribus attributis:vt q sunt oĩa scientes,creãtes,gubernãtes:sicut si de patre & filio q̃reret̃ qui pater & filius ! respõdẽdũ esset,Pater & filius q sunt spiratores:quia nõ cõtingit in diuinis sub eodẽ noĩe plurificari ꝑsonas.Siue neutraliter:quia nõ cõtingit in diuinis plurificari essentiã: ecõtra illi qđ cõtingit in creaturis, sicut iã dictũ est.Non miret̃ igit̃ aliqs q in naturalibus cũ tres sint Petrus Paulus & Andreas : & iuxta illoꝝ numerũ triplex sit hoĩs nũcupatio noĩe & re simul: siue actu essen

di & dicendi simul:qm̄ & Petrus est homo,& Paulus est homo,& Andreas est homo: & trina illoꝝ ꝑdicatio cū dicit̄,albū est Petrus,albū est Paulus,albū est Andreas: & hęc trina nūcupatio sub eodē noīe & eadē re in quēdā numerū pluralē cōponat̄:& nō in singularē: sc̄dm quem recte Petrus Paulus Andreas & albū tres hoīes esse dicunt̄:& nō vnus homo: nō tn̄ sic̄r q̄uis tres sint pater,filius,& spiritus sanctus:& iuxta horū numerū trina fit noīe & actu dicēdi, nō aūt re & actu dicēdi dei nūcupatio:qm̄ pater est deus,filius est deus,spūs sc̄tūs est deus:& ecōuerso trina illoꝝ ꝑdicatio cū dicit̄:Deus est pater,deus est filius,deus est spūs sc̄tūs: hęc trina nūcupatio sub eodē noīe & eadē re cōponi nō possit ī aliquē nūerū pluralē:sed ī singularē tm̄ cū deus ꝑdicat̄ de tribus: sc̄dm ꝙ recte pater,filius,& spūs sc̄tūs dicunt̄ esse vnus deus & non

L tres dii. Cū vero tres ꝑsonę prædicant̄ rōne qua aliqd sunt,recte dicit̄ de quocunq; ꝑdicat̄,ꝙ est deus vn⁹,nō plures dii.Cū vero ꝑsonę ꝑdicant̄ ratione qua sunt ad aliqd,nec illa trina nūcupatio sub eodē noīe & eadē re singulariter habet cōponi:quia nō est aliqua relatio singularis cōis ꝑ cōmunionē tribus relationibus:sicut est vna deitas singularis tribus ꝑsonis:nec etiā habet cōponi pluraliter:quia sicut deitas singularitas q̄dā est:nec habet aliq̄d cōe vl̄itate sub quo cōtineant̄ plures deitates:sic q̄libet ꝑsonalis ꝓprietas in se singularitas q̄dā est, nō habens aliquā rationē vl̄is relationis sup se sub qua contineant̄ tres relationes ꝑsonales,sicut sub hoīe cōtinent̄ Petrus,Paulus,& Andreas.Nā quia de his ter dicit̄ homo ꝓpter formarū diuersitatem q̄ de illis vno noīe dicunt̄, appellationes singulares ꝑ se factę aggregant̄ in numerū pluralē:vt qm̄ vnusquisq; a sua q̄ non est alterius humanitate dicit̄ homo: ipsi simul dicunt̄ tres hoīes.Et q̄uis ratione significationis illius qua nomē q̄d libet appellatiuū quale aliqd significare dicit̄:repetitio eiusdem rei & noīs fit:rerū tn̄ subiectarū & suppositarū eodē nomine est ꝑdicata numeralis immēsitas.Non sic aūt pater & filius & spiritus sanctus dicunt̄ deus quilibet a sua ꝓpria deitate ꝓpter deitatū diuersitatē:& sic cum ter ꝑdicat̄, repetitur idē & re significata & supposito inquātū aliqd est.Inquantū etiā ad aliqd est quilibet eoꝝ:non habēt sibi cōe quale quid in q̄d ꝑdicatio triū ꝑsonarū de vno pluraliter resoluat̄ ratione subiectoꝝ illi diuer

M sorū.Vnde multū errāt dicētes ꝙ ꝑsona est nomē rei & primę intentionis significās cōmunē proprietatē: & ꝙ propter hoc ꝑdicatio eius de pluribus resoluit̄ in pluralē:dicendo,Pater est persona,filius est ꝑsona,spiritus sanctus est ꝑsona:& nō sunt vna ꝑsona:sed tres ꝑsonę:ad modū quo Petrus,Paulus,& Andreas,sunt tres homines tribus humanitatibus,non vnus : quia non est eoꝝ vna singularis humanitas: sed vna cōmunis significata noīe hominis. Videt̄ etiā mihi multū cespitasse Magister Sentētiarū quādo posuit ꝑsonā esse nomē substātię:& solū inter substantialia ꝑdicari de pluribus simul in pluribus.Sic em̄ dicit li.i.dist.xxiii. in principio. Omnia nomina quę sc̄dm substantiā de deo dicunt̄: singulariter & nō pluraliter de oībus in summa dicunt̄ ꝑsonis. Tn̄ vnū est nomen.s. persona, q̄d sc̄dm substātiā de singulis dicit̄ personis:& pluraliter nō singulariter in summa accipit̄.Dicimus em̄ pater est ꝑsona, filius est ꝑsona,spiritus sanctus est ꝑsona.Nec tn̄ dicit̄ pater & filius & spiritus sanct⁹ sunt vna ꝑsona:sed

N tres ꝑsonæ. Et ex eadē ratione posset resolui prædicatio plurium ꝑsonarū de vno essentiali in plurali,Deus est pater,deus est filius,deus est spiritus sanctus:sed nō est vna ꝑsona,sed tres:sicut album est Petrus,albū est Paulus,albū est Andreas:& nō est vnus homo,sed tres.Sed si ꝑsona significaret sicut alia:impossibile esset regula & natura oīm excipi.Nullū em̄ nomē essentiale nisi acceptū ab actu vt in actu egreditur a supposito,de pluribus ꝑsonis simul ꝑdicatur pluraliter,vt patet ex ꝑdictis.Nec assignari potest aliqua ratio specialis de hoc nomine ꝑsona: sed rationes ibi assignatę de qb⁹ essentiales, cōmunes sunt oībus : inquātum essentialia sunt. Qꝫ aūt nititur ostendere ꝙ ꝑsona significat essentiā : superficiale est totū q̄d inducit . Cū em̄ dicit Augustin⁹.vii.de Trini.vt allegat,Non est aliud deo esse & ꝑsonā esse:sed omnino idem: Verū est non ratione significati huius nominis ꝑsona:sed solū ratione suppositi.Supponit em̄ per indifferentiā ꝑ patre & filio & ꝑsona:& de quolibet verū est dicere rōne essentię noībus illorū significatæ ꝙ non est aliud deo esse & patrē esse:sed omnino idē: quia idē est q̄d deus est & q̄d quilibet illoꝝ est,vt iam dictū est supra.Vnde q̄d primo dixit Augustin⁹ de persona,nō explicando nomē patris aut filii: vt intellectū verbi sui daret,explicando nomen patris subdit ibidem.In hac trinitate cū dicimus personā patris,non aliud dicimus q̄ substantiā patris:quocirca vt substantia patris pater ipse est:non quo pater est:sed quo est:ita etiam persona patris non aliud q̄ ipse pater est.Et per talem suppositionē,ꝑ ꝑsonā,quę est substātia & suppositū primę intentionis:non autē per significationē substātię in tribus significatę,Augustin⁹ docet esse respondendū q̄stioni hereticorū qua q̄rebant qui tres:non responsione vera ad interrogationē

nomine proprio ſignificante id qđ queritur:vt interrogationi ſatiſfaceret: ſed reſponſione ad interrogantes nomine alieno & mutuato ſignificante id quod quæritur. & hoc vt interrogantium pertinaciam compeſceret.Scđm ꝙ dicit.v.de Trinitate. Dictum eſt tres perſonę non vt illud diceretur.ſ.qđ quęrebatur:ſed ne taceretur omnino: & per hoc falſum eſſe putaretur ꝙ dicat tres eſſe,cum non poſſit aſſignare qui tres.Quę quidem quęſtio quęrit nodū in ſcirpo in deo.ſ.qđ in illo nō eſt:nec eſſe natum eſt:licet tale quid ſit in creaturis.Et expreſſius.vii.de Trinitate cap.vi.Cur inquit non hæc tria ſimul vnam perſonam dicimus ſicut & vnam eſſentiam & vnum deum:ſed tres perſonas: cum tres eſſentias non dicamus: niſi quia volumus vel vnum aliquod vocabulum ſeruire huic ſignificationi qua intelligitur trinitas, ne omnino taceretur interroganti qui tres cum tres eſſe fateremur? Quaſi dicat, niſi vellemus non omnino tacere interrogantibus aliis qui tres: non ſic diceremus in reſpondendo tali interrogationi:immo omnino taceremus:& non niteremur voce ſignificare qui tres:quia mente capi non poteſt: non tam quia mētem excedat aut excederet ſi eſſet:q̄ quia non eſt: eo ꝙ non eſt in diuinis aliquid generale vel ſpeciale ſcđm rem ad patrem & filium & ſpiritū ſanctum.Et ſic ꝓpter talem neceſſitatē reſpondēdi volumus ſaltem vnū vocabulum magis aptum ſeruire tāq̄ non proprium huic ſignificationi quā quęrūt:ſed accōmodatū:quia non ad illam:ſed ad alteram ſignificandam tranſlatum eſt a creaturis:qua quaſi ſignificatione intelligitur prout ſupponit illorum interrogatio,ſignificari trinitas.i.pater & filius & ſpiritus ſanctus. Et hoc tanq̄ aliquo ſcđm rem generali aut ſpeciali qđ ꝓprium nomē ſibi nō habet impoſitum:ad qđ inueniendū nos cōferimus cū q̄rit̄ qui tres: quo cōtemplemur tres ſimul:ſicut ſingularia omnino vnius ſpeciei nomine ipſius ſpeciei: puta Petrū,Paulū,Andreā:nomine hoc qđ eſt homo. Qđ tn̄ non inuenit̄ in diuinis,vt dicit Auguſtinus cap.iiii.Cū q̄ritur quid tres &c.vt ſupra, q̄ſtione proxima ꝓcedenti in principio.Nota ꝙ dicit,Seruire huic ſignificationi:quo ſignificat ꝙ illam non ſignificat:quā tn̄ hęretici q̄rendo qui tres,ſibi ſignificari petebant.ſ.in vno homine aliquid cōmune reale ad tres: non autē ſicut ſignificat aliq̄d cōmune illis trib⁹ hoc nomē Deus qđ nō ſignificat cōmune illis niſi ꝑ cōmunionē ſingularis:nec ſicut cōe ad illos tres ſignificat hoc nomē trinitas,qđ ſignificat id qđ ſignificat hoc nomē Deus: qđ qdē ſignificatū hoc noīe Deus,eſt ipm̄ qđ eſt qđ cōmuniter ſignificatū eſt & noīe patris & noīe filii & noīe ſpirit⁹ ſancti:qđ nomē trinitas ſignificat etiā cū iſto ꝙ eſt tres ꝓprietates vt tria quo eſt ad aliud: quoꝝ ſingulū ſignificat̄ in ſingulis triū pſonarū.ſ.in patre primū,in filio ſecūdū,in ſpiritu ſancto tertiū.Vt ꝓpterea ſicut dicit Aug.i.de Trini.& Magiſter Sētētiarū primo, diſt.xxiiii.cū dicitur Trinitas,idē ſignificari videt̄ qđ ſignificat̄ cū dr̄ tres pſonę:nec oportet apponere vni⁹ eſſentię quia in qualibet pſonę eſſentia illa vna ſignificat̄. Vt ſcđm hoc trinitatis definitio eſt ꝙ ſit deitas,paternitas,filiatio,ſpiratio: & ꝑ hūc modū nomē collectiuū cōtinēs ſignificata illoꝝ trium Pater,filius,& ſpūs ſanctus. Dico aūt nomē collectiuū quo ad ipſas:nō quo ad vnitatē eſſentię quā cōiter ſignificāt illa quatuor noīa,Pater,filius,ſpūs ſctūs,trinitas:vt vnicū qđ eſt in ſingulis:ſed quo ad ꝓprietates pſonarū,quarum q̄libet illarū triū habet ſingulam quā ſignificat vt quo eſt,& a quo nomē eo formaliter īponit̄ & voce & re.Hoc aūt nomē trinitas habet illa tria ſimul vt ſuū quo eſt qđ ſignificat̄,& a quo nomē formaliter īponit̄ & voce & re.Et ſic ratione ipſi⁹ quo eſt trinitas eſt triplex vnitas. Et ſic ab hoc noīe trinitas ſicut a numero quodā diſtinguitur ſicut vnitas quędā nomen cuiuſcūꝗ triū pſonarū.ſcđm ꝙ dicit Iſid.i.Sēt.cap.xxiii.& Magiſter.i.Sētētiarū diſt.xxiiii.i fine.Diſtinguēdū eſt inter trinitatē & vnitatē.Eſt eñ vnitas ſimplex & ſingularis.Trinitas vero multiplex & innumerabilis:quia eſt triū vnitas. Ratione aūt ipſius qđ eſt,in nullo ab illis diſtinguitur:& ꝑ illud qđ eſt,trinitas ipſa quæ eſt multiplex & numerabilis ꝓpter tria quo eſt q̄ ſunt in ipſa,ęqualis ſimplicitatis eſt cū qualibet perſonarū quę eſt ſimplex & ſingularis ꝓpter ſingula quo eſt q̄ ſunt ī ſingulis. dicente Ambroſio primo de trinitate in principio ſparſim.In hac trinitate pfecta plenitudo eſt diuinitatis. Nō eſt ergo diuiſum regnū trinitatis nec cōfuſum qđ vnū eſt:nec multiplex qđ īdifferēs diuerſitas plura facit.Vnitas excludit numeri quātitatē:quia vnitas numerus nō eſt: ſed hæc omniū ipſa principiū.Propter qđ nulloꝝ alioꝝ triū numerus trinitatē cōſtituere pōt deficiēte illa vnitate in eis.Nō eſt eñ trinitas niſi triū pſonarū q̄ ſunt vnius eſſentię:& ꝑ hoc eſt triū vnitas. Sed hęretici q̄rēdo qui tres petebāt ſibi ſignificari in vno noīe aliq̄d cōe reale ad tres & quātū ad quod ē:& quātū ad quo ē vnuſq̄ſꝗ illoꝝ:ſicut homo ſignificat cōe,& quantū ad qđ eſt:& quātū ad quo eſt, ad tres,qui ſunt Petrus Paulus & Andreas.Et ita vt cum quęritur de Petro Paulo & Andrea qui tres, reſpondetur vno nomine ſpeciali reali aliquid cōe reale ad tres pluriſica

rum & quantū ad qd̄ est & quantum ad quo est in illis: tñ respondet ꝙ sunt homines tres: sic cum q̄ritur de patre & filio & spiritu sancto qui, respondeat vno nomine speciali aut generali reali aliqd cōmune reale ad tres plurificatū & quātū ad qd̄ est & quātū ad quo est in illis. Qd̄ tñ omnino est impossibile: quia nec deitas plurificari potest: nec aliqua personalis proprietas,
S nulluq̄ illoꝝ cōmune aliquod super se habere potest. Sic ergo patet ꝙ cū ad quæstionē hęreticorum qui tres: respondebāt catholici: tres personæ: ꝙ sic pluraliter siue plurificate ly personæ nequaq̄ substantiā significare potest: cum non significet ipsam per modum actus & egredientis scđm actū: sicut significant creans spirans: neq̄ denominatur ab ipsa ratione alicuius potentię sicut denominatur spirator: in quibus omnibus scđm p̄dicta potest idem nomen de pluribus prędicari singulariter & de oībus simul pluraliter: nec etiā significat relationē ꝓprietatū in cōmuni: quia nihil habēt cōe reale. Necesse est ergo ꝙ significet relationē: sicut noīe secūdæ intētionis: vt etiam significāt in diuinis hęc nomina suppositū, relatiuū, & huiusmodi: quę cōmuniter de singulis p̄dicanť in singulari. Pater em̄ est suppositū siue relatū: similiter filius & spiritus sanctus: & sunt tria relata: non aūt vnū suppositū & vnū relatū. Et est definitiue in diuinis persona suppositū relatū: vt sit suppositum quasi genus: relatum autē quasi differentia. Et vt cōmuniter accipiantur: est suppositū vbi nō est persona nec relatū: vt in speciebus creaturarum intellectualium. Est etiā persona vbi non est relatū, vt in suppositis creaturarū intellectualium absolutis. Sed in diuinis ꝓpriū est per se esse suppositū relatum: & sic persona relatiue dicitur non ad aliud extra se: sicut dicitur pater ad filium: sed in contentis sub se: sicut relatio q̄ est genus generalissimū in creaturis in suis speciebus. Et quia in se nō dicitur ad aliquid extra se: sed solūmodo in contentis sub se: idcirco sicut persona in ratione sub se contēti nō est aliud q̄ substantia diuina: sic contentū in ratione personę non est ad aliud: sicut nec persona. dicente
T Augustino. vii. de Trinitate. cap. vii. Neq̄ in hac trinitate cū dicimus personā patris, aliud dicimus q̄ substātiā patris. Quocirca vt substātia patris ipse pater est: non quo pater est: sed qd̄ est: ita & persona patris non aliud q̄ ipse pater est. Ecce primū, ꝙ persona in ratione cōtēti nō est substātia: & ꝙ per hoc nō est aliud q̄ ipse pater est. Et sequiť continuo secūdū ꝙ in ratione personę. s. vt ipse pater est persona, nō est ad aliud, sicut nec ipa persona, cū subdit. Ad se quippe dicitur persona non ad filium nec ad spiritū sanctū: sicut ad se dicitur deus. Differt tñ in hoc ꝙ hoc nomen Deus a substantia & obiecto solūmodo imponitur. Hoc autē nomē persona & hoc nomen relatū a respectu imponitur licet in cōmuni. Et p̄ hūc modū in diuinis nihil significat sub ratione subsistentis siue hoc nomen p̄sona siue hoc nomen subsistentia: quę sunt secūdę intētionis: siue hęc noīa Pater, filius, & spiritus sanctus, quę sunt primę intētionis: quin relatiue subsistat, & relatiuum sit. Sed tūc quid est qd̄ dicit Augustinus vbi supra, cap. iiii. in fine: Omnis res ad seipsam subsistit, quanto magis deus? Dico ꝙ subsistere æquiuocū est ad subesse accidentibus in creaturis & attributis in deo: & ad distincte ab alio existere. Primo modo verum est ꝙ deus ad se subsistit: & sic intelligiť verbū suū iam dictū: quia vt est deus simpliciter subiicitur suis ꝓprietatibus. Si tñ (vt dicit cōtinue post dictū verbū) dignū est vt deus dicať subsistere. Et sequiť cōtinue in principio. v. cap. De his em̄ recte intelligiť &c. quantū ad ꝓpositum supra, q̄stione. ii. hui⁹ articuli. Secūdo aūt mō nō intelligiť, vt dictū est: immo isto modo oīs creatura ad se subsistit ꝓpter suā finitatē & cōpositionē. Solus aūt deus ꝓpter suā infinitatē & simplicitatē ad aliud subsistit. ¶His p̄libatis ad q̄stionē breuiter respōdēdū est: dicēdo ꝙ
V
Responsio. sicut p̄dicatio vni⁹ essentialis de plurib⁹ p̄sonis quātū est de rōne essentialis, eo ꝙ nō nisi essentiā significat: licet aliqñ sub ratione determinata: semp tñ ꝓpter vnitatē essentię resoluiť ī singularē, nisi ꝓpter aliqd speciale cōtingat cōtrariū, vt habitū est supra in p̄cedēti q̄stione: sic p̄dicatio pluriū p̄sonarū de vno essentiali eo ꝙ p̄sona significat essentiā & ꝓprietatē quantū est ex ratione essentię, semp debet resolui in singularē, dicēdo Deus est pater, deus est filius, deus est spiritus sanct⁹: & tñ deus nō est tres dii, sed vnus est deus: quia non est nisi vna singularis deitas in tribus. Et hoc mō deus q est pater, filius, & sp̄us sc̄tūs, est vnus aliq̄s nō tres aliqui.

X
Ad primū princip. ¶Et scđm hoc processit & bene prima ratio adducta ad quęstionē: quæ idcirco concedēda est: & sic respōdet resolutio iterrogationi de trib⁹ qd sunt. Quātū vero est de rōne ꝓprietatū nec ī singularē pōt resolui: quia nullū singulare vnū est cōe tribus p̄sonis rōne p̄sonaliū ꝓprietatū suarū: nec in pluralē sub cōmuni nomine primę intentionis: dicendo deus est pater, deus est filius, deus est spiritus sanctus: & est tres p̄sonę nō vna: tria supposita non vnū. Ratione autem vtriusq̄ simul. s. & essentiæ & proprietatum potest resolui in singularē sub

hoc ſolo noīe trinitas, dicēdo deus eſt pater filius & ſpūs ſanctus, & deus eſt trinitas. Et iſtis duobus modis, Deus q eſt pater, filius, & ſpūs ſctūs, nō eſt vnus aliqs: ſed tres aliqui: ſcdm ꝙ patet ex iā declaratis. Et ſcdm hoc bene ꝓceſſit vltima ratio: q̄ idcirco cōcedēda eſt. ¶ Ad ſecūdā ratione q̄ cōtra hoc erat: quia ex pluribus vnitatib⁹ in diuinis nullus cōſtituit numer⁹: & nō eſt reſolutio p̄dicationū in pluralē niſi ꝓpter numerū p̄dicatoꝝ q̄ reſoluunt: Dico ꝙ reſpiciēdo ad id qd eſt deus, ſiue ad id qd eſt eſſentiale ſiue ad eſſentiā illius: in deo nullus eſt oīno numerus: nec differentium vnitatū, ſicut qd eſt & quo eſt: & hoc ꝓpter ſimplicitatē dei qua in eo ſunt idē qd eſt & quo eſt: & qua caret omni cōpoſitione ex plurib⁹: nec diuerſoꝝ eius qd eſt: & hoc ꝓpter ſimplicitatē qua deitas plurificari non pōt: nec poſſunt eſſe plures dii. Et de hoc nūero: q. ſ. fit aut p cōpoſitionē vnius ex plurib⁹, vel p diuiſionē vni⁹ i plura, loquit Boet. vt patet inſpiciēti p̄dicta. & eſt vterqꝫ i creaturis. Dicēte em̄ Cōm. ſup illud Boe. de trini. Numerus duplex eſt: Numerationis qdē diuerſi ſunt modi. Fit em̄ quādoqꝫ diſtributione: quādoqꝫ collectione. Nam & qui diuidit numerat. Vnde numerus dicitur vnitatū multitudo. Et qui colligit numerat. Vñ numer⁹ dicit vnitatū collectio. Reſpiciēdo aūt ad pſonale i deo: & id quo eſt pſona ad aliud: ſic nō eſt numer⁹ diuerſoꝝ quo eſt eiuſdē rōnis: q̄a nō poſſunt eē in deo plures paternitates, plures filiationes, aut plures ſpiratiōes: & ſic nec plures patres, nec plures filii, nec plures ſpūs ſancti. Pōt tñ bene eſſe i eo nūer⁹ ipſoꝝ quo eſt diuerſarū rōnū. ſ. paternitatis, filiationis, & ſpirationis. Et p hoc eſt nūerus ternarius pſonarū i diuinis: qui multū differt a nūero q eſt in creaturis: quia ille nūerus ſemp eſt a rōne alicui⁹ vnitatis p illi⁹ diuiſionē pfuſus: et hic ab vnitate ſub ratione ſingularis aut ſub rōne pluralis. Primo mō numerus eſt in quātitatibus diſcretis ex diuiſione continui p naturę diminutionem: inquātū oē corporale quātū eſt de rōne cōtinui ſimplr natū ſit eſſe vnū cōtinuū, prout alias ſatis declaraui. Et iſte ꝓprie eſt nūerus accidētibus de genere quātitatis: q nō pōt eſſe in diuinis: quia in ipſo nō eſt materia nec ratio cōtinui. Secūdo aūt mō eſt nūerus in creaturis vniuerſis primo ex diuiſione entis ſub rōne analogi in ſubſtātiā & accidēs, q̄ ſunt vnū i rōne entis: et fit p materialis adiectionē. Vt. n. ens fiat ſubſtātia vel accidēs rōne entis q̄ prima eſt, ſimpliciſſima, & maxime formalis: adiicitur ratio eius qd eſt aliqd. Subſtātia em̄ eſt aliqd cui cōuenit eſſe in ſe. Accidēs aūt eſt aliqd cui cōuenit eſſe in alio. Et p hoc q̄libet creatura cōpoſita eſt ex qd eſt & quo eſt: ſiue ex eſſentia & natura ſui generis & eſſe. Deīde fit ſub quolibet gñe p formalis ſiue differētię ſpecificę additionē ad id qd habet rōnē gñis ſicut ad materiale: & ſic deſcēdēdo vſqꝫ ad ſpecialiſſima: ita ꝙ in qualibet ſpecie ſpecialiſſima entis eſt nūerus illoꝝ ex qb⁹ cōponit: ſicut ex gñe & differētia vltima etiā exiſtēte in gñe cōpoſitione ex plurib⁹ vſqꝫ ad eſſe. Et eſt ſub quolibet gñe numerus ſpecierū ſuarū, & p̄cipue ſpecialiſſimarū: & ſub qualibet ſpecialiſſima ſpecie vnitas eius deriuat i plura ſingularia p eiuſdē formę determinationē in rōne indiuidui ſiue p agens tm̄: ſiue p agēs & materiā. Et iſte appellatur nūerus formalis: nec eſt accidētalis de gñe quātitatis: ſed ptinet ad p̄dicationē rerū nūeratarū. Et nec iſto modo pōt eſſe nūer⁹ i diuinis quia ſcdm iā dicta nō pōt eſſe in illo plurificatio ſub aliquo vno cōi ſeu abſoluto ſeu relatiuo. Sed ratio numeri q̄ eſt in diuinis, nō eſt ex diuerſitate aliqua pfuſa p illius diuiſionē quācūqꝫ ſcdm cōueniētiā nūeratoꝝ in forma illius vni⁹ diuiſi vel i materia: ſed ſolūmō p naturalē originē qua a primo vno ex ſe qd eſt pater, pcedit ſecūd⁹ vn⁹ q eſt filius: & ab vtroqꝫ terti⁹ vn⁹ qui eſt ſpūs ſctūs, quaſi ſingularia nō tā diuerſarū ſpecierū q̄ diuerſoꝝ generū differētiū & nūeratoꝝ formis relatiuis: & idipm̄ exiſtētib⁹ forma abſoluta abſqꝫ omni numero.

Y Ad ſecūdū

Z

&

Irca Quintū arguitur ꝙ dictio excluſiua addita vni eoꝝ quę ſunt in diuinis ex pte ſubiecti, nō excludat alia ex pte p̄dicati: nec econuerſo excludat p̄dicata addita reſpectu ſubiecti: Primo ſic. nihil pōt excludi ab aliquo ſine quo nō pōt eſſe illud. Verbi gſa, nō pōt eſſe homo ſine aīali: quia nihil pōt eſſe homo & nō aīal: & ideo nō excludit aīal: dicendo ſolus homo. Sed nō eſt aliqd in diuinis qd poteſt eſſe ſine aliquo alioꝝ: quia eſſet i deo ſolitudo poſſibilis. qua ratione em̄ poteſt eſſe ſine aliquo illoꝝ: eadem ratione & ſine ceteris. conſequens falſum eſt: quia in deo nulla poteſt eſſe ſolitudo. Dicēte Hilario. iiii. de Trini. c. ix. Nobis neqꝫ ſolitarius deus neqꝫ diuerſus cōfitēdus eſt. ergo &c. ¶ Secundo ſic. dictio excluſiua addita vni termino non excludit niſi aliud: ſic ꝙ non prædicetur de illo: vt ſi ſolus homo eſt riſibilis: ergo quicquid non eſt homo nō eſt riſibile. ſed in diuinis nihil eſt aliud ab alio: ſed omnia ſunt vnum & idipſum ſcdm prædeterminata. ergo &c. ¶ Tertio ſic. ſi dictio excluſiua non excludat a termino magis differens, nec minus: quia non eſt excluſio niſi ratione

A Queſt. V. Arg.

1

2

3

differentię. sed maxime in diuinis personę abinuicem differunt scdm superius determinata. & dictio exclusiua addita vni personę nō excludit aliā. scdm φ illud Apli, Soli sapienti deo, Augustinus. iii. li. contra Maximinū, exponit dicēs. Si dixisset Apostolus: Soli sapienti patri: nec sic inde filiū separet. nō eñ quia in Apoc. legit, Habēs nomē scriptum qđ nemo scit nisi ipse: Ideo pater nescit hoc nomē a quo est inseparabilis filius. scit ergo pater qđ nemo scire dictus est nisi

In opposit. filius: quia inseparabiles sunt. ergo &c. ¶In cōtrariū est qđ dicit Augustinus. vi. de Trini. ca. ii. Verbū solū filius accipitur: non simul pater & filius tanq̄ vnū verbum.

B Resol. q. ¶Propter difficultatē perceptionis veritatis enūciationū in quibus ponūtur dictiones istę tm̄, solus, quę vocant exclusiuę: inducta est q̄stio ꝓposita. Vt ergo sciamus quasi regulariter discernere quę illarū ꝓpositionū in q̄bus aliqua illarū dictionū ponit, sit vera: & quę falsa diiudicāda, prout determinauimus circa p̄dicationes dubias an verę sint an falsę in q̄stionibus ꝓximis p̄cedētibus: & ne oporteat de qualibet illarum dubiū aliquod p̄tēdēte q̄rere an

C vera sit an falsa: Circa istas dictiones tm̄, solū, aduertendū est φ in aliq̄bus oīno cōueniūt: & in aliq̄bus multū differūt: quia ly tm̄ potest esse nomē dicēs cōparationē scdm quātitatē & qualitatē, respondēs ei qđ est quantū. vt cū dicit, quātus est pater tātus est filius. Potest etiā esse aduerbiū scdm eādē significationē, vt quātū sunt pater & filius: tātū est solus fili⁹. Secūdo aūt est aduerbiū negādi p exclusionē: & isto mō solūmō est de tm̄ ad ꝓpositū: q̄a isto solo mō difficultatē inducit in p̄cipiēdo veritatē. Et primis duobus modis est dictio categorematica differens omnino in significato & officio ab illa dictione solus: quia ly solus nequaq̄ cōparatiuū est sicut tātū. Tertio aūt modo ly tm̄ est dictio syncategorematica: & oīno est eadē in officio cum illa dictione solū, inquātū ly solū est aduerbiū & dictio exclusiua: & eodē modo dictio syncategorematica sicut est tm̄. Ambo eñ eādē habēt significationē & idē officiū: quia eodē modo faciūt exclusionē circa subiectū & circa p̄dicatū, vt iā videbitur. ¶Sed potest ly solū alio modo

D etiā esse nomē, in quo nō respōdet ei nomē eiusdē significationis & officii ex p̄te ei⁹ qđ est tātū licet ly solus aliquā significationē habeat eādē cū ly tm̄ qđ est aduerbium exclusiuū: in qua etiā habet idē officiū exercere. s. excludendi qđ & ly tm̄, licet alio & alio modo, vt iā videbit.

E Habet aūt ly sol⁹ quinq̄ significatiōes: primas duas vt est dictio categorematica: tres alias vero vt est dictio syncategorematica: & in qualibet istarū significationū dicit & exercet tāq̄ officiū suū priuationē seu remotionē siue negationē associationis alterius ab eo cuius est determinatio cū quo construit. Et hoc prima distinctione dupliciter. Cum eñ oīs associatio alicui⁹ cū alio est in aliquo: in diuinis aūt nō pōt eē associatio aliquoꝝ nisi in forma aliqua: quia i eis quicquid est forma est: Igitur ly solus aut dicit remotionē associationis alterius ab eo cui⁹ est determinatio in forma sua ꝓpria, & scdm rationē eius ꝓpriā: aut in forma alia scdm aliā rationē. Primo modo cū disponit terminū essentialē dicit remotionē associationis alterius ab eo in cōmunicādo vnā essentiā, vt cū dicit solus deus. Remouet eñ ab aliquo vno qui deus est: & intelligit vnus per hoc φ dicitur singulari numero deus: alterius associatio in forma seu essentia deitatis significādo φ nō sit nisi vnus deus: & hoc nō simpliciter, sicut si scdm Semiarrianos essent plures dii in forma deitatis: sicut sunt plures homines in forma humanitatis: cū q̄libet illoꝝ eēt vn⁹ deus: sicut q̄libet istoꝝ est vnus homo: scilicet specialiter alicuius gentis: sicut ille dicit esse vnicus filius duoꝝ coniugū: qui plures nō habēt proles sed possunt habere plures simul cū illo: & non sicut dicit esse fœminę, cū non possit esse per naturā alius simul: sed solū posterius vnus post illum: & non sicut dicit vnus sol, cū per naturā inferiorē nō possint esse plures: nec similiter vnus post alterum: sed solūmodo p diuinā potentiā: Sed φ sic non sit nisi vnicus deus: φ sicut nō sunt plures sic nec omnino possunt esse plures. Cū vero isto primo modo disponit terminū p̄sonalē siue personā, dicit remotionē associationis alterius ab eo in cōmunicādo vnā ꝓprietatem p̄sonalem: vt cū dicitur solus pater. Remouetur enim ab aliquo vno qui est deus pater: alterius associatio in forma seu in proprietate paternitatis significando φ non sit nisi vnus pater: nec possunt vllo modo esse plures scdm modum iam

F dictum de vno deo. Et isto modo solus significat idem qđ vnicus: nō autem idem qđ vnus, vt quidam dicunt: quia si essent plures dii, vt dictum est, quilibet illorum posset dici vnus scdm se: & aliquis illorum vnus: quia illum solū vna gens coleret. Sed nos ad exclusionem talium plurium qui possent æstimari, dicimus solus deus. i. vnicus: vt ly vnicus addat super vnus φ scilicet sic sit vnus φ nullo modo possint esse plures. Et sic accipitur solus cum dicitur Deuteronomii octauo, Dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. idest illi vnico.

quis & hic possit ly solus accipi in alia significatione.s.vt ponit exclusiue,sub hoc sensu: illi soli.i.nulli alteri.Non enim est incōueniens q̄ in vna oratiōe ly solus possit habere plures significationes:quia cū ly vnus aliquādo ponat pro eo qd̄ est vnicus,nō est incōueniens dicere q̄ in dicta propositiōe solus significet idem qd̄ vnus. Vnde cū dicitur Exod.ix.Audi Israel,dn̄s de⁹ tuus vnus est:vnus ibi idem est quod vnicus,q̄ per hoc dictum intēdit Moyses excludere deorum possibilitatem:non supponere q̄ deus quem prędicauit esse colendū,sic vnus esset q̄ possent esse plures,licet essent alii plures & ab aliis simul colendi.Et scd̄m hunc intellectum locutus est dominus,quando dixit Deuter.xxxi.Videte q̄ ego sum solus.Et vt declararet quomodo solus,addidit.Et nō est alius deus pręter me.Et hoc ad differētiā illorum de quibus de proximo pręmiserat: Vbi sunt dii eorū,in quibus habebant fiduciam? Vnde sic in ista significatione diceretur addendo deus,videte q̄ ego sum solus deus.i.ille pręter quem non est alius deus. Si autē ly solus dicat remotionem associationis alterius ab eo cuius est determinatio in forma alia,aut scd̄m aliam rationē:in diuinis autem nō est nisi forma eadem:sed scd̄m aliam & aliam rationē solū in diuinis personis & attributis: priuatio igitur associationis non est nisi inter personas aut attributa,& cætera essentialia.Sed hoc contingit dupliciter.aut enim solus dicit remotionē alterius in forma essendi simpliciter,vt est,est primo adiacēs:aut in forma essendi determinata.Si primo mō,sic remouet associationē pluriū p̄sonaliū in deo vt essentialiū in cōmunicando actū essendi.In ista enim significatione,cū dicitur solus de⁹,remouetur ab vno aliquo qd̄ vel qui deus est,personalis associatio alterius in cōmunicādo esse,significando q̄ nō est nisi vna persona in deitate:aut existēs scd̄m vnam rationem,scilicet deitatis:nō bonitatis, magnitudinis,& cęterorū talium.Et isto modo solus,significat idem qd̄ solitarius.Et quia hoc est impossibile,ideo sicut omnis propositio in diuinis est vera in qua ponitur solus in p̄cedenti significatione(in diuinis enim non est nisi vnicus deus,vnicus pater,vnicus filius, vnicus spiritus sanctus,vnicus bonus,vnicus æternus,& sic de cæteris)sic in altera omnis propositio est falsa. Licet enim pluralitas personarū & rationū essentialium recipiantur in deo,& vnitas essentię,quæ ambo scd̄m p̄dicta nomine trinitatis significātur:tamē vt dicit Hilari.nobis neq̄ solitari⁹ de⁹, propter vnitatem scilicet,neq̄ diuersus,propter scilicet illam pluralitatē,confitendus est,vt assumptum est in primo argumēto.Tunc enim proprie dicitur diuersum, quando sunt plura in abstracto vel absolutis differētia.Tūc autē proprie est solitudo,quādo est vnicū sine omni pluralitate formā & speciem suam cōmunicantium:secundū q̄ homo vnicus in mundo diceretur esse solus simpliciter,etsi esset cū multis aliis rebus quæ non sunt homines:vt aliquis homo dicitur currere solus,licet currat cū multis equis: & monachus dicitur esse solus vbi est cū multis laicis absq̄ socio sui ordinis.Sic deus nō potest dici solus propter pluralitatem personarum inseparabilem in vnitate essentię.dicēte August.vi.de trini.ca.iiii.Non inuenitur quomodo dici possit aut pater solus,aut filius solus:cū semper atq̄ inseparabiliter sint inuicem, neuter solus.Solum patrem dicimus patrem, nō quia separet a filio,sed quia nō ambo simul sunt pater. Idem autē intelligit & de spiritu sancto.Et per eundem modū non inuenitur quomodo possit dici aut æternus solus,aut bonus solus,cū semper atq̄ inseparabiliter sint inuicem:neutrū sine altero:& sic de cęteris. Nō enim est deus sic ęternus quin etiā sit bonus:& sic de cæteris.Si autem ly solus dicit remotionē associationis alterius ab eo cuius est determinatio in forma essendi determinata,hoc iterum contingit dupliciter. Aut enim dicit remotionem associationis alterius in forma essendi determinata scd̄m rationē intelligendi,aut scd̄m rationē essendi.Si primo modo,sic remouet,vt prius,associationem in deo pluriū essentialium,aut pluriū in cōmunicando aliquē actum intellectus circa diuina. In ista enim significatione, cū dicitur solus de⁹, aut solus filius,aut aliquid huiusmodi,remouetur ab vno aliquo quod vel qui deus est,associatio alterius in cōmunicando eūdem actum intellectus,significando q̄ non nisi vni personę, aut non nisi scd̄m vnā rationē alicui conueniat actus intelligendi.Scd̄m quē modū dicit Augusti. vii.de trini.cap.iii.Non maior essentia est pater & filius simul,q̄ solus pater aut solus filius.Et lib.viii.cap.ii.Filius & spiritus sanctus tam magnū aliquid sunt,q̄ solus pater.Et isto modo idē significat solus qd̄ singulus:& sunt tales propositiones verę.Licet enim personę non sint solitarię in essendo,sunt tamen singulę intelligendo illas respectu alicuius essentialis & cōmunis singulis.Et sicut talia dicuntur de personis diuersis,sic possunt dici de essentialibus diuersis.Non enim maior est bonitas & æternitas q̄ sola bonitas.Si autem ly solus dicit remotionem associationis in forma essendi determinata scd̄m rationem essendi: hoc vlterius contingit dupliciter. Aut enim dicit remotionē in cōmunicando formā aliā simul in aliquo supposito cū sua forma

[Right margin notes, in order: G (beside "rationē solū in diuinis personis…"); H (beside "sibile,ideo sicut omnis propositio…"); Diuersum / Solum (beside "sumptum est in primo argumēto…" and "abstracto vel absolutis differētia…"); I (beside "altero:& sic de cęteris…"); K (beside "enim maior est bonitas…")]

propria, aut dicit remotionem associationis cũ vno supposito respectu formę tertię in subiecto vel in prędicato alterius suppositi. Primo modo remouet associationem pluriũ proprietatũ personarũ simul in eadem persona respectu alicuius subiecti & alicuius prędicati, dicendo, solus pater non est trinitas, vel econuerso trinitas nõ est solus pater. Hoc enim non, ꝙ dicitur solus pater, non excludũtur aliæ personæ, quia nulla illarũ est trinitas. Non enim vt idem dicit. viii. de trinitate, Pater est trinitas, aut filius trinitas, aut spiritus sanctus trinitas tm̃. Et eadem ratione nec econuerso. Sed hic est sensus illarũ propositionũ: solus pater. i. pater qui ita est pater, ꝙ non est filius nec spiritus sanctus, non est trinitas: & econuerso Trinitas non est solus pater. i. ille qui ita pater est ꝙ non est filius nec spiritus sanctus. Si enim ita esset pater, ꝙ simul esset filius & spiritus sanctus, sicut posuit Sabellius: tunc pater esset trinitas, & econuerso trinitas esset pater: similiter pater & filius & spiritus sanctus similiter sunt trinitas &c̃. Sed istam expositionem ascribit propositioni quã iam dicemus pertinere ad modũ precedentẽ, Magister primo senten. distin. xxi. cap. i. in fine, dicẽs. Cum dicitur tantus est solus pater, quantũ simul illi tres: per hoc ꝙ dicit solus pater, non separatur ab aliis: sed hic est sensus: Solus pater. i. pater qui ita est pater ꝙ nec filius nec spiritus sanctus, tantus est &c̃. Solus ergo pater dicitur (vt ait Augusti. lib. vi.

L cap. ix. de trini.) quia nõ nisi ipse ibi pater est. Sed mihi videtur ꝙ ista expositio non est conueniens in hoc exemplo: eo ꝙ cũ sola persona tantũ dicitur quantũ duę vel tres simul, ꝑ hoc ꝙ ꝑ similitatem plures coniungũtur in prędicato, in subiecto dicẽdo solus pater, per ly solus, ipse pater notatur supponere vt singulariter intellectus siue acceptus, non autẽ cũ filio & spiritu sancto simul intellectus, licet pater non intelligatur nisi in ordine ad filium, vt dicatur hoc de patre, ꝙ ipse sit solus. i. sine filio & spiritu sancto. sed per hoc filius & spiritus sanctus ab intelligẽdi consortio excludũtur. Secũdo autem modo remouet associationem plurium suppositorum respectu eiusdem prędicati: dicẽdo, solus pater est pater: per qđ nõ separatur pater a filio & spiritu sancto aut econuerso: sed quia ambo simul cũ patre non sunt pater, & per hoc a paternitatis consortio excludũtur. Et in ista significatione dicitur proprie poni exclusiue. Et differt exclusio in ista significatione ab illa quæ est intus, ꝙ hic fit exclusio respectu actus expresse & significati, ibi vero respectu actus intellecti & exerciti. Et cum solum possit exponi per hoc quod est non cũ alio, scilicet per hoc qđ est non alius, licet in vtraꝗ significatione possit vtroꝗ modo exponi, in illo tamen magis proprie exponitur per non cũ alio: in isto autẽ per, & non alius. Item differt iste modus a quarto, quia hic stãs solus in subiecto excludit a forma prædicati, ibi vero a forma ipsius subiecti. Et ideo ille quartus modus exponi debet semper per non cum alio:

Exclusio.

M non autem per, & non alius. ¶Et est sciendũ ꝙ quælibet propositio licet distingui posset sc̃dm hos quinꝗ modos, ita ꝙ in diuinis propositio aliqua posset habere veritatem prꝫterꝗ̃ in secũdo, qui non potest habere sensum verum in diuinis prędicationibus: tamẽ quęlibet talium pro-

N positionum aliquem dictorum modorũ magis expresse prætendit q̃ alios. ¶Est etiam animaduertendũ ꝙ solus in isto vltimo modo penitus habet idem officium qđ tm̃, aduerbium exclusiuum: quæ licet in hoc differant ꝙ tm̃, semper est determinatio actus siue verbi: Solus autem dictionis alicuius nominaliter significatę in subiecto vel in prędicato: semper tamen eandem habent vim siue ponantur in subiecto, dicendo solus deus, vel, tm̃ deus pater est: siue in prædica-

Solus Tm̃.

O to dicẽdo, deus est solus pater, vel deus est tm̃ pater. ¶Et quia in ista vltima significatione ly solus præcipue inducit difficultatem percipiendę veritatis in diuinis: ideo latius officium eius prosequamur. Et quæ dicta fuerint de solus, intelligãtur eodem modo dici de tm̃. De istis ergo dictionibus exclusiuis tm̃ & solum, primo videndum est specialiter quale officium habẽt dum ponuntur in prædicato, deinde generaliter quale habent dum ponuntur siue in subiecto siue in prędicato. Si ergo dictio exclusiua ponitur in prędicato essentiali vt actus tendens ad exterius, dico ꝙ talis propositio semper falsa est, siue subiectum fuerit essentiale siue personale: quia cum hoc ꝙ includit veram affirmatiuam, & falsam negatiuã: & propositio exclusiua, quia virtutem habet copulatiuę, non potest esse vera nisi sit simul vera pro affirmatiua & pro negatiua: dicendo, deus tm̃ creat, vel pater aut trinitas tm̃ creat. Est enim sensus: creat, & nihil aliud agit, seu nullam aliam actionem operatur: qđ falsum est, quia omnes eius actiones interiores aliæ sunt ab actu creandi inquãtum temporalis est, & aliquid ponit in creatura. Si vero prędicetur essentiale manens intra, aut personale, & significetur per modũ actus, & intelligatur exclusio fieri respectu actus transeuntis ad extra: dico ꝙ propositio semper falsa est, eadem ratione qua prꝫcedens: quia sensus est: deus pater, aut trinitas tm̃ intelligit, vult, aut generat, idest intelligit, vult, & generat, & nihil aliud agit, siue nullam aliam actionem operaẜ: & est negatiua falsa pro

actionibus diuinis transeuntibus ad extra:quia illę sunt(vt dictum est)aliæ ab interioribus.Si vero specialiter intelligatur fieri exclusio ab vno actu interiori respectu aliorum interiorum, Dico q si intelligatur fieri exclusio alterius actus neutraliter,vera est semper:quia cum affirmatiua vera,puta deus intelligit aut generat,etiam negatiua est vera,scilicet q nihil aliud agit. Quia sicut psona quælibet neutraliter loquendo,vna nõ est alia ab alia,nec ab aliquo quod est in diuinis:sic nec actio personalis ab essentiali manente intra:& multo minus neque essentialis actio ab alia. Si vero intelligatur fieri exclusio alterius actionis fœminine,semper est falsa:quia cum affirmatiua vera vt prius, semper negatiua est falsa,scilicet q nullã aliã actionẽ agit.Quia sicut masculine loquendo quęlibet personarum est alia ab altera,& potest vna earum excludi ab altera, vt patet ex dictis, & amplius patebit ex dicendis:sic etiam fœminine actio generandi est alia ab actione spirandi: & hoc ratione relationum distinctarum.Et similiter forte(quod non assero)quælibet actio essentialis,scilicet intelligendi & volendi,altera est ab actione personali,& vna illarum alia est ab altera,licet secundum rationem tamen:etsi secundum modum quo vna eadem est alteri & prędicari potest de alia,nec potest vna ab altera excludi:& secundum modum quo vna earum est alia ab alia,nec prędicatur de illa, & sic potest excludi ab illa:& hoc maxime respectu alicuius in subiecto,cui congruit prædicatio, vt dicendo,diuinus intellectus intelligit,vel ratione alicuius determinationis in prędicato,dicẽdo intelligit intellectu.Quia enim intellectus non est ratio elicitiua actus volendi sed intelligendi tm̃,dicitur q in talibus dictio exclusiua cadens super vnum actum excludit reliquũ, vt actum volendi ab actu intelligendi,& econuerso:dicendo,diuinus intellectus tm̃ intelligit. Et similiter de voluntate respectu actus volẽdi.Quare multo fortius quilibet actus essentialis potest excludi a quolibet personali,& econuerso.Et sicut contingit hoc in pdicatis actiuis per verba actiua vel participia: sic idem contingit in prędicationibus passiuis per verba passiua aut participia.Et non est differentia in aliqua talium propositionũ siue subiectum fuerit essentiale, siue personale.Et secundum eundem modum quæcunque in diuinis sic conueniunt q vnum vere prædicari possit de altero,excludi non potest ab altero,licet alias possit,etiamsi sit vnum de intellectu & significato illius. Dicẽdo enim trinitas est tm̃ trinitas:sequitur,ergo trinitas eo q pater,non est trinitas,nisi exclusione posita super subiectum.dicendo,tm̃ trinitas est deus:non sequitur, ergo pater non est deus:quia licet pater non sit trinitas,non tamen est aliud aut alius a trinitate: quia est aliquis in illa.Et eadem omnino intelligenda sunt de dictione exclusiua cadente super aliquid significatum†neutraliter,siue in prędicato,faciendo exclusionẽ respectu subiecti,& priuando alia a prędicato a consortio in subiecto,vel econuerso in subiecto faciendo exclusionem respectu prędicati priuando consortio in subiecto alia a subiecto: dicendo deus est solus pater: vel econuerso,solus pater est deus:& sic de cæteris:siue exclusio cadat super terminũ essentialem:siue super personalem:siue vt est principale subiectum vel prędicatum,vt est determinatio alterius eorum.Ista enim,deus est solus pater,cum excludit neutraliter,vt sit sensus: Deus est pater,& deus non est aliud a patre, vera est:quia deus non est aliud q̃ id qđ est pater: & nõ excluditur filius nec spiritus sanctus.Cum vero masculine pro supposito determinato,vt sit sensus:deus est pater,& non est alius a patre,falsa est:quia deus est†alius aliquis q̃ pater:quia ęqualiter vt deus est pater, est & filius & spiritus sanctus. & ibi excludatur filius, & similiter spiritus sanctus. Primo enim modo fit exclusio a patre ratione eius quod est in ipso: secundo autem ratione naturæ quæ in ipso est. Sicut cum dicitur, solus deus est pater,secundum q fit exclusio neutraliter, fit ratione significati: secundum vero q fit masculine, fit ratione suppositi. Similiter cum sub dictione exclusiua prędicatur essentiale attributum quod in suo significato continet id quod est deus sub ratione determinata,puta qualitatis,cum dicitur bonus,sapiens:quantitatis,cum dicitur magnus,ęternus:quæ in significatione attributi est,sicut quo est:dicendo pater est solus ęternus,aut solus est ęternus,aut solus sapiens:aut solum est sapiens:potest exclusio respicere id qđ ipso termino significatur,aut rationem secundũ quã significat.Et primo modo proculdubio vera est, quia pater non est aliud q̃ id quod est ęternũ:& nõ excludatur ipsum esse bonũ vel sapientem.Cum vero masculine,falsa est,si forte exclusio principaliter respicit rationem secundũ quã terminus ad significandũ imponitur,& qua vnũ essentiale distinguitur ab alio,vt veritas a bonitate:intellectus a voluntate,& cætera huiusmodi.Si enim ita sit,videtur cum dicitur,deus tm̃ sapit,vel sapiens est,vel est solus sapiens,quasi intendatur q sic est sapiens q excludatur esse bonus vel ęternus,aut q sapientia in ipso quandã pręrogatiuam habet.Et per hoc intelligitur .q. per quãdam pręrogatiuam deus quasi ipse non sit, aut non sit aliquid nisi sapientia siue per sapientiam:qđ falsum est.Non enim est aliquid solum

P

†naturaliter

†aliud aliquid.

sub ratione sapientię, sed etiam sub ratione bonitatis & caeterorũ: neq; solum est aliquid sapientia, sed etiam bonitate, & quolibet aliorum. Sed de hoc erit sermo in fine quaestionis huius. Si ergo pdicatur de subiecto siue essentiali siue personali in diuinis sub exclusione posita sup subiectũ, dicendo, solus deus vel solus pater est, vel est sapiens: semp falsę sunt ppositiones: quia ab huiusmodi pdicatis excluderent creaturę, nisi pdicatio per Antonymiã vel pręrogatiuã quandã intelligat dici. tũc enim verę sunt, sicut illa Matth. xix. Nemo bonus nisi solus de⁹. & scdm q dicit August. vii. de trini. cap. v. Fortassis deum solum oportet dicere essentiam: est enim vere solus. ¶ Secũdum pdicta ergo concedenda est vltima ratio proposita in arguendo.

Q

R Ad vltimã rationem.

S Ad primũ prin.

¶ Ad primũ in oppositum q non potest excludi ab aliquo id sine quo ipsum non potest esse &c̃. Dico q verũ est quando non potest esse sine eo, ea scilicet de causa q aliquid ei⁹ est, vt animal hominis vel risibile, vel quando est pars totius, vt pater trinitatis. Quando autẽ non sic est eius, bene potest ab eo excludi, non vt sit absolute sine eo: vt scilicet per exclusionẽ illud maneat omnino solitariũ, sed vt non sit cũ eo constans in aliquo vno. Et sic priuatur cõsortium eius in illo simul cum alio, q̃q̃ ista priuatio falsa sit, licet ipsius esse pdicati primo adiacens respectu cuius nullo modo dictio exclusiua notat, excludit id quod est aliquid alterius ab illo cuius est: licet bene notet ipsum excludi respectu cuiuslibet alterius. Vnde quia vnum correlatiuum in diuinis personis non est aliquid alterius inquantum sunt relatiue opposita, licet vnum eorum non possit esse sine altero: vnum eorum ab altero bene potest excludi in respectu ad alicuius communionem, etiam ipsius actus essendi. Sed tunc in tali propositione exclusiua quasi contradictoria implicantur: vt quod ratione exclusionis significatur non esse, ratione relationis ponatur esse: vt ideo sequantur ad talem exclusiuam contradictoria, scilicet idem esse & non esse, puta dicendo solus vel tm̃ pater est. Ratione eñ exclusionis excludentis aliud quod non est aliquid subiecti, sequitur q filius non sit: ratione vero relationis, cuius est ad aliud se habere, includendo patrem esse, sequitur q filius sit. Quia etiam quorum vnum non potest esse sine altero, quia aliquid illius est, vnum eorum bene potest non habere cum altero communionem in aliquo praedicato: bene potest excludi ab altero. Dicendo enim tm̃ vel sola trinitas est: sequitur, ergo filius non est trinitas. Licet ergo in diuinis nihil possit esse sine altero secundum rem, ne sit solitudo: potest tamen de virtute sermonis respectu alicuius praedicati vnum eorum excludi ab altero. ¶ Ad secundum, q dictio exclusiua non excludit nisi aliud a subiecto: Dico q verum est, vel aliud quo ad id quod est, & sic in diuinis nihil potest ab altero excludi: Vel quo ad rationem qua est: & sic bene potest vnum eorum excludi ab altero: maxime si illud a quo fit, respicit illud ratione cuius fit exclusio, secundum rationem qua ab excluso distinguitur. Propter quod si dictio exclusiua ab vno attributorum respectu alicuius excludit alterum, hoc est praecipue quando illi a quo fit exclusio conuenit illud respectu cuius fit exclusio, ratione qua distinguitur cõtra exclusum. Vt si dicatur sic: deus intelligit sola sapientia se: ergo non bonitate, nec fortitudine, aut aliquo huiusmodi: quia sapientia est ratio intelligendi, nõ autem bonitas aut fortitudo. Vel si dicatur, pater est pater sola paternitate: sequitur, ergo non est pater filiationẽ: quia paternitas est ratio qua pater est pater, non autem filiatio. ¶ Ad tertiũ, q in diuinis magis differens non excluditur, puta persona a persona, secundum Augustinum: ergo nec quodcũq; aliud ab aliis in diuinis, quia minus differt: Dico q si persona non excluditur a persona, quae reuera summe differũt in diuinis, modo quo in eis est differentia, hoc non est ratione qua differunt, sed ratione qua tantũdem sunt quaecunq; sunt in diuinis scdm praedicta. Inquantũ enim differunt, bene abinuicem excludũtur. Sed multum differũt quando est exclusio ab essentiali subiecto essentialis pdicati, dicendo, solus pater generat. Dicẽdo eñ solus de⁹ est sapiens, nec masculine nec neutraliter excluditur quaecũq; persona singularis, quia tam pdicatũ q̃ subiectũ ęqualiter singulis conuenit. Dicendo vero, solus pater est sapiẽs, masculine, excludũtur psonę filii & spiritus sancti: non aũt neutraliter, quia pdicatũ ęqualiter cõuenit singulis. Sed quemadmodum dicit Augustinus septimo de trinitate, non pater & filius simul maior essentia est, q̃ solus pater, vel solus filius. Et Magister primo sententiarum distinctione xxi. in principio, Tantus est (inquit) pater solus, vel filius solus, vel spiritus sanctus solus, quantum illi tres simul. Et duae personae vel tres simul, non sunt maius q̃ vna sola. Et hoc quia non est nisi vna quantitas in tribus, sicut nec nisi vna sapientia. Dicendo vero solus pater generat, masculine, excluduntur personae filii & spiritus sancti, non autem neutraliter, quia res pdicati & subiectoꝝ omnino eadem est. Et neutraliter loquendo intelligitur dictum

T

V

X Ad secũdũ

Y Ad tertiũ.

Z

Auguſtini ſumpti in argumento de prędicatiõe eſſentiali,de perſonali. Vnde in fine aſſignãdo cauſam dicti ſui,dicit ꝙ inſeparabiles ſunt.Qꝫ eñ maſculine ab vna perſona reſpectu cõmunis ꝑdicati bene excludantur alię,aperte inſinuat Aug.quãdo lib.ii.cõtra Maximi.cap.iii.dicit ſic. De inuiſibili deo cũ agerẽ,admonui vt crederem inuiſibilem non ſolũ patrem ſed etiam filiũ in diuinitate,non ſcđm carnem. Vult ergo ꝙ hæc ſit vera: non ſolũ pater eſt inuiſibilis: non autẽ neutraliter ratione eius qđ eſt pater: quia ſic non eſt niſi deus,& ſolus deus eſt inuiſibilis. Pro falſa ergo eam habet maſculine: contraria ergo eius,ſolus pater eſt inuiſibilis, falſa eſt maſculine:& hoc non niſi quia excludit filium & ſpiritũ ſanctũ. Vnde ſubdit cap.iiii.Lego iterũ de immortali deo,quoniam tu illud qđ ait Apoſtolus: Qui ſolus habet immortalitatem,ſic intelligi voluiſti,tanq̃ de ſolo patre ſit dictũ:cum ille hoc non de patre dixerit,ſed de deo , qui eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus. Prorſus a nullo acceptam habet immortalitatẽ pater,& a patre accepit filius:habent ergo immortalitatem pater & filius, non ſolus pater habet hanc ſolus , ſed deus:qđ non ſolus eſt pater,quia hoc eſt & filius. Et cap.xiii. Sapientẽ ſolũ inquis patrẽ,vt prędicat Apoſtolus dicens ſic,Soli ſapienti deo:ſed trinitas eſt ſolus ſapiens deus. Et lib.iii.cap.ix. Si dixiſſet ſoli patri,difficilius forte queſtio ſolueretur. Ex quo peruenit ad dicendum illud qđ in argumento ſumptum eſt,dicens in cap.xiii.Si dixiſſet Apoſtolus ſoli ſapienti patri, nec inde filium ſepararet &c̃. Cum vero non dixerit,ſoli ſapienti patri, ſed ſoli ſapienti deo , & Deus ſit ipſa trinitas,multo eſt facilior nobis huius ſolutio quæſtionis.Et in quo eſt facilior patet ex dictis:in hoc videlicet, ꝙ dicendo, ſoli ſapienti deo, non oportet diſtinguere de prædicatione in neutro & in†maſculino,quia in vtroq; ſenſu vera eſt.Dicendo autem ſoli ſapienti patri, vt recte intelligatur,oportet diſtinguere ꝙ excludendo maſculine vera eſt.quia non excluditur niſi creatura,ſicut neq; cum dicitur:ſoli deo immortali.Super quo mouit Auguſtinus queſtionem lib.ii.contra Maximi.cap.iiii.dicens.Quare ſolus deus dictus eſt habere immortalitatem,cum & anima pro ſuo modo ſit immortalis , & alia ſpiritualis cæleſtiſq; natura, poſtea videbimus. ſcilicet lib.iii.cap.xii.vbi dicit ſic.Immortalitatem autem deus habere dicitur ſolus,quia immutabilis ſolus eſt.Et per hunc modum,ſicut cum dictionem excluſiuam ponimus ex parte ſubiecti,dicendo,ſoli ſapienti deo.i.deo qui ſolus eſt ſapiens,facilior eſt ſolutio quæſtionis,quomodo hoc debeat intelligi:quoniam cum ponimus eam ſimiliter ex parte ſubiecti,dicendo,ſoli ſapienti patri.i. patri qui ſolus eſt ſapiens, cogimur hanc exponere, vt per ipſam filius a prædicato non excludatur:ſic cum dicimus ſine dictione excluſiua,deus aut pater eſt ſapiens : facilior eſt intellectus q̃ ſi poneretur dictio excluſiua ex parte prędicati, dicendo deus aut pater eſt tm̃ ſapiens,vel eſt ſolum ſapiens,vel ſolus ſapiens. Tamen ſi aliqua talis inueniretur in ſcripturis, cogeremur ipſam exponere ſic,vt per ipſam bonitas & cætera huiuſmodi non excludantur a ſubiecto:puta ſi cum in cantico eccleſiæ dicitur,Tu ſolus ſanctus,tu ſolus dominus,tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte,non ſequeretur,cum ſancto ſpiritu in gloria dei patris:& ly ſolus non eſſet determinatio ſubiecti,ſub hoc ſenſu, O Ieſu Chriſte, tu ſolus es ſanctus, tu ſolus es dominus, tu ſolus es altiſſimus,ſed potius prædicati, ſub alio ſenſu, videlicet,o Ieſu Chriſte, tu es ſolus ſanctus,tu es ſolus dominus,tu es ſolus altiſſimus:& hoc etiam non ſub implicatione ex parte prædicati ſic,o Ieſu Chriſte, tu es ille qui ſolus†eſt ſanctus, dominus, altiſſimus: qui ſenſus idem eſt cum primo. Vnde & ſi ſic diceretur:o Ieſu Chriſte, tu es ille qui ſolus ſanctus,dominus, altiſſimus : eſſet idem ſenſus cum ſecundo.Et ſic ſtandum eſt in duobus primis ſenſibus abſq; implicatione,ne fieret proceſſus in infinitum. Qꝫ ſi in illo ſenſu ſecũdo illud inueniretur ſcriptum,ne vnum illorum intelligeretur excludere omnino alterum & cætera illi conſimilia, oporteret vti diſtinctione dicta.Sic nec cũ dicitur ſoli ſapienti patri ſcđm eundem ſenſum excluditur filius.Non eſt tamen ad hoc opus diſtinctione ſcđm dicta.Faciendo vero excluſionem maſculine,ibi a ſubiecto excluderent̃ æternitas,bonitas,& cætera huiuſmodi: ſicut hic a ꝑdicato,filius & ſpiritus ſanctus.Sed quia tale quid ſcriptũ nõ inuenit̃ circa eſſentialia,talem ꝓpoſitionem omnino negamus:nec diſtinguimus,niſi forte in caſu ſpeciali,ſicut dictũ iam eſt in ſolutione ſecundi argumenti.Sed ſi ſcripta inueniretur ſub hoc ordine verborũ:O Ieſu Chriſte tu es ſolus ſanctus,vt ly ſolus nõ ſit aliquo modo determinatio ſubiecti,neq; principalis,neq; implicati:ſed prędicati tm̃:impoſſibilis eſſet additio illa,tu es ſolus dñs,tu es ſolus altiſſimus,niſi diſtinguendo. ¶Ad cuius diſtinctionis intellectum ſciendum eſt , ꝙ ſecundum ſuperius determinata,multum differenter in diuinis prędicatur terminus ſubſtantialis & perſonalis:quia cum prędicatur terminus ſubſtantialis(quod ſolum pertinet ad propoſitum)tunc ipſum ꝑdicatum ſcđm ſe aliquid eſt,& eſt etiam id quo ſubiectũ eſt,aut aliquid eſt,vt cum dicitur, deus

†fœminino

†tes

A

B

est essentia, vbi idem est omnino quod est & quo est, est aliquid: vt cũ dicitur, deus est bonus, verus, aut aliquod caeterorũ, scdm ꝙ patet ex superius determinatis: sed inquãtum ꝑdicatur non est aliquis, quia ꝑdicatum substãtiale, siue in diuinis, siue in creaturis, nõ prędicat aliqd vt subsistẽs, sed potius vt alicui insistens & inhęrẽs: vt cũ in diuinis dicitur, pater est deus: & in creaturis cum dicitur, Petrus est homo. Et scdm ꝙ terminus ꝑdicatus substantialis secundũ se aliquid est, & subiectũ inquantum ꝑdicatur non est aliquid, tripliciter potest intelligi exclusio circa
C ca prędicatũ. Primo modo, scdm primã rationem: secũdo, scdm secũdam: tertio, scdm tertiam. Et primo modo dicẽdo, tu es solus sanctus, sensus est, tu es sanctus, ita ꝙ nihil aliud a sanctitate: & sic nihil excludit nec priuat nisi consortiũ eius qđ est contrarium sanctitati: & nõ excludit aliquid eorũ quae sunt in deo, quia omnia sunt idipsum qđ est sanctitas. Tertio modo dicendo, tu es solus sanctus, sensus est: tu es sanctus, ita ꝙ non est aliud in supposito q̃ is qui est suppositũ sanctitati: quia sic nihil excludit nec priuat nisi consortiũ rationis suppositi alterius cũ sanctitate, q̃ sit illa scdm quã aliquid est suppositũ sanctitati. Et sic non excludit aliquod absolutorũ in diuinis: nec aliquod aliud suppositũ, quia quodlibet illorum habet rationem eius quod est suppositũ sanctitati. Secũdo modo (& est modus qui pertinet ad propositũ) sensus est: tu es solus sanctus. i. ita es aliquid sanctitate ꝙ non es aliquid alio, non solum dico alio neutraliter, sed etiam masculine, quod falsum est: quia non solum quęlibet persona diuina est aliquid sanctitate, sed etiam deitate & aeternitate & cęteris huiusmodi: licet non sit aliud aliquid illis q̃ sanctitate: & nihil excludit, nec priuat nisi consortiũ rationis alterius, qua subiectum habet esse aliquid cũ ratione qua sanctitate habet esse aliquid. Et sic excludit esse aliud quo deus habet esse aliquid quantũ ad rationem illam qua distinguitur a sanctitate, licet nõ ratione eius quod est: quod etiã idipsum significatũ est nomine significãtis, secundũ ꝙ habitũ est supra, loquẽdo de
D distinctione attributorũ. Et scdm hunc modum non solũ scdm prędicta in casu speciali, vt videtur, sed simpliciter potest quęlibet talium propositionũ distingui. Vnde qđ dicunt aliqui, ꝙ isti termino deus, solũ possit addi dictio exclusiua: dicendo, trinitas est solus deus, quia sic sancti loquuntur, sed hoc soli huic termino conuenit, eo ꝙ iste terminus deus ꝑdicat naturam cõmunem tribus personis, quę scdm se est subsistens nulla personarũ distinctione intellecta: quẽadmodum dicunt ꝙ trinitas significat naturam cõmunem tribus, & persona significat proprietatem cõmunem: falsum est, & satis improbatũ superius. Et ideo non magis ly deus habet rationẽ sup
E positi in praedicato q̃ alia: sed omnia aequaliter habent rationẽ formę inhęrentis. Quũ etiã illo falso supposito vlterius dicũt ꝙ isti termino deus in prędicato proprio possit immediate adiũgi dictio exclusiua, dicẽdo, Trinitas est solus deus: nõ autẽ aliis, dicendo, Trinitas est solus ęternus, nisi improprie: quia nõ habet rationem subiecti & suppositi, sed solũmodo formę inhęrentis: dico ꝙ propter rationem inhęrentis nulla oritur improprietas omnino: sed ex additione di-
F ctionis exclusiuę immediate. Sed arguunt ꝙ immo, quia ly solus nominat priuationem consortii, quę non potest esse nisi circa illud in quo potest haberi consortiũ: quod non est nisi in eo qđ habet rationem subiecti, non formę inhęrẽtis. Vnde & dicũt ꝙ superflue adderetur ly solus tali termino, sicut superflue adderetur termino cõmuni in creaturis siue substantiali, siue accidẽtali: quia non dicit scdm se subsistens sicut dicit deus: & non excluderetur nisi natura extranea a subiecto, quae excluditur ex sola ratione ꝑdicati. Dicendo enim pręcise, Petrus est homo, non addendo tm̃ vel solus, prędicato, intelligiꝉ ꝙ non est asinus vel equus. Et similiter dicendo pręcise de deo ꝙ est ęternus, intelligitur ꝙ non est temporalis. Sed (vt dicunt) si additur prędicato aliquod adiectiuũ, dicẽdo, est solũ vel vnus solus aeternus, vel vnus solus homo, tũc improprie & superflue adderetur: quia sic excluditur oppositũ illius termini vnus, quod est pluralitas ho
G minũ vel deorũ. Qꝫ autem dicũt ꝙ non potest haberi consortiũ nisi in illo qui habet rationem subiecti: Respondeo ꝙ dupliciter est consortiũ plurium. Vno modo in participando vno & eodem, siue scdm numerũ, siue scdm speciem, siue scdm genus: quemadmodũ duo homines consortium habent in albedine & in humanitate. Alio modo in essendo in vno & eodem: sicut consortiũ habent album & dulce in lacte. Et vtroqꝫ modo notatur priuatio cõstitui per dictionem exclusiuam circa terminũ cui additur: sed aliter cũ additur prędicato: aliter vero cum additur subiecto. Priuatur scdm primũ modum consortii, consortiũ subiecti alicuius cum alio subiecto in participatione siue cõmunione ꝑdicati: cũ vero additur ꝑdicato, priuatur penes secũdũ modũ consortii prędicati alicuius cũ alio prędicato in participatione siue cõmunione vtriusqꝫ ab eodem subiecto. Et isto modo secũdo verũ est solum ꝙ non est consortium nisi aliquorũ pluriũ, quae habent rationem formę in illo vno quod habet rationem subiecti respectu vtriusqꝫ, vt cui

inest, & de quo prædicatur. Primo autem modo priuatio consortii est plurium subiectorum partiH cipantium in vna forma participata: & de ista solummodo verum est, ꝙ non est nisi in eo quod habet rationem subiecti, non formę inhęrentis. Secundo autem modo priuatio consortii est plurium formarum participatarum in vna forma participata: & de ista verum est ꝙ non est nisi formarum inhærentium, & non habentis rationem subiecti. ¶ Quod addunt, ꝙ superflue adderetur prædicato nisi mediante alio adiectiuo, qa prædicatum de se excludit qđ excluderet dictio exclusiua: Dico ꝙ falsum est: quia dictio exclusiua non solum illud excludit quod per contrarietatem prædicatum de se excludit: sed etiam ex se excludit omne aliud quo subiectum habet esse aliquid alia ratione q̃ sit ratio ipsius. Dicendo eñ ꝙ Petrus est tm̃ vel solus homo, non excluditur esse †asinus, quo nullo †asinus modo habet esse aliquid: sed etiam album, bonum, & cætera huiusmodi: quæ inquantū prædicabilia sunt, & habent aliam & aliam rationem formę: quo ad rationem dādi subiectum esse aliqd vnū, bene priuatur consortium per dictionem exclusiuam respectu subiecti, q̃uis etiam a dictione exclusiua posita in subiecto nullum eorum excluderetur respectu prædicati. Non enim sequitur: tm̃ homo, vel solus homo currit: non ergo albū. & hoc quia inquantum habent rationem subiecti per hoc ꝙ sunt aliquid in subiecto, vnam & eandem habent rationem subiecti. Et sic (vt videt) non solum proprie potest dici, pater est vnus solus deꝰ, vel vnus solus æternus cū alio adiectiuo, sed etiā sine illo, licet in illis magis sit vsitatum: & hoc non quia clarius est quid debeat excludi, cum additur aliud adiectiuum, quod manifestum est habere oppositum sibi repugnans, q̃ cum dictio exclusiua additur ei immediate sine alio adiectiuo: sed quia talis exclusiōis modus inusitatus est, licet forte eū postponamus, dicentes ꝙ vnū essentialium nō potest excludi in pdicato nisi in casu tacto supra in secūdi argumenti solutione. Sed tunc (vt dicunt) superflue ponitur dictio exclusiua in prædicato, quia non excludit nisi quod natura termini excluditur. Et dicunt, ꝙ licet excludatur p contrarietatem, tamen virtute sermonis excludi non significatur nisi additione dictionis exclusiuæ. Per hunc modum cum additur prędicato cum adiectiuo apposito nihil excluditur dictione exclusiua, quod non excluditur per contrarietatem in ipso significato termini aut consignificato. Sicut enim dicendo, vnus solus deus, plures deos excludimus, dictione exclusiua: sic dicendo vnus deus, vnus ratione sui significati excludit deorum pluralitatem. Et similiter dicēdo deus, sine vnus & sine solus: quia in singulari numero intelligitur vnus, ratione sui consignificati excludit deorū pluralitatem. Et quod amplius est, id quod dictio exclusiua excludit a prædicato, dicendo trinitas est solus deus, hoc excludit res significata hoc nomine. Non enim est nisi id quod est aliud a deo.

... dictio exceptiua præter, præterq̃, & nisi, non potest excipere aliquid eorum quę sunt in diuinis, ... Dictio K Quęst.vi. Arg. exceptiua non est exceptiua nisi partis a toto, & hoc vel partis subiectiuæ a toto vniuersali, vt cum dicitur, omnis homo currit præter Sortem: vel partis integralis a toto: vt totus Petrus est albus præter pedem: vel econuerso totius a parte: vt Petrus non est albus nisi pede. Sed in diuinis non potest esse pars vniuersalis, quia in illis non est numerus diuisione, nec natus esse: nec ratio vniuersalis: neq; potest esse pars integralis, quia in illis non est numerus collectione: & per hoc nec ratio integri. ergo &c. ¶ Secundo sic. Exceptio non est nisi eius quod continetur sub aliquo toto in quantitate, quod est terminus continens plures partes subiectiuas vel integrales cum signo vniuersali distributiuo, puta ois homo, vel omne ens, vel totus homo. sed sub tali toto per distributionem huius signi totus, nō cadit deus, vel aliquid eorum quæ sunt in diuinis: quia singula quæ sunt in deo, sunt idipsum: & nō est totum nisi distributiuum integri, in quo necessario est aliud & aliud. nec similiter sub tali toto per distributionem huius signi omnis, continetur deus, nec aliquid eorum quæ in ipso sunt: quia in tali toto in quantitate distributiuum per hoc signum omnis non est nisi commune distribuibile: quale nullum est in deo: quia in deo (vt prius dictum est) non est cōmune vniuersalitate sed cōmunione, quod non est distribuibile: quale nullum est in deo: quia non bene dicitur, omnis deus: licet deitas sit communis communione. ¶ Tertio sic. Exceptū & illud a quo facta est exceptio debent esse distincta semper, quare etiam quanto aliqua magis sunt inter se distincta, tanto magis vnum illorum natum est ab altero excipi. si ergo non in illis quæ maiorem distinctionem habent inter se, nec in illis quæ habent minorem. sed maiorem habent distinctionem Deus & creatura, & ea quæ sunt in deo ab illis quæ sunt in creaturis, q̃ illa quæ sunt in deo inter se. sed in deo & in creaturis non potest cadere exceptio, vt creatura sit exceptum, & creator sit id a quo habet esse exceptio. ergo &c. Vltimæ assumptionis probatio est, ꝙ exceptum & illud a quo fit exceptio, debent contine-

ri vt partes sub eodem toto in quantitate,contentæ in vno toto distributo per hoc signum omnis;
vel per hoc signum totus:sub quali non possunt contineri de⁹ & creatura. Nõ sub distributo hoc
signo totus;quia non nisi constituto ex plurib⁹:ex deo autem & creatura nihil potest cõstitui. Ne
ꝗ sub distributo hoc signo omnis,quia ois nõ est distributiuum nisi vnius in plura:quorum singu
lum est de numero omnium aliorum,vt patet dicendo:omne animal,vbi animal non distribuitur
nisi pro illis quorum quodlibet est de numero omnium aliorum. sed deus non est omnino de nu-
mero omnium:quia de filio dicitur Ioan.i. Oĩa per ipsum facta sunt.ipse autem non est factus:&
sic ipse non est de numero omnium. Eadem ratione nec pater,nec spiritus sanctus. Vnde & cõmu
niter dicitur pro tota trinitate. Ex ipso,& per ipsum, & in ipso sunt oĩa. vbi dicit Glos. Ecce tri-
4. nitas personarum hic ostenditur.ergo &c. ¶Quarto communiter & quo ad exclusionem & exce-
ptionem sic. Quæ sic se habent ꝙ vno nominato necesse est alterum intelligi, vnum illorum nõ po
test excludi ab altero nec excipi ab altero siue ab alio,puta si nominato Petro,dicendo,Petr⁹ est ho
mo,necesse sit intelligere Paulũ,neuter ipsorꝫ posset excludi ab altero respectu cuiuslibet pdicati
aut subiecti,dicẽdo solus Petrus:vt sequaẽ,nõ ergo Paulus:aut ecõuerso.nec vnũ eorũ excludi aut
etiã excipi ab aliquo respectu cuiusꝗ pdicati aut subiecti,quin alterũ sil' excipiaẽ ab eodẽ:vt dicẽ
do:Solus hõ iiust⁹ currit:ergo Petrus nõ currit,qn etiã sequaẽ,ergo Paulus nõ currit:vel dicẽdo:
oĩs hõ currit pter Petrũ:quin etiã sequatur,pter Paulum:puta si homine nominato itelligatur ra
tionale,non potest rationale excludi ab homine,vt sequatur,solus homo,non ergo rationale : neꝗ
homo excipi,quin simul ab eodem & respectu eiusdẽ excipiatur & rationale:vt non dicatur,omne
animal præter hominem,excipiendo hominẽ,quin etiam simul excipiatur rationale . Sed sic se ha-
bent inter se personæ diuinæ,ꝙ scilicet vna nominata intelligitur alia secũdum August.iiii.de tri-
nita.cap.ix. Vbi exponens illud Ioan.xiii. Hæc est aũt vita æterna,vt cognoscant te solum deum
verum,& quem misisti Iesum Christum:dicit. Est ordo verborum,vt te & quẽ misisti Iesum Chri
stum,cognoscant solum verum deum. Cur ergo tacuit de spiritu sancto? Et respondet alia interro
gatione subdens continuo. An quoniam consequens est vbicũꝗ nominatur vnum,tanta pace vni
adhæreas,vt per hanc vtrũꝗ vnum sit,iam intelligatur & pax q̃uis non commemoretur? q.d.sic.
Et intelligit per vnum vni patrem & filium:per pacem aũt spiritum sanctum . Vnde super dicto
verbo dicit Glossa. Ordo,vt cognoscãt te,& quem misisti Iesum Christum,cũ spiritu sancto,qui
est amborum esse,solum & verum deum. Et si sic se habent inter se personæ:multo fortius & quę
In opposi. libet alia quæ in diuinis minus distinguuntur.ergo &c. ¶In contrarium est,ꝙ vbicunꝗ aliqd vni
soli de numero plurium conuenit per exceptionem,vere dici [illegible] omnium con-
uenit præterq̃ [illegible] in diuinis aliquid soli vni personæ conuenit inter personas
diuinas:puta filio ꝙ sit verbum vel imago.ergo &c. Hinc etiam excipiendo dicit Ioan. Damasce.
de tribus personis diuinis lib.i.cap.xi. Secundum omnia sunt vnum,pater & filius & spiritus san-
ctus,præter ingenerationem,generationem,& processionem.ergo &c.

L

Responsio ¶Dico ꝙ dictiones exclusiuæ & exceptiuę eandem vim & idem officium habent & circa subiectum & circa prædicatum. Sicut enim hoc quod est reduplicatio,quam importat ly inquantum,vel in eo ꝙ, est determinatio prædicati denotans modum inhærentiæ ipsius in subiecto scilicet per se:sic exclusio & exceptio quã important ly tm̃,solus , præter,præterq̃, & nisi,est determinatio prædicati vel subiecti indifferenter denotãdo modum quo prædicatum inhæret subiecto,& quo subiectum subiicitur prædicato, scilicet pręcise:licet diuersimode dictiones exclusiuæ & exceptiuæ. Quoniam exclusiuæ præcisionem ipsam circa pręadicatũ aut subiectum ponunt,remouendo siue pręcidendo consortium a subiecto respectu pręadicati,& a pręadicato respectu subiecti:secundum modum determinatum in pręcedenti quęstione. Dictiones vero exceptiuę præcisionem illam ponunt ipsam exprimendo. Vnde omnis propositio exclusiua resoluitur in exceptiuam & omnis exceptiua reducitur in exclusiuam. Et non sunt inuentę exceptiones nisi propter expositionem exclusionum:nec distinctiones exceptiuę,nisi propter expositionem officii exclusiuarum. Et cum tam exclusiua q̃ exceptiua propositio vim habeat duarum propositionum,scilicet vnius affirmatiuę & vnius negatiuę:& etiam propositio exclusiua habeat duo,scilicet vnum inclusum per primam propositionem,quod est illud a quo excluditur,& aliud exclusum per secundam : Et similiter exceptiua duo habeat,vnum scilicet suppositum,quod est illud quod econtrario est,& illud quod excipitur per primam:ista duo & duo sibiinuicem respondent ex parte exclusiuæ & exceptiuę vniformiter quo ad hoc ꝙ id qđ includit exclusiua semꝑ supponit exceptiua ipsi respõdẽs

& eadem propositione. Sed propositio cõtinens exclusum semper formatur in propositionem exceptiuam.puta dicendo,non nisi homo currit,sensus est,homo currit,& nihil aliud ab homine currit:& cõtinet ly homo inclusum respectu pdicati:& ly aliud ab hoie exclusum respectu prædicati, scilicet a consortio hominis in commutando prædicatum . & de illa , nihil aliud ab homine currit,formatur talis exceptiua,nihil currit præter hominem:quæ supponit hominem currere,& excipit a consortio in cursu cum homine omne aliud,dicendo,nihil aliud ab homine currit:& sic de cæteris suo mõ:siue ex parte subiecti,siue ex pte pdicati fiant exceptio & exclusio. Quare cũ de eisdem re & officio siue in dictionibus,siue in orationibus semper idem sit iudicium,cum secundum determinata in quæstione precedẽti,dictiones exclusiuæ in diuinis possunt excipere vnum ab alio in prædicato respectu subiecti,& econuerso:similiter & dictiones exceptiuæ possunt excipere vnũ ab alio in prædicato respectu subiecti,dicendo,nullus est pater in diuinis nisi generans,omnis i diuinis spirat,præterq̃ spiritus sanctus,aut præter spiritum sanctum. Et secũdum q diuersimode vera vel falsa est exclusiua masculine vel fœminine aut neutraliter exposita quo ad propositionem continentem exclusum: similiter est diuersimode vera vel falsa continens illud a quo excipitur,p ut hæc patere possunt conferenti se ad superius determinata.Propter quam identitatem & correspondentiam officiorum dictionum exceptiuarum & exclusiuarum,& difficultatem ex illis cõtingentem in diuinis prædicationibus,quidam omnino omiserunt perscrutari quicq̃ de dictionibus exceptiuis in diuinis.Et secundum hoc concedenda est vltima ratio pro ista parte adducta.

M

¶Ad primum in contrarium , q dictio exceptiua non excipit nisi partem a toto vel vniuersali vel integrali:Dico q verum est.Et quod assumitur,q in diuinis non potest esse pars nec vniuersalis nec integralis:dico q de integrali loquendo verum est stricte sumendo integrale. Totum enim integrale stricte loquendo non est nisi continens plura absoluta collectione numerata in eodem composito ex illis,secundum q corpus hominis est totum integrale ad caput & cætera membra illius,quæ dicuntur collectione numerata,sicut quum vno nomine simul & semel dicimus plures vnitates,vel duo aut plura vna,vt homines.& hæc quidem numeratio ex distributis partibus constat.Totum autem integrale,loquendo de integro,est continens plura de absoluto & relato,quasi collectione quadam numerata in illo vt in qua constituto,non de cõposito de illis aut ex aliquibus illorum:secundum q pater est quid totum ad essentiam & proprietatem,inquantum essentia est in illo quo est,& quo est aliquid:proprietas vero quo ad aliquid est,& nõ tm̃ vnica,sed plures,scilicet inascibilitas,paternitas,& spiratio actiua.Propter quod quodlibet illorum bene a patre excipi potest respectu alicuius subiecti in propositione, tanq̃ pars integralis a toto integrali:p ut iam inferius amplius declarabitur,licet non vt a toto vere vniuersali aut integrali,sicut est i solis creaturis,prout procedit obiectio,& bene.Loquendo enim de vniuersali proprie,verum est q in diuinis nõ põt esse pars vniuersalis. Vniuersale vero improprie loquẽdo de vniuersali,est cõmune secundum rem,& est forma pluribus communis communitate vnius rei singularis existentis in illis, & tota in quolibet illorum,sub diuersis tamen rationibus quibus distinguuntur abinuicem,vel saltem quomodo distinguuntur personæ diuinæ rationibus notionalib9 proprietatum personalium: vel secundum rationem tm̃,quomodo distinguuntur inter se omnia essentialia existentia communiter in tribus personis.Quorum vnum & primum est:cuius ratio etiam absolutissima,essentia, & quæ cadit non descensu per determinationem aut per significationem suam,sed significatione,scilicet per virtutis immensitatem,quæ in singulis eorum quæ in diuinis abinuicem distinguuntur, siue secundum rem,siue secundum rationem essentialiter prædicatur vt significata in illis omnibus sub rationibus distinctis eorũdem:& vt a qua nominatur quodlibet illorum & dicitur ens simpliciter.Pater enim essentia deitatis est ens,& filius eadem est ens,& similiter spiritus sanctus.Similiter quodlibet aliorum essentialium,puta deitas,bonitas , veritas,& sic de singulis,quæ a suis propriis vel dicuntur esse ad aliquid,puta personæ rationibus suarum proprietatum relatiuarum,vel dicuntur esse aliquid , puta deitas , bonitas , & cætera essentialia . a quibus etiam quibus insunt & de quibus prædicantur non dicuntur esse simpliciter , sed esse aliquid , vt patet ex supra determinatis.De tali vniuersali loquendo bene verum est q in diuinis nõ est pars vlitatis,qa deitas siue essentia deitatis ptes nõ habet:sed est tota significata in singulis diuinis psonis & attributis.Loquẽdo de vli pprie:illo mõ est vle quo secũdũ rẽ significatã diuersat in ptib9 suis subiectis:& sumitur dupliciter:vno mõ stricte,alio modo large.Stricte non est nisi forma pluribus cõmunis,non cõ

Ad pri. principale

N

O

munitate vnius rei singularis existentis in illis,& quæ est tota in quolibet illorum: sed communi tate rei vnius secundum rationem tm̄,abstractæ ab illis per intellectum , & in quodlibet illorum consideratione intellectus descendens vt in subiectiuas partes eius per determinationem aliquam secundum ꝙ genus est totum vniuersale ad species in quas descendit,determinatum per contrarias differentias,aut per eius significationem : secundum ꝙ species specialissima est totum vniuersale ad indiuidua in quæ descendit sua significatione facta per agens,siue etiam per materiam, siue absq; materia . Et sic totum vniuersale continet plura diuisione numerata , sed non nisi vnitate.Large autem sumendo vniuersale in diuinis,vniuersale est ens dictum ab essentia deitatis,quod est commune prædicabile in diuinis,quorum quodlibet a sua propria ratione est ens nō simpliciter,sed ens aliquid:& descendit ens in illa vt in contēta sua quasi partes subiectiuas: & hoc descensu non per determinationis additionem ad modū quo descendit in species , aut significationis,ad modum quo species creaturæ per significationē descēdit in indiuidua:sed per rei simplicitatem,per aliam & aliam ipsius rationem.Quę res simplex propter virtutis immēsitatem est omnia quæ sunt dignitatis simpliciter sub illorum diuersis rationibus,puta deitas,bonitas,paternitas,pater,& cætera omnia quæ sunt in diuinis,& quæ aliquid dignitatis simpliciter nominant in creatu

P ris,& secundum hoc nomen suum translata sunt a creaturis ad diuina.Et quia essentia diuina sic est omnia illa , propterea ens dictum ab huiusmodi essentia continet illa quasi partes subiectiuas sub se:& respectu illorum est quasi totum vniuersale.Propter quod bene quodlibet illorum ab illo excipi potest in propositione respectu subiecti & prædicati,tanq̄ pars subiecta a toto vniuersali,p

Q ut iam amplius declarabitur.¶Ad secundum,ꝙ exceptio non est nisi eius quod continetur sub ali

Ad scdm, quo toto in quantitate:Dico ꝙ verum est secundum aliquem modum, prout scilicet continetur sub toto vniuersali,vel sub toto integrali,iuxta modum iam supra expositum.Quod autem assumitur,ꝙ sub toto in quantitate per signum distributiuum totius integralis,cuiusmodi est hoc signum totus , non continetur deus , nec aliquid eorum quæ sunt in diuinis , patet ex iam dictis ꝙ falsum est: quia dicendo totus pater , aliqua quæ sunt in diuinis,cadunt sub ista distributione aliquo modo vt sub distributione totius in quantitate,& totius integralis:non obstante ꝙ omnia quæ sunt in deo,sunt idipsum re absoluta,bene tamen distinguuntur sicut absolutum & proprietas relatiua:immo etiam sicut diuersimode proprietates relatiuæ:propter quam distinctionem siue diuersitatem respectu alicuius prædicati pōt excipi a toto,vt est cōtentiuū aliorum,dicendo totus pater est ad aliud præterq̄ substantia sua.Substantia enim patris inquantum substantia , non est ad aliud,sed proprietates eius sunt ad aliud,vt quo pater ipse est ad aliud:ipse vero pater est ad

R aliud vt qui est ad aliud.¶Quod autem arguitur,ꝙ non continetur deus aut aliquid eorum quę in eo sunt sub toto in quantitate per signum totius integri: Similiter dicendum est ꝙ falsum est: quia dicendo iuxta iam supra dicta,omne ens diuinum,omnia diuina cadunt sub ista distributione quoquo modo vt sub distributione totius in quantitate totius vniuersalis,quia cadunt quoquo

S modo sub ratione vniuersalis:sicut patet ex dictis ibidē. ¶Q; arguitur specialiter cōtra hoc,ꝙ nec deus nec aliquid eorum quæ sunt in diuinis,possunt cadere sub distributione totius in quantitate,quantitate vniuersalis quam importat hoc signum omne:quia nec deus nec aliquid eorum quę sunt in diuinis est commune distribuibile,quia non est in illis nisi commune communione in vniuersalitate,& commune communione non est distribuibile:quia non bene dicitur omnis de⁹,cum tamē deitas sit commune communione: Dico ꝙ licet in diuinis nihil significatū nominaliter & p modum habitus,sit distribuibile,quia inquantum huiusmodi non est commune nisi communione:aliquid tamen significatū per modum act⁹ verbaliter aut participialiter inquantum huiusmodi bene est distribuibile,quia inquantum huiusmodi bene est commune vniuersalitate quoquo modo,scilicet large,quali modo(vt visum est iam supra) significat quicquid est in diuinis hoc nomine ens.Propter quod licet non bene dicatur,omnis deus, vt dicit argumentum : bene tamen dicit

T omne ens diuinum.¶Ad tertium,ꝙ deus non potest aliquo modo excipi a creatura,nec ecōuerso,

Ad tertiū ergo nec aliquid existentium in deo ab alio,quia illa minus differunt:Dico ꝙ aliquid ab alio posse excipi, huius causa non est plurium differentia:nisi sit contentorum in aliquo vno integro vel vniuersali , quia in illa distribuitur . Licet ergo plus differunt deus & creatura : quia tamen, vt dicit argumentum , non possunt conuenire in vno habente rationem integralis, sicut possunt plura existentia in diuinis in vnitate personæ , vnum istorum bene potest excipi ab alio exceptione a toto integrali,licet non deus a creatura,nec econuerso . Quomodo autem rationem

integri habeat perſona in continendo abſolutum & relationem,iam tactum eſt ſupra:quod differt ab integro in creaturis,quia ſemper continet plura abſoluta.Exceptione autem a toto in quantitate vniuerſali bene creatura excipitur,& etiam deus.¶Ad illud autem quod arguitur contra hoc, V ꝙ hoc ſignum non eſt niſi diſtributiuum vnius in plura:quorum ſingulum eſt de numero aliorum:& ſic de numero omnium illorum:Deus autem non eſt de numero omnium:Dico ſecūdum ꝙ iam inchoatum eſt in ſolutione duarum rationum praecedentium,praecipue primae,ꝙ vniuerſale cuius ſignum diſtributiuum eſt ly omne,accipitur vno modo ſtricte,quod non eſt commune ſecundum rem,ſed ſecundum rationem tm̄:quod deſcendit in ſuas partes vere ſubiectiuas. Et hoc dupliciter,vel ſignificatione, vel determinatione, ſecundum iam dicta. Si primo modo vniuerſalis hoc ſignum omne eſt diſtributiuum tm̄modo, tunc de numero omnium ſiue eorum quae cadunt ſub diſtributione huius ſigni omne, non ſunt niſi ea,quae continentur ſub ſingulis ſpeciebus ſpecialiſſimis,ſingulis diſtributionibus factis circa vniuerſalia,quae ſunt ſpecies ſpecialiſſimae ſub quibus contenta habent veram & perfectam vniuocationem in omnino vniformiter & aequaliter participando formam ſpeciei,dicendo,omnis homo,omnis aſinus,omnis albedo,omnis nigredo, & ſic de caeteris. Et ſic verum eſt ꝙ deus non eſt de numero omnium, quia non continetur communiter cum creaturis ſub aliqua ſpecie ſpecialiſſima, ſicut nec illa quae continentur ſub ſpecie aſini, ſunt de numero eorum quae continentur ſub ſpecie hominis. Si ſecundo modo vniuerſalis hoc ſignum omne eſt diſtributiuum,tunc ſubdiſtinguendum eſt:licet iam ſupra non ſit diſtinctum:quia aut deſcēdit in ſuas partes ſubiectiuas determinatione rei, aut ſola vocis determinatione per rem.Si primo iſtorum duorum modorum hoc ſignum omne eſt diſtributiuum tm̄modo,tunc de numero omnium,ſiue de numero eorum quae cadūt ſub diſtributione huius ſigni omne,non ſunt niſi ea quae continentur ſub iiſdem generibus generaliſſimis,ſingulis diſtributionibus factis circa vniuerſalia,quae ſunt genera generaliſſima:dicendo,omnis ſubſtantia,omnis quantitas,omnis qualitas,& ſic de caeteris.Sub quibus contenta non habent veram & perfectam vniuocationem in omnino vniformiter & aequaliter participando formam generis, dicente Philoſopho.vii.phyſico.ꝙ aequiuocationes latent in genere:& hoc tam in quolibet ſubalterno q̄ in generaliſſimo:& hoc propter eandem cauſam,quia ſcilicet ſecundum ꝙ idem dicit in decimo metaphyſicae,ſemper in diuiſione generis dignius & nobilius eſt alterum extremum cōtrarietatis,ſcilicet alterum differentium diuidentium genus,puta rationale q̄ irrationale:& animatum q̄ inanimatum,& ſpirituale q̄ materiale:& incorporeum q̄ corporeum. Semper autem dignius & nobiliꝰ participat formam generis ſpecies quae participat illam nobiliori differentia, q̄ illa quae participat eam differentia minus nobili.Et hoc modo etiam verum eſt ꝙ deus non eſt de numero omnium: X quia non continetur ſub aliquo genere,ſicut nec illa quae continentur ſub vno genere ſunt de numero omnium quae continentur ſub alio:puta quae continentur ſub aliquo genere actionis, non Y ſunt de numero omnium quae continentur ſub genere ſubſtantiae. Quod autem deſcendit in partes quaſi ſubiectiuas determinatiōe vocis per rem ſignificatam,duplex eſt.Quoddam quod nō determinatur niſi ex adiuncto expreſſo,cuiuſmodi eſt aequiuocum caſu.de quo dicit Boethius, ꝙ aequiuocationes determinantur per adiuncta,vt canis addendo latrabilis.& tale non habet aliquā rationem vniuerſalis,ꝙ poſſit vnica diſtributione diſtribui per hoc ſignum omne in communia quae ſub ipſo continentur tanq̄ partes ſubiectiuae:de quo nihil ad praeſens.Aliud vero eſt qđ deſcēdit in partes quaſi ſibi ſubiectiuas determinatione vocis per rem ſignificatam,ex natura ipſius rei ſignificatae abſq; aliquo adiuncto expreſſo,cuiuſmodi eſt commune analogum:quod pro tanto habet rationem vniuerſalis ꝙ poſſit vnica diſtributione diſtribui per hoc ſignum omne,in omnia ſua ſignificata quaſi in ſuppoſita,ſicut poteſt vniuerſale verum in ſua vere ſuppoſita.Quod quidem non continet ſua ſignificata aeque principalia,neutrum ſcilicet per rationem aliquam, ſicut continet aequiuocum caſu:propter quod nullam habet rationē vniuerſalis:nec aliqd pticipat de ratione vniuoca:& ideo non deſcendit in illa vt in partes ſubiectiuas,ſicut deſcendit ſpecies ſpecialiſſima, ſed continet ſua ſignificata ſecundum prius & poſterius, & ſic deſcendit in illa: quia vnum ſignificat primo & per ſe, quaſi illi ſoli nomen conueniret. & reuera participalitate & antonomatice loquendo illi ſoli conuenit. alterum vero ſignificat ſecundario, & per primum: ex eo videlicet ꝙ illud ſecundum in eſſentia ſua eſt quaſi quaedam effigies & imago illius primi. Ideo enim ipſum primum mutuat nomen ſuum ſecundo:& hoc praecipue inquantum ipſum ſecundum eſt ens abſolute:ſumendo eſt primo adiacens,non autem inquantum eſt ens aliquid,ſiue

mendo est secundo adiacens:& hoc quia esse dicitur vnumquodq; tam creatum q̄ increatum,ab
essentia primi principii. Sed ab illa primo & pricipaliter dicitur ens id quod increatum est,quia il
la non solum est quo est ens increatum,sed etiam totum quod est in fine simplicitatis existens non
compositum ex aliis,neq; compositum alteri,neq; habens alterum compositum sibi,sicut habet o-
mnis alia essentia . Secundario autem ab illa eadem essentia dicitur esse ens id quod creatum est,
quia illa non est quod est ens creatum,sed solummodo quo est simpliciter:quia creatura est essen-
tia ex hoc ꝙ effigies dei est,eo ipso absolute est:ipsa diuina essentia autem propria sui generis so-
lum aliquid est.In quo est accipere secundum partes essentiæ quod est secundum rationem sui ge-
neris,& quo est aliquid secundum illam:puta in homine animalitas est quod est simpliciter:ratio-
nalitas aliquid in specie est.Vnde aliud est quo homo est aliquid secundum speciem,& quod est se
cundum genus,& quo est absolute vt effigies diuinæ essentię est.Et sic ab eo quo deus dicitur esse
simpliciter,creatura dicitur esse absolute:sed deus quadam denominatione intrinseca,creatura ve
ro quadam denominatione extrinseca:sicut dicit commentator Boethii super illud,Diuersitas est
esse & quod est,vt habitum est supra,quæstione secunda huius articuli ante finem. Quæ deno-
minatio non dicitur extrinseca quia non est ab essentia propria generi creaturæ, vt ipsa aliquid
est, vt ea aliquid habet esse aliquid : sed solum quia non est ab illa nisi vt est quædam effi-
gies dei & participatio eius.Per quod quidem vnum quid sunt esse creata & increata,& esse crea
ti & increati:sed differt in hoc,ꝙ increatum est per essentiam suam,quia ab eo solo est quod est se
cundum id quod est:creatura autem non est ab eo quod est secundum id quod est , sed solummo-
do est ab illo secundum ꝙ effigies dei est . Et quia secundum hunc modum inquantum creatu-
ra est effigies increati,est quoquo modo ipsum increatum,& esse suum similiter esse illius:& quo
ad hoc ens vniuoce significat illa duo:inquantum autem ipsum creatum deficit a veritate increa
Z ti,omnino est aliud ab illo:& quo ad hoc æquiuoce significat illa duo.¶Et per hunc modum ana-
logia media est inter simpliciter vniuocationem & æquiuocationem puram.Et hoc modo ens sim
pliciter tanq̄ vniuersale quoddam descendit in ens creatum & increatum . Nihil enim reale com-
mune significat creato & increato,non tamen est pure æquiuocum,sed partim vniuocum & par-
tim æquiuocum.Et quo ad hoc ꝙ habet rationem vniuoci potest distribuere simul pro creato &
increato,dicendo,om̄e ens est:licet non sit vere nisi deus.Et ideo vltimo ab ista vniuersali q̄ simul
comprehendit deum & creaturam,dicendo ens est deus,bene excipiendo,nullum ens est vere nisi
solus,excipiendo a remotione ab esse vere omne ens vniuersaliter ipsum ens increatum,secundum
ꝙ per eundem modum aut conformem,accidens non dicitur ens nisi ab essentia subiecti. Vt ideo
Philosophus intelligatur dicere ꝙ accidens non est ens nisi quia est entis.Et etiam vt ideo sub vna
distributione simul cadant substantia & accidens,dicendo omne ens est creatum, & per exceptio-
A nem dicitur,nullum ens est vere nisi substantia.Et sic sicut propter analogiam esse, quæ est inter
substantiam & accidens,ens partim vniuoce continet ambo,& cadunt simul sub vna distributio-
ne,a qua quodlibet illorum potest excipi,vnum ab affirmatiua dicendo,omne ens vere est præter
accidens:& econuerso alterum a negatiua dicendo, nullum ens vere est præter substantiam : Sic
propter analogiam esse quæ est inter deum ex vna parte, & creaturam simpliciter , vt substantia
& accidens simul sub ratione vniuoca ipsius esse simpliciter continentur,ex altera ens simplici-
ter adhuc generalius continet ambo , & cadunt simul sub vna definitione , a qua quodlibet illo-
rum potest excipi,vnum sub affirmatiua dicendo,omne ens vere est præter creaturam:& econuer
so alterum a negatiua, dicendo nullum ens vere est præter deum:licet multum differenter ve-
B re esse dicatur de deo respectu creaturæ,& de substantia respectu accidentis . Et sic postq̄ ex toto
vniuersali in quantitate deus & creatura excipi possunt,ex contrario sicut ex falso concluditur ꝙ
nihil eorum quæ sunt in deo vnum possit excipi ab altero:immo inquãtum ens est commune vni
uocum omnibus quæ sunt in deo,& magis vniuocum q̄ sit species specialissima ad sua indiui-
dua,eo ꝙ in illis essentia speciei numeratur,non sic autem diuina essentia in illis quæ sunt in deo:
sed est eadem & simplex.Quod quidem ens cum hoc ꝙ est commune tali vniuocatione, bene sub
ratione vniuersalis potest esse contentiuum plurium,& distribui in illa,eo ꝙ significat per modũ
agere actu primo,sicut generare & spirare significant per modum agere actu secundo. Et proprie
secundum superius determinata,possunt sic plurificari,vt dicamus plures creantes & plures spi-
rantes:licet nequaq̄ possint alia in diuinis significata per modum habitus sic plurificari,vt dicam⁹
plures dii,plures æterni. Propter quod sub nomine tali in diuinis sub vna distributione non pos-

sunt comprehendi illi quibus nomen & ratio nominis conuenit: puta nomen quod est deus vel æternus patri & filio & spiritui sancto, vt dicatur omnis deus, omnis æternus. ¶Quod ergo arguitur, q deus non potest excipi a distributione aliqua sub qua continetur communiter cum creaturis, quia ipse non est de numero omnium: Dico q verum est sumendo ly omnium, vt ly omne est distributiuum vniuersalis proprie dicti & stricte accepti, & sola significatione descendentis in sua supposita aut determinatione rei propter rem. Sumendo autem ly omnium vt ly omne est distributiuum vniuersalis proprie dicti & stricte accepti, descendētis in sua supposita determinatione vocis tantū per rei naturam: Dico q non est verum: immo sicut hoc modo substantia est de numero omnium entium creatorum, & comprehenduntur sub vna distributione substantia & accidens, dicendo, omne ens est, intelligendo de ente creato, siue dicendo, omne ens creatum est: sic hoc modo deus est de numero omnium entium simpliciter & absq determinatione dicto ente, & comprehenduntur sub vna distributione deus & creatura, ente analogo ad substantiam & accidens in creaturis, quod significamus nomine entis creati, existente vno significato illius entis simpliciter & cōmunioris, & ipso deo existente altero significato, secundum modum supra expositū. ¶ Quod vlterius arguitur contra hoc, q scilicet nec hoc modo deus possit dici de numero oim, eo q omnia facta sunt ab ipso: Dico q hoc nomine omnia quod est neutri generis & nominatiui casus, numeri pluralis, supponens illi verbo sunt, apposito illo, facta per ipsum, continens vim signi distributiui toti⁹ vniuersalis, & simul vim vniuersalis distributi significati hoc nomine ens, vel (vt largius loquamur) significati hoc nomine res, quod significat analogice rem dictā a ratitudine, quæ significatur nomine entis veri, continentis omne ens existens in rerum natura extra intellectum, vel ratum existere, scilicet deum & creaturam, & etiam rem dictam a reor reris, quæ significatur nomine entis diminuti, continentis omne ens existens in intellectu ab opere intellectus, aut diminutum existens ab opere naturæ aut intellectus deficientis: qui quidem duo modi entium veri & diminuti significantur analogice nomine entis communissime abstracti: & vna distributione latissima continet deum & creaturam, & quod est secundum animam: immo vniuersaliter ens diminutum simpliciter: dico inquam, q tali nomine potest intelligi signum distributiuū significatum in ipso facere distributionem rei distributæ intellectæ per idem nomen, aut secundū naturā & ipsius signi distributiui & ipsius distributi, aut secundum modum vsus talis distributionis a nobis. Si primo modo, dico q adhuc sub tali distributione simul continentur deus & creatura, aut etiā cum eis ens diminutum, & falsa est propositio, quia deus non est ens factum, quia tunc esset de numero factorum: & ideo cum omnia facta sunt ab ipso, ipse esset factus a se, & de numero factorum a se, quod falsum est: quia secundum Augustinum super Ioan. sermo. i. a se fieri non potuit qui fecit omnia. Eo q secundum eundē in principio libri de Trinitate, nō solum deus ita nō est, sed nec spiritualis nec corporalis creatura. nulla enim omnino res est quæ seipsam gignat vt sit. Licet enim sit de numero omnium distributorū sub hoc nomine ens largius accepto ad deum & creaturam, & adhuc largissime accepto ad ens verum & diminutum, non tamen est de numero omnium distributorum sub hoc nomine ens large accepto ad substantiam & accidens, quod est ens creatum, & ita factum: & ita nō est de numero factorum. Esse enim de numero factorum idem est quod esse vnum ex factis. Si secundo modo, sic dico q solummodo vera est, & non alio modo: & hoc distributione quæ appellatur distributio accommoda: vt sic intelligatur q omnia facta sunt ab ipso, sic q nihil sit factū quod non sit factum ab ipso: iuxta illud quod dicitur de filio, quod sumptum est in argumēto. Omnia per ipsum facta sunt. Et ad dandum intellectum quomodo hoc esset verum, subditur. Et sine ipso factum est nihil. Et sic non intelligitur tali propositione q simpliciter omnia facta sunt ab ipso vel per ipsum, sed solummodo q quæcunq facta sunt, ab ipso vel per ipsum facta sunt. Et ideo per tale dictum non intelligitur q ipse a quo vel per quē facta sunt omnia, intelligatur factus, aut comprehensus sub tali distributione: neq etiam entia diminuta quæ sunt defectus & priuationes incidentes in opere creaturæ, dicente Augustino secundum prædicta. Sane fratres quod sequitur, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: videte ne sic cogitetis q nihil, aliquid est. Solent enim multi male intelligentes, sine ipso factum est nihil, putare aliquid esse nihil. Peccatum quidem non per ipsum est factum, & manifestum est q peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Et idolum non per verbum factum est: habet quidem formam humanam quandam, sed ipse homo per verbum factus est, forma hominis in idolo non per verbum facta est. Scriptum est enim. Scimus q idolum nihil est, ergo non factum per verbum. Sed quæcunq facta sunt natu-

C Ad formā argumēti.

D

E Res,

F

taliter quæcunq; sunt in creaturis omnino. Vnde nec sub ista distributione, Omnia per ipsum facta sunt, cadunt oia factibilia: sicut nec sub illa distributione: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Ioannis primo. etiam si diceret absolute illuminat omnem hominem: quia nihil illuminatur quod non ipse illuminet: multi tamen sunt venientes in hunc mundum qui ab ipso non illuminatur. Sicut cum in ciuitate est vnicus magister qui docet pueros, dicitur de illo

G ꝙ docet omnes pueros ciuitatis, quia non est alius qui doceat. Vnde quia, vt dictum est, ex natura distributionis & distributi illa est simpliciter falsa, omnia per ipsum facta sunt, & illa, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quia illa distributione non solum comprehẽditur deus, sed etiam omnis naturalis creatura, siue facta siue nondum facta, sed factibilis, & omne ens diminutum. Ista autem non solum comprehendit hominem venientem in hunc mundum illuminatum, sed etiam non illuminatum. Et sic licet deus non sit de numero omnium factorum, est tamen de numero omnium cadentium sub distributione huius signi omnis, cadentis vt super distributum, super ens largius vel largissime acceptum. Non dico numero vniuoco, sicut qualibet species est de numero eorum quæ sunt sub genere, aut indiuiduum quodlibet de numero omnium quæ sunt sub eadem specie. ¶Ex quibus patet quale officium distributionis habeant in diuinis si-

H gna distributiua totus & omnis. Nec oportet super hoc fieri specialem quæstionem: vtrum scilicet

Quæstio. in diuinis possit esse distribuibile per signum distributiuum. Ad cuius intellectum clariorem, ex pmissis aduertenda est vna distinctio generalis de tali distribuibili in partes vel in quasi partes: videlicet ꝙ est quoddam totum integrale, quoddam vero vniuersale. Et integrale sumitur dupliciter: stricte, quod non est nisi in creaturis habentibus partes absolute differentes: & large, quod nõ est in diuinis, nisi in personis singulis habentibus quasi partes quibus instituuntur, absolutum quod est essentia, & relationem, quæ est proprietates. & vtroq; modo est distribuibile signo vniuersali totius integri: & potest fieri exceptio ab ipso secundum modum præexpositum. Totum vniuersale etiam dupliciter est, scilicet improprie & proprie. Improprie, vt est deitas vel cæterorum quodcunq; substantiale aut denominatum ab illo nominaliter, puta a deitate deus, a bonitate bonus, & sic de cæteris. Cui quidem vniuersali non potest addi signum distributiuum vniuersalis in diuinis, dicendo omnis deus, vel omnis æternus, vt dictum est: & hoc ea ratione qua tres personæ non possunt dici plures æterni vel plures dii: & etiam qua nihil significatũ nomine, nisi verbaliter sit significatũ aut participialiter, ac a verbo deriuatum, potest dici pluraliter, secundum superius tacta. Vnde huic nomini persona, quia significat commune secundæ intentionis, bene potest addi signum distributiuum totius vniuersalis, dicendo in diuinis: omnis persona: & potest fieri exceptio ab ipso dicendo, nulla persona generat præter patrem: omnis persona spirat præter spiritum

I sanctum. Vniuersale autem proprie est aliquid dupliciter, scilicet stricte & large. Large, immo largissime, est in diuinis vniuersale, ens dictum ab essentia, & vniuersaliter omne in diuinis verbaliter aut participialiter significatum, conueniens pluribus personis. Et possunt distribui signo vniuersali, dicendo, omne ens diuinum, omnis creator, omnis intelligens, omnis volẽs. Et potest etiam a tali vniuersali fieri exceptio secundum modum supra signatum. Et est in sic vniuersali multo verior & perfectior vniuocatio eorum quæ quasi partes subiectiuas continet, ꝗ sit indiuiduorum in creaturis sub eadem specie. Latet enim in specie specialissima & in vnitate rei vt significata est p illam, multo maior æquocatio respectu ei⁹ qđ sic est vniuersale in deo, & vnitatis rei significatę per illud: ꝗ latet in genere & in vnitate rei significatæ per illud respectu speciei specialissimæ, & rei significatę per illam. Quia dicto modo vniuersale in deo significat vnam rem existẽtem contentam

I in quasi pluribus, subiectam, non plurificatã. Species autem significat vnam rem plurificatam in pluribus sub se contentis, licet absq; addito diuerso re hincinde sicut additur in diuersis speciebus contentis sub eodem genere. Propter quod æquiuocatio latet in genere quæ non latet in specie. Quod quidem nomen ens rationem vniuersalis habet, licet non hoc nomen deus, quia significat per modum actus. Et ideo sicut illa quæ in diuinis significant per modum actus secũdi qui est agere, vt sunt omnia participialiter significantia, sicut intelligens, volens, creans, possunt distribui pro personis quarum est agere: sic hoc participium ens significans per modum actus primi, qui est esse, potest distribuere generaliter pro omnibus quę sunt in diuinis, quia esse est omnium illorum. Sed inquantum fit distributio sub ente pro personis, debet exponi ens per qui est, masculine: quando vero fit distributio pro essentialibus, debet exponi per quod est, neutraliter. Et secundum hoc

K solum variatur distributio pro personis & pro essentialibus in diuinis. Stricte autem sumendo

vniuersale duplex est, quia aut descendit in partes subiectiuas sola significatione: & sic solummodo vniuersale in creaturis est species specialissima sub quocunque genere, aut descendit in suas partes subiectiuas determinatione: & hoc dupliciter. Quia aut determinatione rei significatæ per vocem aliquo reali absoluto, & sic solummodo vniuersale est in creaturis genus, tam generalissimum quam subalternum. Aut determinatione solius vocis significatis rem per ipsam rem significatam, & hoc dupliciter, aut ex ipsius vocis appositione: vt contingit cum imponitur æquiuoco, quod non est proprie vniuersale, sed quando est nomen appellatiuum potius est plura vniuersalia, quæ non vnica distributione sed pluribus possunt distribui. Aut ipsius rei natura, cuiusmodi est omne analogum: quod licet vnica distributione pro suis contentis possit distribui ratione vniuocationis in ipso, ratione tamen æquiuocationis quam participat, & ratione illa qua illa quoquo modo secundum prius & posterius significat, quælibet illarum est distinguenda. Quale quidem vniuersale licet stricte & proprie appellemus vniuersale respectu vniuersalis quod est improprie aut large in diuinis: est tamen large & improprie vniuersale respectu vniuersalis vniuoci generis vel speciei in creaturis. Et vniuersalitas talis vniuersalis potest esse lata, cuiusmodi est entis in creaturis ad substantiam & accidens: latior, cuiusmodi est ad deum & ad creaturas: & latissima, cuiusmodi est entis ad ens verum & diminutum. Et ab omnibus istis modis vniuersalis distributi poterit fieri exceptio respectu alicuius prædicati & cuiuscunque contentorum sub illo, vt patet inspicienti, & liquet ex supra determinatis. ¶Ad quartum: quę sic se habent quod vno nominato alterum necesse est intelligi, vnum eorum non potest excludi ab alio nec excipi: Dico quod reuera persona vna intellecta, altera nominata ab illa inclusa in propositione aliqua, non potest excipi vel excludi respectu illius siue subiecti siue prędicati, respectu cuius vna persona nominata necesse est alteram intelligi. Cuius ratio est, quia id quod est in vna illarum propter quod prædicatum dicitur de illo, aut ipsum dicitur de subiecto, etiam est in alio. Vnde quod vna persona in subiecto proposita & nominata, intelligatur altera, hoc non contingit nisi quia eo quo persona nominata respicit prædicatum, pręcise eodem respicit illud & altera intellecta, sicut contingit in exemplo Augustini de patre & filio nominatis, & spiritu sancto intellecto respectu illius prædicati, vnus solus verus, sequitur, vnus deus verus. In hoc enim nulla est differentia, Idipsum enim est in tribus personis, propter quod duæ nominatæ dicuntur vnus solus verus deus: & ideo illis nominatis necesse est spiritum sanctum cointelligi, sic quod respectu illius prædicati illis inclusis respectu prædicati, spiritus sanctus a consortio eorum in prædicato non potest ab illis excludi, dicendo, soli pater & filius sunt vnus solus verus deus: ita quod non spiritus sanctus, neque excipi viceuersa dicendo, nullus pręter patrem & filium est vnus solus verus deus: aut, quilibet præter spiritum sanctum est vnus solus verus deus. Sed non est verum quod semper vna nominata necesse sit reliquam intelligi, puta quando persona nominata respicit subiectum aliquod quod est in eo non commune cum altera persona. Vnde quia id propter quod pater & filius spirant, idipsum est et commune in ipsis, vna nominata altera intelligitur: nec potest excludi respectu talis prædicati aut excipi. Quia tamen illud non est in spiritu sancto, nominatis patre & filio, dicendo, pater & filius spirant, non est necesse respectu talis prędicati cointelligi spiritum sanctum. Et ideo respectu talis prædicati bene potest spiritus sanctus excludi, dicendo, soli pater & filius spirant: non ergo spiritus sanctus, dicendo quilibet pręter spiritum sanctum spirat & nullus spirat nisi pater & filius.

¶ Ad quartum principale

FINIS cum gratia & priuilegio
a tergo huius explicandis.

Explicita est Sũma Quæstionũ Ordinariarũ, Magistri Henrici A Gãdauo Theologi Solennis, Opera & impensis Iodoci Badii Ascensii, Cui Christianissimus Francorum Rex, concessit de singulari gratia priuilegium & auctoritatem imprimendi & vendendi hæc & alia eiusdem Doctoris Solẽnis opa, in regno suo, Cauitq; ne ali9 quispiam attentet eadẽ rursum imprimere, aut alibi impressa isthic venundare, sub pœna confiscationis sic impressorum intra trienniũ ab Nonis Iuliis Anni Dñi. M.D.XX. vt constat per literas patentes Regio Sigillo obsignatas, & concessas præsente & annuente p̃reuerẽdo in Christo patre, tunc Parrhisiorũ Antistite, nunc aũt Senonũ Archiepõ dignissimo, multisq; aliis fide dignis. sub signãte

Pedoyn.

Digitized by Google